x 1590

L

36.14.F.9

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II ROMA
36
14
F
9

36. 14. F. 9.

~~34. 30. A, 13~~

TRACTATVS
DE
MAGNO MATRIMONII
SACRAMENTO

SVPER DOCTRINAM ANGELICI DOCT.
IN ALIQVIBVS QVÆSTIONIBVS
Additionum ad Tertiam Partem.

AVTHORE FRATRE PETRO DE LEDESMA
Præſentato Sacræ Theologiæ Lectore, in Regali & inſigni
Collegio S.Tho.Abulenſis, Ord.Prædicatorum.

Cum Indice copioſiſſimo, & locupletiſſimo.



VENETIIS.

Apud Marcum Antonium Zalterium. M D XCV.

EL REY.

POR quanto por fray Andres de Sant Millau procurador general de la orden de Sancto Domingo, en nombre de fray Pedro de Ledeſma Preſentado y Lector en ſancta Theologia en el Colegio de Sancto Thomas el Real de la ciudad de Auila de la dicha orden, nos fue fecha relacion, que el dicho Preſentado con licentia y facultad de ſu Perlado auia compueſto vn libro intitulado, Tractatus de magno ſacramento Matrimonii, el qual ſi ſe imprimia auia de ſer de grande vtilidad y prouecho para todo genero de gentes: y por mandato del dicho ſu perlado auia ſido viſto y examinado el dicho libro, del qual con la licentia y mandato ſuſo dicho hazia preſentation, ſuplicando nos le mandaſſemos dar licencia y facultad para lo poder imprimir y priuilegio por el tiempo que fueſſemos ſeruido, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, por quanto en el dicho libro ſe hizo la diligencia que la pragmatica por nos vltimamente ſobre ello hecha diſpone, fue acordado quæ deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual damos licentia y facultad al dicho fray Pedro de Ledeſma, para que por tiempo y eſpacio de diez annos cumplidos primeros ſiguientes, que corran y ſecuenten deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula en adelante, el ò la perſona que para ello ſu poder vuiere y no otra alguna, pueda imprimir y vẽder el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion. Y por la preſente damos licencia y facultad a qualquier impreſſor deſtos nueſtros Reynos qual el nombrare. para quæ durante el dicho tiempo lo pueda imprimir por el original que en el nueſtro Conſejo ſe vio, que va rubricado y firmado al fin de Alonſo de Valejo nueſtro eſcriuano de camara, y vno de los que en el nueſtro Conſejo reſiden, con que antes que ſe uenda le trayga ante ellos juntamente con el dicho original, para que ſe vea ſi la dicha impreſſion eſta conforme a el, y trayga fe en publica forma, como por corrector por nos nombrade ſe vio y corrigio la dicha impreſſion por el dicho original, y mandamos al impreſſor que anſi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego del, ni entregue mas de vn ſolo libro con el original al autor, o perſona a cuya coſta le imprimiere, ni a otra alguna para effecto de la dicha correction y taſſa, haſta que antes y primero el dicho libro eſte corregido y taſſado por los del nueſtro Cenſejo, y eſtando hecho y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, en el qual ſeguidamente ponga eſta nueſtra licencia, y la aprobacion, taſſa, y erratas, ni lo pueda vender ni uenda el ni

otra perſona alguna, haſta que eſte el dicho libro en la forma ſuſodicha, ſo pena de caere incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nueſtros Reynos que ſobre ello diſponen. Y mandamos que durãte el dicho tiempo perſona alguna ſin licencia del dicho fray Pedro de Ledeſma no lo pueda imprimir ni vẽder, ſo pena que el que lo imprimiere y vendiere, aya perdido y pierda qualeſquier libros, moldes y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena ſea la tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para la nueſtra camara, y la otra tercia parte para el que lo denunciare. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo preſidente y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra caſa, corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſſiſtentes, Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nueſtros Reynos y ſeñorios, y a cada vno y qualquier dellos en ſu juriſdicion, anſi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que le guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi le hazemos, y contra ella no vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna, ſu pena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Fecha en el Pardo a diez ſeys dias del mes de Nouiembre, de mil y quinientos y nouenta y vn años.

YO EL REY.

Por mandabo del Rey nueſtro Señor.
Iuan Vazquez.

EX mădato ſupremi Senatus Regij, ego frater Martinus Sierra vidi, atque perlegi Tractatum de magno matrimonij ſacramento ſuper doctrinam Diui Thomæ in additionibus ad Tertiam partem, compoſitum ab admodum Reuerendo, & eruditiſſimo patre Petro de Ledeſma: In quo magna eruditione & diligentia difficultates huius ſacramenti omnes diſſerit, & diſſoluit, & nihil fidei Catholicæ repugnans in hoc tractatu continetur: nihil almæ matris Eccleſiæ, atque Sanctorum patrum aſſertis ſiue decretis, aut bonis moribus contrarium: imò potius in explicanda huius ſacramenti natura, & alijs omnibus, quæ diſputationem hanc concernere poſſunt, tantum in eo eruditionis ſplendorem reperiri comperi: ut nihil ſuperius, vel ad dilucidationem Diui Thomæ, vel ad Theologicam diſputationem Theologi deſideraturi videantur. Quocirca tanquam Theologiæ ſtudioſis neceſſarium, & Reipublicæ Chriſtianæ vtiliſſimum, dignum iudico, quod typis excuſus omnibus offeratur. Datis Matriti, die nona Septembris, Anno milleſimo quingenteſimo nonageſimoprimo.

Frater Martinus Sierra.

LIBRVM hunc de facultate noſtri patris Prouincialis euolui. In quo ea diligentia & eruditione vniuerſas matrimonij difficultates author diſſerit, nodos diſſoluit, abditiſſima quæque ac inuidia temporis obnubilata luci reſtituit, ut cum legeris, nihil tibi deſiderandum relinquat. Dignus plane liber qui laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur. In inſigni Collegio Diui Thomæ Abulenſis, vltima Iulij, Anno milleſimo quingenteſimo nonageſimoprimo.

Fr. Franciſcus
Dauila.

Taſſa deſte Libro.

YO Alonſo de Vallejo Eſcriuano de Camera del Rey nueſtro Señor de los que en el ſu conſejo reſiden, doy fe que auiendo ſe uiſto por los Señores del vn libro intitulado, *Tractatus de magno ſacramento Matrimonij*, que con ſu licencia fue impreſſo, compueſto por el Reuerendo padre fray Pedro de Ledeſma de la orden de ſeñor S. Domingo, le taſſaron à tres marauedis y medio cada pliego en papel. El qual mandaron no ſe pueda vender, ſin que eſta taſſa ſe ponga al principio de cada volumen del dicho libro, para que ſe ſepa y entienda lo que por el ſe ha de lleuar, y para que dello conſte de mandamiento de los dichos Señores di eſta fe, que es fecha en la villa de Madrid a veynte y cinco dias del mes de Nouiembre, de mil y quinientos y nouenta y dos años.

Alonſo de Vallejo.

IN DEI filio ſibi chariſſimo Reuerendo Patri fratri Petro de Ledeſma ordinis Prædicatorum ſacræ Theologiæ Lectori noſtri conuentus Sancti Thomę Abulenſis, Frater Bartholomęus Muñoz Præſentatus, totius Prouinciæ Hiſpanię eiuſdem ordinis humilis Prior Prouincialis, & ſeruus, ſalutem, &c. Cum ſicut accepimus tractatum quendam à te compoſitum de Magno matrimonii ſacramento, ſuper doctrinam Diui Thomę in additionibus ad Tertiam partem, à Quæſtione quadrageſimaprima vſque ad ſexageſimamoctauam, quem non ſine magno labore & vigiliis compilaueris, eumque valde vtilem fore fide digni retulerunt: idcirco communi omnium vtilitati, ſimulque noſtræ prouinciæ & ordinis decori conſulentes, tenore præſentium & officii noſtri authoritate tibi præfato Patri fratri Petro de Ledeſma Præſentato prædicti conuentus ſacræ Theologiæ Lectori, licentiam & facultatem concedimus. Quinimo in meritum ſanctæ obedientiæ mandamus, vt ſeruatis ſeruandis, Tractatum ipſum impreſſioni tradere, & prælo committere poſſis, in nomine Patris & Filii, & Spiritusſancti, Amen. Non obſtantibus quibuſcunque in contrarium. In quorum fidem his ſigillo noſtri officii munitis propria manu ſubſcripſimus, in noſtro Conuentu Sanctę Marię de Tocha, Matriti, duodecima die Februarii, Anno 1591.

Frater Bartholomæus Muñoz
Prior Prouincialis.

Valeat in conuentu Sancti Pauli Burgenſis 12. Maij, Anno 1591.

Fray Thomas de Guzman
Vicarius generalis.

DOMI-

DO. PETRO STEPHANO DE AVILA MARCHIONI DE LAS NAVAS,

F. Petrus de Ledeſma, *S. & P. F. E.*

SI QVIS recta animi lance perpendat miſeram huius ſęculi cōditionem, non poterit nō fęliciſſima illius aureę ętatis tēpora lamētari, in quibus nec rebus ſtrēnuè geſtis ſcriptores, nec ſcriptoribus debita ſuo labori pręmia defecerunt. Erat enim illis antiquiſſimus vſus, & diuturna conſuetudo, cum aliquod opus literis mandabāt illud Regibus, & Principibus vel clariſſimis omniq; virtutis genere ornatiſſimis viris dedicare, quorum potētia, gratia, & auxilio, & liber ipſe grauitatē, & autoritatē ſibi, & ſuo autori ſempiternū nomen, & egregiam famā comparabat. Sic ipſe antiquorū veſtigia ſequendo, & priſtinos mores imitando, hunc tractatum de magno Matrimonii ſacramento in expoſitionem Angelici Doctoris Diui. Thomæ (qui ſplendidum Eccleſiæ lumen, Prædicatorū ordinis gloria, Principum decus, & ornamentū, cū fuerit illuſtri, & clara Comitum familia ortus, optimo iure nūcupatur.) Hunc inquam tractatum, qui laborum meorum primitias obtinet, mihi viſum fuit ad te Clariſſimū Dominū omniq; magnitudinis, nobilitatis, & excellentiæ gloria illuſtriſſimum dirigere, tibiq; nūcupare, ut mihi tam magnificum & excelſum Auguſtum, ampliſſimum, & generoſum Mecœnatū eligam, & meo operi tutiſſimum præſidium, & contra omnes maleuolos inuidiæ impetus ſuſcipiam propugnaculum, cuius aſpectu non ſolum gratum, iucundum, & accceptum arbitror fore, ſed omnibus ſuis numeris & partibus abſolutum. Itaq; ipſe non laborum meorum remunerationem, & præmiū deſiderabo, cum illis tanto beneficio, gratia, & auxilio ſuperabundans, & excedens præmium exiſtat. Quod mirum in modum dolendum arbitror eſt, tot fortium hominum illuſtria facta temporis interuallo elabi, tot rerum geſtarum monimenta obliuione prorſus oblite-rari, tot militaris diſciplinæ exempla, quæ trabali (vt aiunt) clauo animis infixa eſſe debeāt, ita deſtrui, & adnihilari vt nec reliquiæ quidem illorum ad immortalem gloriam aſſequendam valde ſalutares animis infixæ remaneant. Et cui maiorem iniuriam temporum vetuſtates intulerunt tuæ florentiſſimæ, & nobiliſſimæ Abulenſi patrię ſine dubio arbitror eſſe fatendum, quæ cum eſſet ſuplendidus in armis Lucifer in

pacis

pacis quieta prope diuinum exemplar non fuerit qui clara illius trophœa celebranda, & eius nomen memoriæ ſempiternæ ſibi duceret conſecrandum,& cum omnes uirtutes ſtudio honoris excitentur,conſequens eſt,ut ſpe honoris inciſa, ſtudium virtutis,& fortitudinis extinguatur. Sunt tamen homines qui non mortales ſed diuini quidam heroes exiſtimandi ſunt, qui præmijs poſtpoſitis, & emolumētis abiectis, parum,aut nihil de nominis celebritate curando: erat inanimis illorū inſitum quiddam generoſum, excelſum, atque magnificum cui ſoli ſatisfacere ſibi ante oculos proponebant,& ſic ad impoſſibilia pene facta conſpirabant. Huiuſmodi fuit tua inclyta, & generoſa progenies, tuus anteceſſorum celebris ordo,contra quos nec temporis antiquitas præualet, nec hominum inuidia viget, nec obliuionis uis alicuius eſt roboris & momēti.Si enim vetuſtatis memoriā replicare voluerimus, reperiemus clara ſolum Abulenſium facta, quæ recto lineę ordine ex vtraque parte ad te ſpectare videntur tibi non ſolum clariſſimum ſtatum honorificentiſſimamq; familiam, ſed immortalitatem quandam comparaſſe.Celebre enim fuit,& omni memoria dignū Hiſpaniarum Regem Alfonſum Octauum tenera adhuc ętate pene lactentem nutrire,firmo,& valido ſtabilire præſidio, & hoſtis inſtructā aciem ab vrbis mœnibus virtute repellere,& cū illius magna ſtrage, & inſigni ignominia urbem tutari, & pro illius defenſione accerrime dimicantes vitam profundere.in quo non ſolum Regiam maieſtatem, & amplitudinem ſecuram ſeruarunt,ſed illius ſtatum florētem omnibusq; bonis affluentem reddiderunt.Alfonſi etiam Noni,& Vndecimi,nō ſolum extitere nutrices, ſed in bellorum contentionibus fortiſſimi defenſores, ita vt non ſolum maiorū uirtute parta retinerēt, ſed Regium imperiū,& ſtatum latiſſime propagarent. In bello etiā Toletano cum ciuitatē ipſam quidam ſine iure detētor poſſideret,tuorum maiorū duo ita ſe fortes & egregios geſſiſſe conſtat, ut ciuitatem ſuo Regi tranquillam tradiderint, & ipſum hoſtem a finibus regni acri belli contentione eiecerint. In eiuſdem etiā Alfonſi Noni defenſione, alii tuæ florētiſſimę familiæ poſſeſſores,quibus antiquiſſimum Spiritus ſancti cœnobiū condidiſſe tribuitur,magnos fecerunt ſumptus, & Ferdinandi Secundi Regis Legionenſis ita fortiter, & acriter impetum repreſſerunt vt deinceps illorum in armis congreſſum exhorreret. Et ut breuiter comprehendam omnes,quos longum eſſet recenſere ſibi nomen inuictum, & ſuæ Reipublicę nobilitatis, & fidelitatis famam compararunt, illamq; ita florentem reddiderunt, vt non ſolum in præſentium, ſed etiam futurorum admiratione circunfluat. Hoſtes illam metuerent, exteræ nationes admirarentur, & nomen illius per omnes regiones cum inſigni prædicatione vagaretur,ita ut omnes intelligerent illam diuinis armis tegi, diuino præſidio cingi, diuinoq; munimento vallari, ſed non eſt

opus

opus nimis antiqua referre, repetat qui volet. Catholicorũ enim Regum tempeſtate Petrus Abulenſis trigeſimus tuæ familiæ dominus, ita rerum geſtarum gloria præſtitit, vt in omnibus bellorum tempeſtatibus inuictus permaneret, & præcipua ſecundorum euentuum cauſa ſemper extiterit, cui non ſolum proauus tuus in ſtatus poſſeſſione, ſed in animi excellentis altitudine hęreditario iure ſucceſſit. Hunc, & maiorum ſuorum veſtigia auus tuus fœliciſſimo curſu ſequutus eſt, qui tuum clariſſimum patrẽ in hanc lucis vſuram edidit, ita ingenij magnitudine, & prudentiæ altitudine præditum, Vt ab inuictiſſimo Rege noſtro Philipo Romam legatus mitteretur ad res maximi momenti peragendas non ſolum ad regiam amplitudinem attinentes, ſed ad totius noſtræ Chriſtianæ Reipublicæ ſtatum ſpectantes, cui operi glorioſum & perfectum finem imponeret, ſi mors tãti fructus inuida, ſuæ florentiſſimæ vitæ illum non antea impoſuiſſet, te tamen clariſſimum dominum Petrum Stephanum nobis reliquit, & tibi ſua & maiorum imitanda exempla propoſuit, ad quorum imitationem mores effingas tuos: eiuſmodi enim ſunt, quæ te facilè poſſunt ſtudio immortalitatis incendere & inflammare, non ſolum ut illos fortiſſimos uiros quorum ſtirpe procreatus es, imiteris, ſed illorum uirtutes, & egregia facta ingenio, liberalitate, pietate, & animi magnitudine lõge ſuperes. Accedit etiam ad hoc quod omnia munera tibi diuinitus attributa, te ad hoc arctiſſimis obligationum uinculis aſtringunt. Talia enim ſunt vt te clarum, & excelſum, magnificũ, & amabilem reddant. Nam generis claritate ita viges, vt non ſolum ex nobiliſſimis & antiquiſſimis dominorum familiis, ex D. Iacobi militaris diſciplinæ ſacris magiſtris, ex clariſsimis principibus, ſed ex Cæſarea Regum Hiſpaniæ, & Legionis ſtirpe deſcendas, & cum nihil ſit in hac vita præſtantius, quam immortalis, & æternæ fieri participem, ita omnes meritorum, & beneficiorum uinculis alligas, & obſtringis, vt uirtutem admirentur, bonitatem diligant, liberalitatem commendent, & memoriam perpetuo voluntate gratiſſima proſequantur. Quid enim beatius, & iucundius excogitari poteſt, quam admirabiles erga omnes de te amores excitari, ita ut non ſolum te ardentiſſimo amore proſequantur, ſed fauſtis acclamationibus omnes tibi omnia bona ſummopere deprecentur? Hęc enim omnia bona quę veri boni nomine digna ſunt, quo ampliora ad plures ſemanant, eo ampliores animi opes ſunt, & ſtatus ipſius animi clarior, & magnificentior: & ne pluribus uerbis quam par eſt in commendatione illius vtamur, quæ nullis explicari poteſt. Tibi Deus Opt. Max. & animi & fortunæ bona magna cum abundantia ſuppeditauit, & ut nihil boni, laudis, & emolumenti deſideraret, tecum excellentiſſimam dominam Ioannam Manrique fęliciſſimo matrimonio copulauit, quæ ob generis claritatem, venuſtatis, & decoris elegantiam, virtu-

tis

tis indolem, animi, & fortunæ dotes, matrem, & clementem naturam, modeſtiæ, & honeſtati obſeruantiam cum altæ mentis ſignificatione coniunctam, non ſolum eſt amore proſequenda, ſed vt fulgentiſſima gemma, ſplendidusq; theſaurus æſtimanda. His omnibus rebus motus, & tuę magnitudinis ſpe impulſus ſum, vt hoc opus ſuſciperem, & tuę dominationi nuncuparem cum enim tibi in illo ſtatu propoſitum eſſe videam, vt omni genere virtutis excellas, & omnia conſilia, ſtudia, curę, & cogitationes ad ſempiternam gloriam conferendæ ſint, hoc opus tibi minime iniucundum fore arbitror. Nam cum auguſtiſſimo & ſanctiſſimo matrimonij uinculo ſis deuinctus, non potes non huius operis tutor & patronus exiſtere, tum etiam quod iſte Tractatus cum de magno eccleſię ſacramento ſit, magnum ſibi fautorem vendicare videtur, & cum in illum non ſolum inumerę inter Chriſtianos difficultates, ſed inter hæreticos peſtiferæ controuerſiæ in dies inſurgant: te ut firmiſſimū præſidium, munitiſſimū propugnaculum, & accerrimum defenſorem habebit, ac denique vt fęliciſſimum iſtum ſtatum (quo vt per multos annorum curſus Deum immortalem deprecor iucunde potiaris) ſanctiſſime colas, ꝙ arctiſſimam coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ nexum ſignificantem venereris, eius pulchritudine, & dulcedine oblecteris, & mutuis illius obſequiis lętiſſimè, & periucunde fruaris, & ne latius quam par eſt vagetur oratio, ita ſit nè videar epiſtolæ modum excedere, ſed pro maximis tuis in me beneficiis vili vti munere orationis. Hoc tibi compertum habeas, quod memoriã tuorum erga me meritorum, nulla vnquam delebit obliuio, te enim mihi fortuna dedit amplificatorem ſtudiorum meorum, ita vt ſolicitudines meas quotidie tua merita exacuãt, & me ad maiora, & difficiliora aggredienda excitent, & commoueant. Interim tamen Deum deprecor, ut te tuis maioribus dignum præbeas, illorum moribus, & votis vt cœpiſti inceſſanter reſpondeas, illorum exempla tibi imitanda proponas, & ſic non ſolum eorum virtute parta conſeruabuntur, ſed miris in dies acceſſionibus amplificabuntur, præſentes te amabunt, abſentes tui deſiderio flagrabunt, de te omnes loquentur, nomenque tuum nulla vnquam inobſcurabit obliuio, & quod maius eſt in cęlo illis opibus, quibus nunc tui maiores Dei beneficio iucunde potiuntur, non temporis breuitate, ſed æuo ſempiterno perfrueris. Vale.

FRA-

F. PETRVS DE LEDESMA LECTORI SALVTEM IN DOMINO PRECATVR, & huius Tractatus rationem reddit.

QVANQVAM Verum ſit, me alium Tractatum, cuius omnes flagrant deſiderio, & vt typis mandetur Regiam facultatē habere, in quo altiſſimæ, & profundiſſimæ primæ partis Quæſtiones ad diuinam puritatem lucemq; inacceſſibilem ſpectantes, magno ſtudio & vigilantia peraguntur, vt in ſacræ ſcripturæ teſtimoniis, antiquorum patrum monimentis, Metaphyſicisq; rationibus ſingulari artificio, ingenio, & doctrina pertractatis breui temporis ſpatio cum in lucem edetur apparebit. Nihilominus tamen, hunc Tractatum de magno Matrimonii ſacramento prius in publicum proferendum putaui, qui quamuis moralis videatur, non leues tamen in ſe continet difficultates, quas vt intuenti apparebit in ſummam redigere magna diligentia, eximioq; labore curaui, ita enim deciſæ, reſolutæ, & claræ, difficillimæ Quæſtiones apparebunt, vt in caſuum, & dubiorum reſolutione nihil difficultatis remanere videatur. Sæpiſsime enim res morales Metaphyſicis ſunt difficiliores, maxime cum non primo intuitu, & facie perſpectæ, ſed debito ſibi loco, & gradu collocatæ tractantur: ad quas intelligendas ſapientia non mediocris, ſed præſtans, & eximia prudentia flagitatur. Theologusq; qui non inani, & falſo illius nomine nuncupatur, non magis Metaphyſicarum Quæſtionum deciſionem debet attendere, quam moralium reſolutionem penetrare. Omnes enim qui temporibus antiquiſsimis & eruditiſſimis, quibus multum ingenio, & prudentia valebant, excellentes extitere, non magis ad ingeniorum cultum aptiſſima, & intellectus aciem acuentia attendebant, ſed ad Eccleſiæ firmamentum, fidelium vtilitatem, uitæ, & morum inſtituta neceſſaria maiori cura, & diligentia incumbebant. Et cum in hac parte ſemper grauiſſimæ Quæſtiones extiterint, ſunt tamen nouiter exortæ difficiliores ex doctrina ſancti Concilii Tridentini, in quo multa noua explicata, magna ſcientia, & ſumma prudentia diſpoſita ſunt multa, ita vt clarè appareat in hoc inacceſsibilis lucis aſsiſtentia, quæ hominum mentes eximio ſapientiæ ſplendore colluſtrabat. Quæ difficultates exponere neceſſarium mihi viſum fuit: tum propter illarum in Chriſtiana Republica frequentiam: tum etiam, quia poſt ſacroſanctum Concilium Tridentinum nullus nouus tractatus qui illas diſtinctè & clarè diſſoluat, in lucem editus eſt. Volui tamen in hoc Tractatu ſequi ordinem, & doctrinam additionum ad tertiam partem, quæ ex D. Thoma deſumptæ ſunt. Licet enim partium doctrina non ſit, in quibus Angelicus

Doctor

Doctor multa diuino quodam ingenio excogitata, ſumma, ſingulariq; induſtria elaborata, admirabili eloquentia perpolita ſententiarum fœcunditate vberrima habet: clarè tamen apparet in illius profunditate, & vbertate, ex illius ſapientiæ altiſsimo fonte dimanari. Adducit enim multa & optima, maxima vt ſolet ingenii altitudine, & ſapientiæ profunditate. In quo plane liquet, quod Diuus Thomas eſt fons ſapientiæ, & quod ſumma ſuauitate, & facilitate diuina emittit eloquia: ſiquidem illud, quod non ita perfectum, limatum, & abſolutum reliquit, tot ac tantas, & tam altiſsimas rationes comprehendit. Eſtq; Sanctus Thomas lumen copioſiſsimum effundens lucis radios, & veluti lucidiſsimus Sol, qui emicuit in mundo ſapientia, & ſplendore maximo in omnibus, & minimis Eccleſiam Dei illuſtrans, Sole namque iſto ſuborto omnes errorum ac hæreſum vmbræ à Sanctæ matris Eccleſiæ facie protinus effugatæ ſunt. Cuius etiam altiſsima doctrina tam excelſam ſedem, & gradum obtinuit, ut non niſi ab eleuatiſsimis ingeniis, acutiſsimisque luminibus valeat penetrari. Eſt enim participatio quædam illius inacceſsibilis lucis. Et ſic huius autoris in omnibus, & per omnia ſententiam ſectando, viſum mihi fuit meam doctrinam illius firmamento munire, illius robore, & vi fulcire, & eius opibus, & diuitiis ingenii mei paupertatem ditare. Ideoque mihi illius Quæſtiones, & articulos ſequi propoſui, ut illius vmbra, & auxilio mea doctrina firma, & ſecura procedat. Et quamquam in hoc opere præcipuum, & ſingulare ſit doctrina Diui Thomæ: poſſum tamen in eius expoſitione, & interpretatione meam commendare diligentiam, quam nec extollere, nec laudare præſumo, ſed prudentis viri iudicio, qui hoc opus perlegerit, ſubiacere volo. Tu verò quiſquis lector accedas, ſi quid quomodolibet erratum inueneris condonabis, & ſi opus fuerit me ipſum admonebis, qui quidem paratiſsimus ſum ad correctionem. Iamq; vale & me tuis apud Dominum orationibus iuuare memineris. Iterumq; vale Datis Abulæ apud Diuum Thomam eiuſdem ciuitatis. 26. Iunij Anno 1592.

INDEX

NDEX QVAESTIONVM, ET ARTICVLORVM DIVI THOMAE,

ET ETIAM DVBIORVM, QVÆ IN ſingulis Articulis continentur.

QVæſtio X L I. Additionum, De Sacramento matrimonij, pagina ſecunda, colum.2. litera A
¶Articulus primus. Vtrũ matrimonium ſit de iure naturali, pagina ſecunda, columna ſecunda, litera C
bium primum. An matrimonium ſit ex nclinatione naturæ, pagina 4.col.2.lit.c
bium ſecundum. An rectè colligatur a Diuo Thoma, quòd ſit de iure naturali, x eo quod eſt ex inclinatione naturali, ag 9.col.1.lit.c
rticulus ſecundus. Vtrum matrimonium adat ſub præcepto, pag.10.col.1.lit.d
bium vnicum grauiſſimũ, & difficillimũ, n ſit præceptũ de matrimonio abſolutè, ſimpliciter loquendo, pag.11.col.1.lit.d
bium ad ſextum argumentum precedenis dubii, an præceptum de matrimonio t præceptum naturale impoſitũ a Deo, authore naturæ, an vero ſit præceptum oſitiuum ſuperadditum naturæ impoſium a Deo, vt legislatore ciuilis, pag.15. olum.1.lit.c
ium aliud ad ſeptimum dubii principas ad quodnam præceptum decalogi reucatur præceptum de matrimonio, pag. 8.col.2.lit.c
ium aliud ad octanum dubii principalis e uniuerſalitate huius præcepti, an oblíet omnes, pag.19.col.1.lit.a
iuni aliud ad nonũ dubii principalis. An tantũ eſſent religioſi in mũdo tenerent ontrahere matrimonium ad conſeruanam ſpeciem, pag.21.col.2.lit.d
rticulus tertius, Vtrum actus matrimoi ſit licitus, pag.23.col.1.lit.a
Dubium. An vſus matrimonii, & actus illius ſit peccatum, pag.24.col.1 lit.d
¶ Artic.quartus. Vtrum actus matrimonii ſit meritorius, pag.26.col.2.lit.d

Queſt. XLII. De matrimonio inquantum eſt ſacramentũ, pag.28.col.2.lit.a
¶ Articulus Primus. Vtrum matrimonium ſit ſacramentum, pagina;& col.ead.lit.d
Dubium primum, de prima concluſione D. Thom. An matrimonium ſit ſacramẽtum in lege gratiæ, pag.29 col.2.lit.d
Dubium ſecundum, vtrum ratio ſacramenti nouæ legis vniuocè conueniat matrimonio, & reliquis ſacramentis nouæ legis, pag.35.col.1.lit.c
Dubium tertium, circa ſolutionem ad quartum & quintum, quidnam ſit in matrimonio ſacramentum tantum, quid res, & ſacramentum ſimul, quid vero res tantum, pag.37.col.1.lit.d
Dubium quartum grauiſſimum, quænam ſit materia, & forma huius ſacramenti, pag.42.col.2.lit.b
Dubium quintum eſt de ratione ſpecifica ſacramenti matrimonii, pag. 57.col.1.lit.c
Dubium ſextum optimum. Vtrũ ſacramentum matrimonii ſit potiſſimum ſacramentum inter omnia ſacramenta, pagina 59. col.2.lit.d
Dubium ſeptimum grauiſſimum. An omne matrimonium inter fideles baptizatos ſit ſacramentum, pag.62.colum.2.lit b
Dubium optimum ad quartum dubii præcedentis. An quando matrimonium celebratur per procuratores, quòd diximus habere veram rationem ſacramenti, expreſſiones quæ ſunt in ipſis contrahentibus habeant rationem materiæ, & formę, an vero expreſſiones, quę ſunt in ipſis procuratoribus, pag.69.col.1.lit.b

¶ Articulus ſecundus. Vtrum matrimonium debuerit inſtitui ante peccatū, pagina 71. col. 1. lit. b

Dubium. An matrimonium fuerit inſtitutum a Deo immediatè per ſe ipſum, an vero mediantibus verbis primi parentis, pag. 72. col. 2. lit. c. & d

Dubium aliud. An matrimonium ante legem nouam fuerit inſtitutum ſacramentum, taliter quòd eſſet ſignum practicum gratiæ, in cuius ſuſceptione conferatur gratia, pag. 73. col. 2. lit. a

¶ Articulus tertius. Vtrum matrimonium conferat gratiam, pagina 77. colum. 1. lit. a

Dubium primum. Vtrum matrimonium ſit ſacramentum nouæ legis taliter, quod cauſet gratiam ex opere operato ad modum inſtrumenti, ſicut alia ſacramenta nouæ legis. pag. 78. col. 2. lit. c

Dubium annexum præcedenti. An ſacramentum matrimonii habeat proprium, & particularem effectum diſtinctum ab omnibus aliis ſacramentis, pag. 82. col. 1. lit. c

Dubium de diſpoſitione neceſſaria ad ſuſcipiendum ſacramentum matrimonii, pag. 85. col. 2. lit. d

Dubium, An ſacramentum matrimonii ſuſceptum cum fictione, id eſt, in peccato mortali, poſtea recedente fictione, conſequatur effectum, & virtute illius conferatur gratia ſacramentalis, pag. 86. col. 2. lit. c

¶ Articulus quartus. Vtrum carnalis commixtio ſit de integritate matrimonii, pag. 87. col. 1. lit. b

Difficultas grauiſſima. An copula carnalis ſit de eſſentia matrimonii tam ratione cōtractus naturalis, quàm in ratione ſacramenti, pag. 88. col. 1. lit. b

Dubium. An ſola ſignificatio qua hoc ſacramentum ſignificat gratiam contentam in illo, ſit de neceſſitate huius ſacramenti, pagina 96. col. 2. lit. a

Quæſtio XLIII. De matrimonio, quantum ad ſponſalia, pag. 99. col. 1. lit d

¶ Articulus primus. Vtrum ſponſalia ſint futurarum nuptiarum promiſſio, pag. 99. col. 2. lit. b

Dubium primum. An diffinitio ſponſaliorum de futuro ſit bona, pagina 103. col. 1. litera a

Dubium ſecundum. Vtrum promiſſio ſimulata ex vna parte, vel ex vtraque, habeat rationem ſponſaliorum de futuro, pagina 105. col. 2. lit. c

Dubium tertium. An ſponſalia de futuro inducant obligationem ad contrahendū matrimonium, pag. 107. col. 2. lit. c

Dubium quartum. An ſponſalia ficta, & malo dolo facta, & ſine animo promittendi obligent in conſcientia ad matrimonium contrahendum, pagina 110. colum. prima, litera a

Dubium vltimum. An ſponſi per illam mutuam promiſſionem acquirant aliquod ius iuſtitiæ, taliter, quod ſit ſpeciale peccatum accedere ad aliam perſonam, pag. 111. col. 1. lit. b

¶ Articulus ſecundus. Vtrum tempus ſeptennii ſit legitimè aſſignatum ſpōſalibus contrahendis, pag. 113. col. 2. lit. c

Difficultas prima. De veritate concluſionis D. Tho. pag. 115. col. 2. lit. d

Dubium ſecundum. Vtrum ad ſponſalia, ita ſit neceſſaria ætas ſeptem annorum, quod ſi non ſit completus annus ſeptimus, ſponſalia ſint inualida, pagina 116. columna 2. litera a

Dubium annexum, & ſpeciale, vtrum ſi longè ante ſeptennium acceleretur vſus rationis in aliquo, verbi gratia in anno tertió, vel quarto, an valida ſint ſponſalia ſi contrahant, pag. 117. col. 2. lit. a

Dubium tertium. An ſit licitum contrahere ante ſeptennium, pag. 118. col. 2. lit. a

Dubium quartum, An poſſint parentes ſponſalia contrahere pro filiis, pagina 119. col. 2 litera a

¶ Articulus tertius, Vtrum ſponſalia dirimi poſſint altero religionem intrante, pagina 120. col. 1. lit. a

Dubium primum. Vtrum ſponſalia de futuro ex natura ſua ſint diſſolubilia quantum ad vinculum, pag. 121. col. 2. lit. a

Dubium ſecundum, quænam ſint cauſæ per quas diſſoluuntur ſponſalia de futuro, pagina 123. col. 1. lit. b

Dubium primum circa primam cauſam, an ille qui iurauit ſponſalia de futuro, poſſit tranſire ad religionem ſine eo, quod prius contrahat, pag. ead. col. 2. lit. d

Dubiū ſecundū, circa eandē primam cauſam. Vtrum ſolum per ingreſſum religionis dirimantur ſponſalia de futuro, pagina 124. col. 2. lit. d

Dubium

Dubium tertium, circa iſtam cauſam. Vtrũ votum caſtitatis ſuperueniens diſſoluat ſponſalia de futuro. pag. 126. col. 1. lit. B
Dubium vnicum, circa alias cauſas. Vtrum ſit neceſſaria iudicis authoritas ad ſponſalia dirimenda, an vero priuata authoritate poſſint dirimi, pag. 129. col. 2. lit. D

Quæſtio XLIIII. De matrimonij diffinitione. pag. 130. col. 2. lit. B

¶ Articulus primus. Vtrum matrimonium ſit in genere coniunctionis, eadem pag. & columna, lit. C
¶ Articulus ſecundus. Vtrum matrimonium congruè nominetur, pag. 131. columna 2. litera D
¶ Articulus tertius. Vtrum matrimonium conuenienter diffiniatur, pagina 133. columna 2. lit. A
Dubium de legitima diffinitione matrimonii, pag. 136. col. 2. lit. D
Dubium ſecundum, circa diffinitionem matrimonii iuratione ſacramenti, pag. 138. col. 2. lit. B

Quæſtio XLV. De conſenſu matrimonij. pag. 144. col. 1. lit. D

¶ Articulus primus. Vtrum conſenſus ſit cauſa efficiens matrimonii, eadem pag. col. 2. lit. C
Dubium graue, an conſenſus ita ſit neceſſarius ad efficiendum matrimonium, vt nec de potentia ordinaria, nec de potentia abſoluta poſſit fieri matrimonium inter virum & fœminam, ſine conſenſu eorum, pag. 146. col. 1. lit. A
Dubium ſecundum grauiſſimum. Vtrum coniuges qui dubitant de veritate matrimonii propter defectum conſenſus, vel propter affinitatem, vel quia audit vxor priorem maritum uiuum eſſe, poſſint vti matrimonio, & quid ſit faciendum? pag. 152. col. 1. lit. C
Dubium adhuc difficile, quando uterque dubitat, pag. 157. col. 2. lit. B
¶ Articulus ſecundus. Vtrum oporteat conſenſum per uerba de pręſenti exprimi. pag. 158. col. 2. lit. A
Dubium primum, an concluſio Diui Thomæ, ſit vera. pag. 159. col. 2. lit D
Dubium ſecundum. Vtrum in his qui commodè loqui pñt uerba ſint neceſſaria ad matrimoniũ præcipuè in rône Sacramenti, ita ut non ualeat ſacramentum: etiam ſi aliis ſignis externis explicetur conſenſus pag. 161. col. 1. lit. C
Dubium tertium, quando puella quæ contrahit matrimonium præ verecundia tacet, & pater reſpondet pro ea, an hoc ſufficiat, ut ſit uerum matrimonium, & ſacramentum. pag. 162. col. 1. lit. D
¶ Articulus tertius. Vtrum conſenſus expreſsus per uerba de futuro, faciat matrimonium. pag. 163. col. 2. lit C
Dubium primum, an omnia uerba de præſenti & ſola faciant matrimonium, & nulla de futuro. pag. 164. col. 2. lit. B
Dubium ſecundum, an per hanc propoſitionem, habebo te in meam uxorem uel ſimilem, uidelicet, promitto uel iuro quod te habebo in meam uxorem contrahatur uerum matrimonium. pagina. 166. columna prima. lit. G
Dubium tertium, an requiratur ad rationē matrimonii & ad ualiditatem illius, quod conſenſus ſimul concurrant & exprimantur. pag. 168. col. 2. lit B
Dubium vltimum. Vtrum ſufficiat conſenſus alterius coniugis quocunque medio tempore interiecto, ut ualidum ſit matrimonium propter ſimultatem moralem. pag. 169. col. 1. lit. B
¶ Articulus quartus. Vtrum conſenſus expreſſio per uerba, ſi deſit interior conſenſus faciat matrimonium. pag. 171. colum. 2. liter. A
Dubium primum, ad quid teneatur in conſcientia ille qui doloſè ſimulauit ſe matrimonium contrahere, cum aliqua & nō habuit uerum interiorem conſenſum, pag. 172. col. 2. lit. C
Dubium ſecundum, an quando aliquis contraxit cum una ficte & cum altera uere, & compellitur ab eccleſia habitare cũ priori ſub excommunicatione, & aliis pœnis. Vtrum tunc poſsit reddere debitum. pag. 177. col. 2. lit. B
Dubium ultimum, quando poſt contractum matrimonium uir, v. g. dicit fœminæ, ſe non habuiſſe uerum conſenſum, an mulier poſsit ſtatim illi credere, ita ut ſtatim maneat libera ad contrahēdum cum alio ſi uoluerit. pagina 178. columna ſecunda, lit. B

¶ Articulus quintus. Vtrum conſenſus in occulto factus per verba de præſenti faciat matrimonium, pag. 179. col. 1. lit. d

Dubium primum, circa primum punctũ, an matrimoniũ clandeſtinum proprie, & in prima acceptione eſſet validum matrimonium ante Concilium Tridentinum, pag. 181 col. 1. lit. c

Dubium ſecundum. Vtrum matrimonium clandeſtinum ſit peccatum ex aliqua prohibitione Eccleſiæ, an vero ex natura rei, pag. ead. col 2 lit b

Dubium tertium, an contrahere matrimonia clandeſtina ſecundo modo, id eſt, coram teſtibus ſine bannis & denunciationibus, ſit peccatum mortale ante Concilium Tridentinum, & an aliquando nullum eſſet peccatum, pagina 183. colum. 1. litera d

Dubium primum difficile circa ſecundum punctum, an quando contrahitur matrimonium coram parocho, & teſtibus, ſed ſine denunciationibus, & ſine cauſa, ſit dicendum clãdeſtinum matrimonium ſaltem ad effectum incurrẽdi pœnas legum ciuilium, præcipuè poſt Concilium Tridentinum, pagina 185. columna prima, litera a

Dubium ſecũdum, an Eccleſia & Concilium potuerunt irritare matrimonia clandeſtina, pag. 188. col. 1. lit. b

Dubium tertium optimum, an Eccleſia, & Concilium Tridẽtinum de facto irritauerint matrimonium clãdeſtinum, quod fit ſine parocho & teſtibus, ita ut ſit nullum in conſcientia, pag. 190. col. 2 lit. a

Dubium quartum. Vtrum ſpõſalia de futuro ſint irrita & nulla poſt Concilium Tridẽtinum, ſi ſiant clandeſtinè. pag. 192. col. 2. litera a

Dubium maius, an matrimoniũ clandeſtinũ ſit validum in ratione ſpõſaliorum de futuro. pag. 193. col. 1. lit. c

Dubium breue, an poſt Cõcilium Tridentinum, qui cõtrahunt clandeſtine incurrãt illas pœnas, quæ incurrebãtur ante illud, pag. 194. col. 2. lit. d

Dubium primum, circa iſtud decretũ Concilij, an poſt Concilium Tridentinum prætermittere publicas denunciationes in Eccleſia ſine cauſa rationabili, ſit mortale, pag. 196. col. 2. lit. a

Dubium maius, circa ipſum Concilium, an parochus pro ſuo arbitrio ex rationabili cauſa poſſit redigere denũciationes ad minorem numerum vel illas omnino prætermittere propria authoritate. pag. 197. col. 1. litera a

Dubium aliud, an ſit peccatum mortale cõſummare matrimoniũ cõtractũ poſt Cõcilium Tridẽtinum coram parocho, & teſtib. quãdo ſine vlla cauſa rationabili non fuerunt factæ denunciationes in Eccleſia, pag. 198. col. 1. lit. b

Dubium maius, quãdo parochus eſt præſens per violentiam, & idem eſt de teſtibus, an ſit validum matrimonium, pag. 200. col. 2. litera d

Dubium aliud, quisnam parochus debeat eſſe præſens matrimonio, vt validum ſit, an ſufficiat quicunque parochus, etiam alienus. pag. 203. col. 1. lit. b

Dubium aliud, quisnam poſſit concedere licentiam alteri ſacerdoti, vt poſſit eſſe præſens matrimonio, pag. 204. col. 2. lit. c

Dubiũ adhuc eſt, an ſi parochus vel Ordinarius dent licẽtiam ficté alteri ſacerdoti ad hoc, vt ſit præſens, validum ſit matrimonium, pag. ſeq col. 1. lit. a

Dubium aliud quis ſit habẽdus parochus peregrinorum, vel vagãtium quando volunt contrahere matrimonium, pagina, & col. ead. lit. b

Dubium an teſtes, qui debẽt eſſe præſentes matrimonio, debeant habere qualitates, quæ neceſſariæ ſunt in cauſis criminalib. eadem pag. col 2 lit. c

Dubium aliud, an in aliquo caſu poſt Cõcilium Tridẽtinum, poſſit eſſe validum matrimoniũ, quod ſit ſine parocho, & teſtib. pag. 207. col. 2. lit. b

Dubium graue. An epicheia locũ habeat in lege lata de matrimonio clandeſtino, præcipuè in Chriſtianis captiuis apud Turcas habitantib pag. 208 col. 1 lit. d

Dubium vltimum, circa illud decretum Cõcilij, an in aliquo caſu particulari, & in aliqua prouincia particulari validum ſit matrimonium, quod non ſit coram parocho, & teſtib. pag. 209. col. 1. lit. d

Quæſtio XLVI. De conſenſu, cui aduenit iuramentum vel copula carnalis, pagina 211. col. 2. lit. A

¶ Articulus primus. Vtrum iuramentum adiunctum

adiunctum conſenſui per verba de futuro expreſſo,faciat matrimonium , eadem pag.& col.lit. c
Dubium eſt, an vera ſint quæ docet D.Th. in artic.pag.212. col. 2.lit.d
¶ Articulus ſecundus. Vtrum carnalis copula poſt verba de futuro conſenſum exprimentia faciat matrimonium.pag.215.columna 2.lit.c
Dubium primū poſt Cōcilium Tridentinū ſi ſponſalia celebrata eſſent corā parocho, & legitimis teſtib.& poſtea ſequeretur copula in occulto , an tale matrimonium ſit validum,pag.217.col. 1.lit.d
Dubium ſecundū,ſi aliqui contraxerunt ſponſalia de futuro, & poſtea habuerunt copulam carnalē cum affectu maritali in præſentia parochi, & teſtium, an tale matrimonium ſit validum,pagina eadem,col.2. litera a

*Quæſtio X L V I I. De conſenſu coacto. pag.*218 *col.*1*.lit.C*

Articulus primus. Vtrum aliquis conſenſus poſſit eſſe coactus, eadem pagina, columna 2.lit.a
Articulus ſecundus. Vtrum aliqua coactio cadat in conſtantem virum, pag.219. col. 2.lit.b
Articulus tertius . Vtrum conſenſus coactus tollat matrimonium,pagina 221.col. 1.litera d
Dubium primum grauiſſimum.Vtrum metus, & coactio , quæ cadit in virum conſtantem , irritet matrimonium , & quo iure, pag.222.col. 1.lit.d
Dubium ſecundum annexum præcedenti , an matrimonium coactum per metum cadentem in conſtantem virum, ſi ſit iuramento confirmatum, ſit validum in ratione matrimonii , vel ſaltem in ratione ſponſaliorum de futuro, pagina 230.col. 1.litera d
Dubium tertium præcedenti coniunctum . Vtrum ſponſalia de futuro coacta per metum cadentem in virum conſtantem ſint valida , an vero ſint nulla iure eccleſiaſtico,pag. 232.col.2.lit.b
Dubium quartum præcedentibus annexum. Vtrum coactus per metum cadentē in virum conſtantem ad contrahendum matrimonium peccet proferendo illa verba, ego tē accipio in meam, pagina 234. columna 1.lit.c
dubium quintum affine præcedentibus . Vtrum quando aliquis cogitur ad matrimonium propter metum cadentem in virum conſtantem, poſſit etiam conſummare matrimonium, quando cogitur eodem metu ad conſummandum , taliter , quod ſi accedat affectu maritali , validum ſit matrimonium , pagina 236. col. 1.litera b.
dubium vltimum affine . Vtrum matrimonium coactum factum coram parocho , & teſtibus, ſi poſtea in occulto celebretur ſine parocho , & teſtibus , per expreſſionem conſenſus aliqua violentia , ſit validum,pag.237. col.2.lit.c
¶ Articulus quartus. Vtrum conſenſus coactus ex parte cogentis faciat matrimonium,pag.238. col.2.lit.c
¶ Articulus quintus.Vtrum per conſenſum conditionatum fiat matrimonium , pag. 239.col.2.lit.c
dubium primum. Vtrum iſte contractus ſit validus , contraho tecum ſi cœlum digito tetigeris , pagina 241. columna prima , litera b
dubium ſecundum. Vtrum matrimonium, quod fit ſub conditione de futuro neceſſaria , ſit verum matrimonium ſtatim , & ſtatim obliget, pagina 243. columna 2. litera c
dubium tertium. An ſit validus iſte contractus , contraho tecum ſi virgo es , pagina 244 col.1. lit.d
dubium quartum grauiſſimum, an conditio de futuro, quæ eſt contraria matrimonio faciat nullum matrimonium,pag.eadem, col 2.lit.d
dubium de illa cōditione ſi caſtitatē voues , an irritet matrimonīū,pag.250.col.2.lit.d
dubium primū ad tertiū dubii quarti . Vtrū matrimonium contractū ſub hac conditione,contraho tecum,ita tamen,vt nunquam ſim petiturus debitum,ſoluā tamen,ſit validum,pag.251.col.2. lit.c
Dubium ſecundum.Vtrum matrimoniū cōtractum ſub hac conditione, contraho tecum ſi coniugale debitum mihi neges , quoties mihi id exigere non licuerit , ſit validum,pag.252.col.1.lit.b
dubium ad cōfirmationem ſexti dubij quarti,an conditio de non cohabitando ſimul,

ſit contra ſubſtantiam matrimonii, taliter quod ipſum vitiet. pagina 253. col. 2. lit. a

Dubium ad octauum argumentũ dubii quarti, an matrimonium contractum, ab vno ex contrahentibus purè, & ſine vlla conditione, & ab altero ſub conditione contraria ſubſtantiæ matrimonii, ſit valida. pagina 254. col. 1. lit. d

Dubium circa idem, an quando apponitur conditio illa ab vno tantum, & aduenit copula carnalis, & conſummatur, ſit validum matrimonium pagina. 255. colu. 2. lit. b

Dubium ſextum, ad nonum argumentum quarti dubii, an ſponſalia de futuro cõtracta cum conditionibus contrariis matrimonio ſint valida pagina 256. col. 1. lit. b

Dubium ſeptimum graue, an impleta conditione de futuro ſtatim fiat matrimoniũ ſine nouo cõſenſu pagina ead. col. 2. lit. b

Dubium ſuppoſita probabilitate primæ ſententiæ an matrimonium celebratum ſub conditione adimpleta conditione ſit verũ matrimonium ſiue nouo cõſenſu, ſi parochus, & teſtes ſint præſentes non ſolum contractui conditionali, verum etiam ſint præſentes quando adimpletur conditio, pag. 263. col. 1. lit. d.

Dubium, quid dicẽdum ſit ſi quis contrahit cum aliqua ſub iſta conditione, ſi patri placuerit, & antequam pater conſentiat ille non vult contrahere. pag. 266. colum. 1. lit. c & d

Dubium aliud, quid dicendum eſt in eodem caſu ſi pater primo diſſentit poſtea conſẽtit, eadem pagina colum. 2. lit. b

Dubium aliud, quid ſit dicendum ſi Petrus contraxit cum Maria hac lege, & conditione, quod det illi centum, & antequã adimpleretur conditio, contraxit cum alia eadem lege, & conditione, & vtraque mulier eodem tempore dat illi centum pagina 267. col. prima. lit. b

Dubium circa conditionem honeſtam de habentibus legitimum, & canonicum impedimentum ad contrahẽdum vtrum iſti ſi contrahant cum conditione ſi Papa diſpenſauerit, diſpenſatione obtenta ſtatim abſque nouo conſenſu ſit matrimoniũ. Et hoc dubiũ poteſt diſputari ſimul de ſponſalibus, & matrimonio. pag. 268. colu. 2. lit. a

Dubium, an perſonæ inhabiles ſub prædicta conditione contrahentes incurrant excommunicationem quæ habetur in Clement. vnica, de conſanguinitate, & affinitate pag. 273. col. 2. lit. d

Dubium, an idem dicendum ſit quãdo duo inter quos eſt impedimentum non dirimens, ſed tantum impediens, contrahunt matrimonium; vel ſponſalia cum conditione ſi Papa diſpenſauerit, pagina 274. col. 1. lit. c

Dubium, vtrum contrahentes in gradibus prohibitis in illa Clementina de conſanguinitate, ſub conditione turpi; vel impoſſibili incurrant excommunicationem, quæ habetur in illa Clementina contra illos qui contrahunt abſolutè, & purè in gradibus prohibitis. pagina 279. col. 1. lit. d.

¶ Articulus ſextus. Vtrum aliquis præcepto patris poſſit cõpelli ad matrimonium cõtrahendum pagina 281. col. 1. lit. c.

Dubium primum. An cõſenſus patris ſit ita neceſſarius ad matrimonium, quod ſine illo non poſſit fieri matrimonium etiam ſi conſentiat filius, & an ſufficiat conſenſus patris ſine conſenſu filii. pagina 282. col. 1. lit. b

Dubium ſecundum. An pater poſſit compellere filium præcepto ad matrimoniũ contrahendum pag. 286. col. 1. lit. a

Dubium, an leges humanæ quæ puniunt eos qui contrahunt contra voluntatẽ parentum, & priuant fœminam hæreditate, ſint iuſtæ, & poſſint executioni mandari pag, 289. col. 2. lit. b

Quæſtio XLVIII. De obiecto conſenſus pagina 291. columna prima lit. a

¶ Articulus primus. Vtrum conſenſus qui facit matrimonium ſit conſenſus in carnalem copulam pagina eadem, & columna pariter eadem lit. b

Dubium difficile. Vtrum in matrimonio ſit neceſſarius conſenſus implicitus in copulam carnalem. pag. 293. col. 1. lit. b.

Dubium aliud affine præcedenti, vtrum cõſenſus neceſſarius in matrimonium contrarietur voto perpetuæ virginitatis. pag. 296. col. 1. lit. d

¶ Articulus ſecundus. Vtrum matrimonium poſſit eſſe ex cõſenſu alicuius in aliquam, propter

opter cauſam inhoneſtã, p.301.col.1.lit.c
ium primum. Vtrum contractus matrimonialis propter malum finem ſit aliquan irritus & nullus,pag.382.col.2.lit.d
ium ſecundum. De intentione ita peruerſa in matrimonio,quod eſt contraria ip matrimonio vel bonis matrimonii,an vit matrimonium.pag.305.col.1.lit.a
ium tertium, an contractus matrimonii opter malum finem ſit aliquando peccum, & quodnam peccatum ſit,pag.307. l.1.lit.c

ſtio XLIX. De bonis matrimo- pagina 308. columna prima lite- a

ticulus primus. Vtrum haberi debeant qua bona ad excuſandum matrimonium lem pag.& col.lit.b
um, vtrum modus loquendi Diui Thoe in hoc articulo ſit bonus,pag. 309.col. unda lit.c
iculus ſecundus. Vtrum bona matrimo- ſufficienter aſſignentur,pag. 311.col.1. d
um circa primum bonum matrimonii, quando non eſt proles in matrimonio, uſetur matrimonium, pag. 313.col.1. c
um aliud circa ſecundum bonum matrinii,an ad fidelitatẽ debitã in matrimo- pertineat non ſolum reddere debitum eri coniugi cum petitur, verum etiam n commiſceri alteri quam proprio coni,pag.ead.col.2.lit.c
um aliud circa idem, quodnam horum orum ſit principalius in matrimonio & ejus fidelitate,reddere debitum alteri cõ i,vel non commiſceri alteri, pag. 314. .2.lit a
um aliud coniunctum præcedenti,quod n opponatur magis fidelitati matrimo- & ſit grauius peccatum,non reddere de um proprio viro, an commiſceri alteri, .315. col.2.lit.a
iculus tertius. Vtrum ſacramentum ſit ncipalius inter bona matrimonii, pag. 7.col. 1.lit.c
m vnicum de ſecunda parte concluſio- Angelici Doctoris,an proles ſit eſſentia mum omnium in matrimonio,pa.319. 1.lit.c
¶ Articulus quartus. Vtrum actus matrimonii excuſetur per bona prædicta, pag.320. col.1.lit.a
dubium unicum, utrum vſus & actus matrimonialis taliter excuſetur per tria bona illius quod nullo modo ſit malus, ſed bonus ex genere ſuo & meritorius,pag.321.col.1 lit.d
¶ Articulus quintus. Vtrum actus matrimonialis excuſari poſſit ſine bonis matrimonii,p.323.col.2.lit.a
dubium primum. An ſi aliquis accederet ad propriam vxorem ut expreſſe ſignificaret coniunctionem Chriſti cum Eccleſia, peccaret venialiter,pag. 325.col. 1.lit.a
dubium ſecundum. An liceat marito accededere ad vxorem petendo debitum ab illa propter vitandam fornicationem vxoris. Et idem eſt de vxore reſpectu mariti, pag. ead.col.2.lit.b
dubium tertium. An ſit licitum vni coniugi accedere ad alium petendo debitum propter vitandam propriam fornicationem, pag. 326.col. 2.lit d
dubium quartum. An ſit peccatum veniale accedere ad propriam vxorem petendo debitum ad uitandam infirmitatem & propter propriam ſalutem corporalem uel conſequendam vel conſeruandam, & ad pellendã infirmitatem corporalem,pa.330. col.1.lit.a
¶ Articulus ſextus. Vtrum cognoſcens vxorẽ non intendens aliquod bonum matrimonii, ſed ſolam delectationem,mortaliter peccet,pag.333.col.1.lit.a
dubium primum. An quando alter coniux accedit ad alterum propter ſolam delectationem,ſed intra limites matrimonii peccet & quodnam ſit peccatum,pag.334.col. 1.lit.c
dubium ſecundum. An in aliquibus aliis caſibus poſſint coniuges in acceſſu coniugali peccare mortaliter, vel uenialiter. Et in ſpeciali quando habent acceſſum extra legitimum vas. Secundo quando effundunt ſemen extra vas. Tertio an quando eſt acceſſus intra legitimum vas poſſit eſſe peccatum mortale. Quarto an amplexus oſcula & alii tactus,inter coniuges quando non habent copulam carnalẽ ſint peccata mortalia pag.335.col.1.lit.d
dubium aliud adiunctum iſtis, an uoluntaria effuſio ſeminis extra legitimum uas ſit

grauius peccatum quàm in ſolito. pag. ea. colum. 2. lit. d

Quæſtio L. De impedimentis matrimonij in generali. pag. 337. colum. ſecunda, litera b

¶ Articulus primus. Vtrum in matrimonio inconuenienter impedimenta aſſignentur. pag. ead. col. pariter ead lit. c

Dubium primum. An poteſtas humana etiã eccleſiaſtica poſſit conſtituere impedimenta matrimonii, ſiue quæ impediunt matrimonium, ſiue quæ impediunt, & dirimunt ſimul, pag. 340. col. 2. lit b

Dubium ſecundum. Vtrũ detur aliquod aliud impedimentum dirimens & annullans matrimonium præter ea quæ aſſignat D. Th. pag. 343. col. 2. lit. d

Dubium tertium. An ſit peccatum mortale contrahere matrimonium quando eſt aliquod iſtorum impedimentorum ſiue prohibens ſiue dirimens matrimonium, pag. 344. col. 1. lit. d

Quæſtio LI. De impedimento erroris. pag. 347 col. 1. lit. b

¶ Articulus primus. Vtrum error conuenienter ponatur impedimentum matrimonii, ead. pag. & col. lit. c

Dubiolum, cur dicatur error & non ignorantia. pag. 348. col. 2. lit. b

¶ Articulus ſecundus. Vtrum omnis error matrimonium impediat. pag. 349. col. 1. lit. a

Dubium primum. An omnes iſti quatuor errores annullent matrimonium. pag. 351. col. 1. lit. d

Dubium ſecundum grauiſſimum, utrum error perſonæ in matrimonio iure naturali impediat matrimonium. pag. ead. col. 2. lit. c

Dubium tertium. Vtrum error qualitatis, & fortunæ deſtruat matrimonium, pag. 355. col. 1. lit d

Quæſtio LII. De impedimento ſeruitutis. pag. 357. col. 2. lit. d

¶ Articulus primus. Vtrum conditio ſeruitutis impediat matrimonium. pag. 358. colum. 1. lit. a

Dubium primum grauiſſimum. Vtrum error ſeruitutis ſiue ſeruitus ignorata, iure naturali annullet matrimonium, an uero ſolo iure humano, pag. 360. col. 1. lit. d

Dubium ſecundum. Vtrum ille qui contraxit cum ancilla quam putabat liberam, & illo ignorante manumittitur a domino, debeat habere nouum conſenſum, ut ſit ualidum matrimonium, an uero ſufficiat quod ille ad illam accedat affectu maritali quamuis maneat in prima ignorantia. pag. 363. col. 2. liter. a

Dubium coniunctum præcedenti, utrum liber qui contraxit cum errore ſeruitutis, & poſtea ſcit ſeruitutem illius, & accedit ad illam affectu maritali, uerum efficiat matrimonium præcipue poſt Cõcilium Tridentinum, pag. 364. col. 1. lit. b

Dubium tertium. Vtrũ quando dominus ſerui, uel ancillæ tradit eam nuptui uiro libero, ignoranti tamen quod ſit ancilla, ſit ualidum matrimonium. pag. ead. col. 2. lit. a

¶ Articulus ſecundus. Vtrum ſeruus poſſit contrahere matrimonium ſine conſenſu domini. pag. 365. col. 1. lit. a

Dubium primum. Vtrum ſeruus poſſit contrahere ſine uoluntate ueri domini, uel illo contradicente, uel ignorante. pag. 367. col. 1. lit. b

Dubium primum coniunctum præcedenti, quando ſeruus ſine uoluntate domini contraxit, an poſſit dominus ſine peccato mortali eum uendere in regiones longinquas ubi propria uxor non poſſit illum ſequi, uel ita commodè. pag. 369. col. 2. lit. c

Dubium ſecundum adiunctum eſt quid debeat facere ſeruus qñ eſt neceſſarius dño ſuo in officiis debitis & aliàs uxor eius petit debitum. pag. 371. col. 1. lit a

Dubium tertium adiunctum, quando contraxit ſine uoluntate domini, an debeat reddere debitum, an uero inſeruire domino quã do utrumque eſt incompatibile. ead. pag. & col. lit. c

¶ Articulus tertius. Vtrum ſeruitus in matrimonio poſſit ſuperuenire. pag. ead. col. 2. lit. d

Dubium, vtrum prima concluſio articuli ſit uera. pag. 372. col. 2. lit. d

¶ Articulus quartus. Vtrum filii debeant ſequi conditionem patris. pag. 374. colum. 1. litera a

Dubium, utrum ſit peccatum, quod ancilla uel ſeruus contrahat matrimonium, pag. 375. col. 1. lit. d

Quæ-

æſtio LIII. De impedimento uoti, & ordinis.pag.ead.col.2.lit.b

rticulus primus. Vtrum per obligationē oti ſimplicis,matrimonium contractū dimi debeat.ead.pag.& col.lit.d

bium primum, utrum qui habet uotum mplex caſtitatis peccet mortaliter contra endo.pag.378.col.1.lit.b

bium ſecundum magis difficile, utrum il- qui contrahit matrimonium poſt uotū aſtitatis, peccet mortaliter de nouo conımmando matrimonium, an uero licitè oſſit illud facere ſi petatur debitum, & uod medium debet habere in illo caſu, n teneatur tranſire ad religionem, pag. 81.col. 1.lit.a

bium primum annexum præcedentibus, n ille qui poſt uotum ſimplex caſtitatis ontraxit matrimonium, & illud conſumnauit prima uice ſiue petendo, ſiue redendo debitum,posſit poſtea non ſolū red ere,ſed etiam petere.pagina 384. colum 1.lit.a

bium ſecundum coniunctum præcedentiıs, ſi ante quam duo contraherent matrionium fecerant uotum ſimplex caſtitas,an poſt contractum licitè poſſit quilit illorum petere debitum. pag. 385. col. lit.c

bium tertium annexum iis præcedentiıs,an ſi alter illorum petat debitum con a obligationem uoti alter teneatur redre.pag.ead.col.2.lit.a

ium quartum difficile annexum eſt, an ando vterque coniux poſt matrimoniū ntractum uouet caſtitatem, & alter illom nihilominus petit debitum, an alius neatur reddere.pag.& col.ead.lit.d

ium annexum huic præcedenti,an in raone impediendi matrimonium ſit eadem nnino ratio de huiuſmodi uotis ſimplici s atque de uoto caſtitatis, ita ut omnia æ dicta ſunt de uoto caſtitatis, dicenda t de huiuſmodi uotis ſimplicibus. pag. 6.col.2.lit.a

ium circa ſecundam partem articuli, an iuſmodi uota ſimplicia,ſ. uotum caſtita-,religionis, & aſſumendi ſtatum clericadirimant matrimonium ita quod matrionium poſtea factum nullum ſit. pagina 7.col.2.lit.c

ticulus ſecundus. Vtrum uotum ſolenne dirimat matrimonium contractum poſtea. pag. 389.col.1.lit.c

Dubium,utrum uotum ſolenne diſſoluat matrimonium ex natura ſua,pag.390. colum. 2. liter. b

Articulus tertius. Vtrum ordo impediat matrimonium,pag.397.col. 1.lit.a

Dubium, utrum ordo ſacer impediat matrimoniū, & dirimat iure naturali & diuino, an uero iure humano, pag.398. col.2.lit.b

Dubium annexum præcedenti, utrum ſtatus epiſcopalis ex natura ſua iure naturæ & diuino impediat & dirimat matrimoniū, pag. 402.col.2.lit.b

Dubium,an epiſcopus electus & confirmatus per ſummum Pontificem qui habet iuriſdictionem,non tamen eſt conſecratus nec ordinatus ordine Sacro, poſſit contrahere matrimonium,pag.404.col.1.lit.b

¶ Articulus quartus.Vtrum ordo ſacer matrimonio poſſit ſuperuenire, pag.406.colum. 1.litera c

Dubium, an ille qui ordinatus eſt ordine ſacro poſt matrimonium ratum,nondū conſummatum, teneatur ingredi religionem, & profiteri, pag.407.col.2.lit.c

Dubium annexum præcedenti, an qui ordinatus eſt ordine ſacro poſt matrimonium ratum nondum conſummatum,teneatur ingredi religionem & profiteri ſi illud faciat contra uoluntatem uxoris, pagin.410. colum.2.lit.b

Quæſtio LIIII. De impedimento conſanguinitatis pag.411.col.2.lit.d

¶ Articulus primus. Vtrum diffinitio conſanguinitatis ſit cōpetens, pag.412.col.1.lit.c.

Dubium eſt, utrum hæc propoſitio ſit uera, conſanguinitas eſt uinculum, pag.444.columna 1.lit.c

¶ Artic.ſecundus. Vtrum conuenienter conſanguinitas deſignetur per gradus, uel lineas,pag.ead. col.2.lit.d

Dubium grauisſimum,an uerum ſit quod ad obtinendam licitam & debitam diſpenſationem in ſimilibus gradibus, ſufficiat gradū remotiorem tantum exprimere,an uero ſit neceſſarium utrumque exprimere, pag. 418.col.2.lit.c

¶ Artic.tertius.Vtrum conſanguinitas de iure naturali impediat matrimonium, pag. 419.col.2.lit.d

Dubium primum, an cóſanguinitas quę eſt in recta linea in primo gradu impediat matrimonium iure naturali vt inter patrem & filiam, matrem & filium, pag. 421. col. 2. lit. c

Dubium primum annexum præcedenti, vtrum in aliquo caſu raro quo periclitaretur genus humanum, licitum eſſet contrahere matrimonium in illo primo gradu, & an ſit validum, pag. 422. col. 2. lit. d

Dubium ſecundum annexum, vtrum de potentia Dei abſoluta & authoritate diuina poſſit eſſe licitum & validum matrimonium in illo primo gradu, ibi. ead. pag. col. & lit.

Dubium ſecundum & optimum, vtrum in omnibus aliis gradibus lineæ rectæ ſit irritum & illicitum matrimonium iure naturali, pag 424. col. 1. lit. d.

Dubium tertium. Vtrum ſit irritum & nullum matrimonium iure naturali, in primo gradu lineæ tranſuerſalis v. g. inter fratrem & ſororem, pag. 426. columna prima lit. a

Dubium annexum huic præcedenti, an ita ſit contra ius naturæ contrahere matrimonium in hoc primo gradu, vt nullo modo ſit licitum etiam in caſu quo periclitaretur totus orbis, pag. 428 col. 1. lib. b

Dubium quartum, Vtrum in alijs gradibus lineæ tranſuerſalis ſit irritum matrimonium iure naturali, pag 429. col. 1. lit. b

Dubium quintū. Vtrum omnes illi gradus prohibiti Leuitici 18. ſint etiam prohibiti modo, ſaltem iure eccleſiaſtico, pag. 430 col. 1. lit. d

¶ Articulus quartus. Vtrum conſanguinitatis gradus matrimonium impedientes potuerunt taxari ab eccleſia, pa. 432. col. 2. lit. a

Quæſt. LV. De impedimento affinitatis pag. 435 col. 2 lit. d

¶ Articulus primus. Vtrum ex matrimonio conſanguinei affinitas cauſetur, pag. 436. col. 1. lit. d

Dubium primum Vtrum contrahatur affinitas per matrimonium, pag. 438. col. 1. lit. c

Dubium ſecundum grauiſſimum, an impedimentum, ꝙ oritur ex matrimonio rato non conſummato, debeat dici affinitas & re vera ſit affinitas, an impedimentum publicæ honeſtatis, pag. 439. col. 2. lit. c

¶ Articulus ſecundus. An affinitas maneat poſt mortē uiri aut uxoris, p. 443. col. 1. li. b

Dubium breue, circa doctrinam Diui Thomæ, pag. ead. col. 2. lit. d

¶ Articulus tertius. Vtrum illicitus concubitus affinitatem cauſet, pag. 444. col. 2. lit. d

Dubium primum, utrum ex copula illicita cauſetur affinitas, & per quam copulam cauſetur, pag. 445. col. 2 lit. d

Dubium ſecundum. An affinitas cauſetur per ſolam copulam quæ ſufficit ad conſummationem matrimonii, pag. 447. col. 1. lit. c

Dubium tertium. An affinitas contracta ex fornicatione quæ (ſecundum tenorē Concilii ſolum dirimit matrimonium in primo & ſecundo gradu) impediat ſaltem contrahendum in vlterioribus gradibus, nempe in tertio & quarto, pag. 450. col. 1. lit. a

Dubium quartum, circa eandem determinationem Concilii. Vtrum cóiugatus qui poſt contractum matrimonium habuit rē cum conſanguinea uxoris ſuæ in tertio uel in quarto gradu, impediatur à petitione debiti, pag. 451. col. 1. lit. c

Dubium quintum, circa eandem determinationē, an ille qui cognouit carnaliter aliquam mulierem copula illicita & fornicaria, & poſtea accedit ad conſanguineam illius in tertio vel in quarto gradu; peccet peccato fornicationis, an vero inceſtus, pag. 453. col. 1. lit. c

Dubium ſextum, circa eandem determinationem Concilii, an ſi aliquis ex fornicatione contraxit affinitatem in tertio uel in quarto gradu, ante Concilium Tridentinum, poſſit poſt determinationem Concilij contrahere matrimonium in tertio vel quarto gradu talis affinitatis, pag. ea. col. 2. lit. a

Dubium ſeptimum, circa eandem determinationem Concilii, an hoc impedimentū affinitatis ex fornicatione in tertio vel in quarto gradu dirimat ſponſalia de futuro, quamuis non dirimat matrimonium, pag. & col. ead. lit. c

¶ Articulus quartus. Vtrum ex ſponſalibus affinitas cauſetur, pag. 454. colum. 1. lit. c

Dubium, an per ſponſalia de futuro contrahatur impedimentum publicæ honeſtatis, pagina 455. columna ſecunda lit. b

Dubium coniunctum præcedenti, an habeat rationem inceſtus accedere ad conſanguineam ſuæ ſponſæ. pagina 457. col. 1. lit. b

Dubium adiunctum, an ſi ſponſalia de futuro ſint nulla, contrahatur impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis. p. ea. col 2. lit. d

Dubium circa decretum Concilii, an ſponſalia, quæ ſunt inualida propter defectum interioris cōſenſus, cum tamen in foro externo ſit conſenſus, inducant impedimētum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, pagina 458. colum. 1. lit. c

Dubium, an impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis contrahatur ex ſponſalibus de futuro conditionatis, p. 459. col. 1. lit. a

Dubium, an per contractum matrimonii celebratum per verba de præſenti conditionalia, ante ad impletionē conditionis contrahatur impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, vel aliquod aliud. pagina 460. col. 2. lit. b

Dubium, an quando admiſcetur affinitas cū publica honeſtate, & petitur diſpenſatio à ſummo Pontifice ſuper tale impedimentum, ſatis ſit petere diſpenſationem ſuper affinitate, & quod ſummus Pontifex tollat impedimētum affinitatis ſine eo, quod derogetur impedimēto publicæ honeſtatis. pag. 462. col. 1. lit. b

¶ Articulus quintus. Vtrum affinitas ſit cauſa affinitatis. pag. 463. col. 1. lit. c.

¶ Articulus ſextus. Vtrum affinitas matrimonium impediat. pag. 465. col. 1. lit. d

Dubium primum. Vtrum matrimoniū inter affines contractum ſit ipſo iure nullū, pag. 466. colum. 2. lit. a

Dubium ſecundum, an aliquis gradus affinitatis iure ipſo naturæ, & impediat, & dirimat matrimonium. pag. 468. col. 1. lit. c

Dubium affine præcedenti, an affinitas in linea recta impediat, & dirimat matrimonium iure naturali in omnibus gradibus. pag. 473. col. 2. lit. a

Dubium tertium, an affinitas in primo gradu lineæ tranſuerſalis; vel collateralis impediat, & dirimat matrimonium iure naturali, an vero ſolo iure poſitiuo humano. pag. 474. col. 1. lit. d

Dubium quartum. Vtrum qui poſt contractum matrimonium ante conſummationem acceſſit ad conſanguineam vxoris, & ex illo acceſſu oritur affinitas, teneatur ingredi religionem, & nullo modo poſſit cōſummare matrimoniū etiā per redditionem debiti. pag. 476. col. 2. lit. d

Dubium quintum, an quando inceſtus cum conſanguinea vxoris, vel viri proceſſit ex ignorantia inuincibili, vel per vim oriatur hoc impedimētum taliter quod impediatur à petitione debiti. pag. 481. col. 2. lit. a

Dubium ſextum, an quando vterq; culpabiliter fuit cauſam affinitatis, poſſit petere & reddere debitum, pag. 484. col. 2. lit. c

¶ Articulus ſeptimus. Vtrum affinitas habeat per ſe gradus, pag. 486. col. 2. lit. b

¶ Artic. octauus. Vtrum gradus affinitatis extendantur ſicut gradus conſanguinitatis, pag. 487. col. 2. lit. a

¶ Artic. nonus. Vtrum coniugium contractū inter affines vel conſanguineos ſemper ſit dirimendum pag. 489. colum. 1. lit. d

Dubium grauiſſimum, an contrahentes ſciēter in prædictis gradibus & impedimentis incurrant excommunicationem, pag. 490. col. 2. lit. b

Dubium primum annexum præcedenti, an qui contrahit de præſenti cum impedimēto affinitatis vel conſanguinitatis, ſub conditione incurrat excōmunicationem, pag. 493. col. 1. lit. b

Dubium ſecundum annexum præcedenti, an per contractum matrimonium externum celebratum inter affines, vel conſanguineos, vel alios, qui ponuntur in dicta conſtitutione, ſine conſenſu aliquo externo incurratur huiuſmodi excommunicatio, pag. 494. col. 1. lit. b.

Dubium tertium annexum præcedenti, an ſi vnus contrahentium in huiuſmodi gradibus prohibitis in illa Clementina habet conſenſum internum quando contrahit non vero alius incurrat excommunicationem, pag. 496. col. 1. lit. c.

Dubium quartum annexum præcedenti, an ſi aliqui conſanguinei vel affines, uel alii prohibiti in illa Clementina poſt Concil. Trident. contrahant de præſenti ſine parocho & teſtib. incurrant excommunicationem, pag. 497. col. 1. lit. d

Dubium quintum annexum præcedenti, an ſi duo affines vel conſanguinei, vel alii cōtenti in Clementina contrahant matrimoniū, & velint contrahere propter metum cadentem in virum conſtantē, in caſu quo nullū eſt matrimonium ſaltē iure

poſitiuo incurrant illam excommunicationem, pag. 498. col. 2. lit. a
Dubium ſextum annexum, an illi qui contrahunt in gradibus affinitatis quæ oritur ex matrimonio rato non conſummato, incurrant excõmunicationem latam in illa Clementina. pag. 499. col. 1. lit. d
Dubium ſeptimum annexum, an affines uel conſanguinei, qui poſt ſponſalia de futuro habeant coitum affectu maritali, incurrant excommunicationem huius Clementinæ, ead. pag. col. 2. lit. c
Dubium octauum annexum, an incurratur illa excommunicatio quando contrahitur cum affine uel conſanguinea ignoranter. pag. 500. col. 1. lit. a
Dubium nonum, an illi qui a principio contractus ignorabant conſanguinitatem, uel affinitatem uel aliud impedimẽtum ex poſitis in illa Clementina, & poſtea perſeuerant ſcienter non ſolum in concubitu uerũ etiam in coniugio, incurrant excommunicationem, pag. 501. col. 2. lit. a
Dubium ſecundum principale grauiſſimum. Vtrum matrimonium contractum cum ea, quam credebat conſanguineam uel affinẽ, cum in rei ueritate non ſit, ſit validũ, pag. 502. col. 2. lit. a
¶ Articulus decimus. Vtrum ad ſeparationẽ matrimonii contracti inter affines uel conſanguineos ſit procedendum per uiam accuſationis, pag. 505. col. 1. lit. a
¶ Artic. vndecimus. Vtrum ad ſeparationem matrimonii contracti inter affines & conſanguineos procedi debeat per teſtes, pag. 506. col. 1. lit. d
Dubium primum. Vtrum ſigillum confeſſionis ſacramentalis reuelari poſſit in iudicio ad probandum matrimonium, uel non matrimonium. pag. 507. col. 1. lit. b
Dubium ſecundum, an qui exiſtimantur coniuges, & iudicantur tales, teneantur ſtare matrimonio, & poſſint, & teneantur habere actum coniugalem, pag. 508. col. 1. lit. a

Quæſt. LVI. De impedimentis cognationis ſpiritualis, pag. 510. col. 2. lit. d

¶ Artic. primus. Vtrum ſpiritualis cognatio impediat matrimonium, eadem pag. & col. lit. c
Dubium primum, an ſi ſpiritualis cognatio inducatur in caſu neceſſitatis poſt matrimonium contractum impediat actum matrimonii, pag. 513. col. 1. lit. d
Dubium ſecundum annexum præcedenti, an quando aliquis baptizat filium ſuum ſuſceptum ex fornicatione in caſu neceſſitatis poſſit contrahere matrimonium cum illius matre, pag. 515. col. 1. lit. b
Dubium tertium annexum præcedenti, an ſi uir baptizet filium ſuæ uxoris, & non ſuũ, poſſit non ſolum reddere, ſed etiam petere debitum, ſi illum baptizauit in extrema neceſſitate, pag. 516. col. 1. lit. d
Dubium ſecundum principale, & quartum in ordine, an ſi cognatio ſpiritualis inducatur extra caſum neceſſitatis, tamen ex ignorãtia, ille ex cuius actu contrahitur poſſit nõ ſolum reddere uerum etiam petere debitum, pag. ead. col. 2. lit. d
Dubium quintum in ordine, an ſi cognatio ſpiritualis extra caſum neceſſitatis inducatur ex malitia, poſſit petere debitum ille ex cuius malitia inducitur, pag. 517. columna 2. lit. c
¶ Articulus ſecundus. Vtrum per ſolum baptiſmum ſpiritualis propinquitas contrahatur, pag. 519. col. 1. lit. b
Dubium primum. Vtrũ cognatio ſpiritualis inducatur per ſacramentum Baptiſmi uel Confirmationis, pag. 521. col. 1. lit. b
Dubium annexum præcedenti, an contrahatur cognatio ſpiritualis per catechiſmum, pag. 522. col. 2. lit. b
Dubium ſecundum. Vtrum cõtrahatur cognatio ſpiritualis per alia ſacramenta, pag. ead. col. 2. lit. c
¶ Articulus tertius. Vtrum cognatio ſpiritualis contrahatur inter ſuſcipientem ſacramẽtum baptiſmi, & leuantem de ſacro fonte, pag. 525. col. 2. lit. d.
Dubium primum, an inter eos qui contraxerant cognationem illam ſpiritualem ante determinationem cõcilii Triden. quæ ablata eſt per concilium, poſſit conſtare matrimonium, pag. 527. col. 2. lit. d
Dubium ſecundum grauius, an poſt confirmationem concilii Triden. in omnibus maneat cognatio ſpiritualis quæ impediat & dirimat matrimonium, pagin. 528. colum. 1. lit. c
Dubium annexum præcedenti, an quando nulli deſignantur in patrinos per culpam parochi, uel alterius in neceſſitate baptizantis, omnes, & ſoli tangentes paruulum baptiza-

baptizatum, fiant cognati cognatione ſpiri tuali.pag.eadem col.2.lit.c
dubium, poſt decretum concilij Triden.an illa cognatio quæ fundatur in actione, diffundatur ad perſonam carnaliter cognitam cum qua efficitur una caro, ſiue copula ſit licita, ſiue illicita.pagina. 529.colum. 1.lit.c
dubium circa decretum Concilii Triden. an poſt illud contrahatur impedimentum per catechiſmum.pag. 530.col.1.lit.a
dubium, an ſuppoſito quod hoc impedimentum quod oritur ex cathechiſmo manſit poſt Concilium Trid. ſit reſtrictum ad vnum & vnam, ſicut reſtrictum eſt impedimentum, quod oritur ex baptiſmate & cõfirmatione. pag. & col.ead. lit.c
dubium annexum. An ſi quis baptizatus baptizet filium infidelis, contrahatur compaternitas inter baptizantem & infidelem patrem.pag.532.col. 1.lit.b
¶ Articulus quartus. Vtrum cognatio ſpiritualis tranſeat à uiro in vxorem.pag. ead. col.2.lit.b
¶ Articulus quintus. Vtrum cognatio ſpiritualis tranſeat ad filios carnales patris ſpiritualis pagina. 534.col. 1. lit. a.
dubium primum, quando aliqui duo contraxerunt matrimonium cum impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, vel publicæ honeſtatis, uel cognationis ſpiritualis, quod etiam impedit matrimonium & dirimit, quis poterit cum iis diſpenſare, ut licitè & ualidè contrahant inter ſe, an ſolus papa, an etiam epiſcopus, vel abbas habens iuriſdictionem epiſcopalem. pagina ead. col.2.lit.d
dubium ſecundum, quando interuenit aliquod impedimentum conſanguinitatis vel affinitatis vel aliud ſimile, quod impediat & dirimat matrimonium quid requiratur ex parte petentis diſpenſationem, vt illa diſpenſatio cenſeatur legitima.pagina. 536.col.2.lit.c
difficultas prima annexa, quando habentes ſimile impedimentum ſcienter contraxerũt forte ea intentione, vt facilius cum eis diſpenſetur, uel ſine tali intentione, ſiue illud conſummauerint ſiue non, eadem intentione ante petitionem diſpenſationis, an diſpẽſatio ſic obtenta ſit ſubreptitia & nulla, an potius ſit ualida pag.ead.col. 2.lit.d
difficultas ſecunda coniuncta, quando illi non contraxerunt matrimonium cum tali impedimento, ſed habuerunt ſcienter copulam carnalem antequam peterent diſpenſationem, poſtea vero in petitione diſpenſationis declarauerunt impedimentum cõſanguinitatis uel affinitatis, ſed non copulam an talis diſpenſatio ſit ſubreptitia, & nulla, pag.col.& lit. iiſdem.
difficultas tertia, quando ante petitionem diſpenſationis nec contraxerunt matrimonium nec habuerunt copulam, nec vere intendebant eam habere poſt factam petitionem, accidit tamen ꝙ poſt miſſas literas ad Pontificẽ cõtinentes diſpenſationis petitionem ſe cognouerunt carnaliter ex humana fragilitate, & non ſub alia fraude, an ſit ſubreptitia diſpenſatio ſi tantum declaretur impedimentum, ſed non copula.pag. 537.col. 1.litera a
dubium tertium, an aliquid aliud requiratur ut petens diſpenſationem gaudeat illa cũ petitio habuit omnia neceſſaria, vt Papa uiua voce per ſe cõceſſit diſpenſationem. pag.541.col.1.lit.c
dubium quartum, quæ ſint cauſæ rationabiles ad licitè petẽdam diſpenſationem.pag. eadem col. 2.lit.a

Quæſt. LVII. De cognatione legali, quæ eſt per adoptionem. pagi 542.colum.1. lit.b

¶ Articulus primus. Vtrum adoptio conueni enter diffiniatur.pag.& col.eadem, lit.d
¶ Articulus ſecundus. Vtrum ex adoptione contrahatur aliquod uinculum impediens matrimonium.pag 545.col.1.lit.b
dubium primum. Vtrum cognatio legalis impediat & dirimat matrimonim pag. 546. col. 1.lit.d
dubium ſecundum, an cognatio legalis impediat vſum matrimonii poſt matrimonium contractum ſi illa ſuperueniat.pag. 547. col. 1.lit.d.
¶ Articulus tertius. Vtrum cognatio legalis contrahatur ſolum inter adoptantem patrem, & filium adoptatum, pag. 548. col. 2 lit.c
dubium primum. Vtrũ cognatio legalis tertiæ ſpeciei extendatur ad filios naturales etiam ſi non ſint legitimi. Itaque dubium eſt, an inter filium naturalem legitimum & inter filiam adoptiuam poſſit ſtare matrimo-

trimo-

trimoniũ, uel è cõtra pag. 550. col. 2. lit. a
dubium ſecundum, circa eandem ſpeciem cognationis legalis, an inter ipſos filios adoptiuos poſſit conſtare matrimonium pag. 551. col. 1. lit. a
dubium reſolutum ex alio, an filii adoptiui poſſint contrahere cum filiis ſpiritualibus eiuſdem hominis. pag. eadem col. 2. lit. b

Quæſtio LVIII. De impedimento frigiditatis, maleficii, furia, & amentia. pag & col. eadem lit. c

¶ Articulus primus. Vtrum frigiditas matrimonium impediat. pag. 552. col. 1. lit. a
dubium grauiſſimum, an omnis frigiditas & impotentia naturalis tollat matrimonium pag. 554. col. 2. lit. d
dubium primum, ad primum, an contrahentes poſſint cedere iuri ſuo quando ſciunt impotentiam coeundi naturalem, & perpetuam, itaque dubium eſt, an iſti poſſint ex voluntate ſua contrahere quãuis ſciant impotentiã. pag. 557. col. 2. lit. a
dubium ſecundum, ad ſecundum. An impotentia generandi tollat matrimonium, ita ut nullum ſit. pag. 558. col. 1. lit. b.
dubium tertiũ, ad tertiũ, de matrimonio ſpadonũ an ſit validũ & teneat, p. ea. col. 2. li. d
dubium quartum, ad quartum. An illi qui habẽt potentiam coeundi imperfectam taliter quod poſſint erigere membrum & penetrare vas, non tamen ſeminare in perpetuum, poſſint matrimonium contrahere ita vt ſit validum. pag. 568. col. 2. lit. d
dubium aliud circa confirmationem quarti argumenti de ſenibus an poſſint contrahere matrimonium, taliter quod ſit ualidum pag. 562. col. 3. lit. c
dubium quintum grauiſſimum in ſolutione quinti. Vtrum poſſit eſſe perpetuum impedimentum naturale viro vel fœminæ reſpectu vnius perſonæ & non reſpectu alterius. Itaque dubium eſt an detur impotentia coeundi naturalis perpetua reſpectiua reſpectu unius perſonæ, & non reſpectu alterius, taliter quod reddat matrimonium nullum cum illa & non cum alia. pag. 563. col. 2. lit. b
dubium ſextum in ſolutione ſexti argumẽti. An ſi impotentia coeundi perpetua ſuperueniat matrimonio iam contracto, diſſoluat matrimonium pag. 565. col. 2. lit. b
dubium ſeptimum in ſolutione ad ſeptimũ. An impotentia coeundi tollat matrimonium iure naturali, quando illud annullat, an vero iure poſitiuo pag. 566. col. 1. lit. d
dubiolum an fœmina, cui per artem medicam poteſt ſubueniri, vt reddat debitum, teneatur pati illud medicamẽtum, & idem eſt de viro, pag. 568. col. 1. lit. d
dubiolum aliud, an quando eſt ita arcta quod quamuis poſſit recipere ſemen, non tamẽ poteſt parere ſine periculo vitæ, an ſit ualidum matrimonium contractum cum tali muliere pag. 569. col. 1. lit. a
¶ Articulus ſecundus. Vtrum maleficium poſſit impedire matrimonium pag. & col. eadem lit. c
dubium primum, quando ſolutum eſt matrimonium, ꝙ iudicatum eſt nullum propter maleficium, & maleficus contrahit cum ſecunda, ſi tunc reperiatur potẽs, an teneatur redire ad priorem pag. 571. col. 2. lit. d
dubium ſecundum. Vtrum poſſit quis petere a malefico, vt diſſoluat opera maleficii pag. 572. col. 2. lit. b
Dubium tertium, An ſit licitum vti aliquo remedio ad tollendum tale maleficium pag. 573. col. 2. lit. a
¶ Articulus tertius. Vtrum furia impediat matrimonium pag. & col. ead. lit. b
dubium primum. An matrimonium contractum in amentia ſit validum, pag. 574. col. 2. lit. c
dubium ſecundum. An ſi furia ſubſequatur ad matrimonium iam validum, ſint permittendi habere matrimonii vſum pag. 575. col. 2 lit. d
dubiolum an copulare carnaliter duos amentes non coniunctos matrimonialiter ſi peccatum mortale. pag. 576. col. 2. lit d
¶ Articulus quartus. Vtrum inceſtus quo cognoſcit quis ſororem vxoris ſuæ matrimonium dirimat. pagina 577. col. 1 lit. d
dubium primum. Vtrum ſi uir mortua vxore committat inceſtum cum conſanguinea vxoris, impediatur ad contrahendum. pag. 578. col. 1. lit d.
dubium ſecundum. An inceſtus cum propria conſanguinea impediat matrimonium. pag. ead. col. 2. lit. b
dubium adiunctum. An pœna quæ incurritur propter inceſtum cum propria conſanguinea (videlicet) quod impeditur ne cõ trahat

ſiat matrimonium incurratur ipſo facto, vel ſit neceſſaria declaratio iudicis. pagina 580. col. 2. lit. b
Articulus quintus. Vtrum defectus ætatis impediat matrimonium. pag. 581. col. 1. lit. a
ubium. An quando acceleratur vſus rationis ante annos pubertatis matrimoniũ contractum ſit validum etiam ſtando in iure humano. pag. 582. col. 2. lit. c

uæſt. LIX. De diſparitate cultus. pag. 584. col. 1. lit. b.

Articulus primus. Vtrum fidelis poſſit cõtrahere cum infideli, eadẽ pag. col. 2. lit. a
ubium primum. An de facto ita ſit, quod diſparitas cultus ſit impedimentum prohibens, & dirimens matrimonium ſubſequens. pag. 585. col. 1. lit. c d
bium ſecundum. An cultus diſparitas ſit impedimentum dirimens matrimonium iure naturali, vel diuino, an vero ſolum iure poſitiuo, eadem pag. col. 2. lit. c
bium tertium. An matrimonium inter fidelem, & infidelem iã dato q̃d non ſit irritum niſi iure humano eccleſiaſtico, an ſaltem ſit prohibitum iure naturali, & diuino pag. 589. col. 1. lit. d
bium quartum. An matrimonium fidelis cũ hæretica baptizata, valeat. pag. 592. col. 1. lit. a
bium adiunctum. An ſit licitum quod fidelis contrahat cum infideli heretica. pag. 593. col. 1. lit. b
rticulus ſecundus. Vtrum inter infideles poſſit eſſe matrimonium, eadem pag. col. 1. lit. b
ium primum. Vtrum matrimonium infidelium ſit ſacramentum, pa. 596. col. 1. lit. b
ium ſecundum. Vtrum matrimonium infideliũ habeat ex natura ſua, quod ſit indiſſolubile, pagina, & col. ead. lit. d
ium tertium. An ſi duo infideles coniugati conuertantur ad fidem, & baptizentur matrimonium illorum poſſit habere rationem ſacramenti. pag. ſeq. col. 1. lit. a.
rticulus tertius. Vtrum coniux conuerſus ad fidem, poſſit commanere cum vxore nolente conuerti. pag. 599. col. 2. lit. b.
rticulus quartus. Vtrum fidelis conuerſus poſſit vxorẽ infidelem dimittere volente cohabitare ſine contumelia creatoris. pag. 602. col. 2. lit. a
Dubium primum. An prima concluſio Diui Thomæ ſit vera. pag. 604. col. 1. lit. a
Dubium ſecundum grauiſſimum. An quando alter coniux conuertitur ad fidem, & aliꝰ manet ĩ infidelitate, & vult cohabitare ſine cõtumelia creatoris, dirimatur, & diſſoluatur matrimonium quo ad vinculum. pag. 606. col. 1. lit. c
¶ Articulus quintus. Vtrum fidelis diſcedens ab vxore infideli, poſſit aliam ducere. pag. 610. col. 1. lit. b
Dubium primum. An matrimonium legitimum, & conſummatum inter infideles, diſſolui poſſit per alterius coniugis cõuerſionem ad fidem, altero coniuge perſeuerante in infidelitate, & nolente cohabitare cũ fideli ſine creatoris iniuria. Et quãdo diſſoluatur. pagina 611. col. 2. lit. c
¶ Articulus ſextus. Vtrum alia vitia ſoluant matrimonium. pag. 621. col. 1. lit. b.

Quæſtio LX. De vxoricidio. pagina 622. col. 2. lit. C.

¶ Articulus primus. Vtrum liceat vxorem interficere inuentã in actu adulterii, pag. 623. col. 1. lit. a
Dubium primũ. An in dicto caſu quo propria, & priuata authoritate maritus occidit vxorem, peccet mortaliter. pag. 624. col. 2. lit. d
Dubium ſecundum. An peccet mortaliter ille maritus, quando prolata eſt publica ſentẽtia à iudice ſi occidit propriam vxorem pag. 625. col. 2. lit. b.
¶ Articulus ſecundus. Vtrum vxoricidium impediat matrimoniũ, p. 626. col. 2. lit. a
Dubium, an ſi quis occidat vxorem, vt contrahat cũ qua prius adulterauit, non poſſit eſſe matrimonium inter illam, & adulteram, & an ſit neceſſarium, quod mors ſubſecuta fuerit animo contrahendi matrimonium pag. 628. col. 1. lit. b

Quæſt. LXI. De impedimento matrimonij, quod eſt votum ſolenne. pag. 629. col. 1. lit. a

¶ Articulus primus. Vtrum alter coniugum altero inuito poſt carnalem copulã poſſit reli-

religionē intrare, eadem pag. & col. lit. d
Dubium grauiſſimum, Vtrum ſolenne votum religionis habeat virtutem, & efficaciam ad diſſoluendum matrimonium ratum, & conſummatū. pag. 630. col. 1. lit. c
Dubium coniunctum quod matrimonium dicatur conſummatum ad hunc effectum, vt nō diſſoluatur per ſolennem profeſſionem religionis, pagina 631. colu. 1. lit. d
Dubium adiunctum grauiſſimum. An quādo matrimonium eſt vere conſummatū per vim, & violentiam, tale matrimonium diſſolui poſſit per votum ſolenne religionis, ita vt coniux oppreſſus liberè, & licitè poſſit tranſire ad religionem. pag. 633. col. 1. lit. a
Dubium etiam adiunctum. An coniuges ēt poſt matrimonium cōſummatum, poſſint tranſire ad religionē pag. 635. col. 1. lit. b
Dubium aliud affine. An ſit licitum tranſire ad religionem poſt matrimonium conſūmatum altero coniuge inuito, pag. 636. col. 2. lit. a
¶ Articulus ſecundus. Vtrum alter coniugū poſſit altero inuito ante copulam carnalē religionem intrare, pag. 637. col. 1. lit. c
Dubium celebre, & grauiſſimum. An matrimonium ratum, nondum conſummatum per ſolennem profeſſionem religionis diſſoluatur. pag. 638. col. 1. lit. c
Dubium coniunctum quo iure diſſoluatur matrimonium in tali caſu, an dirimatur per diſpēſationem Chriſti diſpenſantis in lege naturæ, & gratiæ, an vero ex ſtatuto Eccleſiæ, an vero iure naturali, & ex natura rei. pag. 640. col. 1. lit. b
Dubium aliud affine, an per votum ſolenne, quod vouent religioſi equites militarium ordinum cum quibus non eſt diſpenſatū, vt vxores poſſint ducere, diſſoluatur matrimonium ratum nondum conſummatū. pag. 644. col. 1. lit. b
Dubiolum primū. An matrimonium ratum diſſoluatur per aliud matrimonium conſummatum. pagina 645. col. 1. lit. b
Dubiolum ſecundum. An per aliquid aliud quā per votum ſolenne religionis dirimatur matrimonium ratum nondum cōſummatum. pag. ead. col. 2. lit. a
¶ Articulus tertius. Vtrū mulier poſſit nubere alteri viro ante copulam carnalem viro ſuo religionem ingreſſo. pag. 646. col. 1. lit. a.

Quæſtio LXII. De impedimento, quod ſuperuenit matrimonio conſummato pag. 646. col. 2. lit. d

¶ Articulus primus. Vtrum propter fornicationem liceat uiro vxorem dimittere pag. 647. col. 1. lit c
Dubium primum. An adulter ſit priuatus iure petendi debitum ab altero coniuge. 649. col. 1. lit. a
dubium ſecundum, quando ambo coniuges erant adulteri, ſed vnus cognitus, vt talis ab altero, alter tñ in occulto, & ignoratus ab altero, ſi ille qui erat occultus agat pœnitentiam ſui peccati cōram Deo, alter verò qui erat cognitus, perſeueret in ſuo peccato, dubium eſt an ille qui egit pœnitentiam poſſit negare debitum alteri & facere diuortium, pagina ead colum. 2. lit. d
Dubium tertium, ſuppoſito quod maritus non poſſit vxorem adulteram accuſare in foro exteriori Eccleſiæ, petendo debitum a iudice eccleſiaſtico, qui etiam fuit adulter, an poſſit non obſtante fornicatione propria, accuſare vxorem adulteram criminaliter coram iudicē ſęculari pag. 650. col. 1. lit. c
Dubium quartum. An ſint aliquæ aliæ cauſæ, per quas fieri poſſit diuortium inter cōniuges, id eſt ſeparatio, uel quo ad thorum tantum, uel etiam quo ad communē habitationem. pag. 651. col. 1. lit. a
¶ Articulus ſecundus. Vtrum vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere, pag. ead. col. 2. lit. a
Dubium, an ſit mortale peccatum aliquando, non dimittere adulteram vxorem, pa. 652. col. 2. lit. b
¶ Articulus tertius. Vtrum vir proprio iudicio poſſit uxorem fornicantem dimittere, pag. 654. col. 1. lit. a
¶ Articulus quartus. Vtrum vir & vxor in cauſa diuortii poſſint ad paria iudicari, pag. 656. col. 1. lit. a
¶ Articulus quintus. Vtrum poſt diuortium vir alteri nubere poſſit, pa. 657. col. 2. lit. b
dubium grauiſſimum, vtrum matrimonium quodcunque, etiam conſummatum, & ſacramentum, diſſoluatur quantum ad vinculum propter adulterium alterius coniugis. pag. 658. col. 2. lit. a
¶ Articulus ſextus. Vtrum poſt diuortium

vir

r & vxor poſſi: reconciliari, pag.663.
l.2.lit.a
ium, vtrum vir teneatur ex præcepto
orem dimiſſam reconciliare ſibi, pagina
54.col. 2 lit. b

ſtio LXIII. De ſecundis nuptijs, ag.666. col.2. lit a

ticulus primus. Vtrum ſecundæ nuptiæ
nt licitæ, pag. & col. ead lit. b
ium, vtrum ſint licitæ ſecundæ nuptiæ,
g.667. col. 1. lit. d
ticulus ſecundus. Vtrum ſecundum ma
monium ſit ſacramentum, pagina 668.
l. 2. lit. d
ium, vtrum prima concluſio reſponſiua
vera, pag.670. col. 1. lit. a

ſtio LXIIII. De annexis matrionio, & de debiti redditione, pagina 71. col. 2. lit. a

ticulus primus. Vtrum alter coniux te
atur alteri ad redditionem debiti, ead.
g. & col. lit. d
um primum, vtrum ius ad petendum,
reddendum debitum, oriatur neceſſà-
ex natura vinculi matrimonialis, pag.
3. col. 2. lit. a
um ſecundum. Vtrum gratia ſalutis
endæ, & procurandæ, liberetur coniux a
re reddendi debitum alteri coniugi pe-
nti, pag. 675. col. 1. lit. d
um tertium, vtrum gratia vitandi mor-
in prole generanda excuſetur coniux a
biti redditione, pag 677. col 2. lit. b
um quartum. Quid ſi timeatur prolis
n genitæ in vita, vel ſalute periculũ, ex
biti redditione, pag. 679. col 1 lit. d
um quintum, vtrũ gratia vitandi detri-
enti in bonis fortunæ, ſiue famæ, ſiue pe
niarum excuſetur coniux a debiti red-
ione, pag. ead. col. 2. lit. c
ticulus ſecundus. Vtrum vir teneatur
ere debitum vxori non petenti, pagina
1. col. 1. lit. a
ticulus tertius. Vtrũ vir, & mulier ſint
actu matrimoniali æquales, pag. 682.
lum. 1. lit. d
ticulus quartus. Vtrum vir, & vxor poſ
t emittere votum contra debitum ma-
monii, ſine mutuo conſenſu, pag. 683.
2. litera b

Dubium primum. Vtrum votum caſtitatis emiſſum a coniuge, ſit validum, pag. 684, colum 2. lit. d
dubium ſecundum. Quis poſſit diſpenſare, aut irrita, & nulla facere huiuſmodi vota, pag. 687. col. 1. lit. b
dubium tertiũ, an poſtquam valida ſunt, impediant ius iſtud, taliter, ꝙ obligent, quando non ſunt diſpẽſata, pag. 688. col. 1. lit. b
¶ Art. quintus. Vtrum in dieb. ſacris impediatur petitio debiti, ead. pag. & col. lit. c
¶ Articulus ſextus. Vtrum petens debitum in tempore ſacro, mortaliter peccet, pag. ead. col. 2. lit. c
¶ Articulus ſeptimus. Vtrum vnus coniux teneatur alteri debitũ reddere in tempore feſtiuo, pag. 689. col. 2, lit. a
dubium, an locus ſacer impediat redditionẽ debiti, vel petitionem, pag. 690. col. 1, lit. c

Quæſtio LXV. De bigamia, ſeu poligamia pag 690. col. 2. lit. d

¶ Articulus primus. Vtũ hr̃e plures vxores, ſit cõtra legẽ naturæ. pag. 691. col. 1. lit. b
dubium, vtrum attento tñ iure naturæ ante oẽm legem, tam veterem, q̃ euangelicam, poſſit vnus vir plures vxores ſimul ĩ matrimonio habere, pag. 694. col 2. lit. a.
¶ Articulus ſecundus. Vtrum aliquando licitum fuerit habere plures vxores, pag. 698. col. 2. lit. c
dubium, vtrum vxorum pluralitas licita fuerit aliquando ex aliqua cauſa imo licita eſſe poſſit, pag. 700. col. 2. lit. b.
dubium ſecundum, vtrum quæ dicta ſunt in ijs dubitationib. pari iure defendenda ſint de maritorũ pluralitate, ita vt maritorũ pluralitas ſit contra naturæ legem, pagina 703. col. 2. lit. a
dubium tertium. Vtrum poligamia ſit prohibita lege diuina in matrimonio inquantum ſacramentum, pag. 706. col. 1. lit. c
dubium quartum. Vtrum Summus Põtifex poſſit diſpenſare in vnitate matrimonij, ita vt in aliquo caſu ſit licita pluralitas vxorum in ſacramento matrimonij, pag. 711. col. 1 lit. a
Dubium ultimum, utrum per abſolutã Dei potentiam poſſit fieri ꝙ per ſacramentum matrimonii copulentur plures coniuges, quam duo, non obſtante ratione ſacramenti, pag. 712. col. 2. lit. a
¶ Articulus tertius. Vtrũ habere concubinã

ſit

ſit contra legẽ naturæ, pag. 715. col. 2. lit. d
¶ Articulus quartus. Vtrum accedere ad concubinam ſit peccatum mortale, pag. 717. columna ſecunda, lit. a
¶ Articulus quintus. Vtrum aliqñ licitũ fuerit concubinã habere, pag. 718. col. 2. lit. b

Quæſtio LXVI. De bigamia & irregularitate ex ea contracta, pag. 719. col. 2. lit. d

¶ Articulus primus. Vtrum bigamiæ irregularitas ſit annexa, pag. 720. col. 1. lit. c
¶ Articulus ſecundus. Vtrum irregularitas ſit annexa bigamiæ quæ contingit ex hoc quod homo habeat duas uxores, vnam de iure, & alterã de facto, pag. 721. col. 2. li. a
¶ Articulus tertius. Vtrum contrahatur irregularitas ex eo quod aliquis ducit vxorem non virginem, pag. 722. col. 1. lit. c
dubium, vtrum circa exempla interpretatiuæ bigamiæ, an qui ex ignorantia in iure ciuili duxit viduam, aut ab alio corruptã, uel acceſſit ad propriam uxorem poſt vxoris adulterium, incidat in bigamiæ irregularitatem, pag. 727. col. 1. lit. a
¶ Articulus quartus. Vtrum bigamia ſoluatur per baptiſmum, pag 727. col 2 lit. d
dubium, vtrum per baptiſmum ſoluatur irregularitas bigamiæ pag. 728. col. 2. lit. c
¶ Articulus quintus. Vtrum cum bigamo liceat diſpenſare, pag. 729. col. 2. lit. a
dubium, vtrum ſummus Pontifex diſpenſare poſſit ſuper bigamiæ irregularitatem, pagina 730. columna prima, litera d

Quæſtio LXVII. De libello repudii. pag. 730. col. 2. lit. d.

¶ Articulus primus, Vtrum inſeparabilitas vxoris ſit de lege naturæ 731. col. 1. lit. c
dubium primum, Vtrum matrimonium attento iure tantum naturæ ſit indiſſolubile, pagina 732. colum. 1. lit. d
dubium ſecundum, vtrum matrimonium inter Chriſtianos baptizatos ſit indiſſolubile ex lege gratiæ, pag. 737. col. 2. lit. b.
¶ Articulus ſecundus. Vtrum potuerit eſſe licitum per diſpenſationẽ vxorem dimittere, pag. 741. col. 1. lit. a
dubium primũ, an ſummus Pontifex poſſit diſpenſare in matrimonio, pag. 742. col. 2. lit. a
dubium ſecundum, an matrimonium, vt eſt in officiũ naturæ (quod diximus eſſe indiſſolubile ex natura ſua) diſſolui poſſit aliqua de cauſa pag. 745. col. 1. lit. b
dubium adiunctum, vtrum deus vt author naturæ poſſit diſpẽſare ſuper indiſſolubilitate matrimonij, pag. 748. col. 1. lit. d
¶ Articulus tertius, Vtrum ſub lege Moyſi licitum fuerit vxorẽ dimittere, pag. 750. col. 2. lit. a
dubium, vtrum deus de facto vſus fuerit poteſtate diſpenſandi, pag. 752. col. 1. lit. c
dubium, vtrum deus diſpenſauerit cum populo Iudæorum ſuper indiſſolubilitate matrimonij concedendo illis libellum repudii ſeu diuortium quantum ad vinculum, eadem pag. col. & lit.
¶ Articulus quartus, Vtrum liceat vxori repudiatæ alium virum habere, pag. 754. col. 2. lit. b
¶ Articulus quintus, Vtrum liceat viro repudiatã à ſe accipere, pag. 755. col. 2. lit d
¶ Articulus ſextus, Vtrum cauſa repudii ſit odium vxoris, 756. col. 2. lit. c
¶ Articulus ſeptimus, Vtrum cauſæ repudii debebant in libello ſcribi pag. 757. col. 2. lit. b
dubium circa omnes iſtos articulos, an quacunque ex cauſa liceret dare libellum repudii, pag. col. 758. col. 1. lit. c.

Quæſtio LXVIII. De filiis illegitimè natis. pag. 758. col. 1. lit. d

¶ Articulus primus, Vtrum filii qui naſcuntur extra verum matrimonium, ſint legitimi, eadem pag. col. 2. lit. b
¶ Articulus ſecundus, Vtrum filii illegitimi debeant aliquod damnum reportare, pag. 759. col. 2. lit. d
dubium, vtrum filii illegitimi teneantur in conſcientia ſubire leges quæ contra eos diſcernuntur ante iudicis declarationem, pag. 760. col. 2. lit. b.
dubium magis in particulari de legibus quæ impediunt translationem dominii in filios illegitimos, pag. 761 col. 2 lit. d
dubium graue, vtrum hæres inſtitutus cõtra tenorem legum iſtarum, præſtita fide de reddenda hæreditate filio ſpurio, ſit uerus hæres, & acquirat dominium illorum bonorum, & teneatur in conſcientia reddere illa bona hæreditaria filio ſpurio, pa. 765. col. 1. lit. b.
¶ Articulus tertius. Vtrum filius illegitimus poſſit legitimari, pag. 767. col. 1 lit. d

FINIS.

Loca

oca omnia, ex Sacro Concilio deſumpta, quæ in hoc opere continentur.

SESSIONE 4. decreto, de canonicis ſcripturis, pa.639. columna 1.lit.b

Seſſione 7.cano.1. de ſacramentis in genere, pagina 33.col. 1.lit.c.& p.75.col.1.lit.c. & d

ſione 7.can. 3.omnia Sacram.Eccleſ. conferre gratiam diffinitur, pag.80. col.2.lit.b

ſione 7.can.8.pag.80.colum.2.lit.b. & ſol. ſeq.col.2.litera d

ſione 7.can.9. pagina 670.columna ſecunda,litera a

ſione 23.decreto,de reformatione, can.5. & 6.pagina 402.col.1 lit.b.& c

ſione 23. decreto, de reformatione,cano. 7.pag.724.col.2.lit.a

ſione 24. doctrina de Sacramento matrimonij, pag.80. col.2. lit.d. & pagina 696. col.3.lit. a.& pag.735.col.1.lit.a. & pagina 738.col.2.lit.d

ſione 24. de Sacramento matrimonii,can. 1 pagina 188.col. 2.lit.c

ſione 24.can.3.& 4. pagina 341. columna prima,litera d

ſione 24. cano.9. pagina 399. columna 2. lit.b.& pagina 392.columna 2. litera b. & pagina 398.columna 2.litera a

ſione 24.can.3.pag.429. col.2. litera a, & pagina 401. columna 1. litera b. & pagina 432.columna prima, litera b

ſione 24. cano. 12. pagina 468. columna prima,litera a

ſione 24.cano.8.pag.658. columna ſecunda,litera c

ſione 24.can.2. pag.696. columna 1.lit.a. & pagina 708.col. 1.litera d

ſione 24.can.5.pagina 620. columna 2. litera c. & pagina 738.col.2.litera d

ſione 24.can.6.pagina 639.columna ſecunda, litera d

ſione 24. cano. 1. pagina 80. columna ſecunda,litera b

ſione 24. can.7. pagina 738. columna ſecunda,litera d

Seſſione 24. decreto de reformatione matrimonii,can.1.pag.49.col.2.lit.b.& pagina 51.col.2.lit.c.& pag.56. col.1. lit c. & pag. 54.col.1.lit.d.& col.2.lit.c.& d. & pag.64. col.1.lit.d.& pag.67. col.1.lit.b. & pagina 101.col.2.lit.c.& pag.123.col.1.lit.a.& pagina 181.col.1.lit.c.& col.2.litera d. & pagina 185.col.1.lit.a. & pag.192. colum.2. lit.d.& pag.255.col.2.lit.d.& pag.269.colum.1.lit.d.& pag.262 col.1.lit.d & pagina 281.col. 1.lit.a.& pag.283.col. 2.lit.a. & pagina 685.col.1.d

Seſſione 24.can.2.de reformatione matrimonii,pag.435.col.2.lit.c.& pag.521.colum.2. lit.b & pag.527. col.1. lit.d. & pagina 531. columna 1.lit.d

Seſſione 24.can.3.pag.440. columna prima, litera c. & pagina 442. columna prima, litera a,& pagina 456.col.2.lit.c

Seſſione 24 can.4.pagina 449.columna ſecunda,litera d

Seſſione 24.cano.5.pagina 537.columna prima,litera c & pagina 540.col.1. litera d

Seſſione 24.can 6. pag.535. columna ſecũda, litera c. & pagina 541. columna ſecunda, litera a,& pagina 344.columna prima, litera c

Seſſione 24. cano.7. pagina 205. columna 1. litera c.& ibidem,columna 2. litera b.& pagina 209.columna 1.litera c,& pagina 660. columna ſecunda,litera a

Seſſione 24.cano.8. pagina 658. columna ſecunda,litera c

Seſſione 24. cano. 7. pagina 205. columna 1. litera c

Seſſione 24.can.9.de reform. pagina 290. columna ſecunda, litera c

Seſſione 24. cano. 10. pagina 346. columna prima,litera a

Seſſione 25 de regularibus, cano. 15.pagina 116.columna 2.litera b.& pagina 193. columna 2. lit.b.& c

Seſſione 25.decreto,de regularibus, can.15. pagina 685.colum.1.lit.c

FINIS.

INDEX LOCORVM IVRIS CANONICI, quæ in hoc opere continentur.

A

CAPIT. Ex parte Abbatis. De conuerſione coniugatorum, pag.686.col.ſecunda, litera c

Cap.accepiſti,de frigidis, & maleficiatis, pag.556.col 2.lit.b

Cap.acutius ,diſtin. 26. pag.729.col. 1.lit.a

Cap.ad eius, diſtinct. 5.pagina 678. columna prima,litera b

Cap.ad abolendam, de hæreticis, pagina 33. columna prima,litera b

Cap.ad apoſtolicam,de conuerſione coniugatorum,pag.686.col 2.lit.c

Cap.ad audientiam, de ſponſalibus, pag.456. columna prima,litera c

Cap.ad aures,de his quæ vi metuſve cauſa fiunt,pag.231.col. 1.litera a

Cap.admonere 33. quæſt.2. pagina 665. columna prima,litera d

Cap.ad noſtram,de coniugio ſeruorum,pagina,360.col. 1.lit c. & pag.364.col.2.lit.a.

Cap.ad limina,30.q.1. pagina 514. columna prima.litera b

Cap.adoleſcens,de ſponſalibus, pag.128.col.1. lit.b.& pag.128. col.1.lit.b. & pag.145.columna ſecunda,litera d

Cap.ad ſedem,35.q.5. pagina 419.col.2.lit.c & pag.435. col.2. lit.a. & pagina 488. columna ſecunda, litera a

Cap.Agatoſa, 37.q 2. pagina 686.col.2.lit.c. & pag 635.col.2.litera c

Cap.Alma mater. de ſententia excommunicationis in 6.pagina 345.col.2. lit. b

Cap.an non diſtricta,24.q.3. pagina 708.columna prima,litera c

Cap.aliquando,32.q.2.pagina 246.col 2.lit.d. & pag 247.col,2.lit.a.& pag.254. col. 1. litera d,& pag.302.col.2.lit.d. & pag.307.columna ſecunda,litera c

Cap.a nobis , de deſponſ impub.pagina 129. columna ſecunda,litera c

Cap.a nobis fuit &c. de bigamis non ordinandis,pag. 725.col.2.lit.c. & pagina 726. columna ſecunda,litera c

Cap.aliter, 30.quæſt 5. 181.col.1. litera b, & pagina eadem, columna ſecunda , litera d, & pagina 282. columna prima , litera c, & pag.287.col.2.lit.d. & pag.ſeq.col. 1.lit. c

Cap.aperiantur,31.q.2. pagina 668. columna prima,litera d

Cap.Atho.27.quæſt.2.pagina 108. columna prima,litera b

B

¶ Cap.Beata Maria.27.q.2 pagina 245. col. 2 lit.c.& pag 248.col.2.lit.d

C

¶ Cap.cauć.28.q.1.pagina 585.columna prima,litera d

Cap.Capellanus,de feriis, pagina 345.col. 1. litera d

Cap.cognoſcamus, diſt.34.pá. 724.col.2.lit.a

Cap.cognoſcentes, de conſtitutionib.pagina 269.columna ſecunda, litera b

Cap.cognoſcentes ij. de conſtitutionibus,pagina 492.columna ſecunda,litera b

Cap.conſuluit,de voto,& voti redemptione, in 6.pag.578.col. 1.lit.d

Cap.conſanguinitas,25.quæſt.2.pagina 418. columna 2 lit.b

Capit.commiſſum,de ſponſalibus, pag. 108. col.lit.b.& pag. 123.col 1.lit.d.& pag. 124. col. prima , lit.d. & pag. 127.col. 2.lit.a & pag.297. col.1.lit. a & pag. 299 col.1. lit.b & pagina 380.columna, 1.lit. d

Capit. conſtitutus,de conuerſione coniugatorum,pag 382.colum. 2. lit. c, & pagina 686.columna 2.lit.c

Capit.coniugatus,de conuerſione coniugatorum,pagina 686.columna 2.lit.b

Capit.coniunctiones,35.q. 3.pagina 465.columna 1.lit.a

Cap.conſultationi tuæ, de ſponſalibus , pag. 227.col.1.lit d.& pag.ead.col.2.lit.c, & pagina 228.columna 1 lit.c

Cap.conſultationi,de frigidis & maleficiatis, pag 556.col.1.lit.a,& pag. 560.col 1.lit.c

Capit.conſulti ſumus,ſiue finale,de procuratoribus, pag.67 col.1.lit.c

Capit.cum ad monaſterium,de ſtatu monachorum pagina 249.colum 2.lit.b, & pag. 393.col. 1.lit.b & pag.404.col.1.lit.b

Cap.cũ in eccleſia,de ſimonia, p.31.col. 1.li.c

Cap.

Cap.cum ſocietas,27.q.2.pag.58.col.2.lit.b, & pag.88.col.2.lit.b. & pag.742.colum.2. litera c
Cap.cum in tua,de ſponſalibus,pag.128.col. 2.lit.a. & pag.181.col.1.lit.a
Cap.cum locum, de ſponſalibus,pagina 145. columna 2.lit.b. & pag.159. col. 2.lit.a. & pagina 223.col.2.lit.b. & pagina 225.columna prima,litera a,& pagina 227.col.1. lit.d,& pagina eadem,col. 2.litera c.& pag. 230.col.1.litera a
Cap.cum apud ſedem,de ſponſalibus,pagina 160.columna 1.lit.c
Cap.cum inhibitio, ſeu finale de clandeſtina deſpõſatione,pagina 181.columna 2.lit.d, & pagina ſeq.col.1.litera b, & pagina 183. columna 1.litera a, & pagina 184. col. prima,litera d,& pagina 185.columna prima, litera a, & pagina, & columna eadem,lit.d. & pagina 195.columna 1.litera b,& pagina 467.col.1.litera c
Cap.cum eſſes, de teſtamentis, pagina 207. columna 1.litera b
Cap.cũ dilectus de his,quæ vi metuſve cauſa fiunt,pag.227.col.1.lit.a.
Cap.cum olim,de clerico coniugato, pagina 249.columna 2.litera c
Cap.cum contingat,de iureiurãdo, pag.273. columna 1 litera a
Cap.cum in tuam,de teſtibus, pagina 280.columna 2.litera a
Cap.cum virum.de regularibus,pagina 282. columna 2.litera d
Cap.cum cauſa,de raptoribus,pagina 283.columna ſecunda,litera a
Cap.cum ſis præditus,de conuerſione coniugatorum,pag.408. col.1.lit.a. & pag.411. col.1.lit.d,& pag.686.col.2.lit.c, & pagina 635 columna 2. litera c
Cap.cum ſecundum,de ſecũdis nuptiis, pag. 290.col.2.lit.a,& pag. 668.col.1 lit.a
Cap.cum initiatur 1.27.quæſtione 2.pagina 94.columna 2.lit.b
Cap. cum in captiuitate, 34.quæſtione 2.pagina 659.col.1.lit.b
Cap.cum ſocietas, 27. quæſtione 2. pag.88. columna 2.litera b

D

Cap.de illis, de conditionibus appoſitis,pagina 30.colum 2.litera b.& pag.129.col.2. litera b.& pagina 121.col.2.lit.d.& pagina 57.col.2.lit.b
Cap.debitum,de bigamis non ordinandis,pagi.58.col.2.lit.a.& pag.88.col.2.lit.d.& pagi.438. colum.2.lit.c. & pag.715. colu.1. lit.d.& pag.662.colum. 1.lit.c & pag.663. col.1.lit.b
Cap.decreta,27.quæſt.2. pag.639. colum.2. litera,c
Cap.deſponſatas, 27.q.2.pag.108. colum.2. litera,b
Cap.de inde.diſt.26.pag.666.col.1.lit.c
Cap.de illis, de deſponſ. impub. pag. 129.c. 2.lit.c
Cap.de illis,2.de deſponſatione impuberum, pag. 108.col.1.lit.b
Cap.de Francia de deſponſatione impuberum,pag 119 col.2.lit.c & pa.282.col.2.lit. c.& pag. 283.col.1.lit.a. & pag.286.col.2. lit.c.& pag.288.col.1.lit.a
Cap.de illis,de ſponſalibus, pag.129. colu.1. lit.c
Cap.de infidelibus,de conſanguinitate,& affinitate,pag.595.col.2.lit.b
Cap.de muliere,de ſponſalibus,pag.228.colum.1.lit.c
Cap. detrahe.1. quæſt.1. pag.247. columna, 2.lit.d
Cap.decernimus, de iudicijs,pag.280.col.2. lit.c
Cap. de muliere, de matrimonio contracto contra interdictum,pag. 345.col.1.lit.c
Cap.de peregrinationis,de uoto & uoti redẽptione in 6.pag.378.col.1.lit.d
Cap.deſponſatam,27.q.2.pag. 393.col.2.lit. a & pag.639.col.2.lit.d
Cap.decreta, 27. quæſt.2.pag.393. colum. 1. litera,a
Cap.de diacono.j.qui clerici vel vouentes,pagina 398.col.2.lit.a
Cap. de affinitate, d.35.q.5.pag.435.colum. 2.lit.a
Cap.de coniugali, 27. quæſt.2.pag.108.col. 1.lit.b
Cap.de conſanguinitate, diſt.35.q.3.pagina 435.col.2.lit.a
capit.de propinquis,35.q.3.pag. 466. col. 1.
capit.Deus qui eccleſiam tuam,de diuortijs. pag. 476. col.1.lit.b
capit.Deus maſculum,31.quæſtione, 1. pag. 668.col.2.lit.b
capit. de eo.30.quaſt.1.pagina 518.colum. 1. litera c
capit.dictum eſt.29.quæſt.2.pag.367. col. 1. lit a & pag.ead.col. 2.lit.a
capit. dilectus,de exceſſu prælatorum,pagina

597.col. 2.lit.a
capit. diſcretionem,de eo qui cognouit conſanguineam vxoris,pag.439.col.2.lit.d & pag.446.col.1.lit.d
capit.dixit dominus 32. quæſtio.1.pag.655. col. 2. lit. a
capit.Diaconi.diſt.28.pag.245.col.1. lit. c & pag.399.col.2.lit.b
capit.Dominus,de ſecūdis nuptiis,pag. 164. col.1.lit.a & pag.670.col.1.lit.b
capit. dubium non eſt de deſponſatione impuberum,pag.119.col.2.lit.b
capit.duobus modis,i.de ſponſa.duorū, pag. 128.col.1.lit.b
capit.duo mala, diſt.13.pag.177.col.2.lit.b
capit.duo pueri de deſponſ.impub.pag.115. col.2.lit.c
capit.duas,de ſponſa.duorum, pag. 645. col. 1. lit. d

E

¶capit.ea enim,10.quæſtione,2.pag.191.col. 1. lit. a
capit. Eccleſia,de cōſecratione diſt.1.pag.690. col. 1. lit. d
capit.æqualiter,35.quæſt.3.pag.466. col. 1. lit.d
capit.ex parte, de conuerſione coniugatorū, pag.66.col.1.lit.d & pag.67.col.1. lit. b & pag. 686.col.2.lit.c
capit.ex parte,de ſpōſalibus,& matrimoniis. pag.90.colu.2.lit.d & pag.164.col.2. lit.c & pag.165.col.2.lit.b & pag.166.col.1.lit. d & pag. 172.col.2.lit.b & pag.213. col.1. lit. a
capit.ex publico de conuerſione coniug.pag. 101.col.2.lit.a & pag.392.col.2.lit. a & p. 634.col.1.lit.a & pag. 639. col.2. lit. d & pag.733.colum.2.lit.a & pag.742.colum. 2.lit. b
capit.ex literis Syluani, de ſponſalibus, pag. 108. colum. 1. lit.b & pag.128. colum. 1. lit. b
capit. ex literis, de eo qui cognouit conſanguineam vxoris,pag.128.col. 1.lit. d & pa. 476. colum. 1. lit.d & pag.578. colum.1. lit.c
capit.ex literis, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulterium, pag.628. col. 2. lit. b
capit.ex literis,de conuerſione infidelium,p. 133. col. 1. lit. a
capit. ex literis, de diuortiis, pag. 665. col. 2. lit. b
capit.ex literis,ii.de ſponſalibus, & pag. 257. col. 1. lit. c
capit.ex literis,de frigidis,& maleficiatis, pa. 568. col. 2. lit. a
capit.ex literis tuis,de cōſanguinitate,& affinitate, pag 463.col.2 lit. c
capit.ex literarum tuarum,qui clerici vel vouentes,pag.398.col.2.lit.a
capit.ex parte de ſponſ.& matr.pag.90.col.2 litera d.
capit.ex ſponſalibus in 6.pag.456.col.1. lit. a & pag.458.col.1.lit.a & pag.459. col.1.lit. c & pag.503.col.1 lit. b.& c
capit.extraordinariam,35.quæſt.5.pag.446. col.2.lit.c
capit.erubeſcant,diſt.32.pag.401.col. 1.lit.c

F

¶ capit.fœminæ,30.quæſtione, 5.pag. 133. col. 1. lit. d
capit.fin.de procurat.in 6.pag.67.col.1.lit. b & c
capit.fin.de frig. & malefic.pag.73. colum. 1. lit.c
capit.fraternitatis,35.q. 10.pag.438.col.2.lit. c & pag.444.col.1.lit.c & pag.446. col. 2. litera c
capit.fraternitati tuę,de eo qui cognouit cōſanguineam vxoris, pagina 446. columna 2. lit. c & pagina.447.columna 1.lit. d & pagina 449. columna 1. lit. b & pag. 578 col.1.lit.d
capit.fraternitatis,de frigidis, & maleficiatis & pagina 554.colum.2. lit.c & pagi. 568. col.1.lit. d

G

¶ Capit.gaudemus,de diuortiis,p.422.col. 1 lit. b & pagina 427. columna 2. lit. a & pagina 476.col. 1.lit. d & pagina 595. col. 1. lit. c & eadem pagina columna 2. lit. b & pagina 596.columna 2.lit.b & pagina 696. columna 1. litera a. & pagina 697. columna 1. lit. b & pagina 701 . colum. 1.lit.a & pagina 709. columna 2.lit. a & pagina 707. columna 1. lit. b & pag. 613 columna 2.lit.a & pagina 618. columna 2.lit.a & pagina 728.colu. 2. lit.d & pag. 735.col.2.lit.c
capit.gemma.de ſponſalibus.& matrimoniis. pag 290.col. 1.lit.d

H

¶ Capit.hi qui matrimonium, 32. quæſt. 7. pag.574.col.2.lit.c

Capit.

pit. his qui de ſententia excommunicationis in 6.pag.724.col.2.lit.c
pit.hoc ſanctum,32.quæſt.2.pag.282. col. ſecunda,lit.b
pit.honorantur.32.quæſtione.2.pagina,30 col.2.lit.b & pagina 31.col.1.lit. c & pagina 284.columna 2.lit.c
pit. honoranur, 32. quæſtione 1. pagina 288.columna 1.lit.a
Capit.iam nunc 28.quæſt.1.pag.605. col. 2.lit.a & pag.607.col.1.lit.d
p.illa, diſt.12.pag.210.col.2.lit.c eadem pagina & columna 2.litera d & pagina 586. col.1. lit.b
p.illud de præſumptionibus pag. 136.col. 2.lit.d
pit.Inquiſitioni.de ſententia excommunicationis. pagina 164. columna 1. lit. a & pagina 177.columna 2, lit. d & pag. 179. col.1.lit.a
pit.intelligentia, de verborum ſignificatione pag.165.col.2.lit.d
pit.intelleximus.de adulterijs.pagina 649. columna 2.litera b
pit. in fidei fauorem de hæreticis. libr. 6. pag.207.colum.1. lit.b
pit.inter cætera. 22.quæſt.4. pagina 226. columna 1. lit. d & pagina 231. columna 1.lit.a
pit.inter hæc,33.quæſtione 2.pagina 625 columna.1.lit.b
pit.inſinuante, vel finali,clerici uel uouentes.pagina 245.columna 1. litera a & pag. 246.colum. 2.litera a & c & d & pag. ſeq. col.1.lit.c & lit.d
pit.inceſtuoſi,35.quęſtione 7. pagina 579. columna 1.lit.b
p. in audientia. de ſententia excommunicationis.pag. 493.columna 1.lit.a
pit. is qui fidem dederit, de ſponſalibus. pagin.121.columna.2.lit.d
pit. is qui monaſterium,de regularibus,in 6.pagina 146.col.2.lit.c
pit. is qui,de ſponſalibus.pagina 217. columna prima lit.c
pit. Iordane mulieris. de eo qui cognouit conſanguineam vxoris.pag.478.col.2. lit. c & pagina 481.col.1.lit.c
.ita diligere. 30.quæſt.3. pag. 547.col. 1. lit.a
.ius naturale,diſtinctione 1.pagin.6.columna 2.lit.c
3.de iureiur.pag.123.col.2.lit.b.
capit.iurauit. de probationibus pagina 280. column.1.lit.d
capit.iu uenis.de ſponſalibus.pag.447.col.1. lit. d & pag.456.col 1. lit. b

L

¶ cap.laudabilē. de frigidis & maleficiatis p. 553.col.2. lit. a & pag. 560. col. 1.lit. c. & pa.562.col. 1.lit.a & pag 628. columna 2. lit.a
capit.literæ veſtræ. de frigidis & maleficiatis. pagina,73.col.2.lit.c
capit.literas. deſponſalibus. pagina 115. col. 2.lit.c.& pag. ſeq.col.2.lit.a
Capitu. literas.de coniugio leproſorum.pag. 128.columna 2. lit. d. & pagina 675. col. 1.lit.d
capit.literaš.de reſtitutione ſpoliatorum. pa. 430.col.2.lit.c.& pag.651.col.1.lit.c
capit. licet Romanus. de conſtitutionibus,in 6.pag.459.colu.2.lit.a
cap.licet. de tranſlatione epiſcopi. pag. 404. col. 1.lit.d
cap.licet.de coniugio ſeruorum.pag.360.col. 1.lit.c.
cap.licet.de regularibus.pag.273.col. 1.lit. d
capit.licet. de conſtitutionibus in ſexto. pag. 192.col.1.lit d
capit.licet.de ſponſa.duorum.pagina.645.colum.1. lit.c.& d
capit. matrimonium 27. quæſtione. 2. pag. 245.colum.1.lit.c
capit. maritum diſtinct.33. pag.725. colum. 2.lit.b
capit. meminimus qui clerici uel vouentes pag.245.columna 2.lit.a
capit.multorum ad nos de Iudæis,& Sarracenis.pag.605.columna 2.lit.d
Capit.mulier quæ de conuerſione coniugatorum.pag.651.col.1.lit.d

N

¶ Capit.neque illud. 30. quæſtione 5. pagin. 133.colum. 1.lit.d
cap.nec furioſus. 32.quęſt.7.pag. 574. col.2. lit.c
capit. nec vxorem.33.quæſtione 4. pag.346, col. 1.lit. d
Capitu.neque eam. 35. quæſt. 3. pag. 446. col. 1.lit.d
Capit.nedum inter baptizatum. j. de cognatione ſpirituali in ſexto.pag.515.col.2.li.b & pag.52 .col.2,lit.b
Capit.ne aliqua. 27.q. 1.pag. 392. col. 2.lit.a
capit. Nicena.diſt.31. pag. 249.col.2.lit.c

Cap. non dicatis, 12. quæſt. 16. pag. 149. col. 2. lit. c
Capit. non eſt dubium, 27. q. 2. pag. 88. col. 2. lit. a
Capit. non ſolum, 28. quæſt. 1. pag. 129. col. 1, lit. c
Capit. non eſt noſtrum, 23. quæſt. 5. pag. 167, col. 2. lit. d
Capit. non debet, de conſanguinitate, & affinitate pag. 435. col. 2. lit. a & pag. 444 col. 1. lit. c & pag. 450. col. 2. lit. d & pag. 465. col. 1. lit. c & pag 466. col. 1. lit. d
Capit. non oportet. 28. quæſtione. 1. pag. 585. col. 1. lit. d
Capit. non oportet. 33. quæſtione. 4. pag. 345. col. 2. lit. d
Capit. noſtrates. 30. quæſt 5. pag. 101. col. 1. lit. c & pag. 102. col. 1. lit. a & pag. 103. col. 2. lit. d & pag. 199. col. 1. lit. b & pag. 200. col. 1. lit. a & pag. 282. col. 1. lit. c
Capit. nuper, de bigamis. pag. 710. col. 1. lit. a
capit. nuptiarum. 27. quæſtione. 1. pag. 72. col. 2. lit. b & pag. 378. col. 1. lit. a
capit. nuptiarum, 32. q. 1. pag. 563. col. 1. lit. a
capit. nuptiæ, de bigamis pag. 726. col. 2. lit. c

O

¶ Cap. obijciſitur, 32. q. 4. pag. 694. col. 2. lit. c
cap. omnes vtriuſque ſexus. de pœnitentiis & remiſſionibus, pag. 203. col. 1. lit. d. & pag. 204. col. 1. lit. b
capit. omnis, 27. quæſt. 2. pag. 245. col. 2. lit. c
capit. omnes, 30. quæſt. 1 pag. 522. col. 2. lit. d & pag. 523. col. 2. lit. c
capit. omne, 27. quæſt. 2. pag. 313 col 1. lit. a & pag 314. col. 1. lit. b. & pa 317. col. 1. lit. a
capit omnibus nobis, 29 quæſt. 2. de coniugio ſeruorum, pag. 368. col. 2. lit. a & pag. 369. col. 2 lit. d & pag. 370. col. 1. lit. b & pag. 371. col. 2. lit. c

P

capit. parentelæ 35. quæſtione, 5. pag. 488. col. 2. lit. a
capit. per tuas, de cōditionibus, appoſitis pag. 121. col. 2 lit. d & pag. 255. col. 2. lit. b
capit. peruenit ad nos. ii. de iureiurando, pag. 648. col. 2. lit. c
capit. perueniat ad nos, de iurerando pagina 123. col. 2. lit. b
capit perueniat ad nos de coniugio leproſorum, pag. 675. col. 2. lit. b
cap. per tuas, de probationibus, pag. 152. col. 2. lit. a & pag. 179. col. 1. lit. b
cap. per venerabilē, tit. qui filij ſint legitimi, pag. 760. col. 2. li. e & pag. 768. col. 2. lit. a
capit. peruenit ad nos. de adulteriis. pag. 174. col. 1. lit. c
capit. perueniat ad nos. 30. quæſtione, 1. pag. 517. col. 1. lit. a
capit. per latum, qui filij ſint legitimi, pagina 175. col. 2. lit. d
capit. perlatum, 29. quæſtione, 2. pag. 373. col. 1. lit. d
capit. per catechiſmum, de cognatione ſpirituali in ſexto, pag. 522. col. 1. lit. d
capit. placet, de conuerſione coniugatorum pag. 384. col. 1. lit. d & pag. 685. col. 1. lit. a pag. 687. col. 1. lit. d
capit. placuit. 36. quæſtione, 6. pag. 344. colu 1. lit. a
capit. placuit, 32. quæſtione, 2. pag. 738. colu. 2. lit. c
capit præterea 2. de ſponſa. p. 107. col. 2. lit. d.
cap. porro, de diuortijs, pag. 655. col. 2 lit. c
capit. porrò. 35, quæſt. 3, pag. 439, col. 1, lit. a & pag. ead. col. 2, lit. d
capi. porro, 35, quæſt. 5, pag. 488, col. 1, lit. c & pag. ead. col. 2, lit. d
capit. 1, de ſponſ. duorum pag. 128, col. 1, lit. b
capit. primo de presbyt. non baptiz. pag. 31, col. 2, lit. c
capit. 1, de deſp. impub. & c. vnico, eodem tit. pag. 119, col. 2, lit. c
capit. propoſuit nobis, ij de coniugio ſeruorū, pag. 360, col. 1, lit. d & pag. 361, col. 1, lit. b
cap. procurator, de procuratoribus in ſexto, pag. 169, col. 1, lit. a
capit. præterea, de conuerſione coniugatorū, pag 635, col. 2, lit. a
capit. præterea de ſponſalibus, pag. 108, col. 1. lit. b & pag. 121. col. 1. lit. b & pa. 126. col. 1, lit. c
capit. præſenti conſilio de Iudæis, & Saracenis, pag. 605. col. 2. lit. d
capit. præcipimus, diſt. 34. p. 725. col. 2. lit. d

Q

¶ Cap. qualis 3, quæſtione 5, pagina 660, colum na 1, lit. d
capit. quanto, de diuortiis, pag. 66, col. 1, lit. d & pag. 317, colum. 1, lit. a & pag. 596, col. 1, lit. d & pag. 612, colum. 1, lit. c & pag. 613, col. 2, lit. a & pag. 618, col 1, lit b
capit. quod uotum, de uoto & uoti redemptione in ſexto, pag. 73, col. 1, lit. c & pag. 126. col. 1 lit. c & pagina. 245. col. 1. lit. c & pag. 249. col. 2. lit. c & pag. 390. col. 2. lit. b

& pag. 735. colum. 2. lit. b
apit. quomodo. 31.quæſt. 1 pag. 667. columna. 2. lit. b
apit. quemadmodum. de iureiurãdo. pag. 128. col. 2. lit. d
apit. quod nobis,de clandeſtina deſponſatione,pag. 181. col.1.lit.b & pag. 189. col. 1. lit. d
apit.quoniam, de coniugio leproſorũ,pag. 675. col. 1. lit. d
apit. quoniam conſtitutio, de conſtitutionibus, pag. 269. col. 2. lit. b
apit. quod bene, 6. quæſt. 4. pag. 665.col. ſecunda. lit. a
apit. quod autem, 29. quæſt.1.can. 1. pag. 351.col.1.lit.c.& col.2.§.ad hæc,ibid. lit.a & pag. 354. col.2.lit.d & pag. 356. col. 1. lit. b & pag.357.col.2.lit.c
apit.quod propoſuiſti.32.quęſt.7.pag.645 col. 2.lit.b & pag.694.col.2.lit.d
pit.quod ſuper. de conſanguinitate, & affinitate, pag. 489. col. 1. lit. a
pit. quod Deo pari. 33.quæſt. 5.pag.686. col. 1. lit c
pit. quod ſedem, de frigidis, & maleficiat.s pag. 556. col. 1. lit.a & pag. ead. col 2. lit. b
pit. quod autẽ.33.quæſtione.3.pag. 564. col. 2.lit. d
pit.quod ſi dormierit.31.quęſt.1.pag.668 col. 1. lit. b
pit. quis, de cõſanguinitate, & affinitate. pag. 541. col. 2.lit. d
pit. quis ignoret, 32.quæſt.4. pag. 701. col. 2. lit. d
pit. quãuis nõ plures, de cognatione ſpirituali, pag. 523. col. 1. lit. c
pit. qui in aliquo, diſtin. 51. pagin.725. col. 2. lit. d
pit. qui propinquam, 35. quæſt. 3. pag. 79. col. 1. lit. d
.t. quidam,de conuerſione coniugatorũ. pag.384. col.1.lit.c & pag.685. col. 1. lit. a
pit. quædam, 35. quæſtione, 5.pagina 28. col. 1. lit. a

R

apit. raptor, 27. quæſtione 2. pag.129. ol. 1. lit. a
pit. requiſiuit, de ſponſalibus, pag.107. ol. 2. lit. c
pit. requiſiſti, 33. quæſt. 1. pag. 561.col. lit. c & pag. 645. col. 2. lit.d
it. rurſus, de voto, & voti redemptione, in 6. pag. 378. col. 1. lit. a
Capit. rurſus, qui clerici; vel vouentes, pag. 126. col. 1. lit. c & pag. 245. col. 2. lit. a & pag. 378. col. 1. lit. d & pag.387. col. 2. lit. c

S

¶ Capit. ſanè ſi coniugati, de conuerſione coniugatorum, pag. 686. col. 2. lit. a & pag. 411. col. 1. lit. d & pag. 644. col. 1. lit. a & pag. 686. col. 2. lit. a
Capit. ſanè & inf. de clerico coniugato.pag. 398. col. 2. lit. a
Capit. ſæpe, 28. quæſt. 1. pag. 606. col. 2. lit. b
Capit. ſeriatim, 31. diſt.pag. 411.col. 1. lit c & pag. 715. col. 2. lit. d
Capit. ſeries, de teſtibus, pag. 280. col. 1 lit. d
Capit. ſecundum verba, 33. quæſtione, 5. pag. 685. col. 2. lit. a
Capit. ſi duo, 35. quęſtione, 6. pag. 579. col. 1. lit. a
Capit. ſi eccleſia, de conſecratione eccleſię vel altaris, pag. 690. col. 1. lit. d
Capit. ſicut 1. 32. quæſt. 2. pag. 73. col. 1. lit. c
Capit. ſicut de ſponſ. pag. 128. col. 1. lit. b & fol. ſeq. col. 2. lit. a
Capit. ſi infidelis, 28. quæſt. 2. pag. 613. col. 2. lit. a & pag. 615. col. 1. lit. c. & pag. 747. col. 1. lit. d
Capit. ſignificauit, de conuerſione coniugatorum, pag. 635. col. 2. lit. c.
Capit. ſe infantes, de ſponſalibus impuberũ. in 6. pag. 103. col. 2. lit. a & pag. 119. col. 2 lit. c. & pag. 162. col. 2. lit. b & pag. 193. col. 1. lit. c & pag. ead. col. ſecunda, lit. a & pag. 284. col. 1. lit. a & b & pag. 456. col. 1. lit. c
capit. ſignificaſti, de diuortiis, pag. 649. col. 2. lit. b
capit. ſignificauit, de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulteriũ, pag. 628. col. 2. lit. b
capit. ſicut, de ſpõſalibus, pag. 108. col. 1. lit. b & pag. 129. col. 2. lit. a
capit. ſicut, 32. quæſt. 1. pag. 653. col. 2. lit. a
capit. ſi cuius, diſtinctione 34. pag. 726. col. 1. lit. b
capit. ſi culpa tua de iniurijs, & damno dato, pag. 109. col. 2. lit. c
capit. ſi dicat, 33. quæſtione, 5. pag. 685. col. 2. lit. a

capit.ſi uero de iureiurando, pag. 123.col. 1 lit.d & pag.213.col.1.lit.d & pag.230.col. 2.lit.d
cap.ſi inter de ſponſalibus,pag. 128.col. 1.lit. b,& pag.162.col. 1.lit.a
capit.ſi laici,diſt. 34.pag. 726.col. 1.lit.b
capit.ſi quis j.27.quæſt.2.pagina 128.columna ſecunda lit.a
capit.ſi quis presbyter de presbytero non baptizato, pag.31.columna 2.lit.c
capit.ſi inter virum de ſponſalibus, pag. 128. col. 1.lit.b & p.159.col.2.lit. d& pag. 164. colum. ſecunda lit.b
cap.ſi quis diuinis 30.q.5.pag 166. colum. 1. lit. c & pagina 212, columna prima lit.a
capit. ſi ſe duxerit quis de adulteriis, pagina 174.columna 1.litera c
capit.ſi quis clam de clandeſtina deſponſatione,pagina 181.colum. 1.litera b
capit.ſi quis viduam 2.diſt.34.pagina 725,columna ſecunda lit.a & pag.729.col. 1.lit.b
capit.ſi quis viduam 32.queſt.7.pagina 579. columna 1.litera b
cap.ſi teſtes 4.quæſt.3. pagina 205.columna ſecunda litera d
capit. ſi quis cum duabus 33. quæſt. ſecunda pag.579.columna 1.litera c
capit.ſi uerò,& c.uerum,de iureiurando,pag. 213.columna 1.litera d
capit. ſi quis cum matre & filia 35. quæſt.3. pagina 579.columna 1.lit.c
capit.ſicut ij.de regularibus, pagina 224.columna 2.litera d
capit.ſi quis judaicè 28.quæſt. 1.pagina 596, columna 2.litera a
capit.ſi Paulus 32.quæſt. 5. pagina 244.col. ſecunda lit.a
capit.ſi conditiones, de conditionibus appoſitis,pagina 249.col.2.lit.d & pagina 252. col. 2.lit. b & pag.254 columna 1.litera b & pagina ead.col.2.lit.d & pagina 241.col. 1.lit.d & pagina 246,col. 1,lit. b & pag.ea. columna 2 lit c & d & pag. ſeq. col. 1.lit.c
capit.ſi gratioſe de reſcriptis, lib.6.pag.266, columna 2.litera a
cap. ſi nupſerit virgo diſtinct.27.pagina 297. columna 2.litera a
cap. ſi quis liber 29.quæſt.2. pagina 360.col. 1.lit.c & pagina 363,col. 1,lit.b & d
Capit.ſi quis viuente 31.quæſt. 1.pagina 628 columna 1.litera b
capit.ſi quis ancilla 29. quæſt. 2. pagina 360 columna 1.litera c
cap.ſi quis ingenuus 29. quæſt. 2. pagina & col.ead.& pagina 363.col. 1.litera d
capit.ſi quis 28.quæſt. 2.pagina 612.columna 1.litera a
capit.ſi quis poſt votum 27. quæſt. 1. pagina 384.columna 1.litera c
capit.ſi quis ſacro 27. quæſt. 1.pag. 392.col. 1.lit.d & pag.456.col.1.litera b
cap.ſi quis 32.diſt.pag.401,col.1.lit.c
capit.ſi quis deſponſauerit ij.27.quæſt. 2.pagina 128.colum.2,litera a & pag. 458,col. prima lit.a
capit.ſi quis filiaſtrum 30. quæſt.1. pag.521. colum.2. lit.b
capit.ſi qua per adoptionem, de cognatione legali,pag.551,col.1, lit.b
capit.ſi per ſortiarias 33.quæſt.1.pagina 571, col.1,lit.c & col.2.lit.a
capit.ſi uir de cognatione ſpirituali,pag.514, colum.1,lit.d
capi.ſi ſacerdos de officio ordinarii,pag.507, columna 2,lit.a
capit.ſi uero de iureiuran. pag.123.col. 1,lit. d.& 213.col.1,lit.d
capit.ſi uero, ij.de ſententia excommunicationis,pag.492,col.2,lit.d
capit.ſolet 32.quæſt.2. pagina 247,colum.2, lit.a pag.252,col.2,lit.d pagin. 303,col.2, lit.c & pag.307,col.2,lit.c
capit.Spiritus ſanctus 1.quæſt.1. pag.68,col. 1,litera c
capit.ſcripſit 27.quæſt.2.pagina 639,colum. ſecunda lit. c
capit.ſponſus 30.quæſt.5.pagina 198.colum. ſecunda lit.c
capit.ſponſam de ſponſalibus, pag.456, col. prima lit.c
capit.ſufficiat 27.quæſt.2.pag. 145, colum.2, lit.d & pag. 159.col.2, lit.a & pag. 172, col.2,lit.b & pag.245.col. 2 lit.c & pagina 248.col.2.litera d & pag. 283. col.2. lit.a
capit.ſunt qui dicunt 27.quæſt. 2. pag. 686, col. 1,lit.c & pag.635. colum.2.lit.a & pa. 636.colum.2,lit.b
capit. ſuper eo.de conditionibus appoſitis, pag.257.col. 2.lit.c & pag. 258. col. 1,lit. d,& pag.262.col.1,lit.b
capit.ſuper eo de conſanguinitate & affinitate,pag. 269.col. 2,lit.c & pag. 478. col. 1, lit.c & pag.628.col.2,lit b
capit.ſuper literis de reſcriptis, pag.517.col. 2.lit.d & p.249,col.1,lit.a & pag.277.col. 2.lit.c & pag.278.col.2.lit.c

capit.

pit.ſuper illa queſtione,de ſecūdis nuptiis. pag.668.col.1.lit.a
pit.ſuper hoc,de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium, pag. 628.col.1.lit.a & b

T

Capit.Teugaldū,11.quæſt.3.pag. 708. col. 1. lit. c
pit.Teugaldum,11.quæſt.13.pag.695. col. 1. lit. a
pit.tua nos.de ſponſalibus,pag. 43. col. 2. lit.d & pag. 171. col. 2. lit. d & pag. 247. col.2.lit.d & pag. 507.col.1.lit.c
pit.tuas.de ſponſal.duorum,pag. 145. col. 2. lit. d
pit.tuæ fraternitati,de ſpōſalib.p.159. col. 2.lit.a & pag.206.col.1.lit. c & pag. 161. col.1.lit.d.& pag.172.col.2.lit. b
pitu. tuæ fraternitatis, de eo qui cognouit conſang.vxoris,pag.478,col.2.lit.c & pag. 479,col.2,lit.c
pit.tranſmiſſæ,de eo qui cognouit conſanguineā vxoris,pag.384.col.1. lit.d. & pag. 578. col. 2. lit. a
pit.tuæ fraternitatis, de eo qui cognouit conſanguineam vxoris,pag.478.col.2. lit c & pag. 479.col. 2.lit.b & c & pag.481. col. 1. lit. c

V

capit.vbi non eſt, de deſponſatione impuberum, pag. 118. col. 2. lit. d
pit.veniens,ij.de ſponſalibus, & matrimoniis.pag.90.col.2.lit. d & pag. 227. col. 1. lit.d & p. 228.col.1,lit.c.& pag.121. col.2. lit.d & pag.217.col 1.lit.c
pit. veniens, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulterium, pag. 628. col. 2. lit. d
capit.veniens, i.& ii,de eo qui cognouit.conſanguineam vxoris,pag.128. col.1. lit. d & pag.269.col.2.lit.c & pag. 578.col.1. lit. a
capit.veniens de conuerſione coniugatorum. pag. 686.col. 2.lit.c
capit. veniens, i.de ſponſalibus, & matrimoniis, pag.283.col.1.lit.d & col.2 lit.a
cap.veniens 2.de ſpon.& mat.p.90.col.2.lit. d
capit. verum,de conuerſione coniugatorū, pagina,393.col.2. lit. a & pagina 631. col. 1. lit. b & pag.639. col 2.lit.c
capit.Videtur nobis titu. qui matrimonium accuſare poſſunt,pag.282.col. 1 lit. d
capit.uir cum propria,33.quæſt 4. pag. 321. col.2.lit.a & pag.334.col,2.lit.b
capit.vir autem,vel mulier, de ſecundis nuptiis,pag. 670.col.1.lit.b
capit.virgines,diſt. 27. pag. 401. col.1.lit. d
capit.vnico,de voto., & voti redemptione in 6 pag.73.col.1.lit.c
Cap.vnico de ſponſal. impub.in 6. pag.103. col.lit.a
capit.vlt.de iniur. & damno dato pag. 209. col.2. lit. c
capit. vir, de conſanguinitate, & affinitate. pag. 418. col. 2. lit.d
capit. vouentibus, diſtin.27.pag. 297, colu. 2.lit.a &pag.378.col.1.lit. a
capit.vt bigami,pag.725.col.2.lit.c
capit.vt lex.27.quæſt.1.pag.390.col.1. lit. d
capit.vna ſola,33.quæſt.5.p.685.col.2. lit. a
capit.vna tātum,diſt.26.pag.729.col. 1.lit.a
capit.vt animarum, de conſtitutionibus in ſexto, pag.183.col.2.lit.d
capit. vxoratus,de conuerſione coniugatorū. pag.686.col.2. lit.c & p. 635.col.2. lit. b
capit.vxor legitima,28.quæſt.1.pag.615.col. 1.lit.d & pag. 747.col.1.lit.d

FINIS.

CLEMEN-

CLEMENTINA.

Clementina vnica de conſanguinitate & affinitate, eos qui diuino timore, hæc Clementina explicatur ex profeſſo conſtituendo multa dubia circa illam in quæſtione 55. articulo 9. pagina 490. per multas paginas, vſque ad pag. 505. explicatur etiam pagina 273. columna 2. litera D. & pagina 397. columna 1. litera A. & pagina 398. columna 2. litera A. & pagina 179. columna 1. litera D. & columna ſecunda litera B.

GLOSSAE.

GLOSSA cap. tua nos. de ſponſalibus, pagina 43. col. 2. lit. C
Gloſſa, cap. fin de procuratoribus. pag. 67. columua 1. litera D
Gloſſa, cap. fin. de frig. & malefic. pag. 73. columna 1. litera B
Gloſſa, cap. quidquid. 1. quæſt. 1. & cap. Alma mater, de ſententia excommunicationis in 6. pagina 79. columna 2. lit. b
Gloſſa, cap. iuuenis, cap. ſponſam. de ſponſalibus. pagina 117. col. 1. lit. a
Gloſſa, cap. vbi non eſt. de deſponſatione impuberum, pag. 118. col. 2. litera d
Gloſſa, cap. commiſſum de ſponſalib. pag. 124. colum. 1. litera a
Gloſſa, cap. raptor. 27. q. 2. pagina 129. columna 1. litera a
Gloſſa, cap. ſi quis diuinis. 30. q. 5. pagina 166. columna 1. litera d
Gloſſa, cap. ex parte. de ſponſalibus. pagina, columna, & litera ijſdem.
Gloſſa, cap. fin. qui clerici, vel vouentes. pag. 149. colum. 2. lit. b
Gloſſa, cap. non oportet. 28. q. 1. pagina 593. colum. 1. litera c
Gloſſa, cap. ſi infidelis. 28. q. 2. pagina 618. columna 1. litera b
Gloſſa, cap. cum in Eccleſia, de ſimonia. pagina 31. col. 1. litera c
Gloſſa, cap. tua nos, de ſponſalibus. pagina 43. columna 2. litera d

FINIS.

INDEX

NDEX LEGVM CIVILIVM,
quæ in hoc tractatu continentur.

LEX PRIMA, titul. de iuſtitia, & iure, pagina 6. col. 2. litera c
L. 1. & 2. ff. de ſponſalib. pagina 101. col. 1. lit. c
L. ſpōſio, ff. de verborum ſignificatione, pagina, colum. & lit. iiſdem,
ff de ſponſalibus, pagina 103. col. 2. lit. e
eteribus, ff. de pactis, pagina 104. colum-
a 2. litera b
abeo, ff de contrahenda emptione, pagi-
a, columna, & litera iiſdem,
C. de ſponſalibus, pagina 108, columna 1.
tera a
infanti, C. de iure deliberandi, pagina
15. col. 2. lit. d
ſponſalibus, 1. ff. de ſponſalibus, pagina,
olum. & lit. iiſdem,
tit. 1. partita 4. pag. 116. col. 2. lit. b
ſponſalibus, 2. ff. de ſponſalibus, pagina
17. colum. 1. litera c
ltima, titulo 1. partita 4. pagina, & colum
a eadem, litera d
C. de repudiis, pag. 129. col. 1. lit. d
tit. 1 partita 4. pag. colum. & lit. iiſdem,
C de ſponſalibus, ibidem,
pe, de ſponſalibus, ibidem,
ff. de ritu nuptiarum, pagina 136. colum
2 litera c
§. adeo, ff de pactis, pag 172. col. 2. lit b
. Tauri, pagina 185 col. 1. lit. b
titulo . lib. 1. nouæ Recopilationis, pagi-
a, columna, & lit. iiſdem.
æcipimus, C. de appellationibus, ibidem
olumna 2 litera c
nali, de ritu nuptiarum, pagina 186. co-
umna 2. litera a
am poſſidere, de acquirenda poſſeſſione,
olumna, & litera iiſdem,
c conſultiſſima, C. de teſtamentis, pagi-
a 190. columna 2. litera e
ram anguſti, ff. de ſeruitutibus, pag. 193.
olumna 1 lit. d
ff quod iuſſu, pag. ead. col. 2. lit. d
ff. de conſtituta pecunia, pag. col. & lite-
iiſdem.
ff. de verborum obligationibus, ibidem
pag. col. & lit. iiſdem. & pag. 268. col. 2. lit. d
L. non codicillum, C. de teſtamen. pag. 193.
col. 2. litera d
L. coram Titio, ff. de verborum, & rerum ſi-
gnificatione, pag. 200. col. 2. lit. b. & pagina
ſeq. col. 1. lit. a. & b
L. nec timorem, ff. de eo quod metus cauſa,
pagina 227. col. 1 lit. a
L. ego puto, ff. de eo quod metus cauſa, pag.
columna, & lit. iiſdem,
L. iſti quidem, ff. de his quæ vi, pagina, colum
na, & litera iiſdem,
L. continet, § ſed vim, ff. de eo quod metus
cauſa, pag. 225. col. 2. lit a
L. impoſſibilis, de verborum obligationibus,
pagina 241. col. 1. lit. c
L. nuptias, ff. de reg. iur. pag. 245. col 2. lit c
L. impoſſibilium, ff. de regulis iuris, pag. 256.
columna 2. litera b
L 1. titulo 1. libro quinto ordinatio. pagina
262. columna 2 litera c
L. cedere diem, de verborum ſignificatione,
pagina 264 columna 1. litera c
L. hæc venditio, ff. de contrahenda emptione,
ibid eadem pag. colum. & litera
L. hæc verba teſtatoris, ff. de legibus, pag. 265.
columna 2. litera c
L. conditiones, ff. de conditionibus, pagina, co
lumna, & litera iiſdem,
L. aliquando, ff. de conditionibus, ibidem, pa-
gina, columna, & litera iiſdem,
L. qui hæredi, §. 1. pag. 267. col. 1. lit. a
L hæres meus, ff. de conditionibus, & demon
ſtrationib. pagina, columna, & lit. iiſdem,
L. ſtipulatio, ff. de uerborum obligationibus,
pagina 268 col. 2. lit. b
L. continuus, ff. de verborum obligationibus,
ibidem, eadem pagina, columna, & litera.
L idem Iulianus, ff. de legatis, ibidem, pagina,
& columna iiſdem, litera e
L. ſi ſtipulatio, verſu, item quod leges, ff. de
verb. oblig. ibidem, pag. & col. ead. lit. d
L. inter ſtipulātem, § ſacram, ff de verborum
obligationibus, pagina 269. col 1. lit. a
L cum lex, ff. de fideiuſſoribus, pag. & colum-
na eadem, litera b
L. non dubium, C. de legibus, pagina, colum-
na, & litera iiſdem,

L. patre

L.patre furioſo, ff.de his qui ſunt ſui,vel alieni iuris,pag.269.col.2.lit.c

L.4.§.1.ff.de fideiuſſoribus, pagina,& columna eadem, litera d

L.in tempus,de hæred. inſtituendis,pag.270. col.1.lit.a

L.Gallus,ff.de liberis & poſthumis,pagina,colum.& lit.iiſdem,

L.4.titulo 4.partita 4.pagina ead. col.2.lit b

L.ſi rem meam, 31. pag.& col.ead lit.c

L.nemo rem meam,82.ff.de verbórum obligationib.pag.col.& lit.iiſdem,

L.quidam relegatus,ff.de rebus dubiis,pagina,columna,& litera iiſdem ,

L.cum lex,ff.de legibus, pagina, & columna eadem, litera d

L.eam quam , num.48. C.de fideiuſſoribus , pagina 272. col. 2.lit.b

L.nullus,ff de regulis iuris , pagina 273. columna prima,litera a

L.ſi quis officium,de ritu nuptiarum , pagina eadem, colum.2.litera a

L.pœnæ,ff.de pœnis,pagina 274.columna 1. litera a

L. cum tale, ff. de conditione & demonſtra: pagina 276. colum. 1.lit.a

L.cedere diem,§.ſub condit. de verború obligationibus,pag.276.col. 1.lit.d

L. final. titulo 4. partita 4. pagina 280. columna 2.litera b

L.ea quæ patris,ff.de ſpóſalibus,pagina 282. columna 2.litera a

L.viduæ,C.de nuptiis, pagina,columna,& litera iiſdem ,

L.in coniunctione, C.de nuptiis, pagina,columna,& litera iiſdem ,

L.2.de ritu nuptiarum, pagina, columna, & litera iiſdem,

L.2.C.de patribus, pagina 286. columna ſecunda,litera b

L.49. Tauri , libro 5.ordinatio.regal pagina 289.columna 2.lit.b

L.1.libro 5.ordinatio.regal.pagina,columna, & litera iiſdem ,

L.4.libro 5.ordinatio.regal. pagina,columna, & litera iiſdem ,

L.1.C.de ſecundis nuptiis, pagina 290. col. 2.lit.a.& pag.668. col.1.lit.b

L.continet,ff.de eo quod metu fit, pag.290. columna 2.lit.c

L.ſi per errorem,ff.de iuriſdictione omnium iudicum , pagina 352. columna ſecunda , litera d

L.11.titulo 2 partita 4.pagina 364.columna 1.litera c

L.1.titulo 13.partita 4 pagina 364. columna 2.litera c

L.5.titulo 22.partita 4.pagina,columna,& litera iiſdem ,

L.cum ancillis , C.de inceſt. pagina 368. columna 1 litera b

L.præcipimus , C. de appellationib.pag.450. col.1 lit.b.& pag.529.col.1.lit.a

L.is qui, pag. 503.col.1.litera a

L.generalis,ff.de adoptione, pagina 544.columna ſecunda,lit.a

L.quando, pagina 547. col. 1. litera e

L.adoptiuus,ff.de ritu nuptiarum, pagina,columna,& litera iiſdem.

L.3.libro 8. nouæ Recopilationis, pag.657. columna 2.lit.a

Lex finalis,ff.de his qui notantur infamia,pagina 668.col.1 lit.b

L.Regni finalis , titulo 12.partita 4. pagina , col. & lit. iiſdem ,

L.eum qui duas,C.de adulteriis,pagina 710. columna 1.lit.a

L.8.titulo 20.lib.8.nouæ Recopilationis, pagina,& col.ead.lit.b

L. Grachus,C. de adulteriis,pagina 624. columna 2.lit.c

L.marito, ff de adulter. pag.col.& lit.iiſdem,

L.2.titulo 15. libro 8. ordinat.regal.pagina, columna, & lit.iiſdem ,

L.nullum,ff de diuortiis,pagina 732.columna ſecunda, litera b

L.conſenſu,C.de repudiis, pagina, columna, & litera iiſdem ,

L.1.libro 3.Fori regalis titu.6. de las herencias,pagina 762.col.2.lit.b.& pag.763.columna 2.lit.d

L.Hiſpan enſis 10.inter Taurenſes,pag.763. col.1. lit.b

L.6.ſi quis inceſtuoſus, tit.5. C.de inceſtuoſis nuptiis,pag.763.col.1.lit.b

L.vnica § fin in authentica, quib.modis efficiantur natural.tit.25.ibid.pag. & col.ead.

L. 10 lib.13. partita 6.ibidem,col.2.lit.d

L.3.Fori, tit 15.partita 4 pag.763.col.lit.d

L.22.lib. 1. Fori regii,tit. 3. pag.764. col.1. litera a

L.2.lib.5.tit.7.ibidem,pag.col.& lit.iiſdem ,

L.prædoni ,ff.de petit.hæred.pagina 765.columna 1.litera d

FINIS.

INDEX

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM MAXIME NOTABILIVM quæ in hoc opere continentur, ordine Alphabetico digeſtus.

A

ABRAHAE ſoror nõ fuit Sara, ſed conſobrina, ſecundum communiorem ſententiam. pag. 428. col. 2. lit. c

Accedere ad propriam vxorem propter delectationem taliter q̃ ſolum intendatur delectatio matrimonii extra limites matrimonii eſt mortale, pag. 334. col. 1. lit. b

Accedens ad propriam vxorem propter delectationem inter limites matrimonii peccat tantum venialiter, ibid. col. ead. lit. b & c & per totam columnam, & pagina 335. per totam.

Accedere ad propriam vxorem tantum vt expreſſè ſignificet coniunctionem Chriſti cum Eccleſia eſt peccatum veniale, pag. 325. col. 2. lit. b & c

Accedere ad propriam vxorem, petendo debitum ab illa propter vitandam fornicationem vxoris, licitum eſt, imo aliquando tenetur, vir ſi aduertit periculũ vxoris, pag. 326. col. 1. lit. a & b

Accedere ad alium coniugem petendo debitum propter vitandam propriam fornicationem eſt licitum ſecundum probabiliſſimam ſententiam, pag. 328. col. 1. lit. c. & ſeq.

Accedere ad propriam vxorem propter ſalutem; vel ad vitandam infirmitatẽ, probabiliſſimum eſt quod eſt peccatum veniale, pag. 331. maxime col. 2. per totam.

Accedere ad propriam vxorem extra uas legitimum, eſt grauius peccatũ in coniugatis quam in ſolutis. pag 335. colu. 2. lit. d

Accedere ad conſanguineam in tertio uel in quarto gradu illius mulieris quam prius cognouit carnaliter poſt Concilium Tridentinum non eſt inceſtus. pag. 453. colum. 1. lit. c. plura alia infra, uerbo, Copula.

Accedere ad concubinam eſt peccatum mortale pag. 718. col. 2. lit. a

Actus coniugalis ſeu matrimonii eſt licitus. pag. 23. col. 2. lit. a & pag. ſeq. per totam. & 25. colum. 2. lit. d

Actus matrimonialis eſt ſine culpa, etiam ſi in illo ſit aliquod ligamen rationis. eadem q. & articu. in dubio ibi propoſito ad tertium argumentum. pag. 26. colum. 1. lit. c & d

Actus matrimonialis poteſt eſſe meritorius uitæ æternæ. pag. 28. col. 1. lit. a & ſeq. & pag. ſeq. per totam.

Actus matrimonialis excuſatur, per illa tria bona, prolis, fidei, & ſacramenti. pagina 320. col. 1. lit. b. & col. 2. per totam. & pag. 321. & 322.

Actus matrimonialis excuſari non poteſt ſine bonis matrimonii. pag 323. columna 1. & 2.

Actus contrahentium ſunt materia ſacramẽti matrimonii. pag. 48. col. 1. lit. d

Actus noſtri ut noſtri ſunt, etiam eleuati, non poſſunt cauſare nec augere gratiam: ſed ut inſtrumenta diuinæ uirtutis. pag. 39. col. 2. lit. b & pag. 40. colum. 2 lit. b

Accuſari põt matrimonium in iudicio. pag. 505. col. 2. lit. a

Accuſari poteſt factum, in matrimonio ſine accuſatione perſonę. pagina. 468. columna 2. lit. a

Accuſator & teſtis poteſt eſſe idem in matrimonio. eadem pag. col. & lit.

Adoptio eſt extraneæ perſonæ in filium uel nepotem vel deinceps legitima aſſumptio. pag. 542 columna 1. lit. d & per totam & 543. & 544. præcipue col 1. lit. c.

Adoptio duplex perfecta & imperfecta, pag. 544 col. 2. lit. a

Adoptio eſt ſimilis filiationi naturali. pag. 549. col. 1. lit. c

Adoptio eſt ueluti cauſa filiationis legalis, eadem

eadem pag.& col.lit.a,b,c; uide uerbum, cognatio legalis.

Adoptare quæ perſonæ poſſint. pagina. 544.colum.2.lit.c,d.& pagina ſeq.columna 1.lit.a

Adultera poteſt accuſari à viro de adulterio, talis tamen accuſatio non poteſt fieri in iudicio eccleſiaſtico, pag.624.columna 1. lit. c

Adulteram vxorem non dimittere, an ſit peccatum,pag.652.col.2.lit.a

Adulter an priuetur iure petendi debitum, pag.649 col.1.lit.a

Adulter an poſſit adulteram accuſare in foro exteriori,pag.650.col.1.lit.c

Adulterium ſi uterque coniux committat, an priuentur iure petendi debitum, pag. 650.col.1.lit.b,& c

Adulterium, eſt ſaltem reductiuè ſi ſponſus, qui contraxit per uerba de futuro accedat ad extraneum,pag.112,col.2.lit.a

Aetas ſponſalibus neceſſaria eſt ſeptennium, pag.113.col.2. lit.c, & per totam, & pag. ſeq.etiam per totam.

Aetas ſeptem annorum non eſt ita neceſſaria ad ſponſalia,quòd ſi non ſit completus annus ſeptimus non ſint ualida,ſi habeant ſufficientem uſum rationis ad ſponſalia contrahenda,& parum diſtent à ſeptēnio, pag.117.col.1.lit.b

Aetas ſeptem annorum eſt ita neceſſaria ad ſponſalia, ut ſit magis probabile, quod ſi multum diſtant a ſeptennio, etiam ſi habeant vſum rationis non ſunt ualida ſponſalia,pag.117.col.2. lit.d. & pag. ſeq. col. 1.lit.a

Aetas ſeptem annorum eſt neceſſaria ad ſpōſalia,taliter quod contrahentes, & inducentes, & conſulentes ad contrahendum peccent mortaliter.pag. 118.col.2. lit.c, & d,ac per totam.

Aetatis defectus eſt impedimentum matrimonii,pag.581.col. 1.per totam.

Aetas requiſita ad matrimonium eſt ita neceſſaria, quod contrahere matrimonium ante legitimam ætatē eſt peccatum mortale,pag.119.col. 1.lit.c & d

Affinitas eſt quaſi attingens fines conſanguinitatis,pag.437.col.2.li.c,& d,& pag.488. col.1.lit c,& pag.440.col.2. lit.b.

Affinitas eſt propinquitas perſonarum ex carnali copula, uel eius poteſtate proueniens omni carens parentela, pagina 438. col.1.lit.a

Affinitas contrahitur per matrimonium ratum & conſummatum, eadem pag. 438. col.2.lit.b

Affinitas contrahitur per matrimonium ratum,& non conſummatum, ſaltem initiatiuè,pag.441.col.2.lit.a

Affinitas manet poſt mortem viri, aut vxoris,pag.443. col.1. lit.c,d, & pag. 444. per totam.

Affinitas cauſatur ex illicito concubitu, pag. 444. colum. 2. lit. d. & pagina 445. col. 1 lit.d

Affinitas non cauſatur per congreſſum contra naturam,pag.446.col.2.lit.c

Affinitas ſolum cauſatur ex copula carnali, ex qua de ſe nata eſt ſequi generatio, pag. 447.col.1.lit.a,& b

Affinitas cauſatur per copulam carnalem per quam ſeminatur intra vas, pag. 448. col.1.lit.c,& d

Affinitas non cauſatur per copulam carnalem, in qua ſeminat mulier, non vero vir.pag.449.col.1.lit.b

Affinitas tamen cauſatur per copulam carnalem in qua ſeminat uir, non vero fœmina.pagina. & colum. eadem lit.c

Affinitas quæ prouenit ex copula illicita, olim extendebat ſe vſque ad quartum gradum, nunc vero reſtricta eſt quantum ad dirimendum matrimonium, ad primum & ſecundum, pag. ead. columna 2.lit c.& d

Affinitas contracta ex fornicatione in tertio, vel in quarto gradu non ſolum non dirimit matrimonium poſtea factum, verum nec impedit pag.450.col.1.& 2.præcipue col.1.lit.b & pag.ſeq.

Affinitas ex fornicatione proueniens in tertio uel in quarto gradu poſt contractum matrimonium ſecundum probabiliorem ſententiam non impedit petitionem debiti.pag.453.col.1.lit.a

Affinitas proueniens ex fornicatione in tertio vel in quarto gradu, nec impedit nec dirimit ſponſalia. pagina eadem columna 2.lit.d & pag.ſeq.lit.a

Affinitas non cauſatur ex ſponſalibus de futuro.pag.454.per totam.

Affinitas ſi admiſceatur cum publica honeſtate, & petitur diſpenſatio ſuper tale impedimentum a Pontifice debet fieri mentio, nō ſolum de affinitate,ſed etiā de pu blica

blica honeſtate ſi ex narratione verborum non comprehendatur publica honeſtas ſub affinitate,pag. 463. columna 1.litera a, & b

Affinitas non eſt cauſa affinitatis ,pag. ead. & 464.

Affinitas ſi præcedat impedit matrimonium contrahendum , & dirimit contractum, pagina 465. columna prima. & 2. per totam.

Affinitas ſi ſuperueniat matrimonio,non dirimit ipſum,pagina eadem,colum. 2.lit.d, & pag.ſeq.col. 1.lit.a

Affinitas ſi contractum matrimonii præcedit,matrimonium eſt ipſo iure , & in conſcientia nullum,pag.466.col.2,lit.d,& pag. ſeq.col.1.lit. a

Affinitas perfecta quæ prouenit ex matrimonio conſummato in primo gradu lineę rectę , ſecundum probabiliſſimam ſententiam impedit matrimonium iure naturali ſi non adſit cauſa rationabilis non tamen dirimit iure naturali , pagina 471. columna 1.lit.c

Affinitas imperfecta quæ prouenit ex matrimonio non conſummato ſed rato,etiã impedit matrimonium iure naturali in primo gradu lineæ rectæ ſi non adſit rationabilis cauſa , non tamen dirimit illud iure naturali , eadem pagina , colum. 2.litera a

Affinitas non cauſatur per ſola oſcula uel alios tactus quantumuis impudicos , uel per penetrationem vel apertionem vaſis , ſi intra illud non ſeminetur , pagina 448. col.1.litera b, c

Affinitas proueniens ex fornicatione & ex copula illicita,nec impedit nec dirimit matrimonium iure naturali in primo gradu lineæ rectæ,pag. 471.col.2.lit.b & c

Affinitas & conſanguinitas quantum ad effectum impediendi habent æqualitatem , non tamen quantum ad modum,pag.472 col. 1,lit.c & d

Affinitas in omnibus aliis gradibus lineæ rectæ non impedit nec dirimit matrimonium iure naturali,pagina 473. colum 2. litera d

Affinitas in primo gradu lineæ tranſuerſalis non impedit nec dirimit matrimonium iure naturali , etiam ſi talis affinitas proueniat ex matrimonio rato & conſummato , pagina 475. columna ſecunda,litera a & b

Affinitas in vlterioribus gradibus lineæ tranſuerſalis non impedit nec dirimit matrimonium iure naturali,pag.476.col. 2. lit. d,& pag.477. col. 1.lit.a

Affinitas ſi præcedat ſponſalia , impedit , & dirimit illa.pag.478.col. 1.lit.b

Affinitas ſi ſubſequatur ad ſponſalia de futuro dirimit illa.eadem pag & col.lit.d

Affinitas quando ſuperuenit matrimonio iã contracto non conſummato non dirimit matrimonium iam factum,pag.ead.col.2. litera a

Affinitas in dicto caſu impedit vſum matrimonij in illo qui fuit in culpa talis affinitatis tenetur tamen reddere debitum, eadem pag. col.2.lit.b

Affinitas ſuperueniens matrimonio ex natura ſua facit quod actus venereus cum perſona affini ſit inceſtuoſus,ſi aliàs nõ ſit debitus ex iuſtitia,non tamen potuit facere quod redditio debiti ſit inceſtuoſa,p.480. col.2.lit. a b c

Affinitas ſi ſuperueniat matrimonio conſũmato impedit petitionem debiti, nõ tamẽ redditionem,pag.481.col. 1.lit.c d

Affinitas quæ cauſatur ex eo quod cognoſcitur coniux à conſanguineo viri in gradu prohibito per omnimodam vim, non impedit petitionem debiti, pag. 482. col. 2.lit.b c

Affinitas ſi contracta eſt poſt matrimonium contractum per vim omnimodam , taliter quod ipſe vir per talem vim tradidit illã ſuo conſanguineo , ipſa poteſt petere debitum, non tamen vir.pag. 483. colum. 1. litera b c

Affinitas contracta per ignorantiam inuincibilem poſt matrimonium contractum , non impedit petitionem debiti , eadem pag.& col.lit. c d

Affinitas ſi contracta ſit culpa vtriuſque cõiugis neuter poteſt reddere debitum , nec tenetur etiam ſi alter petat niſi factum ſit in fraudem matrimõnij,pag.485.col.2 lit. a & col. ead. lit. c

Affinitas ſi contracta ſit culpa vtriuſque cõiugis,neuter poteſt petere debitum, pag. 484.col.2.lit.c d

Affinitas per ſe.& immediatè non habet diſtantiam graduum, ſed mediante conſanguinitate, pag. 487. col. 1. lit. c & per totam primam columnam.

Affini-

Affinitatis gradus extenduntur ſicut gradus conſanguinitatis,pag.ead.col.2,per totam.
Affinitas non cauſatur ex ſponſalibus de futuro ſicut ex matrimonio , pag. 454. col. 1.litera d
Amentia ſi teneat ſe ex parte vtriuſque uel fœminæ ſolum eſt interdicendus vſus matrimonii,pag.574,col.2,lit.a & b
Amentia ſi [illegible] ſe teneat ex parte fœminæ non eſt interdicendus vſus matrimonii, ibidem,lit.b
Amentia eſt impedimentum matrimonii [illegible] liter quod matrimonium contractum in amentia eſt nullum,pag.575,col.1,lit b
Ancillam ſi ducat ſeruus credens liberam validum eſt matrimonium , pag.360, col. 1. lit.b & pag.363.col. 1.lit.b c d
Ancillam ſi ducat ingenuus credens liberam, nullum eſt matrimonium , pag.361. col. 1, lit.b & c
Ancillam ſi quis ingenuus ducat in vxorem neſciens eſſe ancillam validum eſt matrimonium,pag.363.col. 1,lit.c
Ancillam ſi quis liber à principio ducat in vxorem putãs liberam,& poſtea illo ignorante manumittatur a domino non efficitur ſtatim matrimonium ſine nouo conſenſu,& poſt Concilium Tridentinum debet fieri coram parocho & teſtibus, pagina 363,col.2,per totam & pag. ſeq.colum.1, per totam.
Ancillam ſi herus tradat in matrimonium libero ignoranti eſſe ancillam validum eſt matrimonium,& cenſetur libertate donare,pag.364,col.2,lit.a
Ancilla ſi ſciente & non contradicente domino nubat alicui viro libero,manet libera. & idem eſt de ſeruo , pagina & col. ead.lit.c & d
Ancillam ſi dominus ducat in vxorem, matrimonium validum eſt, p. & col. ead.lit.c plura alia videatis verbo Seruus, & uerbo Seruitus.
Author naturæ non ſolũ intendit producere ſubſtantiam hominis ſed etiam producere hominem ſecundum eſſe rationale,vt homo eſt pag.6,col. 1,lit.c & d
Author naturæ intendit opera perfecta ibidem eadem,pag. col.& lit.

B

BANNVM eſt nomen Gallicum , ut dicitur in cap.cum in tua, pag.181,col. 1.litera a
Banna ſunt denunciationes publicæ, pag.col. & lit.ijſdem videatis in verbo, Denunciationes.
Baptizans contrahit cognationem ſpiritualem cum baptizato,& cum patre & matre baptizati,pag.527.col.1.lit.c d
Baptizans qui eſt baptizatus ſi baptizet filium infidelis contrahit cognationem ſpiritualem cum baptizato , non tamen cum parente infideli,pag.532.col.1.lit.b
Baptizans filium in articulo mortis quando non eſt alius qui illum baptizet non impeditur à petitione & redditione debiti, pag.514.col. 1, litera b
Baptizans filium ſuum ſuſceptum ex fornicatione,& in caſu neceſſitatis ſi poſtea accedat ad matrem eius , peccat peccato inceſtus contra cognationem ſpiritualem, pagina 515,col.2. litera d
Baptizans filium ſuæ uxoris & non ſuum in extrema neceſſitate poteſt non ſolum reddere,uerum etiam petere debitum,pa. 516,col. 1,litera d
Baptizans filium ſuum uel filium uxoris ignorans ignorantia inuincibili eſſe ſuum vel ſuæ uxoris poteſt petere & reddere debitum,pag.517.col.1,lit.b
Baptizans in eodem caſu per ignorantiam craſſam & uincibilem impeditur a petitione debiti,pag.& col.eadem litera d. & col. ſeq.lit.a
Baptizans filium ſuum vel ſuæ vxoris extra caſum neceſſitatis large loquendo ex malitia non poteſt petere debitum,pagina ead.colum. 2.lit.c
baptizans filium ſuum vel ſuæ uxoris ex malitia, ſpecialiter in fraudem matrimonii, non poteſt petere debitum , tenetur tamen reddere , pagina 518, columna 1. litera b c
benedictio nuptialis eſt quoddam ſacramentale,pag.29.col. 2,lit. c
benedictio nuptialis ordinatur ad ſolennem traditionem uxoris , pagina 199, columna 1.litera c
benedictio nuptialis ordinatur ad obtinendam diuinam benedictionem ipſorum cõiugum,pag.eadem & col.litera d
benedictiones nuptiales præuenire per conſummationem matrimonii , non eſt peccatum mortale niſi fiat ex contemptu , pagina 198. columna 2. lit. d & pag. ſeq. col. 1.litera a

benedi-

nedictiones nuptiales præuenire per con-
ſummationem matrimonii eſt peccatum
veniale,pag.199.col.2.lit.b, & c, & pagina
ſequen.per totam,
ta Virgo fuit vera vxor Ioſeph, pag.94.
ol.2.lit.a,& b
amia inducit irregularitatem, pag.721.
ol.2.lit.a
amia eſt annexa irregularitas, pag. 722.
ol.1.lit.c,& d
amiæ irregularitas contrahitur ex hoc,
uod quis ducit uxorem, non uirginem,
ag.723.col.2.lit.c,& d
miæ irregularitas eſt irregularitas ex de
ctu ſacramenti matrimonij conſumma-
,contracta,ead.pag.col.& lit.
miæ irregularitas ab Apoſtolis introdu
a eſt,eadem pag.col.& lit.
miæ irregularitas incurritur tantum in
ſibus in iure expreſſis, pagina 724. col.
litera b
miæ irregularitas nunquam incurritur
r defectum ſolius matrimonii rati, ſed
defectu matrimonii conſummati, ead.
gina,& col.lit.c
miæ irregularitas eſt triplex, pag. 725.
l.1.lit.b
mia non ſoluitur per baptiſmum,pagina
7.col.2.lit.d
miæ irregularitas poteſt diſpēſari a Pon
ice,pag.730.col.1.lit.d
miæ irregularitas eſt impedimentum iu
poſitiui,ead. pag.col.2.lit.a
miæ irregularitas eſt diſpenſabilis per
mmum Pontificem, ibidem in eadem
nclusione.
miæ irregularitas diſpenſari poteſt per
iſcopum quantum ad aliquid,ead.pag.
col. lit b,& c
matrimonii ſunt intrinſecè in ipſo ma
nonii,pag.308.309.& 310
aliqua debent haberi ad excuſandū ma
nonium, pag.308.col.1.lit.d. & pagina
.per totam.
matrimonii ſunt tria, ſcilicet, prolis,fi-
, & ſacramentum, pag.311.col.1. lit.d,
ol. ſeq.lit.a.& pag.ſeq.per totam.
illa tria matrimonii ſufficienter excu-
actum matrimonialem, pag.322. col.
era b
illa tria ſecundum habitum honeſtant
rimonium,pagina 324.columna ſecun
itera d

Bona duo matrimonii,ſcilicet, fides, & pro-
les,quæ reſpiciunt actum matrimonii,ho-
neſtant ipſum actum matrimonii, eadem
pag.col.& lit.c
Bona iſta,non honeſtant,nec excuſant matri
monium quaſi quædam extrinſeca ipſi. pa
gina 310.col.2.lit.b
Bona illa tria eſſent in matrimonio in ſtatu
innocentiæ,pag.311.col.1.lit.c
Bona illa tria fuerunt in matrimonio B. Vir
ginis,eadem pag.col.& lit. d

C

CASTRATI, an poſſint contrahe-
re matrimonium, vide infra verbo,
Eunuchus,& verbo, Spado.
Catherina Regina Angliæ ex diſpenſatione
Summi Pontificis contraxit cum Henri-
co VIII. poſt mortem Arcturi primi vi
ri,qui erat fratri Henrici, pagina 441 col.
1.litera c
Cauſa phyſica effectiua,& inſtrumētalis non
poteſt intelligi quod operetur modo, &
quod non ſit,pag.69.col.1.lit.a
Certitudo moralis conſenſus alterius coniu-
gis,ſufficit ad hoc quod alius ſit ſecutus in
conſcientia,pag.152.col.1.lit.c,& d
Certitudo poteſt eſſe diuinare quantum ad
aliquid,& dubium quantum ad aliud,pag.
154.columna ſecunda,litera d, & pag.ſeq.
col.1.lit.a
Certitudo pōt eſſe in muliere, vel viro quan
tūm ad poſſeſſionem, & dubium quātūm
ad dominium,pag.ead.155.col.1.lit.a
Clandeſtinum matrimonium multipliciter
accipitur,pag.181.col.1. per totam.
Clandeſtinum matrimonium quod fit ſine
teſtibus ante Concilium Tridentinum va
lidum erat ſecundum fidem, pag.& col.ea-
dem,lit.d
Clandeſtinum matrimonium contrahere,
erat peccatum,pagina eadem,columna ſe-
cunda,litera c
Clandeſtinum matrimoniū regulariter erat
peccatum mortale ex genere ante Conci-
lium Tridentinum,ibidem, litera d, & pa-
gina ſeq.lit.a
Clandeſtinum matrimonium contrahere an
te Concilium Tridentinum aliquādo non
erat mortale, ſed poterat licitè fieri, ibi-
dem litera b
Clādeſtinum matrimonium quod fit coram
parocho,& teſtibus, ſed ſine bannis, & de-
nunciationibus ante Concilium Trident.

d ſtando

ſtando in iure communi non erat mortale, dummodo fieret diligentia ne eſſet impedimentum, pagina 183. columna prima, litera d

Clandeſtinum matrimonium ſic contrahere erat mortale in diœceſibus vbi erat excõmunicatio, ibidem, col. 2. lit. a, b, & c

Clandeſtinum matrimonium, quando contrahebatur ante Concil. Trident. iure communi non concurrebatur excommunicatio, incurrebatur autem iure particulari aliquotum diœceſium, pagina 184. col. 1. litera c

Clandeſtinum matrimonium, quando contrahebatur ante Concil. Trident. & in gradibus ab Eccleſia prohibitis filij non habebantur legitimi, etiam ſi impedimentum ignoraretur, ibid. ead. col. 1. lit. a

Clandeſtinum matrimonium ante Concil. Triden. erat verum ſacramentum, pagina ead 184. col. 2. lit. c. & d

Clandeſtini matrimonii vſus, an eſſet peccatum ante Concil. Trident. ibidem, paulo ante lit. c

Clandeſtinum matrimonium quod fit ſine parocho, & teſtibus poſt Concil. Trid. eſt irritum, & nullum, eadem pagina, & col. litera d

Clandeſtinum matrimonium cõtractum coram parocho, & teſtibus, ſed ſine bannis, & denunciationibus, non dicitur clandeſtinũ ad effectum incurrendi aliquas pœnas ciuiles, ſecundum probabiliorem ſententiam, pagina 187. columna ſecunda, litera b, & c

Clandeſtinum matrimonium, ita celebratum, ſine dubio eſt validum, pagina ead. columna 1. lit. d

Clandeſtina matrimonia potuerunt irritari ab Eccleſia., pagina 188. col. 1. lit. b. & c, & pag. ead. col. 2. lit. b. & c

Clandeſtinum matrimonium non eſt validum in ratione ſponſaliorum, in ratione cõtractus, & ex vi verborum, pagina 194. col. 1. lit. a

Clandeſtinum matrimonium ſi contrahẽtes velint ſe obligare meliori modo, quo poſſunt inducunt obligationem ſponſaliorum de futuro, ibidem, col. ead. lit. c. & d

Clandeſtinum matrimonium celebratum ab illis qui habitant in quibuſdam prouinciis Galliæ circa Nauarram, vbi non eſt receptum Concil. Trident. vidẽte, & permittente Põtifice, an ſit validum, pagina 209. col. 2. lit. a, & b

Clandeſtinum matrimonium celebratum ab illis in illis regionib. & locis vbi nõ eſt receptum Concil. vt diximus, an ſit validum, ibidem, ead. columna ſecunda, lit. d. & pagina ſeq. colum. 1. per totam.

Clandeſtinum matrimonium inualidum eſt, etiam ſi ſuperueniat iuramentum, pagina 215. col. 1. lit. c

Coactio duplex, vna ſimpliciter, alia ſecundum quid, pag. 219. col. 2. lit. a

Coactio ſimpliciter eſt, quando aliquis ſimpliciter, & omnibus modis cogitur, coactio ſecundum quid, quando aliquis non cogitur ſimpliciter, ſed ſuppoſita aliqua conditione, ibidem, eadem, pag. col. & lit.

Coactio iſto ſecũdo modo poteſt eſſe in matrimonio, non tamen primo modo, ibid. eadem pag. col. & litera.

Coactio poteſt cadere in virum conſtantem, pag. 220. col. 2. lit. c

Cogere non poteſt pater filium ad matrimonium inducere tamen poteſt ex rationabili cauſa, pag. 282. col. 1. lit. a. & b

Cogere non poteſt per ſe, & abſolutè loquendo pater filium, vt contrahat matrimoniũ, & aſſumat ſtatum matrimonialem per præceptum propriè, & in rigore, pag. 287. columna prima, litera b. & pagina 288. columna prima, lit b

Cogere poteſt aliquando princeps, vel iudex ſubditum, vt ducat vxorem, pagina 290. col. 2. lit. c, & d

Cogere ad matrimonium in aliis caſibus eſt peccatum mortale, & qui ita cogit eſt ipſo facto excõmunicatus, pagina ead. & lit. & ſimiliter col.

Cognatio legalis eſt propinquitas ex adoptione proueniens, pagina 546. colum. 1. litera b

Cognatio legalis eſt ſimilis cognationi naturali, ead. pag. & col. litera c

Cognatio legalis duplex, ſcilicet, perfecta & imperfecta, ſicut etiam adoptio, pag. 544. colum. 2. lit. a

Cognatio legalis perfecta impedit & dirimit matrimonium, pagina 546. columna 2. litera c, & d

Cognatio legalis imperfecta impedit matrimonium, & probabilius eſt quod non dirimit illud, pag. 547. columna 1. lit. d & colum. ſeq. lit. a

Cognatio

Cognatio legalis ſi ſuperueniat poſt matrimonium contractum, non impedit vſum matrimonii pag.548.col.1.lit.d

Cognatio legalis triplex. pag.549.colum.2. lit.c d

Cognatio legalis inter filium naturalem, non legitimum,& inter filiam adoptiuam non inualidat matrimonium, ſecundum probabiliorem ſententiam.pag.550.col.2. lit.b

Cognatio legalis inter duos filios adoptiuos reddit nullũ matrimonium. eadem pag. col.2.D.

Cognatio legalis non impedit quod filii adoptiui contrahant cum filiis ſpiritualibus. pag.556.col.1.lit.d

Cognatio ſpiritualis quando præcedit matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum ſi ſubſequatur non dimirit uinculum matrimonii. p. 512. col. 1.lit.a

Cognatio ſpiritualis ſi ſuperueniat matrimonio extra caſum neceſſitatis, impedit petitionem debiti in illo qui eſt in culpa. pagina ead.& col. lit.b & pag. 513. col.1. lit.c,d

Cognatio ſpiritualis eſt uinculum ex ſuſceptione ſacramentorum inter fideles contractum ex Eccleſiæ inſtitutione uim habens vel cognatio ſpiritualis eſt quædam perſonarum proximitas prouenięns ex hoc quod quis confert ſacramentum Baptiſmi vel Confirmationis, ſeu tenet vel ſuſcipit illum cui tale ſacramentum confertur. pagina 512. columna. 1, lit.d

Cognatio ſpiritualis ſi inducatur in caſu neceſſitatis poſt matrimonium contractum, non impedit petitionem debiti vel redditionem.pagina. 514. col. 1.lit.a

Cognatio ſpiritualis ſi inducatur extra caſum neceſſitatis ex ignorantia inuincibili poſt contractum matrimonii, non priuatur iure petendi debitum bene tamen ſi Ignorantia ſit vincibilis.pag.517.col.1. lit. b & ibid.col.ead.lit.d

Cognatio ſpiritualis ſi extra caſum neceſſitatis inducatur ex malitia in fraudem matrimonii poſt illud contractum, non poteſt petere debitum, tenetur tamen reddere.pag.518.col.1.lit.b,c

Cognatio ſpiritualis contrahitur per duo ſacramenta,ſcilicet,per baptiſmum & confirmationem.pag. 521.col.1.lit.a

Cognatio ſpiritualis impediens & dirimens matrimonium, non contrahitur per catechiſmum.522.col.1.lit.b

Cognatio ſpiritualis impediens & dirmens matrimonium, non contraheitur per alia ſacramenta a baptiſinate & confirmatione.pagin.523 col.1.lit.b

Cognatio aliqua ſpiritnalis an contrahatur ex ſacramento confeſſionis.p. 524. col. 2. lit.b & per totam col.

Cognatio ſpiritualis contrahitur inter baptizatum & baptizantem, & baptizati patrem & matrẽ. pag.527. per totam. vide uerbo,Baptizans.

Cognatio ſpiritualis contrahitur inter ſuſcipientem de ſacro fonte & baptizatum, & illius patrem & matrem. eadem pagina per totam.

Cognatio ſpiritualis quæ ablata eſt in Concilio Trident. etiam ſi contracta ſit ante illius confirmationem, non impedit nec dirimit matrimonium.pag.527.columna. 2.lit.d

Cognatio ſpiritualis quæ contracta eſt ante Concil.Trident. quando plures tenuerunt eundem puerum in baptiſmate & confirmatione manſit in omnibus illis poſt confirmationem Conciliii,pag. 528. col. 2 lit.b

Cognatio ſpititualis poſt Concil.Triden. cõtrahitur a tangentibus puerum, & a ſoli illis quãdo nulli deſignantur in patrinos per culpam parochi, vel alterius in neceſſitate baptizantis. pagina eadem & colu. litera c

Cognatio ſpiritualis quæ eſt in baptizante vel ſuſcipiente, & quæ fundatur in actione poſt Concil. Trident. non diffunditur ad mulierem carnaliter cognitam. pa.529. col.1.lit.c,d

Cognatio ſpiritualis poſt Concil.Trident. nõ contrahitur ex catechiſmo quod impediat matrimonium & ſi non dirimat ſecundum probabiliorem ſententiam. pagina. 530.columna.2 litera.b

Cognatio ſpiritualis non contrahitur a muliere quæ aſſiſtit tantum, & non tangit infantem baptizatum. donec infans eſt leuatus a fonte baptiſmi pagina 531. columna 2.lit.a,b

Cognatio ſpiritualis non contrahitur a principibns vel magnatibus qui per procuratores

res ſuſcipiunt puerum de ſacro fonte, ſcilicet, illam contrahunt ipſi procuratores ſuſcipientes. pagina, & columna eadem lit.b,& c

Cognatio ſpiritualis non contrahitur a non baptizante, etiam ſi ſuſcipiat aliquem de ſacro fonte.pag.eadem,colum.2.lit.d, & pag.ſeq.col.4.lit.a

Cognatio ſpiritualis inter baptizatum qui baptizat filium infidelis, & inter patrem baptizati, eadem pagina 532. columna 1. lit.b,c

Cognatio ſpiritualis an tranſeat a viro in vxorem.pagina ead.col.2. lit. b,per totam. & pagina ſeq.

Cognatio ſpiritualis an tranſeat ad filios carnales patris ſpiritualis.pag.534. colum. 1. lit. a, b, & col. 2.per totam.

Cognatio carnalis eſt illa quæ habetur per carnalem propagationem,& hæc uocatur, conſanguinitas. pagina 444. columna 1. lit.a

Coitus nefarius non eſt cauſa affinitatis.pag. 446.col.2.lit.e

Copula carnalis eſt de perfectione ſecundaria & accidentali matrimonii.pag.87.columna 2.litera d, & pagina. 92. columna 2. lit.c

Copula carnalis quantum ad ordinem radicalem ad ipſam eſt quoddāmodo eſſentialis matrimonio pagina 93. columna 2. litara d

Copula carnalis habet quandam connaturalitatem cum ipſo matrimonio.pag.94.col. 1.lit.c

Copula carnalis continetur in matrimonio in potentiam, eadem pagina,& columna lit.b,in fine.

Copula carnalis ſeu actus coniugalis eſt ratio quare matrimonium ſignificet coniunctionem Verbi cum noſtra humanitate.pagina 61.col.1.lit.c

Copula carnalis poſt uerba de futuro conſenſum exprimentia, an faciat matrimonium nunc poſt Concil. Triden. & in tempore antiquo. pagina 216 .columna 2. lit. d & pag.ſeq.col.1.lit. a & b

Copula carnalis illicita cauſat affinitatem. pag.446.col.1.lit.c,& d

Copula carnalis ex qua ſequitur affinitas eſt illa ex qua de ſe nata eſt ſequi generatio prolis pag.447.col.1.lit.c,d & pag.ſeq. col.1.lit.a

Copula per quam cauſatur affinitas eſt illa, per quam ſeminatur extra uas. pagina. 448. col. 1.litera c

Copula carnalis quæ facit matrimonium conſummatum eſt illa,quæ ſufficit ad aperiendum clauſtra pudoris.pagina ead.columna 2.lit.a

Copula carnalis poſt ſponſalia de futuro non eſt ſufficiens cauſa matrimonii in foro conſcientiæ. pag. 217. columna. 2.litera c & pag.216.col.2.lit.a

Copula carnalis effectu maritali non efficit verum matrimonium poſt Concil. Trident.& ſi ſponſalia celebrata eſſent coram parocho & teſtibus, & parochus & teſtes adeſſent tali.copula. pagina 217. columna 2.lit.a

Copula carnalis habet peculiarem deformitatem inter perſonas quando matrimonium eſt nullum propter propinquitatem.pag.427.col. 1.litera c.& d

Copula carnalis habet rationem inceſtus imperfecti quando eſt impedimentum publicæ honeſtatis.pag.457.col. 1.lit. d

Copulare carnaliter, duo amentes non coniunctos matrimonialiter, eſt peccatum mortale.pagina 576.col.2.lit.d

Concilium Tridentinum conſtituit multa, quę obſeruari debent in contractu matrimonii. pagina, 195. columna 1. litera c & pag.ſeq.

Conditio quædam impropriā quæ non ſuſpendit conſenſum in futuro.pagina 240. col. 1.lit.d

Conditio quædam propria quæ ſuſpendit conſenſum in futurum, ead.pag.columna 2.lit.a,b

Conditio propria, duplex. eadem pagina, col.& lit.

Conditio ſi antecedenter ſe habeat ad conſenſum, non inualidat matrimonium ſi adſint alia neceſſaria. eadem pag. & col. litera b

Conditio impoſsibilis duplex, alia ueluti ſpeculatiua, alia ueluti practica. pagina 241.columna prima, litera d, & colum. 2. litera a

Conditio impoſsibilis, alia eſt de præſenti, alia de præterito, alia de futuro. pagina colum.& lit.iiſdem.

Conditio impoſsibilis habetur pro non adiecta.pag.2,1.colum.1.lit.d, & pag.ſequen. per totam.

Conditio

Conditio neceſſaria ſi ſit de futuro ſtatim fit matrimonium, quomodo intelligatur, pagina 240.col.1.lit.c.& pag.243.col.2.lit.c, & per totam, & pag.ſeq.
onditio de præterito, & de præſenti quomodo reddant validum matrimonium, pagina 244.col.1.lit.c.& d
onditio, contraho tecum ſi virgo es, eadem pagina.& col.lit.d
onditio, contraho tecum ſi inuenero te virginem, eadem pagina, columna ſecunda, lit.a, & b
onditio de futuro, quæ eſt contraria matrimonio, vel turpis reddit nullum matrimonium, pag.247.col.1.lit.c,& d
onditio de futuro contraria ſubſtantiæ matrimonij reddit nullum matrimonium iure naturali, pag.248.col.1.lit.b
ondirio de futuro contraria paſſioni matrimonii reddit nullum matrimonium iure naturali, pagina, & columna eadem, lit.d, & col.ſeq. litera a
onditio cōtra bona matrimonij reddit nullum matrimonium iure naturali, ead.pagina,& columna 2. litera a
ondirio, contraho tecum donec naſcatur maſculus, uel alia conditio, quæ aduerſatur perpetuitati matrimonii, reddit nullum matrimonium, pag.249.col.1.lit.b
nditio, contraho tecum hac lege, & conditione, vt des operam adulteriis, vel quod permittat illum habere concubinam, reddit nullum matrimonium, eadem pagina, columna, & lit.a & c
nditio, cōtraho tecum hac lege quod des operam ſterilitati, reddit nullum matrimonium, eadem pag.col.& lit.c
ndirio illa, contraho tecum ſi caſtitatem oues, nō irritat matrimonium, pag.250. columna ſecunda, litera d, & pag.ſeq.columna 1.litera a
ndirio illa, cōtraho tecum hac lege quod nquam ſim petiturus debitum, reddam men, nullum reddit matrimonium, pag. 1.col. 2.lit.c.& d
nditio illa, contraho tecū hac conditione, uod mihi debitum coniugale deneges, vi at matrimonium, pag.252.col.1.lit.b
dirio illa, contraho tecum hac conditio-, quod mihi debitū coniugale deneges, oties non habeo ius iuſtitiæ ad exigenm, non reddit nullum matrimonium, gina, & col.eadem, lit.d
Conditio de nunquā cohabitando ſimul, reddit nullum matrimonium, pagina 253.columna 2.litera c
Condirio illa, contraho tecum ſi te adulterandam tradideris irritat matrimonium, pag.254.col.1.lit.a.& b
Condirio cōtraria ſubſtantiæ matrimonii poſita ab vno contrahentium tantum, vitiat matrimonium, pagina eadem, columna 2. litera c
Condirio de futuro contraria ſubſtantiæ matrimonii irritat & annullat ſponſalia de futuro, pag.256.col.1.lit.c
Conditio honeſta non reddit nullum matrimonium, ſed ſtante conditione ſtat matrimonium, non ſtante non ſtat, pagina 240. col. 1.lit.b,& c
Conditione honeſta de futuro impleta, an efficiat ſtatim matrimonium, non ſolum ratione contractus, verum in ratione ſacramenti, pagina 256. columna 2.lit.b. & c. & per aliquot paginas.
Conditio ſi patri placuerit, an faciat verum matrimonium ſi antequam pater conſentiat non velit contrahere, pag. 266. col. 1. lit.c, & d, col.ſeq.lit.a
Conditio turpis habetur pro non adiecta, pagina 276.columna ſecunda, lit.d, & pagina ſeq.lit.a.b.& c
Condirio turpis non contraria ſubſtantiæ, vel bonis matrimonii, an reddat nullum matrimonium, pagina 276.columna 2. litera d, & pagina ſequen. per multas alias paginas ſequentes.
Conditio turpis, an habeatur pro non adiecta in ſponſalibus de futuro, & idem eſt de conditione impoſſibili, pagina 277.col. 1.lit.c,& d
Conditionatus conſenſus, an ſufficiat ad matrimonium, pagina 256.col.2.lit.b. & c, & per multas paginas ſequentes,
Coniux qui opprimit coniugem per metum vel violentiam ante tempus bimeſtre, peccat mortaliter, & facit illi iniuriam, pagina 634.col.1.litera a
Coniuges an poſt matrimoniū poſſint tranſire ad religionem, pagina 635.colum.prima, litera b
Coniux an poſt matrimonium conſummatum poſſit tranſire ad religionem altero inuito, & in quibus caſibus, pagina 636.columna 2. lit.a
Coniux an gratia ſalutis tuendæ, & procurandæ

randæ liberetur a iure reddendi debitum, pagina 675.col.1.lit.d

Coniux an excuſetur a redditione debiti gratia euitandi morbi in prole generanda, pagina 617.col.2.lit.b.& c

Coniux an excuſetur a redditione debiti ſi timeatur proli iam genitæ periculum in vita,vel ſalute ex debiti redditione,pagina 679.col.1.lit.d.& col.2.lit.a

Coniux an excuſetur a debiti redditione propter vitandum detrimentum iu bonis fortunæ,pag.ead.col.2.lit.c

Coniuges ſi dubitent temerè, & ſine ratione,& ſententia paſtoris, & confeſſoris debent bonum deponere, pagina 153.col.2.litera d

Coniuges ſi poſt ſufficientem diligentiã maneant dubij de valore matrimonii. non poſſunt petere debitum, pagina 154.col.1.litera a

Coniuges qui rationabiliter dubitant,tenentur reddere debitum petenti, eadem pag.& col.litera d

Coniux vterque ſi dubitet rationabiliter de valore matrimonii,& alter petat debitum, alius tenetur reddere, pagina 157. col.2.litera d,& pag.ſeq.col.1.lit.a

Coniuges ſi cognoſcunt ſe extra vas legitimum,peccant mortaliter grauiſſimè,pag.335.col.1.lit d

Coniuges cognoſcendo ſe extra vas legitimnm grauius peccant quam ſoluti,pagina eadem, col.2.lit.b

Coniuges effundendo ſemen extra vas, grauius peccant quam ſoluti,ibidem, eadem pagina,& col.lit.d

Coniuges cognoſcendo ſe intra legitimum vas,aliquando poſſunt peccare mortaliter, pagina 336.col.1.lit.c

Coniuges cognoſcendo ſe intra legitimum vas,& ſeminando, poſſunt peccare mortaliter, quando ex aliqua arte,vel induſtria impeditur generatio,eadem, pag.336.col.2 litera a

Coniuges etiamſi cognoſcant ſe intra legitimum vas,& non ſe exponant periculo effundendi ſemen, nec impediendi generationem, peccant venialiter grauiter,ſi non ſeruent ordinem naturalem in poſitione corporum, pagina, & columna eadem, litera c,& d

Coniuges in tactibus,oſculis, & amplexibus, peccant mortaliter ſi ſit periculum pollutionis,col.1.lit. d

Coniuges non tenentur cuicunq; dicenti impedimentum credere, niſi probabiles rationes,& coniecturæ adducantur, & ſecundum earum æſtimationem tenetur,vel dubitare,vel inquirere veritatem, aut certo credere, & de remedio cogitare, pag.467. col.2.litera d

Coniuges qui tales iudicantur ſecundum allegata, & probata, cum reuera non ſint, non poſſunt habere acceſſum carnalem, pag.508.col.2. lit.b

Conſanguinitas eſt vinculum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum, pagina 413. columna ſecunda,litera d

Conſanguinitas eſt cauſa vinculi, & ita dicitur vinculum caſualiter, pagina 414.col.1. litera c

Conſanguinitas vera fuit inter Beatam Virginem, & Chriſtum, eadem pagina,col.2. litera c

Conſanguinitatis ſunt multi gradus, pagina 418.col.2.lit.b.& c

Conſanguinitas, & linea conſanguinitatis non ſunt idem, eadem pagina, & columna, litera d

Conſanguinitas quoad aliquas perſonas impedit matrimonium iure naturali,vt inter patrem & filiam, & inter matrem & filiũ, pag.421.col.2.lit.b.& c

Conſanguinitas quoad aliquas perſonas impedit matrimonium iure diuino poſitiuo, ſed quoad alias iure humano eccleſiaſtico. pag.& col.eadem,lit.c

Conſanguinitas in primo gradu lineæ rectæ iure naturali impedit, & dirimit matrimonium, vt inter patrem & filiam, pag.422. columna 1.lit.c,& d

Conſanguinitas in primo gradu lineæ rectæ non eſt, ita extrinſecè malum quin in aliquo caſu raro ex Dei diſpenſatione fieri poſſit,& ſit validum, pag.ead.422.col.2.litera d,& pag.ſeq.col.1.lit.a.& pag.ſeq.423. col.1.lit.d.& pag.425.col.2 lit.b

Conſanguinitas in primo gradu lineæ rectæ in caſu extremæ neceſſitatis, impedit & dirimit matrimonium iure naturali ſecundum probabiliorem ſententiam, pagina eadem 423. columna ſecunda, litera b, & c

Conſanguinitas in omnibus aliis gradibus lineæ rectæ ſecundum probabiliorem ſententiam

tentiam iure naturali impedit, & dirimit matrimonium, pag.425.col.1.lit.b
Conſanguinitas in primo gradu lineæ tranſuerſalis, ſ. inter fratres, & ſorores eſt prohibita, ita vt conſtare nõ poſſit iure naturali ſaltem regulariter extra caſus extremę neceſſitatis pag.427.col.1.lit.c & d
conſanguinitas in hoc primo gradu non eſt ita intrinſecè malum, quin ex diuina diſpenſatione licitè fieri non poſſit nec cõſtare, pag.426.col.2.lit. c d
conſanguinitas in hoc gradu non ita impedit iure naturali, quin poſſit conſtare matrimonium ſine diſpenſatione diuina, in caſu quo periclitaretur totus orbis ſecundum probabiliſſimam ſententiam, pagina 428. col. 1. lit. b
conſanguinitas in aliis gradibus lineæ tranſuerſalis, an irritet matrimonium iure naturali, pag.429.col.1.lit.b
conſanguinitas in ſecundo gradu lineæ trãſuerſalis inter aſcendentes, & deſcendentes, & inter perſonas quæ in gradu ęquali diſtant ab ſtipite, ſicut inter patrem, & conſobrinam, quamuis iure naturali non irritet matrimonium, eſt tamen prohibitum iure naturæ, pag.& colum. eadem, lit. c
conſanguinitas in omnibus gradibus prohibitis in Leuitico, cap. 18. impedit matrimonium iure naturali ſecundum probabilem ſententiã, certum temen eſt quod impedit, & dirimit matrimoniũ iure poſitiuo eccleſiæ, pagina 430. colum. 1. litera d.
conſanguinitas quantum ad gradus impedientes matrimonium potuit taxari ab eccleſia, pag.455.col.1.lit.d
conſanguinitas olim extendebat ſe vſque ad ſeptimum gradum, nunc reſtricta eſt vſque ad quartum, ibidem, colum. ſecunda litera a
conſenſus eſt cauſa efficiens matrimonii, pagina 145. colum. ſecunda, litera c d & pag. ſeq. col. 1. lit. a
conſenſus ita eſt neceſſarius ad efficiendum matrimonium, vt de lege ordinaria non poſſit fieri vinculum matrimonii ſine cõſenſu, pag. 147. col. 2. lit. d, & pagina ſeq. colum. prima, lit. a
conſenſus ita eſt neceſſarius ad matrimoniũ, quod tes publica; vel quæcunque alia poteſtas non poſſit efficere vinculum matrimonii ſine conſenſu contrahentium, pag. 148. col. 1. lit. c
conſenſus eſt ita neceſſarius ad contractũ matrimonii quod Deus de potentia abſoluta non poſſit facere talem cõtractum ſine illo. pag. eadem 148. col. 2. lit. d
conſenſus non eſt ita neceſſarius ad vinculũ matrimonii, quin Deus de potentia abſoluta poſſit facere vinculum ſine conſenſu contrahentium, pag.149.col.1.lit.c, d
conſenſus neceſſarius ad matrimonium eſt conſenſus in copulam coniugalem & vinculum, pag.306, col.2, lit.b & c
Conſenſus debet explicari per uerba de præſenti, pagina 119. colum. 1. litera d, & pag. ead. columna 2, lit.d & fol. ſeq. col.1. lit.a
Conſenſus expreſſus per nerba de futuro non ſufficit ad rationem matrimonii, pag. 164. col.2, lit.a & b
cõſenſus vtriuſque coniugis debet ſimul moraliter mutuo exprimi. pag. 169. colum. 2. lit. a b
conſenſus interior ſi deſit in aliquo contrahentium, non efficitur verum matrimonium, pag.172. col. 1. lit.d
cõſenſus in occulto factus per verba de pręſenti efficiebat verum matrimonium ante Concilium Tridentinum, pag. 180. col. 2. litera b
conſenſus in occulto factus ſine parocho, & teſtibus per verba de præſenti, non efficit verum matrimonium poſt Concil.Tridé. pag.191.col. 1.lit.b
conſenſus poteſt eſſe coactus ſecundũ quid. pag. 219. col. 1. lit. d
conſenſus coactus per coactionem quæ cadit in virum conſtantem, non efficit verum matrimonium, pag.222.col.1, lit. c d
conſenſus coactus ex parte cogentis; vel coacti non facit verum matrimonium, pagina 239. col. 1. lit. d
conſenſus conditionatus an efficiat verũ matrimonium, pag. 240. & per multas pag. ſequentes.
conſenſus qui facit matrimonium eſt conſẽſus in ſubſtantiam, & eſſentiam matrimonii, pag.292.col.1.lit.c
conſenſus explicitus in copulam carnalé non eſt neceſſarius ad eſſentiam matrimonii, pag.col.& lit. iiſdem & pag.ſeq. per totam primam colum.
conſenſus virtualis ſaltem requiritur reſpectu propriarum paſſionum matrimonii, & reſpe-

reſpectu eorum quæ conſequuntur ad illud, pagina eadem 292. col. 2. lit. c, & pag. 295. col. 1. lit. a b
conſenſus in copulam carnalem eſt neceſſarius ad matrimonium ſaltem implicitus accipiendo copulam carnalem pro actuali commixtione corporum, eadem pagina col. & lit.
conſenſus neceſſarius ad matrimonium, an contrarietur voto perpetuæ virginitatis, pagina 279. vſque ad pagina 300. excluſiuè.
conſenſus nouus requiritur poſt diſpenſationem Papæ in gradu prohibito, pag. 169. col. 2. lit. a, b, & pag. ſequen. colum. 1. per totam.
conſenſus parentum non eſt ita neceſſarius ad matrimonium quod ſine illo nõ poſſit fieri matrimonium, pagina 283. colum. 1. lit. c, d
conſenſus parentum ſine conſenſu filij non ſufficit ad matrimonium, pag. 284. col. 1. litera a
conſenſus parentum in matrimonio filiorũ eſt de honeſtate, & conuenientia matrimonii; pag. eadem, col. 2. lit. b, c
conſentire ſimulans an teneatur alteri verè conſentienti fidem ſeruare, pag. 172. col. 2. lit. c, d, per aliquot pag.
conſummare matrimonium ante ſolennem benedictionem ex contemptu eſt mortale. pag. 199. col. 2. lit. a
conſummare matrimonium ante denuntiationes, etiam poſt Concilium Tridentinum, non eſt mortale. pag. 198. colum. 1. litera d
conſummare matrimonium ante ſolennem benedictionem eccleſiæ, non eſt mortale, pagina eadem, colum. 2. litera d, & pagina 199 col. 1. lit. a
conſummare matrimonium ante ſolennem benedictionem eccleſiæ, non poteſt excuſari à peccato veniali regulariter, pagina eadem 199. col. 2. lit. b, c
conſummare matrimonium ante ſolennem benedictionem eccleſiæ propter aliquem bonum finem, vt ad vitandam pollutionem inter ipſos coniuges, aliquando poteſt excuſari à peccato etiam veniali, eadem pagina 199. & columna 2. litera d, in fine.
conſummare matrimonium quando aliquis cogitur per metum cadentem in virum conſtantem ad contrahendum, & conſummandum, non eſt licitum, pag. 236. col. 2. lit. b, & pag. 237. col. 1. lit. c
conſtans vir, quis dicatur, pag. 221. colum. 1. lit. c
conſcientiá dubia dicitur quando hic, & nunc maneo dubius, an ſit licitum; vel nõ, pag. 154. col. 2. lit. c
conſcientia non dicit habitum; vel potentiã, ſed applicationem actualem ad operandũ. ibidem, pag. col. & lit. iiſdem.
contrahere matrimonium ſcienter cum impedimento quocunque, eſt peccatum, pag. 344. col. 2. lit. a, & b
contrahere matrimonium ſcienter cum impedimento dirimente, eſt peccatum mortale, pag. ead. & col. 4. lit. b
contrahere matrimonium cum impedimento dirimente, an ſit peccatum ſacrilegii, eadem pag. & col. lit. c
contrahere matrimonium cum impedimento prohibente non dirimente aliquando eſt peccatum mortale, ibidem, lit. d, & pag. ſeq. col. 1. lit. a
contrahere matrimonium cum impedimento prohibente tantum quod dicitur prohibitio; vel interdictum eccleſiæ aliquando eſt mortale, pagina 345. columna 1. litera b
cõtrahere matrimonium cum aliquibus impedimentis, non eſt mortale, pag. 346. col. 1. lit. b
Contrahere matrimonium coram parocho & teſtibus ſine benedictione nuptiali tempore interdicto ab eccleſia, non eſt peccatum, eadem pag. 346. columna ſecunda, litera c
Contrahere matrimonium propter aliquod humanum, ita vt ille finis habeat rationẽ motiui ad explicandam intentionem, ut propter pulchritudinem vel diuitias forte. non eſt peccatum. pagina 307. colum. 2 litera a
Contrahere matrimonium propter finem peruerſum mortaliter, eſt mortale. eadem pag. & col. litera b & c
Contrahere matrimonium propter aliquid contrarium ipſi matrimonio vel fines illius excludendo eſt mortale. eadem pagina & columna, li. c & d
Contrahentes in gradibus prohibitis ſub cõditione ſi Papa diſpenſauerit, non incurrit excommunicationem, quæ habetur in Clemen-

Clementina vnica, de affinitate & conſanguinitate, pag. 273. col. 2. lit. d

Contrahentes per metum cadentem in uirũ conſtantem, an peccet, & an peccet peccato ſacrilegii, pag. 234. col. 1. lit. c, d, & col. ſequen.

Contrahentes clandeſtinè, an incurrant aliquam pœnam, vel excommunicationem, pag. 194. columna 2. lit. d, & 234. colum. 2. lit. c, & pagina ſeq. col. 2. lit. b, c

Contrahentes non ſunt materia proxima huius ſacramenti, ſed ſunt materia remota, & circa quam. pag. 447. col. 2 lit. c

Contrahentes debent habere intentionem faciendi quod facit eccleſia. pag. 56. col. 2 lit. d

Contrahentes ſunt miniſtri ſacramenti matrimonii, pag. 57. col. 1 lit. b, c,

Contrahentes in matrimonio habent ſe, vt cauſa principalis reſpectu rationis contractus. pag. 147. col. 2. lit. c

Contrahens poſt uotum ſimplex continentiæ peccat mortaliter in vſu matrimonii. pag. 377 col. 1. lit. a, b

Contrahens matrimonium, & conſummans illud poſt uotum ſimplex caſtitatis tenetur reddere debitum, non tamen poteſt petere. ibid. lit. b

Contrahens poſt uotum ſimplex caſtitatis, & habens animum conſummandi matrimonium, peccat mortaliter peccato ſacrilegii, pag. 378. col. 1. lit. b, c

Contrahens poſt uotum ſimplex caſtitatis etiam ſine animo conſummandi matrimonium, peccat mortaliter ſecundum probabilem ſententiam, probabilior tamen eſt oppoſita, pag. 379. col. 1. lit. a

Contrahens poſt uotum ſimplex caſtitatis, non peccat mortaliter de nouo conſummando matrimonium per redditionem debiti, probabilius oppoſitum. pag. 382. col. 1. lit. d, & col. ſeq. lit. a

Contrahentes quantum ad impotentiam perpetuam coeundi non poſſunt cedere iuri ſuo, pag. 557. col. 2. lit. b

Contrahens matrimonium poſt votum ſimplex caſtitatis ſi non eſt aptus religioni non tenetur ingredi religionem, ut ſeruet caſtitatem, ſed poteſt conſummare matrimonium reddendo debitum, pagina 382. col. 1. lit. c

Contrahens poſt uotum ſimplex caſtitatis, ſi antequam contraheret ſciebat, quod non erat aptus religioni peccauit mortaliter contrahendo. ibid. ead. pag. & col. lit. d

Contrahens poſt uotum ſimplex caſtitatis, ſi aliqua ratione, & uia poteſt manere in matrimonio, ſine eo quod conſummet illud, non tenetur ingredi religionem. ibid. ead. lit. d

Contrahens poſt uotum caſtitatis, & cõſummans prima uice matrimonium, tenetur reddere debitum ſi petatur. pagina 384. col. 1. lit. a

Contrahens iſte non poterit petere debitũ. ibid. lit. b, & oppoſitum, quòd reddere poſſit uide ibid. lit. c

Contrahentes ſi ambo fecerunt uotũ caſtitatis ante contractum matrimonium non poſſunt petere debitum. pagina 385. col. 1. lit. c

Contrahentes in eodem caſu ſi alter petat tenetur reddere. ibid. col. 2. lit. b

Contrahentes, qui poſt matrimonium uouent caſtitatem, ſi uotum non eſt factum mutuo conſenſu, ſed quilibet illorum fecit ſeorſum, ſi vnus petat debitum alter tenetur reddere, pag. 386. col. 1. lit. b

Contrahentes ſi fecerunt tale uotum mutuo conſenſu, etiam ſi alter petat, alter nõ tenetur reddere ſecundum probabiliorem ſententiam. ibidem, eadem pag. columna, & litera.

Contrahens & conſummans matrimonium poſt uotum ſimplex religionis, uel aſſumendi ſtatum clericale peccat mortaliter in conſummatione, pagina 387. col. 1. lit. b, & c.

Contrahens & conſummans matrimonium poſt huiuſmodi uota, licitè & liberè poteſt uti matrimonio petendo, & reddendo debitum, ibidem, eadem pagina, & col. lit. d

Contrahens tale ſi haberet iuſtam cauſam diuortii teneretur ingredi religionem, uel tranſire ad ſacros ordines. ibid. pagina ead. col. 2. lit. a, b

Contrahens poſt uotum ſolenne religionis præter hoc, quod nihil facit, & graue peccatum committit eſt excommunicatus ipſo facto, ex Clementina unica, de conſanguinitate & affinitate, pag. 396. col. 2. lit. d, & pag. ſeq. col. 1. lit. a

Contrahere poſt uotum ſimplex religionis, uel poſt uotum aſſumendi ſtatum clericale cũ animo cõſummandi matrimoniũ

eſt

eſt peccatum mortale.pag. 386. columna 2.lit.c
Contrahere poſt huiuſmodi vota, regulariter & communiter eſt peccatũ mortale pag.387.col.1.lit.a
Contractus, donatio, vel collatio habet firmitatem & valorem, etiam per ſe loquendo habet rationem voluntarij ex fine virtutis ad quã immediate & per ſe ordinatur,& etiam ex bono publico ad quod mediate ordinatur.pag.353.col.2.lit.a
Contractus matrimonij licitus eſt & ſanctus ſecundum fidem. pag.25. col.1.lit.c
Contractus matrimonialis non eſt matrimonium formaliter, ſed cauſa matrimonij, pag.134,col.2.litera a & b
Contractus matrimonii ſæpe dicitur matrimonium, non tamen eſt de eſſentia matrimonii formaliter. pagina 136.columna 1. lit.a,b
Contractus matrimonii diffinitur quod ſit pactio viri & fœminæ inter legitimas perſonas ad indiuiduam vitæ conſuetudinem deſtinata.pagina eadem,& columna b,c
Contractus exterior matrimonii eſt ſacramentum tantum.pag. 38.colum.1.lit.d,& columna ſeq.lit.a
Contractus matrimonialis propter malum finem extrinſecum dummodo ſit conſenſus in copulam coniugalem non eſt irritus.pagina 307.col.1.lit.c & d

D

DARE vel accipere pecuniam pro matrimonio ut habet rationem ſacramenti non eſt licitum.pag.34. col.2. lit.b c,& pag.81.col.1.lit.d
Debitum reddere tenetur coniux qui dubitat de ualore matrimonii.pag.154.col. 1. lit.d
Debitum petere,non poteſt coniux qui dubitat de ualore matrimonii,pag.154.col.2. lit.b,& pag.præc.col. 2.lit.d
Debitum non reddere petenti quando coniux dubitat de ualore matrimonii, eſt licitum in aliquo caſu,videlicet, quando uir dicit ſe non conſenſiſſe in matrimonio, & vxor incipit dubitare.pag.154. colum. 2. lit.c,d
Debitum tenetur coniux reddere. pagina. 673.col.1.lit.b
Debitum tenetur reddere. vir vxori, quomodocunque petenti, ſiue formaliter, ſiue interpretatiue. pag. 682. colum. 1. lit.a & b
Debiti petitio in diebus ſacris nullum eſt peccatum.pag.688.col.2.lit.c, & pa. 689. colum.1.litera d
Debitum reddere tenetur coniux quocunque tempore. pag.689.col.2.lit.d et pag. ſeq.col. 1.lit.a
Debitum petere in loco ſacro ſine magna neceſſitate,eſt mortale.pag.690. columna 1.lit.d
Debitum reddere uel petere in loco ſacro non eſt illicitum ſi coniugati ſint in Eccleſia tanquam in domo propter neceſſitatem.pag.eadem,col.2.lit.a b
Deceptor in contractu matrimonii tenetur in conſcientia cõtrahere uere cũ muliere decepta,per ſe loquendo.pag. 174. col. 1. lit.a,& pag.175.col.1.lit.d
Deceptor talis non eſt abſoluendus niſi contrahat.ibidem,& pag. 174.col.2.lit.b
Deceptor talis peccat contra iuſtitiam,& ſecundum aliquos contra reuerentia ſacramenti.ibidem.
Deceptor qui promiſit virgini ſe cum ea matrimonium contracturum, & ea ratione fecit illi copiã ſui corporis,tenetur in conſcientia cũ illa contrahere niſi interueniat magna inæqualitas.pag.179.col.1. per totam lit.d,& col. 2
Deceptor qui contraxit cum vna ficte, & cũ altera vere,& compellitur ab eccleſia,etiã ſub excommunicatione habitare cũ priore, non tenetur illi reddere debitum. pag. 177.col.2.lit.a
Denunciationes tres publicę debent fieri in Eccleſia ante contractum matrimonium. pagina.195.col.2.lit.c
Denunciationes duæ vel tres poſſunt aliquãdo omitti ſi eſt probabilis ſuſpicio quod impediatur matrimonium. ibidem. colu. 2.lit.a
Denunciationes debent fieri in vtraque parochia utriuſque contrahentis. pag. 196. col.1.lit.a
Denunciationes pręrmittere in eccleſia ſine cauſa rationabili, eſt mortale.ibidem. col. 2.litera.b
Denunciationes prætermittere vbi eſt excommunicatio, eſt mortale in indiuiduo. pag. 196 .col.2.lit.d,uide verbum, Pręter mitere.

Deus de potentia abſoluta poteſt facere vinculum matrimonii ſine conſenſu contrahentium, pag.149,col.2.lit.c

Deus non eſt vſus hac potentia abſoluta, pagina 150.col.2.lit.c

Deus de potentia abſoluta poteſt facere uinculum uoti ſolennis ſine conſenſu ex parte hominis,eadem,pag.& col.lit.a

Differentia conſtituitur inter contractum matrimonii & alios contractus, pag. 240. columna 2. litera d,& pag. 241. columna 1.litera a

Differentia inter matrimonium & alios contractus nam ad matrimonium, non ſufficit conſenſus in communi, ſed requiritur conſenſus determinatus ad determinatam perſonam, pagina 350.columna 1, litera a

Dimittere uxorem an fuit licitum ſub lege Moyſi,pag.752. columna 1. lit.b.& pagiña 756,columna 2.litera b

Diſpenſatio in ſecundo gradu conſanguinitatis non debet fieri niſi cum magnis principibus,pagina 435.col.2,lit.c

Diſpenſatio ut ualida ſit an ſit exprimendus gradus remotior,pagina 417.columna 2.litera b

Diſpenſatio in impedimento matrimonii impedienre & dirimente ſolum conuenit Papæ de iure ordinario,pagina 535 columna 2.lit.c

Diſpenſatio in impedimento & dirimente quando iam contraxerunt bona fide, & impedimentum erat occultum & matrimonium non poteſt commodè diſſolui conuenit epiſcopo ſecundum probabilem ſententiam,. licet oppoſitum ſit probabilius,pagina eadem,columna 2.lit.d

Diſpenſare in hoc impedimento nullo modo poteſt epiſcopus, quando contraxerunt mala fide,pagina 536. colum. 1. lit.b

Diſpenſatio ut ſit legitima debet explicari in literis petitionis quod ante petitionem diſpenſationis, & ante diſpenſationem cõtraxerunt matrimonium cum impedimẽto dirimente ſi id fecerunt alias erit ſubreptitia,pag.537.col.1.lit.b

Diſpenſatio cenſetur nulla , quando cum ignorantia in tali impedimento contraxerunt, ſi prætermittant ſolennitatem iuris in ſic contrahendo, & hoc non declarauerunt in literis petitionis, pag. eadem,col. 1.lit.d,colum.2.lit a

Diſpenſatio facta in impedimento dirimente quando præceſſit copula carnalis ualida eſt ſtando in iure communi ſecundum probabilem ſententiam, etiam ſi talis copula non explicetur in literis petitionis, probabile etiam eſt oppoſitum ſtando in eodem iure,pag. 538.columna, prima, litera b,c

Diſpenſatio talis nulla eſt & ſubreptitia ſtando determinationi congregrationis Cardinalium, ut ſtandum eſt, eadem pagina, colum.2.litera b,c

Diſpenſatio ut ualida ſit, debent explicari omnia impedimenta matrimonii, pagina 539.col.1.lit. a,& pag. 540.col. 1.litera d col.2.lit.c,d

Diſpenſatio ut ualida ſit eſt neceſſarium, quod literæ Apoſtolicæ expediantur,pag. 541.col.1.litera c

Diſpenſatio, ut ualida ſit debet in tali diſpenſatione exprimi raptus ſi mulier rapta fuerit,pag.& col.ead.lit.d,& col.2. lit.a

Diſpenſatio, ut ſit licita debet eſſe cauſa rationabilis. ead.pag.col.2.lit. b

Diſpenſare poteſt Summus Pontifex, quod fidelis contrahat cum infideli. pag. 588. col.1.lit.a

Diſpenſatio non tollit naturam rei.,pag.620. col. 1.lit.d

Diſpenſare non poteſt Summus Pontifex ſuper indiſſolubilitatem matrimonii rati,& conſummati,pag.743.col.2.li.d

Diſpenſare non poteſt Summus Pontifex in matrimonio rato, & non conſummato, pag.744.col.1.lit.b

Diſpenſare non poteſt Summus Pontifex in matrimonio rato non conſummato, etiam ſi non habeat rationem ſacramenti,pag.ibid.col.2.lit. c

Diſpenſare ſuper indiſſolubilitatem matrimonii,ut eſt in officium naturæ, Deus ut author naturæ poteſt ſecundum probabilem ſententiam, licet probabilius ſit oppoſitum,pag 718.col.1.lit.d

Diſpenſabat Deus, proprie loquendo, ſuper indiſſolubilitatem matrimonii, quando Iudæi repudiabant uxores dato libello repudii,pag.753.col.2.lit.c.

Diſparitas cultus præcedens impedit ne contrahi poſſit matrimonium,pag. 584.colu. 2.litera d

Diſpoſitio neceſſaria ad ſacramentum matrimonii quæ nam ſit,pag.85. columna 2.litera

tera

tera d,& pag. 509. ferè per totam, pagina 66.col.1.lit. c

Diſpoſitio neceſſaria ut dignè & fructuoſe ſuſcipiatur matrimonium eſt recta fides & pia intentio ad bona matrimonij ſaltem virtualis,pag.304.col.1.lit.b

Diuortium inter coniuges an poſſit fieri propter aliquas cauſas, pagina 651. columna 1.litera a

Dominus non poteſt licite punire ſeruum propter matrimonium contractum contra eius uoluntatem,pag.369.col.2. lit.b

Dominus non habet poteſtatem,& dominiū ſupra ſeruum in ordine ad obſequia ciuilia non uerò in ordine ad officia naturalia, pag.369,col.1.lit.c,d

Dominus ſi uendat ſeruum, qui contraxit ſine voluntate Domini in regiones longinquas,ubi non poſſit uxor illum ſequi, uel non ita commode ſi ſine neceſſitate illud faciat,peccat mortaliter contra iuſtitiam, pag.370.col 2.lit.b,c

Dominus in eodem caſu ſi illum cogit neceſſitas non peccat ſecundum probabilem ſentētiam,probabile etiam eſt oppoſitum, ibidem lit. c,& d.

Dubium aliud ſpeculatiuum, aliud practicū, pag.155.col.1.lit.a

Dubium differt ab opinione, pag. 158. col.1 litera d

E

ECCLESIA non poteſt inualidare ſacramentum,uel mutare materiam & formam ſacramenti, pagina 190. columna 2.lit.a,b

Eccleſia & Concil. Trident. de facto irritant matrimonia quæ non fiunt coram parocho & teſtibus, ita ut nullum ſit in conſcientia,pagina 191.col. 1.lit.a, b,c

Eccleſia & Concil. non ſolum irritant contractus,ſed etiam inhabiles reddit ipſas perſonas,pag.& col.eadem,lit.c, d

Eccleſia poteſt taxare gradus impedientes matrimonium,pag. 403.col.2.lit.a

Effuſio ſeminis voluntaria extra legitimum vas, grauius peccatum eſt in coniugato quam in ſoluto.pag.335.col.2.lit.d

Effuſio ſeminis extra legitimum vas,aliquando poteſt eſſe quod nullum ſit peccatum, pag.336.col.1.lit.b

Exiſtentia in cauſa efficienti etiam inſtrumentali eſt modus intrinſecus neceſſario adiunctus, pag.68.columna 2.lit.d

Epicheia, an habeat locum in lege conſtituta à Concil.Trident. de matrimonio, pag. 208.columna 1.lit.d

Aequalitas eſt inter uirum & uxorem ex natura vinculi matrimonii, pagina 422. col. 1.lit.d

Aequè abſtinendum eſt a conſanguineis uxoris ſicut a propriis, quomodo intelligatur,pagina 477.col.2.lit.a

Error conuenienter ponitur impedimentum matrimonii,pag.348.col.1.lit.d

Error ponitur impedimentum & non ignorantia,conuenienti ratione,ibidem,colum. 2.lit.b,& c

Error qui impedit matrimonium debet eſſe aliquorum qui ſunt de eſſentia matrimonij,pag.350.col.2.lit.d

Error in quadruplici differentia,pagina 351. colum.1.lit.b,& c

Error perſonæ, & error conditionis ſeruitutis deſtruit matrimonium, non uero alii errores,pag. 350 colum. 2.lit. d,& pagina ſeq.columna 1.lit.a

Error perſonæ iure naturali deſtruit matrimonium, pag.351.col.2.lit.c, d,& pagina 352.colum.2.lit.b,c

Error qualitatis & fortunæ ſi præcisè ſit qualitatis & fortunæ, non deſtruit matrimonium iure naturali,pagina 355.& pag.ſeq. columna 1.lit.a

Error qualitatis uel fortunæ quando refunditur in perſonam iure naturali, deſtruit matrimonium,pag.356.col. 2.lit.a

Error perſonæ deſtruit conſenſum ſimpliciter, non uero error qualitatis uel fortunæ, quando non refunditur in perſona, pag.357 col.1.lit.c,d

Error ſeruitutis vel ſeruitus ignorata iure humano irritat matrimonium. pag. 360. col.1.lit. c

Error ſeruitutis ſiue ſeruitus ignorata, non annullat matrimonium ſtando in iure naturali,pag.361.col.1.lit.c,d

Error ſeruitutis quod deſtruat matrimoniū iure humano, habet maximum fundamentum in iure naturali, pagina eadem, colum.2,lit.d

Error ſeruitutis annullat matrimonium quādo liber contrahit cum ſeruo, ignorata ſeruitute,pag.363.col. 1.lit.c,d

Expreſsiones externæ conſenſuum an ſint materia

materia & forma ſacramenti matrimonij, pagina 52.columna 2.lit. b pagina 48. columna 1.lit.c,d

Expreſſiones externæ conſenſuum non habent rationem formæ, & materiæ nunc poſt Concilium Tridentinum, niſi cum aliquo ordine ad præſentiam ſacerdotis, pag. 52. col. 2. lit. b, c

Expreſſiones contrahentium per procuratores, & in abſentia quæ iam præceſſerunt, phyſicè loquendo, ſunt modo moraliter, & hoc ſatis eſt ad rationem contractus, & conſequenter ad rationem ſacramenti, p. 68. col. 2. lit. a,b,c

Expreſſiones quæ præceſſerunt phyſicè loquendo,& modo ſunt moraliter non cauſant phyſicè gratiam, ſed tantum moraliter, pag. 69. col. 1. lit. a, b

F

Fides eſt ſecundum bonum matrimonii.pag.313.col.2.lit.b

Fides ut eſt bonum matrimonii non eſt uirtus Theologica,ſed prout eſt pars iuſtitiæ ſecundum quod fides dicitur, ſecundum quod fuit dicta in conſeruatione promiſſorum.ibid.& lit.c

Fides ſeu fidelitas in matrimonio expoſcit non ſolum non negare debitum alteri coniugi,verum & non commiſceri alteri.pag, & col & lit.ead. c

Fides ſeu fidelitas fuit in matrimonio Beatæ Virginis.pag.314.col.1.lit.b

Fidelitati matrimonii principalius, & magis proprium eſt reddere debitum proprio coniugi, quam non commiſceri alieno. pagina 314.colum.2.lit.d, & pag. ſequen. col.1.lit.a

Fidelitati matrimonii magis opponitur commiſceri alieno quam non reddere debitū proprio coniugi, ac ſubinde eſt grauius peccatum.pagina 315. columna ſecunda, litera b

Fidelitati opponitur adulterium, pag. 315. col.2.lit.b

Filius ſi debet contrahere regulariter, & per ſe loquendo dēt illud facere ex uoluntate parentum, & ſi non faciat peccat mortaliter,pagina 287.col.2.lit.a,& b

Filius illegitimus nullum damnum incurrit taliter,quod ſubtrahatur, quod erat ei debitum.pag.760.col.2.lit.b

Filius illegitimus damnum incurrit per hoc quod ſubtrahatur quod uon erat debitū, ibidem, ead. pag. col. & lit.

Filius ex damnato concubitu ſuſceptus, inhabilis eſt,& incapax ad ſuſcipiendum aliquid à parentibus iure Cæſareo, & iure Regio Hiſpanenſi antiquo,pag.763. col.1. litera b, c

Filius ex damnato coitu ſuſceptus poteſt matri ſuccedere etiā ex teſtamento ſine vllo peccato iure nouo Regio Hiſpanenſi,modo tamen mater propter concubitum illū non incurrerit pœnam mortis,vel non ſuſceperit illum ex clerico; vel religioſo pag. 764. col. 2. lit. a

Filius ſpurius qui contra tenorem harum legum ſuſceperit aliquid ante iudicis ſententiam, tenetur illud reſtituere, ibidē lit. b

Filius illegitimus poteſt legitimari inquantum damna quæ incurrit ſubtrahūtur per legis authoritatem,pag.768.colum. 1.litera a, & b

Filii tria accipiunt à ſuis parētibus eſſe, educationem, inſtructionem, pagina 6. col. 1. lit. d

Finis ſeu finalis cauſa per ſe matrimonii bonus; vel bona eſt pag. 302. colum. prima lit. d

Finis per accidens poteſt eſſe malus, ibidem, col. 2. lit. a

Finis matrimonii malus an irritet aliquando matrimonium, pagina, & col. eadem litera d

Finis ſi peruerſus eſt mortaliter in matrimonio contrahendo, peccat mortaliter contrahens,pag.307.col.2.lit.c

Forma ſacramenti matrimonii an ſit de eſſētia matrimonii, pag. 140. col. 2. lit. c

Forma eſt perfectio, & complementum ſacramenti, pag. 141. col. 2. lit. b

Fornicatio eſt mortale contra inclinationem naturæ,pag.7.col.2.lit.b

Fornicatio an ſit cauſa dimittendi vxorem, pag. ead. col. 2. lit. a

Frigiditas idem eſt quod impotentia coeundi, pag. 554. col. 1. lit. c, Videte verbo, Impotentia coeundi.

Furia ſi ſequitur ad matrimonium nō diſſoluit matrimonium, pagina 574. colum. 2. litera d

Furia ſi antecedat ad matrimonium, ita vt non maneat vſus rationis matrimonium ſubſequutū eſt nullum, ibidem col.2.lit.a

Furia

Furia ſi ſequatur ad matrimonium iam validum an coniuges ſint permittendi habere vſum matrimonii, pag. 575. colum. 2. litera c. d

G

GRATIA quæ producitur per ſacramentum matrimonii quanuis differat nu.in vtroque coniuge materialiter, & in genere entis, & in rõne gratiæ abſolutè tamen in ratione effectus huius ſacramenti formaliter, pag. 41. col. 2. lit.d pag 79. col. 1. lit. a, b

Gratia aliquando poteſt dari dormientibus, pag. 70. col. 2. lit. c

Gratia ſacramentalis matrimonii quos effectus habeat, pag.81.col.2.lit.d

Gratia quæ datur in ſacramento matrimonii ante copulam carnalem eſt aliquo modo in remedium concupiſcentiæ, pag. 99. col. 1. lit. b

Gratia quæ datur in ſacramẽto matrimonii habet rationem particularem diſtinctam ab aliis, pag 83.col.1.lit.b,c

Gratia quæ eſt particularis effectus huius ſacramenti, eſt gratia per modum vinculi, & coniunctionis, pag 84.col.1.lit.b

Gratia ſignificatur in hoc ſacramento matrimonii implicitè, & in virtute ead pag. 84. col. 2. lit. c d

Gradus impediẽtes matrimonium olim extendebant ſe vſque ad ſeptimum ſed modo reſtrictio facta eſt vſque ad quartum, gradum pag.431.col.2. lit. b c d

Gradus iſta ſunt prohibiti iure eccleſiaſtico, ibid.eadem pag.col.& lit.

Gradus iſti habent maximam congruentiã in natura rei vt prohibebantur, ibidem lit. b

H

HABERE plures vxores eſt contra legem naturæ quodam modo, pagina 694.col.2.lit.a,& pag.696.col. 1.lit.d

Habere plures vxores eſt cõtra primum mamatrimonii finem, pag.697.col.1.lit.c

Habere plures vxores non eſt ita intrinſecè malum, vt non poſſit aliquando bene fieri pag.700.col.2.lit.a

Habere plures vxores ſolum fuit licitum diuina authoritate eadem pag. col. & lit. & pag.702.col.2.lit.c,d

Habere plures maritos eſt magis contra legem naturæ, ibid.pag.703.lit. a, & pagina ſeq. col. 1. lit. a

Habere plures maritos non eſt ita intrinſecè malum, quin per abſolutam Dei potentiam poſſit fieri diſpenſatio ſuper illud, pag. 704. col. 2. lit. a, b

Habere plures vxores non poteſt eſſe licitũ in lege Euangelica ex diſpenſatione Pontificis, pag.711.col.1.lit.d,& col.2.lit. a

Habere plures vxores nullo modo eſt licitũ in Euangelica lege, etiam in extrema neceſſitate, eadem pag.eadem 711.colum. 2. lit. c.

Habere plures vxores in vno matrimonio,& in vno ſacramento an poſſit fieri per Dei abſolutam potentiam, pag.712. col.2. lit. a, & b

Habere concubinam non iunctam matrimonio, eſt contra legem naturæ, pagina 717. col. 1. lit. d

Hæres inſtitutus contra tenorem legũ quæ prohibent tranſlationem dominii in filios ſpurios præſtita fide de reddenda hæreditate filio ſpurio, an ſit verus hæres, & quid pag.795.col.1.lit.b, & c

L

INCESTVS eſt impedimentum matrimonij, pag. 578.col.1.lit.b

Inceſtus eſt carnalis copula cum conſanguinea propria, vel vxoris, ibid. eadem pag. & col. lit. c

Inceſtus ſi committatur cum conſanguinea vxoris mortua vxore, impedit ad contrahendum matrimonium pag. ead.& col. 1. litera d

Inceſtus cum propria conſanguinea, an impediat matrimonium, ibidem col. 2. lit. a & pag. ſeq. col. 1. per totam.

Inclinatio naturalis eſt ad matrimonium, pag.5.col.2.lit.b

Inclinatio naturalis, quæ per ſe eſt occulta, ex rerum motibus facile deprehenditur, pag.eadem col. lit.c & ſeq.

Inclinatio naturalis eſt in homine ad matrimonium, ratione propriæ differentiæ per quã diſtinguitur ab alijs animalibus, & etiam aliquo modo ratione generis, pa. 7.columna 1.lit.c

Inclinatio naturalis quæ eſt in homine ad matrimo-

matrimonium, eſt rationalis per eſſentiã, vel per participationem, ibidem colum. 2.lit.a

Inclinatio naturalis quæ eſt ad matrimoniũ, ſecundum probabiliorem ſententiam eſt in ſingulis hominibus,& non ſolum in tota communitate & colluctione pagina 7. col. 2.lit.c,d & pag.ſeq.lit,b

Inclinatio naturalis quæ eſt ad matrimoniũ ex natura ſua, ordinatur ad matrimonium conſummatum & conſeruationem ſpeciei.pag. 8.col.1.lit.c,d

Inclinatio naturalis eſt in homine ad ſumendum cibum,pag.ead.col.2.lit.a

Inclinatio ad matrimonium, non eſt contra honorem parentum,pag.8.col.2.lit.c

Inclinatio naturalis in homine, conuincit quod aliquid ſit de iure naturali, pag.8. columna 1.lit.c,d

In homine ſaltem ut homo eſt, nulla eſt inclinatio naturalis ad malum, ibidem, col. 2.lit.a

Infideli conuerſo ad fidem noſtram nolente alio coniuge infideli cohabitare pacificè, ſine contumelia creatoris,non poteſt iſte ſi delis contrahere cum alia,pag. 608. col. 1, lit.d &.columna 2.lit.a

Infidelis ſi uelit cohabitare ſine contumelia creatoris poteſt quidem fidelis diſcedere, ſed diſcedens non poteſt alteri nubere, pa. 611.col.2.lit.a

Infidelis ſi non velit cohabitare ſine contumelia creatoris,poterit uir fidelis diſcedẽs copulari per matrimonium eadem, pag. lit. & col.

Infidelis coniux in caſu quod diſſoluitur matrimonium per conuerſionem ad fidem,licite poteſt aliud matrimoniũ contrahere,ſi nõ ſit ſubiectus principib.Chriſtianis minime vero ſi ſubiecti ſunt illis, pag. 616.col.1.lit.d & col.2.lit.a

Infidelis ſi diſcedat & nolit pacifice cohabitare,matrimonium diſſoluitur quãdo fidelis profitetur ſolenniter religionem, ſed ſi velit cohabitare pacificè non diſſoluitur per talem profeſſionem, ſed qui profeſſus fuerit manebit ſimul religioſus & coniux,pagina 619.col.1.lit. d

Impedimentum ſi ſit inter coniugatos occultum & ignoratũ quia debet facere qui ſcit,pag.467.col.2,lit.d

Impedimenta matrimonij conuenientiſſimè numerantur,pag.340.col.1.lit.d

Impedimentorum genera ſunt in duplici differentia,quædam impediunt & dirimunt, quædam vero tantum dirimunt, pag.ead. colum.2.lit.a

Impedimenta etiam dirimentia matrimonium poſſunt conſtitui per poteſtatem humanam,pag.342.col.1.lit.a

Impotentia coeundi quæ annullat matrimonium reſpectu huius perſonæ, & non reſpectu alterius non datur,pag. 594.colum. 2.lit.a,& b

Impotentia coeundi ſi ſuperueniat matrimonio iam contracto, non diſſoluit matrimonium etiam ſi non ſit conſummatum,pagina 565.colum.2.lit.d & pag. ſeq. columna 1.lit.a

Impotentia coeundi ſi ſit naturalis & perpetua,& totalis, ita ut non poſſit eſſe aliqua copula efficit matrimonium nullum, iure naturali,pag.566.colum.2.lit.d

Impotentia perpetua ſi non ſit totalis & perfecta non eſt omnino improbabile quod non dirimat matrimonium iure naturali, longe tamen probabilius & fere certum eſt oppoſitum,pag.367.col.1.lit.b

Impotentia coeundi ſi ſit temporalis non impedit nec dirimit matrimonium in iure naturali,ead pag.36.col.1.lit.d

Impotentia naturalis perpetuæ quæ diſſoluit matrimonium reperiri poteſt in muliere ſicut in uiro,pag.568.col.1.lit.c, & d

Impotentia illa eſt temporalis non perpetua quæ abſque diuino miraculo, & abſque periculo corporis poteſt remoueri, ibid. eadem,lit.d

Impotentia coeundi in muliere, quomodo poſſit mederi,& quando tenetur admittere medicamentum,ibidem, & colum.2. per totam,& pag.ſeq.col.1.lit.a,b

Impotentia coeundi quæ eſt ex maleficio ſi ſit perpetua tollit matrimonium, ſin autem minime,pag.570.col.2.lit.d

Impotentia coeundi quæ prouenit ex maleficio,differt maxime à frigiditate, ibidem, & pag.ſeq col. 1.lit.a

Impotentia naturalis coeundi tollit matrimonium, ſi fuerit perpetua, non uero ſi fuerit temporalis,pag.553. colum. 2.lit.d & pagina ſeq. col. 1.lit.a

Impotentia coeundi non poteſt eſſe perpetuum impedimentum naturale reſpectu vnius perſonæ & non reſpectu alterius,pa. 554.col.1.lit.b

Impo-

Impotentia coeundi eſt impotentia ad copulam carnalem.ibid.lit.d
Impotentia hæc duplex alia perfecta alia imperfecta ibidem ead.lit.d
Impotentia coeundi non eſt idem quod impotentia generandi.ibidem,col.2.lit.a
Impotentia coeundi alia naturalis, altera accidentalis,ibidem,ead.lit.a,& b
Impotentia coeundi perfecta & perpetua, tollit omnino matrimonium, ſiue illa impotentia teneat ſe ex parte viri,ſiue ex parte fœminæ,pag.554.colum.2. lit.d.& pag. 555.col.2. lit.d
Impotentia naturalis ſi eſt temporalis, & eſt ſcita, non tollit matrimonium, 556. col. 2.lit.c, d
Impotentia coeundi temporalis, etiam ſi ſit ignorata,ſecundum probabiliorem ſententiam non tollit matrimonium, pag. 557. columna 1.lit. d
Impotentia generandi non tollit matrimonium,pag.558.columna 1.lit.a
Impotentia coeundi qua quis non poteſt ſeminare licet poſſit penetrare vas, ſi ſit perpetua tollit matrimonium, pag. 561.col. 2.lit.c
Inſeparabilitas matrimonij eſt de lege naturæ,pag.142.col.2.lit,b
Inſeparabilitas matrimonij eſt de iure naturali ſicut unitas vxoris,pag.143.columna 1. lit.a,& pag.732.columna 1.lit.c
Inſeparabilitas conuenit matrimonio ſecundum quod eſt ſignum perpetuæ coniunctionis Chriſti & eccleſiæ, & ſecundum quod eſt in officium naturę, eadem, pag. col.& litera,& lit.d
Inſeparabilitatis cauſa potiſſima eſt ratio ſacramenti, in ead.quæſt.arti.1.dub.2. concluſione, 2.pag.739.col.1.lit.c,d
Inſeparabilitas matrimonii inter prima præcepta legis naturæ continetur,pagina 742. columna 1.lit.d
Intentio pura, quæ non eſt conditio ſi ſit ita peruerſa circa ſubſtantiam, uel contra ſubſtantiam,ut tollat conſenſum neceſſarium ad matrimonium irritat matrimonium, pag.306.colum.1.litera a
Intentio quantumuis peruerſa, & contraria matrimonio, uel bonis illius ſi non tollit conſenſum neceſſarium ad matrimonium non deſtruit matrimonium, ibidem, litera c,& d
Intentio naturæ quæ per ſe eſt occulta, ex rerum motibus facilè deprehenditur. pag. 5.col. 2.lit.b,c
Intentio Chriſtiani baptizati contrahētis, nō poteſt intendere rationem contractus, & non ratione ſacramenti ſaltem ſcienter. p. 67.col.2.lit.d.& pag.ſeq.col.1.lit.a
Intentio quæ ſatis eſt ad rationem ſacramenti matrimonii,pag.68.col.1.lit. c,d
Intentio contrahentium ſi fuerit dubia ſtandum eſt intentioni, & dictis partis ſincerius procedentis,pag.166.col.1.lit.a
Intentio eccleſiæ duplex in traditione ſacramentorum, pag.382.col.2. lit. b, c
Intentio quamuis ſit peruerſa circa ſubſtantiam nel bona matrimonii ſi non tollit cō ſenſum neceſſarium ad matrimonium ualidum eſt matrimonium, pag.306. colum. 1.lit.c,d
Interdictum an ſit impedimentum & quomodo ſit impedimentum matrimonij,pa. 344.col.2.& pag.ſeq. per totam.
Iuramentum adiunctum conſenſui per uerba de futuro expreſſo non facit matrimonium,pagina 212.colum.2.lit. d, pag. ſeq. lit.a
Iuramentum adiunctum in caſu prædicto confirmat præcedentem obligationem, ibidem,col 2.lit.ead.a
Iuramentum tale non facit, quod poſt talia ſponſalia iurata non poſſit ſponſus trāſire ad religionem,pag.213.colum. 2.lit.c
Iuramentum non facit quod conſenſus de futuro ſit de præſenti,& ita ſi quis poſt ſponſalia iurata contrahat matrimonium quāuis peccet validum eſt matrimonium, pagina 214.colum.1.lit.b
Iuramentum in prædicto caſu obligat mortua uxore,ibidem,col.ead.lit.c,d
Iuramentum in eodem caſu non facit quod ille qui contraxit de præſenti non poſſit liberè vti matrimonio,pag. ead.col.2. lit.c
Ius ad petendum & reddendum debitum,an neceſſario oriatur ex matrimonio, pagina 673.col.2.lit.a
Iuſtitia publicæ honeſtatis cauſatur ex ſponſalibus de futuro,pag.455.col. 1.lit.d pag. 456.col 1.lit.b
Iuſtitia publicæ honeſtatis eſt quoddam impedimentum ſimile affinitati,455.colum. 1.lit.d
Iuſtitia publicæ honeſtatis eſt impedimentum perpetuum, ibidem, pagina colum. & numero iiſdem.

Iuſti-

Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum non contrahitur ſponſalia de iure fuerint nulla. pag. 457. col. 2. lit. d
Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentū nō incurritur ex ſponſalib. quæ nulla ſunt propter aliquod canonicum impedimentum, pag. 458. col. 1. lit. c
Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum non contrahitur ex ſponſalibus, quæ nulla ſunt propter defectū interioris conſenſus. pag. 458. col. 2. lit. b, c
Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentū nō contrahitur ex ſponſalib. de futuro conditionatis ſi ſuſpendant conſenſum in futurum, pag. 459. col. 2. lit. b, c
Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentū uel aliquod aliud, an contrahatur per contractum matrimonialem ante adimpletionē conditionis, pag. 461. col. 1. lit. a
Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentū impedit & dirimit matrimonium poſtea factum in primo gradu utriuſque lineæ, pagina 461. columna 2. lit. c. & pag. 478. colum. 1. lit. d
Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentū dirimit ſponſalia ſubſequentia, non tamē antecedentia, ibidem, col. 2. lit. a

L

LEX ciuilis quaſi licitum putat quod inuenta in actu adulterii occidatur a uiro, pag. 624. col. 1. lit. d
Lex iſta permiſſiua eſt, pag. 625. columna 1. lit. b, c
Leges omnes humanæ tam canonicæ quam ciuiles obligant in conſcientia filios illegitimos ante iudicis ſententiam, pag. 761. col. 1. lit. b, c
Lege nulla humana fieri potuit quominus parentes tenerentur filiis illegitimis neceſſaria ſubminiſtrare, pagin. 760. colum. 2. lit. d
Leges humanæ qui puniunt eos qui contrahunt contra uoluntatem parentum an ſint iuſtæ & ſanctæ, pagina 289. columna 2. lit. c
Linea conſanguinitatis competēter ponitur pag. 416. col. 2. lit. c
Lineæ conſanguinitatis ſunt tres, ibidem. co. 2. lit. a
Linea eſt ordinata collectio perſonarum cōſanguinitate coniunctarum diuerſos continens gradus, paginā eadem, & columna 2. lit. B. C.
Linea conſanguinitatis & conſanguinitas nō eſt idem, ibidem, lit. d

M

MALEFICIVM eſt ligamē quādā arte dæmonis factum Deo pmittente, ratione cuius homo non habet potētiam coeundi, pagina 571. columna 1. litera b
Maleficus etiam ſi ſit paratus non eſt licitum petere ab illo ut per maleficium tollat impedimentum. pag. 572. col. 2. lit. d
Maleficus ſi haberet plures modos ad tollendum maleficium, & inter eos haberet aliquem modum licitum, liceret petere ab illo ut diſſoluat maleficium illo modo p. 573. col. 1. lit. b. c
Maleficus ſi haberet media licita & illicita, licitum eſſet petere ab illo remedium ibidem lit. c
Maleficium quo remedio tollendum ſit. pag. ead. col. 2. lit. a
Maritus qui occidit mulierem adulterā priuata authoritate, peccat mortaliter. pag. 625. col. 2. lit. a. & col. 1. lit. a
Maritus ſi depoſito omni liuore uindictæ prolata ſententia a iudice occidat propriā uxorem, non peccat mortaliter. pag. 626. col. 1. lit. a
Maritus ſi in epiſcopum promoueatur adhibita uxoris copia, tenetur uxor religionē profiteri. pag. 686. col. 2. lit. a
Maritus ſi ad ordines ſacros promoueatur ex uxoris conſenſu ſi uxor iuuenis eſt de cōtinentia ſuſpecta cogitur religionem profiteri. eadem pag. & col. & lit.
Maritus etiam poſt contractū matrimonii poteſt ſe tradere alicui in ſeruitutem. pagin. 372. col. 2. lit. c
Maritus in tali caſu tenetur reddere debitum uxori nolente domino. ibidem lit. b
Maritus aliquando peccat mortaliter contra iuſtitiam tradendo ſe in ſeruitutem. pagin. 373. col. 2. lit. b
Maritus ſi ordinetur conſentiente uxore ſuſcipit characterem & uſum characteris pagi. 407. col. 2. lit. a
Matrimonium eſt hominib. naturale, quia ad ipſum natura maxime inclinat. pag. 4. col. 1. lit. d. & col. 2. & pag. ſeq. col. 1. & 2

Matrimonium eſſe de iure naturali optimè colligitur ex hoc quod eſt ex inclinatione naturali, pag. 9. col. 2. lit. c
Matrimonium eſt in præcepto, pag. 11. col. 1. lit. d. & col. 2. per totam, & pagina 13. col. prima, lit. a
Matrimonium eſt ſacramentum, pagina 29. col. 2. lit. c
Matrimonium eſſe ſacramẽtum nouæ legis, eſt certum ſecundum fidem, pagina 31 columna 2. lit. c
Matrimonium ſecundum eſt ſacramentum conferens gratiam, pagina 32. columna 1. litera d
Matrimonio conuenit ratio ſacramenti nouę legis vniuoce, pagina 36. columna prima, litera a, & b
Matrimonium infidelium etiam ſi ad fidem conuertantur, & recipiant baptiſmum, nõ ſtatim eſt ſacramentum, pag. 37. col. 1. lit. c, & pag. 596. col. 1. lit. b
Matrimonium eſt nomen æquiuocũ, aliquando accipitur pro contractu matrimonii, aliquando pro vinculo quod ſubſequitur, pagina 39. columna ſecunda, litera a, & pagina 135. col. 2. lit. a, & b
Matrimonium formaliter eſt vinculum quo coniunguntur coniuges formaliter, pagina 131. col. 2. lit. b. & c
Matrimonium congrue ita nominatur, & vnde ita dicatur, pag. 132. columna ſecunda, lit. c. & d
Matrimonium triplici diffinitione diffinitur, pag. 134. col. 2. lit. a
Matrimonium non rectè diffinitur per conſenſum, pag. 135. col. 2. lit. d
Matrimonium ſi accipiatur pro cõtractu eſt pactio viri & fœminæ inter legitimas perſonas ad indiuiduam vitæ conſuetudinem deſtinata, pagina 136. columna prima, litera b. & c
Matrimonium formaliter eſt coniunctio viri, & fœminæ maritalis inter legitimas perſonas indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. pagina 134. columna ſecunda lit. d. & pag. 136. col. 2. lit. c
Matrimonii relatio eſt realis ſicut relatio cõſanguinitatis, pagina 137. columna ſecunda, lit. a
Matrimonium duplicem rationem habet, ſcilicet contractus naturalis, & ſacramenti, pagina prima, columna ſecunda, lit. d. & pagina 2. col. 1. lit. a
Matrimonium verum eſt inter infideles, pagina 595. col. 1. lit. a, & b
Matrimonium infidelium non eſt ſacramentum propriè loquendo, pagina 596. col. 1. litera b
Matrimonium poteſt eſſe inter infideles cultu diſpares, vt inter Maurum, & Iudæum, pag. 595. col. 1. lit. d. & pag. ſeq. lit. a
Matrimonium ex natura ſua eſt indiſſolubile, pag. 550. col. 1. lit. c, & d
Matrimonium infidelium in aliquo caſu diſſoluitur, vt ſi alter infidelium cõuertatur ad fidem, ſi alter non velit cõtrahere ſine contumelia creatoris, pag. 396. col. 1. lit. d
Matrimonium infidelium ſi conuertatur ad fidem, poteſt habere rationem ſacramenti ſecundum probabilem ſententiam, pagina 599. col. 1. lit. c, & d
Matrimonium fidelis cum infideli non eſt irritum, & nullum iure naturali auctoris opinione, pag. 587. col. 1. lit. c
Matrimonium fidelis cum infideli eſt irritum iure diuino ſecundum opinionẽ probabilem, quamuis oppoſitum ſit probabilius, pag. ead. & col. 1. lit. d
Matrimonium fidelis cum infideli ſecũdum probabiliorem ſententiam ſolum eſt irritum iure humano quod habet maximum fundamentum in iure diuino, eadem pag. & col. lit. c, & d
Matrimonium fidelis cum infideli prohibitum eſt iure naturali, & diuino, regulariter & communiter, pag. 590. col. 1. lit. d
Matrimonium fidelis cum infideli non eſt irritum, & nullum in omni caſu & euentu, pag. ead. col. 2. lit. b
Matrimonium in lege veteri non erat prohibitum cum omnibus infidelibus, ſed cum aliquibus, & erat irritum, pag. 591. & col. 1. lit a
Matrimonium fidelis cum infideli nunc temporis in omni caſu eſt irritum, ead. pagina & col. lit. c
Matrimonium fidelis baptizati cum hæretica, non eſt irritum & nullum yllo iure, pagina 592. col 1. lit. d
Matrimonium fidelis cum hæretica eſt illicitum, & peccatum mortale grauiſſimum. pag. 593. col. 1. lit. b, & c
Matrimonium contractum cum excommunicato validum eſt, eadem pag. columna, & litera
Matrimonium infidelium inſtitutum eſt a

Deo

Deo ut author naturæ: matrimonium uero fidelium inſtitutum eſt à Deo, etiam ut author gratiæ, pag. 599. col. 2. lit. a, b

Matrimonium infidelium inducit uinculum obligationis ad temporalia obſequia: matrimonium uero fidelium gratiam confert & uirtutes ad ſpiritualia officia, ibid. pag. col & literis

Matrimonium infidelium ordinatur ad propagandam ſpeciem humanam: matrimonium uero fidelium ordinatur ad multiplicandum, & implendum numerum prædeſtinatorum, eadem pag. col. & litera b, in fine.

Matrimonium infidelium non diſſoluitur per hoc quod vnus conuertatur ad fidem & multo minus ſi vterque conuertitur, pag. 601. col. 1. lit. c, d

Matrimonium tempore Apoſtolorum diſſolui non poterat ſi infidelis pacificè uellet cum fideli cohabitare, pag. 607. columna 2. litera a

Matrimonium non diſſoluitur quoad vinculum, ſi infidelis uelit cohabitare ſine contumelia creatoris, etiam ſi alter conuertatur ad fidem, pagina 608. col. 1. lit. d, & colum. 2. lit. a

Matrimonium optimè dicitur excuſari aliquibus bonis quæ habet intrinſeca. pagina 309. col. 2. lit. b, & pag. 310. col. 1. lit. a

Matrimonium non eſt indifferens de ſe, nec ſonans in malum taliter quod indigeat honeſtari aliquo extrinſeco, pagina 310. col. 2. lit. c

Matrimonium, ut habet rationem contractus ex Chriſti inſtitutione eſt eleuatum ad dignitatem ſacramentorum, pag. 341. colum. 2. lit. e

Matrimonium & virginitas non habent contrarietatem inter ſe ſecundum aliquos, pag. 8. colum. 1. lit. b, & c, & pagina 15. col. 1. lit. a

Matrimonium & contemplatio non ſemper habent contrarietatem, pagina 8. colum. 2. lit. d

Matrimonium omne inter fideles baptizatos habet rationem contractus & etiam ueram rationem ſacramenti ſecundũ probabiliorem ſententiam, pag. 67. col. 2. lit. a

Matrimonium, quod fit per procuratores inter fideles baptizatos habet ueram rationem ſacramenti, ibidem eadem, pag. & colum. lit. b

Matrimonium, quod fit per procuratores ſi non adſint parochus & teſtes non habet rationem ſacramenti, pagina ead. columna 1. lit. a, paulo ante.

Matrimonium, quod fit per procuratores ſi adſint parochus, & teſtes habet ueram rationem ſacramenti, pag. 66. col. 2. lit. d, & pag. ſeq col. 1. lit. a

Matrimonium celebratum in abſentia debet poſtea ratum haberi in præſentia ſecundũ optimum conſilium, pagina 67. columna 1. lit. a, b

Matrimonium diuerſimodè eſt inſtitutum ſecundum diuerſos ſtatus hominum, pag. 72. col. 1. lit. b, c

Matrimonium eſt inſtitutum in officium naturæ in ſtatu innocentiæ, ibidem eadem, colum. & lit.

Matrimonium poſt peccatum fuit inſtitutũ non ſolum in officium naturæ ſed etiam in remedium concupiſcentiæ, ibidem litera c, & d

Matrimonium in lege ſcripta fuit inſtitutum aliqualiter quoad determinationem perſonarum, ibid. ead. lit. d

Matrimonium in lege gratiæ fuit inſtitutũ in ratione ſacramenti, ibid. ead. lit d

Matrimonium eſt immediate inſtitutum à Deo, pag. 73. col. 2. lit. a, & b

Matrimonium in ſtatu innocentiæ fuit inſtitutum in illis uerbis, creſcite & multiplicamini, ead. pag. & col. 1. lit. b

Matrimonium non eſt inſtitutum in ratione ſacramenti ante legem nouam, pag. 74. colum. 1. lit. a

Matrimonium in ratione ſacramenti eſt inſtitutum in lege noua, pagina 75. columna 1. lit. a, & b

Matrimonium in ratione ſacramenti eſt inſtitutum immediate à Chriſto, pagina & col. ead. lit. c, d

Matrimonium in ratione ſacramenti quando fuerit inſtitutum, non eſt certum ſecundum fidem, pagina eadem 75. colum. 2. lit. c, d

Matrimonium ex natura ſua eſt indiſſolubile, pagina 142. colum. 1. lit. d, & columna ſeq. lit. a, b

Matrimonium ſi fiat coram parocho & teſtibus non aduertentibus nullum eſt pagina 200. col. 2. lit. c, d

Matrimonium eſt ualidum ſi adſit parochus etiam prohibitione facta ab ordinario ne

aliquis ſacerdos illos deſponſet, pag. 203. colum. 1. lit. a, b
Matrimonium ualet etiam ſi adſit ſacerdos caſu, & aliud agens dum tamen ſit præſens moraliter pag. 292. col. 2. lit. c
Matrimoniũ ſi fiat coram parochi & teſtibus tranſeuntibus & inuitis ſi tamen aduertãt ualidum eſt matrimonium. pag. ead. col. & lit. iisdem.
Matrimonium factum ſine parocho & teſtibus in nullo caſu eſt ualidum poſt Concil. Tridentinum. pag. 208. col. 1. lit. a
Matrimonium quod ſemel contractum eſt in facie eccleſiæ coram parocho & teſtibus ſi ſciatur poſtea impedimentum dirimens, obtenta diſpenſatione ualidum erit, ſi contrahatur ſine parocho & teſtibus. pag. 208. col. 2. lit. c, d
Matrimonium captiuorum contractum apud quoſcunq; infideles non validum eſt niſi fiat coram parocho & teſtibus. pag. 208. col. 1. lit. d
Matrimonium coactum per metum cadentem in uirum conſtantem celebratum coram parocho & teſtibus, ſi in occulto celebretur poſtea ablata uiolentia an ſit ualidum, pag. 237. col. 2. lit. c, d
Matrimonium differt ab aliis contrahentibus ciuilibus, pag. 248. col. 2. lit. d
Matrimonium celebratum ſub conditione impoſſibili ſi nõ adſit uerus conſenſus contrahentium non eſt uerum matrimonium pag. 241. col. 1. lit. b
Matrimonium celebratum ſub conditione impoſſibili non ſemper iudicatur verum matrimoniũ, nec iudicari poteſt, ibid. lit. c
Matrimonium celebratum ſub conditione, neceſſaria de futuro in foro exteriori eſt validum, pag. 243. col. 2. lit. d
Matrimonium ſub tali conditione celebratũ in foro conſcientiæ ualidum eſt ſecundum non ſenſum quem habuerunt, pagina ſeq. colum. 1. lit. a
Matrimonium ſub tali conditione celebratũ, ſi iam conditio eſt præſens in ſua cauſa ui detur ualidum, & quod contrahentes uoluerunt ſe obligare ſi conditio neceſſaria ſit cognita, ibid. lit. b
Matrimonium celebratum, inter habentes legitimum & canonicum impedimentum cũ conditione, ſi papa diſpenſauerit an obtenta diſpenſatione ſtatim abſque nouo conſenſu fiat uerum matrimonium, pag. 268. colum. 2. lit. a, per totam pag. & multas alias ſequentes.
Matrimonium contractum inter fideles non eſt omnino firmum & ratum, pagina 611. colum. 2. lit. b
Matrimonium quantumuis alias legitimum & conſummatum inter infideles diſſolui poteſt ſi alter baptiſmum ſuſcipiat, alter uero in ſua infidelitate perſeueret, pa. 613. colum. 1. lit a, b
Matrimonii vinculum tribus de cauſis ſeu culpis coniugis diſcedentis diſſoluitur, pa. 614. col. 2. lit. d, & pag. ſeq. colum. 2. lit. a
Matrimonium in hoc caſu non diſſoluitur iure humano pontificio nec naturali, nec ſupernaturali, quod ſequitur naturam gratiæ, nec euangelico poſitiuo circa ſacramẽtorum materiam, ſed diſſoluitur ex ſolo placito Chriſti diſpenſantis: pagina 617. colum. 1. lit. d
Matrimonium non diſſoluitur in hoc caſu prius quam fidelis aliud contrahat matrimonium, pagina 618. columna 1. litera c, & d
Matrimonium hoc non diſſoluitur per uotum ſolenne clericorum, etiam quando infidelis diſcedit, pagina 620. col. 1. lit. a, b
Matrimonium non ſoluitur per alia peccata quantum ad vinculum niſi per infidelitatem & fornicationem, pag. 622. col. 1. lit. d
Matrimonium ratum non diſſoluitur per aliud conſummatum, pagina 645. colum. 1. lit. b, c
Matrimonium non diſſoluitur quo ad uinculum per adulterium alterius coniugis & hoc aſſerere non caret nota hæreſis, pag. 659. col. 2. lit. c, d & pag. ſeq. col. 2. lit. a, b
Matrimonium ex Dei inſtitutione in paradiſo, ante euangelicam legem eſt inter vnum & unam, pag. 695. col. 2. lit. a, b
Matrimonium inter vnum uirum & plures uxores eſt irritum & nullum attento iure naturæ, pagina 697. colum. 1 lit. b
Matrimonium omne maximè conſummatum eſt indiſſolubile ex natura ſua, pagina 734. colum. 1. lit. a, & pag. 735. colum. 1. lit. d
Matrimonium inter fideles baptizatos eſt indiſſolubile ex lege euangelica pag. 738. columna prima, litera d, & columna 2. litera a
Matrimonium poteſt diſſolui à Deo, vt eſt in officium naturæ quantum ad vinculum

propter

propter cauſas ſupernaturales, p. 747. col. 1. lit. a, b

Matrimonium diſſolui poteſt à Deo ſecundum iſtam rationem propter cauſas naturales, pag. ead. col. 2. lit. c

Matrimonium nemo alius à Deo poteſt diſſoluere, vt eſt in officium naturæ, ibidé ead. col. lit. d

Matrimonium ſecundum eſt ſacramentum, pag. 668. col. 2. lit. d, & pag. ſeq. lit. a

Matrimonium quando ſolutum eſt, quia matrimonium iudicatum eſt nullum propter maleficium, & maleficiatus contrahit cum ſecunda, ſi tunc reperiatur potês ad ſecundam an teneatur redire ad priorem. pagina 572. colum. prima lit. a

Materia ex qua, eſt de eſſentia matrimonii, pag. 140. col. 1. lit. c

Metus eſt inſtantis, vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio, pag. 219. colum. prima, litera d

Metus duplex, alius leuis qui oritur ex leui cauſa, alius grauis qui oritur ex graui cauſa, vt metus mortis, pagina 220. colum. 2. litera d

Metus grauis dicitur cadere in virum conſtantem, ibidem, eadem pagina colum. & litera

Metus qui cauſatur ex infamia, non eſt grauis niſi cum aliquibus conditionibus, pag. 221. col. 1. lit. a, b

Metus cadens in virum conſtantem debet habere duas conditiones, ibidem per totum.

Metus cadens in virum conſtantem, non irritat matrimonium iure naturali; vel poſitiuo ſi talis metus proueniat cauſa naturali, pag. 224. col. 2. lit. b, c

Metus cadens in virum conſtantem, ſi metus ſit illatus á cauſa libera, non irritat matrimonium iure naturali, & poſitiuo, pag. 225. col. pri. lit. A. B. C. D.

Metus cadens in virum conſtantem illatus à cauſa libera iniuſte, non tamen extorquêdo conſenſum, non irritat matrimonium, ibidem col. 2. lit. d

Metus grauis qui cadit in virum conſtantê illatus à cauſa libera iniuſte, extorquendo conſenſum non irritat matrimonium ſtando in iure naturali, pag. 226. col. 1. li. c

Matus cadens in virum conſtantem, quando infertur per iniuriam extorquendo côſêſum irritat matrimonium iure humano poſitiuo. pag. 227. col. 1. lit. c, d

Metus talis cadens in virum conſtantem, irritat matrimonium etiam in ratione ſpôſaliorum, etiam ſi iuramento confirmetur pag. 231. col. 1 lit. c, d

Metus talis cadens in virum conſtantem ſecundum probabiliorem ſententiam non irritat ſponſalia de futuro, pagina 235. col. 2. lit. a, b

Miniſter eſt de neceſſitate huius ſacramenti, pag. 139. col. 2. lit. c

N

NVPTIARVM ſolennitas quando illicita eſt, & quâdo licita, pa. 345. col. 2. lit. a & pag. ſeq. per totam.

Nuptialis ſolennitas quid ſit, & quæ includat, ibidem col. 1. lit. c & colum. ſecunda, per totam.

Nuptialis benedictio quâdo faciêda. ibidem.

Nuptiæ ſecundæ ſunt licitæ. pag. 666. colu. 2. lit. c

Nuptiæ ſecundæ, an debeant habere benedictiones nuptiales. pagina 670. columna 1. litera a

O

ORDO ad copulam carnalem eſt intrin ſecus ipſi matrimonio, ſeu conſideretur matrimonium in ratione contractus, ſiue in ratione ſacramenti. pagina 93. col. 2. litera. d

Ordo ſacer differt a uoto ſolenni religionis. pag. 410. col. 1. lit. a

Ordo ſacer ex natura ſua habet quandam congruentiam, ut impediat matrimoniû. pag. 398. col. 1. lit. c

Ordo ſacer ex ſtatuto eccleſiæ habet, quod impediat & dirimat matrimonium. pag. 399. col 1 lit. a, & b

Ordo ſacer non impedit, & dirimit matrimonium poſtea factum iure diuino ex natura ſua. pag. ead. col. & lit.

Ordo ſacer, quod impediat, & dirimat matrimonium eſt maximè conſentaneum legi naturali, & euangelicæ. ibid. colum 2. lit. d

Ordo ſacer in eccleſia Latina iure humano Eccleſiaſtico impedit, & dirimit matrimonium. pagina 400. colum. 2. lit. d. & pagina ſeq. col. 1. lit. a

Ordines minores non impediunt nec dirimunt matrimonium,pag.398.col.1.lit.d & pag.6.colum.2.lit.a

Ordo ſacer matrimonio poteſt ſuperuenire, pag.407.col.2.lit.a,b

Ordine ſacro qui ordinatur poſt matrimonium ratum, non conſummatum conſentiente vxore non peccat pag.407.columna 2.lit.d

Ordine ſacro qui initiatur poſt matrimonium ratum non conſummatum contradicente vxore ſine animo tranſeundi ad religionem peccat mortaliter,pagina 408. columna 1.lit.a

Ordinatus ordine ſacro in tali caſu manet ſuſpenſus ab executione ordinum,ibidem, ead.colum.2.lit.b

Ordinatus ordine ſacro in tali caſu non poteſt ad alios ſacros ordines promoueri nec aliquod beneficium eccleſiaſticum obtinere,ibidem,ead.lit.

Ordinatus ordine ſacro poſt matrimonium etiam conſummatum uerum ordinem ſuſcipit,pag 409.colum.2.lit.b

Ordinatus ordine ſacro poſt matrimonium ratum non conſummatum contradicente uxore cum animo tranſeundi ad religionem an peccet mortaliter,pag.408.columna 1.lit.c,& d,ead.col.2.li.c.& pagina 409. columna 2.lit.c

Ordinatus ordine ſacro poſt matrimonium ratum, non conſummatum contradicente uxore an teneatur ingredi religionem, pagina 410. columna 2. lit. c, & pag. ſeq. per totam.

P

PARTVS ſequitur uentrem ſecundũ leges ciuiles,pag.375.col.1.lit.b

Parochus ſi ſit præſens moraliter quantumuis ſit ibi per uiolentiam ualidum eſt matrimonium,pagina 201.columna ſecũda.litera a.b

Parochus ſi ſit præſens phyſice, nihil tamen eorum quæ agebantur uidit uel audiuit uel intellexit matrimonium nullum eſt niſi affectaſſet non intelligere 202.colum. 2.lit.c

Parochus qui debet eſſe præſens matrimonio eſt proprius parochus, & non ſufficit alienus,pag.203.col.1.lit.b,c

Parochus qui debet eſſe præſens communiter loquendo eſt parochus fœminæ, ibid. colum.2 lit.a

Parochus viri ſi ſit præſens, validum eſt matrimonium,ibid.ead.col.lit.b

parochus proprius,ſi nondum eſt ſacerdos,& eſt præſens matrimonio,an ſit validum matrimonium,ibid. lit.d

parochus alius uel ſimplex ſacerdos etiam ſi ſit præſens ſine licentia non ualet matrimonium,pag.204.col.1.lit.d

parochus proprius ſi eſſet excommunicatus, & ſuſpenſus non toleratus ab eccleſia ſi ſit præſens matrimonio ualidum eſt matrimonium,pag.ead col.2.lit.b

Parochus proprius, vel ordinarius uel Summus Pontifex, etiam ex commiſſione aliqui alii poſſunt concedere licentiam, alteri ſacerdoti, ut adſit matrimonio, pag. ead & col.lit. c,d

parochus proprius uel Epiſcopus ſi eſſet excommunicatus,vel ſuſpenſus toleratus ab eccleſia validum eſſet matrimonium quãuis peccaret exercendo actum iuriſdictionis,ibid.lit.eadem,lit.d

parochus proprius, uel Epiſcopus ſi eſſet excommunicatus non toleratus licentia eſſet nulla, & matrimonium cui ſacerdos eſſet præſens nullum eſſet, ibidem eadem,lit.

parochus ſi concedat licentiam ficte fortaſſe matrimonium nullum eſſet, pagina 265. columna 1.lit.a

parochus proprius peregrinorum, uel vagantium quando uolunt contrahere matrimonium quis nam ſit,pag.ead.col.1.lit b.

parochus incolæ poteſt matrimonio coniungere,quando alter eſt peregrinus alter incola.pag.209.col.1.lit.c

parentes & poſſunt & debent alere filios etiã ſpurios quantumuis ſceleſti fuerint concubitus, & ad hoc tenentur iure diuino, pag. 763.colum.1.lit.a

peccatum poteſt eſſe in dormientibus,quando præceſſit voluntas in vigilia,pag.70 colum.2,lit.c

perfectius poteſt ordinari,ad id quod imperfectius eſt non ut medium ad finem, ſed ut cauſa ad effectum,pag.215.columna 1. litera d

poligamia eſt prohibita chriſtianis & oppoſitum eſt hæreticum,pag.707. col. 2.lit.b

poligamia quo iure ſit prohibita, pag.708.& col.2,lit.a,pag.709.col.1.lit.b

Poten-

Potentia coeundi eſt potentia ad copulã carnalem,pag.154.col.1.lit.c,& d
Præſentia parochi eſt de neceſſitate matrimonii, pagina 56. columna ſecunda, lit.c. & d,& pag.52.col.2.lit.c
Præſentia parochi, & teſtium quæ eſt neceſſaria eſt moralis, ideſt, modo humano, & non ſufficit præſentia phyſica,pagina 200. col.2.lit.a.& b
Præceptum eſt de matrimonio, pagina 13. col.1.lit.a
Præceptum de matrimonio contrahendo eſt affirmatiuum obligans ſemper non tamen pro ſemper,ibid.col.2. lit.b
Præceptum de matrimonio poſt ſufficiẽtem propagationem,& multiplicationem generis humani non obligat pro tunc, ibidem litera d
Præceptum de matrimonio colligitur ex illis verbis, creſcite & multiplicamini, pag. 14.col.2.lit.b
Præceptum de matrimonio,eſt maxime naturale cum omni proprietate, pag.15.col. prima,lit.c.& fol.16.col.1.lit.b
Præceptum matrimonii eſt naturale taliter, quòd infertur per eundeoten conſequentiam ſaltem moraliter, ead. pag.16. col.2. lit.d,& pag.ſeq.col.1.lit.a
Præceptum de matrimonio cum ſit naturale nec reuocari,nec mutari poteſt, nec reuocatum eſt,pag.18.col.1.lit.c
Præceptum de matrimonio,ad quod præceptum decalogi reducatur, pagina ead.col. ſecunda, lit.c
Præceptum de matrimonio ſecundum probabiliorem ſententiam obligat ſingulos in particulari,pag.21.col.1.lit.a
Præceptum de matrimonio non obligat religioſos etiã ſi ſoli religioſi eſſent in mundo ſecundum probabiliorem ſententiam, pag.22.col.1.lit.d
Præceptum excellentia aliquando obligat per accidens ratione alterius, pagina 383. col.1.litera c
Prætermittere publicas denunciationes in Eccleſia in matrimonio abſque irrationabili cauſa eſt peccatum mortale ex genere,pag.196.col.2.lit.b
Prætermittere publicas denunciationes, vbi eſt excommunicatio eſt peccatum mortale in indiuiduo, pagina eadem, & columna,litera d
Prætermitti poſſunt denũciationes ante contractum matrimonij,quando eſt probabilis ſuſpicio,quod matrimonium debet impediri malitioſè,pag.197.columna prima, litera c
Prætermitti, an poſſint denunciationes authoritate parochi ſine licentia ordinarij, ibid.lit.d & col.ſeq.per totam.
Princeps ſæcularis poteſt legitimos efficere etiam filios ſpurios etiã clericorum quantum ad ſucceſſionem hæreditariam, pag. 697.col.2.lit.b
Procurator qui poteſt pro alio contrahere matrimonium debet habere aliquas conditiones, pag.67.col.1.lit.c,& d
Procuratores i matrimonio poſſunt eſſe eiuſdem ſexus,ibid.col.2.lit.b
Profeſſio religionis non eſt detrimentum, ſed maximum bonum, pagina 383.col.2. litera a
Promiſſio matrimonij non cadit ſub præcepto naturali,nec poſitiuo, pagina 102.col. 2. litera b
Promiſſio mutua futurarum nuptiarum ſæpe numero præcedit tempore contractum ipſum matrimonii, pagina ead.& col lit.c
Promiſſio non habet certam, & determinatam formam verborum,pagina 104.col.1. litera b
Promiſſoria verba quãdo habent ſenſum ambiguum in foro exteriori iudicanda ſunt promiſſoria,pag.ead.col.2.lit.b
Promiſſio dupliciter poteſt fieri, ibidem,columna 1.lit.c
Promiſſio futurarum nuptiarũ quamuis ſit actus intellectus elicitur tamen a virtute iuſtitiæ, quæ eſt in voluntate,pagina 105. col.1.lit.d
Promiſſio a Deo ſimulatã, vt qui promittit non habeat animum promittendi, neque ſeruandi promiſſa non habet veram rationem ſponſaliorum de futuro, pagina 106. columna 1.lit.d
Promiſſio cum animo promittendi, & obligandi ſe non tamẽ cum propoſito ſeruandi promiſſa veram habet rationem ſponſaliorum de futuro, ibid lit.d
Promiſſio illa in qua quis per ignorantiam vere vult promittere non tamen obligare ſe ipſum non habet veram rationem ſponſaliorum,pag.106.col.2.lit.b, & e
Proles eſt primum bonum matrimonij.313. col.2.lit.b
Promiſſio illa in qua quis ſciẽs,qđ promiſſioni

ſioni eſt connexa obligatio velit promittere verè,& nõ obligari iſte talis vere contrahit ſponſalia de futuro, pagina 107.col. prima,litera a
Promiſſio ſimulata non obligat in ratione promiſſionis,pag. 110.col.1.lit.d
Promiſſio ſimulata obligat ratione ſcandali, ibidem.
Proles in intentione contrahentium ſufficit ad honeſtandum matrimonium quamuis non ſit in re.pag.313.col.2.lit.a
Proles & fides eſt aliquid eſſentialius in bonis matrimonii, quam ſacramentum pagina 318. columna ſecunda, lit.d. & per totam pag. & col.ſeq.
Puella quæ præ verecundia tacet quãdo contrahitur matrimonium, & pater reſpõdet pro ea,vel alius verum conficit matrimonium,& ſacramentum,pagina 162.columna prima,litera d

Q

QVALITATIS error, ſupra verbo,Error.

R

RATIO ſacramenti nouæ legis conuenit vniuocè matrimonio, cum aliis ſacramentis, pag.36.col.1.lit.a
Ratio ſacramenti, & ratio contractus in matrimonio ſunt duæ formæ diuerſæ in eodẽ ſubiecto ſicut color, & ſapor in eodem pomo.pag.67.col.2.lit.c
Ratio ſacramenti,& ratio contractus naturalis in matrimonio ex Chriſti inſtitutione quodammodo per ſe coniunguntur, ibid. eadem col.lit.d
Ratio matrimonii duplex, nam habet rationem contractus naturalis, & ſacramenti, pagina 81.columna 1.litera c, & pag. 147. col.1.lit.d
Ratio potiſſima ſacramẽti eſt ſignificare gratiam,pagina 96.columna ſecunda,litera d, & pag.ſeq.lit.a,& b
Raptus quomodo ſit impedimentum,& quo modo dirimat matrimonium,pagina 343. col.2.lit.d
Reſpublica Chriſtiana, vel quæcunque alia poteſtas, non poteſt cauſare vinculum matrimonii, ſine conſenſu, pagina 148. col. prima,litera c
Reſpublica poteſt transferre dominium aliarum rerum per alios contractus, ſine voluntate contrahentium, pagina 151.col.1. litera c
Reſpublica poteſt cogere ciues,vt contrahant matrimonium quãdo expedierit ad bonũ reipublicæ,pag.ead.151.col.2.lit.c
Reſpublica poteſt cogere ſponſum, vt cõtrahat matrimonium pro bono ſponſi, multo magis poterit id præcipere Reſp. pro bono Reipublicæ, ibid.ead.pag.& col.lit.d

S

SACERDOS qui aſſiſtit matrimonio non peccat mortaliter etiam ſi ſit in mortali,pag.82.col.1.lit.c
Sacramentum matrimonii, vt digne & fructuoſe ſuſcipiatur neceſſaria eſt recta fides, & pia intentio ad bona matrimonii ſaltem virtualis,pag.304.col.1.lit.e
Sacramentum matrimonii eſt inſtrumentum diuinæ gratiæ,& virtutis, vt alia ſacramenta eleuans homines ad eſſe ſupernaturale, & ſpirituale,pag.30.col.1.lit.c,& d
Sacramentum tantum in matrimonio eſt expreſſio externa ſenſibilis interni conſenſus,pag.38.col.1. lit.d
Sacramentum tantum eſt matrimonium, vt dicit rationem contractus, ibidem, eadem pag.& col.lit.a
Sacramentum & res ſimul in matrimonio eſt ſpeculum quod ſubſequitur ex contractu,pagina 37.col.2.lit.d,& pagina 36. columna 1.lit.a
Sacramentum matrimonii non habet rationem duplicis ſacramẽti,ſed omnino vnius tantum, pag.40.columna 2. per totam, & pag.ſeq.col.2.per totam.
Sacramentum & res ſimul in matrimonio in fidelium, quando conuertuntur ad fidẽ eſt vinculum antiquum, ut eleuatur de nouo diuina virtute,pag.42.col.1.lit.c,& d
Sacramentum matrimonii conſtat ex rebus, & verbis materia,& forma, pagina 47.col. prima,litera b
Sacramentum matrimonii nõ habet pro materia propria ipſos contrahentes, ſed ipſi ſunt materia remota, pa.48.col.1.lit.b,& c
Sacramentum matrimonii habet pro materia proxima actus contrahẽtium,& expreſſiones ſenſibiles,pag.47.col.2.lit.d. & pag. ſeq.col.1.lit.a

Sacramentum matrimonij circa eaſdem numero perſonas non poteſt iterari, pag.48. columna 2.lit.d

Sacramentum matrimonij quā formam habeat,pag. 49. col. 1. lit.b & pag. 50.51.52. per totas.

Sacramentum matrimonii habet pro miniſtro ipſos contrahentes, pag.56.col.1.lit.d

Sacramentum matrimonii habet ſuam ſpecificam rōnem ex eo quod ſignificat dilectionem futuram inter ipſos coniuges quam Deus per gratiam ipſis coniugibus nectit, &c.pag.58.col.1.lit c,& d

Sacramentum matrimonii in ratione ſacramenti uidetur tenere infimum gradum inter omnia ſacramenta nouæ legis,pag.60. columna 1.lit.d

Sacramentum matrimonii habet excellentiam quandam inter omnia ſacramenta nouæ legis in ratione ſigni ſpeculatiui,eadem,pag col. 2.lit.c,d

Sacramentum matrimonii ratione actus coniugalis habet ſignificare puriſſimam coniunctionem.Verbi cum humanitate elegātiſſima ratione , pag.61.col.1. li .c, & d,& pag.97.col. 2.lit.c,& d

Sacramentum matrimonii abſolutè loquendo non eſt cæremonia maximè religioſa, habet tamen quandam excellentiā in hac ratione pag 62.col. 1.lit.c

Sacramentum quod fit per procuratores nō recipitur in ipſis procuratoribus, ſed in cōtrahentibus,pag. 70.col.1.lit.a

Sacramentum pœnitentiæ non poteſt haberi per procuratores & in abſentia ſicut ſacramentum matrimonii,pa.ead.70.col.1.lit.d

Sacramentum matrimonii quando fuerit inſtitutum in lege noua,pag.75.col.1.lit.a,& b,& 76,per totam.

Sacramentum matrimonii poteſt fieri in abſentia & per procuratores , pag. 67. 68.& 69.per totas.

Sacramentum matrimonii confert gratiam, pag.78.col. 1.lit. d,& pag.80.col.1.lit.b

Sacramentum matrimonii habet proprium & peculiarem effectum gratiæ diſtinctum ſpecie ab omnibus aliis ſacramentis , pag. 83.colum.1.lit.b

Sacramentum matrimonii habet pro proprio & peculiari effectu gratiam datā coniugibus per modum uinculi & coniunctionis,pag.84.colum.1.lit.b

Sacramentum matrimonii recedente fictione cauſat gratiam ſecundum probabiliſſimam ſententiam, 86.col.2.lit.d

Sacramentum matrimonii eſt ſacramentum nouæ legis ſignificans coniunctionē Chriſti cum Eccleſia,pag.139.col.1.lit.a

Sacramentum matrimonii eſt contractus matrimonii poſt baptiſmum ſuſceptum ſub forma à Chriſto inſtituta, pagina 138. col.2.lit.b,c

Sacramentum matrimonii eſſentialiter includit tanquam primam legislatoris intentionem quod ſignificet matrimonium ſpirituale Chriſti cum ſponſa ſua quæcunq; illa ſit quod ex ratione ſua eſt indiſſolubile,pag.714.col.2.lit.d

Sacramentum matrimonii ſecundum ſe non ſignificat eſſentialiter cōiunctienem Chriſti cum ſponſa ſuae ſſe vndequaque indiſſolubilem,pag 715.col.i.lit.a,& b

Sacramentum matrimonii ſecundum quandam perfectionem accidentariam , videlicet,qua ratione conſummatum eſt,ſignificat indiſſolubilitatem omnimodam coniunctionis Chriſti cum Eccleſia & cum humanitate,pag.ead.& col.1.lit.c

Sacramētum eſt tertium bonum matrimonii & ut tale poteſt accipi biſariam,pagina 316.col.2.lit.b,& c

Sacramentnm ut eſt tertium bonum matrimonii dicit eſſe collatiuum gratiæ,dicit ēt firmitatem & indiſſolubilitatem, ibid.ead. pag. & col. 1.lit.d

Sacramentum eſt principalius inter bona matrimonii quantum ad dignitatem , pagina 318.colum.2,lit.d

Sacramentum non eſt eſſentialius in matrimonio,ibid & pag.ſeq.col.1.per totam.

Sacramenta nouæ legis habent cauſare gratiam per modum inſtrumenti phyſici, pa. 68.col.2.lit.a

Senes ſi habent potentiam coeundi taliter quod emittant ſemen , validum eſt matrimonium , etiam ſi generare non poſſint. pag.563.col.1.lit a

Senes ſi ſeminare non poſſunt nullum conficiunt matrimonium , pag.eadem. & colu. 1.lit.b,& c

Seruitus eſt impedimentum dirimens matrimonium,pag.360.col.1.lit.a

Seruitus ignorata non annullat matrimoniū iure naturali,pag.361.col. 1.lit.c,& d

Seruitus matrimonio ſuperueniens non eſt cauſa ſufficiens diuortii, pa.372.col.2.lit.d

Seruus habet ius ad contrahendum matrimonium ſine conſenſu Domini, pag. 366. col. 1. lit. d, & col. 2. lit. a, b
Seruus non tenetur obedire domino percipienti illi ne contrahat matrimoniũ 368. col. 1. lit. c
Seruus ſi volente domino matrimonium cõtraxerit debet prætermittere ſeruitiũ domini imperantis, & reddere debitũ vxori, ibidem, col. 1. lit. c
Seruus ſi contraxerit matrimonium ignorãte domino; vel contradicente non tenetur reddere debitum, ſed potius domino obedire, ibidem, eadem pagina, & col. litera d
Seruus poſtquam contraxit matrimonium ſine domini conſenſu non debet dominus vendere ſeruum in regiones longinquas vbi non poſſit vxor commodè cum illo abire, pag 370. col. 2. lit. b.
Seruus ſine voluntate domini non poteſt religionem ingredi aut ordines ſuſcipere, ibid. ead. pag. & lit.
Seruus ex voluntate domini poteſt optime contrahere matrimonium, ibidem eadem pag. & lit.
Seruus in tali caſu virtualiter, & interpretatiue habet à domino omnia neceſſaria ad matrimonium, ibidem eadem pagina, & littera
Seruus ſi contrahat contra voluntatem ſui domini; vel ignorante, validum efficit matrimonium, pag. 367. col. 2. lit. a
Seruus poteſt licitè cõtrahere inuito domino; vel ignorante, pag. 368. col. 1. lit. d
Seruus non poteſt puniri à domino propter matrimonium contractum contra voluntatem illius, & eſſet peccatum illud facere pag. 369. lit. b
Seruus prætextu matrimonij non debet deeſſe domino in officijs neceſſarijs pagina 371. col. 1. lit. a
Seruus quid debet facere quando eſt neceſſarius domino in officijs debitis, & alias vxor petit debitum, ibid. litera eadem a, & b
Seruus; vel ancilla contrahendo matrimonium non peccat mortaliter, pagina 375. col. 1. lit. d
Si vnus habet internum conſenſum, non vero alius, an incurratur excommunicatio, pag. 49. col. 2. b
Significatio qua matrimoniũ ſignifica gratiã per modũ vnionis eſt de neceſſitate huius ſacramenti, non tamen qua ſignificat cõiunctionem Verbi cum humanitate, pag. 96. col. 2 c
Sigillũ confeſſionis ſacramentalis nullo modo reuelãdum eſt in iudicio exteriori ad probandum matrimonium, pag. 507. col. 1. lit. c, d
Simultas moralis in expreſſione conſenſuũ ſuffic t ad rationem matrimonij, & non requiritur ſimultas metaphyſica, pag. 168. col. 2. lit. c, & d
Spadones, & eunuchi vtroque teſte carentes cum quibuſcunque mulieribus, ſiue ſcientibus, ſiue ignorantibus, non poſſunt contrahere, & ſi contrahant matrimoniũ eſt nullum pag. 559. col. 2. b, & c.
Sponſus qui non vult ſeruare fidem, compellendus eſt à iudice ad reſarcienda damna data ex ſola violatione fidei. pag. 109. col. 2 lit. b, & c
Sponſus tenetur contrahere matrimonium antequam trãſeat ad religionem ſi aliqua vtilitas; vel commoditas ſequitur alteri ſponſo, pagina 124. col. 1, lit. b, & c
Sponſus nõ tenetur prius contrahere quam ingredi religionem, quãdo nulla ſequitur vtilitas alteri ſponſo. pagina eadem. col. 2. lit. b, & c
Sponſum per ſponſalia de futuro non acquirere iuſtitiæ ius ſuper corpus ſponſæ, taliter quod ſit ſpeciale peccatum, & ſpecialis circunſtantia, accedere ad alium eſt probabile quamuis oppoſitum ſit probabilius. pagina 112. colum. 1. lit. a, b, c, d. & 113. per totas.
Sponſi in foro conſcientiæ tenentur contrahere, & quantum in ſe eſt adimplere fidem, ſiue ſponſalia ſint iurata, ſiue non, niſi in caſibus quibus iure præmittitur. pag. 108. col. 2. lit. b
Sponſi ſunt compellendi per ſe, & regulariter loquendo a iudice eccleſiaſtico, ut adpleant promiſſionem, & contrahant matrimonium, alias iudex peccabit contra iuſtitiam. pag. ead. & col. lit. d
Sponſis poterit permittere iudex, ne contrahant ſiue ſponſalia fuerint iurata, ſiue non, per accidens tamen extra regulam, & ordinem iuris. pagina 109. colum. prima litera b
Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſſio. pag. 101. col. 2. lit. d

Sponſalio-

Sponſaliorum diuiſio.pag.ſequen.102.col.1. litera,b

Sponſalia quæ dicunt mutuam promiſſionē matrimonii ſunt licita, & poſſunt eſſe meritoria.pag.& col.ead.lit. d

Sponſalia cum præcedunt matrimonium habent ſe, ut quædam ſacramentalia reſpectu ſacramenti matrimonii.pag.ead.col.2. litera d

Sponſaliorum diffinitio eſt optima.pag.103 col.2.lit.c

Sponſalia propriè,& formaliter loquendo ſignificant cauſam matrimonii futuri. pag. 105.col.2.lit.a

Sponſaliorum & matrimonii magna ex differentia.pag.110.col.2.lit.c

Sponſalia contrahentes ſi habeant vſum rationis ſufficientem ad contrahendum ſpōſalia,& parum diſtent a ſeptennio, ualida ſunt & obligant in conſcientia. pag. 117. col. 1.lit.b,c

Sponſalia eſſe valida quando contrahens habet vſum rationis longe ante ſeptennium probabile eſt licet oppoſitum ſit probabilius.pagina 117.col. 2.lit.a & per totam.

Sponſalia contrahentes ante ſeptēnium mortaliter peccant ex genere ſuo.pagina. 118. col.2.lit.a,& b

Sponſalia poſſunt parentes licite contrahere pro filii, ſi filii ſint paruuli, ſtante aliqua cauſa legitima v. g. pro bono pacis. pagin. 119 col.2.litera a

Sponſalia contracta a parentibus pro filiis paruulis dependent ex conſenſu paruulórum in maiori ætate ibidem. pag. & col. lit.c

Sponſalia de futuro ſunt diſſolubilia ex natura ſua.pag.121.col.2.lit.d

Sponſalia de futuro & contractus motrimonii ſunt formaliter eiuſdem ſpeciei quatenus procedunt ab eadem virtutę iuſtitiæ commutatiuæ.pagina 122.columna 2. lit.a & b.

Sponſalia poſſunt dirimi propter duodecim cauſas.pag.123.col.1.lit.b

Sponſalia de futuro non dirimi per ingreſſum religionis eſt probabile,licet probabilius eſt oppoſitum.pag.124.col. 2. lit. d,& pag. ſeq.col. 1.lit.a,b

Sponſalia non dirimi per uotum ſimplex caſtitatis eſt probabile,probabilius tamen eſt quod dirimuntur.pagina 127. columna 2. lit.a et b

Sponſalia etiam iurata dirimuntur per matrimonium ſubſequens cum alia coniuge. pag.128.col.1.lit.a,& b

Sponſalia etiam iurata dirimuntur propter impedimentum affinitatis ſuperueniens. pagi. ead.& col. 1.lit.d

Sponſalia dirimuntur propter voluntatem & conſenſum utriuſque coniugis. pagin. ead.col.2.litera a,& b

Sponſalia dirimuntur propter grauem infirmitatem lepram,morbum Gallicum. ibidem.lit.c

Sponſalia dirimuntur propter fornicationem alterius ſponſi.ibidem lit.d.

Sponſalia dirimuntur quando alter ſponſus vagatur & proficiſcitur ad terram longinquam.pagina 129.col.1.lit.c

Sponſalia etiam iurata dirimuntur quādo facta ſunt cum conditione & conditio non adimpletur.pag ead.col.2.lit a

Sponſalia dirimuntur propter defectum ætatis.ibidem.lit.b

Sponſalia dirimuntur quando oriuntur graues inimicitiæ inter ſponſos, vel aliqua peſſima vitia deteguntur.ibidem lit.c, & d

Sponſalia dirimuntur propter quamlibet cauſam de nouo ſuperuenientem ſponſalibus quæ ſi a principio exiſteret impediret ſpōſalia contrahenda.ibidem.lit.d

Sponſalia ſi ſint occulte contracta,non eſt neceſſaria authoritas iudicis ad illa diſſoluenda quando eſt ſufficiens cauſa diſſolutionis.pag.ead.col.2.lit.d,& pag.ſeq. columna 1.lit.a

Sponſalia ſi ſint publica,neceſſaria eſt authoritas iudicis ad illa diſſoluenda, ſaltem ad melius.pag.130.col. 1 lit.a

Sponſalia ſi fuerint publica, & cum diſſoluēs eſt notoria,non eſt neceſſaria iudicis authoritas. ibidem.

Sponſalia ſi fuerint publica cauſa vero diſſoluens,eſt dubia,ſiue in iure,ſiue in facto,neceſſaria eſt etiam in foro conſcientiæ authoritas iudicis qui per ſententiam diſſoluāt tale dubium, & diſſoluat ſponſalia. ibid. ead.col.1.lit.c

Sponſalia ſi dirimuntur & reſcinduntur ex vna parte, ex omni parte reſcinduntur. pag.127.col.1.lit.b

Sponſalia de futuro etiam ſi clandeſtine,fiant non ſunt irrita & nulla poſt Concilium Tridentinum. pagina 192. columna 2.litera b,& c

Spon-

Sponſalia clandeſtina licet ualida ſint, tamen copula carnalis ſuperueniens etiam cum affectu maritali, non efficit verum matrimonium. pag. ead. & col. 1. lit. b

Sponſalia quæ diſſoluuntur propter ſubſequens matrimonium cum alio coniuge aut propter ingreſſum religionis non requirunt ſententiam iudicis pro diſſoluendis ipſis ſponſalibus etiam publicis. pag. 130. col. 1. lit. d

Sponſalia contracta inter habentes legitimũ impedimentum hac lege & conditione, ſi Papa diſpenſauerit, an valida ſint. pagina 268. col. 2. lit. a & b, & per multas paginas ſequentes.

Si quis contrahat cum aliqua intendens facere quod facit eccleſia, & ignorat quod viuculũ matrimonii eſt perpetuũ, non eſt verum matrimonium pag. 147. columna. 2. lit. b

Si quis cogit alterum ad matrimonium maximam facit illi iniuriã, & tenetur ei ex iuſtitia reſtituere. pag. 139. col. 2. lit. a, b

Si quis fidelis promittat alicui infideli futuras nuptias ſi conuertatur ad fidem, talis promiſſio eſt ualida & habet veram rationem ſponſaliorum, & ſi alius conuertatur tenetur adimplere promiſſionem. pa. 275. col. 2. lit. b, & c

Status epiſcopalis ex natura ſua iure diuino euangelico, non impedit & dirimit matrimonium poſtea factum. pag. columna 1. lit. b

Statui epiſcopali eſt maxime conſentaneum & neceſſarinm ſtando in lege euangelica & naturali quod ſit annexa continentia, pagina. col. ead. lit. c

Status epiſcopalis iure humano eccleſiaſtico impedit & dirimit matrimonium poſtea factum. pag. 404. col. 1. lit. a

Status epiſcopalis ratione ordinis habet impedire & dirimere matrimonium. pag. ead. & colum. 1. lit. b & c

Status epiſcopalis optima ratione propter ſuam celſitudinem, non impedit & dirimit matrimonium iure diuino, nec iure naturali. pag. & col. ead. lit. d

Statui epiſcopali cur eſt annexum iure poſitiuo cuſtodia caſtitatis, & non abdicatio proprietatis. pag. 405. col. 2. lit. a, b

Summus Pontifex poteſt diſpenſare cum eo qui eſt in ſacris ordinibus conſtitutus, vt cõtrahat matrimoniũ. pag. 401. col. 2. li. a, b

Suſcipientes ſacramentum matrimonii in mortali, peccant mortaliter. pag. 82. col. 1. lit. b

T

TESTES ſi ſint præſentes mortaliter, quantumuis ſint ibi per uiolentiam, validum eſt matrimonium. pag. 200. col. 2. lit. d

Teſtes qui debent eſſe præſentes matrimonio ſunt duo vel tres. pag. 205. col. 2. lit. c

Teſtes quicunque habentes vſum rationis ſufficiunt vt ualidum ſit matrimonium ſi ſint præſentes, pag. & col. eadem. lit. d

Tempus determinatum eſt ad matrimonia trahenda. pag. 582. col. 1. lit. b

Tempus vt in plurimum eſt in maſculis in quartodecimo anno, & in fœminis in duodecimo, ibidem. ead. pag. col. 2. lit. a, b

Tempus an ita ſit determinatum a iure quod ſi acceleretur vſus rationis ante annos illos pubertatis matrimonium contractum ſit nullum. pag. & col. ead. lit. b, & c

Tria detrimenta ſunt in ipſo matrimonio quæ honeſtantur per alia tria bona. pagina 310. col. 1. lit. b, c

V

VERBA illa ſacerdotis, ego uos coniungo in hoc ſacramento, ſunt de neceſſitate præcepti. pag. 56. col. 2. lit. c & d

Verba ſacerdotis in matrimonio ſunt de ſolennitate eccleſiæ, non tamen de neceſſitate ſacramenti. pag. 57. col. 1. lit. a

Verba ſacerdotis non habent rationem formæ in ſacramento matrimonii. pag. 49. col. 2. lit. c, d, & 50. per totas.

Verba per quæ contrahit matrimonium, ſi quis proferas per metum cadentem in virum conſtantem, non eſt ſacrilegus ſecundum probabiliorem ſententiam. pag. 70. col. 2. lit. d

Verba non ſunt neceſſaria ad eſſentiam ſacramenti matrimonii, etiam in his qui commodè loqui poſſunt, ſed ſufficit quod explicetur conſenſus aliis ſignis externis. pa. 161. col. 2. b, & pag. 168. col. 2. lit. b

Verba ſunt neceſſaria de neceſſitate præcepti eccleſiaſtici in his qui commodè loqui poſſunt. pag. 161. col. 2. lit. d, & pag. ſeq. col. 1. lit. a

Verba non ſunt ita de neceſsitate præcepti, vt illi qui commodè loqui poſſunt peccēt mortaliter ſi nõ vtātur verbis, ſed vt pluri mum venialiter pagina 162. columna 2. lit.b

Verba exprimentia conſenſum, ſi in voce sũt de præſenti, & in ſenſu de futuro, non eſt validum matrimonium, pag. 165. col. 1. litera c

Verba ſi in voce ſint de futuro, ſed in ſenſu de præſenti verum conficiunt matrimonium, eadem pag. 164. col. 2. lit. d, & pag. ſeq. col. 1. lit. a

Verba ſi in voce ſint de præſenti, ſed ambigua in ſenſu, attendenda eſt intentio cõtrahentium, & iuxta intentionem erit obligatio, pagina 165. columna ſecunda lit. c, d

Verba hæc, habebo te in meam vxorem, nõ ſufficiunt ad matrimonium, pagina 167. columna 2. litera d, & pagina. ſeq. columna 1. lit. a

Vir quãdo accedit ad fœminam ſi ex aliqua impotentia temporali non ſeminaret, quia non poſſet nullum eſſet peccatum, pagina 336. lit. d col. 1.

Vir ſi dicat fœminæ ſe non verè conſenſiſſe, non ſtatim debet illi credere, pag. 178. col. 2. litera c

Vir ſi hoc dicat fœminæ, & generetur credulitas, vel dubium animo audiẽtis debet facere diligentiam, & ſi inueniat eſſe tale impedimentum nõ poteſt petere nec reddere debitum, ſi vero maneat dubius poterit reddere non petere, pag. 179. col. 1. litera a, b

Vir an proprio iudicio poſſit vxorem fornicantem dimittere, pagina 654. columna 1. lit. a

Vir, & vxor iudicantur ad paria in cauſa diuortij, inquantum obligantur ad æqualia, &c. pag. 656. col. 1. lit. a, & p 657. col. 1. litera d

Vir poſt diuortium in hoc caſu non poteſt alteri nubere pag. 658. col. 2. lit. a

Vir, & vxor an poſſint recõciliari poſt diuortium factum propter adulterium, pagina 663. columna 2. a, b & 664. columna 2. lit. a

Vir, & vxor in actu matrimonij ſunt æquales quantum ad obligationẽ reddendi debitum, pag. 683. col. 2. lit. d, & pag. ſeq. col. 1. lit. a

Vir, & vxor non poſſunt emittere votum contra debitum ſine mutuo conſenſu, pag. 684. col. 2. lit. c. & pag. ſeq. columna 1. lit. a, b

Vir vt plurimum peccat emittendo votum de non petendo debitum abſque vxoris conſenſu, pagina 686. columna prima litera a

Vir, & vxor ex conſenſu vtriuſque poſſunt vouere continentiam abſentem nõ petendi, & non reddendi, eadem pagina, & col. lit. c

Vir nõ poteſt irritũ facere vxoris votum de non petendo debitum; vel votum caſtitatis, vel votum de non reddendo debitum ex ipſius viri conſenſu emiſſo, pag. 687. col. 1. lit. b

Vir ſi ordinetur de conſenſu vxoris vterque priuatur vſu matrimonij, pag. 411. col. 1. lit. b, c

Vir ſi ordinetur conſentiente muliere, tenetur mulier continentiam vouere, & ſi fuerit iuuenilis ætatis, de cuius continentia timetur, tenetur religionem ingredi, & in clauſura manere, ibidem, col. 2. litera ead. c, & lit. d

Vir ſi vxor erat innocens, & ea contradicẽte ſacros ordi. recipit, tenetur reddere debitum petenti, non tamẽ poteſt petere, ibid. col. 2. lit. a

Vir ſi ordinetur contradicente vxore, priuatur iure petendi debitum, & ita vxor etiã ſi petat vir, nõ tenetur illi reddere, p. ead. 411. col. 2. lit. a & b

Virtus ſuperior aliquando ordinatur ad virtutem inferiorem tanquam cauſa perficiens. pagina. 383. col. 2. lit. b, c

Vinculum matrimonii exemptum eſt ab humana poteſtate, & ſolum authori naturæ ſubiectum quantum ad diſſolutionem, pagina. 143. col. 1. lit. c

Vinculum matrimonii non poteſt diſſolui voluntate contrahẽtium. ibidem ead. pag. col. 2. lit. a

Vinculum matrimonij ex quo eleuatum eſt ad rationem ſacramenti, maiorem habet indiſſolubilitatem, ibidem, lit. d & col. ſeq. lit. a

Vinculum matrimonij eſt magis indiſſolubile ratione ſignificationis, qua ſignificat coniunctionem Chriſti eam eccleſia, pag. 143. columna 1. lit. c, & d, & columna per totam.

Votum caſtitatis ſimplex ſuperueniens dirimit ſponſalia de futuro ſecundum probabiliſſimam ſententiam.pag.126.col.1.li. b,c,d
Votum ſimplex factum per metum cadentẽ in virum conſtantem iniuſtè extorquendo illud validum eſt in omni iure habet tamẽ cauſam ſuæ diſpenſationis.pag.229. col.2. lit.a
Votum ſolenne factum per talem metũ, licet ſit validum iure naturæ,nullum tamen eſt iure poſitiuo.ead.pag.& col. lit. b
Votum ſolenne religionis non habet virtutem ad diſſoluendum matrimonium conſummatum.pag.630.col.2.lit.c
Votum ſolenne religionis an diſſoluat matrimonium cõſummatum per vim.pag. 633. col.1.lit.a
Votum ſolenne religionis dirimit matrimonium ratum nondum conſummatum.pag. 639.col.1. lit. b
Votum ſolenne religionis quo iure diſſoluat matrimonium.pag.640.col.1. lit.d
Votum ſolenne omne & ſolum dirimit matrimonium ratum non conſummatum. pagi. 645. col.2.lit. b
Votum ſolenne religionis ita dirimit matrimonium quod altero ingreſſo religionem alter poteſt aliud matrimonium contrahere.pagi.646.col.2.lit.b,& c.
Votum ſimplex de non petendo debitum ab altero cõiuge abſque alterius cõſenſu emiſſum eſt pag.685.col.2.lit.b
Votum ſimplex de nõ reddendo debitum ab vno coniuge ſiue alterius conſenſu emiſsũ non eſt obligatorius.pag.ead.685.col.1.lit. d,& col.2.lit.a
Votum ſimplex caſtitatis impedit contrahendum non tamen dirimit contractum. pag. 377.col.1. lit. d
Votum ſimplex caſtitatis dirimit ſponſalia de futuro.pag.ead.col. 2.lit.a
Votum caſtitatis ſimplex , & votum ſimplex ſuſcipiendi ſacrum ordinem, & votum ſimplex religionis habent rationem impediendi matrimonium.pag.eadem col. 2.lit. d
Votum ſimplex religionis, & votum aſſumendi ſtatum clericale in ratione impedimenti matrimonii, aliquo modo habent eandem rationem , & aliquo modo diuerſam. pag. 386.col.2.litera.b
Votum ſimplex caſtitatis,religionis,& votum aſſumendi ſtatum clericalem non dirimit matrimoniũ ex natura ſua, nec ex iure poſitiuo antiquo.pag.388. col.1. lit. c
Votum ſimplex ex iure humano in aliquo caſu dirimit matrimonium. ibidem. col.2. lit. a,b
Votum ſolenne impedit contrahendum, & dirimit contractum pag.390.col. 1.lit.c, d
Votum ſolenne religionis ex natura ſua habet quod dirimat matrimonium contractum.ibi.& pag.393.col.1. lit. c
Votum ſolenne ſacrorum ordinum,non dirimit matrimonium ratum & non conſummatum quod anteceſſit.pag.407.col.2.li.b
Votum ſolenne religionis quod vouent religioſi equites militarium ordinũ, cum quibus non eſt diſpenſatum,hactenus diſſoluit matrimonium ratum non conſummatum. pag.644.col.1.lit. b,c.
Vota coniugum de ſeruanda continentia , & alia vota quis poſſit diſpenſare,aut irritare. pag.687.col.1.lit.b
Vſus actualis matrimonii in peccato mortali,nõ eſt mortale.pag.82.col.1.lit.a
Vxor non poteſt ſe tradere in ſeruitutem ſine mariti voluntate.pag.372.col.2.lit. d
Vxoricidium ex ſtatuto eccleſiæ impedit matrimonium.pag.627.col.2. lit. a
Vxoricidium aliquando dirimit contractum. ead pag.& col.lit.b
Vxoricidium in quibus caſibus dirimat matrimonium.ead.pag.& col.lit.D.& pag.ſeq. col.1. lit.a

FINIS.

TRACTATVS
DE MAGNO SACRAMENTO MATRIMONII,
PER FRATREM PETRVM DE LEDESMA PRAESENTATVM,
SACRAE THEOLOGIAE LECTOREM in Regali Collegio S. Thomæ Abulenſis.

TRACTATVS iſte de Matrimonij Sacramẽto celebris eſt & optimus,& in eccleſia Dei maximè neceſſarius: in illo enim agitur de magno matrimonij ſacramento. Ita enim à Diuo Paulo uocatur ad Epheſ.cap.5.cum dicit: Sacramentum hoc magnum eſt: & inter ſacramenta nouæ legis ab omnibus catholicis enumeratur,ut poſtea dicemus, & ſacramentum hoc in uſu fidelium frequentiſſimũ eſt.Et quãuis in ſuperficie ieiunus & ſterilis videatur,tamẽ ſi introſpiciamus,difficultatibus optimis plenus eſt: & maximè poſt Concilium Tridentinum:in quo quidem multa mutata ſunt circa iſtud ſacramentum. Qua ratione Doctores multis in locis diſputant de magno iſto ſacramento matrimonij propter eius maximã neceſſitatem. De hac materia diſputat Magiſter in 4.Senten. à diſt.26. vſque ad 42. incluſiuè, & ibi Scholaſtici, præcipuè D.Thomas, D.Bonauentura, Scotus,Duran.Palud.& Ricardus.Alij verò authores

Ad Ephe. cap.5.

A in tractatibus de matrimonio. Altiſiodor.lib.4. ſuæ Summæ, folio 285.Martinus de Ledeſma in 2. tomo ſui quarti, à quæſt.43.uſq; ad 70.D.Antoninus 3.par. tit. 1.per totum. & titu. 14. cap.9. & 10. Summiſtæ,verbo,matrimonium. Doctor Nauarro,c.22.ſuæ Summæ,à num.18.vſque ad num.87.Victoria in Summa num. 22.per multos. Et in iure Canonico multa habentur de matrimonio,& in multis locis,& titulis Decretalium, præcipuè libro 4.Decretalium,& in Decreto,a cauſa 27. vſq; ad tractatum de pœnitentia. Et
B præcipuè in Concil. Trident.Seſ.24. vbi multa dicuntur de matrimonio.Vide Magiſtrum Sotum in 4.par.2.à diſtin.26.per multas diſtinctiones.

¶Ad huius materiæ introductionẽ ſupponendum eſt, quòd aliqui Doctores ẽt ex diſcipulis D.Thom. prætermittunt ordinem illius in additionibus ad tertiam partem: nobis tñ non licet prætermittere ordinẽ illius in illo loco, quoniam D. Tho. diſputat ibi totam iſtam materiam maximo cum ordine,& cum maxima claritate,& grauitate,ita ut nihil amplius deſiderari poſſit, & ita iuxta illius ordinem

in illo loco hæc materia tã neceſſaria à nobis maxima cum diligentia explicanda eſt in generali & in particulari: ita vt oẽs caſus particulares in particulari explicẽtur. Item aliqui Scholaſtici etiã ex diſcipulis D. Tho. incipiunt hanc materiã ab interpretatione vocabuli, matrimoniũ, & à definitione matrimonij. Cæterũ in omnib. ſequamur ordinẽ D. Thomæ hoc declarabimus in quæſt. 44. additionũ, vbi agit de definitione qd nominis, & de definitione quid rei. Differt verò D. Th. declarationẽ definitionis vſque ad illum locum maxima cum ratione, quã perſequitur Magiſter Sotus in 4. d. 26. quæſt. 1. art. 1. Ratio autem hæc eſt: nã in ijs tribus primis quæſtionibus diſputat Angelicus Doctor aliqua præambula neceſſaria ad definitionem matrimonij. Matrimonium enim inter omnia ſeptẽ eccleſiæ ſacramenta hoc habet peculiare, q duplicem rationẽ ſortitur, alteram naturalẽ, alteram verò ſupernaturalem. Eſt enim matrimoniũ contractus quidã naturalis naturæ terminos nõ tranſcendens, ex ratione hominũ & conuẽtione vim habens: ſimul etiã habet rationẽ ſacramenti, myſteria gratiæ ſignificãs & gratiã cauſans. Et hac vltima ratione pertinet ad Theologũ agere de matrimonio, quòd ſi agit etiã de naturali contractu: illud habet inquantũ eleuatur ad eſſe ſupernaturale ſacramẽti, ſicut logicus agit de primis intẽtionibus, quatenus ſubſtant ſecũdis. Vnde fuit maximẽ neceſſariũ, quòd antequam conſtitueretur definitio matrimonii; tractaretur de ipſo matrimonio, ut eſt in officium naturæ, q diſputat Diuus Thomas in quæſtio. 41. additionum: & quæſtio. 42. agit de ratione ſacramẽti, quæ reperitur in matrimonio vt ex his rationib. colligatur perfecta definitio matrimonii. In quæſtione verò 43. agit de ſponſalibus, quoniã ſponſalia ſunt præambula quædam, & ueluti præuiæ diſpoſitiones ad matrimonium. Iſtum vero tractatũ diuidit Diuus Thomas in tres partes. In prima parte agit de ſubſtãtia matrimonii, & hæc pars incipit à qu. 41. additionum, & terminatur in qu. 50. In ſcda parte agit de impedimentis matrimonii, quæ pars extẽditur uſq; ad quæſtionẽ 63. In vltima ueroparte agit de cõſequentib. matrimonium, & hęc pars

A protrahitur uſque ad quæſtionem. 69. Igitur incipit prima pars huius tractatus Et aduertendũ quòd in præſenti tractatu neceſſarium mihi uiſum eſt aliquibus de cauſis literam D. Tho. conſtituere, & ita ſuis locis conſtituetur.

QVAESTIO XLI.

Additionum, De Sacramento Matrimonij.

B POST hoc cõſiderandum eſt de matrimonio, primo agendum eſt de eo inquantum eſt officium naturæ. Secundò, inquantum eſt ſacramentum. Tertiò, inquantum abſolutè & ſecundum ſe cõſideratur. Circa primum quęrũtur quatuor. Primò, vtrũ ſit de iure naturali. Secundò, vtrum cadat ſub præcepto. Tertiò, vtrum eius actus ſit
C licitus. Quartò, vtrum poſſit eſſe meritorius.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum matrimonium ſit de iure naturali.

AD primum ſic proceditur. Videtur, q matrimonium non ſit naturale: quia ius naturale eſt, q natura om- D. Th. 4. diſt. 26. q. 1. art. 1.
D *nia animalia docuit: ſed in alijs animalibus eſt coniunctio ſexuum abſq; matrimonio: ergo matrimonium non eſt de iure naturali.*

¶ 2 *Præterea, Id quod eſt de iure naturali, inuenitur in omnib. hominibus ſecũdũ quemlibet eorum ſtatum. Sed matrimonium nõ fuit in quolibet ſtatu hominũ; quia ſicut dicit Tullius in primo Rhetoricorum*, homines à principio ſylueſtres erant, & tunc nemo ſciuit proprios liberos, nec certas nuptias: in quibus matrimonium conſiſtit:* Lib. 2. de Inuẽt. circa prin.

ſiſtit: ergo non eſt naturale.

¶ 5 *Præterea, Naturalia ſunt eadem apud omnes: ſed non eodem modo eſt matrimonium apud omnes: cum pro diuerſis legibus diuerſimodè matrimonium celebretur: ergo non eſt naturale.*

¶ 4. *Præterea, Illa, ſine quibus poteſt ſaluari naturæ intẽtio, nõ videtur eſſe naturalia: ſed natura intẽdit conſeruationẽ ſpeciei per generationẽ, quæ poteſt eſſe ſine matrimonio, vt patet ĩ fornicarijs: ergo matrimoniũ nõ eſt naturale.*

B *SED cõtra eſt, quod in principio Digeſtorũ dicitur † : Ius naturale eſt maris & feminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus.*

In digeſto ueteri. tit. 1. lege 1.

¶ *Præterea, Philoſophus in 8. Ethic. dicit, quod homo magis eſt naturaliter cõiugale animal, quam politicum: ſed homo eſt naturaliter animal politicum & gregale, vt ipſe dicit: † ergo naturaliter eſt coniugale, & ſic coniugiũ, ſiue matrimonium eſt naturale.*

* Tit. 8. cap. 12. a medio. † Ariſto. 8. Eth. c. 12. à medio.

RESPONDEO dicendũ, quod aliquid dicitur eſſe naturale, dupliciter. C *Vno modo, ſicut ex principijs naturæ ex necessitate cauſatum, ut moueri ſurſum eſt naturale igni: & ſic matrimonium non eſt naturale, nec aliquid eorũ quæ * mouente libero arbitrio complentur. Alio mõ, dicitur naturale ad quod natura inclinat, ſed mediante libero arbitrio completur, ſicut † actus uirtutum dicuntur naturales: et hoc modo matrimoniũ eſt naturale, quia ratio naturalis ad ipſum inclinat dupliciter. Primò quantũ ad principalẽ eius finẽ, qui eſt bonũ prolis, non n. intendit natura ſolũ* D *generationẽ prolis, ſed traductionẽ & promotionẽ uſq; ad perfectũ ſtatum hominis inquantũ homo eſt uirtutis ſtatus. Vnde ſecundũ Philoſophum tria à parentib. habemus. ſ. eſſe, nutrimẽtum, & diſciplinã: filius aũt à patre educari & inſtrui nõ poſſet, niſi determinatos et certos parentes haberet, quod non eſſet, niſi eſſet aliqua obligatio uiri ad mulierẽ determinatam, quæ matrimoniũ facit. Secundò quantum ad ſecundariũ finẽ*

* Aliàs mediãte

† Al uirtutes.

li. 1. Eth. cap. 12. à medio, & c. 11. circa princ.

A *matrimonij, qui eſt mutuum obſequiũ ſibi à coniugibus in reb. domeſticis impẽſum. Sicut n. naturalis ratio dictat, ut homines ſimul cohabitent; quia unus nõ ſufficit ſibi in omnib. quæ ad uitã pertinent, rõne cuius dicitur homo naturaliter politicus: ita ẽt eorũ quib. indiget ad humanã uitã, quædã opera ſunt cõpetẽtia uiris, quædã mulierib. Vnde natura monet, ut ſit quædam aſſociatio uiri ad mulierẽ, in qua eſt matrimoniũ, et has duas cauſas ponit Philoſoph. in 8. Ethic.* 8. ethic. c. 9.

B ¶ *AD primum ergo dicendum, quod natura hominis ad aliquid inclinat dupliciter. Vno modo, quia eſt cõueniens naturæ generis, & hoc eſt cõe omnib. animalibus. Alio modo, quod eſt conueniẽs naturæ differẽtiæ: quia ſpecies humana abundat à genere inquãtũ eſt rationalis ſicut eſt prudentiæ actus uel tẽperãtiæ, et ſic natura generis, quãuis ſit una in omnib. aĩalib. non tamẽ eodem modo eſt in omnib. ita ẽt non inclinat eodem modo in omnib. ſed ſecundum quod unicuiq; cõ-* C *petit ad matrimoniũ: ergo inclinat natura hoĩs ex parte differentiæ quantũ ad rationẽ ſecundã aſſignatã. Vnde Philoſophus hanc rõnem aſſignat hominib. ſupra animalia: ſed quantũ ad rationẽ primã, inclinat ex parte generis. Vnde dicit. quod filiorũ procreatio cõis eſt omnibus aĩalib. tamen ad hoc nõ inclinatur eodẽ modo in omnibus: quia quædã animalia ſunt quorũ filij nati ſtatim poſſunt ſufficiẽter ſibi uictũ quærere, uel ad quorũ ſuſtẽtationẽ mater ſufficit, & in his non eſt aliqua maris ad fœminã de-* D *terminatio. In illis aũt quorũ filij ĩdigẽt utriuſq; ſuſtentatione, ſed ad paruũ tẽpus, inuenitur aliqua determinatio quãtũ ad tẽpus illud ſicut in auib. quibuſdã patet; ſed in homine, quia indiget filius cura parẽtũ uſq; ad magnũ tempus, eſt maxima determinatio maſculi ad fœminã, ad quã ẽt natura generis inclinat.*

¶ *AD ſecũdũ dicendum, quod uerbum Tullij põt eſſe uerũ quantũ ad aliquã gentem, ſi tamen accipiatur principiũ proximũ illius gentis, per quod ab alijs genti-*

D. Th. 4 diſt. 26. q. 1. art. 1.

Lib. 2. de Inuẽt. circa prin.

bus eſt diſtincta: quia non in omnib. per
ducitur ad effectum id ad quod naturalis
ratio inclinat, non autem eſt uerum univerſa
liter: quia à principio humani generis
ſacra ſcriptura recitat fuiſſe coniugia.

¶*AD tertium dicendum, quòd ſe-*
cundum Philoſophum in 3. Ethicorum, Na-
tura humana non eſt immobilis ſicut di
uina, et ideò diuerſificantur ea quæ ſunt de
iure naturali ſecundum diuerſos ſtatus et
conditiones hominum: quamuis ea quæ ſunt in reb.
diuinis, naturaliter nullo modo uarietur.

¶*AD quartum dicendum, quòd na*
tura non tantùm intendit eſſe in prole,
ſed etiam perfectum, ad quod exigi-
tur matrimonium: vt ex dictis patet.

SVMMA ARTICVLI.

DIVVS Thomas in hoc articulo in-
cipit explicare id quòd naturale eſt
in matrimonio, videlicet, rationem
contractus, quæ in illo reperitur, & ante
omnia inueſtigat principium, & radicem huius
contractus, & ita quærit an matrimonium ſit
ex iure naturali & ex inclinatione naturæ,
vbi diſputatio eſt de matrimonio in ratio-
ne contractus naturalis, non in ratione ſacra-
menti, nam cum ratio ſacramenti ſit omninò
ſupernaturalis, totum ordinem naturæ tran
ſcendens, non poteſt eſſe naturalis inclina-
tio ad matrimonium in ratione ſacramenti:
nam terminus naturalis inclinationis natu
ralis debet eſſe. Explicat vero D. Thomas
iſtam difficultatem per aliquas concluſio-
nes, ſuppoſito tamen fundamento, videlicet,
quòd aliquid eſt naturale dupliciter. Primo
modo ſicut aliquid neceſſario cauſatum ex
principiis naturæ, vt motus lapidis deor-
ſum, & motus ignis ſurſum Secundo modo
dicitur naturale, quia eſt ex inclinatione na-
turæ, quamuis compleatur per liberum ar
bitrium, vt dicuntur virtutes naturales ho-
mini. Quo poſito fundamento, eſt

¶Prima concluſio articuli. Matrimonium
non eſt hominibus naturale, quaſi ex princi
piis naturæ neceſſariò prouenient, ſiquidem
contrahitur ex voluntate hominum.

¶Secunda concluſio. Matrimonium eſt ho
minibus naturale, quia ad ipſum maximè
natura inclinat. Et in hac concluſione virtua
liter & implicitè reſpondet D. Thom. ad
A quęſtionem articuli, videlicet, quòd matri-
monium ſit ex iure naturali, cum ſit ex in-
clinatione naturæ.

¶In ſolutione ad primum D. Tho. adhuc
explicat magis quomodo matrimonium ſit
ex inclinatione naturæ hominis, & conſti-
tuit duas concluſiones.

¶Prima concluſio eſt, quòd inclinatio na-
turalis quæ eſt in homine ad matrimonium
eſt illi naturalis, inquantum eſt homo ratio
ne vltimę differentiæ, & vt rationalis eſt. Ex
quo infert D Tho. quòd hæc inclinatio na
turalis ſecundum iſtum modum, non repe
ritur in aliis animalib. cum in aliis anima-
B libus non reperiatur vltima differentia hominis.

¶Secunda concluſio. Inclinatio ad matri
monium in homine eſt etiam aliquo modo
naturalis ex parte generis. Vide rationes
D. Tho. in hac ſolutione.

¶In ſolutione ad tertium adnotat Ange
licus Doctor, quòd ea, quę ſunt de iure naturali
diuerſificantur ſecundum diuerſos ſtatus &
conditiones hominum, & ratio D. Tho. eſt,
quia natura humana non eſt omnino immo
bilis, ſicut diuina, quod explicabitur am-
pliùs infrà, & hoc eſt adnotandum maximè
ad ea quæ dicentur in ſequentibus. Hac ſup
poſita explicatione literæ, D. Thom. ſunt
C duo dubia in hoc articulo.

EST primum dubium, an matrimonium
ſit ex inclinatione naturę. Et à parte
negatiua arguitur primo. Hęc incli-
natio non reperitur in omnib. hominib. er
go non eſt naturalis; conſequentia eſt bona,
nam cum natura eadem ſit in omnibus homi
nibus, ſi inclinatio eſſet naturalis; in omni
bus hominib. reperiretur. Antecedens verò
probatur, nam ad conſeruationem ſpeciei
humanæ & ad perfectam educationem il-
lius, non eſt neceſſarium, quòd omnes homi
nes contrahant matrimonium, vt conſtat,
ergo non eſt inclinatio ad matrimonium
D in omnibus. Probatur conſequentia, nam
natura ſolùm inclinat ad neceſſaria, cum
non abundet in ſuperfluis.

¶ Secundo arguitur. Si matrimonium eſt
ex inclinatione naturali, ſequitur quòd vir
ginitas & cœlibatus ſint contrà inclinatio-
nem naturę, ac ſubinde ſequitur, quòd ha-
beant rationem mali, conſequens autem eſt
falſum, imo hæreticum, ergo illud, ex quo
ſequitur. Minor probatur: Nam certum eſt
in eccleſia, quòd virginitas, & cœlibatus, perti-
nent

nent ad ſtatum perfectionis,& habent maximam rationē boni. Sequela probatur. Nā virginitas & cœlibatus ſunt contra inclinationem naturalē,quæ eſt in homine ad matrimonium,ergo habent rationem mali, id enim quòd eſt cōtrà inclinationē naturalē, malum eſt, nam inclinatio naturalis eſt ad bonum, cū ſit à Deo,& ita D. Tho.in.2.2. quæſt.64.art.5.probat,ꝙ occidere ſeipſum ſit intrinſecè malum, quoniam eſt contra inclinationem naturalem.

¶ Tertio arguitur. Nam ex hoc,ꝙ in homine ſit naturalis inclinatio ad matrimonium,ſequitur ꝙ dentur duę inclinationes naturales in homine contrarię, conſequēs autem eſt falſum, ergo & illud ex quo ſequtur. Minor eſt manifeſta; nam cum inclinationes naturales ſūt à Deo, & bonę,nō poſſunt eſſe contrarię & repugnantes. Sequela probatur. Nam in homine eſt naturalis inclinatio ad venerationē parentum, huic autē inclinationi cōtrariatur inclinatio ad cōtrahendum matrimonium, ergo. Minor ꝓbatur. Nam vt dicit D.Paul.ad Epheſ.ca.5. propter vxorem relinquet homo patrē & matrē. ¶ Quòd ſi quis dicat,quòd nō ſunt contrariæ iſtæ inclinationes, quoniam vna eſt à natura vniuerſali,ſcilicet,inclinatio ad contrahendum matrimonium,alia verò eſt à natura particulari,ſcilicet inclinatio ad venerationem parentum, & quòd hoc nō eſt inconueniens,& eſt ſimile in aqua, quæ habet naturalem inclinationem ad deſcendēdum à natura particulari,habet etiam aſcēdendi inclinationē à natura vniuerſali. Cōtrà, nam inclinatio ad uenerationem parētum eſt etiam à natura vniuerſali,ſicut inclinatio ad amorem Dei, nam parentes ſimul cum Deo concurrunt ad productionē filiorum ut habeant eſſe.

Ad Ephe.c.5.

¶ Quarto. In homine eſt naturalis inclinatio ad cōtemplationem ſcientiarum, nā vt dicit Ariſt. in principio Meth. omnis homo naturaliter ſcire deſiderat, ergo nō eſt in hoīe naturalis inclinatio ad matrimoniū. Probatur conſequentia. Nam vt dicit D.Thom.articulo ſequenti,matrimonium ex natura ſua eſt impeditiuum contemplationis, & ita adducit dictum Theophraſti dicentis, quòd homini ſapienti non expedit nubere.

¶ Quinto arguitur. Si in homine eſt naturalis inclinatio ad matrimoniū,ſequitur ꝙ A in homine poſt diē iudicii maneat talis inclinatio,conſequens autem eſt falſum,ergo illud,ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nā poſt diem iudicii erit eadē natura,ergo eadem inclinatio naturalis, nam inclinatio naturalis ſequitur naturā. Minor verò probatur. Nā alias homo poſt diē iudicii eſſet violentus, nam poſt diem iudicii homines nec nubent nec,&c.

¶ Sexto arguitur,ad ſaluandum finem intētum à natura, qui eſt generatio prolis & illius educationem ſecundum eſſe rationale,ſatis eſt,quòd vir & fœmina contrahant amicitiam,& faciant pactum cohabitādi B ſimul toto tēpore, quod eſt neceſſarium ad illius commodam educationem,vt videtur per ſe notum, ergo non eſt neceſſarium ad hoc indiſſolubile vinculum matrimonii, ac ſubinde nō eſt naturalis inclinatio ad illud.

IN oppoſitum eſt doctrina D. Tho. in hoc articulo ad cuius expoſitionē eſt.

¶ Prima concluſio. Matrimoniū ortū habet ex inclinatione naturæ, itaque naturalis inclinatio eſt ad matrimoniū in natura humana. Antequam iſtam concluſionē probemus,aliqua adnotanda ſunt.

¶ Primū notabile eſt, ꝙ naturalis intentio & inclinatio,quæ per ſe eſt occulta, ex C rerum motib. facile deprehēditur, etenim naturales motus rerū nihil aliud ſunt, quā impreſſiones quædam primi agentis, ſunt etiam certa argumēta intēti finis, & ita ex motu grauium & leuium certiſſime cognoſcimus hanc unam intentionem vt omnia ad loci ſua cōuenientia ferantur,& per hūc modum inclinationē naturalem ad matrimonium cognoſcere poſſumus,conſiderandū enim eſt, quod ſicut homo naturaliter diligit ſeipſum & ſuam cōſeruationem, ita etiam naturaliter diligit bonum ſpeciei, ꝙ eſt excellentius:diligit etiam conſeruationem illius,& in natura duplicem dedit D inclinationem, alteram dedit ad ſumendum cibum,quoniam hęc actio neceſſaria eſt ad indiuidui cōſeruationem, alteram verò dedit ad generationem,quoniam hęc actio neceſſaria eſt ad multiplicationem ſpeciei & conſeruationem illius: hæc autem ſecunda inclinatio maior eſt;magis enim inclinatur homo ad bonum ſpeciei, quàm ad ꝓpriū, quoniā bonū ſpeciei eſt diuinius, vniuerſalius & excellentius,& hac ratione D.Tho. 1.par.quæſt.60.art.5.docet, quòd angelus

maiori inclinatione tendit in dilectionem Dei, quàm in dilectionem propriá; quoniá Deus eſt bonum vniuerſaliſſimum; & aqua naturali inclinatione magis aſcēdit ſurſum propter bonum vniuerſi, quàm deſcendat deorſum propter bonum proprium. Hinc fit, quod natura huiuſmodi operationibus appoſuit delectationem, non vt fierent propter delectationem, ſed vt illo condimento ſubirent operationē cum aliquali detrimēto proprio, & maiorē delectationem appoſuit operationi, per quam conſeruatur ſpecies, quæ eſt ſignum maioris inclinationis. Vnde in incorruptibilibus in quibus conſeruatur ſpecies in vno indiuiduo incorruptibili, non eſt naturalis inclinatio ad tales operationes.

¶ Secundo eſt aduertendū, quòd in animalibus ad generationem nō ſufficit vnum indiuiduum, & ita natura produxit duplex principium, vnum actiuum, aliud uerò velut paſſiuum. Produxit enim in ſpecie humana virum & fœminam; & quāuis Ariſt. lib. 2. de animalibus cap. 4. & libro 4. ca. 6. dicat, fœminam eſſe aliquid occaſionatum & detrimentum naturæ, illud quidem non obſtat, quia illud intelligitur, quantum eſt ex vi agentis particularis; agens enim particulare ſemper intendit id, quod perfectius eſt, vir verò aliquid perfectius eſt in ſpecie humana; nihilominus tamē natura propter bonū ſpeciei intendit etiā fœminā, tāquàm principium paſſiuum generationis. Vnde Geneſ. cap. 1. & 2. dicitur, quòd Deus creauit virum & fœminam; & declarauit illic finem dicens, Creſcite & multiplicamini: in quo ſignificatur, quod vir & fœmina producti ſunt à Deo ad generationem, tanquam ad finem.

Geneſ. c. 1. & 2.

¶ Tertio notandum, quòd autor naturæ non ſolum intendit producere ſubſtantiam hominis, ſed etiam producere hominem ſecundum eſſe rationale, & ſecundū modum hominis, autor enim naturæ intēdit producere opera perfecta, & deducere illa vſque ad ſuam perfectionem; qui enim dat formā dat omnia cōſequentia ad formam; proles verò humana, præ cæteris infirmior naſcitur & magis indiget alieno auxilio, vt dicit D. Tho. hic; & conſtat experiētia, vnde filij hominum magis debent ſuis parentibus, vt dicit Ariſt. 8. Ethic. ca. 4. Tria enim accipiūt ab illis, ſcilicet eſſe, educationē, inſtructionem. Igitur coniunguntur vir & fœmina, primo ad dandum eſſe, ad quod nō ſufficit vnum indiuiduum. Secundo coniuguntur ad educationem, ad quod non ſufficit ſola fœmina, quoniam multa neceſſaria ſunt ad vitæ conſeruationem, quæ per ſolas fœminas geri non poſſunt. Tertio coniuguntur ad inſtructionem vitæ ſecundum eſſe rationale, ad quod non ſufficit ſola fœmina, nam requiritur virtus intelligendi & vis corrigēdi, quæ nō reperitur in fœmina, ſed in viro. Vltimo coniuguntur ad mutua obſequia inter virum & fœminam in domeſticis.

¶ His poſitis, probatur prima concluſio. Nam Ariſt. 8. Eth. ca. 12. & primo Oeconomicorum cap. 3. dicit, quod homo magis eſt animal cōiugale, quam politicum, & quod prima ſocietas, eſt ſocietas domeſtica, & cōiugalis, à qua omnes ſocietates deriuantur; ſed ita eſt, quòd homo habet naturalem inclinationem ad ſocietatem & vitam politicam & ciuilem & ad cohabitandum in vrbibus & viculis: & hac ratione homo dicitur animal politicū, ergo multo magis homo naturaliter inclinatur ad ſocietatem domeſticam & coniugalem; ſi quidem eſt melior & perfectior ſocietas.

¶ Secundo probatur concluſio. Nam Vlpianus in principio Digeſtorum lege 1. tit. de iuſtitia & iure, expreſſe dicit, quod coniunctio uiri & feminæ (quam nos matrimonium appellamus) eſt ius naturale, ac ſubinde eſt ſecundum inclinationem naturæ. Et D. Iſidorus lib. 5. Etymolog. cap. 4. (& refertur dict. 1. cap. ius naturale) expreſſe dicit, quod ius naturale eſt, quod conuenit omnibus nationibus, ut coniunctio uiri & feminæ, ergo matrimonium eſt ex inclinatione naturali.

Lege. 1. tit. de iuſtit. & iure.

Cap. ius naturale d. 1.

¶ Tertio probatur cōcluſio. Homo hēt naturalē inclinationem ad uitā politicā & ciuilē, nā ut dicit Ariſt. 3. Ethic. cap. 3. unicuique ineſt pars boni alterius, & nemo eſt, qui nō indigeat auxilio alterius, & his, quæ ſunt neceſſaria ad uitæ cōſeruationem, ſed in his, quæ ſunt neceſſaria ad vitæ cōſeruationem, quædā competunt ſolis uiris, quædā ſolis fœminis, ergo homo naturalem habet inclinationem ad uitam coniugalem.

¶ Quarto probatur concluſio. Natura intendit multiplicare ſpeciē & illā cōſeruare, nō ſolum in eſſe naturali, uerumetiā in eſſe rationali, ut diximus in notabilibus; ſed ad

hoc

hoc mediū, neceſſariū eſt matrimoniū, ergo matrimoniū eſt ex inclinatione naturæ. Probatur conſequentia. Nā quando eſt naturalis inclinatio ad finem, eſt etiā naturalis inclinatio ad mediū, precipuè ſi illud medium habet proportionē cum aſſequutione finis. Minor. verò probatur. Nam quāuis per fornicationem & vagū cōcubitū poſſit ſpecies multiplicari & cōſeruari in eſſe naturali, nō tamen in eſſe rationali, vt dicit D. Thom. in hoc articulo ad vltimū. Confirmatur argumentū. Nā ex naturalitate finis, colligitur à priori naturalitas mediorū, quæ neceſſariā cōnexionē habēt cū illo fine, ut dicit Ariſt. 2. Phyſi. tex. 75. ſed finis matrimonij eſt maximè naturalis, ergo etiam ipſum matrimonium, quod eſt medium neceſſarium ad talem finem, eſt naturale.

¶Quinto probatur cōcluſio. Homo naturaliter inclinatur ad propriā cōſeruationē & ad ſumendum cibū, quod eſt mediū neceſſariū ad illā, ergo homo naturaliter inclinatur ad matrimoniū, quod eſt medium neceſſarium ad cōſeruationem ſpeciei. Probatur cōſequentia. Nā ut iam ſupra diximus in notabilibus, homo magis inclinatur ad bonū ſpeciei, quod eſt vniuerſalius; quam ad bonum indiuidui; quod eſt particulare.

¶Secunda concluſio. In homine eſt naturalis inclinatio ad matrimonium ratione propriæ differētiæ, per quā diſtinguitur ab aliis animalibus, & etiā aliquo modo ratione generis. Hæc concluſio ponitur ad explicandam præcedentem concluſionem, & ad declarandū magis in particulari, quomodo matrimoniū ſit ex inclinatione naturæ, & hæc concluſio duas habet partes.

¶Prima pars probatur primo ex doctrina D. Tho. in hoc art. ad primū. Vbi docet, q matrimoniū eſt naturale homini, quia ad illud inclinat natura, ſed completur mediā te libero arbitrio, ſicut actus virtutum dicūtur naturales; in quibus verbis expreſſe D. Thom. docet q homo inclinatur ad matrimoniū ratione differētiæ; nā ad actus virtutū naturaliter inclinatur homo ratione differentiæ, & in ſolut. ad 1. expreſſe idē dicit.

¶Secundo probatur hæc pars. Nā homo inclinatur naturaliter ratione propriæ differentiæ ad cōſeruationē ſpeciei multo magis, quam ad conſeruationem indiuidui, ergo naturaliter inclinatur ratione propriæ differentiæ ad matrimonium, quod eſt necesA diū neceſſarium ad cōſeruationem ſpeciei. Probatur cōſequētia. Nā eo modo, quo eſt naturalis inclinatio ad finem, eſt ēt naturalis inclinatio ad media, quæ habent neceſſariam connexionem cum fine.

¶Ex hac parte cōcluſionis ſequitur, q inclinatio naturalis, quæ eſt in homine ad matrimoniū, eſt rationalis, per eſſentiā vel per participationem, ſicut naturalis inclinatio, quæ eſt in homine ad actus virtutum, ratio eſt, nam iſta inclinatio eſt naturalis homini ratione propriæ differentiæ, per quā eſt rationalis & diſtinctus à cæteris animalibus.

B ¶Secunda pars huius concluſionis explicatur à D. Thom. in hoc articulo in ſolutione ad primum argumentum. Nam filiorū procreatio cōmunis eſt omnibus animalibus, ad quam natura animalis inclinat, ergo ratione generis aliquo modo eſt naturalis inclinatio ad matrimonium in homine.

¶Ex his cōcluſionibus apertè ſequitur q ſimplex fornicatio eſt peccatū mortale, cōtra inclinationē naturæ, vt docet D. Tho. in 2. 2. q. 154. & ratio eſt aperta ex dictis: nam ex ſimplici fornicatione regulariter & ut in plurimum, & per ſe loquendo, ſequitur mala
C educatio prolis, quibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principio.

¶Ad primum argumentum dubium eſſe poſſet an hæc inclinatio naturalis, quæ eſt in homine ad matrimoniū reperiatur in ſingulis hominibus, an verò in vniuerſitate & cōmunitate hominum collectiuè. Et quod reperiatur ſolum in cōmunitate hominum collectiuè videtur probari argumento primo facto in hoc dubio. Quod verò hæc inclinatio naturalis reperiatur in ſingulis hominibus, videtur probari omnibus argumētis factis pro prima concluſione, omnia enim
D illa ſi recte intelligantur, videntur cōuincere, q in ſingulis hominibus eſt illa naturalis inclinatio, nam ſinguli homines naturaliter inclinatur ad cōſeruationem ſpeciei, & ſinguli homines inclinantur naturaliter ad vitam politicā, ergo. De hoc tamen dubio dicemus articulo ſequēti vbi declarabimus, an præceptū de matrimonio obliget ſingulos homines. Pro nūc probabilius videtur, q hæc inclinatio naturalis ſit in ſingulis hominibus, ſicut in ſingulis hominibus eſt naturalis inclinatio ad cōſeruationem ſpeciei. Et ad argumentum in oppoſitum dicēdum eſt, q hæc inclinatio eſt neceſſaria in ſingulis

lis hominibus, cum cõſeruatio ſpeciei ſit bonũ vniuerſale, tñ executio huius inclinationis poteſt impediri propter aliud bonũ maius; præcipue quoniã hæc inclinatio eſt rationalis debet exire in actum mediante libero arbitrio, & ita cum non fuerit neceſſariũ ad conſeruationem ſpeciei, ꝙ illa inclinatio naturalis exeat in actu in omnibus hominibus; nõ debet exire. Sit optimum ſimile. In omnibus hominibus eſt naturalis inclinatio ad defendẽdã rempublicam vtcumque, tamen ſi alij defendũt rempublicam nõ eſt neceſſarium, ꝙ inclinatio naturalis, quæ in me reperitur exeat in actum; non diſſimiliter in noſtro propoſito. ¶ Ad ſecundum argumentum aliqui autores dicunt, quod matrimonium & virginitas non habent contrarietatem inter ſe, nam poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto, vt patet in beata virgine, in qua ſimul fuit matrimoniu m & virginitas; vnde inclinatio ad matrimonium & inclinatio ad virginitatem non habent cõtrarietatem inter ſe. Hæc ſolutio nõ eſt bona, & ratio eſt aperta. Nam inclinatio naturalis, quæ eſt in homine ad matrimonium, ex natura ſua ordinatur ad matrimonium conſummatum, per quod conſeruatur ſpecies, nam ex eo, quod conſeruatio ſpeciei eſt ſecundum inclinationem naturæ, colligitur quòd inclinatio ad matrimonium eſt naturalis; quod quidem neceſſario debet intelligi de matrimonio conſummato, matrimonium verò conſummatũ manifeſte repugnat virginitati, & ita inclinatio ad matrimonium & inclinatio ad virginitatem in eodem ſubiecto videntur habere contrarietatem.

¶ Vnde ſit Prima ſolutio, quòd ut iã diximus in ſecunda concluſione, omnis inclinatio, quæ eſt in homine, eſt rationalis per eſſentiam, uel per participationem; & hoc ultimum dicimus, quia appetitus ſenſitiuus eſt rationalis per participationem & non per eſſentiã; & in particulari inclinatio ad matrimoniũ eſt naturalis homini ratione ultimæ differentiæ, & ita omnis inclinatio, quæ eſt in homine ex natura ſua debet regi & gubernari per rationem, unde inclinatio ad matrimonium, cum ſit rationalis, naturaliter inclinat & obligat, quando recta ratio naturalis dictauerit illud eſſe neceſſarium ad conſeruationem ſpeciei, & tunc ſeruare virginitatem non eſt ſecundum inclinationem naturalem, cũ ſit illicitum & contra rectam rationem. Itaque matrimonium & virginitas non ſemper habent contrarietatem. Eſt ſimile. Inclinatio naturalis eſt in homine ad ſumendum cibum propter conſeruationem indiuidui, non tamen inclinatur ad ſumendum cibum ſemper, ſed ad ſumendum cibum, quando recta ratio naturalis dictauerit, illud eſſe neceſſarium ad conſeruationem indiuidui, & ita in homine poſſunt eſſe variæ inclinationes ad diuerſa bona, quando non habent contrarietatem inter ſe, & pro tempore quo non habent cõtrarietatem.

¶ Secunda ſolutio ſit, tenendo, quòd inclinatio ad matrimonium ſolum eſt in tota communitate & nõ in ſingulis hominibus, tunc enim dicendum eſt, quòd in ipſa communitate hominum eſt latitudo inclinationum naturaliũ, cùm ſint homines diuerſi, quidam enim inclinantur ad cõtrahendum matrimonium, quod eſt neceſſarium communitati; alij uero inclinantur ad uirginitatem: alij uero ad alia neceſſaria ad rẽpublicam & ita non ſunt contrariæ inclinationes, cùm non ſint reſpectu eiuſdem partis reipublicæ ſed reſpectu diuerſarum partiũ, quamuis ſit reſpectu ipſius politici. Eſt ſimile. Calor & frigiditas non habent repugnantiam in eodem homine reſpectu diuerſarum partium hominis.

¶ Ad tertium argumentum reſpõdetur, quòd inclinatio ad matrimonium non eſt contra honorem parentum, imo parentes maxime deſiderant matrimonia filiorum, ut ſeipſos in eſſe per longum tempus conſeruent: ex eo uerò quòd maritus nimis diligit uxorem & econtrà, non ſequitur irreuerentia parentum, ut optimè docet D. Thom. in 2. 2. quæſt. 26. articul. 11. ubi ait quòd uxor intentius diligitur propter maiorem unionem, nam ſunt ueluti una caro, ſed parentibus maior reuerentia exhibenda eſt, quoniam diliguntur in ratione principij & ratione cuiuſdam boni eminentioris.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur, quòd contemplatio & matrimonium non ſemper habent contrarietatem, & matrimonium non impedit contemplationem neceſſariã cuilibet in particulari; uerum eſt, quòd eſt maxime neceſſarium toti communitati, quod aliqui ſint liberi à matrimonio

vt

vt melius vacent contemplationi, & ita D. Thom. in articu. 3. ad quartum docet, quòd in ipſa hominum communitate ſunt variæ inclinationes propter diuerſas conditiones indiuiduantes; vnde aliqui inclinantur ad matrimonium, aliqui verò ad contemplationem; & hoc maximè prouenit ex diuina prouidentia, quæ intendit conſeruare bonum commune.

¶ Ad quintum argumentum reſpondetur, quòd poſt reſurrectionem non manebit inclinatio ad matrimonium. Ratio eſt, nã in hac vita talis inclinatio non eſt abſolute & ſimpliciter neceſſaria, ſed ex ſuppoſitione, ſuppoſita corruptibilitate indiuiduorum; poſt reſurrectionem verò non manet talis corruptibilitas, ſed erunt omnes ſicut angeli Dei, ſicut non erit inclinatio ad ſumptionem cibi propter eandem rationem.

¶ Ad vltimum reſpondetur, quòd ex fine matrimonij colligitur euidenter, quòd vinculum viri & fœminæ debet eſſe indiſſolubile, quod demonſtrabitur infra, & ita nõ ſufficit, quòd vir & fœmina faciant pactum ad certum tempus.

SEcundum dubium eſt, an rectè colligatur à D. Thom. quod ſit de iure naturali ex eo, ꝙ eſt ex inclinatione naturali. Ratio dubij à parte negatiua hæc eſt. Nam multi autores, etiam catholici tenent, quòd in nobis eſt naturalis inclinatio ad malum, quæ corrigitur per gratiam, ita tenet Altiſiod. lib. 3. cap. 342. Albertus Magnus in 3. diſtin. 20. quæſtione 1. Diuus Bonauen. eadem diſtin. 92. Gabriel. quæſtione unica. Magiſter Victoria relectiõe, de homicidio. aliqua ex parte cõſentit cum his autoribus ergo non ualet conſequentia, eſt inclinatio naturalis ad matrimonium, ergo eſt de iure naturali. Probatur conſequentia. Nam ea, quæ ſunt de iure naturali ſunt bona. ¶ Confirmatur hæc ratio. Nam homo naturali inclinatione magis diligit ſeipſum, quã Deũ, & tamen hoc non eſt de iure naturali, imo eſt contra ius naturæ, ergo non ualet, eſt de inclinatione naturali, ergo eſt de iure naturali. Conſequentia eſt bona, & minor probatur. Nam præcepto naturali tenetur homo diligere magis Deum, quam ſeipſum. Maior probatur. Nam ſi homo magis incli natur naturaliter ad dilectionem Dei, quã ſuipſius, ſequitur, quòd ad dilectionẽ Dei nõ indigeat uirtute ſupperaddita, ſed ſufficiat inclinatio naturalis uolũtatis, ſicut ſufficit ad dilectionem propriam.

¶ His non obſtantibus ſit concluſio. Ex eo quòd matrimonium ortum habet ex inclinatione naturali, optimè colligitur, ꝙ ſit de iure naturali, & ita colligitur à D. Th. in hoc articulo implicite & uirtualiter, nam cum quærat in articulo an matrimonium ſit de iure naturali, reſpondet, quòd eſt ex inclinatione naturæ.

¶ Ad cuius expoſitionem ſupponẽdum eſt, quod in homine, ut homo eſt rationalis nulla eſt inclinatio naturalis ad malum, nam licet appetitus ſenſitiuus inclinaret, illa inclinatio non eſſet naturalis homini ut homo eſt, ſed homini, ut animal eſt, & ut brutum eſt: inclinatio uero ad matrimonium conuenit homini ut homo eſt. Imo pro nunc ſupponendum eſt, quòd nulla eſt inclinatio naturalis ad malum. Appetitus enim ſenſitiuus in nobis ex natura ſua inclinat ad bonum, nam ex natura ſua eſt ſubiectus rationi, & ex ea parte, qua inclinat ad bonum ſpeciei, ſemper eſt bona inclinatio: quod ſi aliquando ad malum inclinat, illud non habet ex natura ſua, ſed ex defectu ſubiecti: hoc autem probare pertinet ad 2. 2. quæſt. 26. artic. 3. & quæſt. 64. articulo 5.

¶ Hoc poſito fundamento probatur concluſio. Omnis naturalis inclinatio eſt ad bonum, præcipuè illa, quæ eſt ſecundum rationem, & quæ conuenit homini vt homo eſt, ergo ex eo quod aliquid ſit ex inclinatione naturali, præcipuè conuenienti homini vt homo eſt, optimè colligitur quòd ſit de iure naturali, nam eſt ad bonum: inclinatio verò ad matrimonium eſt naturalis & conueniens homini, vt homo eſt, ergo.

¶ Confirmatur argumentũ. Nam ius naturale ſecundùm Iſidorum loco allegato, eſt quod conuenit omnibus nationibus, ſed, id quod eſt ſecundùm inclinationem naturalem, conuenit omnibus nationibus, cùm ſit eadem natura, ergo eſt de iure naturali. Vnde ad rationem dubitandi reſpondetur, quod nulla eſt naturalis inclinatio ad malum, præcipuè ſi conueniat homini, ut ſic, qualis eſt illa, quæ eſt ad matrimonium.

¶ Ad confirmationem reſpondetur cum Diuo Thoma. 1. parte, quæſt. 60. artic. 5. quòd homo & angelus magis inclinantur

naturaliter

naturaliter ad dilectionem Dei, quàm ad propriam, non tamen ſequitur, quòd non ſit neceſſaria virtus ad dilectionem Dei, nam ad ea, ad quæ inclinamur naturaliter, ſi ardua ſint & difficilia, requiritur virtus. Sit exemplum. Probabilis ſententia eſt, quòd videre Deũ ſit finis naturalis, ad quẽ naturaliter inclinamur; & quoniam ille finis arduus eſt & difficilis, ad illum quærendum neceſſaria eſt virtus. Virtus enim ponitur ad vincendam difficultatem: diligere verò Deum ſuper omnia, eſt aliquid arduum & difficile, includit enim obſeruantiam omnium præceptorum, & ideo requiritur virtus in voluntate imo ad bonum aliud eſt etiam proprium, ad quod naturaliter inclinamur, ſi arduum ſit, & difficile in acquiſitione requiritur virtus ſuperaddita voluntati. Eſt exemplum. Nam homo naturaliter inclinatur ad ſciendas veritates naturales, tanquàm ad bonum proprium, tamen quoniam hoc eſt arduum & difficile in ipſa executione, ponitur quædam uirtus quæ dicitur ſtudioſitas ad illum finem conſequendum. ¶ Dico ſecundò, quòd ad diligendum Deum, vt bonum vniuerſale, nõ requiritur aliqua virtus in voluntate, ſed ipſe homo per naturam ſuam ſatis determinatus eſt ad hoc: requiritur autem virtus in voluntate ad diligendum Deum, vt bonum particulare, & ità dilectio Dei, ut eſt quoddam bonum vniuerſale manet in dæmonibus & damnatis, in quibus nulla eſt virtus, ſed ipſa natura ſufficienter determinata eſt ad hoc.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm matrimonium cadat ſub præcepto.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd matrimoniũ adhuc maneat ſub præcepto. Quia præceptum obligat quandiu non reuocatur: ſed prima inſtitutio matrimonij fuit ſub præcepto ut in litera dicitur, nec unquam hoc præceptum legitur reuocatum, imò confirmatum Matth. 19. Quod Deus coniunxit

A homo non ſeparet: ergo adhuc eſt matrimonium ſub præcepto.

¶ 2 Præterea. Præcepta iuris naturalis ſecundum omne tempus obligant; ſed matrimonium eſt de iure naturali, ut dictum eſt, ergo &c.

¶ 3 Præterea. Bonum ſpeciei eſt melius quàm bonum unius hominis, ut dicitur 1. Eth. Sed præceptum primo homini datum ad cõſeruationem indiuidui per actum nutritiuæ adhuc obligat: ergo multo magis præceptum de
B matrimonio quod pertinet ad conſeruationem ſpeciei.

1. Ethi. c. 1.

¶ 4 Præterea. Vbi manet eadem ratio obligans, eadẽ obligatio manere debet: ſed propter hoc obligabantur homines ad matrimoniũ antiquo tẽpore, ne multiplicatio humani generis ceſſaret: cũ ergo hoc idẽ ſequatur, ſi quilibet liberè poteſt à matrimonio abſtinere, uidetur ꝙ matrimonium ſit in præcepto.

SED contra eſt ꝙ dicitur 1. Cor. 7. Qui non iungit matrimonio virginem
C ſuam, melius facit, ſ. quàm qui coniungit: ergo contractus matrimonij nõ eſt ſub præcepto. ¶ Præterea, nulli debetur præmiũ pro tranſgreſſione præcepti, ſed virginib. detur ſpeciale præmiũ, ſ. aureola, ergo matrimoniũ nõ eſt ſub pcepto.

RESPONDEO dicendum ꝙ natura inclinat ad aliquid dupliciter. Vno modo, ſicut ad id, quod eſt neceſſarium ad perfectionem unius: et talis inclinatio quemlibet obligat, quia naturales perfectiones omnib. ſunt commu-
D nes. Alio modo inclinat ad aliquid ꝙ eſt neceſſarium multitudini; & cum multa ſint huiuſmodi quorũ unũ impedit aliud, ex tali obligatione non obligatur quilibet homo per modum præcepti: alias quilibet homo obligaretur ad agriculturam &, ad ædificatoriam, & ad huiuſmodi officia, quæ ſunt neceſſaria communitati humanæ, ſed inclinationi naturæ ſatis fit cum per diuerſa complentur de prædictis. Cùm ergo ad perfectionẽ humanæ multitudinis ſit neceſſariũ aliquos contemplatiuæ uitæ inſeruire, quæ

que maximè per matrimonium impeditur: inclinatio ad matrimonium non obligat per modum præcepti, etiam ſecundum philoſophos. Vnde Theophraſtus probat, quòd ſapienti non expedit nubere.

Habet omnis Theophraſti diſputatio aduerſus nuptias in D. Hier. li. 1. epiſt. contra Iouin. tom. 2.

AD primum ergo dicendum, ꝙ præceptum illud non eſt reuocatum, nec obligat vnumquemq; ratione iam dicta: niſi illo tempore quo paucitas hominum exigebat, ut quilibet generationi uacaret.

B *AD ſecundum & tertium patet reſponſio ex dictis.*

AD quartum dicendum, ꝙ natura humana cōmuniter ad diuerſa officia & actus inclinat, ut dictum eſt: ſed quia eſt diuerſimodè in diuerſis ſecundum quod indiuiduatur in hoc uel in illo, unū magis inclinat ad unū illorū officiorum aliud ad aliud: & ex diuerſitate ſimul cū diuina prouidentia quæ oīa moderatur, conuenit quod unus eligat unum officium, ut agriculturam: alius aliud, & ſic etiam quod quidam eligant matrimonialem uitam; & quidam contemplatiuam, vnde nullum periculum imminet. C

SVMMA ARTICVLI.

IN hoc articulo duæ ſtatuuntur concluſiones. Prima concluſio Præceptum matrimonij nunc non debēt omnes adimplere. ¶ Secunda concluſio. Præceptum matrimonij per aliquos de communitate ſufficienter adimpletur nunc: itaque licet omnes non contrahant matrimonium: ſufficienter adimpletur matrimonij præceptum. Circa iſtum artic. ante omnia diſputādum erat de inſtitutione matrimonii in ratione contractus naturalis: itaq; dubium eſt, quando fuerit inſtitutum matrimonium ſecundum iſtā rationem. Hoc tamen commodius explicabitur in quæſtione ſequenti, ar. 2. D

MOdo verò vt explicemus literam D. Tho. eſt vnicum dubium illudq; grauiſſimum & difficillimum, An ſit præceptum de matrimonio abſolutè, & ſimpliciter loquendo, & videtur vera pars negatiua.

A ¶ Primò arguitur ex doctrina D. Tho. in hoc art. vbi expreſſe docet, ꝙ non eſt præceptum de matrimonio, quod obliget omnes, & conſtituit differentiā inter conſeruationē indiuidui per ſumptionem cibi, & conſeruationem ſpeciei per matrimonium: nā ad conſeruationem indiuidui omnes tenentur, ad conſeruationem verò ſpeciei non tenentur omnes: & argumentā quæ ponuntur in principio articuli, intendunt probare, ꝙ ſit præceptum de matrimonio, & ſoluuntur à D. Th. vt videre eſt in illo, ergo in doctrina illius non eſt preceptum de matrimonio.

B ¶ Secundò arguitur. Nā D. Paul. 1 Cor. cap. 7. poſtquam dixit, vnuſquiſque propter fornicationem ſuam vxorem habeat, ſtatim ſubdit: hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium. Ex quib. verbis, videtur clarè colligi, ꝙ non ſit præceptū de matrimonio. Et in eodem cap. paulo inferius dicit loquens de coniugatis: Tribulationem carnis habebunt huiuſmodi: & ſubdit, ego autem vobis parco. Quibus verbis non ſolū ſignificat Paul. ꝙ non ſit præceptum de matrimonio contrahendo, verum ēt ꝙ non ſit licitum contrahere, cū opus ſit indulgen- 1 Cor. 7

C tiæ, & quod Paul. parcat cōtrahēti matrimonii, ergo non eſt præceptū de matrimonio.

¶ Tertiò arguitur. Si eſſet præceptum de matrimonio; colligeretur ex illis verbis. Creſcite & multiplicamini, Gen. c. 1 & 9. ſed ex illis verbis non colligitur præceptum, ergo non eſt tale præceptum. Conſequentia eſt bona, & maior eſt manifeſta ex autoritate omnium Scholaſticorum qui colligūnt præceptū de matrimonio ex illis verbis. Minor verò probatur. Tum nam eadem verba dicta ſunt omnib. animalibus, & eodē tenore verborum, ut cōſtat ex loco citato, ſed reſpectu Gene c. 1. & 9.

D aliorum animalium non habent vim præcepti, ut conſtat; nam alia animalia non ſunt capacia præcepti, ergo neq; reſpectu hominis: tum ēt cùm ex illis verbis colligitur finis matrimonii: finis. n. matrimonij eſt conſeruatio ſpeciei, & multiplicatio illius, præcepta verò non dātur de fine, ſed de mediis, ut habet cōmunis doctrina omnium Theologorum, ergo in illis verbis non ponitur præceptum.

¶ Quartò arguitur. Conſilia Euangelica nō aduerſantur præceptis, ut eſt certū ſecundum fidem, ſed de fide eſt, ꝙ ſit conſilium de uirginitate, ergo non poteſt eſſe preceptum de matrimonio, præcipuè conſummato,

quod aduerſatur virginitati. Conſequentia eſt bona, maior verò eſt de fide, vt diximus, & conſtat ratione, nam præcepta ſunt de bono, conſilia verò de maiori bono, ergo nō poſſunt habere repugnantiam inter ſe: nam maius bonum et minus bonum non cōtrariantur. Minor vero patet ex D. Paulo 1. Cor. c. 7. vbi loquens de virginitate, inquit, conſilium autem do. ¶ Confirmatur argumentum. Nam actus virtutum non debent habere contrarietatē inter ſe, ſed virginitas eſt virtus, & actus matrimonij eſt cōtrarius virginitati, ergo actus matrimonij non eſt actus virtutis, ac ſubinde non eſt in præcepto. Præcepta enim dantur de actibus virtutum.

1. Cor. 7.

¶ Quintò arguitur. Sola naturalis ꝓpenſio ad actū matrimonialem, coniuncta cum maxima delectatione, quam natura appoſuit, ſufficiens eſt ad propagandum genus humanum & illud conſeruandū: hoc enim ſufficit ad propagandum & conſeruandum alias ſpecies animalium: ſed in homine eſt naturalis inclinatio & propenſio ad matrimonium & ad actum matrimonialem, ut iam determinatum eſt in articulo præcedēti, ergo non eſt neceſſarium apponere præceptum, ſed potius eſſet ſuperfluum.

¶ Sextò arguitur. Præceptum de matrimonio non eſt præceptum naturale, neque eſt præceptum ſuperadditum naturæ, ergo non eſt præceptum. Conſequentia eſt euidens, nā omnia præcepta ſunt naturalia, uel ſuperaddita naturæ. Antecedens vero probatur. Et quidem ꝙ nō ſit præceptum poſitiuum ſuperadditum naturę, uidetur per ſe notum ex fine matrimonij, ꝙ uerò non ſit præceptum naturale probatur. Nā præceptū de matrimonio non eſt principium ꝑ ſe notum in lumine naturali, neq; infertur ex per ſe notis per euidentem conſequentiam, ſed per topicam, & probabilem tantū, ergo non eſt præceptū naturale. Cōſequentia eſt euidens: nam omne illud, quod eſt de præcepto naturali, uel eſt principiū per ſe notū, uel eſt concluſio, quæ infertur ex per ſe notis per euidentem conſequentiā. Antecedens probatur, & quoad primam partem cōſtat, quia certiſſimū eſt, pręceptū de matrimonio non eſſe primum principiū lumine naturali cognitū: quòd uerò non ſit concluſio euidens, probatur. Nam ex hoc principio, genus humanū eſt propagandū, etiam

A ſecundum eſſe rationale, non eſt euidens concluſio, ꝙ matrimoniū ſit neceſſariū, ſed tantum concluſio topica & maximè probabilis: poteſt enim quis dicere, ꝙ per uagum concubitum poteſt optimè proles educari, multi enim generati ſunt per uagum cōcubitum, & tamen ſunt optimè educati, ergo non eſt concluſio euidens ex per ſe notis.

¶ Septimò arguitur. Nam ſi eſſet præceptū de matrimonio, contineretur in præceptis Decalogi, uel reduceretur ad aliquod illorum: omnia enim præcepta naturalia in Decalogo continentur: ſed præceptum de matrimonio non continetur in præceptis B Decalogi, neq; reducitur ad aliquod illorū, ergo non eſt præceptum de matrimonio. Minor probatur. Nam non apparet in quo præcepto illorum contineatur, uel ad quod illorum reducatur.

¶ Octauo arguit. Hoc præceptū de matrimonio nō eſt impoſitū ſingulis hominibus, neq; toti communitati, ergo nō eſt tale præceptū. Conſequentia eſt euidens. Antecedens quantū ad primā partem probatur. Nā D. Paul. 1. Cor. 7. omnibus hominibus in particulari cōſulit uirginitatē, cum dicit, uolo omnes uos eſſe, ſicut meipſum: nā ut dicunt ferè omnes Doctores, D. Paul. fuit C uirgo, ergo non eſt præceptum impoſitum omnibus hominibus de matrimonio: uirginitas enim repugnat matrimonio: præcipuè conſummato: quoad ſecūdam partem probatur anteced͠s quoniam communitas nō tenetur ducere uxorem, item, nā tranſgreſſio aduerſatur præcepto, tranſgreſſio autem in ſingulis hominibus reperitur.

1. Cor. 7.

¶ Nonò. ſi eſſet præceptū impoſitū de matrimonio ſingulis hominibus, uel cōmunitati, ſequitur, ꝙ in aliquo caſu, uidelicet, extremæ neceſſitatis, religioſi, qui etiam habent uotum ſolenne, teneantur ducere uxorem. Cōſequens tamen eſt falſum, ergo & D illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam in tali caſu eſt medium neceſſariū ad conſeruationem ſpeciei, quod religioſi contrahāt matrimonium, & hac ratione eſt impoſitum præceptum de matrimonio, ergo teneutur ducere uxorem. Falſitas uero conſequentiæ probatur. Nam uotum ſolenne facit hominem inhabilem ad matrimoniū contrahendum, ergo religioſi qui habent uotum ſolenne, non tenentur in illo caſu matrimonium contrahere.

IN hac difficultate ſunt diuerſæ ſententiæ. Prima ſententia eſt, ꝙ non eſt impoſitum præceptum de contrahendo matrimonium: hanc ſententiam tenet Metina, libro. 4. de continentia, controuerſia ſecũda. cap. 1. & 6. & hæc ſententia nullam habet probabilitatem, vt patebit ex ſequentibus. ¶ Secunda ſentẽtia eſt huic oppoſita, & eſt communis, quòd eſt præceptum de matrimonio, & hæc ſententia eſt vera, & tenẽda.

¶ Pro cuius explicatione ſit prima concluſio. Matrimonium eſt in præcepto, ſiue illud præceptum fuerit poſitum à Deo ut autore naturæ, ſicut fuit illud quod dedit ad conſeruationem indiuidui, De omni ligno paradiſi comedes, ſiue a Deo vt legiſlatore ciuili, ut illud quod poſuit primis parentibus, ne comederent de ligno ſcientiæ boni & mali.

B ¶ In hac concluſione conueniunt omnes Theologi, & colligunt præceptum ex illis verbis, Creſcite, & multiplicamini, & hanc ſententiam tenet Magiſter in 4. diſt, 26. c. 3. vbi dicit, ꝙ prima inſtitutio matrimonij, præceptum habuit. Eandem ſententiam tenet D. Tho. in hoc artic. præſertim ad primum argumentum. Scotus, quæſt. 1. illius diſtin. Duran. ead. diſt. q. 2. Palud. quæſt. 3. Magiſter Soto. q. 1. artic. 2. & hanc ſententiam tenẽt omnes expoſitores D. Thomæ.

C ¶ Et probatʼ concluſio primo. Matrimoniũ eſt maximè neceſſariũ ad propagãdum genus humanum, vt conſtat: ſed ad finem tam neceſſarium oportet, quòd media ſint neceſſaria, & in pręcepto, ergo matrimoniũ eſt in præcepto. ¶ Confirmatur argumentum: Nam ut dictum eſt in articulo præcedenti, matrimonium eſt ex inclinatione naturæ, & ex conſequenti de iure naturę propter rationem immediatè dictam, ergo matrimonium eſt in præcepto. Probatur conſequentia. Nam ea quę ſunt de iure naturali ſunt in præcepto.

D ¶ Secundò probatur concluſio. Præceptũ eſt de ſumptione cibi in ordine ad conſeruationem indiuidui, ſed magis neceſſaria eſt conſeruatio ſpeciei, quam conſeruatio indiuidui, tum quoniam eſt bonum vniuerſalius, & diuinius, tum etiam quoniam conſeruatio & multiplicatio indiuiduorũ ordinatur ad conſeruationẽ & multiplicationẽ ſpeciei, ergo etiam eſt præceptũ de matrimonio, per quod conſeruatur ſpecies. Con-

A ſequentia eſt bona, & maior notiſſima eſt.

¶ Tertio probatur. Magis neceſſaria eſt conſeruatio ſpeciei, quam conſeruatio patriæ, nam conſeruatio ſpeciei eſt bonũ excellentius & diuinius, quam conſeruatio patriæ, ſiquidẽ eſt vniuerſalius: ſed vnuſquiſq; tenetur ex præcepto propriã patriam conſeruare, ergo tenetur conſeruare ſpeciem per matrimonium. Sed explicandum eſt in particulari quodnam ſit præceptum affirmatiuum, vel negatiuum, naturale, vel ſuperadditum naturæ? Et quide, an ſit naturale, vel ſuperadditũ naturæ, explicabitur in ſolutione ad ſextum argumentum.

¶ Ad explicandum vero an ſit affirmatiuum vel negatiuum, ſit ſecunda concluſio. Præceptum de matrimonio contrahendo eſt præceptum affirmatiuum, obligãs ſemper, non tamen pro ſemper, ſed in caſu extremæ neceſſitatis, ut præceptũ de conſeruatione indiuidui, & præceptum de conſeruatione patriæ, & alia præcepta affirmatiua. In hac concluſione conueniunt omnes Theologi in locis citatis in præcedenti cõcluſione. Et probatur hæc cõcluſio tali ratione: nam præceptum illud colligitur ex illis verbis, Creſcite, & multiplicamini, ut diximus in præcedenti concluſione, ſed illa forma loquendi & dicendi explicat præceptum affirmatiuũ, vt conſtat, ergo eſt præceptum affirmatiuum. Hoc autem eſt præceptum affirmatiuum, ꝙ obliget ſemper, non tamen pro ſemper, ergo. ¶ Et cõfirmatur argumentum. Nam præceptum de cõſeruatione indiuidui, quod explicatur illis verbis, De omni ligno paradiſi comedes, eſt affirmatiuum obligans ſemper, & non pro ſemper, & pręceptum de conſeruatione patriæ, eſt affirmatiuũ obligans ſemper, non tamen pro ſemper, ergo præceptum de matrimonio affirmatiuum, eſt obligans ſemper, non tamen pro ſemper, ſi quidem ordinatur ad conſeruationem ſpeciei. Gen. 2.

¶ Ex hac concluſione ſequiʼ, quòd poſt ſufficientem propagationem & multiplicationem generis humani, præceptum illud de matrimonio non obligat pro tunc, & ita in lege naturæ, & in lege gratiæ, & in lege ſcripta poſt ſufficientem propagationem & multiplicationem populi Iudaici non obligat pro tunc præceptũ de matrimonio contrahendo. In hoc corollario conueniũt omnes Theologi citati pro prima concluſione,

&

& ratio eſt vnica: nam præceptum de matri
monio, cùm ſit affirmatiuum, obligat in ca
ſu neceſſitatis, ſed in omnibus illis caſi-
bus nulla adeſt neceſſitas, vt conſtat, ergo
non obligat pro tunc. ¶ Et confirmatur ar-
gumentum. Nam præceptum de largien-
da eleemoſyna ſolùm obligat in caſu ne-
ceſſitatis, ergo ſimiliter præceptum de
matrimonio: in illis autem caſibus nulla
adeſt neceſſitas, ergo non obligat pro tunc.
Et aduertendum eſt, quod hæc eſt potiſsi-
ma ratio propter quam Deus à principio
Gen. ca. 1. & 9. mundi Geneſ. 1. & poſt diluuium Gen. 9.
promulgauit hoc præceptum, dicendo: Cre
ſcite, & multiplicamini, vt ſignificaret, quod
pro illis temporibus obligabat præceptum
de matrimonio contrahendo, cum eſſet ma
xima neceſsitas pro tunc.

AD argumenta in principio facta re-
ſpondendũ eſt 1. ad primũ argumen
tum ex doctrina D. Thomæ reſpon-
detur, quod ſi Doctor Angelicus attente le
gatur in toto illo articulo, manifeſta eſt ex-
plicatio illius: diſputat enim D. Tho. de cir
cumſtantia temporis præſentis poſt propa-
gationem generis humani: itaq; diſputatio
eſt, an pro nunc obliget illud præceptum de
matrimonio contrahendo, & cõſtat aperte
ex eo quòd ſtatim in principio dicit, vide-
tur, quod matrimoniũ adhuc maneat ſub
præcepto: & ita D. Thom. reſpondet, quòd
non eſt præceptum obligans pro circũſtan
tia illius temporis, quando iam erat ſufficiẽ
ter propagatum genus humanum: & non
docet, quod non ſit præceptum abſolutè lo
quendo de matrimonio contrahendo: vnde
in ſolutionem ad primum expreſsè docet, quod
in caſu neceſsitatis omnes tenentur contra-
here matrimonium. & hæc eſt legitima ex-
poſitio D. Thomæ, de qua plura dicentur
in ſolutione ad octauum argumentum.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quod ſecú-
dùm aliquos præceptum de matrimonio ſo
lùm obligat communitatem, vt poſtea dice
mus, & ideo reſpectu particularium non
eſt præceptum, neque imperium, vt dicit
D. Paul. in loco citato in argumento ſecun
do, & quamuis præceptum de matrimonio
omnes obliget, obligat tamen pro caſu ex-
tremæ neceſſitatis. nam cum ſit præceptum
affirmatiuum, non obligat pro ſemper: vn-
de extra illum caſum nõ eſt imperium, ſed
potius eſt conſilium ſeruare virginitatem.

A Et ita ad locum D. Paul. dicẽdum eſt, quod
illud verbum, indulgentia, & venia; quam
importat, uerbum, parco, aliquando ſignifi-
cat culpæ relaxationem, condonationem,
& remiſſionem: aliquando vero ſignificat
benignitatem, qua quis non rigoroſe, ſed
blandè ſe gerit cum aliquo: & in hac vltima
acceptione ſumitur indulgentia & verbum
parco à D. Paul. & nõ in priori: & ita ſignifi
cat D. Paul. quod matrimoniũ lege Euan-
gelica pertinet ad ſtatũ imperfectorũ, & di-
cit quandã relaxationẽ extra caſum neceſſi
tatis: non verò ſignificat vitium & culpam.

B ¶ Ad tertium argumentum reſpondetur,
quòd præceptum de matrimonio optimè Gen. c. 1
colligitur ex illis verbis, Creſcite, & multi-
plicamini: in quibus verbis explicatur præ
ceptum, non quia ibi inſtituatur præceptũ
de matrimonio, nam vt dicemus in ſolutio
ne ad ſextum, præceptum de matrimonio
eſt maxime naturale, & ita inſitum eſt men
tibus hominum, ſed eſt explicatio naturæ,
& præcepti naturalis. ¶ Vt ad primam pro
bationem in oppoſitum dicẽdum eſt, quod illa
verba reſpectu aliorũ animalium nõ habẽt
vim præcepti, ſed ſignificant vehementiſſi-
C mum appetitum naturæ ſenſitiuæ, quoniã
omnia animalia non ſunt capacia præcepti,
reſpectu vero hominis, qui eſt capax præce
pti, ſignificant impoſitionem, uel declara-
tionem præcepti, nam ut optime dicit Ca
iet. in 2. 2. quæſt. 66. art. 1. quando aliquid
conuenit naturæ inferiori & ſuperiori, ex-
cellentiori modo conuenit ſuperiori, & ſe-
cundùm modum ſuæ naturæ: ſicut homo
reſpectu aliorum animalium, quæ ad ipſum
ordinantur, habet dominium, quoniam eſt
capax dominii, alia uero animalia quãtum
uis ſuperiora, non habent dominiũ aliorũ
D animalium, quæ ad ipſa ordinantur, quia
non ſunt capacia dominij. ita in propoſito,
cùm homo ſit excellentioris naturæ, & ca-
pax præcepti, multiplicare ſpeciem, & con-
ſeruare illam conuenit ei ſecundum præce
ptum, non uero aliis animalibus. ¶ Ad ſe-
cundam probationem reſpondetur, quod
præceptum de matrimonio non eſt de pro
pagatione generis humani; quæ habet ratio
nem finis, ſed de adhibendo medium neceſ
ſarium ad illam propagationem, ſcilicet, de
matrimonio, & de eius uſu: & quãuis in il-
lis uerbis, Creſcite, & multiplicamini, uide Gen. c. 2.
tur poſitum præceptum de propagatione
quæ

quæ eſt finis, tamen tenetur non ponitur, ni A
ſi de medio neceſſario, quod eſt ibi inclu-
ſum implicitè & uirtualiter.

¶ Ad quartum argumentũ reſpondetur,
quod formaliter loquẽdo virginitas & ma
trimonium nõ habent oppoſitionem in ge
nere moris, ſed in genere naturæ, nam ut di
ximus, quando matrimonium eſt in præce
pto, virginitas non eſt in conſilio: quando
verò matrimonium nõ eſt in præcepto, uir
ginitas eſt in conſilio. ¶ Dico ſecũdo, quòd
virtutes, quæ ſunt neceſſariæ ad ſalutem ſin
gulis hominibus, ſemper habent oppoſitio-
nem cũ uitio, vt patet de charitate: uirtutes B
uerò, quæ nullam habent neceſſitatẽ, non
eſt neceſſarium, quod habeant oppoſitionẽ
cum uitio; ſed poſſunt habere oppoſitionẽ
cum re licita: huiuſmodi ſunt quædam uir
utes, ut uirginitas & caſtitas, de quo uide
D. Thomam. 2. 2. quæſt. 152. ar. 3. ad quar-
um. & 5.

¶ Ad quintum reſpõdetur, quòd delecta
io, quæ eſt in matrimonio, potius eſt ſignũ
præcepti, ſicut delectatio quæ eſt in ſum-
tione cibi, fuit autem maxime neceſſariũ
rę ceptulm de matrimonio, ne homines de
iſterent ab uſu matrimonii & procreatio- C
e liberorum, uel propter fœditatem, uel
ropter alia incõmoda, quæ affert, ſaltem,
el propter alias cauſas.

AD ſextum argumẽtum dubium eſt,
An præceptum de matrimonio, ſit
præceptum naturale impoſitum à
Deo ut autore naturę, an uerò ſit pręceptũ
oſitiuum ſuperadditum naturæ, impoſitũ
Deo, ut eſt legiſlator ciuilis, & uidetur
uod non ſit naturale.

¶ Primo arguiť argumento ſexto facto.

¶ Confirmatur illud. Diuiſio rerum nõ
t de iure naturali, ſed de iure gentium, D
uoniam non infertur ex principiis per ſe
otis per euidentem conſequentiam, ſed
r topicam & probabilem, quam ferè om-
s homines admittunt, ex his enim prin-
pijs; pax ſeruanda eſt in Republica, & agri
nt colẽdi multum probabiliter ſequitur,
go diuiſio rerum eſt facienda; ſed eodem
odo ſequitur, quòd ſit contrahendum
atrimonium ex eo quòd eſt conſeruanda
cies humana & propaganda, ergo.

¶ Secundò. Ius naturale non dependet a
ſitiuo, ſed econtra ius poſitiuum depen-
a naturali, ſed præceptum de matrimo
nio dependet a iure poſitiuo, ergo non eſt
præceptum naturale. Conſequentia eſt eui
dens, maior probatur, nam vt dicit D. Th.
in 1. 2. quæſt. 95. art. 2. Ius poſitiuum deri-
uatur à iure naturali, & ita ius naturale nõ
dependet à iure poſitiuo: item ius poſitiuũ
vel eſt per modum concluſionis à iure natu
rali, vel per modum determinationis, vt ibi
dem dicit D. Tho. ergo prius natura eſt ius
naturale, quam ius poſitiuum, ac ſubinde
non dependet ab illo, nam prius non depen
det à poſteriori. Minor probatur, nam prę-
ceptũ de matrimonio dependet ex volun-
tate contrahentium, & ex conditionib. ap-
poſitis à iure poſitiuo, ergo.

¶ Tertio. Ea, quæ ſunt de iure naturali,
ſunt inuariabilia & immutabilia, ſicut natu
ra inuariabilis eſt & immutabilis, ſed præce
ptum de matrimonio eſt variabile & muta
bile, ergo nõ eſt naturale. Minor probatur.
Nam præceptum de matrimonio à princi-
pio obligabat omnes, modo vero non obli-
gat omnes, non enim omnes tenentur con-
trahere matrimonium, vt dicit D. Tho. in
art. ergo variatum eſt & mutatum.

IN hac difficultate Scotus 4. Sent. diſt.
26. quæſt. 1. putat, non eſſe præceptum
naturale de matrimonio. In cuius ex-
poſitionem ſit prima concluſio. Præceptũ
de matrimonio eſt maximè naturale cum
omni proprietate. Hæc concluſio eſt ferè
omnium Theologorum in 4. diſtinct. 26.
eam tenet Magiſter Sotus loco ſupra cita-
to. Et probatur primo. Natura intendit cõ-
ſeruationem ſpeciei per matrimonium, ſed
neceſſitas medio naturalium deſumitur ex
neceſſitate finis, & naturalitate illius, ergo
cum propagatio ſpeciei ſit finis neceſſa-
rius & naturalis, vtpote à natura intentus,
præceptum de matrimonio erit maximè
naturale.

¶ Secundò. Præceptum naturale eſt de
conſeruandis indiuiduis per ſumptionem
cibi, de conſeruandis parentibus, innocenti-
bus & patria, ſed magis neceſſaria eſt in na-
tura propagatio ſpeciei & eius conſeruatio
quæ fit per matrimonium, & eſt magis na-
turalis, ut conſtat, cum ſit bonum naturæ
excellentius, ergo de matrimonio eſt præ-
ceptum naturale.

¶ Tertio. Si præceptum de matrimonio
non eſt naturale, ſequitur quòd tale præce-
ptum ſit reuocatum & abrogatum in lege
gratiæ,

gratiæ, conſequēs eſt falſum, ergo. Sequela probatur. Nam omnia præcepta poſitiua legis naturæ, & legis ſcriptæ, ceſſauerunt & ſolum perſeuerant præcepta naturalia, quæ pertinent ad mores, & præcepta ſupernaturalia fidei, & ſacramentorum.

¶ Confirmatur argumentum. Nam oīa præcepta iuris poſitiui, etiam ſi ſint iuris gentium, reuocari poſſunt per voluntatem humanam principum, ſicut ab illa pēdent, vt diffinitur in 2.2.q.57.artic.2. & in. 1. 2. in materia de legibus, ergo ſi præceptum de matrimonio nō eſt naturale, ſequitur, quòd per voluntatem humanam reuocari B poſſit, quod eſt impoſſibile.

¶ Sed tota difficultas eſt, explicare in particulari quomodo ſit de iure naturali. In qua quidē re cōueniunt omnes Theologi in hoc, quòd præceptū de matrimonio non eſt principium per ſe notum lumine naturæ, taliter, quod ſit principium primum luminis naturalis, & hoc cōſtat manifeſtè, nā non eſt principium primum practicū pertinens ad ſynderesim, Vnde tota difficultas eſt, an hoc præceptum ex per ſe notis per euidentem conſequentiam colligatur.

¶ In qua re Magiſter Sotus in 4. diſtinct. C 26. quæſt. 1. articul. 2. videtur dicere, quòd præceptum de matrimonio non eſt principium per ſe notum in lumine naturæ, neq; ex per ſe notis colligitur per euidentē conſequentiam, ſed per conſequentiam maximè apparentem & efficacem, itá, vt nullus hominum eam neget. Nam inquit, ea quę ſunt de iure naturali, ſunt in triplici differētia, quædam ſunt principia per ſe nota, ut illa: Bonum eſt faciendum, malum fugiendum, nulli facienda eſt iniuria. Alia ſunt q̄ ex per ſe notis colliguntur per euidentē cōſequentiam, ut illud; Nō eſt faciendum furtū, quod euidenter colligitur ex illo principio, Nulli faciēda eſt iniuria. Alia ſunt quæ D non inferuntur per clariſſimā cōſequentiā, ſed per conſequentiam maximè efficacem, videlicet quòd vſura ſit contra iuſtitiam, & in iſto tertio gradu conſtituit præceptum naturale de matrimonio.

¶ Hec ſententia ſic expoſita probari poteſt tali ratione. Nā concluſio quæ infertur ex vna propoſitione de fide, & altera cognita lumine naturali, maiorē certitudinē habet, quam naturalem, hebet enim certitudinē ſupernaturalē, vt hæc propoſitio. Chriſtus eſt riſibilis, quod diffinitur in 1. parte, quæſt. 1. art. 5. Et ſi conſequentia tantū habeat certitudinem naturalem, & præmiſſæ certitudinem ſupernaturalem, concluſio habet certitudinem ſupernaturalem. Itaq; concluſio poteſt habere maiorem certitudinem quàm altera præmiſſarum, & quam bonitas conſequentiæ, ergo concluſio quæ infertur ex principiis per ſe notis in iure naturæ per conſequentiam maximè probabilem & efficacem, maiorem certitudinem habet, quam probabilem & efficacem, ac ſubinde habet certitudinem naturalem & pertinet ad ius naturæ. Probatur conſequentia. Nam vtrobique eſt eadem ratio.

¶ Confirmatur argumentum. Propoſitio fidei pendet ex vna de fide & altera cognita certitudine naturali, imo certitudine morali tantum, vt exiſtimat Magiſter Cano. lib. 6. de locis Theologicis, cap. 8. Hæc enim propoſitio: In eccleſia ſunt ſacerdotes, quæ eſt de fide, & quòd in Eccleſia ſit Euchariſtia; pendet ex vna de fide, & altera certa certitudine morali tantum, nam quod ſacerdotes ſint ritè conſecrati, & habuerint intentionem ad conficiendam Euchariſtiā non eſt certum ſecundum fidem, ſed certitudine morali: item quod concilium ſit ritè congregatum eſt certum certitudine morali tantū, & tamen ab hac certitudine pendet concluſio fidei: ergo ſi principia ſint per ſe nota, & conſequentia maximè efficax & probabilis, concluſio pertinebit ad lumen naturæ.

¶ Aliqui verò alij autores impugnāt iſtā ſentētiam Magiſtri Soti tali ratione. Nā in hoc differt ius naturale & ius gētium, quod naturale infertur ex principijs per ſe notis per euidentem conſequentiam, at vero ius gentium infertur per conſequentiam maximè efficacē, & maximè conſentaneam naturæ, vt diximus de diuiſione rerum, ergo ſi matrimonium pertinet ad ius naturæ dēt. inferri per euidentem conſequentiam. Cōfirmatur. Nam quæ pertinēt ad ius naturæ ſunt per ſe & intrinſece bona, & oppoſita intrinſecè mala, ergo vel ſunt principia per ſe nota, vel per euidentē cōſequētiā inferūtur ex principijs per ſe notis. Et propter hāc rationem cū ſua confirmatione putant iſti autores quod ſententia Magiſtri Soti ſit falſa.

¶ Secunda concluſio in huius expoſitionē. Matrimonii præceptū eſt de iure naturali

tali taliter quòd infertur ex per ſe notis per euidentem conſequentiam moraliter. Dixi in concluſione moraliter: quoniam conſequentia aliqua poteſt eſſe euidens euidentia quadam metaphyſica & mathematica; poteſt etiam eſſe euidẽs euidentia morali; quę aliqualiter deficit à ratione euidentiæ; non enim in omnibus exigenda eſt eadem euidẽtia. Igitur quæ ſunt de iure naturali ſunt in triplici differentia. Quædam ſunt per ſe nota: alia verò ſunt, quæ ex per ſe notis inferuntur per euidentem conſequentiam mathematicè & logicè loquendo. In tertio gradu ſunt quæ inferuntur per euidentem conſequentiam moraliter loquendo, & in iſto tertio gradu continetur præceptũ naturale de matrimonio. Hæc concluſio quantùm ad hoc quod debeat inferri per euidentem conſequentiam eſt omnium Theologorum, nec in hoc diſſentit Magiſter Sotus. Et probatur primò concluſio quantũ ad hoc, ratione & confirmatione horum Doctorum.

A

¶ Secundò probatur concluſio. Nam iſta propoſitio, Matrimonia ſunt contrahenda; colligitur ex principiis per ſe notis, & per euidẽtem conſequentiam: ergo eſt de iure naturali iſto modo. Conſequentia eſt bona, antecedens probatur. Nam iſta propoſitio eſt euidens in lumine naturæ: ſpecies humana propagańda eſt, hæc etiam eſt euidens lumine naturæ, ſpecies humana debet propagari, vel per matrimonium, vel per vagum concubitum: ſed euidens eſt in lumine naturæ: quod fornicatio & vagus concubitus eſt illicitus, vt definitur. 22. q 154. artic. 7. ergo euidens eſt, quòd ſpecies humana non eſt propagãda per fornicationem. Ac ſubinde colligitur euidẽter, quòd medium neceſſarium ad propagationem ſpeciei humanæ eſt matrimonium: & quod de illo eſt præceptum naturale. Et hoc argumentum ſpecialiter habet vim cõtra rationem Soti. Quod verò illa conſequentia non ſemper debeat habere euidentiam metaphyſicam & logicam: ſed ſufficiat moralis in noſtro propoſito, eſt expreſſa Soti in noſtro caſu. Nam conſequentiam, quam ipſe vocat probabilem, poſteà vocat moraliter euidentem. Et ita ſine cauſa iſti autores reprehendunt illũ. Ratio eſt. Nã non ſemper eſt exigenda eadẽ euidentia in omnibus, In rebus moralibus, moralis, & non metaphyſica eſt exigenda. Quando verò infertur aliquid ex principiis

B

per ſe notis in rebus moralibus per cõſequẽtiam efficaciſſimã, ita vt nullus hominũ eã negare poſſit, abſolutè loquendo, talis conſequẽtia eſt euidens; mortalitèr loquendo, quanuis metaphyſicè & logicè loquendo: non ſit euidens. Tale eſt præceptum de matrimonio, quod quidem infertur ex principiis per ſe notis per conſequentiam moraliter euidentem.

¶ Et ad rationem propoſitam pro ſentẽtia Magiſtri Soti ſecundum aliquos reſpondetur, quòd eſt maxima differentia inter cõcluſionem Theologicam, quæ infertur per euidentem conſequentiam lumine naturali, vel ex vna propoſitione certa lumine naturali, & inter concluſionem, quæ infertur ex principijs per ſe notis per topicam & probabilem conſequentiam. Ratio differentiæ eſt. Nam propoſitio fidei, & lumẽ naturale cõueniunt in certitudine: & ita conſequentia euidẽs luminę naturæ, vel propoſitio certa lumine naturali, eſt aptum & diſpoſitũ medium ad hoc, quòd certitudo fidei tranſeat per illud: quamuis talis concluſio nõ habet tantam certitudinem ſicut eſt certitudo fidei. Conſequentia tamen topica & probabilis, vel propoſitio topica & probabilis, cum non habeat certitudinem, non eſt aptum & diſpoſitum medium ad hoc, quòd certitudo luminis naturalis tranſeat per illud.

C

¶ Ad confirmationem reſpondetur, quod propoſitio quæcunque de fide non dependet ex aliqua propoſitione certa certitudine morali, quantum ad aſſenſum fidelis: imò non dependet ex aliqua ratiocinatione. ſed immediatè ſine aliquo diſcurſu debemus credere propter primam veritatem reuelãtem. Vnde ad argumenta facta in principio huius dubii reſpondetur.

D

¶ Ad primum, quod eſt ſextũ dubii principalis, reſpõdetur, ꝙ præceptũ de matrimonio infertur ex principiis per ſe notis per cõſequẽtiam euidentem, ſaltem mortaliter, vt iam dictum eſt. Ad confirmationem reſpondetur, quod ius gentium licet inferatur per modum concluſionis: tamen renera non eſt conclnſio, neq; infertur per conſequentiam efficaciſſimã & euidentem, moraliter loquendo, & ex natura ipſarnm rerũ abſolutè loquendo, ſed ſuppoſito aliquo: verbi cauſa, diuiſio rerũ facięda eſt, infertur ex iis principijs, pax eſt ſeruãda in Repub. & agri ſunt colendi, hoc autem fieri non poteſt cõmodè

B ſuppoſita

ſuppoſita malitia hominum, niſi res approprientur, ergo diuiſio rerum eſt facienda. vbi manifeſte apparet, quòd concluſio nō infertur ex connexione ipſarum rerum, abſolute loquendo. Poterāt enim agri optimè coli, & pax poterat ſeruari, etiam ſi res eſſent communes, ſi eſſet rectitudo in voluntate. Suppoſita tamen malitia hominum, hoc nō poteſt cōmode fieri, licet abſolutè poſſet fieri. Matrimonium verò infertur, vt neceſſarium & nullo ſuppoſito, ſed ex connexione ipſarū rerum: & ita eſt de iure naturali.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd ſicut non eſt inconueniens quòd cauſa ſecunda determinet cauſam primam: tamen cauſa prima nōn depēdet a ſecunda, ita ut accipiat virtutem ab illa: ita ius poſitiuum poteſt determinare ius naturæ: ius tamen naturale non depēdet à poſitiuo, neque accipit virtutem ab illo: ſed potiùs ius poſitiuum dependet a iure naturali, & ab illo accipit uirtutē. Et ita nō eſt mirū, quod ius naturale determinetur per voluntatem contrahentium, & per leges poſitiuas Eccleſiæ. Furtum enim eſt cōtra legem naturę, & tamen ſupponit diuiſionem rerum, quæ eſt de iure humano, videlicet, de iure gentium: & quòd calix conſecratus non ſit vendēdus, eſt de iure naturali, & tamē ſupponit cōſecrationem, quæ eſt de iure poſitiuo & humano.

¶ Ad tertium argumentum aliqui autores exiſtimant, quod præceptum de matrimonio reuocatum eſt, & ita dicunt, quod hoc præceptum à principio mundi obligabat omnes, & ſimiliter poſt diluuium ante ſufficientem propagationem generis humani, cæterum poſt ſufficientem propagationem illud præceptum reuocatum eſt, ita tenet D. Bonauentura in. 4. diſt. 26. quæſt. 1. articulo. 3. & Abulenſis ſuper caput. 19. Matth. quæſtione. 19. ad ſecundum. ¶ Veritas tamen eſt, quod hoc præceptum, cum ſit præceptum naturale, neque eſt reuocatum, nec reuocari poteſt, nec mutari. Hoc conſtat manifeſtè, primo, nam præcepta naturalia ſunt immutabilia, & reuocari non poſſunt, & tamdiu durant, quantum ipſa natura, vt docet D. Thom. in. 2. 2. quæſtione. 94. articulo. 5. ſed præceptum de matrimonio, ut iam diffinitum eſt, eſt maxime naturale, ergo. ¶ Secundo. Præceptum de matrimonio deſtinatum eſt a natura ad propagationem ſpeciei, & ſi modo eſſent

A pauciſſimi homines, obligaret præceptum de matrimonio, ergo modo etiam obligat, nam ridiculum eſt dicere, quod quando adeſt neceſſitas, eſt præceptum, & quando nō adeſt neceſſitas, reuocatur: hoc enim aduerſatur ſtabilitati & perpetuitati naturæ. ¶ Tertiò. Præcepta naturalia de iuſtitia & miſericordia, obligant quando non habet homo poteſtatē reddendi debitum, & quando non ſunt pauperes, quibus tribuamus eleemoſynam, ergo idem erit dicendum de præcepto naturali matrimonii.

¶ Vnde ad argumentum dicendum eſt, B quod ſemper obligat & nunquam uariatur, verum eſt, quod hoc præceptum obligat pro tempore neceſſitatis, & non obligat pro nunc, inde tamen nō ſequitur, quod præceptum de matrimonio ſit uariatum & mutatum formaliter loquēdo, prout erat præceptum de matrimonio, quamuis aliquo modo appareat mutatum: igitur ſi cōſideretur præceptum de matrimonio prout obligabat omnes ante ſufficientem propagationem ſpeciei, obligat etiam modo: obligabat enim protunc propter neceſſitatem, & ſi modo adeſſet illa neceſſitas, modo etiā C obligaret. Et ex dictis ſoluitur ſextum argumentum principalis dubii.

¶ Ad ſeptimum argumentum dubium eſt, ad quodnam præceptum Decalogi reducatur præceptum de matrimonio. Ad hoc quidam dicunt quod reducitur ad præceptum de amore ſui, quod eſt præuium ad præceptum Decalogi, nam conſeruatio ſpeciei oritur veluti ex amore proprio, quo quis deſiderat conſeruare ſeipſum in eſſe, nam cùm non poſſit perpetuo conſeruari in indiuiduo, intendit conſeruare proprium eſſe eo modo, quo poteſt, ſcilicet D conſeruando ſpeciem. ¶ Alij vero dicunt, quod reducitur ad præceptum de non occidendo, nam ſicut ille qui in extrema neceſſitate non ſuccurrit patienti illam, dicitur occidere illum, ſecundùm illud Ambroſ. Si non pauiſti, occidiſti, ita qui in extrema neceſſitate non contrahit matrimonium propter conſeruationē ſpeciei, dicitur occidere. ¶ Alii vero dicunt, quod hoc præceptum reducitur ad præceptum de dilectione proximi, nam conſeruatio ſpeciei & illius multiplicatio veluti pertinet ad bonum proximi, & iſte modus dicendi videtur probabilior.

Ad

AD octauum argumentum dubium eſt de vniuerſalitate huius præcepti, an obliget omnes, & videtur ꝙ non obliget omnes in particulari. Primò arguitur argumento octauo facto, nam omnibus conſulitur virginitas, ergo.

¶ Secundò arguitur ex doctrina D. Th. in hoc articulo, vbi expreſsè dicit, ꝙ hoc præceptum obligat communitatem, & non ſingulos in particulari, idem videtur docere D. Thom. 1. 2. quæſtione. 152. artic. 2. ad primum.

¶ Tertiò probatur ratione. Nam ea, quæ ſunt neceſſaria ad Rempublicam, habēt inter ſe oppoſitionem, vt patet, nam vt iam diximus, ad bonum commune eſt neceſſarium matrimonium, eſt etiam neceſſaria contemplatio, quæ habent oppoſitionem inter ſe, vt videtur dicere Diuus Thomas in articulo; ſed in eodem ſingulari non poteſt eſſe inclinatio ad oppoſita, neque præceptum de oppoſitis, vt manifeſte conſtat, ergo.

¶ Quartò. Sicut in eſſe naturali eſt neceſſaria conſeruatio ſpeciei, ita in eſſe ſupernaturali neceſſarium eſt, quod ſint ſacerdotes, & quod conficiatur Euchariſtia, & de vtroq; eſt prçceptū in Eccleſia; ſecundum illud: Hoc facite in meam cōmemorationē, ſed hoc præceptum non obligat ſingulos in particulari, ſed ſolam Rempublicā Chriſtianam, ergo neque præceptum de matrimonio. Maior eſt manifeſta, minor probatur. Nam nullus in particulari tenetur eſſe ſacerdos, neque conficere Euchariſtiam.

IN oppoſitum eſt. Primo, nam D. Tho. in ſolutione ad primum expreſsè dicit, ꝙ in tēpore neceſſitatis obligat ſingulos in particulari, ergo præceptū ipſum per ſe ſingulos obligat, nā licèt excuſentur pro tempore quo non eſt neceſſitas, nō tamen pro tempore neceſſitatis, ergo.

¶ Secundò arguitur. Præceptum de matrimonio eſt maximè naturale, vt diffinitū eſt, ſed naturalia communia ſunt habentibus naturam, naturale enim dicitur, vt deriuatur à natura, ergo obligat ſingulos in particulari. ¶ Confirmatur primo. Nam inclinatio ad conſeruationem ſpeciei, communis eſt omnibus hominibus, magis enim inclinatur homo ad conſeruationem ſpeciei quam ad propria, ergo præceptum de matrimonio ſingulos homines obligat. ¶ Se-

A cundò cōfirmatur. Omnes homines in particulari habent ab ipſa natura principia ꝓxima & immediata ad conſeruandam ſpeciem, & ad contrahendum matrimonium, ergo ſignum maximum eſt, ꝙ illud præceptum obligat omnes, ſiquidem natura fuit prouida in hac re, tanquàm in re maximè neceſſaria.

¶ Tertio. Præceptum de conſeruanda patria ſingulos obligat in particulari, ergo etiam præceptum de matrimonio, quod ordinatur ad propagationem ſpeciei. Antecedens eſt notum, conſequentia vero probatur. Nam magis neceſſaria eſt propagatio ſpeciei & conſeruatio generis humani, quā
B conſeruatio patriæ, & præceptum de conſeruatione patriæ deſtinatum eſt & ordinatum ad bonum commune, ſicut præceptū de matrimonio.

¶ Quarto. Nam præceptum de matrimonio, vt iam ſupra diximus, eſt præceptū affirmatiuum, prçceptum vero affirmatiuum eſt de actu ſingulari: ſed actus ſingularis exigit ſingulare ſubiectū, vt conſtat, ergo præceptum de matrimonio reſpicit ſingulare ſuppoſitum & non cōmunitatem. ¶ Et confirmatur argumentum. Nam omni præcepto contrariatur transgreſſio, vt conſtat, ſed huiuſmodi tranſgreſſionis non poteſt
C eſſe ſubiectum tota communitas, ſed ſuppoſitum particulare, ergo etiam ſuppoſitum particulare eſt ſubiectum obligationis præcepti. Minor probatur. Nam ſi communitas eſſet primarium ſubiectum, ad ſingulos homines pertineret peccatum.

IN hac difficultate & propter hæc argumenta pro vtraq; parte poſitā, ſunt variæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſententia eſt Magiſtri Soti in 4. diſt. 26. q. 1. art. 2. quam etiam ſequuntur multi Thomiſtæ, quæ aſſerit, quod hoc præceptum de matrimonio non obligat omnes in particulari, ſed totam communitatem & rectores illius. Ad cuius expoſitionem aduertūt cum D. Tho. in hoc articulo, quod ea quæ ſunt neceſſaria, ſunt in duplici differentia: quædam ſunt neceſſaria propter conſeruationem indiuidui, vt ſumere cibum, quædam vero ſunt neceſſaria ad communitatē, vt agricultura, & ars domificandi, & aliæ multæ artes. Ea quæ ſunt primi generis præcipiuntur cuilibet in particulari, quilibet enim in particulari tenetur ſumere ci-

bum ad conſeruationem propriam. Eà verò quæ ſunt ſecundi generis non obligant ſingulos in particulari, ſed communitas adſtringitur illo præcepto: & ita eſt præceptum in communitate de ordine, & de conficienda Euchariſtia. Dicunt ergo iſti autores, quòd præceptum de matrimonio, eſt præceptum ſecundæ claſſis, & ita non obligat omnes in particulari, ſed Rempublicam in communi: & hanc ſententiam videtur tenere Caietan. in 2. 2. quæſtione. 152. articulo 2. Durandus in 4. diſtinctione 26. quæſtione 1. Scotus in eadem diſtinctione quæſt. 1.

¶ Secunda ſententia eſt aliquorum Thomiſtarum, & eſt affinis præcedenti, & conſiſtit in tribus dictis. Primum dictum eſt, quòd præceptum de matrimonio, primò & per ſe obligat publicam poteſtatem. Et ratio huius dicti eſt, nam finis matrimonij eſt bonum commune, ſed publica poteſtas per ſe reſpicit bonum commune, ergo præceptum de matrimonio per ſe obligat publicam poteſtatem: & ita dicunt, quòd primo parenti ſimul impoſita ſunt duo præcepta, alterum de tuenda & conſeruanda vita propria, alterum de conſeruanda ſpecie: & illud primum præceptum impoſitum eſt Adæ tãquam ſingulari ſuppoſito, ſecũdum vero impoſitũ eſt illi tanquã principio generis humani, & tãquã poteſtati publicæ, & ita poteſtas publica tenetur iura matrimonij illæſa ſeruare & cõiugatos ſuis fauoribus proſequi, & ſi neceſſarium fuerit ad matrimonium compellere. ¶ Secundum dictum eſt, quòd poſt multiplicationem generis humani, etiam ſi nullam diligentiam de nouo adhibeat, poteſtas publica excuſatur, à tranſgreſſione huius præcepti. Ratio huius dicti eſt, quia finis naturæ obtinetur per voluntatem particularem liberam, ſicut ego excuſor a præcepto eleemoſynæ reſpectu alicuius pauperis, ſi aliquis alius præuenit largiendo illi eleemoſynam. ¶ Tertium dictum eſt, quòd illud præceptum de matrimonio obligat etiam particulares homines ſecundariò, vel quãdo genus humanum redactum fuerit ad minimã paucitatem; vel quando id præceperit rationabiliter publica poteſtas, nam ſicut publica poteſtas tenetur prouidere Reipublicæ de militibus & alijs officijs neceſſariis, & ſi non eſſent, qui ſponte ſe offerrent, poſſet

A

C

D

princeps particulares ciues ad id compellere, & ipſi tenerentur obedire: ita etiam poteſt publica poteſtas compellere ad matrimonium quando opus fuerit, & ipſi tenerentur obedire, & ſecundum iſtam ſententiam poſſet reſponderi ad argumenta facta, quæ militant contra illam, vt poſtea dicemus.

¶ Tertia ſententia eſt aliquorum etiam Thomiſtarum, quod hoc præceptũ de matrimonio obligat ſingulos in particulari. Ad cuius rei expoſitionem eſt aduertendũ, quòd functiones & officia publica, quæ ordinantur ad bonum publicum, ſunt in duplici differentia. Quædam ſunt ad quæ non habet homo principia proxima & immediata, ſed tantum habet principia remota, vt patet in omnibus artibus & in omnibus ſcientijs, ad quas non habet homo principia proxima & immediata à natura, ſed habet homo principium remotum, ſcilicet rationem: ad agriculturam enim & ad militiam non tribuit natura, niſi rationem quæ eſt principium remotum. Alia vero ſunt officia publica ad quæ habet homo ab ipſa natura principia proxima, & immediata & non ſolum remota. V. g. ad defendendam Rempublicam, vtcũque habet homo à natura principium proximum, habet enim robur naturale & fortitudinem naturalem, neruos & lacertos, &c. & inter hæc ſecunda officia annumeratur actus matrimonialis ad quem habet homo ab ipſa natura proxima & immediata principia: & hac ratione dicunt, quòd præceptum de matrimonio obligat ſingulos in particulari. Ratio eſt: nam præcepta illa, quæ dantur de actionibus ad quas habet homo proxima & immediata principia, obligant ſingulos in particulari, nam illud bonum ad quod obligat tale præceptum, eſt magis intimum & neceſſarium ipſi naturæ & Reipublicæ, cùm ipſi natura, quæ maximè prouida eſt, & nõ deficit in neceſſarijs, dederit proxima & immediata principia, & propter oppoſitam rationem præcepta quæ dantur de officijs, primi generis, non obligant ſingulos in particulari, ſed Rempublicam in communi.

¶ Concluſio ſit. Prima ſententia eſt probabilis: ſecunda vero probabilior: tertia vero omnium probabiliſſima. Hæc concluſio habet tres partes. Prima pars probatur autoritate Doctorum, qui illam tenent, & argumentis factis primo loco, quæ probabilitatem

licatem habent.§Secunda verò pars probatur aliquibus argumentis factis ſecundo loco & rationibus factis pro dictis illius ſententiæ & autoritate Doctorum, qui illam tenent. Et ſecundum iſtam ſententiam dicendum eſt, quòd nihilominus in omnibus hominibus eſt naturalis inclinatio ad contrahendum matrimonium, quamuis nõ omnes in particulari teneantur contrahere matrimonium, quoniam iſta inclinatio conſequitur ſenſum tactus, qui eſt cõmunis omnibus indiuiduis, & præcipuè quoniam ordinatur ad maximum naturæ bonum, & ita quibuſdam deſeruit, vt inſtrumentum operis: alijs verò ad exercitium virtutis, & ſic nihil eſt ſuperfluum in natura.¶ Tertia verò pars probatur autoritate Doctorum, qui illam tenent, & argumentis factis ſecundo loco, quæ probabiliſſima ſunt, & præcipuè fundamento poſito in explicationem huius ſententiæ, eo quo deducitur probabiliſſimum argumentum pro illa ſententia, & hæc ſententia tenenda eſt.

VNde ad argumenta facta primo loco reſpondetur. Ad primum argumentum quod eſt octauum principalis dubij, reſpondetur, quòd præceptum de matrimonio ſemper obligat omnes, non tamen pro ſemper, ſed pro tempore neceſſitatis, & ita pro illo tempore quo non obligat omnes, D. Paul. omnibus conſulit uirginitatem.

¶ Secundo reſpondetur, quod illud teſtimonium D. Paul. intelligendum eſt de uoluntate antecedenti ad iſtum ſenſum, quantum eſt ex me, & ex parte mea vellē, ſi poſſibile eſſet, omnes ſeruare uirginitatem: ad eum modum, quo explicatur illud teſtimonium, 1. ad Timot. cap. 2. Qui vult omnes homines ſaluos fieri, de uoluntate antecedenti.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd D. Tho. art. loquitur de circunſtantia temporis præſentis, quando iam eſt ſufficienter propagatum genus humanum, ut iam ſupra diximus, & ita D. Th. in ſolutione ad primum dicit, quod tempore neceſſitatis omnes obligat: & ad locum adductum ex. 1. 2. reſpondetur, quod ibi D. Th. loquitur de officiis publicis ad quę non habet homo proxima & immediata principia ſed ſolum remota.

¶ Ad tertium reſpondetur, quod ea quæ ſunt neceſſaria Reipublicæ, ad quæ non ha

A bet homo proxima, & immediata principia, habent oppoſitionem inter ſe, & ita nõ eſt uniuerſalis inclinatio in omnibus hominibus ad illa, ſed eſt diuerſa inclinatio in diuerſis hominibus pro uarietate indiuiduorum & conditionum indiuiduantium: illa vero, ad quæ habet homo proxima & immediata principia, ſunt maxime intima naturæ & maximè neceſſaria, & ita eſt uniuerſalis inclinatio in omnibus hominib. & eſt præceptum obligans omnes pro tempore neceſſiaatis, & pro illo tempore non habent oppoſitionem cum aliquo.

B ¶ Ad quartum argumentum reſpondetur, quòd præcept um de ordine & de cõficienda Euchariſtia non obligat omnes, ſed ſolam Rempublicam, & rectores illius, quoniam eſt de bono cõmuni, ad quod homo etiã eleuatus ad eſſe gratiæ non habet proxima & immediata principia, cæterum ad cõſeruationem ſpeciei habet homo proxima & immediata principia, & ita bonũ matrimonii in eſſe naturali, eſt magis neceſſarium, quam aliud bonum quod intenditur per præceptum de ordine, & de conficiẽda Euchariſtia in eſſe ſupernaturali gratiæ.

C ¶ Ad rationem pro primo dicto ſecũdæ ſententiæ reſpondetur ex dictis in argumentis præcedentibus, & inſuper dicẽdum eſt, quod ad ſolam publicam poteſtatem pertinet bonum commune, quatenus bonũ publicum eſt, & quatenus eſt bonum Reipublicæ: bonum autem ſpeciei, quod intenditur per matrimoniũ, non ſolum eſt bonum publicum & bonum Reipublicæ, ſed etiam eſt bonum particularium, & ita magis inclinatur particularis homo ad bonum ſpeciei, quàm ad bonum indiuidui. Et ex dictis in hoc dubio colligitur apertè, quod inclina-

D tio ad matrimonium, quæ eſt naturalis, ut diximus in artic. præcedẽti, eſt in omnibus hominibus. multo magis quam inclinatio quæ eſt ad conſeruationem propriam.

ADd nouum argumentum dubii principalis, dubium eſt, An ſi tantum eſſent religioſi in mundo tenerentur contrahere matrimonium ad conſeruandam ſpeciem. Et quidem caſus, moraliter loquẽdo: non eſt poſſibilis, ſi tamen poſſibilis eſſet, videtur, quod tenerentur ducere vxores, nam vt diffinitũ eſt, præceptum de matrimonio obligat ſingulos, etiam in particulari, ergo religoſi in caſu neceſſitatis tenen-

tur contrahere matrimonium. A

¶ Secundò. Omnes religioſi tempore neceſsitatis tenẽtur defendere Rempublicam, ſed propagatio generis humani, quæ fit per matrimonium, eſt m agis neceſſaria, quam defenſio Reipublicæ, vt ſæpè dictum eſt, ergo ad illam tenentur etiam religioſi.

¶ Tertiò. Votum ſolenne religionis factũ eſt hac implicita ceonditione, ſi aliud non fuerit neceſſarium ad propragationem generis humani, ergo tenentur contrahere matrimonium. Conſequentia patet, antecedens probatur. Nam eſt præceptum naturale de contrahendo matrimonium obligans omnes & tempore neceſsitatis, ergo virtus religionis, quæ perficit naturam & non deſtruit, debet obligare hac implicita conditione: aliàs deſtrueret naturam. B

¶ In oppoſitum eſt primò. Nam ſi eſſent coniugati ſteriles in orbe, nõ poſſent diſſoluere primum matrimonium, & contrahere aliud, ergo neque religioſi poſſunt ducere vxores. Probatur conſequentia. Nam ſicut per primum matrimonium traditi ſunt, & hac ratione non licet contrahere matrimonium ſecundum, ita ſimiliter per votum ſolenne religionis traditi ſunt Deo totaliter, ergo non licet contrahere matrimonium. C

¶ Secundo. Solennis profeſſio facta eſt ſine aliqua implicita conditione, ſed abſolutè & ſimpliciter, ergo non poſſunt contrahere matrimoniũ in illo caſu. Probatur conſequentia. Nam ſi donatus eſt abſolute & ſimpliciter Deo, nõ poteſt homini donari. Antecedẽs in quo eſt difficultas probatur. Nam quando adeſt extrema neceſſitas, ego poſſum tradere totam meam ſubſtantiam alicui ſin e aliqua conditione implicita, uel formali, & ſi poſtea fuerit extrema neceſſitas excuſor a præcepto eleemoſynæ, ergo idem erit in noſtro caſu, cum iam tradiderit ſeipſum Deo, & non ſit neceſſariũ apponere aliquam conditionem. D

¶ In hac difficultate propter varia argumenta, ſunt diuerſæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſententia aſſerit, ꝙ religioſi tenẽtur in illo caſu contrahere matrimonium. Hanc, ſententiã tenet Magiſt. Sotus loco citato, & Magiſt Victoria, relectione, de matrimonio. Durand. verò diſt. 36. q. 2. exiſtimat, ꝙ in illo caſu religioſi nõ tenentur contrahere matrimonium, quia exiſtimandum eſſet, ꝙ tunc iam eſſet numerus prædeſtinatorum completus, & quod adeſſet iam finis mundi, quæ ratio (vt optime docet Magiſt. Soto) non eſt bona, quoniã non poſſumus ſcire, quando ſit vltimũ tempus, & quando ſit completus numerus prædeſtinatorum; quoniam de illo die nemo ſcit, neque filius hominis. eandem tenet Palud. quæſt. 2. alia ratione, nã, uotum quod autoritate Dei fit, ſine eius reuelatione non debet uiolari.

¶ Concluſio ſit. Prima ſententia eſt probabilis, ſecunda uero uidetur probabilior. Prima pars probatur autoritate Magiſt. Soti & Victoriæ, & argumentis primo loco factis. Secũda uero pars probatur argumẽtis factis ſecundo loco, quæ probabiliora ſunt: Vnde ad primum argumẽtum in oppoſitũ reſpondetur, ꝙ præceptum naturale de matrimonio obligat omnes in extrema neceſſitate, omnes, inquam, qui poſſunt ſubuenire illi neceſſitati, illi uero qui habent uotum ſolenne religionis, ſunt impediti, traditi omnino Deo, & ſe caſtrauerunt propter regnum Dei, ſicut in extrema neceſſitate præceptum de eleemoſyna obligat illos, qui habent facultatem ſubueniendi.

¶ Ad ſecundum reſpõdetur, ꝙ ad defenſionem Reipub. religioſi non ſunt impediti, neq; illud eſt contra ſuam profeſſionem, & ideo tenentur in caſu neceſſitatis: ad uſum uero matrimonialem ſunt impediti per uotum ſolenne religionis, nam illius aduerſatur traditioni, & ideo in nullo caſu poſſunt contrahere matrimonium.

¶ Ad tertium reſpondetur, quod uotum ſolenne non eſt factum aliqua poſita conditione formali, uel implicita, ſed abſolute & ſimpliciter, & ſine conditione traditus eſt, neq; eſt neceſſarium, ꝙ uotum ſolenne fiat mediante aliqua cõditione, ſicut nec donatio bonorum temporalium, ut iam dictum eſt; illi uerò qui non ſunt religioſi, licet habeant uotum caſtitatis, ut clerici qui ordinati ſunt ordinibus maioribus, tenentur in illo caſu contrahere matrimonium.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum actus matrimonij ſit li-
citus.

AD TERTIVM ſic
proceditur. Videtur ꝙ a-
ctus matrimonialis ſem
per ſit peccatum. 1. Cor.
7: Qui nubunt ſint tan-
quam non nubentes, ſed non nubentes
non habent actum matrimonialẽ, ergo
etiam nubentes peccant in actu illo.

¶ 2 Preterea. Iſai. 59. Iniquitates
noſtrę diuiſerunt inter nos & Deum no
ſtrum: ſed actus matrimonialis diui-
dit hominem à Deo: vnde Exo. 16. præ
cipitur populo qui debeat Deũ uidere,
ut non accederent ad uxores ſuas. Et
Hier. dicit ꝙ in actu matrimoniali Spi
ritus ſanctus prophetarum corda non
tangit, ergò eſt iniquitas.

¶ 3 Preterea. Illud ꝙ ſecundum ſe
eſt turpe, nullo modo poteſt bene fieri:
ſed actus matrimonialis habet concupi
ſcentiam adiunctam quę ſemper eſt tur
pis, ergo ſemper eſt peccatum.

4 Præterea. Nihil excuſatur, niſi
peccatum: ſed actus matrimonialis in-
diget excuſari per bona matrimonij, ut
Magiſter dicit: ergo eſt peccatum.

¶ 5 Præterea. De ſimilibus ſemper
idem eſt iudiciũ: ſed concubitus matri
monialis eſt eiuſdem ſpeciei cum actu
adulterij, quia ad idem terminatur, ſ.
ſpeciẽ humanã: ergo cũ actus adulterij
ſit peccatũ, et act⁹ matrimonij ſimiliter.

¶ 6 Præterea. Superfluitas in paſſio
nibus corrumpit uirtutem: ſed ſemper
in actu matrimoniali eſt ſuperfluitas
delectationis, adeo ꝙ abſorbet rationẽ,
quę eſt principale hominis bonum. Vn-
de Philoſophus dicit 7. Eth. c. 14. Quòd
impoſſibile eſt hominem aliquem in ip
ſa intelligere: ergo actus matrimonia-
lis ſemper eſt peccatum.

Sed contra, 1. Cor. 7. dicitur: Virgo ſi
nubat, non peccat & 1. Timoth. 5. Volo
A iuuenculas nubere, & procreare filios:
ſed procreatio filiorum non poteſt eſſe ſi
ne carnali coniunctione: ergo actus ma-
trimonialis nõ eſt peccatum, alias Apo
ſtolus non uoluiſſet illud. ¶ Præterea:
Nullum peccatum eſt in præcepto: ſed
actus matrimonialis eſt in præcepto. 1.
Cor. 7. Vxori uir debitum reddat, ergo
non eſt peccatum.

RESPONDEO dicendum,
ꝙ ſuppoſito quòd natura corporalis ſit à
Deo bona inſtituta, impoſſibile eſt dice
re, ꝙ ea quę pertinent ad conſeruationẽ
B naturæ corporalis, & ad quæ natura in-
clinat ſint uniuerſaliter mala: & ideo
cum inclinatio ſit naturæ ad prolis pro-
creationem, per quã natura ſpeciei con
ſeruatur; impoſſibile eſt dicere, ꝙ actus
quo procreatur proles, ſit uniuerſaliter
illicitus: ut in eo medium uirtutis inue
niri non poſſit. niſi ponatur ſecundũ quo
rundam inſaniam, ꝙ res corruptibiles
creatę ſunt à malo Deo: ex quo fortè Ibi, Fue
deriuatur quòd in litera tangitur, & i- rũt aũt.
deò eſt peſſima hęreſis.

AD primum ergo dicendum, ꝙ
C Apoſtolus in uerbis illis non prohibuit
matrimonij actum, ſicut eorum poſſeſ-
ſionem cum dixit, qui utuntur hoc mũ
do ſint quaſi non utentes, ſed in utroque
fruitionem prohibuit. quod patet ex ip-
ſo modo loquendi. Non enim dixit,
ſicut non habentes, ſed quaſi non vten-
tes vel non habentes.

Ad ſecundum dicendũ, ꝙ Deo con
iungimur & ſecundũ habitum gratię
& ſecundum actum contemplationis,
& amoris. Quod ergo primam coniun
ctionem ſeparat, ſemper eſt peccatum,
D non aũt ꝙ ſecundam: quia aliqua oc-
cupatio licita circa res inferiores ani-
mũ diſtrahit, vt actu Deo coniũgi non
ſit idoneus. & hoc pcipuè accidit in car
nali cõiunctione, in qua detinetur mẽs
pp delectationẽ intenſam. Et pp hoc il-
lis quib. competit diuina cõtẽplari aut
ſacra tractare, in dicitur pro tpe illo ab
ſtinẽ etiã ab vxorib. & ſecundũ hoc etiã
dicitur ꝙ ſpiritus ſanctus quantum ad

 actum

actum reuelationis ſecretorum, nō tangebat mentes Prophetarum in vſu matrimonij.

AD tertium dicendum, quòd turpitudo illa concupiſcentiæ quæ actum matrimonialem ſemper comitatur, non eſt turpitudo culpæ, ſed pœnæ ex peccato primo proueniens: vt ſcilicet inferiores vires & mēbra corporis, rationi non obediant. Et propter hoc ratio non ſequitur.

AD quartum dicendum, quòd illud propriè excuſari dicitur, quod aliquam ſimilitudinem mali habet, & non eſt malum, vel tantum quantum apparet: quia quædam excuſantur à toto, quædam à tāto: & quia actus matrimonialis propter corruptionem concupiſcentiæ habet ſimilitudinem actus inordinati. ideo pro bono matrimonij excuſatur vt non ſit peccatum.

AD quintum dicē dum. quòd quā uis ſint ſpecie naturæ idem, tamen differunt in ſpecie moris, quam una circunſtantia variat, ſcilicet accedere ad ſuam vel non ſuam: ſicut etiam occidere hominem per violentiam vel per iuſtitiam facit diuerſam ſpeciem moris, quamuis ſit vna ſpecies naturæ: & tamen unum eſt licitum, aliud illicitum.

AD ſextum dicendum, quòd ſuperfluitas paſſionis quæ uirtutem corrumpit, non ſolùm impedit rationis actum, ſed tollit rationis ordinem, quod non facit delectationis intenſio in actu matrimoniali: quia etſi tunc non ordinetur homo: tamen à ratione eſt præordinatus.

SVMMA ARTICVLI.

IN hoc articulo concluſio D. Thom. eſt affirmatiua. Circa quem articulum, An vſus matrimonij & actus illius ſit peccatum, videtur vera pars affirmatiua. ¶ Primò arguitur ex D. Paul. 1. Corin. 7. vbi loquēs de matrimonio & eius vſu, dicit, quod A non eſt ſecundum imperium, ſed ſecundum indulgentiam: in quo verbo D Paul. ſignificat, ꝙ matrimonium & eius vſus habeāt rationem peccati: & D. Aug. lib. de bono coniugali cap. 10. legit, veniam, loco illius verbi, indulgentiam, venia autem non debetur, niſi pro peccato, ergo. & in eodem cap. poſtquam D. Paul. tribuit licentiam contrahendi matrimonium, ſubdit, Ego autem vobis parco, ergo præſupponitur culpa.

¶ Secundò ex doctrina Diui Thomæ ad ſecundum, vbi D. Tho. dicit, quod vſus matrimonij B impedit charitatem, non quidem ſecundùm habitum, ſed ſecundùm actum, ſed nihil eſt impedimentum actus charitatis, niſi peccatum, ſaltem veniale, quod quidem impedit feruorem charitatis, ergo.

¶ Tertiò. In vſu matrimonij homo ſciēs & volens priuat ſe vſu rationis, ſaltem per aliquod breue tempus, quod ſupponimus, vt certū, ergo talis vſus eſt intrinſecè malus Probatur conſequentia. Nam ideò ebrietas eſt intrinſecè mala, quoniam in illa homo ſciens & prudens priuat ſe vſu rationis, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 15. art. 2. ¶ Quòd ſi qs dicat, quòd in ebrietate priuat ſe homo C vſu rationis ex immoderata vini delectatione, in vſu verò matrimonj ex moderato amore propagandæ ſpeciei hnmanæ, cōtra ſaltem ſequitur, ꝙ vſus matrimonii propter delectationem, ſit mortale. Conſequens eſt falſum, ergo. Sequela probatur. Nam talis vſus non ordinatur ad finem matrimonij ¶ Confirmatur. Qui inebriant ſe ad vitandā ſæuitiam tyranni, peccant mortaliter, etiā ſi illud faciāt ex cauſa honeſta, quoniā priuant ſe vſu rationis, ergo ſimiliter actus matrimonij erit peccatum mortale, etiam ſi D fiat propter honeſtam cauſam conſeruādæ ſpeciei, ſi quidem priuant ſe vſu rationis.

¶ Quarto. Tanta fœditas ineſt actui matrimoniali in ordinē ad ſuā, ſicut in ordine ad alienā, ergo ſi vſus matrimonialis cū aliena eſt peccatum mortale, ita vſus matrimonialis cùm propria. Antecedens videtur notum, conſequentia patet. ¶ Quòd ſi quis dicat, ꝙ vagus cōcubitus per ſe habet malam educationem prolis, licet aliquando habeat bonam. Contra ſequitur, ꝙ vſus matrimonialis, neq; intrinſecè ſit bonus, neq; intrinſecè ſit malus, ſed indifferens, ſicut negotiatio vel pluralitas beneficiorū. Cōſequēs eſt falſum

falſum, ergo. Sequela probatur. Nã ex vſu matrimoniali aliquando ſequitur bona educatio prolis, aliquando verò mala, vt patet.

IN hac difficultate, & vt explicuimus literã D. Tho. aduertẽdum eſt, ꝙ in matrimonio duo ſunt. videlicet, cõtractus coniugij, quo perpetuo vinculo ligãtur ad generationem carnalem, & vſus ipſe matrimonij, qui nihil aliud eſt, quàm copula carnalis: & de vtròque fuerunt errores temporibus antiquis. Nam, Marcion, & Tatianus, attendentes ad turpitudinẽ, quæ ineſt actui coniugali, & ad depreſſionem mentis, dixerunt, matrimoniũ eſſe illicitum, Iouinianus verò inoidit in contrarium errorem, docuit enim matrimonium æquandum eſſe virginitati, Lutherus incidit in maiorẽ inſaniam dicens, quod Deus dabat maiorem gratiam coniugibus, quam virginibus. Vnde D. Hieron. inſurgens contra illum, lib. 1. contra Iouin. adeo extollit virginitatem, vt viſus ſit prohibere matrimonium fidelibus, propter quam cauſam D. Hier. edidit correctorium pro libris contra Iouin. & D. Aug. hoc intelligens, primo cõpoſuit lib. de bono cõiugali, & cõſtituit nuptias in ſuo gradu, poſtea vero edidit librum de ſancta virginitate, vt aſſerit 2. lib. retract. cap. 22.

¶ Prima concluſio. Cõtractus matrimonii licitus & ſanctus eſt, ſecũdum fidẽ. Probatur hæc concluſio primo. Nam id quod Deo autore inſtitutũ eſt, licitum eſt & ſanctum, ſed matrimonium eſt à Deo inſtitutum, ergo licitũ eſt & ſanctũ. Maior eſt nota, minor probatur ex Scripturæ locis. Nã
Gen. 1. & 2. Gen. c. 1. & 2. narratur, quod Deus eduxit Euam ab Adam & cõiunxit illos, quam hi-
Mat. 19. ſtoriam refert Chriſtus Matth. 19. & interpretatur de matrimonio, dicẽs, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

¶ Secũdo probatur ex multis locis ſacræ Scripturæ, in quibus ponuntur cõditiones & leges de matrimonio, vt de ſuſcitando ſemine fratris: & ad Rom. 7. Mulier viuente
[Ro]m. 7. viro alligata eſt legi viri. Et 1. Cor. 7. Virgo
[C]or. 7. ſi nubat nõ peccat. Et. 1. ad Tim. 4. loquens
[1. ad] Ti. Paul. in particulari de his hæreſibus, dicit, ꝙ
[&] 5. eſt doctrina demoniorũ prohibentiũ nubere, &c. & idẽ habetur cap. 5. ergo cõtractus matrimonii licitus eſt & ſanctus, aliàs enim in ſacris literis nõ cõſtituerent leges de illo.

¶ Tertio. Si contractus matrimonij non eſſet licitus, & ſanctus, Chriſtus Dominus

A ſua præſentia, & primo miraculo non decoraſſet matrimonium, vt legitur Ioan. ca. 2. Ioan. 2.
ergo euidens argumẽtũ eſt, ꝙ matrimoniũ ſit licitum & ſanctum. ¶ Quartò probatur concluſio ex conſenſu vniuerſalis Eccleſiæ ab orbe cõdito, vſq; ad noſtra tempora, ſẽper enim iudicatũ eſt in Eccleſia, ꝙ contractus matrimonii licitus eſt & ſanctus, ergo.

¶ Quintò probatur ex diffinitione Eccleſiæ, nã ita diffinitur in Concil. generali Lateranẽſi ſub Innocen. III. & vt refertur c. Firmiter, de ſumma Trinit. & fide catho. & in Concil. Bracarenſi, ca. 11. & in Concilio
B Florent. in decreto de ſacramẽtis, & in Cõcilio Trident. Seſſio. 24. in doctrina de ſacramẽto matrimonii. ¶ Et cõfirmaт̃ argũ. ex conſenſu omnium Sanctorũ & ſcholaſticorũ, nullus enim eſt, qui oppoſitũ doceat.

¶ Sextò probatur ratione. Nã Chriſtus Dominus cõtractũ matrimonii eleuauit ad rationem ſupernaturalem ſacramẽti, quod eſt certũ ſecundùm fidẽ, ut dicemus quæſt. ſequenti: tamẽ abſurdũ eſt dicere, ꝙ Chriſtus Dominus aſſumpſit, ut inſtrumẽtum noſtræ iuſtificationis, aliquid illicitum & peccatum, ergo contractus matrimonii nõ
C eſt illicitus & malus.

¶ Vltimò probatur omnibus argumẽtis quibus in duobus artic. præcedentibus probauimus, matrimonium eſſe ex inclinatione naturæ, & in præcepto naturali, ex hoc enim apertè colligitur, matrimoniũ eſſe licitũ & ſanctum; nã id quod eſt ex inclinatione naturali & in præcepto, debet eſſe licitum & ſanctũ: aliàs enim natura inclinaret ad malum, & Deus præciperet aliquod peccatum, quod eſt abſurdiſſimum.

¶ Secunda concluſio. Vſus etiã matrimonialis licitus eſt. Hæc cõcluſio probatur pri-
D mò. Nã in ſacris literis apertè ſignificatur, ꝙ vſus matrimonialis ſit licitus & ſanctus:
nam. 1. Cor. 7. dici ī & præcipitur, quòd vir vxori debitum reddat, ergo illud eſt licitũ, ſiquidẽ præcipitur: & 1. ad Tim. 5. dicit Paulus, Volo iuuenculas nubere, & procreare filios: quod quidẽ fieri non põt ſine vſu matrimoniali: & ad Heb. 13. dr̃ Honorabile connubium, & thorus immaculatus. ergo. 1. Cor. 7. 1. ad Ti. cap. 5. Ad Hebræ. 13.

¶ Secũdò probatur cõcluſio omnibus argum. factis ꝑ prima concluſ. omnia enim illa probãtꝙ vſus matrimonii ſit licitus, nã cõtractus matrimonii ex natura ſua ordinatur ad vſum matrimonii, ergo ſi cõtractus

ipſe licitus eſt & ſanctus, vſus erit licitus & (A) ſanctus.

¶ Tertiò probatur. Nam hæreſis eſt dicere, quòd omnis actus per quem ſpecies humana procreatur & cōſeruatur, ſit illicitus: ſed vſus matrimonii eſt actus per quē ſpecies humana procreatur & conſeruat, ergo.

VNde ad argumēta in principio facta reſpondetur. Ad primum argumētū reſpondetur primò, quòd vt dicit Auguſt. loco citato in argum. ſm̄ Apoſtolum vſus matrimonii tūc eſt peccatum, quandò quis propter concupiſcentiā accedit ad mulierum. ¶ Secundò reſpondetur & (B) multo melius, ꝙ vt ſuprà dictum eſt, in illo verbo indulgentia, vel uenia, nō explicatur aliqua remiſſio peccati, ſed quod ſtatus matrimonialis ſit minus bonū, quā ſtatus virginitatis, & quod ſit ſtatus imperfectorum.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, ꝙ duplex eſt impedimentum actus charitatis, aliud quidem per modū contrarietatis uidelicet quādò affectus humanus inhæret alicui rei temporali præter ordinē charitatis: & iſtud impedimentum ſemper eſt peccatū: Aliud eſt impedimentum per modū detentionis, vt cū aliquis homo occupatur negotiis tē- (C) poralibus, & ita detinetur in illis, ut nō poſſit ferri ad ſuperiora, & hoc impedimentū non ſemper eſt cum culpa, imò aliquando eſt cū merito, vt cùm quis occupatur circa infirmum taliter, quod non poteſt ferri & eleuari ad contemplationem, igitur actus matrimonialis eſt impedimentū charitatis iſto ſecundo modo, & ita non eſt peccatū.

¶ Ad tertium argumentū reſpondetur, quòd ibi optime dictum eſt, nam ſicut ligamen rationis in ſomno non eſt peccatum, quia actus ille eſt neceſſarius ad cōſeruationem vitæ, ita actus matrimonialis in quo (D) eſt aliquod ligamen rationis, eſt ſine culpa: ebrietas uero eſt peccatum, quoniam talis ebrietatis non ordinatur ad conſeruationē indiuidui, vt ſtatim ampliùs dicemus. Et ad replicam reſpondetur, quòd vſus matrimonii ex natura ſua eſt relatus vt in finem in propagationem generis humani; apposita eſt autem delectatio, ne homines deſiſterēt ab illo actu. Vnde dū non ſequitur aliquod detrimentum in fine matrimonii, non eſt peccatum mortale, licet aliquando poſſit eſſe ueniale, & ita D. Tho. art. ſequenti inquit, Si moueat libido ſiſtēs inter bona ma-

(A) trimonii, ut ſcilicet nullo mō ad aliā accedere vellet, eſt peccatum veniale: ſi autem extra bona matrimonii efferatur, vt ſcilicet cum quacunque muliere idem facere proponeret eſt peccatum mortale ¶ Ad confirmationem reſpōdetur, eſſe peccatum mortale inebriare ſe ad fugiendā tyranni immanitatem, quoniam potus & ebrietas nō ordinātur ꝑ ſe ad hoc, ſed ex malitia tyrāni; ſicut abſciſſio brachii, vel inferre ſibi mortem, non eſt licitum ad euitandam tyranni ſæuitiam, eſſet autem ſimile in nimia potatione, etiā vſq; ad ebrietatem, ſi ex conſilio (B) medici eſſet neceſſariū medium ad cōſeruādam ſalutem, & ad conſiſtentiā indiuidui: tunc enim nullū eſſet peccatum, & ita ſicut pollutio per ſe & ex natura ſua ordinatur ad conſeruationem ſpeciei, ita ſumptio cibi & potius ordinatur ad conſeruationē & cōſiſtentiā indiuidui. Vnde ſicut eſt peruerſio naturæ pollutionem ordinare ad conſiſtentiam indiuidui; ita in illo caſu inebriare ſe ad illum finem, eſt peruerſio naturæ.

¶ Ad vltimū reſpondetur, quòd ibi optimè dictum eſt: Et ad replicam dicendū eſt, quòd actus qui per ſe inferunt iniuriā, ſunt (C) intrinſecè mali, etiam ſi aliquando nō inferant iniuriam: huiuſmodi aūt eſt vagus concubitus & fornicatio: vſus verò matrimonialis per ſe non infert iniuriam imò ꝑ ſe ex matrimonio ſequitur bona educatio prolis: & ita actus matrimonialis non eſt indifferens, ſed bonus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm actus matrimonij ſit meritorius. (D)

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd actus matrimonialis nō ſit meritorius. Chryſoſt. enim dicit ſuper Matth. Matrimonium etſi vtentibus pœnam non inferat, mercedem tamen non præſtat, ſed meritum reſpectu mercedis dicitur: ergo actus matrimonialis non eſt meritorius.

¶ 2 *Præterea. Illud quod eſt meritorium dimittere non eſt laudabile: ſed lauda-*

A laudabilis eſt virginitas, per quā matrimonium dimittitur; ergo matrimonialis actus non eſt meritorius.

¶ 3 Præterea. Qui vtitur indulgentia ſibi facta, beneficio recepto vtitur: ſed ex hoc quòd alicui præſtatur beneficium, non meretur, ergo &c.

¶ 4 Præterea. Meritum in difficultate conſiſtit, ſicut & virtus, ſed actus matrimonialis non habet difficultatem, ſed delectationem, ergo non eſt meritorius.

B ¶ 5 Præterea. Illud quòd non poteſt fieri ſine peccato veniali, non eſt meritorium, quia non poteſt homo ſimul mereri & demereri, ſed in actu matrimoniali ſemper eſt peccatum veniale; ergo actus prædictus non poteſt eſſe meritorius.

SED contra, omnis actus, quo impletur præceptum, eſt meritorius ſi ex charitate fiat: ſed actus matrimonialis eſt huiuſmodi, quia dicitur. 1. Cor. 7. Vxori uir debitum reddat: ergo, &c. ¶ Præterea, omnis actus uirtutis eſt meritorius, ſed actus prædictus eſt actus

C iuſtitiæ, quia redditio debiti: ergo meritorius eſt.

Diſt. 40 quæſti. vnica. artic. 5. RESPONDEO dicendū, quod cū nullus actus ex deliberata uolūtate procedens ſit indifferens ut in ſecūdo libro dictū eſt: actus matrimonialis ſemper eſt peccatum, vel meritorius in eo qui gratiam habet. Si enim ad actum matrimonialem uirtus inducat, vel iuſtitiæ, vt debitum reddat: vel religionis vt proles ad cultum Dei procreetur, eſt meritorius. Si autem moueat libido ſiſtens inter bona matrimonij, vt. ſ.

D nullo modo ad aliam accedere vellet, eſt peccatum ueniale: ſi autem extra bona matrimonij efferatur, ut. ſ. cum quacunque muliere idem facere proponeret, eſt peccatū mortale: natura autem mouere non poteſt, quin ordinetur ratione, et ſic erit motus uirtutis: uel nō ordinetur & ſic erit motus libidinis.

AD primum ergo dicendū, quòd radix merendi quantum ad præmiū ſubſtantiale eſt ipſa charitas, ſed quanti ad accidentale præmium ratio meriti exiſtit in difficultate actus, & ſic actus matrimonij non eſt meritorius: ſed primo modo.

AD ſecundum dicendum quòd homo poteſt mereri & in minoribus bonis & in maioribus. Vnde quando aliquis minora bona dimittit: vt maiora faciat, laudandus eſt à minus meritorio actu diſcedens.

AD tertium dicendum quòd indulgētia quandoq; eſt de minoribus malis, et

B ſi indulgetur actus matrimonij prout ad ipſum mouet libido infra terminos matrimonij conſiſtens, ſic enim eſt veniale peccatum, ſed prout ad ipſum mouet uirtus, tunc eſt meritorius, & non habet indulgentiam: niſi ſecundum quòd eſt indulgētia de minoribus bonis, quæ idem eſt quod conceſſio. Nec eſt inconueniēs quòd ille qui tali conceſſione utitur mereatur, quia bonus vſus beneficiorum Dei meritorius eſt.

AD quartum dicendum, quòd difficultas laboris requiritur ad meritū

C præmij accidentalis: ſed ad meritum eſſentiale requiritur difficultas conſiſtens in ordinatione medij, & hoc eſt etiam in actu matrimoniali.

AD quintum dicendum, quòd primus motus ſecundum quòd dicetur peccatum ueniale, eſt motus appetitus in aliquod inordinatum delectabile, quod non eſt in actu matrimoniali: & ideo ratio non ſequitur.

SVMMA ARTICVLI.

D IN hoc articulo prima cōcluſio eſt affirmatiua. ¶ Secunda concluſio. Quando aliquis accedit ad propriam uxorē ratione procreationis honeſtæ, ille actus eſt meritorius. ¶ Tertia concluſio. Si aliquis cauſa libidinis accedit ad propriam vxorē, peccat venialiter. ¶ Quarta concluſio. Si aliquis accedit ad propiam uxorem, ita libidinoſe, quod paratus ſit accedere ad non ſuā, peccat mortaliter.

¶ Circa iſtum articulum eſt aduertendū

primo,

primo, quòd eſt certum ſecundum fidē, q̃ A vſus matrimonialis poteſt eſſe meritorius vitæ æternæ. Ratio eſt, nam certum eſt ſecundũ fidem, quòd omnis actus bonus relatus in finem ſupernaturalem charitatis, eſt meritorius vitæ ęternę, ſed actus matrimonii & vſus illius eſt bonus, cum ſit ex inclinatione naturæ & in præcepto, vt iam dictum eſt, & poteſt referri in ſupernaturalem finem charitatis, vt ſi quis generet filios in gloriam Dei; igitur certum eſt ſecũdum fidem, quod poteſt eſſe meritorius vitæ æternæ. ¶ Secũdo eſt aduertendũ, quòd B D. Tho. in hoc articuulo uidetur docere, q̃ ſicut non datur actus indifferens ad bonũ & malum moraliter loquendo, ita etiam in homine qui eſt in gratia nõ daī actus indifferens, quãtum ad meritum, vel demeritum vitæ æternæ: ſed talis actus vel debet eſſe meritorius vel demeritorius, ſi enim vndiq; ſit bonus actus ſine mala circunſtãtia, erit meritorius, ſi verò habeat aliquam malã circunſtantiam, ratione illius circunſtantiæ erit demeritorius, & ita videtur docere, quòd nõ eſt neceſſaria actualis vel virtualis relatio in finē charitatis, vt ſit meritorius: de quo in. 1. 2. quæſt. 21. & quæſtio. C 104. art. 8. certũ vt iam diximus eſt, quod ille actus matrimonii erit meritorius, ſicut omnes alii actus moraliter boni. ¶ Tertio eſt notandum, quòd illa, quæ tangit Diuus Tho. in hoc articulo, videlicet quando peccant coniuges in actu matrimoniali venialiter vel mortaliter, non eſt huius loci explicare, ſed de hoc diſputatur infrà quæſt. 49. additionum.

¶ Circa ſolutionem ad quartum aduertite doctrinam D. Tho. docet enim quod licet delectatio matrimonii tollat difficultatem laboris, quæ ſolet eſſe in actibus virtutum, non tamen tollit difficultatem, quæ eſt in ponendo medio inter extrema huius actus; in quo medio ratio virtutis conſiſtit, & iſta difficultas ſufficit, & requiritur ad eſſentiale meritum.

QVAESTIO XLII.

De matrimonio inquantum eſt Sacramentum.

DEinde conſiderandum eſt de matrimonio inquantùm eſt ſacramētum. Circa quod quæruntur quatuor. Primò, vtrũ ſit ſacramentum. Secundò, vtrũ debuerit inſtitui ante peccatum. Tertiò, vtrùm conferat gratiam. Quartò, vtrùm carnalis commixtio ſit de integritate matrimonij.

DIuus Thomas in iſto tractatu procędit ab imperfecto ad perfectum, & ita priùs diſputauit de contractu ipſo naturali, quod eſt ueluti aliquid præuium, & aliquid pertinens ad ordinem naturæ; in hac verò quæſtione agit de ratione ſupernaturali ſacramenti, ad quam eleuatus eſt iſte contractus, quæ quidem ratio perfectiſſima eſt, cum ſit ordinis ſupernaturalis perficiens ipſum contractum naturalem, ſicut gratia perficit naturam, & hanc rationem ſacramenti explicat D. Th. in tota hac quęſtione.

ARTICVLVS PRIMVS.

D ¶ Vtrùm matrimonium ſit ſacramentum.

AD PRIMVM ſic proceditur, quòd matrimonium non ſit ſacramentum. Omne enim ſacramentum nouæ legis habet aliquam formam quæ eſt de eſſentia ſacramenti; ſed benedictio quæ fit per ſacerdotes in nuptijs, non eſt de eſſentia matrimonij: ergo non eſt ſacramentum. Tho. ubi ſup. q. 2. art. 1. & ſequẽt.

¶ 2 *Præ-*

¶ 2 Prætereà. Sacramentum ſecundum eſt materiale elementum; ſed matrimonium non habet pro materia aliquod materiale elementum: ergo non eſt ſacramentum.

¶ 3 Prætereà. Sacramenta habent efficaciam ex paſſione Chriſti; ſed per matrimonium non conformatur homo paſſioni, quæ fuit pœnalis, cùm habeat delectationem adiunctam: ergo non eſt ſacramentum.

¶ 4 Prætereà. Omne ſacramētum nouæ legis efficit quod figurat; ſed matrimonium non efficit coniunctionem Chriſti & eccleſiæ quod ſignificat: ergo matrimonium non eſt ſacramentum.

¶ 5 Prætereà. In alijs ſacramētis eſt aliquid quod eſt res & ſacramentum, ſed hoc non poteſt inueniri in matrimonio, cum non imprimat characterem, aliàs non iteraretur, ergo non eſt ſacramentum.

SED cōtra eſt quòd dicitur Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt: ergo &c. ¶ Prætereà, ſacramentum eſt ſacræ rei ſignum: ſed matrimonium eſt huiuſmodi, ergo, &c.

RESPONDEO dicendum, ꝙ ſacramentum importat aliquod remedium ſanctitatis homini contra peccatum exhibitum per ſenſibilia ſigna: unde cùm hoc inueniatur in matrimonio, inter ſacramenta computatur.

AD primum ergo dicēdum, ꝙ uerba quibus conſenſus exprimitur matrimonialis ſunt forma huius ſacramenti, non autem benedictio ſacerdotis, quæ eſt quoddam ſacramentale.

AD ſecundum dicendum, quod ſacramentum matrimonij perficitur per actum eius qui ſacramēto illo vtitur, ſicut pœnitētia; & ideò ſicut pœnitētia non habet aliā materiā niſi ipſos actus ſenſui ſubiectos, q̄ ſūt loco materialis elementi: ita eſt de matrimonio.

Tho. ubi ſup. q. 2. art. 1. & ſequēt.

AD tertium dicendum, ꝙ quāuis matrimonium non conformetur paſſioni Chriſti quantum ad pœnam, conformatur tamen ei quantū ad charitatē, per quam pro eccleſia ſibi in ſponſa coniungenda paſſus eſt.

AD quartum dicendum, ꝙ unio Chriſti ad eccleſiam non eſt res contenta in hoc ſacramento, ſed res ſignificata non contenta, & talem rem nullum ſacramentum efficit: ſed habet aliam contentam, & ſignificatam, quam efficit, ut dicetur. Magiſter autem ponit rem non contentam, quia erat huius opinionis, quòd non haberet rem contentam.

AD quintum dicendum, ꝙ in hoc ſacramento ſunt illa tria, quia ſacramentum tantum, ſunt actus exterius apparētes; ſed res & ſacramentū, eſt obligatio q̄ innaſcitur uiri ad mulierē ex talib. actibus ſed res ultima cōtēta, eſt effectus huius ſacramenti, nō cōtenta aūt eſt res q̄ magiſter determinat.

SVMMA ARTICVLI.

IN hoc articulo prima cōcluſio D.Th. eſt affirmatiua in corpore ¶ Secūda cōcluſio in ſolutione ad primū; uerba ipſorū contrahentium exprimentia cōſenſus interiores, ſunt forma huius ſacramenti, & nō benedictio ſacerdotis, quę dari ſolet in nuptiis; illa enim eſt quoddā ſacramētale. ¶ Tertia concluſio in ſolutione ad ſecundū. Sicut materia in pœnitentia non eſt aliud quàm actus ipſius pęnitētis ad ſenſum declarati & expreſſi, qui habent locū materialis elemēti, ſic dicendū eſt in matrimonio. ¶ Quarta concluſio in ſolutione ad quintū. Sicut in aliis ſacramentis, ita & in hoc reperitur aliquid, quod ſit ſacramentum tantū, & aliquid quod ſit res, & ſacramētū ſimul; & aliquid quod ſit res tantum. Sacramētū tantum, ſunt ipſi actus cōtrahentium ad extrà explicati, res & ſacramentum ſimul, eſt ipſa obligatio, qua vir obligatur vxori & vxor viro, res tantum, eſt res contēta in hoc ſacramento, & quæ eſt eius effectus, ſcilicet ipſa gratia: res autem non cōtenta, ſed ſignificata; eſt coniunctio Chriſti cum eccleſia.

CIrca iſtum articulum eſt prima difficultas de prima concluſione D. Th. An matrimonium ſit ſacramentum in lege gratiæ. Et uidetur quod nō. Primò,

nam

nam ſi ex aliquo loco ſacræ ſcripturæ colligeretur, quòd matrimonium eſt ſacramentum, maximè ex illis uerbis Pauli, ad Eph. ca.5. Sacramentum hoc magnum eſt, ſed ex illis verbis non rectè colligitur, ergo nõ eſt ſacramentum. Maior cõſtat, nam Theologi ex illis verbis colligũt, quòd matrimonium eſt ſacramentum. Minor verò probatur primò. Nam in textu Græco habetur, myſterium, non ſacramentum, noſter verò interpres poſuit illam particulam, ſacramẽtum. Secundo probatur minor. Nã D.Pau. ibi loquitur de matrimonio primorum parentum, vel de coniunctione Chriſti cum eccleſia, ut conſtat ex contextu, & ex illis verbis ſequẽtibus, ego autem dico, in Chriſto, & in eccleſia, ſed matrimonium Adę & coniunctio Chriſti cum eccleſia non habet veram rationem ſacramenti, ergo. ¶ Confirmatur argumentum ex doctrina ſanctorũ, nam D. Diony. lib. de Eccleſia Hierarch. diſſerens de reliquis ſacramentis, nunquã fecit mentionem matrimonii, & D. Hieron. ſcribens contra Iouinia. nunquã matrimonium vſq; adeo depreſſiſſet, ſi intelligeret illud eſſe ſacramentum, neque Iouin. ipſe tam inſignem prærogatiuam matrimonii ſilentio prætermiſſet, ſi illam haberet: & ante tempora D.Gregor. nullus ſanctorum cenſuit, quòd matrimonium eſſet ſacramentũ.

Ad Ephe.c.5.

¶ Secundo arguitur. Certum eſt ſecundũ fidẽ, quòd ſtatus virginitatis melior eſt & excellentior, quàm ſtatus matrimonii, ſed pro ſtatu virginitatis, non eſt inſtitutum aliud ſacramentum, vt conſtat apertè, ergo neque pro ſtatu matrimonii fuit inſtitutũ. ¶ Confirmatur argumentum. Nam ſacramenta ſunt inſtrumenta quædam diuinæ virtutis quibus mediantibus homines eleuantur ad eſſe ſupernaturale & ſpirituale, ſed matrimoniũ deiicit homines in bonis ſpiritualib. ut dicit Paul. 1. Corint. 7. Nã deiicit à virginitate, & cęlibatu, imò ab oratione, & contemplatione, ergo non habet rationem ſacramenti.

1. Cor. c.7.

¶ Tertio arguitur. Sacramenta nouæ legis cõferunt gratiam, ut diffinitur in 3. parte quæſtione. 62. Sed matrimonium non confert gratiam, ergo non eſt ſacramentũ. Conſequentia eſt bona, minor uero probatur, tum quia gratia datur ad ſedandas paſſiones & infrænandam concupiſcentiam, in vſu vero matrimoniali potius inflãmatur, A tum etiam quoniã ſi daretur gratia, maximè ad vſum matrimonialẽ, ut bene fieret, ſed ad hoc nõ datur gratia in matrimonio, ergo. Iſta minor probatur, quoniam alia ſequitur, quod uſus matrimonii in peccatõ mortali, ſit peccatum mortale, quod eſt falſiſſimum, vt conſtat. Sequela verò probatur Nam iſte talis abutitur gratia ſibi datã ad vſum matrimonii, ſicut ille, q vtitur poteſtate abſoluendi in peccato mortali peccat mortaliter, ergo peccat mortaliter qui in peccato mortali exercet actum matrimonii.

B ¶ Quarto arguitur. Pro ſacramẽtis eccleſiæ non licet dare aut accipere pretium, cũ ſacra mẽta ſint maximè ſpiritualia, ſed pro matrimonio licet reciperet pretiũ. ergo nõ habet rationem ſupernaturalẽ ſacramenti. Conſequentia eſt bona, & minor probatur, ex vſu eccleſiæ vniuerſalis, & iſte vſus approbatur in cap. honorantur. 32. quæſt. 2. & in ca. de illis, de cõditionibus appoſitis.

Cap. honorant. 32.q. 2. c. de illis de conditio. appoſitis.

¶ Quinto arguitur. Eccleſia non poteſt mutare ea quæ ſunt de eſſentia ſacramẽtorum nouæ legis, non enim poteſt mutare materiam & formã, & alia, quæ ſunt intrin C ſeca illis, cum ſint inſtituta à Chriſto, ſed eccleſia mutat ea quæ ſunt de eſſentia matrimonii, ergo matrimonium non eſt ſacramentum. Minor probatur. Nam de perſonis legitimis facit illegitimas, & ẽcõtra, imò mutat materiam & formam, & facit quod id quod antea erat materia, poſteà non ſit, ut patet in matrimonio clandeſtino, de quo infrà, ergo.

¶ Sextò. Sacramenta nouæ legis debent adminiſtrari & perfici à miniſtro eccleſiæ, ut diffinitur in Concilio Florentino in decreto Armenorum, tractatu de ſacramẽtis, D ſed matrimonium non adminiſtratur à miniſtro eccleſiæ, ſed ipſis contrahentibus, qui exprimendo conſenſus apponunt materiam & formam, ergo matrimonium nõ eſt uerum ſacramentum nouæ legis.

¶ Vltimò. In ſtatu innocentiæ fuit uera ratio matrimonii, & poſtmodum etiam in ſtatu legis naturæ, & etiam in lege ſcripta, ut manifeſtè conſtat, etiam ex ſacris literis, ſed matrimonium in omnibus iſtis ſtatib. non habuit uerãm rationem ſacramenti vt manifeſtè patet, ergo neque in lege Euãgelica habet ueram rationẽ ſacramenti. Probatur conſequentia. Nam eſt eadem ratio.

¶ In

¶ In oppoſitũ eſt doctrina Eccleſiæ, & etiam doctrina D. Thom. in hoc articulo. A

IN hac grauiſſima difficultate eſt diſſenſio inter Catholicos & hæreticos, & ét inter Catholicos ipſos, nã hæretici illi qui dicunt matrimonium eſſe illicitum, de quibus diximus quæſtione præcedentiarticulo. 3. dicunt ſubinde non eſſe ſacramentum, nam ratio ſupernaturalis ſacramenti non debet eſſe coniuncta cũ re illicita. Alii verò hæretici ſunt, qui approbãt matrimonium & dicunt, quòd non eſt ſacramentũ. Primi fuerũt Armeni anno Domini. 640. de quib. agit Guido Carmelita & Patreolus lib. 1. de uitis hæreticorũ in Armeniis. B Hunc errorem ſequutus eſt Vuicleff, vt refert Thomas Vualden libro de ſacramẽtis cap. 131. Hunc etiam errorem ſequuntur hæretici noſtri temporis Lutherani ſacramẽtarii, de quib. videte Alphõſum de Caſtro, lib. de hæreſibus, verbo nuptiæ, hæreſi tertia, inter hos primũ locum tenet Caluinus. Eraſmus verò de hac re ſæpiſſimè dubitat, de quo videte Albertum Picũ lib. 17. contra Eraſmum. ¶ Inter Catholicos, verò, conſtitutum eſt, matrimonium eſſe ſacramentum, tanquam ſignum rei ſacræ, multi C tamen dicunt, non eſſe ſacramentum cõferens gratiam, neque eſſe ſacramẽtum uniuocè cum aliis ſacramentis nouę legis, ita tenet Hoſtiẽſis in Summa li. 1. titulo de ſacramentis non iterãdis, & gloſſa Bernardi cap. cum in eccleſi. 1, de ſimonia, & cap. honorantur. 32. quęſt. 2. Imo Paludanus in 4. diſt. 25. quęſt. 1. dicit, hanc eſſe communẽ ſententiam Canoniſtarum, & Magiſter in 4. diſtin. 26. idem tenet, vt dicit D. Thom. ibidem quæſt. 2. articul. 1. ad quartum. Imò quod amplius eſt, D. Thom. ſequens autoritatem Canoniſtarum & Magiſtri dicit, q̃ D illa ſententia, quæ aſſerit, matrimoniũ non cauſare gratiam, eſt probabilis, idem tenet Durandus in eadẽ diſtin. quæſt. 3. Omnes verò reliqui Theologi & Iuriſperiti dicũt, matrimonium eſſe ſacramentũ cauſans gratiam, verùm non condemnant oppoſitam ſententiã vt erroneam, ut patebit legenti antiquos authores. Imo qđ amplius eſt, recentiores Theologi non damnat oppoſitum vt erroneum, vt uidere eſt apud Magiſtrũ Cano in Additionib ad tertiam partem. quæſt. 11. & in articul. 1. Magiſter Soto in 4. diſtin. 26. quæſt. 2. ar. 3. ubi dubitat

Gloſſ. c. cũ in eccleſia de ſimonia. c. honorantur. 32. quæſ. 2.

A an ſit hæretica hæc ſententia, q̃ negat, matrimonium cauſare gratiam, & dicit, quòd vtrinque ſunt anguſtiæ, & tandem concludit eſſe erroneam ſententiam & non audet diffinire abſolutè eſſe erroneam: dicit tamẽ eſſe ualde temerarium & periculoſum negare eſſe hæreticam.

¶ In huius expoſitione notandũ primo quod ſacramentum (ut patet ex doctrina tradita in. 3. parte. quæſt. 60 articu. 1. & 2.) vniuocum & eiuſdem rationis eſt in ſacramentis, quæ tantum ſignificant gratiam, ut in ſacramentis ueteris legis, & in ſacra- B menti q̃ ſimul ſignificãt gratiã & conferũt illam, vt patet in ſacramentis nouæ legis: & ratio eſt aperta, nam ſacramentum (ut ibi diffinitum eſt) conſtituitur in genere ſigni, efficientia uerò eſt extrà latitudinem ſigni, & ita non poteſt tollere rationem ꝓpriam & uniuocam ſacramenti.

¶ Secundo aduertendum, quòd hic loquimur de matrimonio inter fideles, nam loquendo de matrimonio inter infideles, certiſſimum eſt, quod non eſt uerum ſacramẽtum. Primò, nam baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum nouæ legis taliter q̃ C ſine baptiſmate eſt homo incapax alicuius ſacramenti, ergo ſine baptiſmate nõ poteſt ſuſcipi aliquod ſacramentum, & ita diffinitur, capite. 1. de presbytero nõ baptizato. ¶ Secundò. Nã ſacramẽta nouæ legis nihil aliud ſunt, quã quædam medicinæ inſtitutæ à Chriſto ad noſtram iuſtificationẽ, ſed infideles non cognoſcunt Chriſtum, neq; eius medicinam, ergo.

Cap. 1. de preſbytero non baptizato.

PRima concluſio: certum eſt ſecundũ fidem, quod matrimonium in noua lege eſt & fuit ſemp. uerè & ꝓpriè ſacramentũ, ſiue tantũ ſignificet gratiam, D ſiue ſignificet & cauſet ſimul. Hæc concluſio probatur primo, ex illo Paul. Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt. Vbi poſtquàm Apoſtolus locutus fuerat multa de coniunctione carnali inter uirum & fœminam, ſubiunxit illa uerba, ſacramentũ hoc &c. & apertiſſimum eſt (quidquid dicant hæretici) quod D. Paul. uoluit hic per coniunctionem uiri & fœminæ, ſignificare coniunctionem Chriſti ſponſi cum anima cuiuſcunque fidelis, ſi ſancta ſit, & cõiunctionem Chriſti ſponſi cum ſponſa ſua Eccleſia, & denique coniunctionem Chriſti cum humanitate noſtra id eodem ſuppoſito. Et

Epheſ. 5.

quod

quòd hoc ſignificet Paul. conſtat apertè ex contextu. Et in primis illud dicit Paul. ꝙ coniunctio viri & fœminæ ſignificat ſubiectionem, qua neceſſarium eſt, quòd ſubiecta ſit eccleſia Chriſto ſicut fœmina viro, hoc dicit Paulus in illis verbis. Mulieres ſubditæ ſint ſuis viris, &c. Quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eccleſiæ. Item ſignificatur dilectio ſupernaturalis, qua Chriſtus dilexit eccleſiam, & hoc in illis verbis: Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam. Præterea dicit amorem ardentiſſimum Chriſti Domini quo deſeruit cęlum & venit ad terrā: & hic amor ſignificatur per coniunctionem carnalem viri & fœminæ, & ad hoc propoſitum deducit illud Geneſ. cap. 2. & Matth. 19. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c. & ſubdit, ſacramētum hoc magnum eſt, quaſi ſignificet, quod ſicut vir propter amorem mulieris relinquit patrē & matrem: ita filius Dei propter amorem noſtrùm relicta domo ſua & delicijs paternis coniunxit ſibi humanitatem, ergo matrimonium verè & propriè eſt ſignum rei ſacræ.

Ge. c. 2. & Mat. 19.

¶Secundo probatur cōcluſio. Nam hoc conſtat ex teſtimonijs ſanctorum, & quoniam hæretici vt Caluinus dicunt, ꝙ ante Gregorium nullus ſanctorum docuit eſſe ſacramentum, & Eraſmus dicit, quòd tempore D. Hieron. matrimonium non erat ſacramentum, oſtendenda eſt hæc veritas autoritate ſanctorum, qui præceſſerunt Hierony. & Greg. vel fuerunt ſimul. Hanc concluſionē docet D. Ambro. ſuper illud Pau. ad Epheſ. cap. 5. & iſte autor eſt aliquantulum antiquior Hieronymo, idem dicit ſuper eundem locum Chryſoſto. Theodoretus & omnes alij Græci autores, & D. Auguſt in multis locis docet eandem veritatē lib. de fide & operibus, cap. 7. lib. 1. de nuptiis & concupiſcentia cap. 10. & lib. 21. de bono coniugali cap. 24. & lib. 9. ſuper Gen. ad literam ca. 7. eandem ſententiam docet ſanctus Leo Papa in Epiſtola. 92. ad Ruſticum, ergo & hæc concluſio quamplurimis argumentis probabitur in concluſione ſequenti.

¶Secunda concluſio certum eſt ſecundū fidem, quod matrimonium eſt verum, & proprium ſacramentum nouæ legis conferens gratiam, & oppoſitum eſt hæreticum.

A Hæc concluſio probatur primo ex ſacris literis ad Eph. cap. 5. dicitur. Sacramentum hoc magnum eſt, loquendo de matrimonio quòd vero iſte ſit ſenſus literalis illius loci. Probatur. Nam idem eſt ſenſus literalis ſacræ ſcripturæ, quo vtuntur ſancti & Concilia ad probandum dogma fidei, ſed concilia utuntur illo teſtimonio ad probādum, quod matrimonium ſit ſacramētum conferens gratiam, ergo ille eſt ſenſus literalis. Conſequentia eſt bona. Maior eſt manifeſta ex doctrina omnium Thomiſtarū. 1. parte. quæſt. 1. art. 10. Minor vero habe- B tur in Concilio Florentino decreto de vnione Armenorum in tractatu de ſacramētis, vbi poſtquàm dixerat eſſe ſeptem ſacramenta nouæ legis, quæ gratiam continent & conferunt, tandem in fine inquit, ſeptimum eſt ſacramentum matrimonii, quod eſt ſignum coniunctionis Chriſti & eccleſiæ ſecundum Apoſtol. dicentem, Sacramētum hoc magnum eſt, & Concilium Tridenti. ſeſſione 24. in doctrina de ſacramento matrimonii, probat, quòd eſt verum ſacramentum gratiam conferens ex iſtis verbis, Sacramentum hoc magnum eſt. ¶ Et C confirmatur argumentum: nam manifeſtū eſt, ꝙ Paulus illo loco dicit, quòd matrimonium eſt myſterium, ſymbolum, & ſignum coniunctionis Chriſti cum eccleſia, ſed omne ſignum ſenſibile rei ſacræ inſtitutum à Deo permanenter, eſt ſacramentum in lege noua, ergo matrimonium eſt ſacramentū: quod verò matrimonium ſit inſtitutum à Deo permanenter probabimus articulo ſequenti.

Ad Eph. c. 5.

¶Secundo probatur apoſtolica traditione, quod conſtat primo ex Concil. Triden. in loco immediatè citato, vbi docet iſtam D veritatem dicens, quod ſacramētum matrimonii ſit annumerandum inter nouę legis ſacramenta, ſancti Patres noſtri, concilia & vniuerſalis eccleſiæ traditio ſemper docuerunt. ¶Secūdo hoc patet. Nam illud eſt neceſſarium apoſtolica traditione, quod approbatur & tenetur vniuerſali conſenſione omnium fidelium, nam poteſtas humana id efficere non poteſt: ſed quòd matrimonium ſit ſacramentum gratiam conferens, tenetur communi conſenſione fidelium, ergo eſt traditio apoſtolica. Tertio id conſtat nam quod uniuerſalis eccleſia tenet, & nō cognoſcitur principium in aliquo Cōcilio

uel

uel diffinitione Pontificis neceſſariò dicendum eſt, quòd habetur per traditionē apoſtolicam, huiuſmodi autem eſt, matrimonium eſſe ſacramētum conferens gratiam, ergo.

¶ Tertio probatur concluſio ex conſenſu vniuerſalis eccleſiæ. Maxime in his temporib. quando exortæ ſunt hæreſes in hac parte, ſi enim eccleſia oppoſitum ſentiret, non toleraret eos, qui dicūt, matrimonium eſſe ſacramentum conferens gratiam, ſicut non toleraret eos, qui modo dicerēt, quòd aqua benedicta eſt ſacramentum conferens gratiam ex opere operato; præcipuè quoniam hæc doctrina de ſacramētis pertinet ad principia & rudimenta eccleſiæ; nam ſacramenta ſunt fundamenta eccleſiæ, ut iā dictum eſt, ergo.

¶ Quarto probatur concluſio ex diffinitione Pontificum & Cōciliorū. Hoc enim diffinitum eſt à Lucio. III. in c. ad abolendam de hæreticis, vbi poſtquam diffinit ſeptē eſſe ſacramenta eccleſiæ, & inter ea numerat matrimoniū, ſtatim anathematizat eos qui oppoſitum ſenſerint; idem diffinitur in Concilio Conſtantienſi, ſeſſio. 13. & in Concilio Florentino ubi ſuprà, & nouiſſimè in Concilio Trident. ſeſſio. 7. cano. 1. diffinitur expreſsè, ſeptem eſſe ſacramenta eccleſiæ & inter ea numerat matrimoniū, & ſtatim ſubdit, Si quis autem dixerit, non eſſe ſeptem ſacramēta eccleſiæ, vel aliquod horum non eſſe verè & propriè ſacramentū cōferens gratiam, anathema ſit, & ſeſſ. 24. can. 1. loquens in ſpeciali de matrimonio dicit. Si quis dixerit matrimonium nō eſſe vere & propriè vnum ex ſeptem legis Euāgelicæ ſacramētis à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominib. in eccleſia inuentū, neque gratiam conferre: anathema ſit. Idem habetur in multis aliis decretis & conciliis, ergo.

Cap. ad abolendam, de hæreticis.

¶ Quinto probatur ex doctrina omniū ſanctorū & ſcholaſticorum; quòd uero ſit communis ſententia ſanctorum patrū, docet expreſſè Concilium Triden. ſeſſio. 24. in doctrina de ſacramento matrimonii, cū dicit, cum igitur matrimoniū in legē Euāgelica veteribus connubiis per Chriſtum gratiam præſtet, meritò inter nouæ legis ſacramenta annumerādum ſancti patres noſtri, concilia, & vniuerſalis eccleſiæ traditio ſemper docuerunt, &c. ergo.

A ¶ Vltimò probatur ratione. Ratio uerò huius rei nulla alia eſſe poteſt, niſi Chriſti beneplacitum, cùm ſit res fidei, & inſtitutio ſacramentorum pendet ex ſola Chriſti voluntate, quæ quidem voluntas ex dictis argumentis colligitur. Poteſt tamen adduci aliqualis congruentia ad explicandam rem fidei, quę talis eſt. Nam maximè neceſſariū erat, quod Deus inſtitueret aliquod ſacramentum gratiam conferrens ad domandā concupiſcentiam, quæ in vſu matrimoniali inflamatur, item quoniā in vſu matrimoniali abſorbetur ratio, ergo maximè cōueniēs fuit, quòd Deus inſtitueret aliquod ſa- B cramentum, in quo daretur gratia ad ſedādam concupiſcentiam, ne propter illius exceſſum abſorbeatur ratio.

AD argumenta facta in principio reſpondetur ad primū, quod Theologi non debent ſapere, plus quam oportet ſapere, præcipuè in intelligentia ſacrarum ſcripturarum, & ita cum ſancti patres, & concilia; vtantur iſto loco D. Pauli ad probandum, matrimoniū eſſe ſacramentum conferens gratiam, ſine dubio aſſerendum eſt, quod ex illo loco hoc colligitur.

C ¶ Et ad primam probationem in oppoſitū reſpondetur, quod omne ſacramentum eſt myſterium, nam habet occultam & reconditam ſignificationē, & hac ratione noſter interpres conuenientiſſimè loco illius particulæ, myſterii, quæ habetur Græcè, tranſtulit, ſacramentum. ¶ Ad ſecundam probationem reſpondetur, quòd D. Paulus ſine dubio loquitur de coniunctione viri & feminæ, in communi & ſpecie, & etiam de cōiunctione primorum parentum in paradiſo, hæc autem coniunctio poſt Chriſti inſtitutionem eleuata eſt, ut ſit Sacramen- D tū gratiā conferens, & ideo dicit Paulus, ſacramentum hoc magnum eſt, & quoniam hoc ſacramentum ſignificat cōiunctionem Chriſti & eccleſię, ſubdit Apoſtol. Ego autem dico in Chriſto & in eccleſia, nō quòd coniunctio Chriſti cū eccleſia ſit ſacramentum, ſed res ſignificata per ſacramentum: quod quidem dixit Paulus ad explicandā naturam ſacramenti Non enim poterat explicare ſpeciem huius ſacramenti & ſigni in particulari, niſi explicaret rem ſignificatam ad quam dicit ordinem. ¶ Ad cōfirmationem reſpondetur, quod argumenta quę deſumūtur ab authoritate negatiua, nullā

habent efficaciam. Deindè dicẽdum eſt; ꝙ D Diony. non meminit huius ſacramenti, quia tantum diſſerebat de eccleſiaſtica Hierarchia, & de ſacramentis, quæ expoſcunt ſacras actiones per principes eccleſiæ exercendas, & ita nõ meminit matrimonii, imò non meminit ſacramenti pœnitentiæ, quoniam materia matrimonii ſunt actus cõtrahentium, & materia pœnitentiæ ſunt actus pœnitentis. Hieronymus vero reuerenter loquitur de matrimonio, quamuis diſputãs cõtra Iouinia. qui æquabat illud virginitati, referat illius incommoda, & extollat virginitatem, referẽdo illius laudes. Caluinus verò aut ex negligẽtia aut ex malitia magna ait, ſanctos ante Greg. matrimonium non eſſe ſacramentum dixiſſe, cum tamen falſum ſit, ut probauimus.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quod ſacramenta Chriſti nihil aliud ſunt, quam medicinæ infirmorum, qui autem ducunt vxorem, ipſo facto proteſtãtur ſe eſſe infirmos, & non poſſe cõtinere, & ideo oportet inſtituere ſacramentum conferens gratiã ad vſum matrimonialẽ. Virgines verò habent ſtatum perfectionis, & qui profitentur caſtitatem, profitent ſe eſſe fortes, præcipuè. Nam ſacramentum ordinis inſtitutũ eſt ſaltem pro viris qui pertinent ad ſtatũ perfectionis & uolunt ſeruare caſtitatem, imò ſacramentum Euchariſtiæ aliqualẽ habet peculiarem effectum in uirginibus & cõtinentibus ſecundum illud Zachariæ 90. Vinum germinans virgines, & ita frequẽtius recipitur hoc ſacramẽtum à virginibus & continentibus, quam à coniugatis. ¶ Ad cõfirmationem negatur minor, qa beata virgo habuit ſtatum matrimonialem, tamen fuit in ſummo virtutis, imò matrimonium non deturbat homines, à gradu virtutis, ſed eos qui ad altiora non poſſunt aſpirare, iuuat per gratiam ſacramentalem. Eſt ſimile in ſacramento pœnitentiæ, quod ſemp datur peccatoribus, non efficiendo illos peccatores, ſed iuſtos, ita matrimonium ſemp datur infirmis, confortat tamen virtutem eorum.

¶ Ad tertium reſpondetur, negando minorem. Et ad primam probationem minoris reſpondetur, quod concupiſcentia abſolutè loquendo, inflammatur per vſum matrimonialem, imo ipſe vſus ſit concupiſcẽtiæ autor abſolute conſideratus, ſi tamen

A vſus moderatus ſit & regulatus ratione, potius temperat concupiſcentiam, ſicut concupiſcentia qua eſt in delectabilib. guſtus, per immoderatam ſumptionem cibi inflãmatur: per moderatam vero temperatur, gratia verò huius ſacramenti nõ ſolum datur ad procreandos filios in cultu & religione vnius Dei & ad inſtituẽdũ illos in fide, verũmetiam ad hoc quòd homo ſit contẽtus ſua coniuge & ad hoc quòd ſanctè exerceat actum matrimonialem. ¶ Ad ſecundã probationem dicẽdum eſt, quod ad hoc ꝙ actus ille ad quem datur gratia, ſit peccatũ mortale, ſi exerceatur in mortali, eſt neceſ-

B ſarium, quòd ſit actus ſacer, vt cõfectio Euchariſtiæ, cõſecratio alicuius in ſacerdotẽ, vt dicitur in 3. par. quæſt. 64. & ita proteſtatio fidei in chriſtiano non eſt mortale peccatum, etiam ſi fiat in mortali, nã quamuis ad hoc recipiat gratiam in ſacramento cõfirmationis, ille tamen non eſt actus ſacer. Idem dicẽdum eſt in propoſito, quod licet homo in ſacramento matrimonii recipiat gratiam ad vſum matrimonialem, vſus tamen matrimonialis in peccato mortali nõ eſt mortalis, quoniã nõ eſt actus ſacer, vel ſuſceptio ſacramenti.

C ¶ Ad quartum reſpõdetur, quod in ſacramento matrimonii non datur pretium ꝓ re ſupernaturali quæ eſt in illo, ſed pro cõtractu ciuili, eſt optimũ ſimile, cùm datur precium pro calice aureo conſecrato, non datur pretium pro conſecratione, ſed pro auro, in matrimonio vero (vt iam diximus) eſt aliquid naturale, ſcilicet cõtractus naturalis, eſt etiam aliquod ſupernaturale. ¶ Secundo dicendum eſt, quòd in contractu matrimonii recipitur pretium pro obligatione perpetua ad onera matrimonii, ſicut ſacerdos poteſt recipere pretium pro obligatione ad miniſtranda ſacramenta, nã talis obligatio temporalis eſt. ¶ Tertio di-

D cẽdũ eſt, quod non recipitur pretium pro matrimonio, ſed in ſuſtentationem, ſicut ſacerdos qui celebrat, recipit pretium in ſuſtentationem propriam.

¶ Ad quintum reſpondetur primum, ꝙ Chriſtus Dominus ſolũ inſtituit, tanquã materiam & formam huius ſacramenti expreſſionem conſenſus inter legitimas perſonas, hoc autem eccleſia mutare non poteſt, tamen poteſt facere, quod hæc perſona ſit legitima, illa illegitima, ſicut in ſacramẽto pœniten-

pœnitentiæ materia à Chriſto inſtituta, eſt confeſſio uocalis coram iudice legitimo, poteſt tamen eccleſia facere, quòd ille ſit legitimus iudex, ille verò non. ¶Quòd ſi quis dicit, Ante Concilium Tridentinum erant legitimæ perſonæ ſtante iure diuino naturali illæ quæ cōtrahūt clandeſtine, ſed quæ ſunt de iure diuino & naturali eccleſia non poteſt mutare ergo modò ſunt legitimæ; Reſpōdetur ꝙ ius diuinum & naturale dupliciter ſe poteſt habere. Primo præceptiuè & poſitiue, videlicet quando aliquid poſitiue præcipit, & tunc nec eccleſia, nec reſpublica poteſt facere oppoſitum. Alio modo ſe habet ius diuinum & naturale negatiue & indifferenter, quoniam de re illa nihil dictat, & tunc ius poſitiuum poteſt determinare illud quod eſt indifferens cuiuſmodi eſt legitimatio perſonarum ad matrimonium, quoniā ius diuinum non dicit poſitiue, ꝙ iſtæ ſint legitimę, uel illæ: de quo dicemus plura infra. Videte D. Tho. de hac diſt. iuris naturalis. 1. 2. q. 94. art. 5.

¶Ad ſextum argumentū, in quo agitur de miniſtro huius ſacramenti, dicēdum eſt infra in hoc articulo.

¶Ad ſeptimum pro nunc dicendum eſt, quod in lege naturæ & lege ueteri matrimonium non erat inſtitutum in ratione ſacramenti, ſed erat ſignum tantum ſpeculatiuum ſicut multa alia ſigna quæ erant in lege ueteri. De hoc tamen dicemus articulo ſequenti ubi diſputabimus quando ſit inſtitutum matrimoniū in ratione ſacramenti.

SEcunda difficultas eſt, Vtrum ratio ſacramenti nouæ legis uniuocè cōueniat matrimonio & reliquis ſacramentis nouæ legis, ſupponimus enim ex præcedenti dubio quod ratio ſacramenti, quę communis eſt ſacramentis nouæ legis & ueteris uniuoce conueniat matrimonio: dubitatio tamen eſt, An conueniat uniuoce ratio ſacramenti nouæ legis, & uidetur quod non.

¶Primo. Sacramenta nouæ legis conſiſtunt in quodam opere operato, quod applicatur his qui ſacramenta ſuſcipiunt, ſed hoc opus operatum non reperitur uniuocè in matrimonio, & reliquis ſacramentis nouæ legis, ergo. Minor probatur. Tū quoniam in aliis ſacramentis præter omnē actū recipientium ſacramentum, reperitur aliquod extrinſecum pertinens ad rationem ſacramenti. Vt patet de baptiſmate, in quo reperitur actio & prolatio miniſtri, ſed in matrimomo nihil reperitur ꝑter actus contrahentium, tum etiam quoniam in aliis ſacramentis neceſſarium eſt, quòd ille qui recipit ſacramentū, ſit præſens ei qui cōfert, nō tamen in ſacramento matrimonii, ergo.

¶Secundò. Ea quæ exterius aguntur in ſacramentis nouæ legis, excedunt dictamē rationis naturalis, ita ut nulla ratio naturalis reddi poſſit, & ſignificant ex diuina inſtitutione: ſed ea quæ aguntur exterius in ſacramento matrimonii, non excedunt dictamen rōnis naturalis, ergo Maior probatur inductione, in omnibus aliis ſacramentis, & conſtat ratione, quoniam ea quæ geruntur exterius in ſacramentis, ſunt quædā facta proteſtantia fidem, quæ eſt de rebus, quæ exuperant totam rationem naturalē. Minor conſtat. Nam ratio naturalis dictat contrahentes debere conſentire in matrimonium, & cōſenſum aliquibus ſignis explicare, ſicut in quolibet alio contractu.

¶Tertiò. Sacramenta nouæ legis conferunt gratiam non habenti, ſi obicem tollat, & in habēte augent illam, ſed matrimoniū non habet iſtum effectum, ergo. Minor probatur quantum ad primam partē, quoniā ſolus baptiſmus & pœnitētia, quæ ſunt ſacramenta mortuorum, inſtituta ſunt ad remittendam culpā & conferendam gratiam peccatorib quantum ad ſecundam partem probatur, quia continens ſi in gratia contrahat, non recipit gratiæ augmentum, ſed decrementum, iuxta illud 1. Cor. 7. Qui non nubit, melius facit: at ſi reciperet gratiam, non faceret melius, ergo.

¶Quartò. Nemo poteſt recipere ſacramentum nouæ legis abſque baptiſmate qđ eſt ianua omnium ſacramentorum, ſed fideles nondum baptizati poſſunt recipere verum matrimonium. & ſi poſtea ad fidem conuertantur, continuò tale matrimonium eſt ſacramentum per ſolam baptiſmi receptionem, ergo non eſt vniuocè ſacramentum cum aliis.

PRopter hęc argumēta & alia quæ adducta ſunt in præcedenti dubio. Dur. in 4. diſt. 26. in Additione 1. ſuorum operū dicit, matrimoniū nō eſſe ſacramētū. Ita refert Capr. ead. d. q. vnica. Poſtea verò idē Durā. ead. d. q. 3. partim reuocauit hāc ſentētiā, dicēs, ꝙ matrimoniū eſt verum ſacramētū, verūtamē eſt alterius rōnis a ſacramentis

mentis nouæ legis, & ita aſſeruit, probabiliter dici poſſe, ꝙ hoc ſacramentum non confert gratiam, qđ tñ eſt hæreſis, vt diffiniuimus artic. præced. & ex hoc errore iūctis alijs erroribus collegit Duran ꝙ non dicitur vniuocè, & eadem ratione de matrimonio, & de reliquis ſacramentis nouę legis, & miratur de illis qui oppoſitū dicunt, maximè propter vltimum argumentum.

¶Concluſio ſit. Error manifeſtus eſt dicere, rationē ſacramenti nouæ legis nō cōuenire matrimonio, imò hic error ſapit hæreſes noſtri tēporis, & conſequenter error eſt dicere, ꝙ ratio ſacramenti nouæ legis non dicitur vniuoce de ſacramento matrimonij, & reliquis ſacramentis. Hæc concluſio probatur primo. Hæreſis eſt noſtrorum temporum, dicere, ꝙ matrimoniū non eſt ſacramentū nouæ legis, vt diffiniuimus dubio præcedenti: ſed ſi matrimoniū nō haberet eandem rationem cum reliquis ſacramentis nouæ legis, poſſemus aſſerere, non eſſe ſacramentum nouæ legis, ergo. Minor in qua eſt difficultas probatur. Nam illo dato, nō eſſet hæreſis dicere, propriam rōnem ſacramenti nouæ legis cōpetere reliquis ſex ſacramentis: analogicā verò & impropriam & ſm quid, cōpetere matrimonij ſacramēto, ac ſubindè ꝙ ſit ſacramentū nouę legis ſecundum quid, & impropriè.

¶Secundo. Cōcilia ſupra allegata, præcipuè Flor. & Triden. & vniuerſalis eccleſia implent numerū ſacramentorū nouæ legis annumerādo ſacramentū matrimonii cum reliquis ſacramentis, ſed ſi eſſet ſacramentū nouæ legis alterius rationis, non poſſet cōnumerari inter cætera ſacramenta, ergo.

¶Cōfirmatur, quia licet aliqui autores ſcholaſtici de quib. dicemus artic. ſequen. dicāt, hoc ſacramētū non eſſe præcisè nouæ legis, ſed inſtitutum fuiſſe à Deo in paradiſo in ratione ſacramēti, & duraſſe toto tēpore legis naturæ, & ſcriptæ: at omnes illi docent tempore legis euangelicæ eleuatū fuiſſe hoc ſacramentum à Chriſto & innouatum & accepiſſe ab illo virtutem nouā, quam antea non habebat ad cōferendā gratiā, ergo ſecundū ſententiā omnium doctorū eandem rationem ſacramenti nouæ legis habet cū reliqs ſacramētis nouæ legis.

¶Tertiò. Ratio ſacramēti nouæ legis (vt ex doctoribus ſacris & ſcholaſticis, imò ex ſacris cōcilijs cōſtat) poſita eſt in hoc, ꝙ ſit

A ſignū ſacramētale & ſenſibile gratiā cauſas ſed hęreſis eſt negare ſacramentū matrimonii eſſe ſignū ſenſibile gratiā cāns ex Chriſti inſtitutione, vt diffiniuimus dubio præcedēti, ergo. Maior probatur & explicatur. Bona definitio & formalis ſacramēti nouæ legis per quā diſtinguitur à ſacramentis veteris legis, & cōſtituitur in proprio eſſe, eſt ſignificare Chriſtū vt præſentē & vt cauſam efficientē, ecōtra verò differentia ſacramētorū antiquæ legis erat, ſignificare Chriſtū vēturū & tanq̃ cām finalē: ſed ex hac differentia ſequit, ꝙ nouæ legis ſacrameta cau-

B ſēt gratiā, antiquæ verò nō, ergo. De quo videte q̃ dicunt 3. p. q. 60. ar. 1. & q. 70. a 4.

Ad argumēta in contrariū rńdetur: Ad primū reſpōdet cōcedēdo maiorē & negādo minorē. Et ad primā probatiouē minoris, negat cōſequētia. Nā q̃uis in ſacramento matrimonii nō reperiatur aliqđ ꝑter actus cōtrahentiū, nihilominus tñ ipſe actus cōtrahētiū eſt quodāmō opus operatū, ꝙ applicatur ipſis, ut poſtea dicemus: ſicuti in ſacramento pęnitentiæ opus operatū ſunt ipſi actus pœnitētis, qui hñt rōnem ſacramenti, q̃uis cōplementū in rōne ſacramenti habeant ab extrinſe-

C co, uidelicet à forma q̃ ponitur à ſacerdote itaq; illi actus cōtrahentiū pñt conſiderari prout ſunt ab ipſis contrahentib. & ſm hoc habent rōnem operis operantis; alio modo poſſunt cōſiderari, ut eleuātur à diuina uirtute ad cauſandū gratiā, & ſm hoc habent rōne operis operati. Ad ſecūdā probationē minoris negatur cōſequētia, nā q̃uis nō requiratur præſentia, nihilominus tñ reperitur opus operatum in ipſo matrimonio.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur, ꝙ in reliquis ſacramentis referuntur etiam quædam res, ſeu actiones naturales, q̃ non

D ſuperant naturalem rationem, vt patet in ſacramento baptiſmi, in quo quidē reperitur ablutio, quæ eſt quędā naturalis actio non ſuperans naturæ facultatem, iſta tamē ablutio ex Chriſti inſtitutione ordinatur ad ſignificandam internam animæ ablutionem, & ad illam cauſandam; & ſecundum iſtā conſiderationē eleuatur ſupra totā naturam, & habet rationē ſigni proteſtatiui fidei, nō diſſimiliter in ſacramento matrimonii, ea quæ geruntur exterius, vt expreſſiones ſenſibiles conſenſuum uiri, & fœminæ, & ſi conſiderentur materialiter,

non

non ſuperant rationé naturalē,ſi autem cō A ſiderentur vt eleuātur ex diuina inſtitutione ad ſignificādā & cauſandam gratiā per quā ſanctificantur coniuges & ad proteſtādā coniunctioné Chriſti cū eccleſia & cum humanitate noſtra: ſuperant totam facultatem rationis naturalis.

¶Ad tertium reſpondetur, quòd(vt conſtat ex dictis in dubio præcedenti) hæreſis eſt aperta negare, quód hoc ſacramentum cōferat gratiā. Et ad probationē primæ partis reſpondetur, quód in hoc diſtinguntur ſacramenta viuorum à baptiſmate & pœnitentia, quæ ſunt ſacramēta mortuorum, B ꝙ hæc per ſe ſunt inſtituta in remedium peccatorum,& ad remittēda peccata; illa verò per ſe ſunt inſtituta ad augendam gratiam licet per accidens conferant illam homini attrito exiſtimanti eſſe contritum; & ad hūc modum matrimonium poteſt cauſare illam, in non habente illam. Ad probationē ſecundæ partis reſpondetur, ꝙ ſtatus cœlibatus gratior eſt Deo, quàm ſtatus matrimonij, & hoc voluit Paulus ſignificare in illo teſtimonio citato, nihilominus tamen in receptione ſacramenti matrimonij confertur gratia ex opere operato, quę non cō C fertur homini habenti ſtatum cœlibatus, niſi aliquod ſacramentum recipiat..

¶Ad quartum argumentum reſpondetur ꝙ matrimonium infidelium, etiam ſi ad fidem conuertantur & recipiant baptiſmum, non ſtatim eſt ſacramentum, ſed neceſſarium eſt, ꝙ de nouo accedat expreſſio conſenſus ſeu acceptatio & omnia alia requiſita ad ſuſceptionem huius ſacramenti.

¶Hucuſq; diffinitum eſt, quòd matrimonium ſit verè & propriè ſacramentū conferens gratiam, conueniens vniuocè in ratione ſacramenti cùm omnibus alijs ſacramen D tis nouæ legis; modo explicandū eſt in particulari, quidnam ſit ſacramentum tantū, & quam habeat materiam & formam: & quamuis D. Tho. in ſolutione ad primum & ſecundum diſputet de materia & forma huius ſacramenti, tamen prius explicanda eſt ſolutio ad quartum & quintum. Ibi.n. explicat D Tho. quid nam ſit ſacramentū tantum, quid res & ſacramentum ſimul: & quid res tantum.

TErtia difficultas eſt, circa ſolutionem ad quartum & quintum, quidnam ſit in matrimonio ſacramentum tātum, quid A res & ſacramentū ſimul, quid verò res tantum. In cuius expoſitionem ſupponēdum eſt vt certum apud omnes, ꝙ in ſacramēto matrimonii res tantū eſt gratia quæ cōfertur contrahentib. illa enim ſignificatur per ſacramentum matrimonii & cauſatur per illud,& non ſolum cauſatur, verumetiā cōtinetur in ſacramēto matrimonii veluti in inſtrumēto, & ita gratia eſt res huius ſacramenti, nō ſolū ſignificata, ſed cauſata: cæterū res tantum, non quidē cauſata, neq; contenta in ſacramēto tanquā inſtrumēto, ſed tantū ſignificata, eſt coniunctio Chriſti cū B eccleſia,& cōiunctio Chriſti cū ſua humanitate, ꝙ docet clarè D. Tho. ad quartum.

¶Tota igitur difficultas eſt, An contractus exterior & expreſſio externa interioris conſenſus, ſit ſacramentum tantū:& an coniunctio illa & relatio quæ conſequitur, ſit res & ſacramentū ſimul. Et videtur vera pars negatiua. Primò ſacramentum tātum eſt illud quod formaliter eſt matrimoniū, ſed formaliter non eſt matrimonium cōtractus ipſe, ergo contractus ipſe non habet rationem ſacramenti. Minor verò probatur nam, ut dicemus infra in diffinitione matri C monii, matrimonium formaliter loquendo ſupponit pro ipſo uinculo & coniunctione quæ ſubſequitur ex contractu, ergo.

¶Secundò. Sacramētum tantum, eſt cauſa per modum cauſæ phyſicæ, rei,& ſacramenti ſimul & rei tātum, vt diffinitum eſt 3. parte. q. 62. art. 1. & 4. ſed contractus externus nō poteſt eſſe cauſa gratiæ ad modum cauſæ phyſicæ, ergo. Minor probatur, nā actus noſtri etiam ſi ſint ex diuino auxilio, nunquam cauſant gratiam, neq; augent effectiuè, vt diffinitur. 1. 2. q. 113. & 114.

¶Confirmatur. Actus noſtri ēt eleuati di D uino auxilio non poſſunt concurrere effectiuè ad gratiā quoniā aliàs homo iuſtificaret ſe ipſum, ſed idē inconueniens ſequitur ſi actus noſtri ut ſunt partes ſacramēti concurrāt effectiuè ad gratiā, ergo Minor probatur, nā ſi actus hominis concurrūt effectiue ad iuſtificationē: ergo iuſtificat ſeipſū: Patet cōſequētia, nā ſi actus hominis concurrit ex diuino auxilio ad iuſtificationem ſuā, iuſtificat ſe,& ipſum ſubiectū cōcurrit ad iuſtificationē, quia cū actus ille ſit accidens ſubiecti, nō poteſt intelligi, ꝙ actus ille concurrat effectiuè ad iuſtificationem, & quod ſubiectū non concurrat effectiuè.

¶Tertiò.Si expreſſiones externæ cōſenſuum eſſent ſacramentum tātum,ſequitur quòd in quolibet matrimonio ſit duplex ſacramentū,conſequens eſt falſum,&c.Falſitas conſequentis conſtat. Sequela probatur, nam eſt duplex expreſſio conſenſus in duplici ſubiecto, ergo non eſt vnum ſacramētum:& eſt ſimile. Si eſſent duæ ablutiones in duobus ſubiectis, non eſſet vnicum baptiſma,ſed duplex,ergo.¶Confirmatur. Quælibet expreſſio illarum ſignificat gratiam diſtinctam & confert illā: & ſunt duæ productiones gratiæ artificioſæ, nam alia eſt productio gratiæ in viro,alia vero in fœmina, ergo ſunt duæ actiones artificioſæ: ac ſubinde duo inſtrumenta,nam vnicum inſtrumentum ſimul, & ſemel non poteſt habere duas actiones artificioſas.

¶Quartò probatur, quòd cōiunctio maritalis non ſit res, & ſacramentum ſimul. Nam id quod eſt res & ſacramentū ſimul, debet eſſe cauſa inſtrumentalis rei,quæ eſt gratia,ſed coniunctio illa & relatio nō poteſt eſſe cauſa gratiæ,ergo. Maior eſt manifeſta,quia ſi eſt res & ſacramentum ſimul, debet eſſe ſimul cauſa & effectus, cū ſacramentum nouæ legis habeat rationem cauſæ.Minor verò probatur,tùm, nā D.Tho. in 4.diſtin.26.quæſt.2.art.3. ad quartum. expreſsè dicit, quòd coniunctio illa ſolum operatur diſpoſitiuè ad gratiam & nō effectiuè, tum etiam quoniam coniunctio illa eſt relatio,imò aliqui dicunt, quod eſt relatio rationis;relatio autem non poteſt aliquid efficere,neque etiam vt inſtrumentū, præcipuè relatio rationis.

¶Quintò. Si infidelis coniugatus cōnertatur ad fidem & approbet matrimonium ſecundum ſtatuta & leges eccleſiæ, ita vt non fiat clandeſtinè,tunc arguitur. Matrimonium illud verè & propriè eſt ſacramētum nouæ legis, tamen coniunctio illa & relatio,non eſt res & ſacramentum ſimul, ergo.Minor probatur. Res & ſacramētum ſimul,cauſatur per ſacramentum tantum, ſed coniunctio, quæ eſt inter illos in hoc caſu non cauſatur per ſacramentum tantū, nam ante ſacramentum erat tale uinculum & coniunctio,ergo.

PRo expoſitione huius rei eſt prima cōcluſio. Expreſſio externa ſenſibilis interni conſenſus eſt ſacramentum tantum in matrimonio.Itaque matrimonium

A vt dicit rationem contractus, eſt ſacramentum tantum. Hęc concluſio eſt expreſſa D.Thom.in hoc articulo ad quintum.& eā docet expreſſe in 4.diſtinctione.27.ad quęſtionē 1.articu.1. glòſſa. 1 ad ſecundum.Et probatur ratione. Primo,in quolibet ſacramento illud eſt ſacramentum tantum, quod eſt ſignum ſenſibile per ſe, & ratione cuius omnia alia ſentiuntur,ſed expreſſio ſenſibilis conſenſus interioris eſt huiuſmodi, ergo.Cōſequentia eſt bona,maior eſt manifeſta ex materia de ſacramentis in genere in 3.parte. q.91. Minor probatur.Expreſſio externa per ſe ſentitur,coniunctio vero

B cōiugum quę eſt relatio & omnia alia quæ ſunt in hoc ſacramento,ſentiuntur ratione huius expreſſionis, ergo hæc expreſſio eſt ſacramentum tantum.

¶Secundo probatur. Materia proxima in quolibet ſacramento, eſt ſacramentum tantum, ſed materia proxima ſacramenti matrimonii eſt externa expreſſio conſenſuum,ergo illa eſt ſacramentum tantum. Maior patet inductione,ablutio enim quæ eſt proxima materia baptiſmi, eſt ſacramētum tantum in baptiſmate, & ſic de aliis. Minor vero probabitur dubio ſequenti.Aduertendū tamen eſt,quod expreſſio conſen

C ſus eſt ſacramentum tantum in matrimonio,non quidem præciſè & nudè, ſed cum ordine ad interiorem conſenſum,cuius eſt explicatio, quod dictum ſit contra aliquos expoſitores D.Thom. qui oppoſitum ſentiunt. Itaque conſiderandum eſt, quod ſicut ſacramentum pœnitentiæ eſt confeſſio illa vocalis cum ordine tamen ad contritionem vel dolorem internum, taliter quod etiam ſi ſit confeſſio, & non ſit aliquis dolor, & ſi accedat abſolutio ſacerdotis, non eſt verum ſacramentum:ſimiliter in propoſito, expreſſio externa ſenſibilis non habet rationem ſacramenti niſi cū ordine ad in-

D ternum conſenſum.Ex hac concluſione ſequitur, quod ſacramentū matrimonii ſupponit pro expreſſione externa interioris cōſenſus & pro contractibus cum ordine ad internum conſenſum, & non ſupponit pro uinculo & coniunctione matrimoniali quę ſequitur ex contractu.Hoc corollariū probatur ex concluſione,nam ſacramentū ſemper ſupponit & prædicatur de ſacramento tantum,ſed ſacramentum tantum, eſt illa expreſſio externa interioris conſenſus, ergo.

go. Maior probatur inductione, nam baptiſmus ſolum ſupponit pro ablutione, quæ eſt ſacramentum tantum, & Euchariſtia ſolum ſupponit pro ſpeciebus, quæ ſunt ſacramentum tantum.

¶ Secundo probatur. Nomina artificialia ſiue realia ſiue rationis, ſupponunt pro materiali, ſed ſacramẽtũ matrimonii eſt quoddam artificiatum, vt patet, ergo ſupponit pro materiali: materiale autem eſt expreſſio externa conſenſus, vt dicemus dubio ſequenti, ergo.

¶ Secunda concluſio. Maritalis coniunctio quæ eſt relatio, & vinculũ illud quod ſubſequitur ex contractu, eſt res & ſacramẽtum ſimul in matrimonio. Hæc concluſio eſt D. Thomæ, & habetur in eiſdem locis, atque concluſio præcedẽs, & probatur primo. Res & ſacramẽtum ſimul in quolibet ſacramento eſt illud, quod habet rationem ſigni & ſignati, ſed coniunctio illa & uinculum eſt ſimul ſignum & ſignatum, ergo eſt res & ſacramentum ſimul. Maior explicatur. Sacramentum conſtituitur in genere ſigni, ut dicitur in 3. parte. quæſtione 60. artic. 1. ergo illud eſt ſacramentum tantum quod tantum eſt ſignum, illud vero eſt res & ſacramentum, ſimul, quod ſimul habet ſignificationem, & eſt ſignatum. Minor probatur, quia coniunctio illa maritalis ſignificatur per contractum, & illa coniunctio ratione expreſſionis exterioris ſignificat gratiam quæ eſt datur coniugibus, & vnionem Chriſti cum eccleſia, & cum ſua humanitate, ergo ſimul eſt ſignum & ſignatum.

¶ Secundo probatur ratione probabili. In ſacramentis nouæ legis illud eſt res, & ſacramentum ſimul, quod eſt cauſa & effectus, ſed coniunctio illa ſimul habet rationem cauſæ & effectus, ergo. Maior probatur & explicatur. Sacramenta nouæ legis habent efficere gratiam, & habent rationẽ cauſæ, ergo illud eſt ſacramentum tãtum, quod ſolũ habet rationem cauſæ, illud vero, quod eſt res & ſacramentum ſimul, dẽt eſſe ſimul cauſa & effectus. Minor probatur. nam coniunctio illa eſt effectus ſacramenti tantum, & illa coniunctio efficit gratiã, nã nexus maritalis cauſat nexum ſeu vinculũ ſpirituale, quo vniuntur coniuges in charitate, & hæc eſt gratia ſacramentalis huius ſacramenti. Eſt optimum ſimile in confeſſione. Confeſſio enim uocalis habet ratio-

A nem ſacramenti tantum, quoniam cauſat contritionem ad gratiam, cõtritio verò interna eſt res & ſacramentum ſimul: quoniam eſt effectus confeſſionis uocalis & eſt cauſa gratiæ.

AD argumenta facta in principio reſpondetur. Ad primum, quod matrimonium (ut infra dicemus) eſt nomen æquiuocum, & quandoq; accipitur pro contractu matrimonii, quandoque vero pro coniunctione & vinculo. quod ſubſequitur. In præſentia vero quando dicimus, ꝙ matrimonium eſt ſacramentum, lo-
B quimur de contractu qui per ſe eſt ſenſibilis. nam accipiendo matrimonium pro coniunctione & vinculo quod ſubſequitur, nõ eſt ſacramentum tantum, ſed res, & ſacramentum ſimul.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quod actus noſtri etiam eleuatæ à diuino auxilio non habent cauſare, neque augere effectiuè gratiam, ſi tamen illi actus conſiderẽtur, ut inſtrumenta quædam diuinæ uirtutis eleuata à Deo, poſſunt cauſare & augere gratiã effectiuè: nam non ſolum forma quæ ſe tenet ex parte ſacerdotis, & ẽt materia, quæ
C ponitur à ſacerdote, cauſat gratiã effectiuè: verum etiam quando forma & materia ad inuicem ſeparantur, & forma ponitur à ſacerdote, & materia ſunt actus noſtri, qui ſe tenent ex parte recipientis, nam vt dicit D. Tho. in 3. parte, quæſtion e 84. art. 1. & 2.) non ſolum abſolutio ſacerdotis cauſat gratiam effectiuè, ſed etiam actus pœnitentis concurrunt effectiuè ad gratiam, quoniam ex his duobus conflatur vnum integrum ſacramentum, & vnum totale inſtrumentum ad efficiendam gratiam, & ita in ſacramento matrimonii, actus contrahentium
D ſunt inſtrumenta diuinæ uirtutis ad cauſãdam gratiam. Eſt enim aduertendum cùm D. Thom. loco immediatè citato, articu. 1. ad primum, quod ſacramenta ſunt in dupli ci differentia, quædam ſunt quę conferunt quandam plenitudinem gratię, quæ nullã habet proportionem cum actibus noſtris, ut in baptiſmate, in quo remittitur peccatũ, & quantũ ad culpam, & quantum ad pœnã, & in his ſacramentis materia & forma ſe tenet ex parte miniſtri ad ſignificandũ, ꝙ ille effectus prouenit à ſola uirtute Chriſti, quaſi ex quodam extrinſeco principio, alia uero ſacramenta ſunt, in quibus

A gratia quæ confertur,non habet iſtam plenitudinem, ſed habet aliqualem proportionem cum actibus noſtris,ut in ſacramento pœnitentiæ & matrimonii;& in his ſacramentis non ſe tenet totum ab extrinſeco, nam materia ſacramenti pœnitentiæ ſunt actus pœnitentis, & illi actus concurrunt actiuè ad iuſtificationem:in ſacramento verò matrimonii hoc eſt peculiare, ꝙ materia & forma ſacramẽti tenet ſe ex parte recipientium ſacramentum, & ex parte contrahentium, vt ſtatim dicemus, quoniam hoc ſacramẽtum eſt infimum inter omnia B ſacramenta:& gratia quæ in illo confertur, habet aliqualem maiorem proportionẽ cũ actibus noſtris. Hoc argumentũ explicabitur amplius in ſolutione ad cõfirmationẽ.

¶ Ad confirmationẽ vt reſpondeamus ſupponẽdum eſt,quòd ſicut auxilium ſupernaturale & generale Dei nõ tollit,quin cauſa ſecũda ſit agens principale,ita in actibus & moribus ſupernaturalibus auxilium ſupernaturale quo Deus cõcurrit cum homine ad operandum,non tollit,ꝙ homo ſit agẽs principale, in actu enim fidei & charitatis agens principale eſt homo,quamuis Deus C cõcurrat auxilio ſupernaturali, nã eſt actio uitalis de cuius eſſentia eſt, quòd agens principale ſit viuens, & in illo actu ipſum viuens mouet ſe.

¶Quo ſuppoſito dicendum eſt primo,ꝙ ſi homo per actus proprios cõcurreret effectiuè ad gratiam & ad augmentũ illius,nõ vt actus illi ſunt inſtrumenta diuinæ virtutis,quantumuis ſint eleuati ex diuino auxilio,optimè colligeretur, ꝙ homo iuſtificarèt ſeipſum, quod conſtat manifeſtè, nam homo in illa operatione habet ſe vt viuẽs & ut agẽs principale mouẽs ſeipſum, ergo D iuſtificat ſeipſum.Eſt exemplum in naturalibus.Homo auget ſeipſum, quoniam eſt viuens & agẽs principale, & in illa operatione mouet ſe. Cæterũ quãdo actus noſtri ſunt partes ſacramẽti & ſunt inſtrumẽta quædã diuinæ virtutis, tunc homo non eſt agens principale, ſed Deus: & idcircò etiam ſi actus noſtri concurrant effectiuè ad iuſtificationẽ, homo non dicitur iuſtificare ſeipſum,ſed iuſtificatur à Deo, mediãte illa virtute diuina inſtrumẽtali, quæ eſt in actu noſtro.Eſt optimũ ſimile, nam etiã ſi grauitas concurrat effectiuè ad motum deorſum,vt dicunt probabiliter multi Philoſophi, nihilominus graue non mouet ſeipſum,ſed mouetur à generante,mediante virtute impreſſa ab illo, quoniam illa virtus non eſt propria grauis, ſed generantis: ſic in propoſitio virtus, quæ eſt in actibus noſtris ad iuſtificandum, non eſt propria hominis,ſed Dei: & ita homo non iuſtificat ſeipſum,ſed iuſtificatur à Deo, quòd ſi aliquando aliqui authores dicſit, quod homo per actum;qui eſt pars ſacramenti iuſtificet ſeipſum,illi authores piè interpretãdi ſunt ad iſtum ſenſum,quod illi actus vt inſtrumenta diuinæ virtutis concurrunt effectiue ad gratiam. ¶Dico ſecundo, ꝙ actus noſtri ut noſtri ſunt, quantumcunque eleuantur à Deo per auxilium ſupernaturale, non poſſunt concurrere effectiuè ad gratiam,neque ad augmentum illius, nam ut quidam dicunt,actus noſtri nunquam habent tãtum ſupernaturalitatem,ſicut habitus gratiæ & aliarum virtutum,nã iſti habitus pertinẽt omnino ad ordinẽ ſupernaturalem,& nihil habent admixtum naturalitatis,actus uero noſtri quantumuis eleuati ſint diuino auxilio, ſemper habent admixtum aliquod naturale, ſaltem quantũ ad ſubſtractũm remotiſſimum: & ita nulla eſt proportio in ratione cauſæ & effectus inter actum & habitum:quãdo uerò actus noſtri concurrunt vt partes ſacramenti, & ut inſtrumenta diuinæ uirtutis,agẽs principale eſt Deus,cùm quo effectus debet habere proportionem, non uerò cum inſtrumento.

¶Ad tertium argumentũ aliqui moderni Theologi exiſtimant, quod quamuis in matrimonio ſit unicus tantum contractus ſunt tamen duo ſacramenta,nã ſacramenta multiplicantur ſecundum ſuſcipientes, ſuſcipientes uerò duo ſunt. Hæc tamẽ ſententia videtur falſa,nam ſacramentum (ut dicitur in 3.par.quæſt.60.) conſtituitur in genere ſigni,at vero in matrimonio non reperiuntur duo ſigna,ſed unicum tantum, & ita dicit Paul. ad Epheſ. 5. Sacramentũ hoc magnum eſt, ubi D. Paul.loquitur in ſingulari. Cõſtat ẽt ratione, nam expreſſio unius coniugis, ſeorſum nihil ſignificat,ſed utraque expreſſio ſimul eſt ſignum coniunctionis Chriſti cũ eccleſia,ergo. Itaque videtur certũ,quod in matrimonio nõ ſint duo ſacramenta totalia,ut iſti autores dicebant. ¶Alii uero moderni. Theologi exiſti-

Ad Ephe.c.5.

exiſtimant, quòd in ſacramento matrimo- A nij ſunt duo partialia ſacramenta ſicut ſunt duæ partiales gratiæ in contrahentibus, & poſſet eſſe optimum exemplum in ſacramẽto Euchariſtiæ, in quo quidem ſunt duo partialia ſacramenta cùm duabus materijs & formis partialibus, ex quibus reſultat poſteà vnicũ integrum & totale ſacramentũ, & vnicum inſtrumentũ totale ſignificatiuũ gratiæ & illius effectiuum. Et ratio pro hac ſententia eſſe poteſt, nam ſicut in ſacramẽto Euchariſtiæ in qualibet parte eſt pars materiæ & pars formæ, & ideo ſunt duo partialia ſacramenta: ita in ſacramento matrimonii ſecundum veriorem ſententiam, B vt ſtatim dicemus, ſunt duæ partes in quibus eſt pars materiæ & pars formæ, nam in expreſſione viri eſt pars materiæ, & pars formæ ſecundum diuerſam rationem, vt ſtatim explicabitur: & idem dicendum eſt de expreſſione fœminæ, ergo ſunt duo partialia ſacramenta. Hæc ſententia ſic explicata non eſt omnino improbabilis. ¶ Nihilominus tamen dicendum eſt, quod tantum eſt vnicum integrum ſacramentum, & nullo modo ſunt duo partialia ſacramenta, ſed ex verbis vtriuſque contrahentis, quæ diuerſa ſunt, & ex eorum expreſſionibus, quæ diſtinguntur iuxta diuerſitatem contrahen- C tium, efficitur vnicum ſignum gratiæ & cõiunctionis Chriſti cum eccleſia: nam licet ibi ſint plura materialiter & in genere rei, eſt tamen ibi vnum in ratione ſigni, ſicut in ſacramento pœnitentiæ diuerſi actus pœnitentis & abſolutio ſacerdotis, quæ habẽt diuerſitatem in genere entis, conficiunt vnicum ſignum & vnicam cauſam inſtrumentalem gratiæ, neque eſt eadem ratio atque de ſacramento Euchariſtiæ, nam Chriſtus Dominus contractum ipſum matrimonij eleuauit ad rationem ſacramenti, & nulla pars ſeorſum illius contractus habet rationem ſigni vel cauſæ effectiuæ gratiæ, in quo- D quidem differt à ſacramento Euchariſtiæ: nam quælibet pars ſacramenti Euchariſtiæ eſt inſtituta à Chriſto ad ſignificandam & cauſandam gratiam partialiter. & ita ſi maneat vna pars ſeorſum, vt manet ſemper, vere habet rationem ſigni cauſatiui gratiæ partialiter, non verò in ſacramento matrimonii. Item eſt alia differẽtia, nam in ſacramẽto Euchariſtiæ in qualibet parte eſt pars materiæ & formæ, taliter quòd pars materiæ quæ eſt in ſpecie, v. g. panis, actuatur per formam partis quæ eſt in eadem ſpecie panis; idem eſt de parte quæ eſt in ſpeciebus vini: cæterum in ſacramento matrimonii nõ eſt ita, nam expreſſio conſenſus, v. g. viri, ſi habet rationem formæ & materiæ non eſt in eodem ſubiecto, ſed habet rationem formæ reſpectu expreſſionis conſenſus fœminæ, & habet rationem materiæ reſpectu eiuſdem; vnde nunquam conflatur vnum partiale inſtrumentum ſignificatiuũ & cauſatiuum gratiæ in aliqua parte contractus. ¶ Ad confirmationem dicendum eſt primo, quod licet gratia quæ producitur per hoc ſacramentum differat numero in vtroque coniuge materialiter loquendo & veluti in genere rei & qualitatis, imò in genere gratiæ abſolutè loquendo; tamen in ratione effectus huius ſacramenti eſt idem effectus numero, formaliter loquendo, quoniam illa gratia eſt eiuſdem rationis in vtroque coniuge & ordinata ad eundem finem formaliter loquendo. Eſt optimũ ſimile in Philoſophia, Duæ ſuperficies altera aquæ, altera aeris, differunt numerò in ratione rei & in ratione ſuperficiei, tamen in ratione loci eſt eadem numero formaliter loquendo; imò in ratione medij per quod fit motus; non diſsimiliter in propoſito. ¶ Secundo reſpondetur, quòd diuerſi effectus numero poſſunt prouenire ab eadem cauſa & inſtrumento numero, nam ſecundum opinionem probabilem, ſi vnus ignis ſimul & ſemel producat ignẽ in duobus lignis, erũt duo effectus numero, tamen ab vnica numero cauſa; ſic matrimoniũ poteſt eſſe vnũ, & vnica cauſa, effectus verò gratiæ diuerſus numero.

¶ Ad quartum argumẽtum aliqui Theologi exiſtimant, quòd res & ſacramentum ſimul in hoc ſacramento, non eſt cauſa gratiæ & charitatis, quæ datur coniugibus. Et ratiò illorum eſt, tùm quoniam D. Thom. videtur hic id aſſerere, tùm etiam quia exiſtimant, quòd de lege ordinaria relatio non aſſumitur à Deo ad cauſandum aliquid; vinculum verò illud, relatio eſt, & hoc præcipuè habet verum, ſi vinculum illud ſit relatio rationis, vt tenet Magiſter Soto, vnde ſecundum iſtam ſententiam dicunt, quòd nõ eſt neceſſarium, quòd res, & ſacramentum ſimul habeat rationem cauſæ & effectus, ſed ſatis eſt, quòd habeat rationem

ſigni

ſigni & ſignati, quoniam ſacramentum conſtituitur in genere ſigni: & apponunt exemplum in ſacramento Euchariſtiæ, in quo res & ſacramentum ſimul, eſt corpus Chriſti, tamen corpus Chriſti non eſt effectus ſacramenti tãtum. videlicet ſpecierum ſacramẽtalium. Hæc quidem ſententia ſatis probabilis eſt & facillime ſoluitur argumentum, ſecundum iſtum modum dicendi. ¶ Secũdo reſpondetur, quòd cõiunctio illa cauſat effectiuè gratiam. Et ad primam probationẽ ex D.Thom. reſpondetur quòd D.Tho. ſolum dicit, quòd concurrit diſpoſitiuè non tamen dicit, ꝙ tantum concurrit diſpoſitiuè, præcipuè quoniã actio inſtrumenti poteſt dici diſpoſitiua reſpectu actionis principalis agentis. Ad ſecundum probationem reſpondetur, quòd relatio realis, qualis eſt coniunctio maritalis, vt poſteà dicemus, ex natura ſua, & ſecũdum propriam virtutem non eſt actiua, etiam tanquam inſtrumentum: ſi autem cõſideretur in ordine ad diuinam & ſupernaturalem potentiam, poteſt eſſe actiua & habere rationem inſtrumẽto: nam Deus quodlibet ens exiſtens in rerum natura, quantũuis minimum, & relatiuum, poteſt aſſumere, vt inſtrumentum ad producẽdum aliquod in alio ente, eo enim ipſo quòd aliquid eſt ens exiſtens, eſt aptum ad efferendum diuinum myſterium in ordine ad quodlibet ens exiſtẽs, & quodlibet ens in ordine ad diuinam potentiã eſt in ordinabile in ratione agentis, & patiẽtis in ordine ad quolibet aliud ens.

¶ Ad vltimum reſpondetur, quòd vinculum illud quod eſt in infidelibus conuerſis ad fidem, eſt res & ſacramentum ſimul. Tamen vinculum illud dupliciter poteſt conſiderari. Primo modo, vt oritur ex contractu naturali, & ſic vinculum illud iam erat, & non erat effectus ſacramẽti matrimonii: alio modo poteſt conſiderari vinculum, ut eleuatur a diuina virtute ad ſignificandam & cauſandam gratiam, & ſic habet rationẽ rei & ſacramenti ſimul, itaque ſicut contractus ipſe habet duplicem rationem, & eſt contractus quidam naturalis, & præterea habet rationem ſacramẽti, ita uinculum ſecũdum eſſe naturale, quod habet, cauſatur ex cõtractu naturali, ſi autẽ conſideretur ſecundum quod eleuatur à Deo, cauſatur à contractu ſecundum quod ſacramentũ eſt. Eſt optimum ſimile in ſacramento pœnitẽtiæ, contritio enim ſi abſolutè conſideretur, eſt effectus uirtutis pœnitentiæ, ſi autẽ conſideretur, ut res & ſacramentum ſimul, eſt effectus ſacramenti confeſſionis, & ſicuti contritio, vt eſt effectus uirtutis pœnitentiæ, poteſt præcedere ſacramentum confeſſionis, non uerò contritio, ut eleuatur in ratione rei & ſacrãmenti ſimul: non diſſimiliter uinculum illud, ut eſt aliquid naturale, poteſt præcedere ipſum ſacramentum, non uero ut eſt res & ſacramentum ſimul.

¶ In hoc dubio dictum eſt, quid eſt ſacramentum tantum, quid res & ſacramentum ſimul: modo explicandum eſt, quæ nam ſit materia & forma huius ſacramenti. Et licet iſta quæſtio æqualiter procedat de materia & forma, non tamen poterit omnino perfectè explicari forma, uſque dum explicemus miniſtrum huius ſacramenti: & præcipua quæſtio eſt de materia ex qua conficitur hoc ſacramentum.

Difficultas quarta illaque grauiſſima eſt, quæ nam ſit materia & forma huius ſacramenti. Prima ſententia eſt Duran. in 4 diſtin. 1. quæſt. 3, & diſtin. 26, quæſt. 3. qui aſſerit, quod ſacramentum pœnitentiæ & ſacramentum matrimonii non conſtant ex rebus & verbis, ſed ex ſolis verbis, & in ſpeciali dicit, ꝙ ſacramentum matrimonii non conſtat ex materia & forma, dicit enim in dicto primo, quod non eſt facile aſsignare in hoc ſacramẽto quid ſit materia & quid forma, Eſt enim aduertẽdum, ꝙ in omnibus iſtis ſequitur ſuam ſententiam in qua dicit, ꝙ matrimonium non eſt vniuocè ſacramentum cum reliquis ſacramentis nouæ legis.

¶ Hæc ſententia probatur ſequentibus argumentis. Primo arguitur. Quilibet coniugum æqualiter ſe habet ad ſacramentum matrimonii, itaque coniuges in contrahẽdo, ſunt pares & æquales, ergo verba vtriuſque coniugis nõ ſe habent, vt materia & forma. Cõſequẽtia eſt manifeſta, ſimul cum antecedẽti; tũc vltra, ergo verba vel ſigna utriuſq; coniugis nõ ſe habent, ut materia & forma. Probatur conſequentia, quia modus cauſandi in materia & modus cauſandi in forma ſunt modi longe diuerſi & inæquales. ¶ Cõfirmatur argumẽtum & explicatur. Forma habet ſe, ut actus ac ſubinde ut aliquid perfectum, materia uero ut potentia & ut aliquid imperfectum, ergo, impoſsibile eſt, ꝙ illa,

illa, quę habent æqualitatē, cuiuſmodi ſunt A expreſſiones conſenſuū, ſe habeant vt materia & forma.

¶ Secūdo arguitur fortiori argumento. Materia & forma ſacramentorum nouę legis tradita eſt in decretis Pontificum eccleſiæ & in Concilijs, præcipuè in Florentino & Trid. ſed in his locis nulla traditur materia & forma huius ſacramenti, cum tamē aliorum ſacramentorum nouæ legis tradatur materia & forma, ergo ſacramentū matrimonij non habet materiam & formam. Conſequentia eſt bona, maior eſt manifeſta. Minor vero conſtat, nam in nullo Con- B cilio vel decreto, neque in Concilio Florentino, & Tridētino fit mentio de materia & forma huius ſacramenti, cū tamen fiat mentio de materia, & forma omnium aliorum ſacramentorum. ¶ Quòd ſiquis dicat, quòd in Concilio Florentino in decreto Eugenii ſuper vnione Armentorum in materia de ſacramentis in genere dicitur, ꝙ omnia ſacramenta cōſtant ex materia & forma. Cōtra, ſacramētum matrimonii eſt vniuocè ſacramentum cum reliquis ſacramentis nouę legis, vt iam definiuimus, ſed omnium aliorum ſacramētorum nouæ legis traditur in C illo loco materia & forma, nō ſolùm in generali, verumetiā in particulari, ergo ſimiliter tradendā erat materia & forma huius ſacramēti in particulari, ſi aliqua erat, nam etiam hoc ſacramentum eſt fundamētum eccleſiæ, ſicuti alia: igitur cum ibi non tradatur materia & forma in particulari, non habet illam. ¶ Confirmatur argumentum. Quia alias ſequeretur, quod in eccleſia Dei ſolum ſit cognitio confuſa & vniuerſalis ſacramenti matrimonii conſequens autem eſt falſum, ergo & illud ex quo ſequitur. Probatur ſequela, ſi hoc ſacramentum ha- D bet materiam & formam, hæc non cognoſcitur diſtinctè & in particulari in eccleſia, & ita non ponitur in concilio in particulari, ac ſubinde non cognoſcitur hoc ſacramētum per ſuas partes, videlicet per materiam & formam, & ita erit cognitio confuſa. Minor vero probatur. Nam cum ſacramenta ſint fundamenta eccleſiæ, debet eſſe notitia illorum diſtincta & in particulari.

¶ Tertio arguit. Chriſtus Dominus inſtituit non ſolū in genere, ſed etiam in particulari & ſpecie materiam & formam ſacramentorum nouæ legis, ſed non inſtituit in particulari & in ſpecie materiam & formam matrimonii, ergo nō habet materiam & formam. Conſequentia eſt optima, maior vero cōnſtat ex his quæ dicuntur 3. par. quæſtione 64. præcipuè articulo 4. vbi definitur, ꝙ pertinet ad poteſtatem excellentiæ Chriſti Domini præſcribere in particulari & in ſpecie materias & formas ſacramentorum nouę legis. Minor vero probatur. Nam eccleſia Romana nullam talem materiam cognoſcit, quamuis ſciat omnia quæ Chriſtus Dominus dixit, & ita eccleſia Romana non aſſignat in particulari & in ſpecie materiā & formam matrimonii.

¶ Quarto arguitur. Si qua eſſet materia & forma huius ſacramēti, eſſet externa expreſſio conſenſus vtriuſque coniugis, vt dicit expreſſè D. Thom. in hoc articulo, ſed illa externa expreſſio nō habet rationē materiæ & formæ, ergo nihil habet rationem materiæ & formæ. Conſequentia eſt bona & minor probatur; quia ex hoc ſequitur, ꝙ eadem res in eodem genere cauſę habet rationem cauſæ & effectus. Conſequens aūt eſt contra dicta omnium Philoſophorum, ergo. Sequela probatur. Verba vnius coniugis habent rationem materiæ in ordine ad verba alterius, & etiam habent rationē formæ, & ſimiliter verba alterius, ergo eadem res in eodē genere cauſæ ſe habet ut cauſa & effectus.

¶ Secunda ſententia eſt, ꝙ materia huius ſacramenti ſunt conſenſus interni contrahentium, verba autem quæ explicant iſtum conſenſum habent rationem formæ. Hanc ſententiam tenet Capreol. in 4. diſt. 28. quęſt. vltima artic. 3. ad ſeptimum, contra primum. & Nauarro in Manuali ca. 22. num. 20. & gloſſ. in cap. tua nos, de ſponſalibus, vbi dicit quòd duo ſunt in matrimonio, ſcilicet ſubiectum & forma, & pro ſubiecto ſeu ſubſtantia ſunt conſenſus, pro forma vero verba deputata ad explicandos cōſenſus, quod ſi quis dicat Capreolo, quod materia huius ſacramenti debet eſſe ſignū ſenſibile, conſenſus vero internus nō eſt ſenſibilis, ac ſubinde nec materia, reſpondet, ꝙ ipſe non dicit, quod cōſenſus internus quomodocunque ſumptus ſit materia, ſed ut explicatur per verba, & vt explicatur, habet rationem ſigni ſenſibilis, & Capreolus non affert pro ſua ſententia aliquam rationem. Probatur tamen tali ratione. Nam ꝙ perfi-

Gloſſ. c. tua nos de ſpon ſalibus

perficitur & determinatur ab alio, habet rationem materiæ, illud vero quod perficit & determinat, habet rationem formæ, ſed conſenſus determinatur & perficitur per verba, ergo habet rationem materiæ, & verba rationem formæ. Minor conſtat, nam conſenſus internus in ratione ſigni habentis ſe in ordine ad aliud, determinatur per verba non enim dicit ordinem ad aliud, niſi per verba. ¶ Confirmatur hæc ratio ex D. Tho. in hoc articulo ad primũ & ſecundum, nam ad ſecundum dicit, quòd ſicut in pœnitentia ipſi actus pœnitentis ſunt materia huius ſacramenti, ita etiam in matrimonio, ad primum verò expreſſe ait, quòd verba contrahentium ſunt forma, ergo intendit D. Tho. quod in matrimonio verba ſunt forma, & actus & cõſenſus internus ſit materia. Probatur conſequentia, quia alias ipſe ad ſecũdum diceret, ꝙ verba ſunt materia, ſicut ad primum dicit, quòd ſunt forma.

¶ Tertia ſentẽtia eſt econuerſo, ꝙ materia huius ſacramenti ſunt verba, forma vero eſt interior conſenſus, & hæc ſententia ſolet tribui Maiori in 4. diſtin. 26. quæſt. 1. Hæc ſententia probatur. Nam illud eſt materia, quod eſt minus perfectum, & eſt determinabile per aliud, illud uero forma, quod eſt magis perfectum & determinans aliud, ſed verba ſunt quid minus perfectũ, quam conſenſus, nã conſenſus eſt quid ſpirituale, verba vero materialia, & verba determinantur per conſenſus, ergo materia ſunt verba, cõſenſus verò forma: & hæc ſententia põt ſaluare communem doctrinam aſſerentium, ſacramentum eſſe quid ſenſibile, nam forma non eſt ſacramentum, ſed materia, materia autem ſignum ſenſibile eſt, ſcilicet, verba ſenſibilia.

¶ Quarta ſententia eſt, ꝙ materia huius ſacramenti ſunt corpora contrahentium, vel perſonæ quæ ſe inuicem tradunt per verba exprimentia conſenſum. Hæc opinio eſt Paludani in 4. diſt. 26 quæſt. 4. num. 23. & Adriani, quæſtio. 1. ad 2. variat tamen in aſſerenda forma: dicit enim, formam huius ſacramenti eſſe conſenſus contrahentium explicatos per verba: alii vero aliter dicunt. Hanc ſententiã tenet Couar. ſupra 4. Decretal. parte. 2. num. 8. Palacios in 4. diſtin. 26. par. 2. ¶ Probatur hæc ſententia. Primò, quia in quolibet ſacramento nouæ legis, neceſſarium eſt aſſignare materiam & formã

A diſtinctã, nõ quomodocunque, ſed realiter vt duæ res, hoc autem ſaluari non poteſt, niſi ſecundum iſtam ſententiam, ergo. Maior patet ex Concil. Florent. decreto, ſupra unionem Armen. ubi poſtquam dixit, ſeptem eſſe ſacramẽta Eccleſiæ, aſſerit, quod omnia illa tribus conſtant, ſcilicet rebus, tanquàm materia, uerbis, ut forma, & perſona miniſtri: vbi videtur apertè dicere, ꝙ materia debet eſſe res diſtincta à verbis, quæ ſunt forma. Minor vero probatur. Nam in matrimonio quatuor poſſumus conſiderare, ſcilicet, perſonas contrahentes, conſenſus ipſarum, uerba quæ exprimunt ipſos conſenſus, & denique vinculum quod reſultat. Vinculum verò cum ſubſequatur ad ſacramentum, non põt habere rationẽ materiæ nec formæ: verba enim nude conſiderata, nec ſunt materia nec forma, ſed communiter dicuntur forma, ea ratione, quæ exprimunt cõſenſus, & continent illos, vnde non poterunt conſenſus, eſſe materia realiter diſtincta a verbis, vt ſunt forma: reſtat ergo vt forma ſint ipſa verba continentia cõſenſus, materia autem ſint perſonæ contrahentes, & ſic ſaluatur in hoc ſacramento, quod materia ſit realiter diſtincta à forma.

¶ Secundo arguitur ex Palu. Nã in omnibus aliis contractibus in quibus traduntur res aliæ, res quæ traditur habet rationẽ materiæ, verba vero quibus traditur, habẽt rationem formæ, ergo in hoc cõtractu, ubi traduntur perſonæ, habent illæ rationẽ materiæ, uerba uero rationem formæ. ¶ Confirmatur primo. Nam ſecundum iſtum modum dicendi, facilius intelligitur, quidnam ſit materia & forma huius ſacramẽti: & facilius ſaluatur, quod dicit Concil. Florent. ubi ſupra, & non eſt neceſſarium recurrere ad hoc ꝙ eadem res habeat rationem materiæ & formæ. ¶ Secundo confirmatur ex doctrina D. Tho. infra quæſt. 45. artic. 5. in 2. argumento, Sed contra, ubi perſonas cõtrahentes udcat materiam ſacramenti, ergo Hanc ſententiam ſequuti ſunt multi ex diſcipulis D. Thom.

¶ Quinta ſententia eſt, quod materia & forma huius ſacramenti, ſunt actus externi ſenſibiles contrahentium. Hanc ſententiam tenet D. Tho. in 4. diſt. 26. quæſt. 2. artic. 1. ad primum & ſecundum, & huic ſententiæ quatuor expoſitiones adhiberi ſolent, quas refert Capreol. loco immediatè citato. Prima

ma expoſitio eſt, quod verba prioris coniugis loquentis ſunt materia, ex qua, poſterioris vero habent rónem formæ actuantis & determinantis priora verba. Secunda expoſitio eſt conſenſus ipſos expreſſos eſſe materiam: formam uerò uerba exprimẽtia conſenſus, ut diximus in ſecunda ſẽtẽtia. Alias expoſitiones videte in Capreolo, non enim adducuntur, quoniam nõ eſt neceſſarium, & loco illarum eſt expoſitio Magiſtri Victoriæ, & Soti, in 4. diſtin. 1. quæſt. 1. art. 6. & diſt 26. quæſt. 2. arc. 1. iſti enim autores explicant D. Tho. ad hunc modum, quòd verba utriuſq; contrahentis uiciſſim habent rationem materiæ & formæ: materiæ quidem, ſecundũ quod uerba unius determinantur per uerba alterius, formæ uerò, ſecundũ quod uerba unius determinant uerba alterius.

¶ Sexta ſententia aſſerit, quod materia huius ſacramenti ſunt actus contrahentiũ, forma uero non ſe tenet ex parte cõtrahentium, ſed ex parte miniſtri eccleſiaſtici: itaque dicit hæc ſententia, quod forma huius ſacramenti ſunt aliqua verba, quæ neceſſario debent proferri ab aliquo ſacerdote ut miniſtro proprio huius ſacramenti. Er eſt ſimile in ſacramento pœnitentiæ, in quo actus pœnitentis habent rationem materiæ, forma uero ſunt uerba prolata a ſacerdote miniſtro eccleſiæ. Hanc ſententiam tenet Magiſter Canus relectione de ſacramẽtis in genere, par. 1. ad primum & lib. 8. de locis Theologicis cap. 5. & adducit pro ſua ſententia Guillielmũ Pariſien. libro de ſacramentis, tractatu de matrimonio cap. 9. quæſt. 1. adducit etiam pro ſe patres Concilij Colonienſ. ubi agitur de matrimonio cap. uerbum, ubi dicitur, aliud eſſe uerbum quo fit matrimonium, & aliud quo efficitur ſacramentum matrimonii: ad rationem enim ſacramenti docent, non eſſe ſatis uerba contrahentium, ſed quod requiritur aliquod ſacrum uerbum: contẽdit etiam Magiſter Canus, quòd hæc ſententia eſt Paludan. ubi ſupra, dicit enim quod quãdo uir & fœmina cõficiunt contractum matrimonii ciuiliter, ſi non habeant pœnitentiam, non ſunt ſacrilegi, ubi manifeſtè inſinuat, quod tale matrimonium non eſt ſacramentum, nam ſi eſſet ſacramentũ & reciperent illud in mortali ſine penitentia, eſſet peccatum mortale.

A ¶ Hanc ſententiam probat Magiſter Canus multis argumẽtis. Primo probatur hæc ſententia ex D. Thom. in 4 diſt. 1. quæſt. 1. artic. 2. ad quintum. ubi dicitur, quod in matrimonio inquantum eſt in officium naturæ, & in pœnitentia, ut eſt uirtus, non ſunt neceſſaria aliqua uerba utriuſque, tamẽ eſt neceſſarium, ut eſt ſacramentum & requiruntur uerba, ut diſpenſetur ſacramentum per miniſtrum eccleſiæ: ubi apertè inſinuatur, quæ uerba miniſtri eccleſiaſtici diſpenſantis matrimonium ſunt forma matrimonii: ut eſt ſacramentum: & in 4. cont. gent. cap. 78. inſinuat, quod ſacramentum matrimonii, ſicut alia ſacramenta, indiget miniſtro eccleſiaſtico.

B ¶ Secundò probatur. Quia oppoſita ſententia, quæ eſt communis, neque habetur in ſacra Scriptura, neq; in traditione Apoſtolica, nec inde colligitur per euidentem conſequentiam, ergo ad minus ſententia communis non eſt certa ſecundum fidem, ac ſubinde hæc ſententia eſt probabilis.

¶ Confirmatur primò. Quia ſi hæc opinio non eſſet uera, non poſſet ſaluari quod dicit Scotus, ꝙ quando matrimonium non poteſt contrahi uerbis, ſed contrahitur tantum per nutus, non ſit ſacramentum: quod autem hoc ſit uerum, patet ex
C Concilio Florentino, ubi diffinitur, quod omnia ſacramenta nouæ legis debent conſtare uerbis, ergo quando matrimonium non conſtat uerbis, non erit uerum ſacramentum: quod patet, nam ſtatim ſubdit Concilium, Sine his non perficitur ſacramentum. ¶ Secundò confirmatur. Nam ſecundum ius antiquum, quando aliqui erãt ſponſi per uerba de futuro, ſi ſine aliis uerbis de præſenti haberent copulam carnalem cum affectu maritali, contraherent matrimonium. Tunc ſic. Si uerba ſacerdotis nõ erant neceſſaria, ſed tantum expreſſio con-
D ſenſus, ſequitur, quod copula carnalis eſſet ſacramentum. Conſequens eſt falſum, ergo, Sequela patet. Nam copula carnalis eſſet expreſſiua conſenſus.

¶ Tertio arguitur. Actio ſacramentalis eſt actio ſacra, ergo requirit miniſtrum ſacrum & formam ſacram: ac ſubinde matrimonium contractum ſine miniſtro ſacro, quamuis ſit matrimonium, non erit ſacramentum: & hoc patet in omnibus ſacramentis, quæ ſemper perficiuntur per miniſtrum

niſtrum

niſtrum ſacrum, niſi ſacramentum baptiſmi A in caſu neceſsitatis, & ſemper miniſter ſacer profert formam. ¶ Confirmatur primò Quando matrimonium cõtrahitur ſine miniſtro eccleſiæ, contrahitur vt quidam cõtractus humanus & ſæcularis, & verba ipſorum non poſſunt habere rationem formæ. Quod patet primò, nam forma inducitur ab agente, contrahentes verò ſunt recipientes: Secundo conſtat, quia forma ſacramentorum debet eſſe ſupernaturalis, verba vero prolata à contrahentibus ſunt naturalia. Tertiò conſtat, quia forma ſacramenti ſemper ſignificat aliquem effectum ſupernaturalem, B verba verò contrahentium non ſignificant aliquid ſupernaturale. Quartò conſtat, quia forma ſacramenti immediate eſt inſtituta à Chriſto, & determinatè, verba verò, quæ proferuntur à contrahentibus in matrimonio, non ſunt inſtituta à Chriſto, nec ſunt determinata ſed varia, ergo. ¶ Secundò confirmatur. Quando aliqua verba ſe tenent ex parte formæ, tunc ſi loco verborum ſubſtituantur nutus, uel alia ſigna, actio illa inualida eſt, & non conficit uerum ſacramentum, ut patet, in baptiſmate & in aliis ſacramentis, at uerò ſi C loco uerborum contrahentium ponantur nutus, uel alia ſigna externa, conficiunt uerum matrimonium, etiam inquantum ſacramentum, ergo illa uerba non ſunt forma, ſed forma debet ſe tenere ex parte miniſtri eccleſiaſtici. ¶ Confirmatur tertiò. Sacramentum ſupponit pro materia, ſed ſacramentum matrimonij ſunt uerba contrahentium, ut exprimunt conſenſus eorum ergo talia uerba ſunt materia: ac ſubinde non habent rationem formæ, nam materia & forma debent ab inuicem diſtingui. D Maior conſtat ex doctrina Diui Thomæ, in multis locis citatis a Magiſtro Cano, præcipue hic, ad ſecundum. & eam tenent multi alij Theologi. ¶ Quartò confirmatur, quoniam recentiores Theologi in explicanda materia & forma huius ſacramenti, ſunt adeò varij & diuerſi, vt reddant iſtam ſententiã maximè probabilem.

¶ Quartò arguitur. Contrahentes matrimonium ſine ſacerdote non exiſtimant ſe eſſe ſacrilegos ſi in peccato morali contrahant, ergo exiſtimant tale matrimonium non eſſe ſacramentum, aliàs enim exiſtimarent ſe eſſe ſacrilegos: miniſter enim qui in peccato mortali conficit ſacramentum, ſacrilegus eſt. ¶ Et confirmatur hoc argumentum ex conſuetudine aliquarum eccleſiarum, nam erat conſuetudo in aliquibus eccleſijs, quòd illi, qui contrahebant clandeſtinè, non præmittebant confeſsionem ſuorum peccatorum ante matrimoniũ, poſteà tamen quando in facie eccleſiæ contrahebant, confitebantur, ergo ſignum eſt, quod exſtimabant, quod tale matrimonium non erat ſacramentum.

¶ Quintò arguitur ex autoritate multorũ patrum antiquorum, qui referuntur 30. quæſt. 5. & ſpecialiter citatur primo Euariſtus primus, epiſt. 1. ſuorum decretorum, ubi matrimonium clandeſtinum in occulto, ſine miniſtro eccleſiæ factũ, uocat adulterinum contubernium, ergo ſignum manifeſtum eſt, quòd tale matrimonium factum ſine miniſtro eccleſiæ, nõ eſt ſacramẽtum. 30. q. 5. per totam.

¶ Sextò arguitur. Ex oppoſita ſententia ſequuntur maxima abſurda, ergo hæc ſententia non eſt tenenda. Conſequentia eſt bona, & antecedens probatur. Nam ex illa ſententia primò ſequitur, quod ipſi contrahentes conferant gratiam ex opere operato, quod uidetur maximè abſurdum. Secundò ſequitur, quod mulier ſit miniſter ordinarius huius ſacramenti, ſiquidem mulier profert uerba, hoc autem uidetur etiam maximum inconueniens, ergo.

¶ Septimò arguitur. Nam ut perficiatur ſacramentum nouæ legis, neceſſarium eſt, ut miniſter habeat intentionem faciendi quod facit eccleſia, ut patet ex Concil. Floren. in decreto de unione Armen. ſed quando uir & fœmina ſine ſacerdote in occulto contrahebant, non habebant intentionem illam, ſed ſolum habebant intentionem faciendi contractum, ergo non conficiebant uerum ſacramentum. Conſequentia eſt bona, minor probatur. Quia non habebant intentionem formalem, uel uirtualẽ, ergo non habebant intentionem. Conſequentia eſt bona, & antecedens probatur. Et quod non haberent formalem, patet: nã non habebant expreſsè iſtum actum, volumus facere, quod facit eccleſia. Quod non virtualem, probatur. Nam intentio virtualis præſupponit aliquam intentionem præcedentem formalem, ſed non habebant formalem, vt probauimus, ergo neque virtualem.

¶ Oct-

¶ Octauò arguitur. Saltem poſt Concil. Trident. neceſſarium eſt ad ſacramentum matrimonii, quòd ſit aliquis miniſter profe rens aliqua verba, nam in Seſſione 24. de re formatione matrimonii capit. 1. dicitur, ꝙ præmiſsis monitionibus, ſi nòn reperiatur impedimentum, procedatur ad matri monium in facie Eccleſiæ, vbi interrogatis contrahentibus, parochus dicat, ego vos in matrimonium coniungo, in nomine Patris &c. vel dicat alia verba ſecundùm morem patriæ. Ex quo ſi arguitur. Vel illa verba quæ dicit ſacerdos ſunt vera, vel falſa, non falſa & ſine effectu, nam dicuntur ex præce pto eccleſiæ, ergo ſunt vera: ergo verum eſt, quod ſacerdos illos coniungit, ac ſubinde poſt Concil. Trident. ſacerdos eſt verè miniſter matrimonii, & verba illius ſunt ve ra forma.

IN hac difficultate ut ueritatem explice mus, eſt prima concluſio. Certum eſt ſe cundùm fidem quod ſacramentum ma trimonii conſtat ex rebus, & uerbis; & ma teria & forma, & oppoſitum eſt error, ſa piens hæreſim noſtrorum temporũ de ma trimonio: non tamen eſt certum ſecundum fidem, quæ nam eſt materia & forma huius ſacramenti in particulari, & in ſpecie. Hæc concluſio habet duas partes. Quantum ad primam partem probatur primo. Nam in Concilio Floren. loco ſæpiſsimè citato dif finitur, quod omnia ſacramenta nouæ legis conſtant rebus vt materia, & verbis vt for ma, ſed de fide eſt, quòd matrimonium eſt ſacramentum nouæ legis, vt iam probatum eſt, & in hoc conueniunt omnes, licet va rient in aſſignanda materia, & forma, ergo certum eſt ſecundùm fidem, quòd ſacramẽ tum matrimonii conſtat ex rebus & verbis, & materia & forma.

¶ Secundo error eſt noſtri temporis dicere, quòd matrimonium non ſit ſacramen tum nouæ legis, ſed dicere, ꝙ matrimoniũ non conſtat rebus & verbis, materia & for ma, eſt dicere, ꝙ non eſt ſacramẽtum nouæ legis, vt manifeſtè conſtat ex iam dictis, ergo eſt error ſapiens hæreſim noſtrorũ temporum de matrimonio. Et confirmatur hoc argumentum. Nam omnia alia ſacramenta nouæ legis conſtant rebus & verbis, materia & forma, vt conſtat inductione, ſed certum eſt ſecundum fidem, quòd matrimonium eſt vniuocè ſacramentum nouæ legis

A cum omnibus aliis ſacramentis, ergo certũ eſt ſecundum fidem, quòd conſtat rebus & verbis, materia & forma.

¶ Tertio probatur hæc pars. Nã omnes Sancti & Theologi dicunt, quod ſacramentum matrimonii conſtat ex rebus & uerbis & materia & forma: & inquirunt, quænam ſit materia & forma, ergo.

¶ Secunda pars concluſionis probatur. Nam (vt conſtat ex iam dictis) inter Theo logos etiam ſapientiſſimos ſunt variæ & di uerſæ ſententiæ de materia & forma huius ſacramenti, & illæ ſententiæ ſunt probabi B les, ergo non eſt certum ſecundum fidem quænam ſit materia, & quænam forma.

¶ Aduertendum tamen eſt circa illam primam partem concluſionis, quod ea par te qua Durand. aſſerit, quod hoc ſacramentum non conſtat rebus, ſed ſolis verbis: nihil contra fidem ſentire uidetur, nam accipit res, ut condiſtinguntur omnino con tra verba, & nomine uerborum intelligit tantum ea, quæ uerba & uoces proprie dicuntur. Cæterum loqitur temerarie in hac parte, quoniam debuit ſermonem ſuum accommodare modo loquendi Con C ciliorum & Sanctorum patrum & ſcholaſti corum, qui omnes dicunt quod ſacramenta nouæ legis conſtant rebus & verbis. De quo in 3. par. quæſt. 60. art. 6.

Secunda concluſio. Contrahentes non ſunt materia proxima huius ſacramenti, ſed ſunt materia remota & circa quam. Hæc cõ cluſio eſt contra quartam ſententiam. Et probatur hæc concluſio quantum ad primam partem. Nam materia proxima huius ſacramẽti eſt de eſſentia illius, taliter quod ſupponit pro illa, ut patet ex omnibus aliis ſacramentis, ablutio enim in baptiſmate eſt D de eſſentia illius, taliter quòd ſacramentum baptiſmi ſupponit pro ipſa ablutione, quoniam eſt materia proxima illius, & idem eſt in omnibus aliis ſacramentis: ſed contrahen tes non ſunt de eſſentia matrimonii, taliter quòd ſacramentum matrimonii ſupponat pro ipſis coatrahentibus, ut manifeſtè conſtat: ergo ipſi contrahentes non ſunt mate ria proxima huius ſacramenti. ¶ Et confirmatur argumentum. Nam materia proxima alicuius ſacramenti eſt illa ex qua uelu ti componitur & perficitur ipſum ſacramẽ tũ, ut patet in omnibus aliis ſacramentis: materia proxima baptiſmi eſt ablutio, quo niam

niam ex ablutione ueluti componitur & efficitur baptiſmus,& ſic in alijs ſacramentis: ſed ſacramentum matrimonii nullo modo veluti componitur & perficitur ex ipſis contrahentibus,ut eſt apertum,ergo materia proxima ſacramenti matrimonii non ſunt ipſi contrahentes.

¶ Secunda vero pars concluſionis probatur. Primo. Materia remota & circa quam, contractus matrimonii ſunt ipſi contrahentes, ſed contractus ipſe matrimonialis eſt ipſum ſacramentum,vt iam dictum eſt, ergo materia remota huius ſacramenti ſunt ipſi contrahentes. Conſeqnentia eſt bona, maior probatur. Nam illud eſt materia remota,& circa quam, in quolibet contractu. quod traditur per talem contractum, vt patet in venditione qua vẽditur equus,in qua equus eſt materia remota, & circa quã,ſed in contractu matrimoniali ipſi contrahentes traduntur per talem contractum, ergo ipſi contrahentes ſunt materia remota, & circa quam.

¶ Secundò probatur hæc pars. Illud eſt materia remota,& circa quam,in quolibet actu & habitu, circa quod verſatur talis actus vel habitus, ſed actus contrahentium verſantur circa ſe ipſos,tradendo ſeipſos, & tradendo poteſtatem ſuorum corporum, vt conſtat: ergo perſonæ contrahentiũ ſunt materia remota,& circa quam. Conſequentia eſt bona,& maior eſt manifeſta in omnibus habitibus & actibus.

¶ Tertiò probatur hæc pars In ſacramento pœnitentiæ materia remota,& circa quam, ſunt peccata confitẽntis, quoniam actus pœnitentis qui ſacramentum recipit, & actiones illius verſantur circa peccata, confitendo illa,dolendo de illis,& deteſtando illa: ſed ſimiliter actus contrahentiũ qui recipiunt hoc ſacramentum, verſantur circa corpora eorum,conſentiendo in traditione eorum, & explicando per ſigna externa iſtam traditionem, ergo ipſi contrahentes ſunt materia remota & circa quam, huius ſacramenti.

¶ Tertia concluſio. Materia proxima huius ſacramenti ſunt actus cõtrahentium & expreſſiones ſenſibiles, quibus viciſſim declarant ſibi contrahentes ſuos conſenſus. Hæc concluſio eſt expreſſa D. Thom. hic in ſolutione ad ſecundum. & eam tenet Magiſt. Sotus in 4. diſt. 26. quæſt. 2. artic. 1. &

A eam ſequuntur ferè omnes Theologi, præcipuè ex ſchola Diui Thomæ: nam etiam illi qui tenent vltimam ſententiam,conueniũt in hac concluſione.

¶ Hæc concluſio probatur primò ex cõmuni ſententia omnium Theologorũ,nam ferè omnes conueniunt in hoc, quòd materia proxima huius ſacramenti ſunt expreſſiones ſenſibiles ipſorum contrahentium, ergo hæc ſententia omnino tenenda eſt.

Secundò probatur concluſio. Nam(vt ſupra diximus) ſacramentum matrimonii tã tum prædicatur de iſta expreſſione ſenſibi-

B li, & de contractu ipſo externo, ſed ſacramentum matrimonii, imò quodcunque ſacramentum prædicatur de ſua materia proxima, ergo illæ expreſſiones ſunt materia proxima huius ſacramenti.

¶ Tertiò probatur hæc concluſio oſtendendo, quod multa alia quæ interueniunt in hoc ſacramento, non poſſunt eſſe materia proxima, ac ſubinde materia proxima debent eſſe illæ expreſſiones ſenſibiles. In primis contrahentes,ex quibus poterat eſſe dubium, non poſſunt eſſe materia proxi-

C ma, tũ quoniã ſunt ſubiecta ſeu materia in qua ſacramẽtum recipitur, tum etiam quoniã ſacramentum non conſtat ex ipſis contrahentibus: ſacramentum vero debet conſtare ex materia proxima. tum deniq; quoniam non prædicatur de ipſis contrahentibus: ſacramentum vero conſtat ex materia proxima,& prædicatur de illa. Item conſenſus internus & coniunctio maritalis, & obligatio,quæ oritur,non ſunt per ſe ſenſibilia, ſed ſentiuntur ratione expreſſionis exterioris,materia vero proxima ſacramenti debet eſſe per ſe ſenſibilis, vt patet inductione in omnibus aliis ſacramẽtis, ergo materia pro

D xima ſolum ſunt expreſſiones ſenſibiles. Itaque in ſacramento matrimonii alia eſt materia proxima,alia vero remota, ſicut in aliis ſacramentis nouæ legis: in ſacramento enim baptiſmi materia remota eſt aqua, ablutio vero proxima, & ſicut in ſacramento pœnitentiæ, materia proxima ex qua cõficitur ſacramentum, eſt confeſſio, remota vero peccata: ita in ſacramento matrimonii materia proxima ſacramẽti ſunt expreſſiones ſenſibiles contrahentium: contrahentes vero ſunt materia remota.

¶ Ex hoc colligitur ratio à priori, quare ſacramentum pœnitentiæ iterari poteſt circa idem

ta idem numero peccatum,ita ut ſit diſtin-ctum ſacramentum,quoniam circa idē peccatum multiplicari poſſunt actus pœnitentis, ſcilicet confeſsio, contritio, confitendo interim peccatum, & deteſtando illud, quoniam peccatum quod eſt materia remota, ſemper poteſt magis ac magis deteſtari, & poteſt iterum homo confiteri: ſacramentum verò matrimonii circa eaſdem perſonas nō poteſt multiplicari; quoniam materia proxima ſunt expreſsiones externæ conſenſuum, quæ uerſantur circa ipſa corpora,tan quam circa materiam remotam, tradendo ipſa corpora, & quia non poteſt eſſe, niſi vnica traditio corporis circa vnam & eandem perſonam: ideò ſacramentum matrimonij circa eaſdem perſonas multiplicari non poteſt.

¶ Adhuc dictum eſt de materia huius ſacramenti. Nunc reſtat, vt dicamus de forma ſacramenti matrimonii, & conſequenter dicemus etiam de miniſtro huius ſacramenti. In quo quidem eſt duplex difficultas. Prima eſt de forma quæ eſt de ratione matrimonii in ratione ſacramenti, an debeat eſſe aliqua forma prolata à ſacerdote: quæ quidem diſputatio etiam habet locum ante Concil. Florent. & Trident. an verò forma conſiſtat in actibus ipſorum contrahētium.

¶ Quarta cōcluſio ad explicationem huius rei, probabile fuit, quòd ante Concil. Triden etiam poſt Florentium, & etiam ante ipſum, fuit de neceſſitate matrimonii in ratione ſacramenti aliqua forma ex parte ſacerdotis, ſicut in omnibus aliis ſacramentis neceſſaria eſt aliqua forma ex parte ſacerdotis, potiſſimum in illis quæ conſiſtunt in vſu & applicatione materiæ. Hæc concluſio ponitur contra Magiſt. Soto in 4. diſt. 26. quæſt. 2. art. 3. vbi dicit, quòd ante Magiſtrum Cano nullus fuit, qui defenderet hanc ſententiam, licèt quidam alii diputauerint illam, vnde dicit eſſe temerariā ſententiam. Probatur concluſio. Nam Magiſt. Cano adducit pro ſe multos Doctores & argumenta probabilia: & ante Conciliū Tridentinum nullum fuit decretum eccleſiæ, quod conuinceret, quòd hæc ſententia erat improbabilis: ergo non eſt cur dicamus illam improbabilem: præcipuè, nam reſponſio Magiſtri Soto ad Concil. Florent. quod pro ſe adducit Magiſt. Canus, ſolum conuincit, quòd hęc ſententia non erat diffinita in Concil. Floren. non tamen conuincit, quod non ſit probabilis. Item argumentum quo Magiſter Sotus probat iſtam ſententiā temerariam, non conuincit. Argumentum autem erat tale. Quia nullum extat decretum eccleſiæ aut aliquorum Sanctorum ante Concil. Triden. quod dicat, matrimoniū clādeſtinum non eſſe cēſendum ſacramentum, eo quod fuit ſine ſacerdote proferente uerba: hoc inquam argumentum non conuincit: nam Magiſter Canus nō dicit, quòd ſua ſententia eſt de fide, ſed quòd eſt probabilis.

¶ Quinta concluſio. Etiam eſt probabile, quòd ante Concil. Floren. fuit neceſſaria præſentia ſacerdotis ad matrimonium in ratione ſacramenti, licet non fuerit de neceſſitate ſacramenti aliqua forma à ſacerdote prolata. Hæc ſententia probabilior eſt, quā ſententia concluſionis præcedentis, & hanc cōcluſionem tenent aliqui viri docti noſtri temporis: & hæc concluſio probari poteſt ex Concil. Florent. in loco ſæpè citato, imò ex Concil. Triden. Seſſio. 14. de reformatione matrimonii, cap 1. vbi dicitur eſſe neceſſariam præſentiam ſacerdotis ad matrimonium, non tamen ponit neceſſariam eſſe aliquam formam ab ipſo ſacerdote prolatam, tanquàm de neceſſitate ſacramenti: ſed tanquam de ſolennitate, ergo hæc concluſio eſt vera, & propter hoc decretum hæc ſententia eſt probabilior, quàm præcedens, vt iam diximus.

¶ Sexta cōcluſiō. Longè probabilius eſt, quòd etiam ante Concil. Trident. non fuit neceſſaria neceſſitate ſacramēti aliqua forma ex parte miniſtri Eccleſiaſtici: & quod non fuerit neceſſaria præſententia miniſtri eccleſiaſtici uel alterius ſacerdotis de neceſſitate ſacrementi. Hæc concluſio probatur. Primo. Si fuiſſet neceſſaria talis forma uel præſentia ſacerdotis eccleſia hoc declaret ante Concil. Trident. ut quid neceſſarium, cum pertineret hæc doctrina ad ſacramentum matrimonii, quod eſt unum de fundamentis eccleſiæ, ſed neque in Concilio Florentino, neque in antiquoribus Conciliis & decretis hoc declaratum eſt ab eccleſia, ergo non eſt neceſſaria talis forma, uel præſentia ſacerdotis.

¶ Secundo probatur concluſio. In aliis ſacramentis forma, quæ profertur à ſacerdote ſignificat effectum ſacramenti, ſed effectus

huius ſacramenti ſufficienter ſignificatur per verba vel ſigna contrahentium, vt conſtat manifeſte, ergo non eſt neceſſaria, neq; fuit alia forma vel præſentia ſacerdotis. Probatur conſequentia. Nam in ſacramentis illud ſolum eſt neceſſarium, quod requiritur ad ſignificandum effectum ſacraméti.

¶ Tertio probatur concluſio. Sententia Magiſtri Cano ſupponit, quòd ante Conci. Trident. erat validum matrimonium in ratione contractus, quando fiebat à contrahentibus per verba de præſenti, non tamen in ratione ſacramenti ſine forma prolata à ſacerdote: hoc autem fundamentum eſt falſum, ergo. Minor probatur. Nam ſine forma ſacerdotis illi contrahentes per uerba de præſenti efficiebant ueram coniunctionē, ergo quando accedebant verba ſacerdotis, poſtea non faciebant talem coniunctionem, nam iam facta erat: tunc vltra, ergo nō faciebat verum matrimonium, ac ſubinde nec ſacramentum, nam quidquid non facit matrimonium, non facit ſacramentum matrimonij, ſicut qui non facit baptiſmū, non facit ſacramentum baptiſmi: nam ſicut ſacramentum baptiſmi baptiſmus eſt, ita ſacramētum matrimonii matrimonium eſt.

¶ Quarto. Nam quāuis eccleſia deteſtata ſit matrimonia clandeſtina, nunquam tamen cenſuit eſſe inualida ante Concilium Triden. & non diſtinguebat in illis contractum validum à ſacramento, ſed ſicut cenſuit eſſe valida in ratione contractus, ita cēſuit eſſe valida in ratione ſacramenti: & modo in Cōcilio Tridentino loco immediatè citato, idem iudicium facit de matrimoniis clandeſtinis in ratione contractus, & in ratione ſacramenti, dicens, quod antiquitus fuerunt valida, & modo non ſunt valida, neque in ratione ſacramenti, neque in ratione contractus: vt ſtatim dicemus, ergo.

¶ Quinto probatur ex doctrina expreſſa D.Tho. hic ad primum, vbi expreſsè dicit, quod verba uel ſigna contrahentiū habent rationem formæ: & infra quæſt. 45. artic. 5. in corpore, & ad ſecundum. vbi expreſsè dicit, quod verba ſacerdotis tantum ſunt de ſolennitate matrimonij. & quod verba contrahentium exprimentia conſenſus ſunt de eſſentia matrimonii in ratione ſacramenti,

¶ Cōfirmatur. Quia in re tam graui qualis eſt doctrina ſacramētorum, unus uel alius Doctor ſolus, non eſt credibile, quod attigerit ueritatem communis uero ſententia errauerit: ſententia autem communis, eſt ſententia D.Thomæ, ergo.

A

¶ Sexto. Quia Concilium Florentinum agēs in ſpeciali de matrimonio, neque deſignat aliquem alium miniſtrum, neque aliquam aliam materiam, neque aliquā aliam formam præter conſenſus contrahentium, regulariter per uerba explicatos, qui quidē efficiunt uerum matrimonium, ergo intendit Concilium quod in ſacramento matrimonii nullus eſt alius neceſſarius miniſter eccleſiaſticus, neque alia forma neceſſaria, ſed ipſi contrahentes habent locum miniſtri, & eorū actus rationem materię & formæ: nam cū in illo loco traderet doctrinam de fide tenendam ab Armeniis, non eſt veroſimile, quod ibi loqueretur de matrimonio, tantum, vt eſt quidam contractus naturæ, ſed potiſſimum de matrimonio vt ſacramentum: ſicut loquutum fuerat de omnibus aliis ſacramentis in particulari.

B

¶ Septima concluſio. Forma huius ſacramenti conſtituens matrimonium in ratione ſacrament, conſiſtit in verbis contrahentium, vel in ſignis externis quib. explicant mutuos conſenſus. Et hæc eſt vera ſententia modo, & fuit omni tempore: hanc docet expreſsè D.Tho. ad primum, & omnes diſcipuli D.Tho. communiter loquendo.

C

¶ Primo probatur argumentis factis pro præcedenti concluſione, nam omnia illa illam conuincunt, ergo.

¶ Secundò probatur: Nam Chriſtus Dominus inſtitutor huius ſacramenti, contractum matrimonii eleuauit ad rationem ſacramenti, ita quòd illud quod habet rationem contractus, habet rationem ſacramenti, vt poſtea dicemus: ſed ratio contractus eſſentialiter conſiſtit in verbis vel externis ſignis contrahentium, vt explicant internos conſenſus, ergo ratio ſacramenti eſſentialiter conſiſtit in eiſdem verbis uel ſignis ſub eadem ratione.

D

¶ Tertiò. Nam illud eſt materia & forma in quolibet ſacramento, quod determinat & determinatur, ſed expreſſiones contrahentium determinant & determinatur, ergo expreſſiones contrahentium ſunt materia & forma.

¶ Sed vt melius explicetur hæc ſententia, Magiſter Soto in 4. diſtin. 26. quæſt. 2. art. 1. aduertit, quod hæc ſententia D.Tho. dupli-

duplicem habet expoſitionem. Prima expoſitio eſt, quòd expreſsio primi contrahentis habet ſe vt materia, expreſsio verò ſecundi habet ſe vt forma. Et huius rei eſt accommodatiſsimum exemplum in rebus naturalibus, in numero, & eius vnitatibus. Nam vt conſtat ex Metaphyſica, vltima vnitas dat ſpeciem numero, & eſt forma nũmeri, aliæ verò priores vnitates habent ſe vt materia: cæterum non eſt determinatum in particulari, quænam ſit forma numeri, ſed ſolùm in communi ultima unitas; nõn diſsimiliter in propoſitio ultima expreſsio contrahentium, ſiue uiri ſiue fœmin, dat ſpeciem ſacramento matrimonij; expreſsio uerò præcedentis habet ſe ut materia. Hæc tamen expoſitio patitur aliquam calumniã, nã poteſt aliquis dicere, quòd ambo ſimul exprimunt conſenſus, & tunc eſt uerum ſacramentum matrimonii, & non eſt maior rõ, quare expreſsio vnius magis ſit forma, q̃ alterius. Item nam expreſsiones contrahentium, quamuis nõ ſint ſimul, qualiter ſe habent ad matrimonii ſacramentum, vt optimè dicit Durand. ergo non eſt maior ratio quare vna ſit magis forma, quàm altera.

¶ Vnde fit ſecunda expoſitio, quod illæ duæ expreſſiones contrahentium inuicem ſe habent vt materia & forma, neque hoc eſt inconueniens, vt cõſtat in exemplis naturalibus, & etiam ſupernaturalibus. In naturalibus quidem, nam in numero ſi omnes vnitates ſimul ſint, & ſimul enumerentur, inuicem ſe determinant, & inuicem ſe habent, vt materia & forma. Item in rebus artificialibus, artificiata ipſa inuicem ſe habent vt materia & forma, nam ſi aliqua figura cõponatur ex figura circulari & quadrangulari, inuicem ſe determinant, & ſe habent vt materia & forma, & non eſt maior ratio, quare una ſit magis forma, q̃ alia, cũ æqualiter ſe habeant ad conſtitutionem illius figuræ. Et denique eſt exemplum in ſupernaturalibus in ſacramẽto Euchariſtiæ, in quo partes illius ſacramenti cum ſuis formis veluti partialibus, & cum ſuis materiis, videlicet cum ſpecie panis & vini, concurrunt ad conſtituendum integrum ſacramentum Euchariſtiæ, & tamen vna pars non ſe habet vt forma reſpectu alterius, ſed inuicem ſe habent, vt materia & forma, & inuicem ſe determinant: non enim eſt maior ratio quare vna ſit magis forma, q̃ altera, cũ æqualiter

A ſe habeant ad ſacramentum Euchariſtiæ: non diſſimiliter in propoſito expreſſiones conſenſuum inuicem ſe determinant, & ſe habent ut materia & forma; & hæc eſt legitima huius rei expoſitio.

¶ Et ad maiorem illius expoſitionem eſt aduertendum, quòd in matrimonio duplex traditio eſt, & duplex item receptio: nam mulier tradit ſeipſam viro & recipit uirum & uir tradit ſeipſum mulieri, & recipit illã. igitur ſi expreſſio viri conſideretur in ratione traditionis, habet rationem formæ, & habet rationem perficientis, receptio verò mulieris hẽt ſe, ut materia, & ut perfectibile, & ita non æqualiter ſe habent ad ſacramentum

B matrimonii: econtra uero ſi expreſſio mulieris cõſideretur in ratione traditionis, habet rationem formæ, & receptio uiri ut materia: & ita inuicem ſe determinant, & inuicem ſe habent ut materia & forma.

¶ Ex dictis ſequitur, quòd in ſacramento matrimonij duæ expreſſiones, nõ ſunt duo ſacramenta partialia, ut ſuprà diximus, nam in qualibet expreſſione non reperitur ratio materiæ, & formæ, taliter quod in qualibet expreſſione reperiatur ratio materiæ & formæ reſpectu illius: quod ſuprà optimè explicatum eſt.

¶ Vltima concluſio. Poſt Concilium Tri-

C dent non uidetur mihi probabilis ſententia Magiſtri Cano. ſed tenendum eſt, tanquam certum, ꝙ non requiritur forma ex parte miniſtri eccleſiaſtici, etiam in ratione ſacramenti: certum tamen eſt, quod requiritur præſentia ſacerdotis ad matrimonium, non ſolùm ratione ſacramenti uerum etiam in ratione contractus. Hæc concluſio probatur primo ex Concil. Triden. Seſſione 24. capit. 1. de reformatione matrimonii, ubi poſtquàm Concil. præcipit, quod fiant publicæ admonitiones in eccleſia, & ꝙ ſi nullũ fuerit impedimentum procedatur ad con-

D trahendum in facie eccleſiæ, & expreſſis & declaratis conſenſibus uiri & fœminæ, dicat ſacerdos, ego uos in matrimonium coniungo, uel ſimilia uerba ſecundum morem patriæ: ſtatim ſubdit, quod ſi forte eſſet aliqua ſuſpicio, quod matrimonium deberet impediri, ſi fierẽt publicæ admonitiones, poſſunt prætermitti ad arbitrium Ordinarii: & tunc ſaltem præſente parocho & duobus uel tribus teſtibus celebretur matrimonium. In prima parte huius decreti Cõcil. ponit præ-

ceptum obligans ad faciendas illas denunciationes,& ad proferenda illa uerba, ergo vos coniungo, vbi plane docuit, quod proferre illa uerba, ergo vos cõiungo, pertinẽt tantum ad ſolennitatem. In ſecunda uero parte ponit ea quæ ſũt de neceſſitate ſacramenti & hæc ſunt expreſſiones conſenſuũ & præſentia parochi, & duorũ vel trium teſtium:& hoc conſtat ex verbis Concilij dicentis: Qui aliter quam præſente parocho & duobus uel tribus teſtibus matrimoniũ contrahere attentauerit, ſancta Synodus ad ſic contrahendum inhabiles reddit,& ipſos contractus irritos & nullos decernit: ex quibus verbis ſatis patet, quòd non fuit neceſſaria neceſſitate ſacramenti aliqua verba ex parte ſacerdotis, quæ habeant locũ formæ. Quòd ſi quis dicat, ꝙ Concil. in illo c. loquitur de matrimonio ſolum in ratione contractus, & non in ratione ſacramenti.

¶ Confirmatur ex declaratione congregationis Cardinalium qui habent autoritatem interpretandi Conc. Trid. iſti enim dicunt in quadam declaratione facta Epiſcopo Salmantino, ꝙ verba ſacerdotis non pertinent ad ſubſtantiam ſacramenti matrimonij. Declaratio verò ita habet. Reuerẽdiſſime Domine. Libellus hic amplitudinis tuæ nomine porrectus, in quo nonnulla continentur quęſita ad contractum matrimonii ſpectantia, propoſitus fuit in ſacra congregatione Cardinalium, interpretationi Concil. Triden. præfectorum: Quorum hæc fuit ſententia. Non pertinere ad ſubſtantiã matrimonij ſacramẽti, vt parochus aliqua uerba proferat: vbi clarè & apertè dicunt noſtram ſententiam, ergo.

¶ Secundò arguitur contra hoc,& ꝓbatur concluſio ex cõmuni conſenſu omnium fidelium, omnes enim fideles exiſtimant ſe contrahere matrimonium, etiam in ratione ſacramenti, etiam ſi ſacerdos nulla proferat verba, ſed tantum ſit præſens, ergo matrimonium veram habet rationem ſacramenti, etiamſi ſacerdos nulla proferat verba.

¶ Confirmatur primò argumentũ. Nam Concil. in illo cap. loquebatur de matrimonio etiam in ratione ſacramenti, vt conſtat ex contextu, & non ponit tanquam aliquid neceſſarium ad rationẽ matrimonij, ꝙ ſacerdos proferat aliqua uerba, vt conſtat ex ipſo c. ergo verba ſacerdotis non habet rationem formæ. ¶ Confirmatur ſecundo, Nã

A congregatio Cardinalium Concil. Trident. in explicatione eiuſdem capitis declarauit ꝙ matrimonium eſt validum, ſi ſacerdos ſit præſens etiam per violentiam, & ſi nulla proferat verba, neq; aliquid faciat, dum tamen ſint alij duo teſtes, vt infrà dicemus: ergo matrimonium veram habet rationẽ ſacramenti ſine aliqua forma ex parte ſacerdotis: non enim eſt veroſimile ꝙ congregatio Cardinalium, vel etiam ipſum Cõciliũ loquatur de matrimonio ſolum in ratione contractus, pręcipuè, quoniam, vt ſtatim dicemus, longè probabilius eſt, quòd omne B matrimonium inter fideles baptizatos, habet veram rationem ſacramenti. Quod verò ſit neceſſaria præſentia ſacerdotis, qui ſit proprius parochus vel alius de licentia parochi, uel ordinarii, non ſolum ad rationem ſacramenti, ſed etiam ad rationem cõtractus, conſtat ex eodem capit. Concil. Tridentin. & de hac præſentia parochi & teſtium dicemus infrà, quæſtione quadrageſima quinta. ¶ Ex hac cõcluſione colligitur, quod ſaltem modo expreſſiones externæ conſenſuum non habent rationem formæ & materiæ, niſi cum aliquo ordine ad C præſentiam ſacerdotis. Ratio eſt: nã quantumcunque exprimantur conſenſus, ſi ſacerdos non ſit præſens, non eſt verum ſacramentum matrimonii, neque eſt vera ratio materiæ & formæ illius.

QVibus poſitis, reſpondendum eſt ad omnia argumenta facta pro ſententiis adductis in principio. ¶ Ad argumenta primæ opinionis reſpõdetur. Ad primũ argumentũ prima ſolutio eſt, quod illud argumentum procedit ſecundum primam expoſitionem Diui Thomæ adductã à Magiſtro Soto, in qua dicitur, quod D verba vnius contrahentis, ſe habet, ut materia verba alterius, vt forma: tunc enim inæqualiter ſe haberẽt: Cęterũ hoc argumentũ nõ habet vim contra ſecundã expoſitionem, quæ verior eſt, nam ſecundum illam expoſitionem verba contrahentium ſe habẽt ad inuicem, vt materia & forma, & vt determinans & determinabile: & ita habẽt ſe ęqualiter coniuges & verba ipſorum. ¶ Secunda ſolutio eſt ſecundum primam expoſitionẽ, quod ſicut vnitates numeri de ſe ęqualiter ſe habent ad conſtituendum numerum, quamuis vna vnitas aliquando habeat rationem formæ, altera materiæ, quoniam alia

vnitas

vnitas de ſe poterat habere eandem rationẽ formæ; non diſſimiliter expreſſiones conſenſuum de ſe æqualiter ſe habẽt ad matrimonium, licet contingat,quod ratio formæ reperiatur in vna expreſſione & nõ in alia: quoniam alia etiam poterat habere rationem formæ; ſi conſideremus ſolum diuinã inſtitutionem. Ad confirmationem reſpondetur ex dictis ad argumentum.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur;& ſimul reſpondetur ad inſtantiam, ꝙ cognitio ſacramentorum nouæ legis nõ eſt eodem modo neceſſaria in eccleſia Dei reſpectu omnium ſacramẽtorũ, ſed ſicut ipſa ſacramenta ſunt magis & minus neceſſaria B in re ipſa,ita cognitio ipſorum ſacramentorum eſt magis & minus neceſſaria in eccleſia catholica & in fide, & ita cùm ſacramentum matrimonij non ſit tantæ neceſſitatis, ſicut reliqua ſacramẽta,Chriſtus Dominus nõ reuelauit eccleſiæ ſuæ tam exactam cognitionem huius ſacramenti, licèt vniuocè ſit ſacramentum nouæ legis cum aliis: Eſt optimum ſimile. Animalia quorum non eſt tradita ſcientia philoſophiſ, vniuocè habent rationem animalis cum cæteris animalibus ,de quibus habetur exactiſsima ſcientia.Vnde huius ſacramenti reuelata eſt materia & forma in generali & in communi,vt patet ex Concilio Florent. in particulari vero non eſt adhuc reuelata eccleſiæ, eſt tamen communis opinio & ſententia,quę eſt maximè veroſimilis: quæ iam diffinita eſt à nobis in præcedentibus. Et per hoc reſpondetur ad confirmationem.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur quod Chriſtus Dominus inſtituit etiam in ſpecie materiam & formam huius ſacramẽti, nondũ tamen nobis reuelauit per fidem, quæ nam ſit materia & forma huius ſacramenti: ſed opinantur variè Theologi de hac re.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur, quòd non eſt inconueniens,quod duæ res ſint ſibi inuicem cauſæ in eodem genere cauſæ, ſub diuerſa tamen ratione:ita tenent quidam moderni Theologi: & patet hoc in actu intellectus, qui reſpectu intellectus ſe habet, vt actus & forma, & ipſemet intellectus reſpectu actus etiam ſe habet,vt forma ſecundùm aliam rationem; & præcipue hoc habet verum quando forma non eſt intrinſeca, ſed extrinſeca; tunc A enim non debet recipi in materia: ſed ex eo dicitur illius forma, quia ab extrinſeco illam aliquo modo determinat: dicitur vero materia reſpectu illius, non quia in ſe recipiat illam, ſed quia determinatur ab illa: igitur actus contrahentium qua ratione explicant mutuam traditionem, & receptionem, inuicem ſe determinant, veluti extrinſecè; & ita poſſunt habere rationem materiæ,& formæ ſecundùm diuerſas rationes.

¶ Ad argumentũ ſecũdæ opinionis reſpõdetur,quòd ſacramentũ nouæ legis duo debet habere,ſcilicet, quod ſit determinabile, & quod ſit ſenſibile ſecundùm ſe, quia talis materia eſt ſolùm ſacramentum tantum quod ſecundùm ſe eſt ſenſibile: conſenſus autem interior, licet ſit quid determinabile,non tamen eſt ſenſibile ſecundùm ſe, & ita non poteſt eſſe materia huius ſacramenti,quæ debet eſſe ſacramentũ tantum. ¶ Ad confirmationem reſpõdetur,quod D.Tho. hic ad primum & ſecundum,expreſsè dicit, quod materia & forma huius ſacramenti ſunt prolationes verborum & expreſſiones conſenſuum exteriores, quæ ſenſibus obijciuntur: & ita non loquitur de actu interno,qui ſecundùm ſe non eſt ſenſibilis.

C ¶ Ad argumentum tertiæ opinionis reſpondetur,quòd conſenſus interior non poteſt eſſe forma ſacramenti,quia forma ſacramenti debet eſſe ſenſibilis ſecundum ſe, nã licet forma ſacramenti non ſit ipſum ſacramentum , cum ſacramentum ſupponat pro materia nihiluminus tamẽ ipſa materia eſt ſacramẽtum tantum,ea ratione qua ſubſtat formæ , & ideo neceſſarium eſt , quod ipſa forma ſit quid ſenſibile ſecundum ſe: itẽ licet conſenſus interior entitatiue ſit aliquid perfectius,quàm ipſa uerba,cum ſit aliquid ſpirituale, verba vero ſint aliquid materiale:nihilominus tamen non habet rationem D formæ, nam habet rationem determinabilis,determinatur enim inquantum declaratur per ſigna externa.

¶ Ad argumenta quartæ opinionis reſpõdetur. Ad primum reſpondetur,ꝙ quamuis in Concilio ponatur propoſitio vniuerſalis, quod omnia ſacramenta nouæ legis perficiuntur tribus , non tamen eodem modo debet intelligi de omnibus in particulari: uerum quidem erit,quod in quocunque ſacramento reperiuntur hæc tria , ſed modus

quo reperiuntur in ſingulis non eſt atten- A
dendus per propoſitionem uniuerſalē, ſed
per propoſitionem particularem, quæ tra-
ditur de quolibet ſacramento ab eodem
Concilio,& poſteà in aliis tractatibus diffi-
nit reperiri hęc tria realiter diſtincta in aliis
ſacramētis,tamē ubi agit de hoc ſacramēto
in ſpeciali, non ponit illa tria diſtincta rea-
liter, unde non debemus intelligere, ꝙ ma
teria & forma in hoc ſacramēto diſtinguan
tur realiter,ſed ſola ratione formali & mini
ſter non debet eſſe diſtinctus ab ipſis con
trahentibus. Totum hoc conſtat, nam cùm
Concil. Florent.agit de hoc ſacramento,ſo- B
lùm dicit:Cauſa efficiēs matrimonii eſt mu
tuus conſenſus regulariter expreſſus per
uerba, ubi præter conſenſus ſola uerba &
perſonas deſignat. Dubium tamen eſt cur
Concil.Florent.materiam & formam huius
ſacramenti uocauit cauſam efficentē ipſius
matrimonij. Reſpondet Magiſt. Sotus loco
allegato art. 3. quod Concil. præſupponit
ut certum,quod materia & forma huius ſa-
cramēti ſunt uerba uel ſigna externa, tamē
ea uocauit cauſam efficientem matrimonii,
ut denotaret,quod in hoc ſacramento mate
ria & forma non ponitur ab extrinſeco, ſi- C
cut in aliis ſacramentis, ſed ponitur ab in-
trinſeco & ſunt actus ipſius contrahentis,
ſicut in ſacramento pœnitentiæ materia po
nitur ab intrinſeco & eſt actus pœnitentis.
Poſſumus etiam dicere & optimè, ꝙ Con
cil. dicit eſſe cauſam efficientem, matrimo
nii,quia eſt cauſa uinculi & coniunctionis,
quæ ſubſequitur ad contractum, & eſt for
maliter matrimoniū,ut infrà dicemus.q.44

¶Ad ſecundum argumentum reſponde-
tur,ꝙ illud conuincit, quòd perſonæ cōtra-
hentes ſunt materia remota, & circa quam
huius ſacramenti,non tamē conuincit, ꝙ ſit D
materia proxima:nam etiam in aliis contra
ctibus res quæ traduntur per cōtractus non
ſunt materia ex qua,proxima, ſed materia
remota: materia vero proxima horum con
tractuum ſunt ipſa verba & ſigna externa.
¶ Ad confirmationem primam reſponde
tur quod bene ſequitur illud inconueniens
ibi deſignatum. Et ad probationem reſpon
detur, quod licèt matrimonium differt ab
aliis ſacramentis in hoc, quod ſit quidā con
tractus.nihil omnibus eſt magnum inconue
niens, quod in contractu eadem ſit materia
ex qua proxima & in qua recipitur ipſe cō

A tractus: hoc enim nō reperitur in contracti
bus cōmunibus,imo nō reperitur, quando
homo vendit ſeipſum, nam ille homo non
eſt materia ex qua, proxima talis venditio
nis,ſeu materia circa quam:nam ipſe homo
non eſt ipſe contractus. ¶Ad ſecundam con
firmationem reſpondetur,quod D. Thom.
ibi loquitur de materia circa quā huius ſa-
cramenti, vt facilè colligitur ex corpore
articuli.

AD argumenta ſexta ſentētiæ reſpō-
detur.Ad primum argumentum re
ſpondetur,quòd D.Thom.intelligi-
B tur de miniſtro ſolenitatis huius ſacramē-
ti, & de miniſtro neceſſario ſolùm ex præ-
cepto eccleſiæ,ſed non de neceſſitate ſacra-
menti,vt dicit D.Tho.in hoc art.ad primū,
& q.45. art. 3.ad ſecundum, idem inſinuat.

¶ ad ſecundum argumentum reſponde-
tur, quòd illud argumētum ſolùm probat,
quòd non erat certum ſecundum fidem an
te Concil. Triden. quòd non requiritur
miniſter eccleſiaſticus de neceſſitate ſacra-
menti, & ita diximus, quòd illa oppoſitio
Magiſtri Cano.erat probabilis ante Con-
ci. Trident.modo vero non exiſtimamus il-
C lam probabilem. ¶ Ad primam confirma-
tionem reſpondètur, etiam probare, quòd
non erat certum de fide, quod eſſet ſacra-
mentum matrimonium quod fiebat ſine
uerbis per alia ſigna externa.Poſt Conci.ve
ro Trident. ſi concurrunt alia quæ ſunt de
neceſſitate ſacramenti & omnes aliæ con-
ditiones, certum eſt, quod matrimonium
inter præſentes contractum ſine verbis per
ſigna tamen exteriora, ueram habet ratio-
nem ſacramenti matrimonii. ¶ Ad ſecun-
dam confirmationem reſpondetur, quod
non eſt abſurdum neque inconueniens con
D cedere,quod ante Concil. Triden.per ſpon
ſalia de futuro, accedente copula carnali
cum effectu maritali, eſſet verum ſacra-
mentum,ſicut verum matrimonium: nam
actus ille externus quo explicatur conſen-
ſus internus, illicitus eſt, & contractus non
erat annullatus,poſt Concil. uero Trident.
in tali caſu non eſt verum ſacramentum, ne
que verus contractus matrimonii; nam ma
trimonium quod non ſit cum parocho &
teſtibus annullatum eſt in Concil. Triden.
etiam in ratione contractus.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur
quod actio ſacra quæ reperitur in aliquo ſa
cramento,

cramento, vt ſit ſacra non indiget miniſtro ſacro,ſed ratio quare dicitur ſacra & ſacramentum eſt, quia eſt eleuata à Chriſto per eius inſtitutionem ad eſſe ſacramenti nouæ legis, & conſequenter ad eſſe ſupernaturale, & hoc conſtat manifeſte in ſacramento baptiſmi miniſtrato à laico in caſu neceſſitatis, talis enim actio ſa cra,eſt quamuis mi niſter non ſit facere ſic in hoc ſacraméto verba contrahentium dicũtur actio ſacra, quia eleuata ad eſſe ſupernaturale . Verum eſt, quòd eſt multum conueniens huic ſacramento , ut interueniat miniſter ſacer, vt ſit maius iudicium , quòd iſte contractus eſt res ſacra & actus religionis. Non tamen eſt eadem ratio in hoc ſacramento & aliis,nam alia nō poſſunt habere ſuum effectum immedialum ſine miniſtro extrinſeco. loquendo de ſacramentis quæ conſiſtunt in vſu & actuali applicatione. Hoc tamen ſacramentum ſine alio miniſtro extrinſeco poteſt habere ſuum effectum immediatum : & ex hac differentia D. Thom. infrà quæſt. 45. colligit, ꝙ in hoc ſacramento non requiritur alius miniſter , quamuis requiratur in alijs.¶Ad primam confirmationem reſpondet, quòd etiam ante Concilium Trident. quādo ſoli ſeculares contrahebant & erant miniſtri,ibi erat actio ſacra, nam erant verba eleuata à Chriſto Domino ad eſſe ſupernaturale Et licet in alijs ſacramétis verba ſuſcipientis ſacramentũ poſſint eſſe materia & non forma,vt in ſacramento pœnitentiæ.in hoc tamen ſacramento hoc eſt peculiare,quod uerba quæ ſe tenent ex parte ſuſcipientis, non ſolum materia , ſed etiam forma eſſe poſſunt . Et hoc patet ex Conc. Floren. in quo quidem nulla alia forma ponitur , niſi uerba ipſorum contrahentium, quando loquitur in particulari de hoc ſacramento matrimonii : & hoc dicit eſſe neceſſarium regulariter, licet aliquando ſufficiant ſigna externa loco uerborum. ¶ Vnde ad primam probationem dicendum eſt, quòd iſte contractus matrimonii non eſt purè humanus , ſed eſt eleuatus per Chriſti inſtitutionem ad eſſe ſupernaturale , & eſt dicēdum, quod hoc eſt peculiare in hoc ſacramento , quòd materia & forma illius ponitur a ſuſcipientibus ſacramentum . In ſacramento quidem pœnitentiæ materia ponitur à ſuſcipiente. forma verò à ſacerdote, in matrimonio vero forma & materia à

A contrahentibus: ipſi enim contrahentes,ut ſuprà dictum eſt, ſe habent vt cauſæ agentes & miniſtri ponentes ipſam formam.

¶ Ad ſecundā probationem reſpōdetur, quod uerba contrahentium vel ſigna externa habent rationem formæ ſupernaturalis, nam verba illa & ſigna eleuata ſunt in ratione ſigni ſupernaturalis, & in ratione inſtrumenti diuini . ¶ Ad tertiam probationem reſpondetur , quod illa forma ſignificat effectum ſpiritualem & ſupernaturalem , uidelicet mutuam vnionem cōiugum,& gratiam ſacramentalem, quę ordinatur ad potiſſimum finem ſacramenti , qui eſt recta B educatio prolis,non ſolùm in ordine ad finem naturalem, uerùmetiam ad ſupernaturalem. ¶Ad quartam probationem reſpondetur,ꝙ hęc forma etiā inſtituta eſt a Chriſto,& licet nō ſit reuelatũ eccleſiæ, vt certũ de fide, uidetur tamé colligi apertè ex uerbis Concil. Floren.& ſatis eſt,quod ſit communis ſententia omnium Doctorum. ¶Ad ſecundam confirmationem reſpondetur , quod licet in aliis ſacramentis loco uerborũ non poſſint ſubſtitui aliqua alia ſigna, in hoc tamen ſacramento hoc eſt peculiare,ꝙ C loco uerborum poſſunt ſubſtitui alia ſigna quæ habeant rationem formæ.Et ratio eſt, quia matrimonium eſt quidam contractus qui celebrari poteſt per verba uel ſigna externa, & iſte contractus eleuatus eſt ad rationem ſacramenti.¶Ad tertiam confirmationem reſpondetur,ꝙ formaliter loquendo ſemper eſt uerum , quod ſacramentum ſupponit pro materia, & non pro forma,& ita in hoc ſacraméto ſupponit pro expreſſione conſenſuum , non ut habet rationem formæ,ſed prout habet rationem materiæ: uerum eſt, ꝙ hoc eſt peculiare in hoc ſacra D mento , ꝙ ſupponit pro materia quæ non eſt res diſtincta realiter a forma:in aliis uerò ſacramentis ſupponit pro materia quæ realiter diſtinguitur a forma.

¶ Ad quartam cōfirmationem reſpondetur, ꝙ ante Concil. Trid. fuerunt uariæ & diuerſæ ſententiæ,& etiā ante Conc. Flor. eo ꝙ res hæc non ita erat declarata in eccleſia,cæterum poſt Conc. Trid. iam declaratum eſt , ꝙ uerba ſacerdotis ſunt de ſolennitate ſacramenti,& de præcepto eccleſiaſtico,non uerò de neceſſitate ſacramenti,imo ſemper fuit cōmunior ſententia & probabilior quæ a nobis explicata eſt & approbata.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur, ꝙ ex eo ꝙ non ſe exiſtimarent eſſe ſacrilegos, ſi contraherent in mortali ſine ſacerdote, non rectè colligitur, ꝙ putarent matrimoniũ non eſſe ſacramentum, ſed potius infertur, quòd erãt ignorantes: ſicut modo aliqui exiſtimant ſe non eſſe ſacrilegos, ſi contrahant matrimonium in domo coram parocho & teſtibus, cum tamen ſit mortale ex genere ſuo, nam ſuſcipiunt verum ſacramentum. Sed hoc argumentũ cõuincit ignorantiam contrahentium & negligentiam parochorum, qui tenentur admonere ſubditos de hac re. ¶ Ad confirmationem reſpondetur, quòd forte illa conſuetudo quæ eſt in aliquibus diœceſibus, ortum habuit ex eo quòd non ſolebant contrahere matrimonium ante benedictiones quæ fiebant in eccleſia, ſed permittebantur ſpõſalia de futuro, ad quę non requiritur hominem eſſe in gratia, poſtea verò quando contrahebant & recipiebant ſacramentum in eccleſia, ſe diſponebant ad gratiã per confeſſionem: & inde etiam ortum habet quod fit modo in aliquibus eccleſijs, putant enim ſe non cõmittere ſacrilegium, ſi contrahant in mortali in domo coram parocho & teſtibus: poſtea vero ſe diſponunt per cõfeſſionem ad benedictiones nuptiales. Sed Concil. Trid. Seſſio. 24 de reformatione. cap. 1. admonet, conſulit, & hortatur, & non præcipit, vt coniuges antequam contrahant matrimonium, confiteantur, & piè ſuſcipiant Euchariſtiam. Ex quibus uerbis colligitur, quod non eſt præceptum etiam eccleſiaſticum de præmittenda confeſſione ante matrimonium, ſicut non eſt præceptum diuinum: nam ad ſuſcipienda alia omnia ſacramenta (ſupremo ſacramento Euchariſtiæ excepto) non requiritur confeſſio, quamuis requiratur quòd homo ſit in gratia Dei, vnde ad matrimonium contrahẽdum ſub pęnã peccati mortalis requiritur, quod contrahentes ſint in gratia Dei. Aduertendum tamen eſt, quod contrahentes & habent rationem miniſtri ſacramenti, & habent etiã rationem ſuſcipientis, & ea ratione, qua habent rationem miniſtri, non peccant mortaliter, ſi contrahant in mortali, quoniam non ſunt miniſtri ſolénitatis & officij, ſicut non eſſet ſacrilegus laicus, qui in extrema neceſſitate baptizaret paruulum, etiamſi eſſet in mortali peccato, verùm inquantum recipientes ſacramentum, ſi ſunt in mortali, peccant mortaliter.

¶ Ad quintum argumentum reſpondetur, ꝙ omnes illæ autoritates quæ referun in illa diſtinctione, ſolum declarant prohibitionem eccleſiæ circa matrimonia clandeſtina, & hanc deteſtationem & prohibitionem eccleſiæ declarat Euariſtus Papa cum dicit illa eſſe adulterina. Et hæc explicatio neceſſario eſt amplectenda, nam Concil. Trid. diffinit, ꝙ matrimonia clandeſtina ante ipſum erant ualida, & ita dicit in Seſſ. 24. de reformatione, cap. 1. quòd eccleſia ſemper deteſtata eſt matrimonia clãdeſtina, non quia inualida, ſed quia fiebant ſine autoritate Eccleſiæ: & ita diffinit, ꝙ illa matrimonia rata erant & ualida, & contrarium aſſerentes anathematizantur. Et ita cum proprietate loquendo, illa matrimonia non poſſunt dici adulterina, quia adulterium propriè loquendo eſt contra matrimonium, quare illud verbum ſolum denotat, quod erant illicita. Quod confirmatur in Conc. Triden. cum dicitur, quod eccleſia ſemper deteſtata fuit matrimonia clandeſtina.

¶ Ad ſextum argumentum reſpondetur, concedendo ſequelam, & non eſt inconueniens concedere, quod in hoc ſacramento quod eſt contractus quidã, ipſi contrahentes ſibi miniſtrant, & gratiam conferant ex opere operato, & quod mulier partialiter ſit miniſtra: & non videtur hoc eſſe maius inconueniens, quam concedere ꝙ ipſe contractus naturalis matrimonii eleuatus ſit ad eſſe ſacramenti.

¶ Ad ſeptimũ argumentũ reſpõdetur, ꝙ iam poſt decretum Concil. Triden. nullam habet difficultatem, quia de neceſſitate huius ſacramenti eſt, præſentia parochi, & de neceſſitate præcepti eſt, quod talis ſacerdos dicat illa verba. Ego vos coniungo, vel ſimilia, vbi ſatis declaratur intentio eccleſiæ, & intentio contrahentiũ. Cæterum ante Concil. Trid. quando fiebant matrimonia clandeſtina ſine ſacerdote, dicendum eſt, ꝙ ipſi contrahentes habebant intentionẽ faciendi quod facit eccleſia, etiam ſi peccarent ita contrahendo: habebant enim intentionem faciendi quod facit eccleſia formalem, uel uirtualem, uel interpretatiuam & æquiualentem, quæ ſatis eſt ad rationem matrimonii: nam intendebat ſeruare ea quæ eccleſia

cleſia dicebat eſſe de neceſſitate ſacraméti. ¶Ad octauum reſpondetur, & ad primã partem dicendum eſt, quod Concil. in illis verbis ſolùm denotat, quod verba ſacerdotis ſunt de neceſſitate præcepti ipſius eccleſiæ, & de ſolennitate ſacramenti, non tamẽ de neceſſitate ſacramenti. Ad ſecundam verò partem reſpondetur, quod illa verba ſacerdotis in rigore loquendo nõ poſſũt habere ſenſum quem præſeferunt, & quẽ ꝓbat argumentum. Senſus igitur verborum illorũm eſt, ergo vos cõiungo, ideſt, ego cõfirmo uel benedico coniunctionem neſtram, vt dicit Magiſter Sotus, vel ut alij dicunt, ego vos coniungo in facie eccleſiæ, ut ab omnibus pro ueris coniugib. habeamini. Sit ſimile, quando aliquis fuit abſolutus ab excommunicatione in ſecreto, & poſtea abſoluitur à legitimo iudice in publico: ſenſus uerborum abſolutionis hic eſt: ego te abſoluo ab excommunicatione, ideſt, ego te abſoluo in facie eccleſiæ, ut ab omnibus habearis ut abſolutus.

¶Ex diffinitis in hac quæſtione ſoluitur alia difficultas quæ eſſe poteſt, quis nam ſit miniſter huius ſacramenti; colligitur enim quòd miniſter huius ſacramenti ſunt contrahentes, vt iam dictum eſt, & aliqua alia dicentur infrà. Ex quo colligitur, quod ſacerdos qui præſens eſt matrimonio, nõ peccat mortaliter, etiam ſi in mortali ſit, nam talis ſacerdos non miniſtrat aliquòd ſacramentum, neque efficit aliquam actionem ſacram confectiuam ſacramenti.

QVinta difficultas eſt de ratione ſpecifica ſacramenti matrimonii. Nam poſtquam diffinitum eſt, quod ſacramentum matrimonii habet unam rationem vniuocam cum omnibus alijs ſacramétis nouæ legis, & ita habet omnia quæ habent omnia alia ſacramenta nouæ legis in generali & in communi: explicandum eſt in particulari quænam ſit eius ratio ſpecifica, per quam diſtinguitur ab omnibus aliis ſacramentis. Et vt dicit D.Tho.3.par. quæſt.60.art.1. ſacramentum collocatur in genere ſigni, & ita explicanda eſt in particulari eius ſignificatio ſpecifica. Igitur difficultas eſt, Vtrùm ſacramentum matrimonij ſignificet dilectionem quæ eſt inter ipſos coniuges, quam Deus per gratiam ipſis coniugibus nectit, & an ſignificet ſpiritualem vnionem Chriſti & eccleſiæ? & deniq; A coniunctionem Chriſti cum noſtra humanitate, & videtur vera pars negatiua.

¶Primò arguitur. Matrimonium antequam haberet rationem ſacramenti habebat iſtam ſignificationem, ergo hæc ſignificatio non eſt ratio ſpecifica matrimonij in ratione talis ſacramenti. Conſequentia eſt euidens, nam matrimonium aliquid habet modo in ratione ſacramenti, quod non habebat antea, & illud debet eſſe eſſentiale in ratione ſacramenti: nam antea non erat ſacramentum, & modò eſt ſacramentum, ut dicemus in arti. ſequenti: ac ſubinde modo B matrimonium debet habere aliquid in ratione ſigni, quod antea non habebat: nam eſſentialis ratio ſacramenti eſt ratio ſigni. Antecedens verò conſtat, nam D. Paul. ad Epheſ. cap. 5. loquens de matrimonio primorum parentum in paradiſo dicit, Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in eccleſia: ubi apertè ſignificat D.Paul. quod matrimonium primorũ parentum, quando non habebat rationem ſacramenti, ſignificabat coniunctionẽ Chriſti cum Eccleſia. Ad Epheſ. 5.

¶Secundò arguitur. Alia ſacramenta no- C uæ legis ſignificant coniunctionem Chriſti cum eccleſiæ, & cum anima fideli, ergo nõ eſt proprium ꝙ particulare huius ſacramẽti ſignificare coniunctionem Chriſti cum eccleſia, & vnionem animæ fidelis cũ Chriſto. Conſequentia eſt euidens, nam id quod eſt commune omnibus ſacramentis, nõ poteſt eſſe particulare & ſpecificatiuum alicuius ſacramenti in particulari. Antecedens verò conſtat, nã (vt dicitur in 3. par. q.60. artic.2.& 3.) omnia ſacramenta ſignificãt gratiã, gratia autem eſt forma quædã per quã coniungitur anima fidelis cum Chri- D ſto, ergo commune eſt omnibus, ſacramentis ſignificare iſtã coniunctionem. ¶Et confirmatur hoc argumẽtum in particulari de ſacramento Euchariſtiæ, nã hoc ſacramentum ſignificat mutuã coniunctionem quæ eſt inter ipſos fideles & etiã cum Chriſto, et expreſſè docet D.Tho.in 3.par. quæſt. 79 art.1. dicens, quòd ſacramentum Euchariſtiæ eſt ſignum vnitatis & uinculum charitatis, ergo ſacramentum matrimonii ex ſua ſpecifica ratione non poteſt iſtã coniunctionem ſignificare.

¶Tertiò arguitur. Ex oppoſita ſententia ſequitur, quod matrimonium ſit perfectiſſimum

ctiſſimum omnium ſacramentorũ. Conſe- A
quens autem eſt falſum, ergo. Falſitas cõſe
quentis eſt manifeſta, nam vt cõſtat, omnia
ſacramenta ſunt perfecti ora, quam matri-
moniũ, & præcipuè hoc cõſtat de ſacramẽ
to Euchariſtiæ, ad quod omnia alia ſacra-
mẽta ordinatur. Sequela probatᷣ. Nã ſacra-
menti matrimonii habet excellentiſſimam
ſignificationem, ſiquidem ſignificat coniun
ctionem Chriſti cum Eccleſia & Verbi
diuini cum humanitate, ergo eſt excellen-
tiſſimum ſacramentum, nam excellẽtia ſa-
cramẽti in ratione ſacramenti deſumitur
(vt iam dictum eſt) ex ratione ſignificatio B
nis, quæ ad eſſentialis ipſi ſacramẽto in ra
tione ſacramenti.

¶ Quartò arguitur. Si ſacramentũ matri
monii ſignificat coniunctionem Chriſti cũ
Eccleſia, & Verbi cũ humanitate, & ſequitᷣ
quod ſacramentũ matrimonii ſit opus ma
xime religioſum inter omnia ſacramẽta no
uæ legis. Conſequẽs autem eſt manifeſtè
falſum, vt conſtat, ergo & illud ex quo ſe-
quitur. Sequela probatur. Nam (vt dicitur
in 3. par. q. 60. art. 1.) ſacramẽta ſunt q̃dã
cæremoniæ religionis Chriſtianę ordinatę
in cultum diuinum: & hoc habent ratione C
ſignificationis, nam actiones naturales, ut
ablutio externa, non habet quod ſit cære-
monia religioſa ordinata ad cultũ Dei, niſi
vt eleuata a Chriſto per ſignificationem
ſed ſacramentum matrimonii habet excel-
lentiſſimã ſignificationem, nam ut proba-
uimus, habet excellentiſſimum ſignifica-
tum, ſcilicet, cõiunctionẽ Chriſti cũ eccle-
ſia, & Verbi cũ humanitate, ergo eſt opus
religioſiſſimum inter omnia ſacramenta.

HIS non obſtantibus concluſio ſit.
Sacramentum matrimonii ſuã ſpe
cificã rationẽ habet ex eo ꝙ ſigni- D
ficat dilectionem futuram inter ipſos cõiu
ges, quã Deus per gratiam ipſius cõiugib.
nectit: & ex eo quod ſignificat ſpiritualem
vnionem Chriſti & Eccleſiæ, & coniunctio
nem Verbi cum noſtra humanitate per car
nis aſſumptionem. Probatur primò ex illo
loco D. Paul. ad Epheſ. cap. 5. cum dicit, ſa (Ad Ephe. c. 5.)
cramẽtum hoc magnum eſt, ego autem di
co in Chriſto & in eccleſia, nã ut dictũ eſt
ſupra dubio primo huius artic. in prima cõ
cluſione, & ẽt in ſecunda, in hoc loco expli
catur ſignificatio ſpecifica huius ſacramẽti,
& ꝙ ſignificet mutuum amorẽ & dilectio-
nem ſupernaturalẽ & cõiunctionem Chri-
ſti cũ eccleſia & cõiunctionẽ diuinitatis cũ
humanitate, explicatũ eſt ad lõgũ ſpeciali-
ter in illa prima concluſione, & ſic omnia
ibi dicta vidẽda ſunt. ergo in doctrina D.
Paul. ſacramẽtũ matrimonii ſpecificatur in
ratione ſigni ex illis dictis in concluſione.

¶ Secundò probatur ex ipſo iure, hoc
enim habetur expreſsè in c. debitum. de bi (Cap. debitũ. de bigamis non ordinan.)
gamis nõ ordinandis, ubi diffinitur, ꝙ ſacra
mẽtũ matrimonii ſignificat illa dicta in cõ
cluſione. Dicitur enim, ꝙ cum duo ſint in
coniugio, ſ. cõſenſus animarum & cõmixtio
corporum, alterũ ſignificat charitatem quę B
conſiſtit in ſpiritu inter Deum & iuſtã ani
mam, ſecundũ illud 1. Cor. 7. Qui adhæret (1. Cor. 7.)
Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo: alterũ verò
deſignat cõformitatem: quæ cõſiſtit in car
ne inter Chriſtum & Eccleſiã, ad quod p-
tinet illud quod Euangeliſta teſtatur, Ver-
bum caro factum eſt, Ioan. cap. 1. idem ẽt (Ioan. 1.)
diffinitur. 27. q. 2. cap. cum ſocietas, cum di (Cap. cũ ſocietas. 27. quęſ. 2.)
citur, Cũ ſocietas nuptiarum ita in princi-
pio ſit inſtituta, &c. vbi ſignificatur aperte
hæc eadem veritas, ergo ex iure conſtat, ꝙ
ſacramẽtum matrimonii habet ex ſua ſpe
cifica ratione hæc ſignificare. C

¶ Tertiò probatur hęc cõcluſio ratione.
Et quidẽ in hac re nulla alia ratio eſſe po-
teſt efficax, niſi beneplacitum voluntatis
Chriſti, qui eſt ſacramentorum inſtitutor,
& hoc Chriſti beneplacitum conſtat no-
bis ex illo teſtimonio D. Paul. ex quo con-
ſtat ſecundum fidem inſtitutio huius ſacra
menti. poteſt tamen eſſe aliqualis cõgruẽ-
tia pro iſta cõcluſione. Nam quãuis omnia
ſacramẽta ſignificẽt ad placitum. nõ tamẽ
ſine aliquo fundamento & ſimilitudine q̃
reperiatur in ipſa re naturali, ut eleuetᷣ ex
diuina inſtitutione ad talem ſignificationẽ D
quod quidẽ diffinitur in materia de ſacra-
mentis in genere in 3. par. q. 62. ar. 4. & pa
tet inductione in ſacramẽtis: ablutio enim
ipſa corporalis quæ abluit ipſum corpus,
habet fundamentum & proportionẽ quã-
dam ad hoc ꝙ eleuetur ad ſignificandam
ablutionem internã animæ: & idem eſt de
ſacramẽto Euchariſtiæ & de omnibus aliis
ſacramentis: ſed cõtractus naturalis matri
monij habet fundamẽtum & proportionẽ
ad hoc quod eleuetur ad ſignificandam cõ
iunctionem animorum per charitatẽ, &
cõiũctionem Chriſti cum Eccleſia, & Ver-

bi

bi cum humanitate,ergo. Cóſequentia eſt
bona,& minor in qua eſt difficultas,explica
tur. Nam ſicut ablutio corporalis, quę a-
bluit corpus, habet quandam ſimilitudiné
cum ablutione interna animæ, & ita eleua
tur ad illam ſignificandam,ita etiam cótra
ctus ipſe naturalis matrimonii cauſat vincu
lum quoddam & vnionem inter ipſos con
trahentes, & ita contractus ipſe naturalis
habet aptitudinem quandam & proportio
né ad hoc ꝙ eleuetur ad ſignificandam có
iunctionem ſpiritualem,quę eſt inter ipſos
coniuges,& cóiunctionem Chriſti cum ec-
cleſia,& Verbi cum humanitate. ¶Confir-
matur hæc ratio. Nam propter ſimilitudi-
nem quam habet hęc coniunctio matrimo
nialis cum huiuſmodi coniunctionib. ſuper
naturalibus,huiuſmodi coniunctiones in ſa
ctis literis vocantur matrimonium, vt pa-
tet ex innumeris locis ſacræ Scripturæ,
quæ non eſt opus recenſere, ergo contra-
ctus ipſe naturalis ex natura ſua habet ſi-
militudinem & proportionem, vt eleuetur
ad iſta omnia ſignificanda.

¶ Quibus poſitis reſpondendum eſt ad
argumenta facta in principio. Ad primum
argumentum eſt duplex ſolutio. Prima ſo-
lutio eſt, quòd matrimonium poſt Chriſti
inſtitutionem habet ſignificare idem,quod
ſignificabat matrimonium in paradiſo,non
tamen ſignificat idem & eodem modo, ſed
diuerſimodè, & iſte diuerſus modus ſignifi
candi cauſat diuerſitaté ſpecificam in ipſo
ſigno in ratione ſigni:nam vt dicere ſolent
metaph.diuerſus modus tendendi in obie-
ctú refunditur in rationem formalem obie
cti: & ita cauſat differentiam ſpecificam: di-
uerſus autem modus ſignificádi poſt Chri
ſti inſtitutionem & in paradiſo,conſiſtit in
hoc ꝙ in paradiſo erat tantum ſignum ſpe
culatiuum ſpeculatiuè ſignificans omnia
illa, poſt Chriſti verò inſtitutionem & ele
uationem ad eſſe ſacramenti, habet ratio-
nem ſigni practici,quod cauſat id qđ ſigni
ficat. Ná (vt dicitur in materia de ſacramé-
tis in genere loco immediatè citato) ad ró
nem ſacramenti requiritur ſignum practi-
cum:vnde ſicut ueritas practica & ſpecula
tiua maximè differút differentia ſpecifica:
ita ét matrimonium ante Chriſti inſtitu-
tionem & poſt Chriſti inſtitutionem. ¶Se
cunda ſolutio eſſe poteſt, ꝙ matrimonium
in paradiſo ſignificabat coniunctioné Ver-
A bi cum humanitate, & Chriſti cú eccleſia
vt futuram,at verò matrimoniú poſt Chri
ſti inſtitutioné in ratione ſacramenti ſigni
ficat illa ut præſentia,& non ut futura,ſed
ut iam facta,unde ſicut ſacraméta nouæ &
ueteris legis differút ſpecie in róne ſigni,
penes hoc ꝙ ſignificant Chriſtum ut futu
rum,uel ut præſentem: ita ét matrimoniú
in paradiſo, & poſt Chriſti inſtónem diffe-
runt ſpecie penes præſens & futurum.

¶Ad ſecundum argumentum reſponde
tur, ꝙ quamuis oía ſacramenta ſignificent
gratiam quæ cóiungit hominem cum ipſo
B Deo, non tamen omnia ſacramenta ſignifi
cant ipſam gratiá per modú cóiunctionis:
nam ſacramentum baptiſmi ſignificat gra-
tiam per modum regenerationis & ut rege
neratiua eſt: ſacramentum pœnitentiæ per
modum abſolutionis: & ſic de omnib. aliis
ſacramentis. hoc autem eſt propriú matri-
monii,ſignificare ipſam gratiá per modum
cóiunctionis,& ita gratia, quæ cauſatur &
ſignificatur per hoc ſacramentú, datur per
modú coniunctionis: nam ſicut contractus
ipſe naturalis cauſat uinculú quoddam qđ
connectit coniuges inter ſe,ita gratia, quæ
C ſignificatur practicè per ſacramentum ma
trimonii,ſignificatur ut uinculum quoddá
uniens & cóiungens ipſos cóiuges inter ſe.

¶Ad confirmationem reſpódetur, quòd
ſacramentum Euchariſtiæ ſignificat coniun
ctionem & unionem aliter quam ſacramen
tum matrimonij:nam ſacramentú Euchari
ſtiæ ſignificat coniunctionem per modú ci
bi & potus,& coniunctionem ad eú modú
quo coniungitur cibus & potus cum come
dente:ſacramentum uerò matrimonij ſigni
ficat coniunctionem illam ſpiritualem,nó
per modum cibi & potus, ſed per modum
D coniunctionis maritalis,& ita ratio forma-
lis ſpecifica matrimonii in ratione ſacra-
menti differt à ratione ſpecifica ſacramenti
Euchariſtiæ in ratione ſacramenti.

AD tertiú argumentum eſt ſexta dif
ficultas illaque optima: Vtrum ſa-
cramentum matrimonii ſit potiſſi
mum ſacramentum inter omnia ſacramen
ta. Et uſ uera pars affirmatiua. Primò ar-
guitur tertio argumento facto in pcedenti
dubio. Sacramentum matrimonij in róne
ſacramenti ſpecificatur ex ſignificatione,
ſed eius ſpecificatio ſpecifica, eſt potiſſima
omnium, nam ſignificat cóiunctioné Chri

ſti cum eccleſia,& Verbi cum humanitate, A ergo eſt potiſſimum ſacramentum.¶Cõfirmatur argumentum. Nam(vt docet D.Th. in 3.par.q.2.ar.9.) coniunctio Verbi cum humanitate eſt potiſſima unionum,ſed hoc ſacramentum non ſolum ſignificat coniunctionem animorum per gratiam & charitatem, ſed etiam coniunctionem Chriſti cũ eccleſia,& verbi cum humanitate, ergo eſt potiſſimum omnium ſacramentorum.

Ad Eph. 5. ¶Secũdo arguitur ex D.Paul.ad Epheſ. 5.in illis verbis, Sacramentum hoc magnũ eſt,ego autẽ dico in Chriſto & in eccleſia, &c. in quo quidẽ teſtimonio,vt conſtat ex iam ſupra dictis in dubijs præcedentibus, D.Paul. loquitur de ſacramento matrimonii,etiam in ratione ſacramenti nouæ legis: & hoc ſacramentum dicit eſſe magnum,ergo ſacramentum matrimonii in ratione ſacramenti eſt potiſſimum omnium ſacramentorum, ſiquidem de nullo alio ſacramento dicit,ꝙ ſit magnum.imo in ſacris literis nullum aliud ſacramẽtum dicitur magnum abſolutè, ſicut hoc ſacramentum. ¶Confirmatur argumentum. Nã D.Paul. dicit,ꝙ ſit magnum ſacramentum propter eius excellentiſſimam ſignificationem: ſubdit enim, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia, ergo in ratione ſacramenti & ſigni eſt maximum ſacramentum.

¶Tertiò arguitur.Saltem ſequitur,ꝙ ſit maius & excellentius ſacramentum,quàm ſacramentum baptiſmi,& quàm ſacramentum pœnitentiæ, ergo.Sequela probatur. Nam iſtud ſacramentum eſt ſacramentum viuorum ſignificans mirabilem coniũctionem per gratiam quam etiam efficit; alia vero ſacramenta dicta non præſupponunt gratiam. Item ſacramentum baptiſmi in ſpeciali, præſupponitur ordine generationis ad ſacramentum matrimonii, nullũ.n. poteſt eſſe ſacramentũ ſine baptiſmo,quoniam baptiſmus eſt regeneratio,ergo perfectius ſacramentum eſt ſacramentum matrimonij,id enim quod præſupponitur ordine generationis imperfectius eſt.

¶In hac difficultate ſit prima concluſio. Sacramẽtum matrimonii in ratione ſacramenti uidetur tenere infimum gradum inter omnia ſacramenta nouæ legis. Hæc cõcluſio probatur primò ex doctrina D.Th. in 3.par.q.65.ar.1. & 2. vbi D.Th.conſtituit ſacramentum matrimonii in vltimo loco. & ſine dubio D.Tho.loquitur uia perfectionis,ergo matrimonium in ratione ſacramenti tenet infimum locum.

¶Secundò probatur concluſio. Nam (ut iam dictum eſt) ſacramentum habet rõnẽ ſigni practici,præcipue ſacramentum nouæ legis,quod efficit quod ſignificat,vt dicitur in materia de ſacramentis in genere loco citato:ſed in ratione ſigni practici efficientis quod ſignificat, matrimoniũ tenet ultimum locum uia perfectionis, ergo matrimonium in ratione ſacramenti tenet infimum locum inter omnia ſacramenta. Con B ſequẽtia eſt bona, minor in qua eſt difficultas probatur.Nam(vt dicemus in art.4.)ſacramentum matrimonij confert minimũ gradum gratiæ inter omnia ſacramenta,eo ꝙ minus participat de ratione ſpiritualis vitæ,ad quam ordinantur ſacramenta.¶ ita que aduertendum eſt, ꝙ ſicut in operibus diuinis quæ ad ordinem naturæ ſpectant, omnia bona ſunt, & ad ſuos fines optime diſpoſita, & tamẽ unũ opus eſt altero præſtantius & excellentius,ſicut ſtella differt à ſtella in claritate: ita in ordine gratiæ omnia optima ſunt in ſuo genere, & ordine C gratiæ,cùm tamẽ unũ ſit altero perfectius. Igitur ad propoſitum, ſacramenta nouæ legis inter maxima computantur bona,& ad proprios fines aptiſſime diſpoſita ſunt,cum tamen unũ ſit altero præſtantius & præſtãtiſſimum omnium ſacramentorũ eſt ſacramentũ Euchariſtiæ,infimum in locũ tenet abſolutè loquẽdo ſacramentũ matrimonii.

¶Secunda concluſio. Sacramentum matrimonii habet excellentiam quandã inter omnia ſacramẽta nouæ legis in rõne ſigni ſpeculatiui.Itaq; ſacramentum nouæ legis duo habet,alterũ eſt efficere gratiam,alterũ verò ſignificare,& in ratione efficiẽdi tenet D infimum locum, in ratione uerò ſignificandi ſpeculatiuè tenet ſupremum locũ. Hæc concluſio ſic explicata probatur argumẽtis factis in principio huius dubii,quæ illã euidenter conuincunt,& præcipue hoc conſtat ex illo teſtimonio D. Paul.ad Epheſ. ca.5. Ad Eph 5. Sacramentum hoc magnum eſt:quod quidem uocatur magnum ratione excellentiſſimæ ſignificationis,quam habet: ſignificat enim inſeparabilem unionem Chriſti cum eccleſia,& Verbi cum humanitate. Itaq; cõſiderandũ eſt, ꝙ ſicut in uirtutib.eſt ordo, taliter quod una eſt perfectior alia ſimpliciter

ter loquendo, vt charitas eſt perfectior. q̄ A miſericordia, nihilominus tn̄ virtus inferior aliqualē hēt excellentiam ſuper alias virtutes ſuperiores, & ita D. Thom. in. 2. 2. fere omnibus uirtutibus tribuit ſuā excellētiā ſupra alias: miſericordia enim excedit charitatem in eo quod præſupponit plenitudinem bonorū ad ſubleuandā miſeriam alienam: nō diſſimiliter in propoſito in ſacramentis nouæ legis omnia alia ſacramēta ſimpliciter & abſolutè loquēdo ſunt perfectiora, quàm matrimonium quoniá præſtāt in ſignificatione prędicta; nihilominus tamen matrimonium quod tenet infimū B locum inter ſacramenta nouæ legis, habet iſtam excellētiā ſuper omnia alia ſacramēta, quod excedit illa quantum ad ſignificationem ſpeculatiuam, ut iam diximus.

¶ Et eſt aduertēdum, quòd Deus autor gratiæ ſua prouidentia ſupernaturali. optima ratione hoc ordinauit. Et ratio huius fuit, nam cum matrimonium ipſum ſit contractus quidā ordinatus ad actū cōiugalē, qui quidē actus eſt maximè materialis & carnalis, voluit Deus iſtum contractū uelut ſpititualizare (ut ita dixerim) & eleuare ad eſſe ſupernaturale puriſſimū per ſigni- C ficationem ſpeculatiuam maximè ſpiritualem, qualis eſt ſignificatio qua ſignificatur coniunctio Chriſti cum eccleſia: quæ quidē cōiunctio eſt maximè ſpiritualis, & eleuata à materia, imò ratione actus cōiugalis ſighificat cōiunctionem puriſſimi Verbi cū humanitate, ut dicemus in ar. 4. huius quæſtionis, & hæc omnia facta ſunt à Deo, quoniam matrimoniū ipſum maximè deiicit mētes hominū, præcipuè ratione ipſius actus carnalis, & ita adiūcta eſt ſignificatio ita ſpititualis & eleuata à materia, ut mētes hominū in ipſo matrimonio & in actu D matrimoniali eleuentur ab ipſa materia.

QVibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principio huius dubii. Ad primum argumentum (qđ eſt tertium dubii præcedentis) reſpōdetur quòd ſacramentum matrimonii in ratione ſacramenti non ſpecificatur ex ſignificatione ſpeculatiua, ſed ex ſignificatione practica, ſignificatio vero practica, ut iā diximus, infimum locum tenet inter ſignificationes ſacramentorum nouæ legis, excedit tamen alia ſacramenta quantum ad ſignificationē ſpeculatiuam. Et eſt aduertendum, q̄ hæc A excellentia non eſt extrinſeca ipſi matrimonio ſed intrinſeca, cum ipſa ſignificatio ſpeculatiua intrinſeca ſit ſignificationi practicæ: & nota quod cum in ſacramētis ſint plura ſignificata, ut dicitur. 3. par. qu. eit. 60 ar. 3. & conſequenter ſunt plures ſignificationes, tamen ſignificatio practica matrimonii ſolū deſumitur ex ordine ad gratiā quam cauſat in ipſis cōiugibus, vnde ſignificatio qua ſignificat coniunctionem Chriſti cum eccleſia & uerbis cum humanitate, nō eſt ſignificatio practica, nam per huiuſmodi ſignificationes ſacramenti matrimo- B nii non efficiuntur eiuſmodi cōiūctiones. ¶ Ad confirmationem reſpondetur, q̄ coniunctio verbi cum humanitate eſt potiſſima omnium coniunctionum, tamē ſacramentum matrimonii non ſignificat iſtam coniunctionem practicè, ſed ſpeculatiuè, ſignificatio uero ſpecifica ſacramenti deſumitur ex ſignificatione practica.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod D. Paul. in illo loco cùm dicit, Sacramentum hoc, magnū eſt, ſignificat apertè quòd ſacramentū matrimonii habet q̄dam maximam excellentiam ſuper omnia C ſacramēta in ratione ſigni ſpeculatiui, nam (vt diximus) ſacramentum matrimonii ſignificat excellentiſſimam coniunctionem Chriſti cùm eccleſia & verbi cum humanitate; non tamen ſignificat, quòd ſacramētū matrimonii in ratione ſignificationis practicæ excedat omnia alia ſacramenta. ¶ Ad confirmationem reſpondetur.

¶ Ad tertium argumentum dicēdū eſt, quòd ſacramentū matrimonii inter omnia ſacramenta tenet infimum locum, ut iā dictum eſt, & ita ſacramētum baptiſmi & ſacramentum pœnitentiæ ſunt pfectiora ſa- D cramenta, quā ſacramentum matrimonii; & quamuis ſacramētum matrimonii ſit ſacramentum viuorum, alia uero duo ſacramenta, ſint ſacramenta mortuorū, nō inde ſequitur, quod ſacramentum matrimonii ſit perfectius ſacramentum, nā aliàs ſi hæc ratio aliquid valeret, ſequeret̄, quòd ſacramētū extremæ Vnctionis eſſet perfectius, quàm ſacramentum pęnitentiæ, nam ſacramentum extremæ vnctionis eſt ſacramentum uiuorum, quod tamen nō eſt uerum. Igitur maior uel minor perfectio in ſacramentis deſumēda eſt ex perfectiori ſignificatione practica, & ex conſequenti ex vir-

tute

tute effectiua gratiæ, quæ quidem maior eſt in omnib. aliis ſacramentis, quã in ſacramento matrimonii. Et ad illud quod dicit de ſacraméto baptiſmi, quod præſupponitur ad ſacramẽtum matrimonii via generationis, reſpondetur quod ex hoc non ſequitur, quòd ſacramentum baptiſmi nõ ſit perfectius ſacramentum. Et eſt optimum ſimile, nam fides via generationis præſupponitur ad virtutem ſpei, non enim poteſt eſſe virtus ſpei, niſi præcedat fides, & tamen ſẽper & abſolutè loquendo perfectior virtus eſt, virtus fidei, quam ſpei: & huius ratio eſt, quoniam fides facit, quod ſpes attingat obiectum ſupernaturale. Non diſſimiliter in propoſito, quamuis baptiſmus ſit ianua omnium ſacramẽtorum, nihilominus tamen eſt aliquid perfectius in ratione ſacraměti. quàm matrimonium. Et ex dictis reſpondetur ad tertium argumentum dubii præcedentis.

¶ Ad quartum argumentum dubii præcedentis, dubium põt eſſe, an ſacramétum matrimonii ſit opus maximè religioſum inter omnia ſacramenta nouæ legis. Et ratio dubitãdi à parte affirmatiua deſumitur ex illo quarto argumento, nã habet ſignificationem excellentiſſimam, ſaltem loquendo de ſignificatione ſpeculatiua: ergo ſacramẽtum ipſum matrimonii eſt opus quoddam maximè religioſum. Ad hoc dubium dicẽdum eſt, quod ſimpliciter & abſolutè ſacramentũ matrimonii non eſt cęremonia maximè religioſa, habet tamen quandam excellentiam in hac ratione, & hæc reſolutio deſumitũ ex reſolutione dubii præcedẽtis.

¶ Ad cuius expoſitionem eſt aduertẽdũ, quòd ſacramentum, cùm ſit ſignum practicum, & habet ſignificare noſtram ſalutem, & habet illam efficere, & ita ſacraméta ſũt quædam cæremoniæ religionis Chriſtianæ, quibus profitemur nos quærere ſalutẽ noſtram: unde defectus, qui contingunt in adminiſtratione ſacramentorum ſunt ſacrilegia contra virtutẽ religionis, & ipſę actiones ſacraméṅtales ſunt actiones maximè religioſæ pertinẽtes ad virtutem religionis: igitur ſacramentum matrimonii cum non habeat potiſſimam rationem ſacramenti ſimpliciter & abſolutè loquendo, non eſt opus maximè religioſum ſimpliciter loquendo inter omnia ſacramenta; habet tamen quãdam excellentiam in ratione operis religioſi propter illam excellentiſſimã ſignificationem ſpeculatiuam quam habet. Et nota, quòd Chriſtus Dominus optima ratione contractui naturali matrimonii ex natura ſua ordinato ad copulam cõiugalẽ appoſuit iſtam rationem cæremoniæ religioſæ cum aliquali excellentia, vt iſſe contractus q de ſe erat ordinatus ad actũ maximè materialem, eleuaretur in cultũ Dei, & per hoc reſpondetur ad rationem dubitandi & etiam ad quartum argumentum dubii præcedentis.

Septima difficultas eſt, illaque grauiſſima, An omne matrimoniũ inter fideles baptizatos ſit ſacramentum: quod quidem dubium præcipuè proponitur propter matrimonium, quod fit per procuratores, de quo dubitamus an illud matrimoniũ non ſolũ habeat rationem contractus, verumetiã rationem ſacramenti. Diximus autẽ in dubio, inter fideles baptizatos, nã certa res eſt, quòd inter illos qui non ſunt fideles baptizati, poteſt eſſe uerum matrimonium in ratione contractus, quod tamẽ non habeat veram rationem ſacraměti, nã infideles vere contrahunt matimonium, & tamen non recipiunt ſacramentum, cũ baptiſmus ſit ianua omnium ſacramẽtorum. Et videtur quod non omne matrimoniũ inter fideles baptizatos ſit ſacramentum, quamuis habeat rationẽ cõtractus. Primò arguitur. Ratio ſacramenti & ratio contractus naturalis, ſunt omnino diuerſæ, ſupponamus ergò, qđ aliquis fidelis baptizatus intendat celebrare verum contractum matrimonii, ut eſt quidam cõtractus naturalis, & tamen quod nullo modo intendat rationem ſacramenti, tunc ſic. In iſto caſu eſt verus contractus matrimonii inter fideles baptizatos, & tamen nullo modo eſt ratio ſacramẽti, ergo inter fideles baptizatos poteſt eſſe vera ratio contractus naturalis ſine ratione ſacraméti. Conſequentia eſt bona, maior eſt manifeſta, nam iſte talis intendit facere verum cõtractũ matrimonii, & nullum habet impedimentum, ergo eſt verus contractus matrimonii. Quòd nullum habeat impedimentum conſtat manifeſtè. Minor uero probatur, nam ad rationem ſacramenti neceſſarium eſt, quod ipſi miniſtri, ſcilicet, contrahentes, habeãt intentionem faciendi quod facit eccleſia, & quod habeãt intentionem ſaltem virtualem conficiendi

verum ſacramentum; ſed iſte talis ut conſtat, nullo modo habet intentionem conficiendi ſacramentum, ſed potius habet intẽtionem omnino oppoſitam; ergo nullo modo conficit ſacramentum.

¶Secundo arguitur. Sit ita quòd ſit aliquis fidelis baptizatus ita ignarus & barbarus, qui exiſtimet, quòd in matrimonio ſola eſt ratio contractus naturalis, & ꝙ nullo modo habet rationem ſupernaturalem ſacramenti, ſed puram rationem naturalem; & contrahat de facto & reuera uelit contrahere, tunc ſic. Iſte talis fidelis baptizatus celebrat uerum contractũ matrimonii, & tamen nullo modo efficit uerum ſacramentum, ergo inter fideles baptizatos põt eſſe uera rõ contractus naturalis ſine ratione ſacramenti. Conſequentia eſt euidens, maior uidetur manifeſta, nã iſte uere uult contrahere & efficere contractum illum naturalem, & non habet aliquod impedimentum, ergo uerè efficit illum. Minor uerò probatur: Nam iſte talis non hẽt intentionem efficiendi verum ſacramentum, ergo non efficit illud. Conſequentia eſt bona, nõ .n. poteſt eſſe ſacramentũ, neq; confici ſine intentione cõficiendi illud. Antecedẽs verò probatur, quia iſte talis fidelis baptizatus nullo modo cognoſcit in contractu matrimonii aliquam rationem ſupernaturalem, vel aliquam rationem ſacramẽti, vt ſupponimus, ergo nullo modo poteſt intendere illam. Probatur cõſequentia, nam intentio pręſupponit intrinſecè cognitionem.

¶Tertiò arguitur. Sacramenta nouæ legis cauſant gratiam per modum inſtrumẽti phyſici, vt diffinitur in 3. par. q. 62. ſed matrimonium inter abſentes nõ cauſat gratiam ad modum inſtrumenti phyſici, ergo non eſt ſacramentum nouę legis. Conſequentia eſt bona, minor probatur. Materia & forma huius ſacramenti ſunt expreſſiones conſenſuum, vt iam diffinitum eſt in præcedentibus, hæc autẽ materia & forma nullum contactum poteſt habere inter abſentes, non enim eſt intelligibilis talis contactus, ergo matrimonium inter abſentes non poteſt cauſare gratiam ad modum inſtrumenti phyſici. Probatur conſequentia, nam omne inſtrumentum phyſicum debet habere contactum circa paſſum.

¶Quartò. Sit caſus quòd quãdo celebratur matrimonium per procuratores, alter

A contrahens vel vterq; ſit dormiens & nullum habeat actum, tunc eſt argumentũ. In hoc caſu non eſt materia & forma huius ſacramenti: ergo non eſt ſacramentum. Antecedens probatur, nam expreſſio conſenſus contrahentis tranſijt, & nullã habet modo exiſtentiam, ergo modo non eſt materia & forma huius ſacramenti: nam (vt diximus in præcedentibus) materia & forma huius ſacramenti ſunt expreſſiones contrahẽtiũ. Conſequentia verò probatur, nam ſi nõ eſt materia & forma ſacramenti, non erit ſacramentum: nam ſacramentum conſtat ex ma-

B teria & forma. Et eodem argumẽto probari poteſt, ꝙ tunc non ſit inſtrumentũ phyſicum ad cauſandam gratiam, nam ꝙ actu non exiſtit, non poteſt eſſe actu inſtrumentum phyſicum ad aliquid cauſandum.

¶Et confirmatur argumentum. Materia & forma huius ſacramenti vel ſunt expreſſiones quæ fuerunt in ipſis contrahentib. vel expreſſiones quæ modo ſunt in procuratoribus: non expreſſiones quę ſunt in procuratoribus, aliàs enim ſacramentum reciperetur in procuratoribus, cũ ſint in ipſis, ergo ſunt expreſſiones, quæ ſunt in ipſis con-

C trahentibus. Tunc vltra, ſed illæ expreſſiones modo non ſunt, ſi alter contrahens ſit dormiens, ergo non eſt ſacramentum.

¶Quintò arguitur. Receptio ſacramenti & receptio gratię eſt paſſio quædam perſonalis, & ita uidemus, ꝙ nullum aliud ſacramentum poteſt recipi per procuratorem, ergo ſacramentum matrimonii & eius gratia ſacramentalis non poteſt recipi in abſentia per procuratorem: nam ſacramentũ matrimonii, ut iam dictum eſt, uniuocè habet rationem ſacramenti nouæ legis cum omnibus aliis ſacramentis. ¶Confirmatur

D argumentum. Nam quamuis ſacramẽtum pœnitentiæ ſit quoddã iudiciũ, quod quidem poteſt exerceri in abſentia, nihilominus tamen quia ſacramentum eſt, non poteſt recipi per aliũ & in abſentia, ut eſt communis ſentẽtia ferè omnium Theologorũ in materia de confeſſione, ergo licet matrimonium in ea parte, qua eſt quidã contractus poſſit fieri per procuratorem & in abſentia, tamẽ ex parte qua ſacramẽtum eſt, non poteſt recipi in abſentia, & per alium.

¶Sextò arguitur. Si matrimoniũ ꝑ procuratores & in abſẽtia cõtractũ eſt verũ ſacramentum, ſequitur, quòd dormientes aliquã

do

do recipiant gratiam & peccēt, conſequēs eſt apertè falſum, ergo. Falſitas conſequētis conſtat, nam dormientes nullam habent libertatem, ergo non poſſunt mereri nec demereri nec recipere gratiam. Sequela probatur, nam poteſt contingere, ꝙ quando fit contractus, aliquis contrahētium dormiat & ſit in gratia vel in peccato, & ſi eſt in gratia, recipit dignè ſacramentum, ac ſubinde recipit gratiam: ſi verò eſt in peccato mortali recipit indignè ſacramentum, ergo peccàt mortaliter. ¶Et confirmatur argumentum. Ex oppoſita ſententia ſequitur, quòd poſtquàm quis dedit facultàtem ad contrahēdum, ſemper teneatur eſſe paratus ad recipiendum ſacramentū, conſequens autem uidetur duriſſimum, ergo & illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Sacramentum matrimonii, ſicut quodlibet aliud ſacramētum, requirit diſpoſitionem in ſubiecto, ergo ſi eſt uerum ſacramentum, quod fit per procuratores: tenetur habere illam diſpoſitionem.

¶Septimo. Si omne matrimonium inter fideles baptizatos eſt ſacramentum, ſequitur quod ſiquis per metum cadentem in virum conſtantem proferat uerba matrimonii, peccet mortaliter, & ſit ſacrilegus: conſequens eſt falſum, ergo. Sequela probatur. Nam iſte talis ponit formam ſuper indebitam materiam, ergo eſt ſacrilegus: ſicut eſſet ſacrilegus qui proferret formam abſolutionis uel conſecrationis ſuper indebitā materiam. Falſitas conſequentis conſtat, nā durisſimum eſſet dicere, quod tunc ille peccat peccato ſacrilegii.

¶Vltimo arguitur ex concilio Tridentino. Nam ſaltem poſt illud ſequitur, quod matrimonium quod fit per procuratores, & in abſentia, non ſit uerum ſacramentum nam Concil. Triden. ſeſſ. 24. de reformatione matrimonii, cap. 1. expreſsè uidetur exigere præſentiam cōtrahentiū ad rationem matrimonii. Dicit enim Concil. quod parochus qui debet eſſe præſens, debet interrogare uirum & fœminam, & uiro & fœmina interrogatis & intellecto conſenſu eorum, dicat, ego uos coniungo &c. at uero quando celebratur matrimonium per procuratores, non ſunt præſentes contrahentes, taliter quod poſſint ita interrogari, ergo ſignum eſt, quod tale matrimonium non eſt uerum ſacramentum.

A IN hac difficultate ſunt uariæ ſentētiæ Doctorum. Prima ſententia eſt, quod non omne matrimonium inter fideles baptizatos eſt verum ſacramentum. Hanc ſententiam tenet Caietanus, ſpecialiter de matrimonio, quod fit per peccatores, in opuſculo quodam de matrimonio, q. 1. idem tenet Duran. in 4. diſt. 26 q. 3. nu. 11. & Magiſter Canus docet idem, libro. 8. de locis Theologicis, cap. 5 & in relectione de pœnitentia, parte 5. fol. 13 iſte enim autor ſemper exiſtimat, quòd forma ſacramenti matrimonii tenet ſe ex parte ſacerdotis, & ita

B ſi nulla ſint uerba ex parte ſacerdotis, erit quidem uerus contractus matrimonii, non tamen habebit ueram rationem ſacramenti, etiamſi cōtractus matrimonii fiat in præſentia. De quo diximus in præcedentibus. Hanc eandem ſententiam tenet ſapientiſſimus Victoria, ī ſua ſumma, n. 222. & Martinus de Ledeſma in 2. tomo ſui Quarti, q. 44. artic. 8. quamuis iſte autor dicat, ꝙ hæc ſententia non caret aliquo ſcrupulo.

¶Secunda ſententia eſt huic oppoſita, uidelicet quòd matrimonium per procuratores celebratum, eſt ualidum, etiā ante Con-

C cil. Trid. non ſolum in ratione contractus naturalis, uerumetiam in ratione ſacramēti. Hoc dicit D Th. in art. 3. huius quæſtionis, ubi expreſsè ſignificat, quod omne matrimonium inter Chriſtianos eſt uerum ſacramentum; nam dicit quod omne tale matrimonium eſt collatiuum gratiæ. Hanc ēt ſententiam tenet Magiſter Sotus in 4. diſt. 27. quæſt. 1. ar. 3. & quamuis Magiſter Sotus dicat, quod ſentētia Caietani habet aliquam probabilitatem, ſtatim ſubdit, quòd habet temeritatem quandam. Eandem ſententiam tenet Couarr. ſuper quartum De-

D cretalium, par. 2. cap. 1. §. unico. nu. 5 & pro ſe allegat Catherinum lib. 5. contra Caiet. cap. de hoc ſacramento. Eandem ſentētiam tenet Palatius in 4. diſt. 26. diſputatione unica pag. 556. & hanc ſententiam ſequuntur communiter diſcipuli D. Th. & eius expoſitores & etiam interpretes iuris Canonici ſuper Concil. Trid. ſeſſ. 24. & hæc ſententia tribuitur etiam Nauarro in Manuali Hiſpano fol. 49.

¶Tertia ſentētia eſt, aliquorum Doctorum noſtri temporis, qui dicunt, quod matrimonium celebratum per procuratores, ante Concil. Trident. ſicut habebat ueram

rationem

rationem cõtractus naturalis, ita etiam habebat ueram rationem ſacramẽti. Cæterũ poſt concil. Tridenti. dicunt eſſe planum quòd non eſt uerum ſacramẽtum, neq; habet uerã rationẽ cõtractus: & ad dicẽdum hoc ſecundum, mouentur vltimo argumento deſumpto ex Concil. Tridenti.

IN huius rei expoſitionem ſupponendũ eſt tanquam certum, quod matrimoniũ quod fit per procuratores, ſi non adſit parochus, & duo uel tres teſtes & ſint aliæ conditiones requiſitę ad matrimonium, nõ eſt verum ſacramentum, imò neque habet ueram rationem contractus, ut determinatur in Concil. Trident. in loco immediatè citato: neque de hoc diſputatur inter Theologos: nam tale matrimonium ſicut irritatur in ratione ſacramenti, ita etiam in ratione contractus. Difficultas igitur eſt quando adſunt omnia requiſita ad matrimonium, & ſolum deeſt præſentia cõtrahentiũ; hic enim diſputamus quando veram hãbet rationem contractus.

¶Quibus poſitis eſt prima conluſio. Prima ſentẽtia Domini Caieta. aliqualem habet probabilitatem. Hæc concluſio probatur autoritate Domini Caietan. & aliorũ qui ſequuntur illã ſententiam & argumẽtis factis in principio, quæ aliqualem habẽt probabilitatem, & videndus eſt Dominus Cietan. in locis citatis: & ſecundum iſtam ſententiam aſſerẽdum eſt, quòd Chriſtus Dominus non eleuauit ad rationem ſacramenti nouæ legis omnem contractum matrimonii, ſed aliquem in particulari, neq; omnia matrimonia ſunt eiuſdem ordinis & rationis, ſed quædam habent puram rationem naturalem contentam intra ordinem naturæ; alia vero matrimonia habent adiũctã rationem ſupernaturalem, & præcipuè hoc habet verũ de matrimonio, quod fit per procuratores inter abſentes. de quo in ſpeciali loquit᷑ Dominus Caieta. & ita diximus, ꝙ prima ſententia ſecundũ expoſitionem Caietani habet aliqualem probabilitatẽ. Nã ſm ſñiam Magiſtri Cano q̃tum ad illud quod dicit, ꝙ uerba ex parte ſacerdotis ſunt neceſſaria tanq̃ forma, non habet probabilitatẽm, ut diximus in præcedentibus: & qui uoluerit tenere ſententiã Domini Caietan. debet attẽdere ad fundamenta quæ adducuntur in argumentis poſitis in principio, ut poſſit ſuſtinere illã.

A ¶Secunda concluſio. Secunda ſententia eſt longe probabilior & magis conformis vſui eccleſiæ, itaque omne matrimonium quod inter fideles baptizatos habet ueram rationem cõtractus, habet etiam veram rationem ſacramenti: & hoc docet D. Tho. in locis citatis & hanc ſententiam ſequuntur communiter diſcipuli D. Tho. Et probatur primo. Chriſtus Dominus circa matrimoniũ nihil aliud fecit, quàm illud qđ erat quidam contractus naturalis & ciuilis ante legem Euangelicã, eleuare ad eſſe ſupernaturale & ad eſſe ſacramenti nouæ legis, neque aliquid aliud conſtat ex ſacris literis & traditionẽ: ſed certum eſt, quod ma-

B trimonium contractum per procuratores ante legem Euanglicam erat validum in ratione contractus naturalis, ergo in lege Euangelica ueram habet rationem ſacramenti nouæ legis.

¶ Secundo probatur concluſio. Eccleſia expreſsè dicit, qđ matrimonium eſt ſacramentum & hoc dicit ſine aliqua reſtrictione uel limitatione, at uero ſi matrimoniũ factum per procuratores nõ haberet uerã rationem ſacramenti, eccleſia deberet dice-

C re, quod matrimonium eſt ſacramentũ cũ reſtrictione, videlicet quando cõtrahẽtes ſunt præſentes, ergo veram habet rationẽ ſacramenti. ¶Et confirmatur. Si matrimonium quod per procuratores nõ haberet veram rationem ſacramenti, eccleſia id iã declaraſſet, quoniam eſt res magni momẽti, & quæ eſt in vſu inter ipſos fideles, ergo verum ſacramentum.

¶Tertiò. In ſacramẽto matrimonii ideo datur gratia, quoniã ordinatur ad hominiũ vſum matrmonii, & ordinatur ad finem illius, ſed in iſto cõtractu matrimonii, quod

D fit per procuratores, neceſſaria eſt etiã gratia ad bonũ vſum & finem illius, ſiquidem ordinatur ad actum cõiugalem, ergo etiã iſte contractus erit verum ſacramentum.

¶ Cõfirmatur argumentũ. Iſti contrahẽtes poſſũt habere uſum matrimonii & poſſunt procreare filios, ſed ad iſtum finẽ datur gratia in ſacramento matrimonii, ergo talis contractus veram habet rationem ſacramenti in quo confertur gra.

¶ Quartò Matrimonium quod fit per procuratores habet verã materiam & formam & fit ſecundum ſtatuta eccleſiæ, ergo habet veram rationem ſacramenti. Conſe-

E quentia

quentia eſt euidens, nam ad rationem ſacramẽti nihil aliud requiritur, quam quod ſit vera materia & forma. Antecedẽs vero probatur. Nam (vt dictũ eſt in præcedentibus) materia & forma huius ſacramẽti ſunt expreſſiões ſenſibiles conſenſuũ, ſed in hoc matrimonio per procuratores verè ſunt expreſſiones ſenſibiles conſenſuum, ergo verè eſt materia & forma, ac ſubinde ſacramẽtũ. ¶ Cõfirmatur. Nam quòd iſtæ expreſſiones fiant per procuratores non tollit veram rationem materiæ & formæ, nã certũ eſt, quod ſi aliqui contraherent in præſentia & explicarent ſuos conſenſus, non per ſeipſos, ſed per alios, ibi eſſet vera materia & forma, & verum ſacramentum, ergo in matrimonio quod fit in abſentia per procuratores eſt vera materia & vera forma & verum ſacramentum.

¶ Quintò. Concilium Tridentinum, & Florẽtinum diffiniunt expreſsè, quod matrimonium ſit ſacramentum, imò ex illis conſtat, quòd ſit vniuocè ſacramẽtum cum alijs ſacramentis nouæ legis, & non eſt maior ratio de vno matrimonio, quam de alio nam omnes contractus matrimonij in eſſe naturali & ciuili ſunt eiuſdem rationis & ſpeciei, ergo ſi unum eſt ſacramentum, & aliud debet eſſe ſacramẽtum: non enim eſt maior ratio, quare eleuauerit vnum, quam aliud.

¶ Sextò. Omnes ſancti & Doctores ſcholaſtici expreſsè docent, quòd matrimonium inter fideles baptizatos habet, quòd ſit indiſſolubile & vnius ad vnam, & in lege naturæ & ſcripta dicunt, quòd non habebat tantam indiſſolubilitatem, ut infrà dicitur, hoc autem competit matrimonio, quia eſt ſacramentum, ergo omne matrimonium inter fideles baptizatos eſt ſacramentum. ¶ Ex confirmatur argumentum ex Innocentio III. in cap. quanto, de diuortiis & ex cap. ex parte de conuerſione coniugatorum, vbi dicit, quòd matrimonium inter fideles baptizatos eſt indiſſolubile, quia ſacramentum, ſed matrimonium quod fit per procuratores eſt indiſſolubile, ut patet ex iudicio eccleſiæ, ergo uere eſt ſacramentum.

c. quanto de diuor. c. ex parte, de conuerſione cõiugat.

¶ Vltimo probatur concluſio ex uſu eccleſiæ; nam in eccleſia ſæpiſſimè fiunt multa matrimonia in abſentia & per procuratores & illud matrimonium poſtea non fit

A in præſentia, & omnes exiſtimant, quod illi contraxerunt uerum matrimonium & uerum ſacramentum, ergo.

¶ Ex hac concluſione ſequitur cõtra tertiam ſententiam, quod matrimonium celebratum per procuratores coram parocho & teſtibus, etiam poſt Concil. Tridenti. eſt uerum ſacramentum. Hoc corollarium patet ex uſu eccleſiæ, nam etiam poſt Concil. Trident. conficiuntur uera matrimonia per procuratores, & omnes exiſtimant quod illa matrimonia ſunt ualida. Secundo conſtat, nam Concil. Trident. ſolum irritat ibi

B matrimonium clandeſtinum, quando non adeſt parochus & numerus teſtium, nam hoc eſt neceſſarium ad hoc quod ſit uerum matrimonium & in ratione contractus & in ratione ſacramenti, alia uero quæ in illo decreto ponuntur, ſunt de neceſſitate præcepti, uel de ſolennitate, ergo matrimoniũ tale ualidum eſt etiam in ratione ſacramenti. Denique probatur corollarium, Nã matrimonium quod irritatur in illo decreto, non ſolum irritatur in ratione ſacramenti, uerumetiam in ratione contractus, ut conſtat ex tenore ipſius Concilii: ergo ſi matri-

C monium in illo caſu non eſt ualidum in ratione ſacramenti, nõ erit etiam ualidum in ratione contractus. Imò aduertendum eſt, quod non ſolum ea quæ ſunt de neceſſitate ſacramenti ſecundum tenorem Concilii Tridentini poſſunt ſaluari in matrimonio quod fit per procuratores, uerumetiam alia quæ tradit Concilium ut neceſſaria neceſſitate præcepti, nam parochus qui eſt præſens poteſt interrogari procuratores de cõſenſu contrahentium, nã procuratores ſubſtituuntur loco illorum, & expreſſis conſenſibus per procuratores & intellectis

D a ſacerdote, poteſt ſacerdos dicere illa uerba, Ego uos coniungo, &c. Itaque ex omnibus dictis conſtat aperte quod nullum matrimonium poteſt celebrari inter fideles baptizatos, quod ſit ualidum in ratione contractus, & non ſit ualidum in ratione ſacramenti: & quamuis hoc non ſit certum ſecundum fidem, eſt tamen magis conſonum fidei & decretis Pontificum & uſui eccleſiæ.

¶ Cæterum circa iſtam ſententiam aliqua aduertenda ſunt. Primo aduertendum eſt cum Magiſtro Soto in loco ſupra citato quod eſſet optimum conſilium quando

do matrimonium celebratur per procuratores in abſentia, poſtea ratum habere illud per ſeipſos & in præſentia. Et ratio huius eſt: nam cum opinio Caieta. habeat aliqualem probabilitatem, & noſtra ſententia non ſit omnino certa, poſſent contrahentes per procuratores poſtea dicere, ſe vere non contraxiſſe, & quod volunt ſequi opinionem Domini Caietan. & ita ad euitandum hoc inconueniens, & vt matrimonium ſit omnino certum, ſecundum omnem ſententiam, (certum inquam in ratione ſacramenti) eſſet optimum conſilium illud dictum.

¶Secundo aduertẽdum eſt, ꝙ hæc noſtra ſententia non ſolum habet maiorem probabilitatem, & conformitatem ad eccleſiam poſt Concil. Trident. verumetiã ante Concil. Trident. Vt patet ex illo cap. ex parte de conuerſione coniugatorum, vbi Innocẽtius III. diffinit, quòd matrimonium quod contraxit quidam uir per nũcios, fuit validum, licet non fuerit conſummatũ, & quod nõ poteſt dirimi niſi per ingreſſum religionis: vbi clarè videtur ſignificare, quod illud matrimonium habuit verã rationẽ ſacramenti: & in cap. finali de procuratoribus in 6. Bonifacius VIII. præſupponit tamquam certũ, quòd matrimonium factum per procuratores ſit validum.

Cap. ex parte, de conuerſione cõiugat.

Ca. fi. de procurat.

¶Tertio eſt aduertendum, quòd Bonifacius VIII. in loco immediatè citato ponit tres conditiones neceſſarias quas debet habere procurator, vt ſit validum matrimonium. Prima conditio eſt, quòd talis procurator habeat mandatum ſpeciale ad matrimonium cõtrahendũ, imò requiritur, ꝙ habeat mandatum ſpeciale ad contrahendum cum iſta in particulari, vbi aduertit gloſſa, quòd ſi aliquis deſignaret procuratorem aliquẽ ad omnia negotia ſiue ſecularia, ſiue iudiciaria, & ad alia negotia, non tamen in particulari ad contrahendum cum iſta, matrimonium nullum eſſet: imo etiam ſi haberet poteſtatem ad contrahendum, ſi tamen non haberet poteſtatem circa perſonã particularem, etiam ſi contraheret matrimoniũ, nullum eſſet. Secunda conditio eſt ꝙ non poteſt procurator inſtituere alium procuratorem loco ſui ad contrahendum, quamuis hoc poſſit facere in alijs negotijs, non tamẽ hoc poteſt fieri in matrimonio, niſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum per ſpecialem

Glo. ca. fi. de procurat.

A commiſſionem, ratio huius conditionis eſt, nam cum hoc ſit grauiſſimum negotium, poteſt eſſe periculum in tali inſtitutione. Tertia conditio eſt, quòd ſi eſſet reuocatus talis procurator antequam contraheret, ſi poſtea contraheret non obſtante ignorantia vtriuſque contrahentis nullum eſſet matrimonium. Ratio huius eſt, nam ut dicemus q. 45. conſenſus eſt neceſſarius ad matrimonium, ita vt de lege ordinaria non poſſit fieri matrimonium ſine conſenſu, ſed in iſto caſu nullus eſt conſenſus, vt conſtat, ergo non erit verum matrimonium.

B ¶Vltimo eſt aduertendum, Sequi ex dictis, quòd ſi attendamus ſolùm ad ius commune, & ſeruentur omnes aliæ conditiones neceſſariæ ad ſubſtantiam matrimonii non requiritur, quòd ſit diuerſitas ſexuum inter procuratores, ſed poſſunt duo viri contrahere loco viri & fœminæ: & ratio huius eſt, nam nihil contrarium reperitur in iure & ex alia parte ipſi principales contrahentes habent diuerſitatem ſexuum: ergo hoc non eſt neceſſarium.

C QVibus poſitis reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio quæ omnia difficillima ſunt. Ad primum argumentum reſpondetur, quòd ratio ſacramenti & ratio contractus naturalis ſine dubio ſunt diuerſæ inter ſe & coniunguntur veluti duæ formæ diuerſæ in eodem ſubiecto, ſicut coniunguntur color & ſapor in eodem pomo, nam ex natura rei nullam habent coniunctionem per ſe; cæterũ ex Chriſti inſtitutione ratio contractus naturalis, & ratio ſacramenti coniunguntur veluti per ſe in matrimonio, ita vt vna ratio non poſſit ab alia ſeparari. Et eſt optimum ſimile in ſacramentis nouæ legis. Nam (vt dici-

D tur in 3. parte q. 62.) ratio ſigni & ratio inſtrumenti phyſicè cauſantis non connectuntur per ſe ex natura rei, ſed ſunt formæ & rationes veluti diſparatæ; cęterum ex Chriſti inſtitutione connectuntur veluti per ſe in ſacramentis nouæ legis, ita vt vna ratio non poſſit ab alia ſeparari; non diſſimiliter in matrimonio ratio contractus naturalis, & ratio ſacramenti quæ eſt ſupernaturalis, ex natura rei connectuntur ueluti per accidens, cæterum ex Chriſti inſtitutione rationi naturali contractus coniuncta eſt veluti per ſe ratio ſacramenti; ita vt vna ratio non poſſit ab alia ſeparari. Quo poſito ad argumentum

mentum dicendum eſt, quòd non poteſt A ſupponi, quòd aliquis fidelis baptizatus intendat celebrare verum contractum matrimonii, vt eſt aliquid naturale, & quod non intendat rationem ſacramenti, ſi non habeat ignorantiam illius coniunctionis ex Chriſti inſtitutione, nam vt dictum eſt, illæ duæ rationes ex Chriſti inſtitutione conne ctuntur per ſe, & ita non poteſt aliquis intẽdere vnam rationem ſine alia; nam non poſſunt ſeparari: quod quidem explicatur in eodem exemplo adducto, nam non poſſet aliquis intendere conferre ſacramẽtum nouæ legis in ratione ſigni & nõ in ratione in B ſtrumenti efficientis, propter illam diuinam & mirabilem coniunctionem: ita in propoſito: itaque vel debet intendere vtrãque rationem in matrimonio vel nullã, & ſi quis non habens ignorantiam intendat efficaciter rationem contractus naturalis, debet ẽt intendere rationem ſacramenti. Dixi quando non habet ignorantiam, coniunctionem non poſſe ſeparari, nam de illo qui habet ignorantiam, dicemus in ſequenti argumento.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd in illo caſu ſi ille habeat intentio C nem faciendi quod faciunt alii homines in eccleſia, ſine dubio videtur habere rationẽ ſacramenti, quamuis ipſe exiſtimet, quòd non eſt aliquid diuinum, & ſupernaturale in matrimonio, & quamuis putet, quòd non eſt adiuncta aliqua ratio ſupernaturalis ipſi matrimonio, nam illa intentio qua intendit facere quod uidet alios facere in eccleſia, ſatis eſt ad rationem ſacramenti. Eſt optimũ ſimile illud quod adducitur in materia de baptiſmo, & refertur in iure Canonico. 1. quæſt. 1. cap. Spiritus ſanctus, & in hiſtoria eccleſiaſtica de puero Anaſtaſio qui fingendo ſe epiſcopum ludo baptizabat pueros D intendens Alexandriæ epiſcopum repræſentare, hoc eſt id facere intendẽs quod ille ſolebat quos ipſe Alexander vere baptizatos cenſuit, ut conſtat ex cap. immediatè citato. in quo quidem caſu manifeſtè conſtat, quòd puer ille baptizans nõ intendebat aliquid ſupernaturale formaliter & explicitè, ſed ſolum indendebat facere quod uidebat Epiſcopum facere, non diſſimiliter in noſtro propoſito iſte qui contrahit, quantum uis barbarus ſit, & habeat ignorantiam rationis ſupernaturalis, quæ eſt in matrimonio ſi tamen intendit facere contractum illum naturalem, vt faciunt alii qui ſunt intra eccleſiam: uerum conficitur ſacramentum matrimonii.

Ca. Spiritus ſãctus 1. q. 1.

¶ Ad tertium argumentum reſpõdetur, quòd ſacramenta nouæ legis habent cauſare, & efficere gratiam per modum inſtrumenti phyſici, contractus uero realis nõ eſt ratio formalis cauſæ efficientis, ſed cõditio ſine qua non, & ita ſuppleri poteſt à Deo, vnde ſacramenta nouæ legis poſſunt cauſare gratiam per modum inſtrumenti phyſici, etiamſi non ſit contactus phyſicus & realis: nam etiam ad quamcunque diſtantiam poteſt Deus uti re exiſtente ad quemcunque effectum producendum. Tota autem difficultas eſt hic de conſenſibus iam expreſſis per contrahentes, an illæ expreſſiones quæ habent locum materiæ & formæ (vt ſtatim dicemus) & iam præceſſerunt poſſint modo habere rationem inſtrumenti phyſici ad cauſandam gratiam. Ad cuius expoſitionẽ ſupponendũ eſt, quod expreſſiones ipſorum contrahentium licet modo non ſint phyſice loquendo, ſunt tamen moraliter, quod ſufficit ad rationem cõtractus & ex conſequenti ad rationem ſacramenti; nam ratio ſacramenti ut dictum eſt, coniuncta eſt neceſſario ex Chriſti inſtitutione cum ratione cõtractus. Supponendum etiã eſt (ꝙ explicabitur ſtatim) difficile eſſe, an materia & forma ſacramẽti matrimonii ſint expreſſiones ipſorum contrahentium, an vero expreſſiones quæ ſunt in procuratoribus, & ſi ſunt expreſſiones contrahentium, quæ iam præceſſerunt. Theologi qui tenẽt in 3. par. quæſt. 62. ar. 1. quod Deus poteſt per ſacramentum quod non eſt modo, ſed fuit applicatum, iuſtificare modo cum illo concurrente per modum inſtrumenti phyſici, eo quod eſt eadem ratio de diſtantia ſecundum locum, & de diſtantia ſecundum tempus; dicunt conſequenter quod per expreſſiones præteritas quę modo non ſunt, poteſt Deus iuſtificare modo contrahẽtes, tanquam per inſtrumentum phyſicum. Cæterum illi autores qui exiſtimant (ſicut ego exiſtimo) quod illud quod non exiſtit modo in ſe, uel in ſua uirtute phyſica non poteſt modo eſſe inſtrumentum phyſicum ad aliquid, nam exiſtentia eſt modus intrinſecus neceſſario adiſtictus cauſæ efficiẽti phyſicæ ſiue principali ſiue inſtrumentali, nam omnis

omnis talis cauſa debet agere per formam, forma verò non eſt niſi compleatur ꝑ exiſtentiam:& ita D. Thom. 1. parte. quæſt. 4. artic. 2. dicit, quòd exiſtentia eſt complemētum omnis formæ & perfectionis in ratione formæ & perfectionis:& ſic eſt inintelligibile, quòd aliquid ſit cauſa effectiua phyſica etiam per modū inſtrumenti, & ꝗ modo nō ſit. Vnde ſi expreſſiones præcedentes eſſent materia & forma ſacramēti matrimonii, dicendū eſſet, quod ſi ſacramentum v.g. baptiſmi uel pœnitentiæ recedente fictione cauſat gratiam, ueluti inſtrumentum morale tantum ut dicūt multi Theologi in materia de ſacramētis in genere,& ego exiſtimo verum: ita expreſſiones conſenſuum quæ iam præceſſerunt,& modo ſunt tantum moraliter, nō cauſant phyſicè gratiam, ſed tātum moraliter: hoc autem amplius explicabitur in ſolutione ſequenti.

AD quartum argumētum dubiū eſt, illudque optimum, an quando matrimonium celebretur per ꝓcuratores, qđ diximus habere verā rationē ſacramenti expreſſiones quæ ſunt in ipſis cō trahētibus habeāt rationē materiæ & formæ, an uerò expreſſiones quæ ſunt in ipſis procuratoribus. Et videtur ꝗ non ſint expreſſiones ipſorū contrahentiū, nā vt dictū eſt in illo quarto argumento, expreſſiones ipſorū cōtrahentium iam tranſierunt ūt cōſtat, ſacramentum uerò matrimonij modo actu eſt, quādo procuratores exprimūt cōſenſus contrahentiū: ergo expreſſiones præcedentes non habent rationem materiæ & formæ, nā materia & forma dēt eſſe actu, quādo ſacramētū eſt actu.¶ Et cōfirmatur argumētū in caſu eiuſdem quarti argumēti, nam ſi contrahentes ipſi actu dormiāt q̄do procuratores contrahunt loco illorum, tunc nihil eſt in ipſis contrahentibus, quod poſſit habere locum materiæ & formæ: ergo materia & forma non poteſt eſſe aliqua expreſſio ipſorum contrahentium.

¶Argumentū in oppoſitū eſt: Ratio contractus matrimonialis & ratio ſacramenti matrimonii vniuoce cōuenit matrimonio quod fit ꝑ contrahentes immediatè & matrimonio, quod fit mediis procuratoribus, ſed in matrimonio quod fit immediatè ꝑ ipſos contrahentes materia & forma ſunt expreſſiones ipſorum contrahentiū, vt dif-

A finitum eſt in hoc articulo in præcedētib. dubiis: ergo etiā in matrimonio qđ fit mediis procuratoribus, materia & forma ſunt expreſſiones ipſorum contrahentiū. Et cōfirmatur argumentum. Nam in tali matrimonio quod fit per procuratores non recipitur ſacramentum matrimonii in ipſis ꝓcuratoribus, ut conſtat: ergo nec materia & forma debet eſſe in ipſis, nam ubi eſt materia & forma, ibi eſt ſacramētū, ac ſubinde expreſſiones ipſorum procuratorum non debent habere rationē materiæ & formæ.

¶In huius rei expoſitionem dicendum eſt primo, ꝗ ſine dubio id quod eſſet materia & forma & miniſter matrimonii, ſi celebraretur inter præſentes per ſeipſos; idem dicendum eſt de materia & forma & miniſtro huius ſacramenti: quando fit per procuratores. Hoc dictum conuincit argumentum factum in oppoſitum. Confirmatur argumentum. Nam aliàs ſequeretur, ꝗ alia rō ſacramēti reperiretur in matrimonio facto per procuratores, atque in matrimonio facto per ipſos contrahentes in præſentia: cum habeat diſtinctam materiā & formā. B

¶Dico ſecūdo, ꝗ materia & forma in ſacramento quod fit per procuratores, ſunt expreſſiones ipſorū cōtrahentiū. Hoc dictū colligitur apertè ex præcedenti, nā in præcedēti dictū eſt, ꝗ materia & forma in matrimonio quod fit per procuratores eſt eadē, atq; in matrimonio quod fit in præſentia ſed matrimoniū quod fit in ꝑſentia habet pro materia & forma expreſſiones ipſorū cōtrahentium, ergo & hoc matrimoniū. Et ut hoc explicemus aduertēdū eſt, ꝗ materia & forma in illo caſu nō ſunt uerba ꝓcuratorum, ſed cōtrahentiū, quæ quidē modo ſunt moraliter, verba autem procuratorū ſunt ueluti quædā cōditiones, ſine quib. non fieret tale ſacramentum ex verbis contrahentiū ſic diſtantium inter ſe. Cōſiderādū enim eſt, ꝗ verba ipſorum procuratorū poſſunt dupliciter conſiderari. Primo modo veluti materialiter & vt ſunt ipſorū procuratorū, alio modo veluti formaliter vt ſunt ipſorū cōtrahentiū, nā verba procuratorū & expreſſiones illorū ſubſtituūtur loco uerborū & expreſſionū ipſorum contrahētiū, & ita verificatur, ꝗ expreſſiones ipſorū cōtrahētiū habent rōnē materiæ & formæ, & quod expreſſiones procuratorū ſunt cōditiones ſine quibus nō fieret matri

 monium,

moniũ: verificatur etiã ꝙ principalis miniſter ſunt ipſi cõtrahentes, procuratores vero ſolum habent rationem cõditionis ſine qua nõ, quia illis data eſt cõmiſſio ad cõtrahendũ, & ita eo ipſo ꝙ finiuntur verba vltimi procuratoris, perfectũ eſt ſacramentum ac ſi fieret inter pſentes. Et per hoc reſpondetur ad argumentũ cũ ſua cõfirmatione. ¶ Ex hac ſolutione ſequitur ꝙ hoc ſacramẽtum quando fit per procuratores nullo modo recipitur in ipſis procuratoribus, ſed in contrahẽtibus. Ratio eſt: nam ibi recipitur hoc ſacramentum, vbi eſt eius effectus proprius & immediatus, ſed coniunctio maritalis & vinculũ cõiugale, ꝙ eſt effectus proprius matrimonii in ratione contractus naturalis, & ſimiliter gratia quæ eſt effectus proprius matrimonij in ratione ſacramẽti nõ recipitur in procuratoribus, ſed in ipſis cõtrahẽtibus: ergo in illis recipitur ſacramẽtũ matrimonij. ¶ Cõfirmatur. Nã vt dictũ eſt, materia ꝓxima huius ſacramẽti nõ sũt verba & expreſſiones procuratorũ, ſed ipſorũ cõtrahẽtiũ: ſacramentũ aũt ſupponit ꝓ materia proximã, ergo eſt in ipſis cõtrahentib. & quãuis ꝓcuratores eſſent in peccato mortali qñ contrahũt matrimoniũ nomine aliorũ, nõ peccarẽt mortaliter, etiã ſi teneremus, ꝙ miniſter matrimonii ut miniſter eſt, peccat mortaliter ſi adminiſtret in mortali: rõ eſt, nã procutores non ſunt miniſtri huius ſacramẽti, ſed conditio ſine qua nõ.

¶ Ad quintum argumentũ principale reſpondetur, ꝙ procurator non recipit ſacramentum, neq; gratiam, ut dictum eſt, ſed ille qui dedit facultatẽ: & ita receptio ſacramẽti, & gratię eſt paſſio perſonalis, non. n. recipitur ſacramentũ per aliũ, nec ſacramẽtum eſt in alio, ſed procurator eſt cõditio ſine qua nõ: & hoc hẽt maximũ fundamentũ in hoc, ꝙ Chriſtus Dñs nihil aliud fecit, q̃ cõtractũ matrimonii eleuare ad eſſe ſupernaturale & ad rationem ſacramẽti, & ita cum contractus naturalis poſſit fieri inter abſentes & per procuratores: nõ mirũ ꝙ ſacramentum ẽt matrimonii poſſit fieri inter abſentes & per procuratores ¶ Ad cõfirmationẽ reſpõdetur, ꝙ ſacramentũ pœnitentiæ non poteſt fieri per procuratores nec in abſentia, non. n. eſt eadẽ rõ de ſacramento pęnitentiæ, & de ſacramento matrimonii. Nã in ſacramẽto pœnitentiæ licet ſit iudiciũ, & hẽat quandã ſimilitudinẽ iudicii externi quod exerceri põt in abſentia, deficit tamen ab illo, nã in iudicio externo accuſator, eſt diſtinctus ab ipſo teſte: in ſacramento uerõ pœnitentiæ reus, teſtis, & accuſator ſunt idẽ, & ita in illo neceſſariũ eſt, ꝙ ſit præſens, qui cõfitetur, nã eſt neceſſariũ, ꝙ iudex habeat notitiã in particulari de ſtatu pœnitentis hic, & nunc, ſecũdũ pſentẽ iuſtitiam: quod quidẽ non põt cõſtare iudici, niſi ſit præſens: in ſacramẽto verò matrimonii nõ eſt hoc neceſſariũ, nã q̃uis ſit neceſſariũ, ꝙ vterq; cõtrahẽtiũ ſit in gratia, nõ tamẽ eſt neceſſariũ, ꝙ vnus hẽat notitiã de ſtatu alterius, imo cũ ſit quidã contractus naturalis eleuatus à Deo ad eſſe ſacramenti, exerceri põt in abſentia: & quamuis matrimoniũ uniuocẽ ſit ſacramentũ cũ alijs, tamen propter rationem iam dictã, uidelicet quia eſt quidã contractus, põt eſſe in abſentia, & hoc eſt peculiare huic ſacramento matrimonii. Item eſt alia differẽtia quæ ſequitur ex precedenti, nã integritas cõfeſſionis eſt neceſſaria in ſacramento pœnitentiæ, quæ cõmode ſeruari nõ poteſt in abſentia. Deniq; in ſacramento pœnitẽtiæ debet ſernari ſigillum confeſſionis, quod fieri non poſſet commodè in abſentia.

¶ Ad ſextũ argumentũ reſpõdetur, ꝙ nõ eſt inconueniens, ꝙ aliquando detur gratia dormientibus, ſi rectè ſint diſpoſiti ad ſuſcipiendũ ſacramentũ, ſicut nõ eſt incõueniẽs ꝙ ſacramentũ Euchariſtiæ, aliqñ conferat gratiam amentib. ſi præceſſit uolũtas recipiendi ſacramentũ: imò ſi Euchariſtia applicaretur paruulo baptizato nõ habenti uſũ rõnis, augeretur eius gratia. Item dormientib. poteſt eſſe aliquãdo peccatũ in uirtute præcedentis uolitionis, ut patet de illo, qui in ſomnis polluitur & dat cauſam pollutioni: iſte. n. peccat mortaliter, & ebrioſus qui occidit hominem in ebrietate, ſi hoc præuidit; peccat tunc mortaliter. ¶ Ad confirmationem reſpondetur, ꝙ contrahens per ꝓcuratorem debet eſſe paratus & hẽre diſpoſitionem ad ſuſcipiendũ ſacramentum qñ ueriſimiliter & ſecundum prudentiam exiſtimauerit ſe contrahere matrimonium.

¶ Ad ſeptimũ aliqui dicunt, ꝙ proferens uerba in illo caſu eſt ſacrilegus & mouetur rõne iã dicta ibi. Alii uerò dicũt, ꝙ nõ peccat mortaliter, & ego hoc exiſtimo uerum. Tum qñ profert illa uerba ut pertinẽt ad cõtractũ naturalẽ. Tũ nã ut ſæpè di

ctum

A ctum eſt, hoc eſt peculiare in hoc ſacramẽto, ꝙ ſimul habet rationẽ cõtractus naturalis & rationẽ ſacramenti, & præcipuè quoniã in aliis ſacramentis forma determinata eſt ex iure diuino; & præterea ſi quis ꝓferat illam ſuper indebitã materiã, ſacrilegus eſt, in ſacramento verò matrimonii nõ eſt ita determinata materia & forma, ſed materia & forma ſunt expreſſiones conſenſus inter legitimas perſonas. Tũc uerò illa verba, Ego te accipio, &c. nõ ſunt forma matrimonii, quoniam ille cõtractus irritus eſt & nullus. ¶ Ad ultimum argumentũ reſpõdetur ex dictis in corrollario quod ponitur in ſecunda concluſione. B

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm matrimonium debuerit inſtitui ante peccatum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ matrimoniũ non debuit inſtitui ante peccatum. Quia illud quod eſt de iure naturali non indiget inſtitutione, ſed matrimoniũ eſt huiuſmodi, ut ex dictis, patet: ergo non debuit inſtitui. C

¶ 2 Prætereà. Sacramẽta ſunt quædam medicinæ contra morbũ peccati; ſed medicina nõ ꝑparatur niſi morbo: ergo ante peccatũ nõ debuit inſtitui.

¶ 3 Prætereà. Ad idem inſtitutio una ſufficit; ſed matrimonium fuit inſtitutũ ẽt poſt peccatũ, ut in litera dicitur: ergo ante peccatũ nõ fuit inſtitutũ. D

¶ 4 Prætereà. Inſtitutio ſacramenti dẽt eſſe à Deo, ſed ante peccatũ uerba quæ ad matrimonium pertinet, non ſunt determinatè dicta à Deo, ſed ab Adam; illa autem uerba quæ Deus Dixit, Creſcite & multiplicamini: dicta ſunt etiam brutis, in quibus non eſt matrimonium: ergo matrimoniũ non fuit inſtitutum ante peccatum.

¶ 5 Prætereà. Matrimonium eſt ſacramentũ nouæ legis, ſed ſacramẽta nouæ legis à Chriſto initiũ ſũpſerũt: ergo nõ debuit ante peccatum inſtitui.

A *SED contrà eſt, ꝙ dicitur Matth. 9. Nõ legiſtis, quòd ab initio qui fecit homines, maſculũ et fœminã fecit eos? ¶ Prætereà. Matrimoniũ eſt inſtitutũ ad procreationem prolis; ſed ante peccatum erat neceſſaria homini procreatio prolis: ergo ante peccatum debuit matrimonium inſtitui.*

RESPONDEO dicendum, ꝙ natura inclinat ad matrimonium intendẽs aliquod bonum, ꝙ quidẽ variatur ſecundum diuerſos hominũ ſtatus, & B *ideò oportet ꝙ illud bonũ diuerſimodè in diuerſis ſtatib. hoĩum inſtituatur: et ideò matrimonium ſecundũ ꝙ ordinatur ad procreationẽ prolis, quę erat neceſſaria etiã peccato nõ exiſtente, inſtitutum fuit ante peccatũ; ſecundũ aũt ꝙ remedium prabet cõtra vulnus peccati inſtitutũ fuit poſt peccatũ tẽpore legis naturæ, ſecundum autẽ determinationem perſonarum inſtitutionẽ habuit in lege Moyſi: ſed ſecundũ ꝙ repſentat myſterium coniunctionis Chriſti* C *& eccleſiæ inſtitutionẽ habuit in noua lege & ſecundũ hoc eſt ſacramentũ nouæ legis. Quãtũ ad alias utilitates quę ex matrimonio conſequuntur, ſicut eſt amicitia, & mutuũ obſequiũ ſibi à cõiugib. impenſum, habet inſtitutionẽ in lege ciuili, ſed qa de ui ſacramẽti eſt, ꝙ eſt ſignũ & remedium: ideò quantũ ad medias inſtitutiones competit ei ratio ſacramenti: ſed quantũ ad primã inſtitutionẽ competit ei quòd ſit in officium naturæ, quantùm uerò ad ulti-* D *mam quòd ſit in officium ciuilitatis.*

AD primum ergo dicẽdum, ꝙ illa quæ in communi ſunt de iure naturali indigent inſtitutione quantũ ad eorum determinationem, quæ diuerſimodè cõpetit ſecundum diuerſos ſtatus: ſicut de iure naturali eſt, quod maleficia puniantur, ſed talis pœna tali culpæ apponitur ꝑ determinationẽ iuris poſitiui.

AD ſecundum dicendum, ꝙ matrimonium non eſt tantum in remedium contra peccatũ, ſed principaliter eſt in officiũ naturæ: & ſic inſtitutũ fuit ante

E pecca-

peccatũ, non autẽ prout eſt in remediũ.

AD tertiũ dicendũ, ꝙ ſecundũ diuerſa quæ oportet in matrimonio determinari, nõ eſt incõueniens ꝙ habuerit diuerſas inſtitutiones: & ſic illa diuerſa iſtitutio nõ eſt eiuſdẽ, ſed in diẽ.

AD quartum dicendũ, ꝙ matrimoniũ ante peccatũ inſtitutũ fuit à Deo, & ad hoc homini mulierẽ de coſta formauit in adiutorium, et dixit eis, Creſcite, & multiplicamini: quod quãuis aliis animalibus dixerit, non tamen ꝑ ea eodem modo implendum, ſicut per homines. Adam uero uerba illa protulit à Deo inſpiratus, ut intelligeret matrimonij inſtitutionẽ à Deo factã.

AD quintum dicendum, ꝙ quantũ ad hoc ꝙ matrimonium eſt ſacramentum nouæ legis, non fuit ante Chriſtum inſtitutum, ut ex dictis patet.

SVMMA ARTICVLI.

PRima cõcluſio. Matrimonium diuerſimodè eſt inſtitutum ſecũdũ diuerſos ſtatus hominũ. Ratio huius cõcluſionis eſt. Nã natura inclinat ad matrimoniũ intẽdẽs aliquod bonũ, ſed hoc bonum uariatur, & mutatur ſm diuerſos ſtatus hominũ: ergo etiam matrimoniũ diuerſimodè debet inſtitui ſecũdum diuerſos ſtatus hominum.

¶Secunda concluſio. Matrimonium fuit inſtitutum in ſtatu innocentiæ in officium naturæ ad procreationem prolis. Ratio huius eſt. Nam procreatio prolis erat neceſſaria etiam peccato non exiſtente.

¶Tertia concluſio. Poſt peccatum verò matrimonium fuit inſtitutum non ſolũ in officium naturæ, verùmetiam in remediũ concupiſcentiæ. Ratio huius eſt. Nam matrimonium erat neceſſarium ad hoc.

¶Quarta cõcluſio. In lege ſcripta habuit aliqualem inſtitutionem quoad determinationẽ perſonarum, & hæc quidem concluſio conſtat ex ipſa lege ſcripta.

¶Quinta concluſio. In ratione ſacramẽtĩ nouæ legis inſtitutũ fuit in lege noua. Ratio eſt. Nã in lege noua habet rationem ſignificantis coniunctionem Chriſti cum eccleſia, &c. & cauſantis gratiam.

CIrca iſtum articulum duo explicãda ſunt. Primum eſt quãdo ſit matrimonium inſtitutum in ratione contractus na- A turalis. Secundũ eſt, quando ſit inſtitutum in ratione ſacramenti. De utroque enim diſputat D. Tho. in hoc articulo. Nã cõtractus naturalis eſt veluti fundamẽtũ rationis ſupernaturalis ſacramenti, quæ reperiẽ in cõtractu. Et vt explicemus primũ ſit prima cõcluſio. Matrimoniũ ut eſt quidã cõtractus naturalis & nõ ſacramentũ, inſtitutũ fuit à Deo in ſtatu innocẽtiæ, vt erat in officiũ naturæ tãtũ, ſed in ſtatu naturę corruptæ in remediũ peccãtis & cõcupiſcẽtię. Hæc concluſio, (ut docet Magiſter Soto in 4. diſt. 26. quæſt. 1. articulo. 2.) eſt de mente B D. Auguſt. lib. 9. ſuper Geneſ. cap. 7. & Hugo de Sancto Victore lib. 2. de ſacramẽtis parte. 11. & refertur expreſſè in cap. nuptiarum. 27. quæſt. 1. eandem concluſionẽ docet Magiſter ſenten. in 4. diſt. 26. cap. 2. & D. Thom. hic præcipuè ad quartum, & ad tertium dicit, quod non eſt inconueniẽs quod materia habeat multas inſtitutiones circa diuerſa quæ in ea reperiri poſſunt. Probatur concluſio ratione. Nam in ſtatu innocentiæ ſi perſeueraſſet, eſſet neceſſariũ matrimoniũ generi humano, non autẽ in remedium peccati, quoniam in illo ſtatu C non habebat locum inordinata concupiſcẽtia: ergo in illo ſtatu fuit inſtitutum matrimonium in officium naturę tantum. Rurſus in ſtatu naturæ corruptæ iam erat neceſſarium matrimonium in remedium peccati & cõcupiſcentiæ, ergo fuit inſtitutum ad illum finem. Iſta conſequentia probatur, nam natura & autor naturæ ſicut non deficiunt in neceſſariis, ita non abundant in ſuperfluis.

Ca. nuptiarum 27. q. 1.

SEd difficultas eſt, an matrimonium fuerit inſtitutum à Deo immediatè per ſeipſum, an uerò mediantibus uerbis D primi parentis.

¶Prima ſententia eſt, quod matrimoniũ non fuit inſtitutum immediatè à Deo, ſed mediantib. verbis Adæ, Geneſ. 2. Hoc nũc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea &c. & ſtatim ſubditur, propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ. Hãc ſententiam videtur docere Magiſter in 4. diſt. 26. cap. 1. & Scotus in 1. diſt. 2. Couarru. 4 lib. decretal. par. 2. cap. 1. § 2. num. 6. Palud. in. 4 diſt. 26. quæſtione 1. num. 80. Et pro hac ſententia eſt vnicum argumentum. Nã quod eſt immediatè inſtitutũ à Deo, nõ poteſt ab aliquo

Gene. 2.

alio

A alio immutari, ſed eccleſia, quæ eſt minor Deo, immutat aliquid circa matrimonium, nam fecit, quod perſonæ, quæ erant legitimæ ſint illegitimæ econtrà, ergo.

¶ Secunda ſententia eſt, quod matrimonium fuit immediate inſtitutum à Deo. Hanc ſententiam tenet Magiſter Sotus vbi ſuprà & refert D. Bonauen. & Ricard. qui tenent hanc ſententiam. Differunt tamen in modo, nam D. Bonauẽ. exiſtimat, quod matrimonium fuit inſtitutum à Deo immediate ſine aliquibus verbis, ſed inſtinctu interiori quo Deus inſtigabat Adam ad proferenda illa verba citata, Ricard. etiam putat, quod non fuit inſtitutum immediate à Deo verbis, ſed facto illo, quo Deus ex coſta Adæ eduxit Euam. D. verò Thom. hic ad quartum dicit, quòd fuit inſtitutum à Deo in illis verbis Creſcite, & multiplicamini & replete terram. Geneſ. 1. & hanc ſententiam præſupponit vt certam Duran. in 4. diſtin 26. quæſt. 1. & 2. Syluest. ver. matrimonium & gloſ. ſuper ca. final. de frigidis & maleficiatis, & D. Aug. 14. de ciuitate cap. 22. & hęc eſt cõmunior ſentẽtia inter Theologos.

B

Geneſ. c. 1.

Gl. c. fi. de frigidis & malef.

¶ Secunda concluſio in huius expoſitionem. Matrimonium fuit inſtitutum à Deo in ſtatu innocentiæ per illa verba, creſcite & multiplicamini. Hæc ſententia probatur primo ex illo text. cap. finali. de frigidis & malef. vbi hoc videtur ſupponere vt certũ & in cap. ſicut 1. 32. quæſt. 2. & cap. vnico de voto & voti redemptionem in 6. Secundo probatur ratione. Nam in ſtatu innocentiæ matrimonium ſolùm fuit neceſſarium in officium naturæ ad propagationem generis humani, ſed iſte finis ſatis declaratur in illis verbis, Creſcite & multiplicamini: ergo ibi eſt inſtitutum matrimonium. Tertio probatur. Nam (vt dictum eſt quæſtione præcedenti. artic. 2.) præceptum de matrimonio poſitum eſt in illis uerbis, Creſcite, & multiplicamini, ergo etiam uidetur cõuenientiſsimum, quòd ibi ſit inſtitutum matrimonium. Aliqui autores diſputãt hic an primi parentes contraxerint in illis uerbis, hoc nunc os de oſsibus meis & c. de hoc tamen infrà quæſt. 45. art. 1. ubi agitur de cauſa efficienti matrimonii. ¶ Ad argumentum pro oppoſita ſententia reſpondetur, quòd licet eccleſia mutat aliquid circa perſonam legitimam uel illegitimam, non tamen mutat aliquid eſſentiale circa ipſum matrimonium ſuppoſita materia legitima, ut infrà dicentis.

C

Ca. fin. de frig. & maleficiatis ca. ſicut. 1. 32. q. 2. ca. vnico, de uoto & uoti redẽpt. in 6.

Circa ſecundum eſt aliud dubium, an matrimonium ante legem nouã fuerit inſtitutum ſacramentum, taliter quòd eſſet ſignum practicum gratiæ, in cuius ſuſceptione conferatur gratia à Deo ex ſua inſtitutione. Et uidetur quod ſic. Primo. Nam D. Paul. ad Epheſ. c. 5. Loqnẽs de matrimonio primorum parentum inquit, Sacramentum hoc magnum eſt: ergo ante legem nouam fuit uere inſtitutũ ſacramẽtũ.

Ad Eph. 5.

¶ Et cõfirmatur. Nam uidetur inſtitutum à Deo in paradiſo in illis uerbis Geneſ. 1. Maſculum & fœminam creauit illos, benedixitque illis & dixit, Creſcite & c. benedictio hæc non fuit corporalis, ſed ſpiritualis: ergo per talem benedictionem conceſsit Deus homini gratiam & per ſignum ſenſibile matrimonii: ergo inſtituit ſacramẽtum matrimonii. Et ita D. Paul. ait ad Eph. c. 5. Loquens de matrimonio primorum parentum; quos Deus cõiunxit, &c. & ſubdit; ſacramentum hoc magnum eſt, ergo.

Ge. c. 1.

Ad Eph. c. 5.

¶ Secundò. Ante legem nouam in ſtatu innocentiæ & in lege naturæ & ſcripta fuit ſignum ſenſibile coniunctionis Chriſti cũ eccleſia, nam patres antiqui habuerũt reuelationem de myſterio incarnationis, & ita cognouerunt coniunctionem Chriſti cùm humanitate, & coniunctionem Chriſti cum eccleſia: ergo erat inſtitutum ſacramẽtum.

¶ Tertio. Cõtendimus ſaltem ante legẽ euangelicam fuiſſe ſacramentum. Matrimonia ſanctorum Patrũ in lege naturæ & eius ſtatu, & ſcripta, non minus ante fuere, quã matrimonia quæ modo contrahuntur, ſed ea quæ modo ſunt, habent rationem ſacramenti: ergo & illa. ¶ Et confirmatur maxime hoc argumentum in matrimonio quod fuit inter beatã Virginem & Ioſeph, quod quidem fuit ſanctiſſimum, & ita videtur, q habuerit rationem ſacramenti.

D

¶ Quarto arguitur. Non eſt facilè dicere quando Chriſtus hoc inſtituerit ſacramentum Etenim Iõ. 2. ubi legimus interfuiſſe nuptiis & decoraſſe illas miraculo, nihil legitur ſtatuiſſe circa hoc ſacramẽtum. Matthæi uero 19 diſſeruit de indiſſolubilitate matrimonii, & attulit verba Geneſ. 2. Propter hoc &c. & tãtũ videtur approbaſſe id quod inſtitutum fuerat in paradiſo, ſubiungens, quos Deus coniunxit homo, &c.

Ioan. c. 2.

Matth. 19.

Geneſ. c. 2.

¶ Vlti-

¶ Vltimò perfectiora ſunt ſacramenta confirmationis & extremæ vnctionis. quã matrimonii ſacramentum, at non eſt hæreſis nec error, dicere, cõfirmationem vel extremam vnctionem nõ fuiſſe à Chriſto inſtitutam, ergo.

PRopter hæc argumenta aliqui autores putant, quòd matrimonium etiam in ratione ſacramenti, fuit inſtitutum ante legem nouam, imò exiſtimant, quod fuit inſtitutum in ſtatu innocentiæ, & perſeueraſſe deinceps ſacramẽtum poſt peccatũ toto tempore legis naturæ & ſcriptæ ante Euangelium: poſtea vero approbatũ fuiſſe à Chriſto & confirmatum. Ita ſentiunt antiquiſſimi autores Alexan. Alen. in 4. par. diſt. 26. art. 1. & 5. D Bonauen. eadem. diſt. quæſt. 2. & hanc ſententiam tenent multi ex ſcriptoribus noſtri temporis contra Lutherũ, & ſic habetur in aſſertione ſacramentorum fidei, quæ circunfertur nomine Hẽrici VIII. Regis Anglorum, eandem ſententiã tenet Roffenſis, & Hoſius in confeſſione Catholicæ fidei c. 55. Albert. Pighius in cõtrouerſia 10. Alphonſus à Caſtro, verbo, nuptiæ, hæreſi 3. vbi dicit hanc eſſe cõmunem ſententiam inter Theologos.

IN huius rei expoſitionẽ eſt prima concluſio. Matrimoniũ non eſt inſtitutum ſacramentum ante legem nouam. Hãc ſententiam tenet D. Thom. in 4. diſtin. 26. quæſt. 2. artic. 2. & omnes eius diſcipuli & Scotus in eadem diſt. quæſt. vnica. & omnes eius diſcipuli, & hæc eſt communis ſententia inter omnes Doctores, vñ mirãdum eſt maximè quomodo Alphõſus de Caſtro dixerit, contrariã ſententia eſſe communem & manifeſtam. Hanc ſententiam tenet Magiſter Sotus, diſtin. 26. q. 2. art. 1. & clarius art. 2. & hanc concluſionem tenet Marij. de Ledeſma, tomo. 2. 4. q. 44. art. 2. Itaque dicendum eſt, matrimonium non fuiſſe inſtitutum ſacramentum propriè ante legem euangelicam, neque cauſans, nec ſignificans gratiam: & hæc eſt communis ſententia inter Scholaſticos.

¶ Primo probatur cõcluſio de ſtatu innocentiæ ẽt ſi perſeueraſſet. Nam in illo ſtatu non erant neceſſaria ſacramẽta ad remediũ peccati, vt fatentur oẽs Doctores, cum in illo ſtatu nullũ eſſet peccatũ, neque erãt neceſſaria ſacramenta ad proteſtandã fidẽ, neq; ad cõparandã ſcientiam rerũ ſupernaturaliũ, neq; ad aliquid aliud, vt docẽt oẽs Thomiſtæ. in 3. par. q. 61. ar. 2. ergo matrimoniũ nõ fuit inſtitutũ in ſtatu innocẽtiæ.

¶ Secundò probatur ꝙ non fuerit inſtitutum in ſtatu naturæ. Nã ſacramenta quæ erant in ſtatu naturæ, erant inſtituta ab hominibus per inſtinctum internum Spiritus ſancti vt dici ſolet in 3. par. quæſtione 61. articulo 3. ſed autores citati pro contraria ſententia dicunt matrimonium fuiſſe inſtitutum immediatè ab ipſo Deo: ergo talis ſententia non eſt vera. ¶ Et confirmatur argumentũ. Nam in lege naturæ ſolum erant illa quæ pertinebant ad naturã rationalem & naturalẽ ſtatũ gratiæ, vt cõmuniter dicũt oẽs Theologi, ſed ſacramẽtũ m̃rimonii non pertinet ad rationalẽ naturã, vt cõſtat, neq; ad naturalẽ ſtatũ gratiæ: quia naturalis ſtatus gratię ex natura ſua nõ exigit ſacramentum matrimonii, vt per ſe eſt notum: ergo ſacramentum matrimonij non fuit inſtitutum in lege naturæ.

¶ Tertio probatur de lege veteri. Nam in lege veteri, neque in Exodo, neque in pẽtateucho legitur inſtitutio huius ſacramenti, ergo non fuit inſtitutum in lege veteri. ¶ Et confirmatur argumẽtum. Nam Doctores qui tenent oppoſitam ſententiam, docent, matrimonium fuiſſe inſtitutum ante Moyſen: ergo nõ fuit inſtitutum in lege veteri.

¶ Quartò probatur concluſio. Nam omnes ſancti & Theologi dicunt, quòd omnia ſacramenta legis veteris & legis naturæ extincta ſunt in morte Chriſti, ſed ſacramentum matrimonij non fuit extinctũ in morte Chriſti, ſed potius tunc fuit inſtitutum: ergo ſacramentum matrimonii nõ fuit inſtitutum in lege veteri, uel in lege naturæ. Conſequentia eſt bona, minor eſt manifeſta, nam modo eſt ſacramentum matrimonii. Maior conſtat ex conſenſu omniũ ſanctorum, imò & totius eccleſiæ. Et eſt locus inſignis Diui Auguſtini lib. 19. contra Fauſtum Manich. cap. 13. ubi ait. Sacramenta ueteris legis ablata ſunt, quia implera, & alia ſunt inſtituta uirtute maiora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora. ¶ Confirmatur argumentum. Nam dicere, quòd aliquod ſacramentum legis naturæ uel ſcriptæ ſit modo in eccleſia in ſtatu legis gratiæ eleuatũm ad cauſandam gratiam nihil aliud eſt, quàm aſſerere aliquam partem legis naturæ, uel legis ſcriptæ quãtum

ad

ad cæremonialia manere ſimul cùm lege noua ex Chriſti institutione, tanquam legis nouæ fundamentum; quod eſt abſurdum.

¶ Vltimò probatur concluſio. Nam concil. Trident. ſeſſione 24. doctrina de ſacramento matrimonij, maximè fauet huic ſententiæ, ibi enim dicit, quod Chriſtus Dominus ſit inſtitutor huius ſacramenti, vt ſtatim dicemus: ergo ſacramentum matrimonii non eſt inſtitutum in lege naturæ, vel in lege ueteri.

¶ Secunda concluſio. Sacramentum matrimonij eſt inſtitutum, à Chriſto Domino in lege noua. Hæc concluſio eſt certa ſecundum fidem, nam ita diffinitur in Concilio Tridentino. ſeſſione. 7. canone 1. loquendo de ſacramentis in genere, vbi ſic diffinitur. Si quis dixerit omnia ſeptem ſacramenta non fuiſſe à Chriſto Domino inſtituta, anathema ſit, & inter illa enumerat ſacramentum matrimonij; & ſeſſione. 24. in doctrina de ſacramēto matrimonij dicit de Chriſto, quod ſit venerabilior ſacramentorum inſtitutor atque perfector: & in canone 1. illius ſeſſionis, in ſpecie & in particulari diffinitur, quod ſacramentum matrimonij ſit inſtitutum à Chriſto Domino, ſic enim dicitur. Si quis dixerit matrimonium non eſſe verè & propriè vnum ex ſeptem legis euangelicæ ſacramentis à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in eccleſia inuentum, neque gratiam conferre, anathema ſit.

¶ Ex hac concluſione ſequitur primò, quòd ſit error ſapiens hæreſim noſtrorum temporum, aſſerere, quòd ſacramentum matrimonij nō ſit inſtitutum immediatè à Chriſto, nam in Cōcilio Tridentino, ſeſſione 7. canone 1. æqualiter dicitur de omnibus ſacramētis, quod ſint inſtituta à Chriſto, ſed dicere, quod Euchariſtia vel baptiſmus nō habeant inſtitutionem immediatè à Chriſto eſt hæreſis manifeſta contra illum canonem, ergo hoc dicere de matrimonio ad minus ſaltem erit error. ¶ Cōfirmatur. Nā in ſeſſione. 24. Chriſtus Dominus dicitur ſacramentorum inſtitutor atque perfector, at verò ſi alteri commiſiſſet inſtitutionem huius ſacramenti, non eſſet perfector illius, ergo ſacramentum matrimonii eſt inſtitutum immediatè à Chriſto. Et aduertēdum eſt, quòd Concil. illa uerba dixit explicando, quod Chriſtus Dominus promeruit gratiam quæ confertur in matrimonio, & hæreſis eſſet dicere, quod aliquis alius promeruit gratiam quæ ibi confertur.

A

¶ Secundo probatur corollarium. Nam ea quę committuntur alteri facienda, non dicuntur acta & decreta illius qui commiſit, ſed matrimonium verè & propriè dicitur inſtitutum à Chriſto, vt patet ex dictis in Concil. ergo non eſt inſtitutum ab aliis ex eius commiſſione, ſed immediatè ab illo. Maior patet, nam decreta quæ fiunt in Conciliis, licet fiant virtute Chriſti & eius autoritate, non dicuntur decreta Chriſti, ſed decreta Concilii: ergo.

B

¶ Tertio probatur corollarium. Fundare eccleſiam non commiſit Chriſtus alicui, ſed per ſeipſum illam fundauit, & oppoſitum aſſerere eſt error, ſed inſtituere ſacramenta eſt fundare eccleſiam, nam vt iam diximus, ſacramenta ſunt fundamenta eccleſiæ: ergo Chriſtus Dominus immediatè inſtituit ſacramentum matrimonii.

¶ Vltimo probatur ex communi conſenſu ſanctorum & ſcholaſticorum, nam licet ſcholaſtici aliquando dubitent de ſacramento confirmationis & extremæ vnctionis an ſint inſtituta immediatè à Chriſto, an vero mediante aliquo alio, nunquam tamen dubitatum eſt de ſacramento matrimonii, ſed omnes dicūt quòd inſtitutum fuerit à Deo in paradiſo in ſtatu innocentiæ, vel à Chriſto per ſeipſum in ſtatu legis euangelicæ, & ita videtur eſſe conſenſio totius eccleſiæ quòd hoc ſacramentum fuerit immediatè inſtitutum à Chriſto, ergo ita tenendum eſt, tanquàm certum.

C

¶ Vltima concluſio. Non eſt certum ſecundum fidem quando, & vbi, Chriſtus Dominus hoc ſacramentū inſtituerit in noua lege. Ratio eſt. Nam aliqui putāt, quòd hoc ſacramentum inſtitutū fuit à Chriſto Ioan. cap. 2. quando Chriſtus Dominus fuit præſens nuptiis & conuertit aquam in vinum. Io5.c.2. Alii vero dicūt, quòd inſtitutū fuit Matth. 16. Matth. 19. cùm Chriſtus dixit, quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Alii verò dicunt, quod poſt reſurrectionem, quando Chriſtus Dominus loquebatur cùm Apoſtolis de regno Dei, id eſt, de gubernatione eccleſiæ, nam in ſanctiſſimis literis regnum Dei ſepiſſimè accipitur pro eccleſia. Duos primos modos aſſignat Adrianus in 4. quæſt. 1. de matrimonio,

D

trimonio, & videtur magis declinare in ſecundum, ſed Magiſter Sotus diſtin. 26. q. 2. art. 2. reſolutorie eligit illum ſecundum & dicit, quòd in illis verbis, quos Deus cõiunxit; non tantum declarauit Chriſtus (vt ali qui voluit) ipſam obligationem, quæ erat ex iure naturæ, quòd inſtitutum fuerat in principio à Deo, hoc ipſe Chriſtus nouo iure redemptoris confirmauit, vt non ſolum eſſet ad multiplicationem generis humani vel in remedium peccati, verumetiam virtute ſuæ paſſionis effect ſacramentum nouæ legis hominis virtutem conferendi gratiam. Et hanc ſententiam ſequitur Magiſter Victoria in Summa. nu. 221. non tamen multum refert ſcire, quãdo & vbi fuerit inſtitutum matrimonium, dummodo certi ſimus (vt tenemur eſſe) ex diffinitionibus Cõcilii Trident. quòd fuit inſtitutum à Chriſto.

AD argumenta in principio reſpõdetur. Ad primũ argumentũ reſpondetur, q̃ ſacramentũ aliquando accipitur impropriè & large loquendo, pro ſigno ſpeculatiuo rei ſacræ, ſicut olim ſerpens exaltatus in deſerto erat ſignum ſpeculatiuũ Chriſti exaltandi in cruce; in quo quidem ſenſu, certiſſimum eſt, q̃ matrimoniũ primorum parentũ fuit ſacramentum, nam ſignificabat cõiunctionem Chriſti cũ eccleſia & verbi cũ humanitate, quæ futura erat: nã vt dicunt Theologi, primi parentes in ſtatu innocentiæ cognouerunt ſacramentum incarnationis & potuit illis hoc myſterium ſignificari per illã cognitionem & per illud matrimoniũ: & ita cùm D. Pau. loquitur de matrimonio primorũ parentũ & dicit eſſe ſacramentum, intelligitur de ſigno ſpeculatiuo rei ſacræ: cum vero loquitur de matrimonio in lege gratiæ & dicit eſſe ſacramentũ, intelligitur de ſigno practico cõferente gratiam: & hoc cõſtat ex interpretatione ſanctorum, vt iam ſuprà diximus,

¶Ad cõfirmationẽ reſpõdetur, q̃ in illo loco Gen. 1. fit ſermo de benedictione corporali & de vi generatiua hominibus cõceſſa ad liberos procreandos. Ita docet D. Aug. lib. 14. de ciuitate Dei cap. 21. & 22. & omnes Doctores ſancti ſuper illũ locum, neq; aliquid peculiare pertinens ad ordinem gratiæ conceſſum eſt hominibus in illa benedictione, quod antea non eſſet conceſſum ſub illis verbis, animantib. rationis expertibus: ſed tantum eſt conceſſum hominibus q̃ ad rationem & ad naturę ordinem pertinet, vt videlicet coniunctionem iſtam matrimonialem ratione moderarentur.

Gen. c. 1.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur ſimiliter, q̃ matrimoniũ antiquorũ patrum in lege naturę & ſcriptæ fuit ſacramẽtum large loquendo, videlicet ſignũ ſenſibile coniunctionis Chriſti cũ eccleſia, fuit tamen ſignum ſpeculatiuum & nullo modo practicum, nam non fuit inſtitutum tan quam cæremonia ſacra ad ſignificãdam gratiam practice.

¶Ad tertium argumentum reſpõdetur, quòd matrimonia ſanctorum patrum olim in lege naturæ & Moſayca erant ſancta & ſanctiora multis matrimoniis quæ modo contrahuntur in lege gratiæ, tamẽ tota illa ſanctitas, quæ erat in illis matrimoniis erat ex opere operantis, non vero ex opere operato, & ita non erant ſacramenta, nam ſacramenta conferunt gratiam ex opere operato, ſanctitas uerò matrimonii nouæ legis eſt ſanctitas ex opere operato: & ſic matrimonium in noua lege ueram habet rationem ſacramenti. ¶ Ad cõfirmationem reſpõdetur ex dictis ad argumenta. Et non obſtant ea quæ dicit Auguſt. lib. de nuptijs & concupiſcentia, cap. 11. ubi aſſerit, quod in matrimonio beatæ uirginis non de fuerunt bona matrimonii, ſcilicet proles, fides & ſacramentum, hæc uerba non obſtant, nam ipſe D. Augu. ſe declarat dicens, quod ibi non fuit diuortium, alludens ad hoc q̃ illud matrimonium fuit indiſſolubile, & quod habet hoc in ratione ſacramenti, itaque ibi impropriè accipitur ſacramentum pro ipſa indiſſolubilitate; ſic enim poteſt accipi, cũ Innocentius III. dicit de presbytero non baptizato, quòd a non baptizato poteſt ſuſcipi ſacramentum coniugij & ſacramentum Euchariſtiæ, hoc enim intelligendũ eſt large & materialiter loquendo.

¶Ad quartum argumentum reſpondetur iuxta dicta in ultima concluſione, non multum referre noſſe, quando inſtitutum fuerit hoc ſacramentum, modo tamen dicatur inſtitutum fuiſſe a Chriſto immediate per ſeipſum.

¶Ad ultimum reſpondetur, quòd multo minus eſt licitum dubitare, quod Chriſtus inſtituerit per ſe hoc ſacramentum, quam quòd inſtituerit per ſe ſacramenta cõfirmationis & extremæ vnctionis, licet hæc ſacramenta

menta perfectiora ſint, de quo dictum eſt A ſupra.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm matrimonium conferat gratiam.

Hug. li. 1. de ſacra. pag. 9. c. 2. in fine.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd matrimonium non conferat gratiam Quia ſecundum Hug. ſacramenta ex ſanctificatione inuiſibilem gratiam conferunt, ſed matrimonium non habet aliquam ſanctificationem quæ ſit de eſſentia eius: ergo non confertur gratia in ipſo.

¶ 2 Præterea. Omne ſacramētum conferens gratiam, confert ipſam ex materia & forma ſua; ſed actus qui ſunt materia in hoc ſacramēto nō ſunt cauſa gratiæ; quia hoc eſſet Pelagiana hæreſis, ſcilicet, quòd actus noſtri ſint cauſa gratiæ, verba etiam exprimentia conſenſum non ſunt cauſa gratiæ, nā ex eis nō fit aliqua ſanctificatio: ergo in matrimonio nullo mō gr̄a datur.

¶ 3 Præterea. Gratia ordinata cōtra vulnus peccati eſt neceſſaria omnib. habentibus vulnus illud; ſed in omnibus inuenitur concupiſcentiæ vulnus, & ſic deberent omnes homines matrimoniū contrahere: eſſetq; ſtultum valde, à matrimonio abſtinere.

¶ 4 Præterea. Infirmitas nō accipit medicamentum ab eo à quo accipit intenſionem per matrimoniū concupiſcētia accipit intenſionem, quia ſicut dicit

7. Ethi. 10.

Philoſophus in 3. Ethic. inſatiabilis eſt concupiſcentiæ appetitus, & per operationem congruam augetur: ergo videtur ꝙ in matrimonio non conferatur remediū gratiæ contra concupiſcentiā.

SED contrà. Definitio & definitum debent cōuerti, ſed in definitione ſacramenti ponitur cauſalitas gratiæ: ergo cum matrimoniū ſit ſacramentū, erit gratiæ cauſa. ¶ Præterea. Aug. dicit, ꝙ matrimonium eſt ægrotis in remediū,

Aug. ſuper Gene. ad lit. lib. 9. c. 7. to. 3.

ſed non eſt in remedium, niſi inquantū aliquam efficaciam hēt; ergo habet aliquid efficaciæ ad reprimendū cōcupiſcentiā: ſed cōcupiſcētia nō reprimitur niſi ꝑ gratiā, ergo in ipſo cōfert gratia.

RESPONDEO dicendum, ꝙ circa hoc fuit triplex opinio. Quidā enim dixerūt, ꝙ matrimonium nullo mō eſt cauſa gratiæ ſed eſt tantum ſignū. Sed hoc non poteſt ſtare, quia ſecundum hoc in nullo abundaret à ſacramētis legis, vnde nō eſſet aliqua ratio quare ſacra-
B mentis nouæ legis annumeraretur; ꝙ enim remedium præbeat ſatisfaciendo cōcupiſcētiæ ne deinceps ruat, dū nimis arctatur, habuit ēt in veteri lege ex ipſa natura actus. Et ideò alii dixerunt, ꝙ confertur ibi gratia in ordine ad receſſum à malo: quia excuſatur actus à peccato qui ſine matrimonio peccatum eſſet. Sed hoc eſſet nimis parū, quia hoc ēt in veteri lege habuit: et iō dicunt, ꝙ facit recedere à malo inquantū cōſtrin
C git cōcupiſcentiā ne extra bona matrimonii feratur: non aūt per gratiā illā fit aliquod auxiliū ad benè operandū. Sed hoc non poteſt ſtare, quia eadē gratia eſt quæ impedit peccatum & quę ad bonū inclinat, ſicut idē calor qui aufert frigus & qui calefacit. Vnde alii dicūt ꝙ matrimonium inquantum in fide Chriſti contrahitur, habet vt conferat gratiam adiuuantem ad illa operāda quæ in matrimonio requiruntur, et hoc probabilius eſt. Quia vbicunq; datur diuinitus aliqua facultas, dantur ēt au-
D xilia quib. homo cōuenienter vti poſſit facultate illa: ſicut patet, ꝙ omnib potentiis animæ reſpondent aliqua mēbra corporis quibus in actum exire poſſunt. Vnde cū in matrimonio detur homini ex diuina inſtitutione facultas vtendi vxore ſua ad procreationē prolis, datur ēt gratia ſine qua id cōuenieter facere non poſſit: ſicut ēt de poteſtate ordinis ſuprà dictū eſt. & ſic iſta gratia data, eſt vltima res contenta in hoc ſacramēto.

AD primū ergo dicēdū, ꝙ ſicut hēt aqua baptiſmi ꝙ corpus tangat & cor

abluat

abluat ex tactu carnis Chriſti: ita matrimonium hoc habet ex hoc ꝙ Chriſtus ſua paſſione illud repræſentauit, & non principaliter ex aliqua ſanctificatione ſacerdotis.

AD ſecundum dicendum, quòd ſicut aqua baptiſmi cum forma verborum non operatur immediatè ad gratiam, ſed ad characterem: ita actus exteriores & verba exprimentia conſenſum directè faciũt nexum quendã, qui eſt ſacramentũ matrimonij: & huiuſmodi nexus ex virtute diuinæ inſtitutionis diſpoſitiuè operatur ad gratiã.

AD tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, niſi contra cõcupiſcẽtiæ morbũ poſſet aliquod efficacius remedium adhiberi: adhibetur autem maius remedium per opera ſpiritualia & carnis mortificationem ab illis, qui matrimonio non vtuntur.

AD quartum dicendum, quòd cõtra concupiſcentiã poteſt præſtari remediũ dupliciter: Vno modo ex parte ipſius cõcupiſcentiæ vt reprimatur in ſua radice: & ſic remedium præſtat matrimoniũ ꝑ gratiã quæ in eo datur. Alio modo, vt actus ad quem cõcupiſcẽtia inclinat, exterius turpitudine careat, & hoc fit ꝑ bona matrimonij. q̃ honeſtant carnalẽ cõcupiſcentiã. Alio modo ut actus turpitudinẽ habens impediatur, quod fit ex ipſa natura actus: quia dum concupiſcentia ſatisfecit in actu coniugali, ad alias corruptelas non ita incitat. Propter quod dicit Apoſtolus, Melius eſt nubere quam uiri: quamuis enim opera concupiſcentiæ congregata ſecũdum quod ratione ordinantur, ipſam reprimunt: quia ex ſimilibus actibus ſimiles relinquũtur diſpoſitiões et habitus.

SVMMA ARTICVLI.

IN hoc articulo refert D. Thom. varias, & diuerſas ſentẽtias quæ fuerũt, de hac re & illas optimè impugnat, & poſtea ponit ſuam ſententiam Et ut illam explicemus, ſit prima concluſio Diui Thomæ. Sacramentũ matrimonii confert gratiã. Ratio huius concluſionis eſt. Nã cum in matrimonio detur ſalcultas homini ex diuina inſtitutione utendi uxore ſua ad procreationem prolis, datur etiam gratia ſine qua id conuenienter facere non poteſt: & adducit S. Thom. exemplum de ordinis ſacramento, in quod datur facultas & poteſtas ad aliquem actum ſupernaturalem, & ita datur gratia, vt homo conuenienter exerceat illum actum. ¶ Ex hac concluſione infert Diuus Thom. ſecundam, quæ talis eſt Gratia data in matrimonio eſt ultima res cotenta in hoc ſacramento.

¶ Tertia concluſio in ſolutione ad primum. Matrimonium habet conferre gratiam ex hoc quòd Chriſtus ſua paſsione illud repræſentauit; & non principaliter ex aliqua ſanctificatione ſacerdotis.

¶ Quarta concluſio. Verba exprimentia conſenſum, directè faciunt nexum quendam qui eſt ſacramentum matrimonii, & huiusmodi nexus ex uirtute diuinæ inſtitutionis diſpoſitiue operatur ad gratiam, & apponit D. Thom. exemplum in baptiſmate, quod quidem facile eſt uidere in ipſo Diuo Thom.

CIrca iſtum articulum ſupponendum eſt, tanquã certum in fide, quod matrimonium ueram habet rationem ſacramenti, quod quidem diffinitum eſt à nobis in articulo primo huius quæſtionis, & non ſolùm habet ueram rationem ſacramenti in generali & in communi, uerum etiam habet ueram & uniuocam rationem ſacramenti nouæ legis in particulari.

¶ Eſt tamen primum dubiũ. Vtrum matrimonium ſit ſacramentum nouæ legis taliter quod cauſet gratiam ex opere operato ad modum inſtrumenti, ſicut alia ſacramenta nouæ legis Et uidetur quod non Primo arguitur. Nam pro ſacramentis quæ gratiam conferunt, non eſt licitum dare nec recipere pecuniam; ſed pro matrimonio datur & recipitur pecunia, vt patet ex communi vſu confirmato per ipſum ius: ergo matrimonium non confert gratiam, neque eſt ſacramentum nouæ legis taliter ꝙ conferat gratiam. Conſequentia eſt bona. Maior probatur, nam ſacramenta quæ conferunt gratiã ſunt res maximè ſpirituales, ſed pro rebus ſpiritualibus non eſt licitum dare, vel accipere pecuniam, vt diffinitur in ſecunda ſecundæ, quæſt. 100. de ſimonia: ergo

¶ Secundo arguitur. Si ſacramentum matrimonii

trimonij conferret gratiam, maximè præberet illam ad ſedandam concupiſcentiam, ſed per vſum matrimonij non pacatur cõcupiſcentia: ergo in matrimonio non confertur gratia. Conſequentia eſt bona. Maior uidetur nota, nã ſi aliquem haberet effectum, deberet eſſe ille. Minor uero probatur, quia concupiſcentia per continentiam pacatur & non per uſum matrimonii, neq; per ipſum matrimonium.

¶ Tertio arguitur. Quia ſequeretur, ꝙ coniuges qui in peccato mortali exiſtentes ſe ipſos cognoſcerent, peccarent mortaliter: conſequens autem eſt falſum, & contra communem uſum fidelium: ergo. Sequela probatur, quia illi coniuges exercendo actum matrimonii in mortales, facerent contra gratiam ſacramentalem quæ daretur ad exercẽdum actum matrimonii, ſicut peccat mortaliter ex genere ſuo ille, qui exercet actum ordinis in peccato mortali, quoniam datur gratia ad illum actum debite exercendum.

¶ Quarto arguitur. Si hoc ſacramentum matrimonii conferret gratiam, ſequeretur ꝙ ſacramentum matrimonii haberet proprium effectum gratiæ, conſequens autem eſt falſum, ergo. Sequela probatur, nam (ut docet D. Thom & Thomiſtæ in tertia parte quæſt. 62. artic. 2.) gratia ſacramentalis eſt diſtincta a gratia communiter dicta, & quodlibet ſacramentum habet ſuũ propriũ effectum gratiæ. Falſitas conſequentis probatur, nam gratia quæ eſt propria ſacramẽti reſpondet ſignificationi ipſius ſacramenti, ſed hoc ſacramentum ſignificat propriè unionem Chriſti cum eccleſia quæ eſt generalis effectus omnium ſacramentorum: ergo non habet proprium effectum.

¶ In oppoſitum eſt, nam (ut dictum eſt) matrimonium uerè & uniuocè eſt ſacramẽtum nouæ legis, ſed de ratione ſacramenti nouæ legis eſt, ꝙ conferat gratiam opere operato, ut diffinitur in tertia parte loco immediatè citato art. 1. ergo matrimonium confert gratiam ex opere operato.

¶ In hac difficultate ſunt tres ſententiæ quæ referuntur hic a D. Thom. Prima ſententia eſt, quod matrimonium licet ſignificet gratiam, non tamen cauſat illam, neque illam confert: & ita dicunt, quod in hoc ſacramento gratia non eſt res cõtenta, ſed res ſignificata. Hanc ſententiam docet Magi-

A ſter in 4. diſtinct. 2 capit. 2. cuius meminit D. Thom. ſupra art. 1. ad quartum & dicit Magiſter, quod inter ſeptem ſacramenta, quædam ſunt inſtituta in remedium peccati & conferunt gratiam, ut baptiſmus alia uero in remedium tentationum, ut coniugium. Eandem ſententiam tenet Duran. in 4. diſtinct. 26. queſt. 3 num ad finem numeri quinti, dicit eſſe licitum ſine periculo hæreſis, aſſerere, quod matrimonium non confert gratiam ex opere operato, ſicut alia ſacramenta nouæ legis: iſte enim autor ſemper exiſtimat, quod matrimonium eſt ſa-

B cramentum alterius rationis a ſacramentis aliis nouæ legis, & pro hac ſententia in numero ſequenti adducit aliquos autores, & inter illos adducit Hoſtien in Summa lib. 1. titul. de ſacramentis non iterandis. Couar. ſuper 4 decretalium, parte 2. §. ſecundo, citat gloſſam in capit. quicquid, 2. quæſt. 1. & capit. alma mater. de ſententia excommunicationis in 6. Gloſſ. c. quicqd. 1. q. 1. & ca. alma mater, d ſent. excom. in 6.

¶ Secunda ſententia eſt, quòd matrimonium ſolum confert gratiã ad recedendum a malo, in quantum uſus matrimonii excuſatur a peccat, quia actus non excuſaretur

C ſine matrimonio: non tamen præbet gratiã & auxilium ad bene operandum, & pro hac ſententia non refert Diuus Thom. aliquem autorem.

¶ Tertia ſententia eſt communis apud antiquos Doctores, uidelicet, ꝙ matrimonium confert gratiam quæ adiuuat ad benè operandum opera quæ ſunt neceſſaria ad matrimonium. Et hanc ſententiam exiſtimat hic D. Thom. probabiliorem, & eandem ſequitur idem D. Thom in tertia part. quæſt. 62. artic. 1. cum docet, quod omnia ſacramenta nouæ legis conferunt gratiam;

D & hæc ſententia eſt de mente D. Auguſt. qui ibi citatur, & omnium aliorum Doctorum qui ſequũtur iſtam ſententiam de omnibus ſacramentis nouæ legis, videte illos ibidẽ. Hanc et ſentẽtiam tenet Couar. in loco immediate citato, & citat pro ea plures iuriſperitos, ſcilicet, Abbatem, Ioan. Andr. Cardinalem, & Hoſtienſem, & dicit eſſe cõmuniorem apud Theologos & citat Ioannẽ Mai. & Alfonſum de Caſtro, verbo, nuptiæ, Sed de Doctoribus antiquis nõ eſt mirandum quòd aliqui ante Concil. Florent. & Trid. tenuerint oppoſitam ſententiam, magis tamen mirandum eſt de ſapientiſſimo

mo magiſtro Cano, qui quidem(ut fertur) in hac quæſt.24.artic.1. non cenſuit oppoſitam ſententiam eſſe erroneam, & Magiſter Sotus in 4.diſtin.26.quæſt. 2.arti.3.dicit, oppoſitam ſententiam non eſſe probabilem,& quod in hoc fuit deceptus Duran. Si tamẽ diſputetur quo gradu certitudinis ſit habendum quod ſacramentum matrimonii confert gratiã, dicit quòd anguſtiæ ſunt vtrinquè, ſed quòd videtur erroneum oppoſitum,vt tenuerunt multi Doctores cõtra Lutheranos,& diffinierunt Concilium Pariſienſ. & Colonienſ. & dicit quòd ſi Concilium Tridenti. ultra progrederetur, hoc idem diffiniſſet,quia hoc erat in animo ipſorum patrum.

A

B

PRima concluſio. Ante Concilium Florent.& Tridenti.non erat hæreticum neque erroneũ in fide aſſerere, quod matrimonium in noua lege non conferebat gratiam: erat tamen opinio longè probabilior, quòd matrimonium in noua lege conferebat gratiam.

¶ Hæc concluſio habet duas partes.Prima pars probatur. Nam antè iſta concilia non erat aliqua diffinitio eccleſiæ in qua diffiniretur, quod matrimonium cõferebat gratiam : ergo non erat hæreticum, neque erroneum in fide oppoſitum aſſerere. Item communis traditio eccleſiæ quamuis pro illo tempore reddebat nos certiores, quod erat ſacramentum nouæ legis; ſed non erat certum ex communi eccleſiæ traditione ꝙ ſacramentum matrimonii,vel alia ſacramẽta nouæ legis conferrent,vel cauſarent gratiam : ergo.

C

¶ Secunda pars concluſionis cõſtat ex doctrina Diui Thomæ in 3.part.quæſt.62. & in aliis multis locis,ubi ſine diſtinctione dicit,quòd omnia ſacramenta nouæ legis conferunt gratiam : & idem docent multi grauiſſimi & antiqui Doctores qui ita tenuerunt etiam ante illa concilia: & hæc erat cõmunis ſententia,etiã ante illa concilia,ergo.

D

¶ Secunda concluſio. Nihilominus poſt Concil.Florent. etiam ante Concil.Tridẽt. non poteſt ab errore excuſari ſententia quę aſſerit,quod matrimonium non confert gratiam.Hæc concluſio probatur. Nã in conci. Florenti.in decreto ſuper unione Armenorum ponitur expreſſe differẽtia inter ſacramenta nouæ legis,& ueteris legis,nam ſacramẽta ueteris legis ſolum ſignificabant gratiam & non conferebant illam : ſacramenta verò nouæ legis & continent gratiã & eam conferunt dignẽ ſuſcipientibus: & ibi inter ſacramenta nouæ legis concilium expreſſe enumerat ſacramentum matrimonii : ergo poſt Concil. Florent. erroneum eſt dicere, quòd ſacramentum matrimonii non confert gratiam:& hęc concluſio ſtatuitur contra ſapientiſſimum magiſtrum Cano.

¶ Tertia concluſio.Poſt concil. Trident. certum eſt ſecundum fidem, quod ſacramẽtum matrimonii confert gratiam ex opere operato. Hæc concluſio probatur ex diffinitione Concilij Triden.ſeſſione 7.cano.3. in quo de omnibus ſeptem ſacramentis eccleſiæ diffinitur quod conferũt gratiam ex opere operato;& in ſpeciali in Seſſione 24. canone 1. hoc diffinit.de ſacramento matrimonii dicens. Si quis dixerit non eſſe verè & propriè vnum ex ſeptem legis euangelicæ ſacrementis è Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in eccleſia inuentũ, neque gratiam conferre,anathema ſit.Et ratio pro hac cõcluſione afferri poteſt. Nam fuit maximè conueniens in quod hoc ſacramento conferretur gratia ad bonum educatione prolis & ad bonũ vſum matrimonii & ad omnia alia. Et ratio huius eſt, nam(vt ſuprà diffinitum eſt) matrimonium ordinatur ad conſeruationem ſpeciei & ad conſeruationem naturæ humanæ, & ita per vſum matrimonii conſeruatur natura humana: itaque finis matrimonii eſt bonum vniuerſale naturæ humanæ : gratia uero ordinatur ad perfectionem naturæ, & ſic communiter dicitur à Theologis quòd gratia non deſtruit naturam, ſed illam perficit:ergo fuit maxime conueniens quò d ad uſum matrimonii per quem conſeruatur ipſa natura, daretur gratia perficiens omnia neceſſaria ad illum finem.

¶ Ex iſta concluſione ſequitur primo, quod ſententia Duran. his temporibus non poteſt defendi ſine errore, imo ſine manifeſta hæreſi:quoniam illa ſententia modo quæ expreſſè contra illa duo concilia citata,quæ oppoſitum diffiniunt.

¶Secundo ſequitur, quod Magiſter Sotus,& aliqui alii moderni qui non ſunt auſi cõdemnare oppoſitam ſententiam huic noſtræ concluſioni ut hereticã, non uiderunt Seſſionem 24 Concilii Trident. cùm ſcripſerunt: nam in illo primo decreto addu

&o

cto expreſſè diffinitur noſtra cõcluſio tanquam certa in fide, & qui oppoſitum ſentiunt, anathematizantur.

¶Tertio ſequitur, quòd Duran. & alii iuriſperiti ſupra citati pro oppoſita ſententia non fuerunt hæretici neque errauerunt in fide formaliter loquẽdo. Ratio huius corollarii eſt, nam ſuis temporibus non erat hęc veritas diffinita ab eccleſia.

¶Quartò ſequitur, quòd modo poſt eccleſiæ diffinitionem perinde eſſet negare, ſacramentum matrimonij cõferre gratiam, & dicere quòd ſacramentũ matrimonii non eſt vniuocè ſacramentum cũ aliis ſex ſacramentis nouæ legis: Hoc conſtat manifeſtè ex diffinitione Concil. Triden. Seſſio. 7. canone 8. Vbi diffinitur ꝙ omnia ſacramenta nouæ legis conferunt gratiam ex opere operato. Vnde Duran. vt refert Magiſter Sotus, ex Capreolo in prima editione ſui quarti: eo ipſo quòd negauerat, matrimonium eſſe ſacramentum propriè, fortè in hoc fundabatur quod putabat non dare gratiam: ſed quia malè audiebat de hac doctrina, in ſecũda editione expreſſe dixit, quòd eſt ſacramentum proprie, ſed quòd eſt ꝓbabile ipſum non conferre gratiam, in quo non videtur loqui conſequenter.

AD argumenta facta in principio reſpondetur. Ad primum argumentum duplex eſt ſolutio, vt ſuprà articulo 1. huius quæſtionis dictum eſt. Prima ſolutio eſt dicendo cũm D. Tho. in ſecunda ſecundæ, q. 100. artic. 2. ad ſextum. quòd matrimonium duplicem habet rationem, aliam quidem naturalem ſecundum, quod habet rationem contractus naturalis pertinẽtis ad ordinem naturæ: aliã verò rationẽ hẽt ſecundum quod eleuatur ad rõnem ſacramenti, quę quidem ratio pertinet ad ordinem ſupernaturalẽ: igitur pro ipſo matrimonio, vt habet rationem ſacramenti pertinentis ad ordinem ſupernaturalem, & vt eſt aliquid ſpirituale, non eſt licitum dare vel accipere pecuniam, quoniã eſſet acceptio vel receptio pecuniæ pro re ſpirituali: cæterum licitum eſt accipere vel dare pecuniam pro ipſo contractu naturali, ſicut licitum eſt dare, vel accipere pecuniam pro calice aureo, vel argento, quãuis ſit conſecratus, non tamen eſt licitum accipere, vel dare pecuniam pro ipſa conſecratione.

¶Secunda ſolutio eſt, ꝙ in matrimonio non datur nec recipitur pecunia pro ipſo ſacramento matrimonii, imò neque pro ipſo contractu, ſed datur & recipitur pecunia pro oneribus ipſius matrimonij, ſicut ſi aliquis ſacerdos velit ſe obligare adminiſtranda ſacramenta, poterit licite prò tali obligatione recipere aliquód pretium, quia illa obligatio eſt veluti res temporalis pretio æſtimabilis, ſicut dici ſolet in materia de ſymonia poſſe capellanum aliquem paciſci de pretio cum aliquo magnate pro obligatione dicendi quotidie miſſam tali loco & tali hora, quia illa obligatio eſt pretio ęſtimabilis. ¶ Ad ſecundum reſpondetur, quod concupiſcẽtia ſine dubio augetur & inflammatur per actualem vſum carnalem extra matrimonium, quia talis uſus eſt ipſamet concupiſcentia actuata ſine ordine debito ſecundum rationem: at verò ſecundũ vſum matrimonii non inflammatur, ſed potius pacatur, quia vſus eſt moderatus & ordinatus ſecundũ rationẽ, ſicut cõcupiſcẽtia circa delectabilia guſtus, augetur & inflãmatur per immoderatã ſumptionem cibi, per moderatã autem ſecundũ temperãtię regulas ſedatur. Hæc ſolutio eſt de mente Diui Thomæ ad quartum, in fine, ubi ponit rationem optimam, quia ſimiles actus relinquunt ſimiles diſpoſitiones & habitus gratia autem ſacramentalis quæ producitur in hoc ſacramẽto, iuuat multum ipſos coniuges, vt recte ſe habeant ad vtrumque finę matrimonii, ſcilicet ad generationẽ & commodã educationem prolis ſecundum virtutem & quantum ad finem ſecundarium, id eſt quãtum ad mutua obſequia ipſorũ coniugum; quem duplicem finem declarauit D. Tho. ſuprà quæſt. 41. art. 1. vnde quod Sotus refert in ſuo arti. 3. ex D. Bonauent. videtur facere ad ſecundarium finem matrimonii: dicit enim quod gratia huius ſacramenti iuuat coniuges contra triplicem per ucſitatem concupiſcentiæ. ¶ Primo concupiſcentia ſine illo limite inclinat in quãcunque fęminam. Secundo inclinat non procurando aliam conuenientiam uel commoditatẽ, ſed delectationem. Tertio uir qui concupiſcentia ducitur, poſtquam ſatiatus eſt illo actu, faſtidit fœminam. ¶ Et gratia ſacramentalis inducit tria cõtraria. Primo nã eius ratione maritus ſola vxore contentus & econtra. Secundo, nam coniuges vtuntur coniugio ad finem debitum. Tertio iuuat

gratia maximè ad mutuam amicitiã & beneuolentiam inter ipſos coniuges: & vt dicit Apoſt. Hebr. 13. Vt ſit honorabile connubium & torus immaculatus.

Hebr. c 13.

¶Ad tertium reſpondetur negando minor. Ratio eſt: quia ille actus ad quem datur gratia ſacramentalis, vt ſit peccatũ mortale, quoniam exercetur in mortali debet eſſe aliqua actio ſacra, qualis eſt confectio ſacramẽti vel ſacramenti ſuſceptio, vel ſacramenti ſolẽnis miniſtratio, vſus autem actualis matrimonij non eſt actio ſacra, & ideo non ſequitur, quòd peccẽt mortaliter coniuges, &c. Simili argumento probaretur, quòd coniuges qui in peccato mortali B ſuſcipiunt hoc ſacramentum matrimonij, peccarent mortaliter ex ſuo genere. Vt dictum eſt ſuprà. Placet tamen nobis, cum aliquibus Doctoribus quòd ruſtici communiter excuſentur ignorãtia: quomodo autem peccent mortaliter qui miniſtrãt ſacramẽta in mortali vel qui illa ſuſcipiunt in mortali, dicitur 3. par. quæſt. 64. art. 6. Vbi plurimi expoſitores Diui Thomæ ſequentes opinionem communem quòd de iure diuino in illis ſit neceſſarius miniſter eccleſiaſticus ad ſacramentum matrimonii, dixerunt C conſequẽter, quòd non peccant mortaliter coniuges contrahentes in mortali, qua ratione ſunt miniſtri ex ſolẽnitate: hinc inferebant, quòd nec ſacerdos peccat mortaliter qui aſſiſtit matrimonio, &c. quia exercet tãtum quandam cæremoniam: idem dicunt de ſacerdote qui velat coniuges, licet ſit ipſe in mortali.

AD quartum argumẽtum, eſt dubium adiunctum præcedenti. An ſacramentum matrimonii habeat proprium & particularem effectum diſtinctum ab omnibus aliis ſacramentis. Et videtur quod non. D

Dubium annexũ prçcedẽti.

¶Primò arguitur argumento quarto facto. Gratia quæ eſt propria alicuius ſacramenti, reſpondet ſignificationi ipſius ſacramenti, cùm omne ſacramẽtum efficiat quod ſignificat: ſed hoc ſacramentũ ſignificat propriè cõiunctionẽ Chriſti cum eccleſia, quæ quidẽ coniunctio eſt generalis effectus omnium ſacramentorum: ergo ſacramentum matrimonii non habet proprium & particularem effectum.

¶Secundo arguitur. Si matrimoniũ haberet proprium & particularem effectum gratiæ, maximè quia cauſaret ipſam gratiã A coniugũm per modum coniunctionis, ſed ille nõ eſt ꝓprius & particularis effectus ſacramenti matrimonii: ergo non hẽt nõ proprium & particularẽ effectum. Cõſequentia eſt bona. Maior eſt manifeſta, nam (vt diximus in articulo primo) hoc ſacramentum habet peculiarem ſignificationem qua ſignificat ipſam gratiam per modum coniunctionis: ergo ſi habet peculiarem effectum, debet cauſare ipſam gratiam per modum coniunctionis. Minor verò in qua eſt difficultas, probatur. Nam ipſa gratia cum ſit in eſſentia animæ, inhæret ipſi animę & B habet ordinem ad ipſam: ergo non poteſt cauſari per modum cõiunctionis cum alio, ſiquidem nõ poteſt in ſuo eſſe dicere ordinem ad alium extrinſecum.

¶Tertio arguitur. Sacramentum matrimonii (vt ſupra dictum eſt in articulo primo) eſt vnicum tantum ſacramentum: ergo ſi habet propriũ effectũ & particularem, debet habere vnicum tantum effectum, ſed ſacramentum matrimonii nõ ſolum habet vnicum effectum, ſed plures: nam confert gratiam vtrique coniugi, videlicet uiro & fœminæ: ergo non habet unum proprium & particularem effectum, ſed plures. C

¶Quarto arguitur. Sacramentum matrimonii immediatè non producit, niſi internum vinculum quo ipſi coniuges coniungũtur inter ſe in ordine ad procreationem & educationem prolis: ergo non habet pro effectu proprio & particulari aliquam gratiam. Conſequentia eſt euidens, nam vinculum illud internum, aliquid diſtinctum eſt ab ipſa gratia. Antecedens vero cõſtat, nam ſacramentum matrimonii immediatè cauſat rem & ſacramentum ſimul, quod eſt vinculum illud internum.

D ¶Vltimo arguitur. Si matrimonium inquantum ſacramentum, habet proprium & particularem effectum gratiæ, ſequitur ꝙ requirat propriam & particularem diſpoſitionem in ipſo ſuſcipiente, hoc autem non eſt verum: ergo neque illud; ex quo ſequitur. Maior conſtat, nam ubi ſacramentum habet peculiarem effectum, exigit peculiarem diſpoſitionem in ſuſcipiente ſacramentum, & ita aliam diſpoſitionem requirit ſacramentum Euchariſtiæ, aliam vero ſacramentum pœnitentiæ, & ſic de aliis. Minor verò conſtat ex frequenti vſu fidelium, qui nullam diſpoſitionem ponunt ad ſuſcipiendum

dum

dum ſacramentum mátrimonii. ¶Et confir matur argumentum. Nam ſi haberet proprio, & particulari effectu gratiam ipſam per modum vnionis & coniunctionis, ſequeretur quòd ſacramētū matrimonij ex natura ſua exigeret perfectiorem diſpoſitionem in ſuſcipiente, quam baptiſmus & pœnitentia. Conſequens autem eſt falſum, ergo & illud ex quo ſequitur. Falſitas conſequentis cōſtat. Nā illa ſunt perfectiora ſacramēta quā matrimoniū, vt iā diximus in ar. 1. ergo perfectiorē exigūt indiſpoſitionē in ſuſcipiente ad hoc quod ſacr͞m efficiat ſuum effectum. Sequela vero probatur. Ad effectum gratiæ per modum vnionis & cō iunctionis præſupponitur ipſa gratia in ſuſcipiente, itaque qui ſuſcipit debet eſſe in gratia, ad effectum uerò ſacramenti pœnitentiæ & baptiſmi, non requiritur quòd ſuſcipiens ſit in gratia, vt conſtat, nam ſatis eſt quòd ſit attritus, ergo.

¶ Concluſio ſit. Sacramentum matrimonii habet proprium & particularem effectū diſtinctum ſpecie ab omnibus aliis ſacramētis. Hanc concluſionem docet expreſſe D. Tho. in 3. par. quæſt. 62. art. 2. ubi in generali & in communi docet, quòd omnia ſacramenta nouæ legis ordinantur ad quoſdam proprios & particulares effectus, ſacramentum verò matrimonii eſt quoddā ſacramētum nouæ legis, vt iam dictum eſt, & ita debet habere proprium & particularem effectum: & idem docent omnes Thomiſtæ in eodem loco. Et hæc concluſio probatur primo. Nam ſacramenta nouæ legis (ut iam ſupra dictum eſt) ſunt quædam ſigna practica quæ efficiunt quod ſignificant, & hæc eſt eſſentia ſacramenti nouæ legis, quæ vniuocè conuenit matrimonio, ſed ſacramentum matrimonii ſpecie diſtinguitur ab omnibus aliis ſacramentis, ut manifeſtè conſtat: ergo habet proprium & particularem effectum gratiæ diſtinctum ab omnibus aliis ſacramentis. Probatur conſequentia. Nam diſtinctio ſpecifica ſigni practici deſumenda eſt non ſolum per ordinem ad ſignatum, verumetiam per ordinem ad effectum.

¶ Secundo probatur concluſio & confirmatur argumentum præcedens. Nam (ut dictū eſt in art. 1. huius quæſtionis in dub. 5.) ſacramentum matrimonii habet propriam & particularem ſignificationem diſtinctā a ſignificatione omnium aliorum ſacramen-

A totum nouæ legis: ergo ſacamentum matrimonii habet proprium & particularem effectum gratiæ diſtinctum ab omnibus aliis effectibus ſacramentorum nouæ legis. Probatur conſequentia. Nam ſacramenta nouæ legis, ut conſtat ex Concil. Florent. & Triden. habent efficere quod ſignificant, & ratio efficiendi ex Chriſti inſtitutione eſt adiuncta ipſi ſignificationi.

¶ Sed vt explicemus magis in particulari effectum proprium & particularem gratiæ quem habet ſacramentum matrimonii inter omnia alia ſacramenta, conſiderandū eſt primo, quod ſicut ſupra in eadem quæſtione diximus, inter ipſa ſacramenta nouæ B legis in ratione ſigni eſt quidam ordo, taliter quod quædam ſacramenta ſunt perfectiora aliis in ratione ſignificandi, ita etiam eſt ordo inter ipſa ſacramenta nouæ legis in ratione efficiendi, & cauſandi ipſam gratiā, ita ut quædam ſacramenta ſint perfectiora aliis in ratione efficiendi, ſicut etiam in ratione ſignificandi. Et huius rei ratio eſt. Nā (vt immediate dictum eſt) ipſi ſignificationi ex diuina inſtitutione eſt adiuncta ratio cauſalitatis gratiæ in ſacramentis nouæ legis, & ex ſignificatione & cauſalitate conſurgit vna integra ratio ſigni practici & ſacramenti nouæ legis: & ſicut maior vel mi- C nor perfectio in ratione ſigni deſumitur ex ordine ad ſignatum, ita etiam maior, vel minor perfectio in ratione cauſæ deſumitur per ordinem ad effectum: vnde ſicut quodlibet ſacramentum nouæ legis habet ſuum proprium & particulare ſignatum diſtinctū à quolibet alio ſacramento nouæ legis: ita etiam habet proprium & particularem effectum diſtinctum à quolibet alio ſacramento nouæ legis.

¶ Secundò eſt aduertendum vt hoc explicetur magis in particulari in ſacramento matrimonii, & vt explicemus effectū eius D in ſpeciali. quod (vt diximus in difficultate illa quinta artic. 1.) ſignificatio cuiuſlibet ſacramenti habet aliqualem proportionem & fundamentum in ipſa naturali quę eleuatur ad rationem ſacramenti, vt patet in ablutione externa quæ eleuatur diuina virtute ad ſignificandum ablutionem internā ita etiam effectus cauſatus per ſacramentū debet habere proportionem & ſimilitudinem quādam cum re ipſa cauſata naturaliter per ipſū materiale ſacramenti, vt in eo-

dem exemplo ablutio externa, quæ naturaliter habet pro effectu abluere, eleuata in ratione ſacramenti habet effectum quendã proportionatum & ſimilem huic, nempè abluere animam & illam mundare à peccatis: & idem eſt de Euchariſtia & de aliis ſacramentis. Igitur ad propoſitum cõtractus matrimonialis q eſt res naturalis in hoc ſacramento, ex natura ſua habet cauſare & efficere vinculum quoddam matrimoniale inter ipſos coniuges, quod quidem vinculũ nihil aliud eſt (vt infra dicetur) quàm relatio quędam ex vtraque parte, ita vt vna relatio ſit in vno coniuge & altera in altero: & hoc vinculum ordinatur ad actum matrimonialem & ad procreationem & educationem prolis etiam ſecundum eſſe rationale, & ita effectus proprius, & particularis huius ſacramenti in oratione ſacramẽti debet eſſe ſimilis & proportionatus huic effectui: vnde hoc ſacramentum habet pro proprio & particulari effectu gratiam datam coniugibus per modum uinculi & coniunctionis, quę quidem gratia ordinatur ad ipſum actũ matrimonialẽ vt debitè fiat & ad procreationem & educationem prolis in eſſe rationali & in eſſe gratiæ: & ſicut uinculum naturale quod cauſatur ex contractu naturali dicit duas relationes, per quas coniunguntur & uniuntur inter ſe in ordine ad illa iam dicta: ita etiam effectus proprius & particularis huius ſacramenti eſt duplex gratia quæ datur vtrique coniugi per modum vinculi & coniunctionis, per quam connectuntur & cõiunguntur in ordine ad illa officia iam dicta. Ex quo colligitur, quod ſi alter coniux accidit diſpoſitus ad ſacramentum matrimonii & recipit gratiam, alius yerò indiſpoſitus & non recipit gratiã effectus proprius & particularis huius ſacramenti manet imperfectus & veluti diminutus; nam effectus proprius & particularis eſt gratia per modum vinculi & coniunctionis & ita debet eſſe in utroque coniuge.

¶ Tertiò eſt aduertẽdum, vt hoc amplius explicemus, quod quamuis materia & forma huius ſacramenti hoc non ſignificent explicitè, quoniam materia & forma (vt diximus) ſunt expreſsiones conſenſus quibus tribuunt mutuam facultatem, nihilominus tamen hoc ſignificant implicitè, quod ſatis eſt ad rationẽ ſacramenti. Nam (vt inſinuat D. Tho. in hoc art.) ſacramenta ſunt in duplici**ter** differentia. Quędã ſunt quę formaliter & explicite ſignificãt gratiam, & ſunt illa, quæ per ſe ordinantur ad iuſtificationẽ, ut baptiſmus, pœnitẽtia. Alia uero ſunt quę non ſignificant formaliter & explicite gratiam, ſed ueluti ex conſequenti, ut ſacramẽtum ordinis, quod quidẽ ordinatur ad dandam poteſtatem ad aliquem actum, vt ſignificatur in ſua forma cum dicitur, accipe poteſtatem, &c. & quoniam hæc poteſtas non poteſt commode exerceri ſine gratia, ideo datur gratia in illis: & ſignificatur ipſa gratia implicite & in uirtute: & inter hæc ſacramenta ſecundo loco poſita collocatur ſacramentũ matrimonii in quo cauſatur vnio & datur facultas ad actum coniugalem: & quoniam hæc falcultas non poteſt commode exerceri ſine gratia, datur in hoc ſacramento gratia per modum coniunctionis, & ſignificatur implicite & in uirtute.

QVibus poſitis, reſpondetur ad argumẽta facta in principio. Ad primũ argumentum (quod eſt quartum dubii præcedentis) reſpondetur, quòd hoc ſacramentum matrimonii habet proprium & particularem effectum correſpondentem ſignificationi, ut iam ſupra dictũ eſt, & ita ſignificat gaatiam per modum coniunctionis, ut declarauimus in concluſione: & quàuis gratia ſecundum ſuam eſſentiam ſit generalis effectus omnium ſacramentorum, non tamen gratia cum iſto modo & ſecundum iſtam rationem. Et aduertendum eſt obiter quod ſacramenta non ſolùm ſignificant id quod efficiunt, ſed etiam id à quo habẽt virtutem efficiendi, vt dicitur in materia de ſacramentis in genere, 3. par. quæſt. 60. art. 2. ſacramentũ enim baptiſmi non ſolùm ſignificat munditiam internam, ſed etiam Chriſti mortem à qua accipit virtutem: vt dicitur ad Rom. cap. 6. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in morte, & c. ita etiam in propoſito ſacramentum matrimonii non ſolùm ſignificat coniunctionem illam animorum quę fit per gratiã, verùmetiam ſignificat coniunctionem Chriſti cũ Eccleſia.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod matrimonium habet proprium & particularem effectũ, qui eſt ipſa gratia per modum coniunctionis: & ita conceſſa maiori, negatur minor. Et ad probationem minoris dicendum eſt, ꝙ quamuis gratia ſit in

ſit in eſſentia animæ & inhæreat illi & dicat ordinem ad illam, nihilominus tamen poteſt cauſari per modum coniunctionis cum alio,& cum ordine ad alium coniugē. Ratio enim generalis gratiæ eſt, quòd inhæreat ipſi animæ coniungendo illam cū ipſo Deo qui eſt animæ ſponſus:ratio vero particularis gratiæ ſacramentalis huius ſacramenti eſt, quòd ſit coniunctio non ſolū cum ipſo Deo,verum etiam cum altero coniuge.

¶ Ad tertium argumentū reſpondetur. 9 ſacramentū matrimonij eſt tantū vnicū ſacramentum.vt iam ſupra diffiniuimus,& ita habet vnicum tantum effectum gratiæ, ſicuti habet vnicum tantum ſignatum: & quamuis in ratione entis & in ratione gratiæ generaliter dictæ habeat multiplicitatē in vtroque coniuge: tamen in ratione gratiæ ſacramentalis & in ratione effectus huius ſacramenti eſt vnicus proprius & particularis effectus huius ſacramenti:ſicut quidam dixerunt,quòd ſciētia in ratione qualitatis includit multiplicitatem & continet plures qualitates,tamen in ratione ſcientiæ habet ſimplicitatem, & habet vnicā rationem:& ſimiliter dicunt aliqui, quòd quando ignis vnica calefactione producit plures calores in pluribus ſubiectis, calores illi multiplicitatem habent in ratione entis & caloris, tamen in ratione effectus habent vnitatem: imò in ipſo cōtractu naturali eſt optimū exemplum. Nam ipſe contractus naturalis habet pro effectu proprio & particulari coniunctionem ipſam inter coniuges, quæ quidem coniunctio includit duas relationes coniunctionis, alteram ex parte viri,alteram uero ex parte fœminæ:& quāuis duæ ſint,in ratione relationis & coniſictionis,tamen in ratione effectus cōtractus matrimonialis habet vnicā rationem propriam & particularem: non diſſimiliter in noſtro propoſito effectus proprius & particularis huius ſacramenti eſt vnicus, nihilominus tamen includit duplicem gratiam, alteram in viro,aliam vero in fœmina.

¶ Ad quartū argumentum reſpondetur, quòd matrimonium inquantum habet rationem ſacramenti, habet proprium & particularem effectum,etiam quantum ad vinculum, nam contractus ipſe naturalis ſolū inducit, vinculum naturale ad procreādam prolem,& ad mutua officia quæ ſunt inter

A virum & fœminam conſentanea intra ordinē naturæ: itaque ſicut contractus ipſe eſt naturalis,ita etiam vinculū ipſum quod cauſat,eſt aliquid naturale,& ad naturalia ordinatum.cæterum idem vinculum ſecundum quod cauſatur à contractu matrimonii eleuato ad rationem ſacramenti,eſt aliquid ſupernaturale & ad ſupernaturalia ordinatū, vt ſit proportio inter cauſam & effectum: & ita per illud vinculum contrahentes coniunguntur ad multiplicationem eccleſiæ, & ad officia charitatis implenda, & ſic hoc uinculum habet propriam & particularem firmitatem ex eo quod cauſatur à ſacramē B to matrimonii, habet etiam alium effectū proprium & particularem qui eſt ueluti ſecundus effectus,qui eſt ipſa gratia per modum unionis & coniunctionis, ut iam ſupra dictum eſt.

¶ Ad ultimum argumentum reſpondetur,quod ſicut hoc ſacramentum habet proprium & particularem effectum, ita etiam exigit propriam & particularem diſpoſitionem in ipſo ſuſcipiente,unde concedenda eſt maior argumenti,& neganda eſt minor. Et ad probationem minoris dicendum eſt,quod non eſt talis uſus inter uiros probos & timoratæ conſcientiæ,ſed illi qui ha C bent ſcientiam & timorem Dei quādo contrahant & accedunt ad ſacramētum matrimonii, maxima cum reuerentia & diſpoſitione accedunt.¶ Et ut hoc magis in particulari explicemus, declarandum eſt quænā ſit neceſſaria & debita diſpoſitio, ut aliquis accedat ad ſacramentum matrimonii. Et aduerte, quod(ut iam ſupra dictū eſt)contrahentes habent duplicem rationem: nam & ſunt miniſtri huius ſacramenti, & ſunt etiam ſuſcipientes illud:& quidem inquantum ſunt miniſtri, hoc ſacramentum miniſtrantes, dicendum eſt de illis ſicut dicitur de aliis miniſtris aliorum ſacramentorum D in 3.par.quæſt.64 art.6. quòd tenentur eſſe in gratia ad miniſtrandum hoc ſacramentum,ſiue gratia ſit in anima mediāte ſacramento pœnitentiæ,uel mediante contritione. itaque debent ſe exiſtimare eſſe in gratia,adhibita morali diligentia ad hoc intelligendum, & ſi præceſſit peccatum mortale non tenentur confiteri, ſed exiſtimare ſe eſſe in gratia.

¶ Difficultas autē eſt de diſpoſitione neceſſaria inquātū ſunt ſuſcipiētes. De quo vi-

dete D.Thomæ 4.contra gent.c. 78.In cuius A rei expoſitioné dicédű eſt primò, q̃ confeſſio ſacramẽtalis nő eſt in præcepto ante ſuſceptioné huius ſacramẽti. Hoc dictum eſt cõmune omnibus Theologis, ná nő cõſtat ex aliquo loco ſacræ Scripturæ, neque ex aliqua traditione vel diffinitione Eccleſiæ quod ſit præmittenda confeſſio ante ſuſceptionem huius ſacramenti. ¶ Dico ſecũdò. Ante ſuſceptionem huius ſacramenti eſt neceſſaria contritio ſi præceſſit peccatű mortale,& non ſufficit attritio cognita, ſed ſaltem debet eſſe attritio quæ exiſtimetur cõtritio. In hac concluſione conueniunt omnes B doctores:& ratio huius eſt, nam hoc ſacramentum non ordinatur directè ad deſtruendum peccatum,vt conſtat: ſed ſacramenta quæ non ordinantur directè ad deſtructionem peccati, exigunt in ſuſcipiente gratiam & non ſufficit attritio, ſed requiritur contritio,vel ſaltem quod ſit attritio & quod exiſtimetur contritio, vt patet in ſacramento confirmationis, & in ſacramento Ordinis:ergo idẽ erit in matrimonio.¶ Dico tertiò. Optimum & ſaluberrimum conſilium eſſet, quòd contrahentes antequàm accedant ad hoc ſacramentum confiteãtur, C præcipue ſi præceſſit peccatum mortale. Ratio huius eſt. Nàm difficilimum eſt habere contritionem quæ neceſſaria eſt ad ſuſceptionem huius ſacramenti:ſacramẽtum verò coniunctum cum attritione ſupplet uicem contritionis,vnde Concil. Triden.Seſſione 24.cap. 1. de reformatione matrimonii dicit. Poſtremo ſancta Synodus coniuges hortatur, vt antequàm contrahant uel ſaltem triduo ante matrimonii conſummationem ſua peccata diligenter cõfiteantur, & ad ſanctiſsimum Euchariſtiæ ſacramentum piè accedant, &c. ¶ Dico vltimò. Vt D hoc ſacramentum meritorie & piè ſuſcipiatur,non eſt neceſſarium quòd contrahentes actualem intentionem habeant ad finem ſupernaturalem, ſed ſufficit quòd implicitè intendant facere quod facit Eccleſia, aut quod vident alios fideles facere; ſicut contingit in omnibus alijs ſacramentis,vt in baptiſmate, in confirmatione: eſt tamen neceſſarium quòd habeant intentionem ſaltem virtualem ſuſcipiendi hoc ſacramentum non affectu libidinis, ſed ad ſuſceptionem prolis,ad laudem & gloriam Dei, & quod intendant fructű ſuſcipere ex ipſo ſacramento quem habet conferre ex Chriſti inſtitutione:& quod intendat ita ſe habere cum vxore,ſicut Chriſtus cum Eccleſia: & ita Tobiæ cap. 6. dixit Angelus Tobiæ. Hi namque qui coniugium ſuſcipiunt, vt Deum a ſe & à ſua mẽte excludant,& ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos, tu autem cum acceperis eam, &c. Et poſteà. Tranſacta autem tertia nocte accipies virginem cum timore Domini amore filiorum magis quã libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ benedictionem conſequaris.¶ Ad confirmationem reſpondetur, quòd maior uel minor diſpoſitio in ipſis ſacramentis non deſumitur ex maiore uel minore perfectione ipſorum ſacramentorum, ſed ex proprio & particulari effectu illorum, itaque ſacramenta quæ, directè ordinantur ad deſtructionem peccati,non requirunt ex parte ſuſcipientis tanquam diſpoſitionem,quòd ille qui ſuſcipit illud ſacramentű ſit in gratia,ſacramenta verò quæ non ordinantur directè ad deſtructioné peccati, hoc exigunt: imò ſacramenta quæ habent maiorem virtutem & efficaciam ex paſſione Chriſti, aliquando non requirunt tantam diſpoſitionem ex parte ſuſcipientium, quoniam habent maiorem virtutem.

¶ Eſt aliud dubium,an ſacramentum matrimonii receptum cum fictione, ideſt in peccato mortali, poſteà recedente fictione cõſequatur ſuum effectum & uirtute illius conferatur gratia ſacramentalis.De quo diſputari ſolet generaliter de omnibus ſacramentis in 3.par.quæſt.69.artic.1. & in aliis locis, & ita in hoc loco hæc diſputatio breuiſsimè explicanda eſt. Vt ad propria & particularia huius materiæ deueniamus, cõcluſio ſit.Probabiliſsimum eſt, quòd ſacramentum matrimonij recedente fictione confert gratiam. Nam probabile eſt quòd omnia ſacramenta(excepto ſacramento Euchariſtiæ) recedente fictione conferunt gratiam,& probabiliſsimű eſt, quòd illa ſacramenta in quibus datur poteſtas ad aliquem actum conferunt gratiã recedente fictione, nã alias nunquã poſſet homo cõmodè exercere illum actű,& priuaretur gratia neceſſaria ad cõmodè exercendű illum actű,ſed in matrimonio cõfertur, poteſtas ad aliqué actű,ergo recedẽte fictione confert gratiam.

¶Circa

¶Circa ſolutionem ad ſecundum in qua dicit Diuus Thomas, quòd nexus & vinculum eſt ſacramētum matrimonij, eſt aduertendum, quòd Diuus Thomas loquitur de ſacramento largè loquendo, nam (ut dictum eſt in articulo. 1. huius quæſtionis) ex doctrina Diui Thomæ, expreſſiones ſenſibiles proprijſſimè & in rigore ſunt ſacramentum, quoniam ſunt ſacramentũ tantum, nexus vero & vinculum dicitur à D. Tho. ſacramentum non ita propriè & in rigore, quoniã eſt res & ſacramentum ſimul, & res & ſacramentũ ſimul propriè & in rigore loquendo non eſt ſacramentum: nam ſacramentum iſto modo acceptum ſupponit pro ſacramento tantum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm carnalis commixtio ſit de integritate matrimonij.

3. p. q. 29. ar. 2 c. matrimoniũ. ca. ſufficiat 27. q. 2.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd carnalis cõmixtio ſit de integritate matrimonii. In ipſa enim inſtitutione matrimonii dictũ eſt, erunt duo in carne vna: ſed hoc non fit niſi per carnalem commixtionem: ergo eſt de integritate matrimonii.

¶ 2 *Præterea. Illud ꝙ pertinet ad ſacramenti ſignificationẽ, eſt de neceſſitate ſacramenti, vt prædictum eſt: ſed carnalis commixtio pertinet ad ſignificationem ſacramenti, vt in litera dicitur: ergo eſt de integritate ſacramẽti.*

¶ 3 *Præterea. Hoc ſacramentũ ordinatur ad cõſeruationẽ ſpeciei: ſed cõſeruatio ſpeciei non p̃t fieri ſine carnali cõmixtione: ergo eſt de integritate ſacr̃i.*

¶ 4 *Præterea. Matrimoniũ eſt ſacramentũ ſecundũ ꝙ remediũ contra concupiſcentiam præſtat, de quo dicit Apoſt. 1. Corin. 6. Quòd melius eſt nubere, quàm vri, ſed hoc remedium non præſtat his qui carnaliter non commiſcentur: ergo idem, quod prius.*

SED contra. In paradiſo fuit matrimoniũ, ſed ibi non fuit carnalis copula ergo cõmixtio carnalis nõ eſt de integritate matrimonij. ¶ *Præterea. Sacramentũ ex ſuo nomine ſanctificationem importat, ſed ſine carnali commixtione eſt matrimonium ſanctius, ut in litera dicitu: ergo carnalis commixtio non eſt de neceſſitate ſacramenti.*

RESPONDEO dicendum, ꝙ duplex eſt integritas: una quæ attenditur ſecundum perfectionẽ primã, quæ conſiſtit in ipſo eſſe rei. Alia quæ attenditur ſecundum perfectionẽ ſecundã, quæ conſiſtit in operatione, quia ergo carnalis cõmixtio eſt quædã operatio ſiue uſus matrimonij per quod facultas ad hoc datur B *ideò erit carnalis commixtio de ſecũda perfectione matrimonij & nõ de prima.*

AD primum ergo dicendũ ꝙ Adã expoſuit integritatẽ matrimonij quantum ad utramq; perfectionem: quia res ex ſuo actu innoteſcit.

AD ſecundum dicendum, ꝙ ſignificatio rei contentę eſt de neceſſitate ſacramenti, & ad hanc ſignificationem non pertinet carnalis cõmixtio: ſed ad rem non contentam, ut ex dictis patet.

AD tertium dicendũ, ꝙ res non per- C *uenit ad finem ſuum niſi per actũ proprium: unde ex hoc quòd finis matrimonij non habetur ſine carnali commixtione, oportet quòd ſit de integritate ſecunda, & non de prima.*

AD quartum dicendum, quod ante commixtionem carnalem eſt matrimonium in remedium ex gratia, quæ in eo datur, quamuis non ex actu, quod pertinet ad integritatem ſecundam.

SVMMA ARTICVLI.

D SVpponit Diuus Thomas quod duplex eſt integritas & perfectio in qualibet re, vna eſſentialis & primaria, alia vero accidentalis & ſecundaria. Quo ſuppoſito fundamento eſt prima concluſio. Copula carnalis non eſt de integritate & perfectione primaria & eſſentiali. Probatur concluſio. Nam perfectio primaria & eſſentialis conſiſtit in eſſe rei, copula vero carnalis nõ pertinet eſt eſſe ipſius matrimonii, neq; ad eius eſſentiam, ergo non eſt de integritate & perfectione primaria & eſſentiali.

¶ Secunda concluſio. Copula carnalis eſt de perfectione ſecundaria & accidentali ma-

ſi matrimonij. Ratio huius concluſionis eſt. Nam perfectio ſecundaria, & accidentalis rei conſiſtit in operatione, ſed copula carnalis eſt operatio & vſus ipſius matrimonii, ergo pertinet ad perfectionem accidentalé & ſecundariam.

¶ Tertia concluſio ad ſecundum. Non quælibet ſignificatio cuiuſcunque rei ſignificatæ per ſacramentum eſt de eſſentia ſacramenti, ſed ſola ſignificatio rei contentæ, & ad hanc ſignificationem in ipſo matrimonio non eſt neceſſaria commixtio carnalis: nam hæc coniunctio non ſignificat rem contentam.

¶ Quarta concluſio ad quartum. Ante commixtionem carnalem eſt matrimoniũ in remediũ ex gratia quæ in eo datur, quãuis non ex actu quod pertinet ad perfectionem ſecundariam.

Circa iſtum articulum eſt grauiſſima difficultas, An copula carnalis ſit de eſſentia matrimonii, tam in ratione contractus naturalis, quàm in ratione ſacramenti: vtraque enim ratio ex Chriſti inſtitutione coniuncta eſt: & uidetur quòd commixtio carnalis ſit de eſſentia matrimonii ſub utraque ratione.

¶ Primo arguitur. Multi Sancti & Doctores hoc afferunt ſpecialiter loquentes de matrimonio Beatæ Virginis & Ioſeph, dicunt enim non fuiſſe uerum matrimoniũ inter illos, quoniam (ut eſt certum ſecundum fidem) inter illos non fuit copula carnalis, & ita dicunt non fuiſſe ueras nuptias inter Beatam Virginem & Ioſephum, & affirmant quod Beata Virgo non fuit uxor uel coniux Ioſeph. Hoc aſſerit expreſſe Origenes homil. 1. ſuper Euangelia, Chryſoſt. homil. 4. & 5. ſuper Matthæum dicit, coniugis autem nomine ſponſam intelligit, ſicut eos quoque qui adhuc ſponſi ſunt, generos appellare Scriptura conſueuit: & homilia 5. inquit, Si enim cognouiſſet eam & habuiſſet loco uxoris: ubi inſinuat, quod carnalis copula eſt eſſentialis matrimonio & cauſa illius. Diuus etiam Hieronymus in commentariis ſuper Matthæum, cap. 1. & in libro aduerſus Heluidium dicit, Cum audieris uirum, ſuſpicio tibi non ſubeat nuptiarum, ſed recordare conſuetudinis Scripturarum, quod ſponſi uiri, ſponſæ uero uxores uocentur. Gregorius homil. 26. ſuper Euangelia idem dicit, & ſemper

A iſti ſancti aſsignãt pro ratione quia Ioſeph nõ cognouit carnaliter beatam Virginem.

¶ Et confirmatur argumentum ex Ambro. lib. de inſtitutio. virgin. cap 6. & in epiſto. 66. & ex D. Hieron. in commentariis ſuper Oſeam cap. 4 qui dicunt, matrimonia initiari in coniunctione: perfici vero in corporum commixtione, ita etiam docet Auguſt. & refertur à Gratiano. 27. quæſt. 2. cap. nõ eſt dubium. vbi dicit, Non eſt dubium illã mulierem non pertinere ad matrimoniũ cũ qua commixitio ſexus non docetur fuiſſe, & idem docet Leo I. epiſt. 90. ad Ruſticum, & refertur in eadem cauſa & quæſt. B cap. cum ſocietas. vbi dicitur. Cum ſocietas nuptiarum ita à principio ſit inſtituta, & ci non dubium eſt illam mulierem non pertinere ad matrimonium. cùm qua docetur nõ fuiſſe nuptiale miniſterium, ergo.

Cap. nõ eſt dubium. 27. quæſ. 2.

Cap. cũ ſocietas 27. quæſtio. 2.

¶ Secundò arguitur. Nam artic. 1. huius quæſt. in quinta difficultate diffinitur, ꝙ ratio eſſentialis ſpecifica matrimonii in ratione ſacramenti deſumitur ex eo quòd ſignificat dilectionem futuram inter ipſos coniuges quam Deus per gratiam ipſis coniugibus nectit, & ex eo quod ſignificat ſpiritualem unionem Chriſti & Eccleſiæ, & coniunctionem verbi cùm noſtra humanitate C per carnis aſſumptionem: ſed coniunctionem Chriſti cum noſtra humanitate ſignificat matrimonium ratione commixtionis carnalis, ergo commixtio ipſa carnalis eſt de eſſentia matrimonii, ſaltem in ratione ſacrameti. Minor in qua eſt difficultas probatur ex illo cap. cum ſocietas. citato in precedenti argumento, vbi dicitur, cùm ſocietas nuptiarum ita à principio ſit inſtituta, vt præter commixtionem ſexuum non habeant in ſe nuptiæ coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum, non dubium eſt illam mulierem non pertinere ad matrimonium cum qua docetur non fuiſſe nuptiale D miniſterium, & in cap. debitum. de bigamis non ordinandis, expreſsè dicitur, coniugiũ illud quod non eſt commixtione corporum conſummatum, non pertinet ad illud coniugium deſignandum quod inter Chriſtum & eccleſiã per incarnationis myſterium eſt contractum, ergo.

Cap. debitum. de bigamis nõ ordinãdis.

¶ Tertio. Nam ſacramenta nouæ legis ex Chriſti inſtitutione habent conferre gratiam, taliter quod illud eſt de eſſentia, vel reducitur quodammodo ad eſſentiam veluti

proprietas

propríetas vel propria paſsio ſacramentorum nouæ legis, per quod quidem diſtinguitur à ſacramẽtis veteris legis,& hoc dictum eſt in ſpeciali de ſacramẽto matrimonii in articulo præcedenti,ſed matrimoniũ non ſemper ante conſummationem habet conferre gratiam:ergo matrimonium ante conſummationem non habet rationem ſacramenti.Conſequentia eſt euidẽs. Minor uerò in qua eſt difficultas ꝓbatur.Si quis contrahat matrimonium poſt uotum ſimplex religionis tum animo tranſcẽdi ad religionem ante conſummationem(quod licitum eſt aliquãdo vt infra dicemus) iſtud matrimonium non confert gratiam, ergo ſaltem illud matrimonium non erit ſacramentum. Antecedens probatur Nam gratia datur ad actũ matrimonialem, ut benè & debitè fiat ille actus, vt iam diximus in articulo præcedenti,ſed iſtud matrimoniũ nunquam debèt habere actum,ut conſtat: ergo illud matrimonium non eſt ſacramentum.¶ Et confirmatur hoc argumentum. Saltem ſequitur,quòd ordo ad ipſam commixtionem carnalẽ ſit eſſentialis matrimonio in ratione ſacramenti. Conſequens autem videtur falſum,ergo & illud ex quo ſequitur.Sequela probatur. Quia ſacramẽtum ipſum matrimonii dat gratiam propter ipſum actum coniugalem: ergo ipſe actus coniugalis aliquo mõ eſt de eſſentia,

¶ Quartò. Matrimonium ex natura ſua eſt indiſſolubile,& inquantum eſt quid naturale pertinens ad ordinem naturæ & ẽt vt eſt aliquid ſupernaturale pertinens ad ordinem ſupernaturalem,imò vt ſic habet quandam maiorem indiſſolubilitatem, ut dicemus infrà,ſecundum illud, quos Deus coniunxit homo non ſeparet: ſed ante copulam carnalẽ matrimonia ſunt diſſolubilia: ergo ſine copula carnali non conſiſtit eſſentia matrimonii, neque vt eſt aliquod naturale,neque vt pertinet ad ordinem ſupernaturalem Cõſequentia eſt euidens,minor probatur. Nam matrimonium contractum diſſoluitur per ingreſſum religionis ante copulam carnalem.

¶ Vltimo arguitur. In iure communi & in communi modo loquendi hominũ coniuges ante conſummationem matrimonii vocantur ſponſi,non coniuges,etiam ſi matrimonium ſit ualidum & ratum, vt patet de illis qui contrahunt matrimonium per

A verba de præſenti coram parocho,& teſtibus poſt Concil.Trid.iſti enim ſpõſi cõmuniter dicũtur: ergo ſine copula carnali non cõſiſtit eſſentia matrimonii ſiue in ratione contractus,ſiue in ratione ſacramenti.¶ Et confirmatur argumentum.Fideles ad contrahendum matrimonium per verba de pſenti coram parocho & teſtibus non ſe diſponunt,tanquam ad ſuſcipiendum ſacramentũ,vt cõſtat ex vſu,imo quod amplius eſt,Concilium ipſum Triden in Seſſio.24. cap.1. de reformatione matrimonii, hortatur coniuges,vt antequam contrahant,vel

B ſaltem triduò ante matrimonii cõſummationem ſua peccata diligenter cõfiteantur & ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum pie accedant,in quo ſignificat, ꝙ ſufficit ſe diſponere ad cõſummationem matrimonii, ergo in ipſa conſummatione conſiſtit eſſentia ſacramenti matrimonii.

IN hac difficultate Vvitcleff hæreticus relatus à Magiſtro Soto in 4. diſt.26. q.2.ar.4.apud Vvaldẽſem tractatu de ſacramentis,c.130.dicit, ꝙ matrimonium ſine copula carnali non eſt verum matrimonium,ac ſubinde non habet ueram rationẽ

C ſacramenti.Imo inter catholicos aliqui tenuerunt iſtam ſententiam:ita tenet Gratianus.27.quæſt.2. per multa capita, in quibus adducit multa teſtimonia Sãctorum & antiquorum Doctorum quæ ſibi fauere videntur, & F. Michael de Medina libro.5. de continentia, à cap.58.per multa capita ſequentia conatur defendere iſtam ſententiam,ut valde probabilem,& reſpondet argumentis Theologorum, quæ militant cõtra Gratian.& in c.73.dicit expreſſe quod ſine copula carnali non eſt perfectum matrimonium etiam quantum ad eſſentiam, *Gratianus 27. quæſt.2. per multa capita.*

D ſiue in ratione cõtractus,ſiue in ratione ſacramenti.& ibi etiam dicit,quod matrimonium ratum & non conſummatũ habet tantum indiſſolubilitatẽ ex ſtatuto Eccleſiæ, ſicut opinatur,ꝙ profeſſio ſolennis emiſſa in religione approbata ſolum habet ex iure eccleſiaſtico quod dirimat matrimoniũ poſt ipſum contractum. Verum eſt, quod ſententia huius autoris differt ab errore Vvitcleff quantum ad hoc, quod iſte autor in cap. 66. concedit; quòd matrimonium ratum ante illius conſummationem habet veram rationem ſacramenti noue legis genericam,ſed non ſpecificam,quia habet

bet ſignificare gratiam, quod eſt commune omnibus ſacramentis nouæ legis, & eſſe collatiuum illius: ſed non habet ſignificare coniunctionem Chriſti cum Eccleſia quæ eſt ſignificatio ſpecifica huius ſacramenti, neque eſſe collatiuum talis gratiæ ſpecificæ: & in iſtis differt ab errore Vvicleff, qui aſſerebat quòd ante conſumationem nullo modo erat verum matrimonium.

¶ Prima concluſio. Certum eſt ſecundũ fidem quod copula carnalis actualis non eſt de eſſentia & ratione matrimonii, ſiue conſideretur matrimonium in ratione contractus, ſiue in ratione ſacraměti. Ad cuius rei expoſitionem eſt aduertendum cũ D. Thom. in 3. par. quæſt. 29. artic. 2. quod in matrimonio eſt duplex perfectio, ſicut in qualibet alia re, alia eſt ꝑfectio prima quæ deſumitur à forma completa & perfecta per actum eſſendi, & hæc pertinet ad perfectioně eſſentialem & ad eſſentiam: alia eſt perfectio ſecunda, quæ deſumitur ab actu & operatione, & hæc perfectio non eſt eſſentialis, ſed accidentalis, nam operatio & actus ſecundus intrinſecè præſupponit actũ primum. Igitur perfectio eſſentialis & prima in matrimonio non conſiſtit in copula carnali actuali, ſed in copula coniugali.

¶ Hæc concluſio ſic explicata probatur primo ex ſacris literis. Nam certum eſt ſecundum fidem, quòd fuit verum matrimonium inter Beatã Virginem & Ioſeph, & tamen de fide eſt, quòd nõ fuit copula carnalis actualis inter illos, ergo de fide eſt, quod eſſentia matrimonii non conſiſtit in copula carnali actuali, ſed in copula coniugali. Conſequentia eſt euidens, maior verò probatur ex ſacris literis. Nam Lucæ 1. & Matthæi. 1. Ioſeph vocatur vir Beatæ Virginis, & Beata Virgo dicitur coniux eius, quòd quidem dici non poſſet, ſi non eſſet verum matrimonium inter illos: conſtat etiam hæc maior ex conſenſu omnium fidelium, omnes enim fideles tenet fuiſſe verum matrimonium inter Beatam Virginem & Ioſeph. Minor verò conſtat de fide: certum enim eſt ſecundum fidem, quòd Beata Maria perpetuam ſeruauit virginitatem.

Lucæ. 1. Mat. 1.

¶ Secundò probatur cõcluſio ex eiſdem ſacris literis. Nam certum eſt ſecundum fidem, quòd in paradiſo ante peccatum fuit verum matrimonium inter Adam & Euã, & tamen non fuit ibi copula carnalis actualis inter illos, ergo eſſentia matrimonii nõ conſiſtit in copula carnali actuali, ſed in copula coniugali. Conſequentia eſt bona, maior eſt manifeſta. Nam Matthæi cap. decimonono, expreſſe dicitur, quòd fuit verum matrimonium inter primos parentes ab initio, cum dicitur, Non legiſtis quia qui fecit hominem ab initio maſculum & fœminam fecit eos? & dixit, propter hoc dimittet homo patrem & matrem, &c. Et ad Epheſ. cap. 5. hoc expreſsè ſignificatur, cũ D. Paul. loquitur de matrimonio primorum parentum in paradiſo, & dicit: Sacramentum hoc magnum eſt, &c. Minor verò probatur. Nam omnes Doctores cùm D. Hieron. lib. 1. contra Iouinia. tenent, quod non fuit copula carnalis inter primos parentes in paradiſo, & hoc uidetur ſignificari Geneſ. capit. 4. cum dicitur, Cognouit Adam uxorem ſuam, ubi ſignificatur tunc primo cognouiſſe eam poſt abiectionem de paradiſo.

Mat. 19. Ad Eph. 5. Gene. 4.

¶ Tertiò probatur hæc concluſio ex eiſdem ſacris literis. Nam inter Tobiam iuniorem & Saram, fuit verum matrimoniũ in triduo, in quo dicuntur vacaſſe orationi ante copulam carnalem, & hoc eſt certum ſecundum fidem, ut patet Tobiæ cap. 7. & 8. & tamen in illo triduo non fuit copula carnalis actualis inter illos, ut eſt certum ſecũdum fidem ex eodem loco ſacræ Scripturæ, ergo copula carnalis actualis nõ eſt de eſſentia matrimonii, ſed ſolum copula coniugalis.

Tobiæ. 7. & 8.

¶ Quartò probatur cõcluſio. Nam hæc concluſio expreſsè diffinita eſt à Summis Pontificibus. Eam diffinit expreſsè Alexan. III. in cap. ex parte. & in capit. veniens. 2. de ſponſalibus & matrimoniis. idẽ etiam diffinit Innocentius. III. in cap. ſicut. & cap. tuæ fraternitati. Gregor. IX. in cap. ſi inter virum. eodem titulo. in iſtis omnibus decretis iſti Pontifices determinat, quod eſt verum matrimonium etiam ante conſummationem, ergo copula carnalis actualis non eſt eſſentialis matrimonio.

Ca. ex parte, c. veniẽs 2. de ſponſal. et matrim.

¶ Et confirmatur argumentum ex traditione totius Eccleſiæ uniuerſalis, & ex cõſenſu omnium fidelium, omnes enim certiſſimè tenent, quod eſt uerum matrimonium ante conſummationem illius, & quod ſunt verè coniugati, & quod habet vinculum indiſſo-

indiſſolubile, ergo copula carnalis actualis non eſt eſſentialis matrimonio.

¶Quintò probatur concluſio autoritate omnium Sanctorum & Doctorum. Iſtam ſententiam tenet D. Ambroſ. libro 2. commentariorum in Lucam, cap. 1. & libro de honeſtate virginum cap. 5. & præcipuè capit. 6. vbi dicit, defloratio virginitatis non facit matrimonium, ſed pactio coniugalis: eandem ſententiam tenet Chryſoſt. homil. 26. in Matthæum. D. Aug. libr. 1. de nuptijs & concupiſcentia, cap. 11. D. Iſidor. libro 9. etymologiarum circa finem, & idem tenent multi alii Sancti: & eandem ſententiam docent omnes Theologi cum Magiſtro in 4. diſt. 26. cap. vltimo. & diſt. 27. cap. 1. & 2. D. Tho. expreſsè in hoc articulo, & in 3. par. loco citato, & omnes Thomiſtæ, ergo de eſſentia matrimonij non eſt copula carnalis actualis.

Mat. 19.

Ad Eph. 5.

Gene. 4.

¶Sextò probatur concluſio rationibus. Eſſentia matrimonij (vt dicemus infra quæſtione 44) conſiſtit in coniunctione viri & fœminæ & in quadam vnione, & relatione quæ eſt inter ipſos coniuges, ergo eſſentia matrimonij conſiſtit in copula coniugali, & non in copula ipſa carnali actuali. ¶Et confirmatur argumentum. Nam vniuerſalis eccleſia tenet, quòd matrimonium ratũ non conſummatum non diſſoluitur per ſubſequens matrimonium conſummatum, quod quidem demonſtrabitur infra, & tamen ſi illud matrimonium ratum ante conſummationem non haberet verã rationẽ matrimonii, ſed ſolùm haberet vim ſponſaliorum de futuro, diſſolueretur per ſubſequẽs matrimonium, nam ſponſalia de futuro (vt dicetur in quæſtione ſequenti) diſſoluuntur per contractum verum matrimonii, præcipuè ſi ſit matrimonium conſummatum, ergo matrimonium ratum etiã ante cõſummationem habet ueram rationem matrimonij.

Tobiæ. 7. & 8.

Ca. ex parte, & veniẽs 2. de ſponſal. et matrim.

¶Septimò probatur cõcluſio. Perfectio, quæ deſumitur ab vſu, & operatione non poteſt eſſe perfectio eſſentialis, ſed perfectio quæ deſumitur à copula carnali actualis, deſumitur ab vſu & operatione, ergo talis perfectio non eſt eſſentialis ipſi matrimonio. Conſequentia eſt euidens. Maior probatur. Nam actus & operatio ſupponit eſſentiam iam conſtitutã: motus enim deorſum in lapide præſupponit eſſentiam lapi-

A dis conſtitutam, & idem eſt de omni actione. Et ratio eſt. Nam operatio ſignificatur vt egrediens ab agente, & ita debet præſupponere eſſentiam agentis iam conſtitutam. Minor verò eſt per ſe nota.

¶Octauò probatur cõcluſio. In matrimonio datur poteſtas ad copulam carnalem, & gratia quæ confertur in illo inquantum eſt ſacramentum, datur ad hoc, ut ille actus bene fiat, ergo ipſe actus nullo modo eſt eſſentialis ipſi matrimonio ét in ratione ſacramẽti. Probatur conſequentia. Nam quando in aliquo ſacramento datur poteſtas ad aliquẽ actum, & gratia vt debitè fiat ille actus non B eſt eſſentialis ipſi ſacramento ét in ratione ſacramenti, vt patet in ſacramento ordinis, in quo datur poteſtas ad conſecrandum corpus & ſanguinem Chriſti, & gratia ut iſte actus debitè fiat: & tamen ipſe actus conſecrãdi nullo modo eſt eſſentialis ipſi ſacramẽto ordinis: ſed ante ipſum actum eſt ipſa eſſentia ſacramenti, ergo ſimiliter in matrimonio. Et aduertendum ꝙ argumenta facta probant non ſolùm eſſe certum ſecundũ fidem ꝙ reperitur vera ratio matrimonii & eſſentia illius ante copulam carnalem, ut eſt C aliquid naturale, verùm etiam ut eſt ſacramentum: nam certum eſt ſecundum fidem (vt ſupra dictum eſt) ꝙ contractus ipſe naturalis eleuatus eſt ad rationem ſacramẽti, & ita ſi vera ratio & eſſentia contractus naturalis reperitur in matrimonio ante conſummationem illius, vera etiam ratio & eſſentia talis ſacramenti reperitur ante conſummationẽ ipſius matrimonii, ſed adhuc explicandum eſt, an reperiatur tota integra ratio ſacramenti matrimonii ante conſummationem quantum ad rationem ſpecificã & genericam, an uero ſola ratio generica.

D ¶In cuius expoſitionem ſit ſecunda concluſio. In contractu matrimonii ante conſummationem, & ante copulam carnalem reperitur integra & perfecta ratio ſacramẽti matrimonii quantum ad rationem genericam & ſpecificam, loquendo de ratione eſſentiali. Hæc concluſio eſt omnium Theologorum, & probatur primo. Nam implicat contradictionem ut docet D. Thom. in multis locis quòd aliquid ſit in genere, & non ſit in aliqua certa, & determinata ſpecie. Ratio huius eſt. Nam ratio generica ubi cunque inuenitur, inuenitur determinata per aliquam differentiam: ſed matrimonii

ante copulam carnalem habet veram ratio nem ſacramenti nouæ legis, vt diffinitum eſt in concluſione præcedenti: ergo ante co pulam carnalem debet eſſe differentia ſpecifica talis ſacramenti determinans rationē genericam, ac ſubinde debet habere rationē ſacramēti perfectam & integram quantum ad genus & differentiam.

¶ Secundò probatur concluſio, & confirmatur argumentum præcedens ſumendo in particulari aliquod matrimonium ante conſummationem illius, tunc eſt argumentum. Nam ridiculum eſt dicere, quòd in ali quo indiuiduo reperiatur ratio generica, & B non reperiatur ratio ſpecifica, nam ſi eſt indiuiduum alicuius generis ſub aliqua ſpecie debet contineri: ergo ſi in iſto matrimo nio indiuiduali continetur ratio generica ſacramenti nouæ legis, debet etiā contineri ratio ſpecifica & differentialis, ac ſubinde in tali matrimonio eſt ratio eſſentialis integra & perfecta quantum ad eſſentialia, ſcilicet quantum ad genus & differentiam.

¶ Tertio probatur cōcluſio. Nam ex oppoſita ſententia ſequitur, quod in copula ipſa carnali ſit ratio ſpecifica & eſſentialis ſeu differentialis ſacramenti matrimonii. Conſequens autem eſt apertè falſum, ergo & illud ex quo ſequitur. Sequela eſt manifeſta. Nam ſi ante copulam carnalem ſacramentum matrimonii non eſt integrum & perfectum quantum ad eſſentialia, ſed ſolū quantum ad rationem genericam, ergo in ipſa copula carnali eſt ratio ſpecifica & differentialis ſacramenti matrimonii. Falſitas conſequentis de ſe eſt manifeſta, & probatur. Nā aliàs ſequeretur, q in copula ipſa carnali daretur gratia ſacramentalis ipſis contrahentibus, nam apponitur quædam pars eſſentialis ſacramenti matrimonii.

¶ Quarto probatur concluſio. Nam ex oppoſita ſententia ſequitur, quod aliquando ſacramentum matrimonii conſtaret tanquam ex partibus eſſentialibus ex actibus qui diſtant inter ſe per longiſſimū tempus. Conſequens aūt ridiculum eſt, ergo & illud ex quo ſequitur. Sequela vero probatur, ſupponendo q aliqui contraxerunt matrimonium de præſenti & non conſummauerunt illud per vnū integrū annū, tunc ſic. Iſtud ſacramentum conſtat tanquā ex genere & differentia, uel tanquā ratione generica & ſpecifica ex cōtractu matrimonii & eius conſū A matione ergo conſtat ex partib. eſſentialibus quæ diſtant inter ſe per longiſſimū tēpus.

¶ Ex his duabus concluſionib. colligitur apertè q ſententia Vvitcleff eſt hæretica, ſicut & eius autor hæreticus eſt. Gratianus vero qui multum adhæſit in modo loquendi errori dicto, non parum errauit, quamuis ipſe autor nimis catholicus ſit: at uero Medina ſatis infructuoſè locutus eſt. Credēdum tamen eſt, quod iſte autor non uoluerit admittere aliquem errorem contra matrimonium ſanctiſſimæ Virginis, ſed minus Theologicè eſt locutus. Quis enim uidit vnquam in aliquo indiuiduo rationem genericam ſine ratione ſpecifica? hic autem autor concedit in matrimonio ratō ante copulam carnalem inueniri genericam rationem ſacramenti nouæ legis, ſed non rationem ſpecificam talis ſacramenti matrimonii, imò quod amplius eſt, in illo cap. 66. iam citato, uidetur concedere, quod per ſolam uoluntatem recipiendi ſacramentum aliquod, poſſit quis recipere gratiam ſacramentalem genericam, licet non poſſit recipere gratiam ſacramentalem talis ſpeciei ſine reali ſuſceptione ſacramenti: hęc autem omnia non C ſunt cum proprietate, & rigore ſcholaſtico dicta.

¶ Sed adhuc explicandum eſt in particulari, quomodo ſe habeat copula carnalis ad ipſum matrimonium, ſiue conſideretur matrimonium in ratione contractus, ſiue in ratione ſacramenti. Et in huius rei expoſitionem ſit tertia concluſio. Copula ipſa carnalis eſt perfectio accidentalis matrimonii in quantum eſt aliquid ordinis naturalis, & in quantum habet rationem ſacramenti. Hæc concluſio eſt expreſſa Diui Thomæ in hoc art. & in 3. par. q. 29. loco citato, eam tenēt D omnes Thomiſtæ, præcipuè Caiet. in opuſculo 17. reſponſionum, reſponſione 2. & eā tenent uniuerſi Theologi nullo excepto. Et probatur primò de matrimonio ut eſt aliquid naturalē. Nam unaquæq; res perficitur per ſuam operationem, & operatio eſt perfectio & actualitas rei, ſed matrimonium ordinatur ad copulam carnalem tanquā ad eius propriam operationē, ergo copula ipſa carnalis eſt perfectio accidentalis ipſius matrimonii. ¶ Confirmatur argumentum & explicatur. Nā in matrimonio datur poteſtas ad copulam carnalē, taliter q ex contractu matrimoniali nō ſolū reſultat uinculū, ſed

etiam

etiam poteſtas ad copulam carnalem, vt dicemus infra q. 44. hæc autem potentia intrinſeca matrimonii, maximè perficitur per copulam carnalem, tanquam per perfectionem accidentalem, ſicut perficitur, potētia intellectiua per actum intelligendi, ergo copula carnalis eſt perfectio accidentalis matrimonii. ¶Et confirmatur ſecundò. Nā potentia quæ datur in ordinatione ſacerdotis maxime perficitur accidentaliter per conſecrationem quæ eſt actus talis potentiæ, ergo poteſtas quę datur in matrimonio ad copulam carnalem, perficitur accidentaliter per ipſam copulā carnalē, & ita copula carnalis eſt perfectio accidentalis matrimonii.

¶Secundò probatur. Nam matrimoniū poſt copulam carnalem eſt omnino indiſſolubile etiam per ingreſſum religionis, vt dicemus infra, ſed ante copulam carnalem nō eſt omnibus modis indiſſolubile, nam diſſoluitur per ingreſſum religionis, ergo póſt copulam carnalem aliquam perfectionem habet accidentalem in ratione matrimonii, ratione cuius eſt indiſſolubile omnino, quam quidem non habebat antea.

¶Tertiò probatur cōcluſio de matrimonio in ratione ſacramēti Nam (vt diximus ſupra ar. 1. huius q. in quinta difficultate) matrimonium ratione copulæ carnalis ſignificat coniunctionem puriſſimi Verbi cū noſtra humanitate, ergo aliquam perfectionem habet accidentalem in ratione ſignificandi, ac ſubinde in ratione ſacramenti q̄d eſt ſignum rei ſacræ quam non habebat ante copulam carnalem. ¶Et confirmatur argumentum. Nam poſt conſummationē, matrimonium ſignificat coniunctionem Chriſti cum eccleſia per gratiam conſummatam hanc autem rem ſacram nō ſignificabat ante copulam carnalem, ergo copula carnalis eſt perfectio accidentalis matrimonii in ratione ſacramenti, & ita matrimonium per copulam carnalem dicitur conſummatum & perfectum. Et hæc concluſio probari poteſt multis argumentis ex his quæ facta ſunt in principio.

¶Sed contra iſtam concluſionē ſunt duo argumenta, ut magis explicetur. Primū argumētum eſt, quia ſi copula carnalis eſt de perfectione accidentali matrimonii, ſequitur, ꝙ inter uirgines non ſit perfectum matrimonium, ſiquidē deficit illa perfectio accidentalis. Conſequens autem eſt falſum. Quia copula carnalis potius deiicit à ſtatu perfectioris; ergo copula carnalis non eſt de perfectione accidentali matrimonii.

¶Secundo arguitur. Si matrimonium non conſummatum habet imperfectam ſignificationem, ſequitur quod habeat etiam imperfectum effectum. Conſequens autem eſt contra iam dicta, ergo & illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam ſacramentum ſignificando efficit: ergo ſi habet imperfectam ſignificationem, habet etiam imperfectum effectum. Falſitas conſequentis conſtat, quia aliàs ſine copula carnali non eſſet perfectum ſacramentum, ſiquidem non haberet perfectam efficientiam.

¶Ad primum argumentum reſpōdetur, quòd cum uniuerſæ res ſint propter ſuas operationes, & ſimiliter matrimoniū, quādiu non eſt operatio matrimonii ex iſta parte imperfectum eſt in ratione matrimonii, non eſt autem inconueniens quòd id quod imperfectum eſt ex una parte, ex alia parte habeat maiorem perfectionem, & ita matrimonium cōtinentium reſpectu finis immediati imperfectum eſt intra ſuam rationem, ſed reſpectu altioris finis ſanctius eſt & perfectius.

¶Ad ſecundum reſpondetur, ꝙ ſacramēta efficiunt ſignificando rem contentam, & quanquam rem aliam ſacram imperfectius ſignificent, nihil tollitur ab ipſo effectu: matrimonium uerò ratum ſignificat coniunctionem Dei cum anima, quæ eſt in præſenti uita & hanc efficit: matrimonium uero conſummatum ſignificat coniunctionem quæ eſt in patria per gratiam conſummatam, igitur ut ſacramentum ſit perfectum, & ut integrum ſortiatur effectum, ſatis eſt quod ſignificet gratiā, quatenus efficit primam coniunctionem.

¶Quarta concluſio. Ordo ad copulam carnalē eſt intrinſecus & eſſentialis ipſi matrimonio, ſiue conſideretur matrimonium in ratione contractus naturalis, ſiue in ratione ſacramenti, itaque ſicut ordo ad actū eſt intrinſecus & eſſentialis potentiæ, ita etiam quodammodo ordo ad copulam coniugalē eſt intrinſecus & eſſentialis ipſi matrimonio. Hæc concluſio ita explicata probatur. Nam ex matrimonio, quod eſt uinculum quoddam & quędam coniunctio inter ipſos coniuges, oritur ueluti propria

paſſio

paſſio potentia quædam & quædam poteſtas ad copulam carnalem, ergo ordo ad copulam carnalem eſt intrinſecus & eſſentialis ipſi matrimonio. Conſequentia eſt euidens, antecedens verò explicabitur in q. 44. Aduertendum tamen eſt, quòd ordo ad copulam carnalem duplex eſt, alius quidẽ immediatus & proximus, ſicut potentia intellectiua immediatum, & proximum ordinẽ dicit ad actum intellectus, alius verò eſt ordo remotus & veluti mediatus, ſicut eſſentia animę immediatè dicit ordinem ad intellectum, & mediante intellectu ad ipſam intellectionem: & iſte ordo eſt veluti radicalis & fundamentalis. Igitur in propoſito cum dicimus in concluſione, quòd ordo ad copulam carnalem eſt intrinſecus & eſſentialis matrimonio, loquimur de ordine radicali & fundamentali, nam loquendo de ordine immediato, & proximo potius habet rationem propriæ paſſionis: nam ex eſſentia matrimonii oritur poteſtas ad copulam carnalem, quæ immediatum & proximum ordinem dicit ad copulam carnalem, & ita Cniet. in loco immediatè citato docet, q̃ copula carnalis continetur in matrimonio in potentia. Ex quo colligitur, quòd quamuis ipſa copula carnalis ſit perfectio accidentalis matrimonii, nihilominus tamen quandam connaturalitatem habet cum ipſo matrimonio, ſicut actus intellectus habet quandam connaturalitatem cum ipſo homine, & ſicut motus deorſum habet connaturalitatem cum ipſo lapide. Et ratio huius eſt. Nam actus propriæ paſſionis habet quandam connaturalitatem cum ipſa propria paſſione.

QVibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principio. Ad primũ reſpondetur, quod quando Sancti dicunt non eſſe verum matrimonium ſine copula carnali intelligendum eſt, quod non eſt perfectum perfectione accidentali, nam aliquando verum idem ualet quod perfectum perfectione accidentali: & ita Sancti aliquando dicunt, quod fides mortua non eſt uera fides, quod quidem neceſſario intelligitur de fide perfecta perfectione accidentali, aliàs enim eorum ſententia eſſet hęretica. ¶Item dicendum eſt, quod quando Sancti in teſtimoniis allegatis dicunt non fuiſſe verum matrimonium inter Beatam Virginem & Ioſeph, & quòd Beata Virgo

A non fuit vxor Ioſeph: iſta nomina uxor, coniux, dupliciter accipi poſſunt. Vno modo propriè pro ea, quæ contraxit per uerba de præſenti, quamuis non conſummauerit matrimonium: & in iſto ſenſu ſine dubio Beata Virgo fuit vxor & coniux Ioſeph, neque iſto modo ſunt intelligendi Sancti qui oppoſitum dicunt. Quandoque vero accipiuntur iſta nomina impropriè, ut nuptiæ dicantur illæ in quibus celebrata eſt copula carnalis, coniuges, vero & uxores, qui tales nuptias conſummauerunt: & iuxta iſtam acceptionem intelligendi ſunt Sancti qui loquuntur de Beata Virgine & Ioſeph. ¶Denique dicere poſſumus, quod Sancti aliquando loquuntur ſecundum morem communem hominum, homines autem communiter dicunt, matrimonium non conſummatum eſſe ſponſalia, & coniuges ante deſponſationem uocantur ſponſi.

B

¶Ad confirmationem ex D. Ambro. Hierony. Auguſt. & Leone dicendum eſt, quod D. Ambroſ. dicet allegetur à Gratiano pro ſua ſententia in illa cauſa 27. quæſtione 2. canone cum initiatur 1. potiùs tamen fauet noſtrę ſententiæ, dicit enim. Cum initiatur coniugium, coniugii nomen nanciſcitur: nam defloratio uirginitatis non facit matrimonium, ſed pactio coniugalis: deniq; cum mulier coniungitur uiro, coniugium eſt, nõ cum uiri admixtione cognoſcitur. Vbi clarè & apertè ſignificat, coniugia initiata per cõſenſum ante ullam cognitionem corporum eſſe vera coniugia, ſed nondum conſummata & perfecta accidentali perfectione. Et eodem modo intelligẽdus eſt D. Hier. Diuus vero Auguſtinus falſò allegatur à Gratiano in illo canone non dubium, licet Magiſter ſententiarum in illo allegato cap. vltimo dicat, illud teſtimonium eſſe D. Aug. Sed certè in toto D. Aug. nihil tale reperitur, quod ſi quid ſimile in D. Auguſt. reperitur, intelligendum eſt iuxta dicta in ſolutione ad argumentum. Ad teſtimonium Leonis primi, Magiſter Sotus in 4. diſt. 26. quæſt. 2. ar 4. & diſt. 27 q. 1. ar. 4 adhibet duas ſolutiones: uidete illas in illo: & Magiſter ſent. in allegata diſt. cap. ultimo adhibet aliam, & eandem adhibet Hugo de ſancto Victore parte. 1. c. 4. ſcilicet matrimonium nondum cõſummatũ dici à D. Leone imperfectum, ex eo quod deeſt illi una ſignificatio matrimonii, uidelicet ſignificare deſponſationem Chriſti cũ noſtra

Canone cum initiatur. 1. 27. q. 2.

C D

noſtra humanitate per vnionem hypoſta- A
ticam. Legitimus ergo ſẽſus huius autoris
cõſtabit manifeſtè legenti epiſtolam illam
cap.4. cuius initium eſt. Non omnis fęmi
na iuncta viro vxori viri eſt:ex quib. uerbis
conſtat manifeſtè, Leonem eò loco voluiſ-
ſe reprobare quædam fœdera fortaſſe per-
petua quæ fiebant inter concubinarios,aſſe
rens ea,etiam ſi conſummata eſſent per co
pulam carnalem,nõ eſſe vera matrimonia:
ad quod quidem affert multa, & inter alia
ait. Cũ n ſocietas nuptialis ita ab initio cõ
ſtituta ſit , ut propter ſexum coniunctiõ-
nem haberet in ſe Chriſti & eccleſiæ ſacra
mentum,non dubium eſt illam mulierem
non pertinere ad matrimonium, cùm qua B
docetur non fuiſſe nuptiale miniſteriũ. In
quibus verbis apertum eſt, Leonẽ nõ reii-
cere à ratione matrimonii matrimoniũ nõ
dum conſummatum , a quo eſt Chriſti &
eccleſiæ ſacramentum, ſed concubinatum,
in quo non eſt tale ſacramentum uel my-
ſteriũ etiamſi concubinarii perpetuo fœde
re & copula carnali copulentur. Quocirca
Gratianus pertinax nimiũ fuit in aſſeren-
da illa ſententia , & eius pertinacia fuit in
cauſa,ut hallucinaretur in allegandis teſti- C
moniis Ambroſii & Leonis,& (quod peius
eſt) in ſignificando beatam Virginem &
Ioſephum dici coniuges in ſacris literis &
virum & uxorem , à ſponſione futuræ co-
pulæ carnalis,quod eſt hæreticum,cum ta
men ab illa ſponſione tantum eſſent ſpõſi.
Errat in hoc vehemẽter Gratianus,& ideo
optimè reprehendit illum magiſter Sotus
in allegata diſt.26.

¶ Ad ſecundum argumentum reſponde
tur , quod ſignificatio propria & ſpecifica
huius ſacramenti per quam cõſtituitur in
ratione huius ſacramẽti & diſtinguitur ab D
omnibus aliis ſacramẽtis, debet eſſe practi
ca,cum ratio ſacramenti ſit ratio ſigni pra-
ctici,& ideo loquendo de ſignificatione eſ-
ſentiali, ratio talis ſacramenti & talis ſigni
deſumenda eſt ex ſignificatione quæ ſigni-
ficat effectum,quem efficit : & ita ratio ſa
cramenti matrimonii deſumitur ex ſigni-
ficatione,qua ſignificat gratiã quæ confert
coniugib. per modũ vnionis & cõiunctio-
nis,ut iã ſępè dictũ eſt:nõ uerò ex alii quę
ſignificantur per ſacramẽtum,quamuis illa
etiam aliquo modo pertineant ad rationẽ
ſacramenti. ¶Secundo dicere poſſumus,ꝙ

A (vt diximus in ultima concluſione huius
dubii) ordo ad ipſam copulã carnalem eſt
intrinſecus & eſſentialis ipſi matrimonio ,
& in ratione contractus naturalis & in ra-
tione ſacramenti,& ipſa copula carnalis in
potentia eſt intrinſeca ipſi matrimonio, &
ita ratione huius copulæ carnalis & ratio-
ne huius ordinis ad illum ſacramẽtum ma
trimonii habet ſignificare coniunctionem
verbi cum noſtra humanitate per myſte-
rium incarnationis,& hoc eſt eſſentiale ipſi
ſacramento matrimonii ratione iam dicta.

¶Ad tertium argumentũ reſpondetur ,
quod ſine dubio in ſacramẽto matrimonii
datur gratia ad perficiendam ipſam coniun
ctionem naturalem in ordine ad copulam
carnalem & propter ipſam copulam carna
lem ad quam datur poteſtas in ipſo contra
ctu matrimoniali:ſicut datur gratia in colla
tione ordinum in ordine ad actum & pro-
pter actum ipſorum ordinum , ut bene &
debite ille actus exerceatur. Et ad argumẽ
tum factum in oppoſitum,dicendum eſt,ꝙ
matrimoniũ,de quo eſt ſermo in argumẽ-
to,per ſe,& ex natura ſua ordinatur ad co-
pulam carnalem & in illo datur uera pote-
ſtas ad illam,& ita in tali matrimonio verè
confertur gratia ſacramentalis huius ſacra
menti:per accidens tamẽ ex intentione cõ
trahentis non ordinatur ad copulam carna
lem:hoc autem non eſt incõueniens, ut pa
tet manifeſte in eo qui ordinatur, & tamẽ
habet intentionem nunquàm exequẽdi or
dines,nam poteſtas quæ ibi confertur, per
ſe & ex natura ſua ordinatur ad exequutio
nem ordinum,quamuis per accidẽs ex pra
ua intentione non ordinetur ad exercẽdũ
actum ordinis.¶Ad cõfirmationem reſpõ-
detur , quòd ordo ad ipſam commixtionẽ
carnalem eſt eſſentialis ipſi matrimonio,lo
quendo de ordine radicali iuxta dicta in vl
tima concluſione.

¶Ad quartum argumentum reſpondet,
quod ſi illud argumentum aliquid conclu-
deret,conuinceret ſubinde quòd matrimo
nium conſummatum non habet veram eſ
ſentiam matrimonii, nã matrimoniũ con-
ſummatum diſſoluitur aliquando in fauo-
rẽ fidei:quia(ut dicetur infrà)ſi alter cõ-
iux conuertatur ad fidem.& alter nolit co
habitare ſine iniuria creatoris, diſſoluitur
matrimoniũ cõſummatum . Igitur ad ar-
gumentum dicẽdum eſt, quod ſicut matri
monium

Canone cum initiatur. 27.q.2.

monium conſummatum, quod ex natura ſua eſt maxime indiſſolubile, diſſoluitur in hoc caſu ex Chriſti inſtitutione in fauoré fidei, quamuis ſit uerum & perfectũ matrimonium: ita etiam matrimonium ratum nondum conſummatum diſſoluitur per ſolemnem profeſſionem religionis; quamuis ſit uerum matrimonium.

¶ Ad ultimum argumentum reſpondetur, quod conſtat ex iam dictis, matrimonium (etiam ante cõſumationem) eſt verum & ualidum matrimonium, nihilominus tamen dicitur ſponſalia & coniuges dicuntur ſponſi, quia illud matrimonium nõ eſt perfectum & conſummatum, loquendo de perfectione accidentali, & quoniam illud matrimoniũ eſt diſſolubile per ingreſſum religionis, ꝙ quidem non habet matrimonium perfectum & cõſummatum Itaq; quia nõ attingit omninò perfectè rationé matrimonii, quia nondum habet actum ad quem ex natura ſua ordinatur, ideo vocatur nomine inferioris contractus; ſcilicet, nomine ſpõſaliorum. Nam ſicut ſupremũ infimi, attingit infimum ſupremi, induit nomé illius, ita, etiam infimũ ſupremi induit rationé inferioris, & nominatur nomine illius. ¶ Ad confirmationem reſpondetur, (quòd ſic dictũ eſt in articulo 3.) matrimonium in ratione ſacramenti & etiam in ratione contractus verè efficitur, quãdo fit per verba de præſenti, quãuis non ſit actus matrimonialis, & pro tunc eſt neceſſaria diſpoſitio ad ſacramentum matrimonii: Verum eſt, quòd cùm non ſit neceſſaria confeſſio, vel ſuſceptio ſacramenti Euchariſtiæ, ut iam diximus in loco citato, ideo Conciliũ Tridentinum conſulit. quod confeſſio, & ſuſceptio Euchariſtiæ debet fieri ante contractum matrimonii uel ſaltem triduo ante conſumatione illius: per hoc autem non ſignificat conciliũ, quod conſummatio matrimonii & uſus illius ſit de eſſentia matrimonii; ſed quoniam in matrimonio datur poteſtas ad copulam carnalem, & gratia ad hoc quod talis copula debite fiat, ideo conſuluit concilium, quod ſaltim ante cõſummationé matrimonii cõiuges optimo modo ſe diſponat per confeſſionem & ſuſceptionem Euchariſtiæ, ut actus matrimonialis debito modo fiat.

IN ſolutione ad ſecundum D. Tho. docet, quòd ſignificatio rei cõtétæ eſt de neceſſitate huius ſacramenti, & ad hanc ſignificationem non pertinet carnalis commixtio, ſed ad rem nõ contentã. Circa hoc eſt dubium, an ſola ſignificatio qua hoc ſacramentum ſignificat gratiam contentã in illo, ſit de neceſſitate huius ſacramenti. Et videtur quod non. Primò arguitur. Nã ſupra in artic. 1. huius quæſtionis in. 5. difficultate diximus, quod ſpecifica ratio huius ſacramenti eſt ſignificare nõ ſolum gratiã, verumetiam coniunctionem Chriſti cum eccleſia; & Verbi cum humanitate: ergo nõ ſolum eſt de neceſſitate huius ſacramenti ſignificare gratiam quę eſt res contenta, verumetiam rem non contentam, ſcilicet coniunctionem Verbi cum humanitate. Probatur conſequẽtia: Nam id quod eſt de ratione ſpecifica ſacramenti, eſt de eſſentia ſacramenti, ac ſubinde de neceſſitate illius.

¶ Secundo arguitur. D. Thom. in 3. par. quæſt. 61. art. 3. expreſſe docet, quod omnia ſacramenta nouæ legis habent ſignificare tria, videlicet Chriſti paſſionem & gratiam ſanãtem animam & denique gloriã: ſed paſſio Chriſti non eſt res contenta in ſacramento, ergo ſacramentum de ſua ratione habet ſignificare rem non contentam; ac ſubinde eſt de neceſſitate ſacramenti.

¶ Tertio arguitur. Si ſignificare gratiam cõtentam in ſacramento eſt de neceſſitate ſacramenti, ſequitur quòd potiſſima ſignificatio ſacramenti ſit illa, qua ſignificat gratiam, cõſequens eſt falſum, ergo & illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam illud quod eſt de neceſſitate alicuius rei eſt potiſſima ratio eius, ut patet in homine, cuius potiſſima ratio eſt animal rationale, quoniã eſt de neceſſitate eius. Falſitas cõſequẽtis cõſtat, nã in ſacramẽto matrimonii principalior ratio eſt ſignificare cõiunctionem verbi cum noſtra humanitate, ſiquidé principaliùs ſignificatum eſt iſta coniunctio, & in ſacramento Euchariſtiæ principalior ratio eſt ſignificare Chriſtum, quàm ſignificare gratiam.

¶ His non obſtantibus concluſio ſit, ꝙ doctrina D. Thom. in hac ſolutione eſt uera, itaque ſignificatio rei cõtentæ eſt de neceſſitate ſacramenti, non uerò ſignificatio rei non contentæ. & ita ſignificatio qua matrimonium ſignificat gratiam per modum coniunctionis & unionis inter ipſos coniuges,

ges,eſt de neceſſitate huius ſacramenti, nõ vero ſignificatio qua ſignificat coniunctionem verbi cùm humanitate: quoniam hæc coniunctio non eſt res contenta in ſacramento .

¶Hæc concluſio ſic explicata probatur primo ex D.Tho.in 3.par.q.60.ar.3. ad tertium.vbi D.Th.expreſſe dicit,ꝙ ſufficit ad rationem ſacramenti,ꝙ ſignificet perfectionem quæ eſt forma,ideſt, ſufficit ad rationem ſacramenti,ꝙ ſignificet gratiam iuſtificantem,quæ eſt forma inhærens animæ:ergo in doctrina D.Tho.ſolum eſt de neceſſitate ſacramenti ſignificare rem contentam in ipſo ſacramento .

¶Secundo probatur concluſio . Vt conſtat ex dictis in illo loco citato,ſacramentũ diffinitur,quòd ſit inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ideſt , ſignum uiſibile ſignificans gratiam inuiſibilem,ergo de neceſſitate ſacramenti ſolùm eſt ſignificare gratiam iuſtificantem . ¶Confirmatur argumentum ex illa diffinitione ſacramenti quæ in eodem loco adducitur . Nam ſacramentum eſt ſignum rei ſacræ ſecundum quod res illa ſacra ſanctificat homines,ſed homines ſanctificantur per gratiam, ergo ſolum eſt de neceſſitate ſacramenti ſignificare gratiam , quæ in ipſo ſacramento continetur.

¶Tertio probatur concluſio ſpecialiter in ſacramentis nouæ legis.Nam(vt dictum eſt in præcedentibus) ſacramentum nouæ legis habet,quòd ſit ſignum practicum,efficiens quod ſignificat , ſed hæc ſignificatio practica quæ habet coniunctam efficientiam,ſolùm ſaluatur reſpectu gratiæ , quæ continetur in ipſo ſacramento : nam omnia alia quæ ſignificantur per ſacramẽtum non efficiuntur per illud:vt patet de paſſione Chriſti quæ ſignificatur per omnia ſacramenta, & tamen non efficitur per illa : ergo de ratione ſacramenti ſolum eſt ſignificare gratiam , quæ in ſacramento continetur .

¶Et vt hanc concluſionem & doctrinam D.Thom.in hac ſolutione explicemus,aduertendum eſt,quòd D.Thom in loco ſupra citato & in hac ſolutione vult ſignificare,quòd præcipuũ quod habet ſacramentum, eſt ſignificare gratiam ſanctificantem animam , & hæc ſola ſignificatio eſt ſufficiens ad conſtituendam eſſentiam ſacramẽti,etiam ſi nihil aliud ſignificaret: & quam-

A uis ſignificaret omnia alia nõ ſaluaretur ratio ſacramenti,niſi ſignificaret gratiã:quoniam omnis alia ſignificatio eſt ſpeculatiua, hæc vero ſola eſt practica . Verum eſt , ꝙ Chriſtus Dominus uoluit, quòd ſacramenta ſignificarent aliqua alia minus principaliter,quoniam illa aliquo modo pertinebãt & dicebant ordinem ad ipſam gratiam. Igitur ad propoſitum, id quod primò & principaliter, ſignificat ſacramentum matrimonij:eſt gratia quæ datur coniugibus , quæ continetur in ipſo ſacramento , cæterum coniunctio uerbi cùm humanitate non eſt B præcipuum ſignificatum, & ſine illo poſſet ſaluari ratio ſacramenti matrimonij, & ita reuera ſaluatur. Nam(vt dictum eſt)ſacramentum matrimonij habet ſignificare coniunctionem uerbi cum humanitate ratione commixtionis carnalis,antequam reuera reperiatur ratio ſacramenti matrimonii, quamuis hæc omnia quodammodo pertineant ad rationem ſpecificam huius ſacramenti .

¶Quibus poſitis , reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio huius dubii . Ad primum argumentum reſpondetur, ꝙ C cum diximus in loco citato in argumento, quòd omnia illa pertinent ad ſpecificã rationem ſacramenti matrimonij,intelligendum eſt taliter , ꝙ præcipua & principalis ratio talis ſacramenti eſt ſignificare cõiunctionem ſpiritualem quæ fit inter ipſos cõiuges & gratiam ipſam quæ habet pro effectu formali iſtam coniunctionem,alia verò ſignificata , ſunt ueluti acceſſoria ex Chriſti inſtitutione & quodammodo pertinent ad rationem ſpecificam ſacramenti, non tamen ita principaliter : & inter hæc ſignificata annumeratur coniunctio Verbi cũ hu- D manitate: nam ſine omnibus iſtis,ſignificatis poſſet ſaluari ratio ſacramenti matrimonii,& ita ſpecificatio matrimonii potiſſimè eſt ſumenda ex ſignificatione,qua ſignificat gratiam contentam in ſacramento .

¶Ad ſecundum argumentũ reſpondetur ꝙ quamuis D.Th.in loco ibi citato dicat , ꝙ omnia ſacramenta ſignificant paſſionem Chriſti,tamen paſſio Chriſti non eſt præcipuum ſignificatum,nam(vt dicit D.Tho. ibidem ad tertium) ſine iſto ſignificato poteſt ſaluari ratio ſacramẽti ,& ſolum eſt de neceſſitate ſacramenti ſignificare rem contentam in ſacramento,ſ.gratiam.

¶Ad tertium argumentum reſpõdetur, quòd potiſſima ratio ſacramenti eſt ſignificare gratiam, quæ continetur in ipſo ſacramento, vt dicunt omnes Thomiſtæ in loco ſæpè citato in hoc dubio. Et ad probationem in oppoſitum, quæ deſumitur ex ſacramento matrimonii dicendum eſt, ꝙ ſignificatio, qua ſignificatur gratia eſt potiſſima ratio huius ſacramenti, & quamuis in ratione rei aliquid principalius ſit coniunctio Verbi cum humanitate, tamen in rõne ſignificati nõ eſt potiſſimum ſignificatũ huius ſacramenti: poteſt enim aliquãdo contingere quod id, quod eſt principalius in ratione rei, ſit minus principale in ratione ſignificati, vt conſtat exemplo dialectico: nam in ratione rei aliquid principalius eſt corpus quam albedo, tamen in ratione ſignificati per iſtum terminum, album, aliquid principalius eſt albedo quam corpus. ¶Item poſſemus dicere, quod ſignificatio qua ſacramẽtum matrimonij ſignificat gratiam, eſt principalior, quoniã eſt magis intima & magis intrinſeca ſacramẽto matrimonii, quàm ſignificatio, qua ſignificat coniunctione in Verbi cum humanitate, quamuis ſignificatio, qua ſignificat iſtam coniunctionem Verbi cum humanitate ſit perfectior: quoniam aliquando ita contingit, ꝙ illud quod non eſt ita intrinſecum habeat rationem maioris perfectionis, imò perfectio in rebus creatis ſumitur ab accidentibus, loquendo de perfectione ſimpliciter & abſolutè. Itaque in matrimonio iſtæ duæ ſignificationes ita ſe habent, ꝙ ſignificatio, qua ſignificat gratiam collatam coniugibus per modum vnionis, & per coniunctionis eſt de neceſſitate ſacramenti matrimonij, & eſt intrinſeca & eſſentialis illi, ſine qua ſaluari non poteſt eſſentia ſacramenti matrimonij: ſignificatio verò qua ſignificat coniunctionẽ Verbi cũ humanitate, quamuis eſſet perfectior, non tamẽ eſt ita intima & eſſentialis, nam ſine illa poſſet ſaluari intrinſeca ratio ſacramenti matrimonij.

¶Et ad aliud qđ adducitur de ſacramento matrimonij aliqui viri docti in loco ſæpè citato exiſtimant, ꝙ quamuis omnia alia ſacramenta præcipuè ſignificent gratiam iuſtificantẽ animam, nihilominus tamẽ aſſeſit, quòd ſacramentum Euchariſtiæ habet hoc peculiare inter alia ſacramenta, ꝙ non ſignificat præcipuè gratiam, ſed corpus, & ſanguinem Chriſti, quod quidem ſignificatur in forma qua conficitur hoc ſacramentum, ſcilicet, Hoc eſt corpus meum. Hic eſt calix ſanguinis &c. Itaque quoniam eſt ſupremum ſacramentum non ſignificat præcipuè gratiã, ſed fontem ipſum gratiæ. Iſtã doctrinam impugnant aliqui Thomiſtæ in eodem loco, tali ratione. Nã ſi hoc eſſet verum, ſequeretur ꝙ ratio ſacramenti non eſſet vniuoca, & euiſdem rationis in omnibus ſacramentis, ſiquidem omnia alia ſacramenta intimè & eſſentialiter habẽt ſignificare gratiã iuſtificantem animã, ſacramentum verò Euchariſtiæ minime, & ita nõ erit eadem ratio ſacramenti, & hoc cõſtat ẽt ex definitionib. ſacramenti iam dictis. Autores verò qui impugnãt iſtam ſententiam docent, ꝙ Euchariſtia ſignificat principaliter corpus & ſanguinem Chriſti, ſed ſacramentum vt ſacramentum, ſemper ſignificat principaliter gratiam, & quod nõ eſt inconueniens, quod genus ſignificet principaliter vnum, ſpecies verò aliud. nam animal principaliter ſignificat gradum ſenſitiuum, homo verò gradũ rationalitatis. Cõtra hãc ſolutionẽ eſt argumentum. Nam ſignificare principaliter gratiam, vel eſt de eſſentia ſacramenti vel non, ſi eſt de eſſentia ſacramenti, vt ipſi fatentur, ergo reperitur in oĩbus ſacramentis, & ita ſacramentum Euchariſtiæ principaliter ſignificat gratiam: ſi verò non eſt de eſſentia ſacramẽti ſignificare principaliter gratiam, ſed tantum eſt accidens illius, non eſt neceſſarium quòd reperiatur in omnibus ſacramentis, nam nõ omnia quæ accidunt ſuperiori, accidunt inferiori, vt conſtat manifeſtè, nam animal accidentaliter eſt genus, & tamen hoc non conuenit homini: ea verò quæ intrinſeca ſunt animali neceſſariò reperiuntur in homine.

¶His igitur ſolutionibus eiectis pro nũc breuiter dicere poſſumus. Primo quòd D. Thom. in hac ſolutione ſolum dicit, quòd ſignificatio rei contentæ eſt de neceſſitate ſacramenti, & quod ſignificatio rei contentæ eſt intrinſeca ipſi ſacramẽto, & eſt principalius ratio ſacramenti, & ſacramentum Euchariſtiæ non ſolum ſignificat gratiã, & continet illam, verùmetiam cõtinet corpus & ſanguinẽ Chriſti & ita ſignificatio qua ſignificat corpus, & ſanguinem Chriſti eſt intrinſeca & principalis huius ſacramenti, cùm ſit ſignificatio rei contentæ. ¶Dicẽdũ eſt

A eſt ſecūdo, quòd ſacramentum Euchariſtiæ in ratione ſacramenti magis intrinſecè & eſſentialiter habet ſignificare ipſam gratiā, quàm ſignificare corpus & ſanguinē Chriſti, nā ratio ſacramenti inueniri nō poteſt, nec ſaluari ſine ſignificatione qua ſignificat gratiam, cum ſit ſignificatio practica & effectiua; ſignificatio uerò qua ſignificat corpus & ſanguinem Chriſti eſt illi adiūcta & intranea, non tamen eſt ita intrinſeca in ratione ſacramenti, ſicut ſignificatio præcedens. De hoc tamen plura dicūtur in loco citato & in materia de Euchariſtia, pro nūc hæc dicta ſufficiant.

¶ Circa ſolutionē ad tertium eſt aduertendum, quòd D. Tho. in illa ſolutione docet, B ꝙ gratia quæ datur in ſacramēto matrimonii ante commixtionē carnalem eſt aliquo modo in remedium concupiſcētiæ quoniam quamuis tunc nō ſit actus matrimonialis, eſt ordo ad ipſum actum matrimonialem, & ipſe actus matrimonialis continetur in potentia in contractu matrimoniali & in ipſo ſacramēto. Eſt optimum ſimile in ſacramēto ordinis, in quo datur poteſtas ad actum ordinis. datur etiam gratia ad illum actum quoniam illa poteſtas quę C datur in illo ſacramēto ordinatur ad actū: non diſsimiliter in noſtro propoſito in ſacramento matrimonii datur gratia ante copulam carnalem, quoniam in matrimonio datur poteſtas ad illam.

QVAESTIO XLIII.

De matrimonio quantum ad ſponſalia.

Onſequenter conſiderandū D eſt de matrimonio abſolutè conſiderato. Vbi primò agendū eſt de ſponſalibus. Secūdò de matrimonij ratione. Tertiò, de eius cauſa efficiente, ſcilicet de conſenſu. Quartò, de eius bonis. Quintò, de impedimentis ipſius. Sextò, de ſecundis nuptijs. Septimò, de quibuſdam matrimonio annexis. Circa primum quæruntur tria. Primò, quid ſint ſponſalia. Secundò, qui poſſunt contrahere ſponſalia. Tertiò, vtrum ſpōſalia dirimi poſſint.

De hac materia agunt Doctores in 4. diſt. 27. Magiſter Sotus ibidē quæſtione 2. Iuriſperiti in titulo de ſpōſalibus & matrimoniis. Sum miſtæ verbo ſponſalia, præcipue Syluester, Nauarro in Manuali cap. 22. numeris 25. 26. 27. 28. 29. Couarruuias ſuper quartum Decretalium, capit. 1. §. 1.

ARTICVLVS PRIMVS

¶ Vtrùm ſponſalia ſint futurarū nuptiarum promiſſio.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ſponſalia non conuenienter dicantur futurarū nuptiarū promiſſio, ut habetur ex uerbis Nicolai Papæ. Nicolaus ca. ubi non eſt, de de ſp. imp. C *Quia ſicut dicit Iſidorus, eſt aliquis ſpōſus, nō quia promittit, ſed quia ſpondet & ſpōſores dat. ſed à ſponſalibus dicitur aliqs ſpōſus: ergo malè dicitur promiſſio.* Lib. 19. ety. c. 7.

¶ 2 Præterea. Quicunque promittit aliquid debet compelli ad ſoluendū, ſed illi qui ſponſalia contraxerant non compelluntur per eccleſiam ad matrimonium complendum: ergo ſponſalia non ſunt promiſſio.

D *¶ 3 Præterea. In ſponſalibus non eſt quandoq; ſola promiſſio, ſed adijcitur iuramentum & aliqua arrhæ: ergo uidetur quòd non debuerint ſolum per promiſſionem definiri.*

¶ 4 Præterea Matrimonia debent eſſe libera et abſoluta. ſed ſpōſalia quādoq; fiunt ſub ali qua cōditione, etiam accipiendæ pecuniæ: ergo non conuenienter dicūtur promiſſio nuptiarum.

¶ 5 Præterea. Promiſſioque eſt de rebus futuris uituperatur Iac. 4 ſed circa ſacramenta nō debet aliquid eſſe

vituperabile: non ergo debet fieri futurarum nuptiarum promiſſio.

¶ 6. *Præterea. Nullus dicitur ſponſus niſi à ſponſalibus, ſed aliquis dicitur ſponſus ex præſentibus nuptiis, ut in litera dicitur: ergo ſponſalia nō ſemper ſunt futurarū nuptiarū promiſſio.*

RESPONDEO *dicendum, qđ cōſenſus in coniugalē copulā per uerba de futuro non facit matrimonium ſed matrimonij promiſſionē: & hac promiſſio dicitur ſponſalia à ſpondendo, ut dicit Iſidorus.* Vbi ſup. *Nā ante uſū tabularū matrimonij cautiones dabant, quibus ſpōdebant ſe inuicem conſentire in iure matrimonij, & fideiuſſores dabant. Fit autem promiſſio dupliciter, ſcilicet, abſolutè & ſub conditione. Abſolutè quatuor modis. Primò nuda pmiſſione, ut cum dicitur, accipiam te in meam, & econuerſo. Secundò, datis arrhis ſponſalitiis, ut pecunia, uel aliquid huiuſmodi. Tertiò, annulli ſubarrhatione. Quartò, interueniente iuramento. Si autem fiat dicta promiſſio ſub conditione, diſtinguendum eſt, aut eſt conditio honeſta, ut cum dicitur, accipiam te, ſi parentibus placeat; & tunc ſtante cōditione ſtat promiſſio, & nō ſtāte, nō ſtat: aut eſt inhoneſta, & hoc dupliciter: q a aut eſt contraria bonis matrimonij. Vt ſi dicam, accipiam te ſi venena ſterilitatis procures, & tunc non contrahuntur ſpōſalia; aut non eſt cōtraria bonis matrimonij, ut accipiā te ſi furtis meis conſentias: & tunc ſtat promiſſio, ſed tollenda eſt conditio.*

AD *primum ergo dicendum, quòd ipſa ſponſalia & ſponſorum donatio eſt promiſſionis confirmatio: & ideo ab hoc denominatur quaſi à perfectiori.*

AD *ſecundum dicendum, quòd ex tali promiſſione obligatur vnus alteri ad matrimonium contrahendum, & peccat mortaliter non ſoluens promiſſum, niſi legitimū impedimentū interueniat: & ſecundum hoc eccleſia cogit iniungendo pœnitentiam pro peccato, tamen in foro contentioſo non com-* A *pellitur, quia matrimonia coacta cōſueuerunt malos exitus habere, niſi fortè iuramentum interuenerit, quia tunc cogendus eſt, vt quidam dicunt: quamuis alijs nō uideatur propter cām prædictā, præcipue ſi de uxoricidio timeret.*

AD *tertium dicendum, quod illa addita non ſunt niſi ad confirmādam promiſſionem: unde nō ſunt aliud quā promiſſio.*

AD *quartum dicendum, quod conditio illa quæ apponitur non tollit matrimonij* B *libertatem, quia ſi eſt inhoneſta debet abijci, ſi autem honeſta, aut de bonis ſimpliciter, ut ſi dicatur, accipiā te ſi placet parentibus, & hæc conditio non tollit libertatem ſponſalium, ſed auget honeſtatem; aut eſt de vtilibus, ut ſi dicat, contraham tecum ſi dabis mihi 100. & tunc hoc non ponitur quaſi ad uendendum conſenſum matrimonij, ſed intelligitur vt promiſſio dotis: unde matrimonium libertatem nō perdit. Quandoq; autem apponitur condi-* C *tio pecuniæ per modum pœnæ, & tunc quia matrimonia debent eſſe libera, talis conditio non ſtat, nec poteſt exigi pœna illa ab eo qui non vult matrimonium complere.*

AD *quintum dicendum, quòd Ia. non intendit prohibere, quòd omnino aliquis nullam promiſſionem faciat de futuris, ſed quòd nō promittat quaſi fiduciam habens de uita ſua: unde docet, quòd debet apponi conditio, ſi Deus voluerit, quæ etiam ſi verbis non ex-* D *primatur, corde tamen debet intelligi.*

AD *ſextum dicendum, q in matrimonio poteſt conſiderari ipſa coniūctio matrimonialis, & actus eius, & à ſponſione primi in futurū dicitur ſpōſus à ſpōſalib. cōtractis per verba de futuro, & à ſpōſione ſecūdi dicitur aliquis ſpōſus etiā quando contractū eſt matrimoniū per uerba de præſenti, quia ex hoc ipſo ſpondet matrimonij actum: tamē à prima ſponſione dicuntur ſponſalia ꝓpriè, quæ ſunt quedā ſacramētalia matrimonij, ſicut exorciſmus baptiſmi.*

SVMMA

SVMMA ARTICVLI.

Conclusio ſit, quòd hæc eſt legitima definitio ſponſaliorum D. Tho. in corpore articuli explicat iſtam definitionem. In ſolutione ad ſecundũ D. Th. talem conſtituit concluſionem. Ex promiſſione futurarum nuptiarũ obligatur vnus alteri ad matrimonium contrahendum & peccat mortaliter non ſoluens promiſſum, niſi legitimum impedimentũ interueniat. Ratio huius eſt, quoniam ex ſponſalibus oritur obligatio ex iuſtitia, iuſtitia uero obligat ſub peccato mortali.

IN hoc articulo & in hac quęſtione ante omnia declarandũ eſt, quid ſunt ſpõſalia, ſponſalia uerò explicanda ſint, & q̃tum ad definitionem quid nominis, & q̃tum ad definitionem quid rei. Primo loco eſt explicanda definitio quid nominis & deinde explicabitur definitio quid rei. Definitio quid nominis explicatur in ipſo nomine. Nam hoc nomen ſponſalia & ſpõſus eſt nomen Ciceronianum & ſignificat futurarum nuptiarum promiſſionem, nõ verò ſignificat quamlibet matrimonii promiſſionem, ſed ſolum illã, quę ſtipulatio dicitur apud iuriſperitos, ſtipulatio verò proprie eſt quædam uerborum conceptio ſeu forma, quibus is qui interrogatur reſpondet: igitur ſponſio ſeu ſponſalia ſignificat ſtipulationem nuptiarũ, quæ per interrogationem cõtrahitur, dum alter alterum interrogat, an velit ſibi matrimonium promittere; de quo videndus eſt Vlpianus & Florentinus lege. 1. & 2. ff. de ſponſalibus, & lege ſponſio. ff. de verbor. ſignificatio. & in cap. noſtrates. 30. quæſt. 5. ubi dicitur, ꝙ ſponſalia ſunt futurarum nuptiarum ꝑmiſſio. Et hoc vocabulum accommodatur propriè promiſsioni futurarum nuptiarũ eo quod ſpõdere apud Ciceronem & reliquos Latinos dicitur, qui pro alio promittit, & inde eſt, quod fideiuſſor dicitur ſponſor, & inde dicta ſunt ſponſalia, quia is qui vxorem ducturus erat, à patre vel tutore & cõſanguineis ſe illam ducturum ſtipulabatur. Itaq; hoc uocabulum primo & per ſe ſignificat promiſsionem nuptiarum futurarum. Et hinc translatum eſt hoc vocabulũ ad ſignificandum ipſum matrimonium de præſenti per mutuã exhibitionem corporum, q̃ quidem exhibitio ſolet dici ſpõſalia de ꝑſenti. Primo quia traditio corporum promittitur in ipſo matrimonio. Secũdo quia matrimonium per ſponſionem & ſtipulationem interrogatione & reſpõſione vltro citroquè facta, cõtrahitur, & hinc eſt, quod homines communiter loquendo, uxorem ab ſponſa, quæ conſenſum coniugalem de præſenti præſtitit, in hoc ſolum diſtinguũt, quòd ſponſa ante benedictionem nuptialem appellatur, poſteà verò vxor: & non ſolum homines vulgares ſic diſtingũt, ſed etiam pontifices ita diſtingũt vxorem ab ſpõſa, ut patet in cap. ex publico de conuerſione coniugatorum. Sed re vera huiuſmodi ſponſæ, vxores dicuntur propriè & verè, vt elegantiſſimè D. Hieronymus oſtẽdit libro de perpetua virginitate beatæ Mariæ Virginis aduerſus Eluidium, & ad hoc propoſitum, congerit etiam multa teſtimonia Gratianus. 27. quæſt. 2. Et inter has duas acceptiones, prima acceptio (vt iã ſignificauimus nõ ſolũ ſignificatio eſt & vſitatior, ſed etiã magis propria, imò ſola illa eſt propria, quod maximè aduertẽdum eſt pro intelligẽtia iuris. Itaque dictio illa, de præſenti, cum dicitur, ſponſalia de præſenti minuit propriam rationem ſponſaliorũ, ita ut ſponſalia de præſenti ſint quodãmodo ſponſalia ſecundum quid. Ita diffiniuit Pius V. anno Domini 1563. in bulla quadam edita ad declarandum decretum Cõcilii Tridentini, quod habetur in Seſsione 24. de reformatione matrimonii ſuper impedimento publicæ honeſtatis. Videte illum motum proprium. Denique ſpõſalia dicuntur aliquãdo dona nuptialia, quæ ab ſponſo ſponſæ donantur, immo ẽt ab aliis nuptiarum titulo ſponſis donentur, ut fieri ſolet in pagis & viculis: & in hac acceptione accipitur 1. Regum cap. 18. cum dicitur non habet rex ſponſalia neceſſe, &c. Cicero etiam in Epiſtola ad Q. Fratrem vſus eſt hoc vocabulo in hac acceptione, cum dicit ad octauum Iduum Aprilis ſponſalia dedi, imò ipſa pecunia nuptiarũ ſpõſo promiſſa dici ſolet ſponſalia, ut aſſerit Varo libro 5. de lingua Latina.

¶Definitio vero quid rei habet in hunc modum, Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſsio. Hanc definitionẽ cõſtituit D. Tho. in hoc articu. & hanc conſtituunt omnes Doctores ſupra citati, & hæc definitio habetur expreſsè in cap. noſtrates 30. quæſt.

Lege. 1. & 2. ff. de ſpõſal. l. ſpõſio. ff. de verb. ſign. & c. noſtrates. 30. quæſt. 5

Cae. ex. publico. de conuerſ. coniugat.

1. Regũ. ca. 18.

Ca. noſtrates. 30. q. 5.

quæſt. 5. videte Syluestrum verbo ſponſalia in principio. Hæc autem promiſſio) ut explicabitur in primo dubio huius articuli) non debet eſſe ſimplex, ſed mutua promiſſio, & ita quodãmodo ponitur loco generis illa particula, promiſſio. Et hæc promiſſio mutua & ex vtraq; parte habet pro obiecto futuras nuptias, & matrimonium ipſum, & ita loco differentiæ conſtituitur illa particula, futurarum nuptiarum, quæ omnia in ſequentibus dubiis ad longũ declarabuntur; præcipuè in primo dubio.

¶Secundo ſupponendum eſt: quod ipſa ſponſalia diuiduntur aliquibus diuiſionibus. Prima diuiſio eſt. Sponſalia, alia ſunt de futuro, alia verò de præſenti. Hæc autẽ diuiſio (ut conſtat ex dictis in definitione quid nominis) analogica eſt, nam ſponſalia de præſenti non ſunt ſponſalia, ſed nuptiæ, & obiectum ſponſaliorum, ideſt; res promiſſa per ſponſalia: & ita nomen promiſſionis trãsfertur ad rem promiſſam, ſicut fieri ſolet, non ſolum in Latino, uerumetiam in Hiſpano ſermone. Et ita hæc diuiſio eſt ſimilis illi diuiſioni, qua diuiditur cõceptus à logicis & metaphyſicis in cõceptum formalem, qui ſolus eſt conceptus; & in cõceptum obiectiuum, qui eſt obiectum conceptus Secunda diuiſio ſponſaliorũ eſt. Spõſalia de futuro; alia ſunt uera ſpõſalia in quibus eſt vera promiſſio & quæ habent ueram rationem promiſſionis futurarum nuptiarũ; alia verò ſunt præſumpta, iuris præſumptione, de quibus dicemus in dubiis ſequẽtibus, præcipuè in quarto dubio huius articuli. Tertia diuiſio eſt. Vera ſponſalia, alia ſunt abſoluta, alia conditionata: ſponſalia abſoluta ſunt quę fiunt abſolutè & ſine vlla conditione, conditionata uero quæ fiũt mediante conditione & appoſita conditione. Hæc diuiſio explicabitur copioſius infrà quæſt. 46. & 47. cum agemus de cõſenſu abſoluto vel conditionato, à quo habẽt ſponſalia eſſe conditionata vel abſoluta, & pronunc dicẽdum eſt, quòd hæc diuiſio eſt analogica, nam ſponſalia abſoluta ſunt verè & propriè & abſolutè ſponſalia, Conditionata verò non ſunt abſolutè ſponſalia, ſed in ordine ad abſoluta. Et hæc dicta ſint de definitione & diuiſione ſponſaliorum.

¶Tertiò ſupponendum eſt, quòd ſponſalia quæ dicunt mutuam promiſſionẽ matrimonii ſunt licita & poſſunt eſſe meritoria. Nam(ut dictum eſt, ſuprà quæſtio. 41. articulo. 3. & 1.) matrimonium & eius uſus licitus eſt & ſtudioſus & poteſt eſſe meritorius: ergo promiſſio eiuſdem matrimonii licita erit & bona, & poterit eſſe meritoria, ſi quidem habet pro obiecto aliquid licitum & bonum, & quod poteſt eſſe meritorium. Item, nam(ut dicit D. Thom. in ſolutione ad ſecundũ, & nos declarabimus infrà) promiſſio futurarum nuptiarum obligat ſub mortali: ergo licita eſt & bona & poteſt eſſe meritoria.

¶Quarto ſupponendum eſt, quod promiſſio matrimonii non cadit ſub præcepto naturali, imò nec ſub præcepto poſitiuo. Et ratio huius eſt. Nam licet matrimoniũ ſit in præcepto eo quòd eſt neceſſarium ad propagationem generis humani, vt definitum eſt ſupra, quæſtione 41. articulo 2. tamen ſponſalia non ſunt neceſſaria, neque ad contractum matrimonii, neque ad propagationem generis humani, nam matrimonium ipſum fieri poteſt ſine eo quòd præcedant ſponſalia, ſed immediatè poteſt contrahi per uerba de præſenti ſine eo quod præcedat contractus per uerba de futuro, qui eſt promiſſio futurarum nuptiarum.

¶ Vltimo ſupponendum eſt, quod hæc mutua promiſſio futurarum nuptiarũ ſæpenumero præcedit tempore contractum ipſum matrimonii & ita fieri ſolet quando fit conuentio de matrimonio: qui enim cõtrahere volunt ſolent ſpondere ſibi inuicem & ſtipulari, & antequam denũciationes publicè fiant in eccleſia, fit talis contractus quoniam cõtractus matrimonii propter ſui grauitatem non poteſt continuo celebrari, niſi præparentur prius quæ ad illius ſolennitatem requiruntur: præparantur autem per ipſa ſponſalia, non tamen eſt neceſſarium quòd ſemper ſponſalia præcedant matrimonium. Eſt aduertendũ, quòd cum ſponſalia præcedunt matrimonium, habent ſe ut quædam ſacramentalia reſpectu ſacramenti matrimonii ſicut exorciſmi ſe habent ad baptiſmum, ut dicit Diuus Thomas in ſolutione ad vltimum argumẽtum. In quo quidem ſignificat Diuus Thomas quod ſicut exorciſmi ſunt quædã præparationes ad baptiſmum, & præcedunt illum, ita etiam ſponſalia ſunt quædã præparationes ad matrimonium & aliquando præce-

A præcedunt illud ; non tamen eſt intelligendum, quod ſicut exorciſmi habent aliquam ſanctitatem, qua ratione dicuntur ſacramẽtalia : ita etiam ſponſalia habent ſanctitatẽ aliquam præuiam ad ipſum ſacramentum matrimonii: ſed dicuntur à Diuo Thom. ſacramentalia, ideſt, præuia ad ipſum ſacramentum matrimonii.

CIrca iſtum articulum eſt prima difficultas. Vtrum definitio ſponſaliorum de futuro, ſit bona, videlicet quod ſit futurarum nuptiarum mutua promiſſio. Et uidetur ꝙ non. Primo arguitur contra illam particulam promiſſio. Sponſalia de præſen- B ti habent ueram rationem ſponſaliorũ, ſed talia ſponſalia nõ ſunt promiſſio: ergo. Cõſequentia eſt bona. Minor probatur. Nam ſponſalia de præſenti dicunt traditionem, ergo non dicunt promiſſionem.

¶Secundo arguitur contra eandem particulam. Sponſalia de futuro ſunt actus iuſtitiæ commutatiuę, ſed promiſſio non eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ: ergo male ponitur illa particula. Maior probatur. Nam omnis contractus eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, ſed ſponſalia ſunt quidam contractus: ergo. Minor probatur, nam iuſtitia eſt C uirtus quæ reſidet in uoluntate, promiſſio uero pertinet ad intellectum, ut dicit D. Thom. 2. 2. quæſtione 88. articulo primo. ergo non eſt actus iuſtitiæ. Conſequentia patet, nam virtus, quæ eſt in voluntate nõ poteſt elicere actum exiſtentem in intellectu.

¶Arguitur tertio contra eandem particulã. Si vir & fœmina declararent ſibi inuicẽ propoſitum qđ habent contrahẽdi matrimoniũ inter ſe, & declarent his uerbis, uir dicat mulieri, ducã te in vxorẽ, & fœmina, tibi nubã: in hoc caſu illa ſunt vera ſponſalia de futuro, tñ nulla eſt promiſſio, ergo. D Maior patet, quia illi manẽt obligati ad cõtrahendũ matrimonium, nulla tamẽ eſt ibi obligatio, niſi ſponſaliorũ: ergo. Minor probatur, nam explicatio propoſiti non eſt promiſſio, vt conſtat ex doctrina D. Th. & Thomiſtarum loco immediatè citato.

¶Quartò arguitur cõtra idẽ. Spõſalia de futuro nõ habent rationem contractus promiſſorij, ergo non ſunt promiſſio. Cõſequẽtia eſt euidẽs, antecedẽs probatur. Nã matrimoniũ formaliter loquẽdo eſt cõiũctio & vinculũ qđ ſubſequitur ex contractu, ut dicemus q. ſequenti, ergo ſponſalia nõn ſunt contractus ip ſe promiſſorius, ſed vinculũ & cõiũctio quæ ſubſequitur ex tali cõtractu.

¶Quintò arguitur. Quando cõtrahitur matrimoniũ de p̃ſenti inter impuberes qui nõ habẽt legitimã ætatẽ ſunt vera ſpõſalia de futuro, ut diffinitur ca. vnico de deſponſatione impuberũ in 6. tamen tunc non eſt aliqua promiſſio: ergo diffinitio in qua ponitur promiſſio, nõ eſt bona. Minor probatur, quia tunc ſolũ eſt traditio quæ pro tũc non habet locum: ergo non eſt promiſſio.

Ca. unico đ deſpõſ. impuberũ in 6.

¶Sextò contra illam particulam, mutua. Si Petrus promittat Mariæ ꝙ ducet illam uxorem & Maria acceptet promiſſionem : tunc eſt vera ratio ſpõſaliorum de futuro, tñ non eſt mutua promiſſio (ſupponimus .n. ꝙ Maria nihil promittat) ergo. Maior patet, nam ille manet obligatus ad contrahendũ, & non niſi ratione ſponſaliorum: ergo.

¶Vltimò. Promiſſio ſimulata futurarũ nuptiarum habet ueram rõnem ſponſaliorum de futuro, tamẽ non habet uerã rationem promiſſionis: ergo definitio nõ eſt bona. Maior patet, nã talis ſimulata promiſſio obligat ex iuſtitia, & non poteſt habere aliam obligationem, niſi rationem ſponſaliorum, ergo. Minor probatur, nam ſimulata promiſſio non procedit ex propoſito obligandi ſe: ergo non eſt uera promiſſio. Et aduertendum eſt, ꝙ loquitur de ſimulata promiſſione utriuſque vel alterius.

IN hac difficultate Palud. 4. d. 27. q. 1. arti. 1. exiſtimat, ꝙ ad rationẽ ſpõſaliorũ de futuro non requiritur ſtipulatio, i. mutua promiſſio & acceptatio, ſed ſufficit nudus conſenſus. ¶Sit concluſio certiſſima, ꝙ definitio propoſita eſt optima. Hæc concluſio conſtat. Nã hęc definitio habetur apud Iuriſcõſultum Floreatinũ. l. 1. ff. de ſpõſal. & c. noſtrates 30. q. 5. & hanc definitionẽ amplectitur omnis ſchola Iuriſperitorũ & Theologorũ excepto Palud. Sed ut explicemus definitionẽ, & ſoluamus argumẽta in oppoſitũ aduertẽdũ primo. Quòd illa particula, promiſſio, ponitur loco generis, nã eſt quid cõe ad promiſſionem quæ fit in ſpõſalibus & ad alias multas promiſſiones, illa uerò particula, mutua, eſt ueluti ratio ſpecifica ſponſaliorũ de futuro, determinat. n. rationem promiſſionis ad ſtipulationẽ : & ita ad rõnem ſponſaliorũ de futuro nõ ſatis eſt, ꝙ ſit ꝓmiſſio ex una parte, & ꝙ altera pars acceptet promiſſionẽ, ſed

L. l. ff. de ſponſ. c. noſtrates 30. q. 5.

requiritur ꝙ ſit promiſsio ex utraq; parte, quod optimè explicat Magiſter Soto in 4. diſt. 27. q. art. 1. & Nauar. Manual. cap. 22. nu. 25. & patet ratione. Nā matrimoniū eſt uinculū quoddā & quædā cōiunctio, quę ſe tenet ex utraq; parte, ergo ſpōſalia debent dicere mutuā promiſsionē ex utraq; parte. Patet cōſequentia, nā contractus ſponſaliorū eſt præuius & ueluti diſpoſitio ad matrimonium. ¶ Cōfirmatur primo. Nā ſpōſalia ſunt cōtractus quidā iuſtitiæ: ergo reſpicit utrāq; partē quātū ad obligationē. Confirmatur ſecundo. Nā promiſsio ſimplex ſecūdū ueriorē ſententiā nō obligat ex iuſtitia, ut patet. 2. 2. q. 88. ar. 1. ergo ſpōſalia de futuro cū obligēt ex iuſtitia, debēt dicere mutuā promiſſionē. ¶ Vltima particula, futurarū nuptiarū, magis determinat rationē promiſsionis & pertinet ad rationē differētialē & trahit rationē ꝓmiſſionis ad rationē ſpōſaliorū de futuro. Et ponit particula ad denotādū ꝙ ſpōſalia ſolū poſſunt eſſe inter illos q in futuro tpe pñt cōtrahere de pſenti.

¶ Aduertendum ſecundo, circa illam particulam promiſſio, ꝙ promiſſio non habet certam & determinatam formam verborum, ſed poteſt fieri quibuſcunq; verbis & ſignis externis explicātibus animum adſtringendi ſeipſum. Ex quo colligitur, ꝙ hæc promiſſio dupliciter fieri poteſt. Primo modo in actu ſignato per verba explicantia promiſſionem per conceptum promiſſionis, ut ſi quis dicat, promitto, alio modo in actu exercito quando quis promittit aliquid per verba quæ non ſignificant promiſſionem formaliter, vt ſi dicat, donabo tibi equum, uel ducam te in vxorem.

¶ Secundo aduertendū, ꝙ hæc verba, Donabo tibi equum vel ducam te in vxorē, habent triplicem ſenſum. Primus ſenſus eſt, ꝙ illa verba ſolum explicant propoſitū quod habet quis & faciunt hunc ſenſum, propoſitum habeo ducendi te in vxorem, uel donandi tibi equum; & in hoc ſenſu nullam inducunt obligationem ad faciendum illud, ſed uerax eſt homo ille, ſi habeat verum propoſitū, quamuis poſteà non exequatur. Secundus ſenſus eſt, ꝙ illa ſignificēt futurum euētum, & idem eſt acſi dicat, ita erit, ꝙ in futuro tempore ducam te in vxorem, vel donabo tibi equum; in quo ſenſu propoſitio falſa erit, ſi non ſequatur effectus re ipſa; ſiquidem nullam habet de ineſſe veram in futuro, quāuis non ſtatim qui protulit illā propoſitionem ſit dicendus mendax, nam ad rationem mendacii non ſatis eſt dicere falſum vtcunque, ſed dicere falſum formaliter & contra mentem, & ita ſi mens dicentis nō erat determināta ad illud agēdum, mētitus eſt; ſi verò deſtinata eſt ad illud agendum, quāuis poſtea non egerit, non eſt mētitus. Vltimus ſenſus eſt, ꝙ illa uerba explicent animum adſtringendi ſeipſum, ſaltē in actu exercito, & in hoc ſenſu tantum, pertinent illa uerba ad iſtum contractum.

¶ Quarto aduertēdum eſt, ꝙ quādo uerba promiſſoria habent ſenſum ambiguum, in foro exteriori iudicanda ſunt promiſſoria, quoniam potuit proferre uerba ſine ambiguitate & uoluit. Ita diffinitur de omni contractu, l. ueteribus. ff. de pactis &. l. Labeo, de contrahenda emptione. In foro uero conſcientiæ uera iudicanda ſunt ſecundum intentionem proferentis. v. g. dixit aliquis mulieri, non ducam aliam uxorem niſi te, hæc uerba duplicem habent ſenſum. Primus ſenſus eſt abſolutus, ſecundus uero cōditionatus, id eſt, ſi duxero uxorem, non ducam aliam niſi te, & in foro conſcientiæ qui protulit illa uerba obligandus eſt iuxta mētem ſuam, quoniā eſt lex particularis, quæ ponitur ab homine particulari, & ita iuxta mentem & intentionem illius obligat in cōſcientia, ſicut lex reipublicæ, quæ habet dubitationem, à legis latore interpretanda eſt: in foro uero contentioſo condemnabitur ut promiſſor. L. ueteribus. ff. de pactis. l. Labeo. ff. de contrahen. empt.

¶ Vltimo eſt aduertendum, quòd hæc promiſſio dupliciter fieri poteſt. Primo modo explicite & formaliter, alio modo implicite & uirtualiter, ut per annuli ſubarrhationem & per donationem arrharū & per conatum ad copulam quando ſponſalia contracta ſunt, ante ſeptennium. Aduertēdum tamē eſt, ꝙ iſtæ ſūt præſumptiones in foro exteriori, nam in foro conſcientiæ ſemper eſt iudicandum iuxta voluntatem & propoſitum uolentis ſe obligare.

Vnde ad argumenta in principio reſpondetur. Ad primnm argumentū reſpōdetur negando quòd ſpōſalia de præſenti ſint uera ſpōſalia, illa enim particula, de præſenti, tollit uerā rationem ſpōſaliorum & conſtituit ueram rationem matrimonii.

¶ Ad ſecundum argumētum. Caiet. 2. 2. quæſt.

quæſt. 58. art. 4. & quæſt. 60. art. 5. tenet, q̄ ſolis actus manentes in potentia vbi eſt habitus, ſunt actus eliciti ab habitu: qui verò in alia potentia, dicuntur actus imperati; & ita in propoſito promiſsio futurarum nuptiarum, quæ eſt actus intellectus, non eſt actus elicitus à virtute iuſtitiæ, quæ eſt in voluntate, ſed erit actus imperatus. Hęc ſententia Caiet. ut iacet, non videtur vera. Nā tunc actus eſt imperatus, quādo elicitur ab vna uirtute & ab alia ſuperiori imperatur in ordine ad ſuum obiectum, ſed aliquando contingit, quòd inter iuſtitiam & promiſſionē nulla alia virtus mediet: ergo nō erit actus imperatus à iuſtitia, ſed elicitus. Vnde ad argumentum dicendum eſt, q̄ actus alicuius virtutis dupliciter dicitur elicitus. Vno modo, quia producitur effectiue ab illo habitu & immediatè elicitur ab illo, vt actus charitatis immediate elicitur ab habitu charitatis. Secūdo modo dicitur elicitus non quia producatur effectiuè ab habitu & immediatè, ſed quoniam regulatur per regulas illius habitus, & quia ille actus habet rationem formalem talis habitus: & ita docet D Tho. 2. 2. quæſt. 81. quòd religio quę eſt in voluntate, elicit actu qui eſt in intellectu, nam oratio & votum ſunt actus intellectus, tamen ſunt actus eliciti à voluntate; & in vniuerſum quælibet virtus elicit aliquos actus externos isto modo. Verum eſt, quòd poſſunt dici aliquando imperati ab illo habitu, quoniam non eliciſitur immediate ab illo, neque mediante alia uirtute, ſed mediāte alia potentia. Quod ſi quis dicat Habitus qui eſt in voluntate fertur in bonum ſub ratione boni, ergo nō poteſt elicere actum in intellectu, ſiquidem intellectus fertur in rationem ueri, Reſpōdetur, quòd id quod eſt in intellectu quāuis ſit verū, poteſt tamen habere rationē boni, ut patet in viſione beatifica quæ fertur in Deum, vt eſt ſummum verum, & hoc ſummum verum quod eſt in intellectu eſt ſummum bonum in quod fertur voluntas, & ita promiſsio futurarū nuptiarū quamuis ſit actus intellectus, elicitur tamē à virtute iuſtitiæ quæ eſt in volūtate.

L. ueteribus. ff. de pactis. l. Labeo. ff. de contrahen. empt.

¶ Ad tertium reſpondetur iuxta dicta in tertio notabili, nam in illis duabus orationibus iuxta duos priores ſenſus non reperitur ratio vera promiſsionis, in tertio vero ſenſu vera ratio promiſsionis reperitur.

¶ Ad quartum negatur conſequentia. Quoniam ſponſalia propriè & formaliter loquendo ſignificāt cauſam matrimonij futuri, non aliquā relationem quæ ex tali contractu reſultet, quāuis certo reſultet relatio aliqua & aliquod vinculum; matrimonium verò in poſitū eſt formaliter ad ſignificandam relationem & vinculum, vt dicemus quæſtione ſequenti.

¶ Ad quintū reſpondetur, q̄ illa promiſſio eſt præſumpta in iure, & ita talis condēnabitur in foro exteriori, ac ſi promiſiſſet, ſi tamen reuera non habuit animū promittendi nec faciendi quod potuit, nō eſt promiſſio, nec ſponſalia de futuro in conſcientia, ſicut qui modo contrahit clandeſtinè ſi non habet animum faciendi quod poteſt, nihil promittit, nec matrimonium habet rationē ſponſaliorum de futuro, vt dicemus infra.

¶ Ad ſextum reſpōdetur, quòd in ſimplici promiſſione ętiam iuramento confirmata non eſt uera ratio ſponſaliorum, etiam ſi ex altera parte acceptetur, & ita iſte qui promiſit tenebitur adimplere non quidem ratione ſponſaliorum quæ obligant vtrūq; ſpōſum, ſed ratione ſimplicis promiſſionis.

Circa ultimum eſt ſecunda difficultas. Vtrum promiſſio ſimulata ex vna parte vel ex utraq;, habet rationem ſpōſaliorū de futuro. Et videtur uera pars affirmatiua. Primo. Propria paſſio ſponſaliorum de futuro eſt, q̄ obligent ex iuſtitia, ſed talis promiſſio ſimulata obligat ex iuſtitia, ut dicemus infra: ergo habet uerā rationem ſponſaliorum de futuro. Conſequētia eſt bona, Maior conſtat, nam ſimplex promiſſio ſecundum veriorem ſententiam non obligat ex iuſtitia, ſponſalia, uerò inducunt obligationem ex iuſtitia, ergo.

¶ Secundo arguitur: Si quis promiſſionē ſimulatā confirmet iuramēto, tenetur adimplere promiſſionem, tamen ſi promiſſio nō eſſet valida nullum eſſet iuramentum: ergo promiſſio eſt ualida Maior diffinitur 2. 2. quæſt. 89. art. 7. Minor probatur Iuramentum promiſſorium nihil aliud eſt, quā promiſsio iuramento confirmata: ergo ſi promiſsio non eſt valida, confirmatio iuramenti nulla erit vel è contra.

¶ Tertiò Si quis habeat animū promittēdi, non tamen ſe obligandi, & promittat futuras nuptias, talis promiſsio eſt ſimulata, tamen obligat in cōſcientia: ergo promiſsio ſimulata habet verā rationem ſpōſaliorum,

Maior.

Maior probatur, nam ille talis ſimulat propoſitum obligandi ſe; minor probatur, nam ille uere vult promittere, & obligatio eſt annexa promiſſioni: ergo manet obligatus.

¶ Prima cõcluſio. Quando promiſſio eſt adeo ſimulata ut qui promittit non habeat animum promittendi, neq; ſeruãdi promiſſa, neque obligandi ſe, talis promiſſio non habet veram rationẽ ſponſaliorũ de futuro. Probatur concluſio primò. Nam in iure naturali & ciuili ſtipulatio quæ ſolis verbis fit non eſt obligatoria, ſed talis promiſſio fit nudis & ſolis verbis, ergo. ¶ Confirmatur. Nam promiſſio eſt obligatoria inquantum B oritur à deliberatione & propoſito voluntatis, tanquam à cauſa: ſed hæc promiſſio non oritur à propoſito volũtatis, vt patet: ergo. ¶ Secundo. Promiſſio nihil aliud eſt, quam lex quædam particularis, qua homo vult ſeipſum obligare, ſed talis nõ vult promittere neque obligare ſe: ergo. Confirmatur: Nam uotum ſic factum Deo, non obligat in conſcientia, ut diffinitur. 2. 2. quæſt. 88. ergo neq; iſta promiſſio. ¶ Vltimo. Qui non habet animum promittendi nullo modo ſe obligat, neque habet animum obligandi ſeipſum, ergo non poteſt contrahere uera C ſponſalia Patet conſequentia. Nam ſponſalia dicunt promiſſionem obligatoriã. Antecedens patet. Nam obligatio ex natura rei ſequitur promiſſionẽ, & ita ſi non habet animũ promittendi non habet animũ obligãdi ſeipſũ, cũ obligatio ſequatur ex natura rei.

¶ Secunda concluſio. Si quis habet animum promittendi & obligandi ſe, non tamen propoſitum ſeruandi promiſſa, talis promiſſio veram habet rationem ſponſaliorum de futuro. Hæc concluſio probatur primo. Talis promiſsio eſt vera promiſsio, & veram habet vim obligandi: ergo habet ve- D ram rationem ſponſaliorũ de futuro, cũ ſit mutua. Secundò. Votum ad hũc modum factum eſt uerum votum verè obligãs coram Deo, vt diffinitur 2. 2. loco citato art. 1. ergo & promiſsio facta ad hunc modum, eſt vera promiſsio vere obligans in conſciẽtia. Iſtæ duæ concluſiones ſunt certiſsimæ.

Tota autem difficultas eſt, quando aliquis habet animũ promittendi nõ tamen obligandi ſeipſum, nec ſeruandi promiſſa. In hac re non ſolũ eſt difficilis reſolutio, uerumetiã eſt difficile intelligere, ꝙ habeat quis animũ promittendi & nõ habeat propoſitũ obligandi ſeipſum, nec ſeruandi promiſſa. ¶ Ad expoſitionẽ huius eſt aduertendũ, ꝙ quamuis homo ſecundum rectam rationẽ & prudentiã nõ poſſit habere hæc duo propoſita, alterũ promittendi, alterum non ſe obligandi ad ſeruãda promiſſa, nã obligatio intrinſece ſequitur ipſam promiſsionẽ; poteſt tamen habere hæc duo propoſita per ignorantiã, vel ſtultitiam, quod duobus modis poteſt cõtingere. Primo per talem ignorãtiam, ut exiſtimet homo quod obligatio non eſt annexa promiſſioni & ꝙ promiſsio nõ habet uim obligandi. Secũdo modo per maximã ſtultitiã, vt ſi quis ſciens promiſſionem natura ſua includere obligationem, uelit à propoſito & deliberatione ſeparare obligationẽ à promiſſione: & ſicut ratio poteſt ſeparare ea quæ iuncta ſunt ſecundum rem, ita uelit per uoluntatem ſeparare promiſſionẽ ab obligatione, ita ut uoluntas tendat in promiſsionẽ & non in obligationem, quæ illi coniuncta eſt.

¶ Tertia concluſio. Quãdo quis per ignorantiam uere uult promittere, nõ tamẽ obligare ſeipſum, quoniam putat, ꝙ obligatio non eſt annexa promiſſioni, talis promiſſio non habet ueram rationem ſponſaliorum. Probatur primo. Hęc non eſt uera promiſſio, ergo non habet veram rationem ſponſaliorũ. Conſequentia eſt euidens, antecedens probatur. Vera promiſsio eſt, quæ habet annexam obligationem: ſed hæc non habet annexam obligationem: ergo Confirmatur. Benè ſequitũ, eſt uera promiſsio, ergo uera obligatio & econtra: ergo vbi non eſt vera obligatio, nõ eſt uera promiſſio, & ita ſi habet animum promittendi & non obligandi ſeipſum vel econtra, nõ eſt uera promiſſio. ¶ Secundò Iſta talis ratione ignorantiæ putat, quòd non eſt maior obligatio in illa promiſsione quàm in ſimplici propoſito contrahendi, ſed propoſitum contrahendi non habet ueram rationem ſponſaliorum de futuro: ergo. ¶ Tertiò. Talis promiſsio eſt inuoluntaria ratione ignorantiæ obligationis incluſæ, ſed ignorantia cauſat inuoluntariũ, ut diffinitur 1. 2. quæſt. 6. ergo non eſt obligatoria. Probatur conſequentia, nã contractus inuoluntarius non eſt obligatorius. Cõfirmatur. Si quis promittat futuras nuptias ignorans vinculum matrimonii eſſe perpetuũ, talis promiſſio non obligat, quia eſt inuoluntaria ratione ignorantiæ: ergo idem

A idem erit in noſtro caſu; Patet cõſequentia nam ſicut eſt de ratione matrimonii quòd ſit vinculum perpetuum, ita eſt de ratione promiſſionis obligatio.

¶ Quarta concluſio. Si quis ſciens quòd promiſſioni eſt annexa obligatio, velit promittere, verè & non obligari, iſte talis verè contrahit ſponſalia de futuro. Probatur cõcluſio, primò. Promiſſio habet annexã obligationẽ; ergo qui vult promittere neceſſariò vult obligare ſe. Probatur cõſequentia nam obligatio ſequitur intrinſece ex natura promiſſionis: & iſte talis ſcit, quòd obligatio neceſſariò ſequitur ad promiſſionem: B ergo. Confirmatur. Nam qui vult antecedens, neceſſariò vult cõſequens quod includitur in antecedenti, ſi ſciat quod tale cõſequens includatur in antecedenti, ſed in promiſſione includitur intrinſece obligatio, & ſcit quòd hæc obligatio conſequitur: ergo qui vult promittere, neceſſario vult obligationem. Secundo. Nã quamuis propter appellationem proprii conceptus poſſibile ſit cognoſcere hominem, non intelligendo riſibilem, imò nõ intelligendo eſſe animal, imò poſſumus intelligere Petrum eſſe hominem, non intelligendo eſſe riſibilem aut C animal, tamen ſi tollamus de medio hanc appellationem, impoſſibile eſt intelligere hominem ſine eo quod intelligamus rem quæ eſt animal, ergò ſimiliter impoſſibile eſt intelligere rem quæ eſt promiſſio aut velle illam ſine eo quod intelligamus & uelimus rem quæ eſt obligatoria, ſiue per proprium conceptum ſiue alienum, & ita eſt impertinens ad noſtrum propoſitum ſubtilitas iſta proprii conceptus uel alieni, ſed ſufficit ad rationem ſponſaliorum, quod habeatur animus promiſſionis, & proprius illius conceptus, quãuis non habeatur pro- D prius cõceptus obligationis, ſed implicitus in cõceptu ꝓprio promiſſionis. Tertiò qui dat formã, dat cõſequẽtia ad formã, ſed qui ſic promiſit dedit formã promiſſionis uerã ergo dedit obligationem, nã obligatio conſequitur neceſſariò ad promiſſionem.

¶ Sed circa hanc cõcluſionem adhuc eſt dubium. Nam hæc concluſio uidet̃ pugnare cum præcedenti, nam ſi per ignorãtiam poteſt ſecerni promiſſio ab obligatione, ut dictum eſt in concluſione præcedenti, poterit etiam ex certa ſciẽtia & à propoſito. Reſpondetur, promiſſionẽ & obligationem ad ſeruandũ promiſſum ita neceſſariò con iungi inter ſe, vt nullo modo ſeparari poſſint per ignorãtiam vel certam ſcientiam, & ita in caſu tertiæ concluſionis, ſicut non eſt vera promiſſio, nec vera obligatio, ſed tantũ æſtimata per ignorãtiã, in caſu uerò quartæ cõcluſionis, ſicut eſt vera promiſſio & vere vult ꝓmittere, ita ẽ vera obligatio.

¶ Vnde ad primũ argumentum reſpondetur, ꝙ obligatio ex iuſtitia non eſt propria paſſio ſponſaliorũ de futuro, nam con uenit alijs rebus vel cõtractibus, & ita promiſſio ficta futurarum nuptiarum obligat ex iuſtitia, vt dicemus ſtatim. ¶ Ad ſecundum reſpondetur. Quòd iuramẽtũ factum de promiſſione aliqua etiam ficta, obligat ex religione & ſancti tate iuramenti, nã iuramentũ promiſſorium habet vim obligãdi, non ſolum quando cadit ſuprà promiſſionem obligatoriam. Verumetiam quãdo cadit ſuprà promiſſionem fictam; vt diffinitur. 2. 2. quæſt. 89. articulo. 7. ad quartum.

¶ Ad vltimum reſpondetur per tertiam & quartã concluſionem. Nam ſi quis promittit & non vult obligari ignorans obligationem eſſe coniunctam promiſſioni, non verè promittit: ſi autem ſciat, quòd obligatio eſt annexa promiſſioni & promittit, reuera eſt promiſſio & habet vim obligandi, & ita caſus videtur impoſſibilis.

TErtia difficultas eſt, an ſponſalia de futuro inducant obligationẽ ad cõtrahendum matrimonium. Et videt̃ quod non. Primo. Nã in capitulo requiſiuit de ſpõſalibus interrogatus Lucius III. an mulier deſponſata quæ non vult cõtrahere, debeat cogi ad matrimoniũ, Reſpondet potius eſſe admonendam quam cogendam: & c. præterea 2. eodem titulo diffinitur, quod ſponſus qui non vult contrahere, non debet cogi, niſi promiſſio fuerit iurata, ergo ſponſalia non iurata non obligant ad contrahendũ. Confirmatur. Iudex eccleſiaſticus eſt cuſtos iuſtitiæ & tenetur reddere vnicuiq; qđ ſuum eſt ex iuſtitia, ſed iudex eccleſiaſticus in foro exteriori non dẽt cogere ſpõſum, ut patet in his capit. ergo ſpõſus nõ teneť cõtrahere ex iuſtitia. Si enim teneretur ex iuſtitia, iudex qui eſt cuſtos iuſtitiæ; deberet illum cõpellere. ¶ Secũdo arguitur ratione adducta à ſummo Pontifice loco citato. Matrimonia debent eſſe omnino voluntaria, & coactiones in matrimoniis

Ca. requiſiuit, de ſponſ.

Ca. præterea. 2. eod. tit.

moniis ſolét, hře difficiles exitus, & dict. A cap. præterea, dicitur, ne deterius inde côtingat, & hãc rationé adducit D. Tho. 4. d. 27. q. 2. art. 1. ad ſecundũ. & ita hac rõne, dicit, ꝙ ſpõſi nõ sũt cogédi ad matrimoniũ, ſi nõ interueniat iuramentũ, imò etiãſi interueniat: ergo ſpõſalia nõ obligãt ad cõtrahẽdũ.

¶Tertio arguitur. Matrimoniũ coactum & cõtractũ per violẽtiã non eſt uerũ matrimoniũ, vt dicetur infra ex ſentẽtia aliquorũ autorũ: ergo ſpõſi nõ ſunt cogẽdi ad matrimoniũ, alias enim nullũ erit mřimoniũ.

L. 1. C. de ſponſalib:

¶Vltimò arguitur. Nã lege 1. C. de ſpõſal. dicitur, ꝙ mulier quæ vni eſt deſpõſata, non prohibet alteri nubere: ergo ſponſalia B nõ obligant ad cõtrahendũ matrimonium.

Ca. Ath. c. deſpõſatas. c. de coniugali. 27. q. 2. c. præterea. ca. ſicut. c. ex literis Syluani. c. cõmiſſum, de ſponſa. c. 2. eod. c. de illis. 2. de deſponſat. impub.

¶In oppoſitum eſt primo c. Atho. c. deſponſatas. c. de coniugali. 27. q. 2. & c. 2. de ſponſalibus. & c. de illis, 2. de deſponſatione impuberum, in his. n. omnibus diffinitur ꝙ ſponſi tenentur contrahere: & Innocentius III. c. præterea, de ſponſal. & c. ſicut. & c. ex literis Syluani expreſsè diffinitur, ꝙ iudex eccleſiaſticus debet cogere illos: & ꝙ amplius eſt, c. commiſſum de ſponſalibus diffinit, ꝙ ſi quis promiſit futuras nuptias & iuramento confirmauit & vult ingredi religionem, tutius eſſet prius matrimoniũ contrahere propter ſanctitatem iuramenti C & poſtea conuolare ad religionem.

¶Secundò. Qui promittit quẽlibet aliũ contractũ, tenetur ſtare promiſſis & adimplere promiſſionem, vt ſi promittit emptionem & venditionem uel quid ſimile: ergo idẽ erit de illo qui ꝓmittit futuras nuptias cõſequẽtia patet, nã eſt quidam cõtractus.

¶Tertiò. Quãuis promiſſio ſimplex non obliget ex iuſtitia ſecũdum probabiliorem ſententiam, mutua tñ promiſſio & reciproca quæ dicitur ſtipulatio, ex iuſtitia obligat ſecundum omnem opinionem, ut diffinitur 2. 2. q. 88. art. 1. ſed ſponſalia de futuro habent rationé ſtipulationis & mutuæ pro D miſſionis, vt diffinitur dubio 1. huius articuli, ergo obligant ex iuſtitia.

¶Vltimò. Iuſtitia ex genere ſuo obligat ad mortale, vt diffinitur 2. 2. q. 59. art. ult. ſed ſpõſalia quæ dicunt mutuã promiſſionem pertinẽt ad iuſtitiam, cum ſint quidã contractus: ergo obligant ad mortale.

IN hac difficultate iuriſperiti locis citatis, habent uarias ſententias. Gratianus enim cum alijs allegatis diſtin. & quæſtione citata exiſtimant, quòd ſponſi non tenẽtur cõtrahere matrimonium & quod iudices non poſſint illos compellere ad contrahendum. Ita tenet gloſſa allegata lege prima. Panormita. uerò & alii oppoſitum ſentiunt. Theologi uerò omnes conueniunt in hoc, quod ſponſi tenentur ex præcepto cõtrahere. Aliqui tamen dicunt, quòd in foro exteriori non ſunt cogendi. Magiſter uerò Sotus in 4. diſt. 27. quæſtione 2. ar. 1. ad ſecundum. & artic. 3. circa finem dicit, quòd ſponſi tenentur ex præcepto contrahere, & quòd cogendi ſunt regulariter ad contrahendum in foro exteriori, non tamé in aliquo caſu particulari. Alii diſtingunt, de ſpõſalibus iuratis & non iuratis, & dicunt, ꝙ iurata obligant in conſcientia: non uero non iurata.

¶Prima concluſio. Certiſſimum eſt, ꝙ ſponſi in foro conſcientiæ tenentur contrahere, & quantum in ſe eſt adimplere fidem ſiue ſponſalia ſint iurata ſiue non, niſi in caſibus in quibus iure permittitur. Hæc concluſio probatur euidenter argumẽtis factis in oppoſitum. Et confirmãtur omnia. Promiſſio ſimplex etiam ſi non ſit mutua, obligat aliquando ad mortale & ex iuſtitia, ſi ex eo quòd aliquis non adimplet promiſſũ ſequitur aliquod detrimentum in bonis iã habitis, ſed ſi ſponſi non uelint contrahere, ſequitur maximum detrimentum in bonis iam habitis, pręcipuè ſi uiolatio ſe teneat ex parte uiri: ergo ſponſalia obligant in cõſcientia. Maior eſt omnium Theologorum 2. 2. quæſtione 88. articulo 1. Minor probatur. Nam ex ſola uiolatione fidei ſequitur hoc detrimentum præcipuè in fęmina, uidelicet quòd non inueniat ſibi ęqualem, ex ſola enim conuerſatione cum ſponſo & ex eo quod repudiatur, ſequitur hoc detrimentum.

¶Secunda concluſio. Per ſe loquendo & regulariter iudex eccleſiaſticus tenetur cõpellere ſponſos, ut adimpleant promiſſionem & contrahant matrimonium, & ſi nõ faciant, contra iuſtitiam peccãt. Probatur prima concluſio. Nam iudex eccleſiaſticus eſt cuſtos iuris, & tenetur reddere vnicuiq; ius ſuum, ſed ſponſus habet ius iuſtitiæ ad hoc quòd impleatur promiſſio: ergo iudex tenetur proferre ſententiam in fauorem illius. ¶Secundò. Iudex eccleſiaſticus tenetur prouidere bonum ſpirituale populo

nam

nam ſunt paſtores animarum ex officio ſed ad bonum ſpirituale ſponſi pertinet, ut, adimpleat promiſsionē:ergo. Confirmatur. Nam forum eccleſiaſticum etiam externū, per ſe ordinatur ad bonum ſpirituale, nam in hoc diſtinguitur forum eccleſiaſticum à ciuili:ſed maxime pertinet ad bonum ſpirituale proximi, ut adimpleat pro miſsionē: ergo iudex eccleſiaſticus debet cogere illū.

¶ Vltimò probatur oſtendendo quòd ratio in oppoſitum nulla ſit. Nam huiuſmodi matrimonia ſunt ſimpliciter uolūtaria libera, illud enim eſt ſimpliciter uolūtarium & liberum, quod eſt uolūtarium in ſua cauſa, ſed huiuſmodi matrimonia ſunt huiuſmodi, nam ſunt uoluntaria in contractu ſponſaliorum; uoluntariè enim libere promiſit futuras nuptias: ergo talia matrimonia ſunt ſimpliciter uoluntaria. Hæc cōcluſio intelligitur, ſiue ſponſalia fuerint iurata, ſiue nō.

¶ Tertia concluſio. Per accidens tamen extra regulam & ordinem iuris poterit aliquando iudex eccleſiaſticus prohibere ſponſis ne contrahant, ſiue ſponſalia fuerint iurata, ſiue non, ſcilicet, quando inde ſequuntur maxima inconuenientia, ut ſi timetur mors uxoris, vel quod uxor diſcedat de domo, uel iurgia perpetua inter uirum & fœminam. Diximus in concluſione, per accidens, quoniā ſemper ſupponitur malitia ex parte unius ſponſi, qui non uult ſeruare fidem; hæc autem malitia debet eſſe nota iudici ſecundum allegata & probata. Concluſio ſic explicata probatur primo. Nā eſt expreſſe diffinita ab Alexan. III. in capit. ex literis Syluani, de ſpōſalibus, ubi ſic ait, iudex eccleſiaſticus debet compellere ſponſum ad contrahendum, niſi neceſsitas urgens extiterit. In qua deciſione ponitur regula generalis poſita in ſecunda concluſione & ponitur exceptio poſita in hac tertia concluſione: ergo.

¶ Secundò probatur. Nam iudex eccleſiaſticus debet compellere ſponſos ad contrahendum, quando expedierit fini matrimonij, ſed in tali caſu nō expedit, ergo. Maior probatur, nam ex fine deſumenda eſt ratio & neceſsitas mediorum. Minor probatur, nam unus finis matrimoni eſt mutuū obſequium inter uirum & fœminam, ſed iſte finis in hoc caſu omnino pertubatur: ergo. Item, alius finis matrimonij eſt procreatio filiorum, iſte autē finis nō mediocriter pertubatur, quia cōpellitur ad cōtrahendum: ergo in tali caſu nō ſunt compellēdi.

¶ Vltimo. Iudex eccleſiaſticus per talem ſentētiam in tali caſu maximè prouidet iuri partis innocētis: ergo talis ſentētia eſt iuſta. Conſequentia patet, antecedens probatur. Nam in tali caſu petit matrimoniū, quod eſt detrimentū illius, & quòd affert illi maxima incommoda: ergo iudex non concedēdo matrimonium, fauet iuri partis innocentis. Et optimū ſimile, ſi quis coram iudice petat gladium depoſitum ad occidendum ſeipſum, uel alium, ſi iudex proferat ſententiam quod non conferatur ei gladius, optimè facit, & fauet iuri partis petentis: ergo idem erit in noſtro caſu. Itaque in tali caſu iudex non ſolum minus malum. permittit ad euitandum maius malum quòd erat licitum: uerum fauet actori & petenti, quoniam non habet ius in tali caſu: nam petit in detrimentum ſui.

¶ Vltima concluſio. In tali caſu iudex in vtroque foro tenetur compellere ſponſum qui non uult ſeruare fidem ad reſarcienda dāna data ex ſola uiolatione fidei, v. g. mulier ex eo quòd uiolatur ei fides, non inuenit poſtea uirum ſui æqualem: in tali caſu ſponſus debet reſarcire hoc detrimentum & augere dotem, ſi fuerit neceſſarium, & ad hoc debet compellere confeſſarius in iudicio pœnitentiæ, debet etiam compellere iudex eccleſiaſticus, etſi non faciet, peccabit contra Iuſtitiam; & ipſi tenetur reſtituere damna. Probatur concluſio primo ex cap. ultimo de iniurijs & damno dato. Si tua culpa, &c. loquitur autem de culpa contra iuſtitiam.) Sed in hoc caſu culpa ſpōſi datum eſt hoc damnū cōtra iuſtitiam, nam fœmina ſic repudiata, non tam facilè inueniet alterum uirum cui nubat, niſi augeat dotem, & alia eiuſmodi damna incurrit. ¶ Secūdò. Violatio iuſtitiæ commutatiuæ obligat ad reſtitutionem, ut patet ex 2. 2. quæſt. 62. Sed in hoc caſu ſponſus uiolat iuſtitiam cōmutatiuam: ergo tenetur reſtituere.

Cap. ulti. de iniur. & dā no dato.

¶ Ex his cōcluſionibus ſoluuntur argumenta pro utraque parte præter ultimum factū primo loco ex lege Cæſarea. Ad quā reſpondetur, quod illa lex eſt abrogata per Pontifices, quoniam iniuſta eſt. De interpretatione uero illius cap. commiſſum, dicemus infra cum loquemur de diſſolutione ſponſaliorum.

Quarta

QVarta difficultas eſt, an ſponſalia ficta & malo dolo facta & ſine animo promittendi, obligent in cõſciẽtia ad matrimonium contrahendum. Videtur ꝙ non. Primò arguitur. In contractibus voluntarijs obligatio contrahitur per voluntatẽ & deliberationem ſecundum Philoſophos & Theologos, ſed in tali caſu nõ hẽt voluntatem promittendi nec obligandi ſeipſum: ita enim ſupponimus: ergo non tenetur adimplere fidem.

¶Secundo arguitur. Sponſalia ficta non ſunt vera ſponſalia: ergo nõ obligant ex iuſtitia. Antecedens probatur, nam ſunt ficta & ſimulata, ergo non ſunt uera ſponſalia: ergo non obligant ex iuſtitia. Patet conſequentia, nã obligatio ex iuſtitia, eſt propria paſſio ſponſaliorum.

¶ Tertiò. Si quis poſtquàm promiſit fictè nuptias, promittat verè & ex animo alteri, tunc ſic. Iſte talis non tenetur ex iuſtitia adimplere primam promiſſionem: nam ſecunda ſponſalia ſunt vera & obligant ex iuſtitia: ergo ficta non obligant. ¶ Confirmatur argumentum. Si quis contraxit fictè cum vna, & contrahat verè & ex animo cũ alia, tenetur ſtare ſecundo matrimonio & non primo: ergo ſi fictè promiſit vni, & verè alteri, tenetur ſtare ſecundæ promiſſioni & non adimplere primam. Patet conſequentia ex paritate rationis.

IN oppoſitum eſt. Nam iudices in vtroque foro cõpellent ſimulatorẽ ad contrahendum, ẽt ſi dicat quòd promiſit fictè: ergo talis promiſſio obligat. Si quis dicat, ꝙ obligant illum propter fraudem in pęnam peccati, lex autem pęnalis & ſententia fundata in lege pęnali non obligant ante iudicis condemnationem, & ſic non erat talis obligatio ante iudicis coudemnationem. Contra. Nam in aliis ſacramentis permittit eccleſia maiores fraudes & ſimulationes, ut in ſacramẽto pœnitentiæ & receptione Euchariſtiæ; item nam acerbiſſima pœna uidetur, ac ſubinde iniqua, quòd quis uniatur uinculo perpetuo matrimonii propter fraudem, niſi ipſe aliàs teneretur: ergo.

¶ Prima concluſio. Qui ſimulat ſe promittere non tenetur adimplere promiſſionem, & contrahere rãtione promiſſionis. Hanc concluſionẽ probant argumenta facta in principio, nam illa promiſſio nulla A eſt, & ſponſalia ficta non habent ueram rationem ſponſaliorum: ergo.

¶Secunda concluſio. Talis ſimulator tenetur contrahere ratione ſcandali & iniuriæ factæ alteri parti. Concluſio eſt omniũ Theologorum in ſponſalibus & matrimonijs, in aliis uerò contractibus aliqui tenẽt oppoſitum, quamuis illa ſententia non ſit adeò probabilis. Probatur concluſio. Primo. Nam uera promiſſio ideò obligat, quoniam aliàs altera pars deciperetur, ſed idẽ inconueniens omnino ſequitur in promiſſionib. fictis: ergo tales promiſſiones obli- B gant. Minor patet, nam ſi quis ore promiſit futuras nuptias & non adimpleat promiſſionem, quia ficte promiſit, maximè decipitur altera pars. Secundò, nam ex oppoſito ſequuntur multa incõuenientia, multi enim dicerent, ſe uerè non promiſiſſe, ſed ficte, ut liberarentur à matrimoniis cõtrahendis.

¶Ex dictis ſequitur, ꝙ ſicut ſponſalia de futuro ficta non habent uerã rationẽ ſponſaliorum, neque obligant ratione promiſſionis, ſed ratione iniuriæ, ita etiam matrimonium ficte contractum non eſt uerum C matrimoniũ, neque obligat ratione matrimonii, ſed ratione iniuriæ illatæ, taliter ꝙ tenetur facere uerum matrimonium.

¶Aduertendum tamen eſt, præcipue ut ſoluamus tertiũ argumentum factum cum ſua confirmatione, quòd eſt maxima differentia inter ſponſalia & matrimoniũ quantum ad hoc ꝙ ſi aliquis poſt ſimulata ſponſalia contrahat ſponſalia cum altera uere & ex animo, ſtandum eſt fictæ promiſſioni & non illi promiſſioni, quæ uera eſt, & ex animo: at uero ſi quis poſt fictum mr̃imoniũ contrahat ſecundũ matrimoniũ uere & ex D animo cùm altera, ſtandum eſt ſecundo matrimonio, quãuis peccet mortaliter contra iuſtitiam contrahẽdo cum ſecunda. Probatur hoc. Nam promiſſio mutua ſemper debet ſeruari, quando commode põt, ſed ille qui promiſit futuras nuptias ficte, & poſtea uere & ex animo, põt ſeruare primam promiſſionem: qui autem contraxit fictè cum una, & poſtea uere & ex animo cum altera, non poteſt ſeruare primum contractum. ergo. Maior conſtat, minor probatur, ex differentia quæ eſt inter ſponſalia & matrimoniũ. Nam ſponſalia multis de cauſis dirimi poſſunt, imò ſecunda promiſſio quę facta

facta eſt ex animo, nulla eſt, nam nõ potuit A facere talem promiſſioné ſtante priori; ꝑmiſſione ficta & cum iniuria tertiæ perſonæ, ſicut non põt fieri promiſſio Deo cũm iniuria tertiæ perſonæ, matrimoniũ uerò eſt indiſſolubile,& ita quamuis peccet contra iuſtitiam contrahendo ſecũdum matrimonium,validum tamen eſt.¶Item eſt alia differentia,quoniam matrimoniũ eſt traditio, ſponſalia verò habent rationé promiſſionis tantum,poſſunt verò tradere rem, & traditio tenet:quãuis ſit iniuſta: promiſſio autem non eſt valida,ſi iniuſta eſt. Eſt ſimile in voto. Nam votum ſimplex religionis B ſi fit cum iniuria tertiæ perſonæ, nullũ eſt. Si verò faciat profeſſionem in aliqua religione etiam cum iniuria tertiæ perſonæ,valida eſt talis traditio. Et dictis reſpondetur ad argumenta facta.

EST vltimum dubium in hoc articulo an ſponſi per illam mutuã promiſſionem adquirãt aliquod ius iuſtitiæ ad corpus alterius ſponſi, taliter quòd ſit ſpeciale peccatũ accedere ad aliam perſonam: & videtur uerá pars negatiua.

¶Primo arguitur. Spõſalia de futuro nihil aliud ſunt, quam mutua promiſſio futu C rarum nuptiarum, vt conſtat ex diffinitione iam poſita, ſed ex promiſſione non adquiritur aliquod ius ad rem promiſſam,ut manifeſte conſtat , ergo ex ſponſalibus de futuro non adquiritur aliquod ius ſponſi, taliter quòd ſit ſpeciale peccatum accedere ad aliam perſonam.

¶Secundo arguitur . Ex ſponſalibus de futuro ſolũ oritur obligatio ad contrahendum matrimonium de præſenti , taliter ꝙ eſſet peccatum mortale cùm alio contrahere,& hoc eſt quòd promittitur , & non ſit promiſſio de non accedẽdo ad aliquẽ aliũ. D ergo ex ſponſalibus de futuro non adquiritur ius ad corpus alterius ſponſi,taliter ut ſit ſpeciale peccatum accedere ad alteram perſonam.

¶Tertiò arguitur. Nam(vt dicunt Theologi)ſponſalia de futuro ſe habẽt ad matrimonium,ſicut votum ſimplex religionis ad votum ſolenne religionis , ſed per uotum ſimplex religionis religio non adquirit aliquod ius ad illum qui promiſit , neque eſt ſpeciale peccatum accedere ad mulierem vſque dum faciat uotum ſolenne, ergo neque ex ſponſalibus adquiritur aliquod ius ad corpus alterius ſponſi , taliter ꝙ ſit ſpeciale peccatum , &c. ¶ Confirmatur argumentum. Ille qui habet votum ſimplex religionis ,non obligatur ad omnia, quæ ſunt in religione quoaduſque faciat profeſſionem,vt eſt per ſe notum : ergo qui promiſit futuras nuptias,antequàm cõtrahat non obligatur ad leges matrimonii , ac ſubinde non erit ius ad corpus.taliter quòd ſit ſpeciale peccatum accedere ad aliam perſonam.

¶Quartò arguitur.Nam in præcedentibus dictum eſt , quòd ſi quis poſt ſponſalia de futuro cum vna , contrahat de præſenti cum alia, matrimoniũ eſt validum & ſponſalia diſſoluta ſunt: nihilominus tamẽ obligatio ex iuſtitia ex parte illius,qui non ſtetit ſponſalibus manet ,& ita mortua uxore teneretur contrahere cum prima ſponſa. Tunc eſt argumentum. Sequitur ex oppoſita ſentẽtia,quòd iſte talis ſi accederet ad alienam nõ ſolum peccaret cõtra vxorem, quam modo habet, ſed etiam contra priorem ſponſam. Conſequens autem uidetur duriſſimum,ergo & illud,ex quo ſequitur. Sequela verò probatur . Nam prior ſponſa habet ius iuſtitiæ ad corpus illius, etiam ſi reſciſſa ſint ſponſalia.

¶In oppoſitum eſt primò. Nam(ut iam diffinitum eſt) promiſſio quæ eſt in contractu ſponſaliorum , eſt promiſſio obligans ex iuſtitia , & ita eius obligatio ortum habet ex contractu iuſtitiæ, ergo ſponſus habet aliquod ius iuſtitiæ , ad corpns ſponſi, taliter quòd erit ſpeciale peccatum accedere ad alium.

¶Secundò. Ex vi huius contractus ſponſus tenetũr facere proprium corpus , corpus alterius,& non tradere alteri, niſi proprio ſponſo: ergo ſi alteri tradat,peccat ſpeciale peccatum,& ille qui accipit corpus illius,peccat ſimiliter ſpeciale peccatum.

¶Confirmatur argumentũ. Nam(vt ſuprà dictum eſt)ſi quis poſt ſponſalia de futuro contrahat cum alia de præſenti & tradat corpus alteri , peccat peccatum contra iuſtitiam:ergo ſimiliter ſi accedat ad alterã ſine contractu matrimonii peccat peccatũ contra iuſtitiam.

¶Tertiò. Secũdum Theologos & Summiſtas , ſpõſi etiam de futuro licite poſſunt oſculari,ſe mutuo amplecti,& tangere ſe tactibus qui de ſe nõ ſint impudici,& frui voluptate

luptate

uptate quę oritur ex eis, quoniam ſpōſalia ſunt initium matrimonij, & ita cōcedūt facultatem fruendi voluptate pręambula voluptati matrimoniali. De quo videte Caietan. in 2.2. quæſt. 154. art. 4 & Nauarrum in Manuali, cap. 16. num. 12. ergo per ſponſalia adquirit ſpōſus aliquod ius ad corpus alterius, ita vt ſit ſpeciale peccatum ad aliā accedere.

¶ Vltimò. Nam per ſponſalia quamuis ſponſus non habeat ius in re ad corpus ſuæ ſponſæ, nam hoc ius traditur per matrimonium: habet tamē ius ad corpus, ergo quæcunque violatio corporis eſt ſpeciale peccatum contra ius hoc, ſiquidem violatur res ad quam habet ius.

IN hac difficultate propter argumenta poſita pro vtraq; parte, ſunt duæ oppoſitæ ſententia inter Doctores. Prima ſententia eſt, quæ aſſerit, ꝙ ſponſus per ſpōſalia de futuro non acquirit iuſtitiæ ius ſupra corpus ſponſæ, taliter quòd ſit ſpeciale peccatum & ſpecialis circunſtantia accedere ad alium, & quāuis aliquo modo aggrauet, non tamen eſt neceſſarium explicari iſtam circunſtantiam in confeſſione, quoniam aliqui exiſtimant, quòd circunſtantiæ aggrauantes non ſunt explicandæ in confeſſione. Hanc ſententiam tenet Couar. ſuper quartum Decretalium cap. 1. num. 14. & conſequenter dicit, quòd ille qui accedit ad ſponſam alterius de futuro, non tenetur illud explicare in confeſſione: quod ſequūtur aliqui alij autores.

¶ Secūda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet ꝙ ſponſus per ſponſalia de futuro acquirit ius aliquod ad corpus ſponſæ, taliter quòd accedere ad alium virum eſt ſpeciale peccatum explicandum in confeſſione, & ſimiliter qui accedit ad ſponſam alterius, tenetur illud explicare in confeſſione: nam irrogat iniuriam proprio ſponſo, & illud peccatum eſt alterius ſpeciei, & non ſolum eſt fornicatio contra caſtitatem & tēperantiam, verumetiam contra iuſtitiam in ordine ad ſponſum, & ſic illud peccatum reductiuè pertinet ad ſpeciem adulterij, ſicut contractus ipſe ſponſaliorum reducitur ad matrimonium. Item quoniam ſi eſſet ſolū circunſtantia aggrauans notabiliter, neceſſariò eſſet explicanda in confeſſione, nam circunſtantiæ notabiliter aggrauantes explicandæ ſunt in confeſſione, vt eſt certa

A ſententia omnium Thomiſtarum in materia de confeſſione.

¶ In huius expoſitionem ſit concluſio. Prima ſententia eſt probabilis, ſecunda verò eſt longe probabilior. Hæc concluſio duas habet partes. Prima pars probatur argumentis factis primo loco quę habēt probabilitatem & autoritate Doctorum qui illam tenent: & ſecundum iſtam ſententiam dicendum eſt, ꝙ illud peccatum accedendi ad alteram perſonam, non eſt adulterium, nam adulterium eſt acceſſus ad alienū thorum, & eſt contra fidem matrimonij, vt diffinit

B D. Tho. in 2.2 quæſt. 154. art. 8. Item dicendū eſt, quòd cum ſponſus non habeat ius in re ad corpus ſponſæ, ſed ſolum ſit illi promiſſum, non fit illi aliqua iniuria per hoc quòd ſponſa accedat ad alteram perſonam. Et hoc explicari poteſt exemplis adductis in argumentis poſitis primo loco, & etiam explicatur. Nam ex eo quòd aliquis habet ius ad aliquam rem, non inde ſequitur, quòd ſi quis vtatur illa re ſine ſua volūtate faciat illi iniuriam. ¶ Secunda pars concluſionis probatur argumentis factis ſecundo loco quæ ſunt longè probabiliora, & au

C toritate Doctorum qui illam tenent. Itaq; ſecundum iſtam ſententiā acceſſus ad ſponſam alterius, non ſolum eſt circunſtantia aggrauans notabiliter, ſed eſt peccatum alterius ſpeciei à fornicatione, & reducitꝰ ad adulterium: verum eſt, quod hēt rationem imperfectam adulterii, ſicut embrio habet imperfectam rationem hominis: nam iſtud ius quod habet ſponſus ad ſponſam, non eſt perfectum, ſed imperfectum, & veluti præuium ad ius perfectum, quod habetur per matrimonium, ſicut ſponſalia ipſa præuia ſunt ad matrimonium.

D QVibus poſitis reſpondendum eſt ad argumenta facta primo loco, qm̄ nos debemus perſiſtere in ſecunda ſententia quæ eſt multo probabilior. ¶ Ad primum argumentum rn̄detur, quòd ſponſalia de futuro habent rationem mutuæ promiſſionis & ſtipulationis, vt iam ſuprà dictum eſt, & quamuis ex promiſſione ſimplici non oriatur aliquod ius iuſtitiæ ad rē promiſſum, tamen ex mutua promiſſione oritur ius iuſtitiæ ad ipſam rem, quamuis nō oriatur ius iuſtitiæ in re: & ita diximus in explicatione concluſionis, quòd erat ius iuſtitiæ imperfectum.

¶ Ad

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd ex ſponſalibus de futuro oritur obligatio ad contrahendum, & ex conſequenti ſponſus acquirit ius iuſtitiæ ad corpus alterius, taliter quòd ſi alius tradat corpus ſuum alteri, faciat illi iniuriam contra iuſtitiam: & ſicut cùm aliquis habet ius iuſtitiæ ad aliquam rem, etiam ſi non habeat ius in re, fit illi iniuria ſi alius vtatur re illa vſu ſibi nociuo, ita in propoſito fit iniuria ſponſo ſi alius vtatur corpore ſponſæ.

¶ Ad tertium argumentum reſpōdetur, quòd eſt maxima differentia inter votum ſimplex religionis & ſponſalia de futuro, quamuis habeant aliquam ſimilitudinem. Habent quidem ſimilitudinē in hoc, quòd ſicut votum ſimplex religionis habet rationem promiſſionis, votum verò ſolenne habet adiunctam traditionem: ita etiam ſponſalia habent rationem promiſſionis matrimonium verò rationem traditionis. Differentia verò in hoc conſiſtit, quòd per uotū ſimplex religionis quod fit ſoli Deo ipſa religio nullum ius iuſtitię acquirit, neq; ille qui promiſit tenetur ſeruare ea quæ ſunt in religione vſque dum faciat profeſſionē: cæterum per mutuam promiſſionem quæ fit in ſponſalibus quilibet ſponſus acquirit ius iuſtitiæ ad corpus alterius, & ita ſi ſuū corpus tradat alteri, etiā quantum ad uſum eſt ſpeciale peccatum contra hoc ius iuſtitiæ quod oritur ex ipſis ſponſalibus. Vnde ad argumentum conceſſo antecedenti, negatur conſequentia propter rationem differentiæ aſſignatam. Et ad confirmationem facilè eſt reſpondere ex dictis in ſolutione ad argumentum.

¶ Ad quartū argumentum reſpondetur. Primò, ꝙ in dicto caſu non manent ſponſalia de futuro, nam (vt infra dicetur in vltimo articulo huius quęſtionis) ſponſalia de futuro diſſoluuntur per matrimonium de præſenti, & ita cùm non maneant ſpōſalia, non manet obligatio ſponſaliorum: neque iſti habent rationem ſpōſi & ſponſæ: & ita ſi poſt contractum matrimonium alter accedat ad aliam perſonā, fit quidem iniuria marito cùm quo contraxit de præſenti, nō tamen priori ſponſo, cùm iam non habeat rationem ſponſi: & quāuis ille qui non ſeruauit fidem ſponſaliorum, teneatur ex iuſtitia ſemper quòd nō fuerit impeditus ſeruare fidē: non tamen tenetur ratione ſpon- A ſaliorum quę iam reſciſſa ſunt, ſed ratione iniuriæ illatæ. ¶ Secundò rñdetur, ꝙ ille talis non ſolū peccaret contra iuſtitiā mariti cum quo contraxit de præſenti, verumetiā contra iuſtitiam prioris ſponſi, qm̄ hēt ius iuſtitiæ ſp ad illud corpus. Cæterum hæc ſolutio videtur nimis rigida, vnde prior ſolutio eſt melior & habet maius fundamentum in ratione ipſa ſpōſaliorum de futuro.

¶ Vltima difficultas eſt de promiſſione conditionata, an promiſſio facta cum conditione, ſi Papa diſpenſauerit, habeat ueram rationem ſponſaliorum, & obliget ex B iuſtitia; verbi gratia, ſunt duo conſanguinei intra quartum gradum, & contrahunt ad hunc modum, Si Papa diſpēſauerit, ego promitto futuras nuptias: dubium eſt, an talis promiſſio habet veram rationē ſponſaliorum & obliget ex iuſtitia in conſcientia. De hac tamen difficultate commodius dicetur infra, quæſt. 47. art. 5.

ARTICVLVS II.

C ¶ Vtrum tempus ſeptenii ſit legitimè aſſignatum ſpōſalibus contrahendis.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd tempus ſeptennij non ſit competenter aſſignatum ſponſalibus contrahēdis. Contractus enim qui per D *alios fieri poteſt, non requirit diſcretionem in illis ad quos pertinet, ſed ſponſalia fieri poſſunt per parentes utroque illorum ignorante, quorum ſunt ſponſalia: ergo ita poſſunt fieri ante ſeptenniū ſicut poſt.*

¶ *2 Præterea. Sicut ad contractus ſponſalium requiritur aliquis rationis vſus, ita ad conſentiēdum in peccatum mortale, (ſed ſicut Gregor. narrat in 4. Dialo.) quidam puer propter blaſphœmia peccatum extinctus eſt: ergo ante ſeptennium poſſunt contrahi ſponſalia.*

H ¶ *3 Præ-*

¶ 3 Præterea. Sponſalia ad matrimonium ordinantur, ſed in matrimonio non aſſignatur vnum tempus puellæ & puero: ergo in ſponſalibus ſeptennium vtrique aſſignari non debet.

¶ 4 Præterea. Ex tunc aliqui poſſunt ſponſalia contrahere, ex quo eis poſſunt futuræ nuptię placere, ſed ſigna talis placentiæ frequenter apparent in pueris ante ſeptennium: ergo ante illud tempus poſſunt contrahi ſponſalia.

¶ 5 Præterea. Si aliqui ante ſeptimum contrahant ſponſalia, & poſtea poſt ſeptennium ante tempus pubertatis contrahunt per uerba de præſenti, reputantur inter eos eſſe ſponſalia: ſed hoc non eſt ex ſecundo contractu, quia tunc non intendunt ſponſalia, ſed matrimonium contrahere, ergo ex primo: & ſic ante ſeptennium poſſunt ſponſalia contrahi.

¶ 6 Præterea. In his quæ communiter fiunt à pluribus, quod deeſt uni, ſuppletur ab altero, ſicut patet in trahentibus nauem: ſed contractus ſponſalium eſt quædam actio communis inter contrahentes: ergo ſi vnus ſit pubes poteſt contrahere cum puella quæ non habet ſeptem annos, ſponſalia, quia quod vni deficit de tempore, alteri ſuperabundat.

¶ 7 Præterea. Si aliqui iuxta ætatem pubertatis, quamuis ante eam contrahunt per verba de præſenti, reputatur inter eos matrimonium: ergo pari ratione ſi ante ſeptennium, dummodo ſint propinqui contrahant per uerba de futuro, reputabuntur inter eos eſſe ſponſalia.

RESPONDEO dicendum, quòd ſeptennium eſt tempus determinatum ſponſalibus à iure contrahendis ſatis rationabiliter. Quia cum ſponſalia ſint quædam promisſiones futurorum, vt dictum eſt, oportet quòd illorum ſint qui aliquo modo promittere posſint, quod non eſt, niſi illorum qui habent aliquam prudentiam de futuris, quæ uſum rationis requirit: reſpectu cuius triplex gra- A dus notatur ſecundum Philoſophum in 11. animalium. Primus eſt, cum quis neque ipſe intelligit per ſe, neque ab alio capere poteſt. Secundus eſt ſtatus quo homo ab alijs capere poteſt, ſed ipſe per ſe non ſufficit ad intelligendum. Tertius eſt, cum homo, & ab alio iam capere poteſt, & per ſeipſum conſiderare: & quia ratio paulatim in homine conualeſcit ſecundum quòd quietantur motus & fluxibilitates humorum ſenſualitatis, ideo primum ſtatum hominis obtinet homo ante primum ſeptennium, & propter hoc illo tempore nul- B li contractui aptus eſt, & ita nec ſponſalibus: ſed ad ſecundum ſtatum incipit peruenire in fine primi ſeptennij: vnde etiam tunc temporis pueri ad ſcholas ponuntur. Sed ad tertium ſtatum incipit homo peruenire in fine ſecundi ſeptennij, quantum ad ea quæ ad perſonam ipſius pertinent, in quo ratio naturalis eius conualeſcit: ſed quantum ad ea quæ extra ipſum ſunt in fine tertij ſeptennij: & ideo ante primum ſeptennium nulli contractui homo aptus C eſt. Sed in fine primi ſeptennij incipit eſſe aptus ad aliqua promittendum in futurum, precipuè de his ad quæ ratio naturalis inclinat magis, non autem ad obligandum ſe perpetuo uinculo, quia ad hoc non firmam voluntatem habet: & ideo tali tempore poſſunt contrahere ſponſalia. Sed in fine ſecundi ſeptennij iam poteſt obligare ſe de his quæ ad perſonam ipſius pertinent, uel ad religionem vel ad coniugium: ſed poſt tertium ſeptennium etiam poteſt de alijs ſe obligare, & ſecundum leges con- D ſtituitur ei poteſtas de rebus ſuis diſponendi poſt vigeſimumſecundum annum.

AD primum ergo dicendum, quòd ſi ante annos pubertatis fiant contractus ſponſalium per alium, ambo vel alter reclamare poſſunt: vnde nihil tunc actum eſt, adeo quod nec aliqua affinitas contrahitur ex hoc, & ideo ſponſalia, quæ inter aliquos

per

per perſonas alias contrahuntur, robur habent, inquãtum illi inter quos
contrahuntur ad ætatem venientes non
reclamant: ex quo intelliguntur conſen
tire de his quæ per alios facta ſunt.

Vbi ſupra argum. 2.

AD ſecundum dicendũ, quòd quidã
dicũt; ꝙ ille puer de quo Gregor. narrat,
nõ fuit damnatus, nec mortaliter pecca
uit, ſed uiſio illa fuit ad patrẽ contriſtã
dum, q. in puero illo peccauerat nõ corri
gens eum: ſed hoc eſt expreſſè contra in
tẽtionem Gregor. dicẽtis quòd pater pue
ri animam filii negligens non paruũ pec
catorẽ gehẽnæ ignibus nutriuit. Et ideo
dicẽdum, qd̃ ad peccatum mortale ſuf-
ficit etiam conſenſus præſens. Sed in ſpõ
ſalibus eſt conſenſus in futurum, ma-
ior autem diſcretio rationis req̃rit ad ꝓ
uidẽdum in futurum quam ad conſẽtiẽ
dum in actum vnum pſentem: & ideo
ante poteſt homo peccare mortaliter, quã
poſſit ſe obligare ad aliq̃d in futurum.

AD tertium dicẽdum, quod in tẽpo-
re contractus mr̃imonij non ſolum rq̃ri-
tur diſpoſitio ex parte vſus rationis, ſed
ẽt ex parte corporis, ut ſit tempus gene-
rationi aptum: & quia puella in 12. an
no ad hoc uenit, vt poſſit eſſe actui gene-
rationis apta: puer autẽ in fine ſecundi
ſeptennij, vt Philoſophus ait in 9. anima

Lib. 6. c. 14.

lium: ſimul autẽ uſum diſcretionis acci
piunt, qui tãtum in ſpõſalibus req̃ritur
ideo in ſpõſalib. determinatur vnũ tem
pus utrique, non autem in matrimonio.

AD quartum dicẽdum, quod illa pla
centia quæ eſt in pueris ante ſeptenniũ
non ꝓcedit ex ꝑfecto uſu rõnis, cum non
dum ſuſceptibiles ſint plenæ diſciplinæ,
ſed magis contingit ex motu naturæ q̃
ex aliqua ratione: & ideo non ſufficit
talis placẽtia ad ſponſalia cõtrahentiũ.

AD quintum dicẽdum, quod quam
uis per ſecundum contractum in caſu il
lo non faciant matrimonium, tamen o-
ſtendũt ſe ratã habere priorem ꝓmiſſio
nem, & ideo prioris contractus accipit
firmitatem.

AD ſextũ dicẽdũ, quod trahẽtes na
mẽ, agũt ꝑ modũ vnius cauſæ, & ideo ꝙ
A *deeſt vni, poteſt ſuppleri ex altero: ſed*
ſponſalia contrahentes agunt ut diſtin-
ctæ perſonæ, quia ſponſalia non niſi inter
duos eſſe poſſunt, unde in utroq; requiri
tur, quod ſit ſufficiens ad contrahendũ:
& ideo defectus vnius, ſponſalia impe-
dit, nec ex altero poteſt ſuppleri.

AD ſeptimum dicendum, quod in
ſponſalibus etiam ſimiliter ſi appropin-
quant contrahẽtes ad tempus ſeptennij,
contractus ſponſalium habet robur: q̃a
ſecundum Philoſophum in. 2. Phyſicor. Tex. cõmẽ. 56.
B *quod parũ deeſt, quaſi nihil deeſſe uide-*
tur. Hæc autem propinquitas à quibuſ-
dam determinatur tempus ſex menſiũ:
ſed melius eſt, ꝙ determinetur ſecundũ
conditionem contrahentium, quia in q̃-
buſdam magis accelerat vſus rationis,
quàm in alijs.

SVMMA ARTICVLI.

CONCLUſio eſt affirmatiua. Ratio huius
concluſionis eſt. Nam cum ſponſalia
C ſint quædam promiſſiones futurorum, vt
dictum eſt articulo præcedenti, neceſſariũ
eſt, quòd illorum ſint qui aliquo modo pro
mittere poſſunt, & ita neceſſaria eſt aliqua
prudentia de futuris, quę exigit uſum ratio
nis, qui quidem uſus incipit in ſeptennio.
Videte ſolutiones argumentorum D. Tho. Capit. literas. ca. acceſſit. cap. duo pueri. de ſpon. impub.
quæ optimæ ſunt.

¶ Circa iſtum articulum eſt aduertẽdũ,
quod concluſio D. Tho. habetur in cap. lite
ras. & in cap. acceſſit. & in cap. duo pueri.
de deſpõſatione impuberum. Etiam aduer
tendum eſt, quod pueri ante ſeptẽnium di
D cuntur infantes, ut habetur in l. ſi infanti. L. ſi in infanti: C. de iure delib.
C. de iure deliberandi: infantes uero prohi
bentur nubere & ſponſalia promittere, vt
habetur in l. in ſponſalibus. 1. ff. de ſponſa- l. in ſpõſalibus. 1. de ſpõſa.
libus. Etiam aduertendum eſt, quod ſi unus
illorum nondum peruenit ad ſeptennium,
alius uero peruenit: ſi ille qui non peruenit
ad ſeptennium, poſt ſeptennium confirmet
promiſſionem, alius non poteſt reclamare:
vt habetur in capitibus citatis.

HIS ſuppoſitis eſt prima difficultas
de ueritate cõcluſionis D. Tho. Ra
tio dubitãdi eſt. Nã in uiro & fęmi
na ad mr̃imoniũ cõtrahẽdũ nõ cõſtituitur

in iure idē tēpus, nā pro fœminis eſt tēpus
anni duodecimi, pro viris vero ponitur an-
nus 14.ergo pro ſponſalibus nō debet cōſti
tui in iure idem tempus pro viro & fœmi-
na, ſcilicet, ſeptennium.Reſpōdetur, quòd
concluſio D. Tho. eſt certiſsima in iure,vt
conſtat ex locis immediatè allegatis. Et ad
rationem dubii reſpondet D. Thom.ad ter
tium, quòd in ſpōſalibus ſolum requiritur
vſus rationis , & requiritur aliqua diſpo-
ſitiò corporis ad generandos filios:vſus au-
tem rationis æqualiter reperitur in viro &
fęmina in primo ſeptennio, & ideo æquale
tempus ſeptennij aſſignatur viro & fœmi-
næ: ad matrimonium verò contrahendum
non ſatis eſt vſus rationis,ſed requiritur di
ſpoſitio corporis taliter quòd ſit potens ad
generandum filios, hæc autem diſpoſitio ci
tius conuenit fœminæ , quoniam fœmina
ad generationem ſolum concurrit paſſiuè,
& ideo aſſignatur annus duodecimus pro
fœminis: hæc autem diſpoſitio non conue-
nit viro in eandem ętate,nām cōcurrit acti
uè ad generationem,& ideò pro viris ſtatui
tur annus 14. ad contrahendum matrimo-
nium. De quo videndus eſt locus Philoſo-
phi allegatus à D.Tho.in articulo. ¶ Quod
ſi aliquis adhuc dicat,quod ſecundum men
tem D.Greg.4.Dialog.cap.1.quidam puer
fuit damnatus propter peccatum blaſphe-
miæ,ergo ante ſeptennium peccauit morta
liter:tunc ultra, ſed ad ſponſalia contrahen
da,ſufficit uſus rationis qui ſufficit ad pec-
catum mortale, ergo ante ſeptennium poſ-
ſunt ſponſalia contrahi. Ad hoc reſponde-
tur cum D.Thom ad ſecundum , negando
cōſequentiam. Et rationem differentiæ aſſi
gnat. Nam ad peccatum mortaliter ſuffi-
cit etiam conſenſus præſens, ſed ad contra-
hendum ſponſalia requiritur conſenſus de
futuro,& ideo requiritur maior prudentia
ad contrahenda ſponſalia de futuro, quàm
ad peccandum mortaliter. Sed ſi hæc ſolu-
tio vera eſſet, ſequitur quòd requiratur mi
nor ætas ad contrahendum matrimoniū ,
quàm ſponſalia,nam matrimoniū dicit con
ſenſum de præſenti Reſpondetur,quòd le-
gitimus ſenſus D.Tho.eſt,quòd ad peccan
dum mortaliter ſufficit conſenſus præſens
& de caſu præſenti,etiam ſi nihil vltra futu
rum aduertat:ſatis enim eſt,quòd aduertat
illud eſſe malum & offenſam Dei, at verò
ad ſponſalia requiritur aduertentia & pro

A tempore præſenti, & pro tempore futuro,
& multo magis in matrimonio contrahen-
do:& ita ſolutio eſt,quòd ille caſus D.Gre
gor. fuit ratus & præter viam ordinariam ;
iura uero loquuntur de his, quæ regulari-
ter eueniunt.

SEcunda difficultas eſt, Vtrum ad ſpon-
ſalia ita ſit neceſſaria ætas ſeptē anno
rum,quòd ſi non ſit completus annus
ſeptimus,ſponſalia ſint inualida.Et videtur
quod nō ſint ualida. Primo arguitur. Nam
in iure uidetur exigi ætas completa 7 anno
rum,ut patet in cap.citatis,pręcipuè in cap.
literas.de ſponſalibus: ergo ſi non ſit com- Capi. literas.de ſponſal.
B pletus annus ſeptimus erunt inualida ſpon
ſalia.Probatur conſequentia Nam ante Cō
cil. Triden. profeſſio facta ante 14. annum
nulla erat,quoniam exigebatur ad illā ætas
completa 14.annorum, & poſt Concil.Tri-
den.profeſſio facta ante 16. annum nulla
eſt, quoniam in Concil.Triden. Seſſio. 25.
de regularibus,cap. 14.exigitur annus deci
muſſextus completus ad profeſſionem.

¶ Secundo arguitur.Nam in li.7.titu.2. L.6. tit. 1.oar.8.
partitā 4. quando ſit mentio de ætate re-
quiſita ad ſponſalia,nunquam dicitur quòd
malitia uel prudentia ſupplet ętatem,ergo.
Confirmatur. Nam uſus rationis nō ita ſo-
C let præuenire tēpus determinatum ad ma-
trimoniū,ergo quamuis in matrimoniis re-
cta ratione ponatur,illa exceptio, niſi mali
tia ſuppleat ætatem : in ſponſalibus uero
illa exceptio non eſt ponenda .

¶ Tertio arguitur.Illa iura ꝗ determināt
ætatem ſeptem annorum ad ſponſalia,ſunt
in fauorem contrahentium : ergo illa iura
non obligant ante ſeptennium completum,
neque ſponſalia ualida ſunt.Antecedens pa
tet,conſequentia probatur. Nam lex ieiu-
niorum, quæ determinat 21. annum , non
obligat ante illud tempus completum quo
niam hoc ſit in fauorem illorum, quid de-
D bebant ieiunare.

¶ Propter hęc argumēta aliqui autores
exiſtimant, quod ſi ſponſalia fiant ante ſe-
ptennium, etiam ſi parua ſit diſtantia non
ſunt uera ſponſalia,neque obligant in con-
ſcientia.Hanc ſententiam tenet Panor.cap.
iuuenis.de ſponſalibus Couar.ſuper 4. De
cret.par. 1.cap.2 numer.1 & allegat pro ſe
aliquos autores,& pro hac ſententia citant
Palud. 4.diſt.27.quæſt.1.art.2. Palud. uerò
nihil aliud facit , quam referre ſententiam
D.Tho.

D. Tho. & aliorum, & ipſe ex propria ſententia nihil diffinit. Cæterum D. Tho. hic ad ſeptimum, expreſſe, dicit, quòd ſi ſponſalia fiant parum ante ſeptennium, ſunt vera ſpōſalia, & quòd in illo caſu malitia & prudentia ſupplet ætatē ſicut dicit lex in matrimoniis. Hoc dicit Sotus, 4. diſt. 27. q. 2. ar. 2. Victoria in Sūma n. 65. & hāc ſentētiā tenēt omnes Thomiſtæ, eā, tenet gloſſa cap. iuuenis. & cap. ſponſam de ſponſalibus.

C c. iuuenis. & c. ſponsā de ſponſal.

¶ In huius expoſitionem ſupponendum eſt, quòd contrahentes ſponſalia dupliciter ſe poſſūt habere. Primo modo taliter q ætas eorū multū diſtet à ſeptēnio, vt ſi diſtet p duos annos, uel per tres, alio modo ita ut parū diſtet, ut ſi per menſem uel hebdomadam, item ſiue parū ſiue multū diſtēt, contrahētes ſe poſſūt habere dupliciter. Primo modo, ita ut habeant vſum rationis, alio modo taliter quòd non habeāt uſum rationis.

¶ Prima concluſio. Si contrahentes habeant uſum rationis ſufficientem ad ſponſalia contrahenda, & parum diſtent ſeptennio, ualida ſunt ſponſalia & obligant in cōſcientia. Hāc concluſionem docet D. Tho. & omnes Thomiſtæ locis citatis. Et probatur primo ex Ariſt. 2. Phyſic cap. 1. ubi ait, Quòd parū diſtat, nihil diſtare uidetur, ſed in hoc caſu eſt parua diſtantia a ſeptēnio: ergo ualida ſunt ſponſalia. Secundo. Ætas neceſſaria ad matrimonium, non eſt ita determinata quin poſſit aliquando euenire, quod malitia ſuppleat ætatem: ergo a fortiori hoc erit uerum de ſponſalibus. Patet conſequentia. Nam maior ratio eſt in ſponſalibus, quàm in matrimonio. ¶ Tertiò probatur ex l. in ſpōſalibus. 2. ff. de ſpōſalibus. ubi dicitur, quòd nulla ætas præſcripta eſt ad ſponſalia, ſed ſufficit illa ætas quando cōtrahentes ſciunt quid faciunt: unde lex dicit infrà, quod debet eſſe ætas 7. annorum. Ex his uerbis colligitur argumentum pro hac ſententia. Nam hæc lex debet obligare iuxta rationem ipſius legis: ergo ſi parùm ante ſeptenniū contrahentes habeāt uſum rationis taliter q cognoſcāt quid faciūt, ualida erūnt ſponſalia. ¶ Confirmatur ex l. ultima, titu. 1. partita. 4. ubi ad hoc q oriatur impedimētum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus, ponitur ut aliquid requiſitum, q cōtracta fuerint ſponſalia in ætate 7. annorū, ponitur etiam exceptio, niſi contrahentes habuerint uſum rationis: ergo ſi habuerint uſum rationis ualida ſunt ſponſalia, & oritur impedimentum. Aduertendum tamen eſt, quòd ad cognoſcendum quæ nam ætas dicatur propè ſeptennium ut ualida ſint ſponſalia, non eſt determinata aliqua certa regula, ſed hoc iudicandum eſt ſecundum arbitriū uiri prudentis attendendo ad tempus accelerationis uſus rationis.

L. in ſpōſalibus. ff. de ſpōſal.

L. ulti. titul. 1. partita. 4.

SED adhuc eſt ſpecialis difficultas. Vtrùm ſi longè ante ſeptenniū acceleretur uſus rationis in aliquo, uerbi gratia, in anno tertio, uel quarto, an ualida ſint ſponſalia, ſi contrahant: exemplum B eſt in caſu D. Gregor. in illo paruulo. Et uidetur quòd illa ſponſalia non ſint ualida argumento deſumpto ex illo cap. citato. Nā ad ſponſalia requiritur ſeptennium, ergo ſi multum diſtant a ſeptennio, ſponſalia inualida erunt. ¶ Cōfirmatur Nam longe ante ſeptennium quamuis poſſit aliquis paruulus habere uſum rationis, iſte erit caſus rariſſimus, iura uero reſpiciunt id quod frequenter & communiter euenit: & ita potuerunt inualidare contractum ſponſaliorum qui factus eſt longe ante ſeptennium, quia regulariter non eſt uſus rationis. ¶ Se C cundo confirmatur. Quia aliàs ſequitur, quod ſi paruulus per miraculum haberet uſum rationis in ætate duorum annorum, quod poſſet contrahere ſponſalia, & quod illa eſſent ualida, quòd uidetur irrationabiliter dictum.

¶ In oppoſitum eſt. Nam in illa. l. ultima expreſſe dicitur, quod ad ſponſalia non eſt præſcripta aliqua ætas, ſed quòd contrahentes cognoſcant quid faciunt: ſed in hoc caſu ille qui contrahit, ſcit quid faciat, cum habeat uſum rationis, ergo uera erūt ſpōſalia.

¶ In hac difficultate aliqui autores exi D ſtimant, quod ſi aliquis paruus longe ante ſeptennium habet uſum rationis per uiā ordinariam uel extraordinariam & per miraculum, & contrahit ſponſalia, uera erunt ſponſalia, & obligant in foro conſcientiæ quamuis in foro exteriori non obligarent. Cæterum illi, qui putant, quod ſponſalia cōtracta ante ſeptennium completum nullo modo ſunt ualida, etiam ſi parum diſtet a ſeptennio: longe melius debent hoc dicere, quando diſtant multum Et multi alij qui exiſtimant, quòd quando parum diſtāt a ſeptenio ſunt uera ſponſalia, dicūt; quòd quando multum diſtant non ſunt uera.

¶Sit ſecunda corcluſio. Prima ſententia A eſt probabilis, ſecunda verò uidetur mihi probabilior. Prima pars probatur argumēto facto in oppoſitum, quod probabilitatē habet: & ſecundum hanc ſententiam dicendum eſt ad argumenta primo loco poſita, ꝙ iura diffiniūt id quod communiter & regulariter euenit, communiter aūt & regulariter vſus rationis non ſolet eſſe niſi in ſeptennio uel parum ante: non tamen determinant, quod ſi in aliquo caſu raro fuerit uſus rationis longe ante ſeptennium, ſponſalia contracta nō ſint ualida. Secūda pars B probatur argumento primo loco facto, & duabus confirmationibus, & dicendū eſt ſecundū hanc ſententiā, ꝙ lex obligat ſecundum id, quod regulariter, & cōiter euenit.

¶ Ad primum argumētum in principio dubij reſpōdetur, ꝙ illa iura quæ determinant 7. annū ad ſponſalia contrahenda, uel formaliter ſe explicant, uel ſecundū cōmunem ſententiam ſunt explicāda, vel cū hac exceptione, niſi malitia ſuppleat ætatem, quod communiter & regulariter fit in ſeptennio vel circa ſeptenniū. Ad aliud vero dicendū eſt, non eſſe eandē rationem, quia C iura quę determinant tēpus profeſſionis, determinant illud tempus ſine ulla prorſus exceptione, & ita ſi non fuerit completum illud, nulla eſt profeſſio, neque inde oritur aliqua obligatio: iura uerò q̃ determinant tempus ſponſaliorum apponunt illam exceptionem ſupra poſitam.

¶Ad ſecundum reſpōdetur, quod illa lex intelligēda eſt iuxta ultimam legem illius tituli, ubi expreſſe ponitur illa exceptio, niſi prudentia vel malitia ſuppleat ætatem. Ad confirmationem diſtinguo antecedēs. Nam ſi ſit ſenſus quòd aliquando vſus rōnis præuenit annos pubertatis determina- D tos à iure ad matrimonium, & nō pręuenit ſeptennium, nego antecedens: ſi autem ſit ſenſus quòd frequentius uſus rationis præuenit annos pubertatis quam ſeptennium, conceditur antecedens; inde tamen ſolum colligitur, quòd matrimonia frequentius poſſunt eſſe ualida ante tempus determinatum à iure, quàm ſponſalia.

¶Ad tertium negatur conſequentia. Primò, quia præceptum eccleſiaſticū de ieiunio non intendit obligare ante uigeſimum primum annum completum, quod colligitur ex intelligentia omnium Doctorū, & A ex vſu receptiſſimo Eccleſiæ, quamuis non deſint qui dicant, quod obligat ante, ſi malitia ſupplet ætatem. Secundò. Nam lex de ieiunio habet veluti rationem legis pœnalis, quoniam adducit ſecum aliquam pœnā, & ideo illa lex ſtrictiſſimè explicanda eſt, & non amplianda: cæterum lex de ſponſalibus non habet rationem legis pœnalis, ſed reſpicit ipſos contrahentes: & propterea nō eſt neceſſarium ſemper, quòd ſeptimus annus ſit completus.

EST tertia difficultas, an licitum ſit contrahere ante ſeptennium, & ſi eſt B peccatū, an ſit veniale vel mortale: ꝙ quidem diſputari poteſt de ipſis contrahētibus, & de conſulentibus & inducētibus.

¶In huius expoſitionem eſt prima ſententia, quæ aſſerit, ꝙ contrahere matrimonium ante tempus determinatum à iure eſt peccatum mortale, non tamen eſt peccatum mortale contrahere ſponſalia ante ſeptennium. Ita tenēt aliqui moderni Theologi, & probant hanc ſententiam de ſponſalibus, quia illi qui contrahunt ante ſeptennium nullā iniuriam faciunt alteri perſonæ, nec eſt aliqua irreuerentia in ſacramen- C to cum ibi nullum ſit ſacramentum: ergo per ſe loquendo nō eſt peccatum mortale.

¶Secunda ſententia aſſerit, quòd quādo aliquis contrahit ſponſalia ante ſeptenniū, ſi faciat ſine urgenti neceſſitate, & ſine licētia Epiſcopi, peccat mortaliter, & hæc eſt communis ſententia Doctorum, quam tenet Sylueſt. verbo, matrimonium 1. q. 6. vbi refert Palud. & Panorm. & Archidia. & Hoſtienſem. Tenet etiam hanc ſententiam Nauar. in manua. cap. 22. num. 31. ubi dicit, quòd ſic contrahentes matrimonium vel ſponſalia, peccant mortaliter, vel potius pec- D cant mortaliter conſulentes, quia paruuli ſæpe excuſari poſſunt, per ignorantiam. Eandem ſententiam tenet glo. cap. ubi non eſt, de deſponſatione impuberum. Et probatur hæc ſententia ex hoc cap. vbi Nicolaus I. diſtrictius prohibet, ne aliqui contrahant ante legitimam ætatem à iure, niſi interueniente aliqua neceſſitate urgentiſſima. Vbi aduertendum eſt, uerbum illud, diſtrictius, in quo quidem inſinuatur clarè ꝙ intentio Pontificis eſt apponere præceptū obligans ad mortale, ergo. ¶Secundò probatur ex Hoſtienſi. Nam ex huiuſmodi ſponſalibus ſequitur impedimentum publicæ

Glo. ca. vbi non eſt. d. deſpon. impub. iuncto eodē cap.

hone-

honeſtatis contra bonum publicum , nam propter defectum ætatis poſtea cũ illi paruuli perueniunt ad maiorem ętatem, ſæpe non conſentiunt & diſſoluuntur ſponſalia & conſanguinei eorum manent impediti propter illud impedimentum publicæ honeſtatis ad contrahendum, quòd eſt in detrimentum boni publici.

¶ Prima concluſio. Longè probabilior videtur ſecunda ſentẽtia, quòd illi peccant mortaliter ex genere ſuo. Hæc concluſio probatur primo,quia Doctores communiter ita ſentiunt.Secundò, Nam Nicolaus I. ita viſus eſt explicare in loco immediatè citato. Diximus tamen in concluſione, ex genere ſuo,quoniam aliquando fortè nõ peccabunt mortaliter, imò nec uenialiter ,ꝓpter ignorãtiam, quàm poſſunt habere inuincibilem iuris,ſi tamen non habent ignorantiam prohibitionis iuris , & aliundè habeant vſum rationis,difficillimum uidetur quòd poſſint excuſari à peccato mortali.

¶Secunda concluſio. A fortiori peccabũt mortaliter conſulentes & inducentes ipſos ad ſic contrahendum. Hæc concluſio patet. Nã ille actus ex genere ſuo eſt mortale, ut diximus in præcedenti concluſione, & minus poteſt admitti ignorantia in conſulentibus vel inducentibus,ergo à fortiori peccabunt mortaliter.

¶Tertia concluſio. Cõtrahere matrimonium antè legitimam ętatem eſt peccatum mortale. Hanc concluſionem tenẽt omnes Doctores qui tenent præcedentes concluſiones , & aliqui probant iſtam concluſionem,quia ſi illi non habeant vſum rationis completum,ad hoc, quòd ſit validũ matrimonium,quamuis habeant ad peccandum, illi irrogant grauem iniuriam ſacramento matrimonii quod annullant: ergo peccant mortaliter.Hęc autem ratio non cõuincit. Nam poſſunt habere vſum rationis ante illam ætatem determinatam à iure ita ut ſit validum matrimoniũ: item nam ſi nullum eſt ſacramentum,nulla irrogatur iniuria,cũ ſit contractus quidam, & nõ ita habeat determinatam materiam & formam(vt ſuprà diximus)Ratio igitur eſt potiſſima , ꝓ hac concluſione. Nam eſt præceptum Nicolai, vt ſuprà diximus : ergo obligat ad mortale ex genere ſuo. Item quoniam ſequitur maxima inconuenientia ex talibus matrimoniis,vt docet Hoſtienſis loco citato.

Glo. a vbi non eſt.d de ſpon. im pub. in 6to eod. cap.

¶ Vnde (A) ad argumentum pro prima ſententia reſpondetur , quòd quamuis non fiat iniuria tertiæ perſonæ,neque ſit irreuerẽtia reſpectu ſacramenti matrimonii, quod ibi nullũ eſt,quando tantum ſunt ſponſalia de futuro:nihilominus tamen eſt peccatum mortale propter præceptum poſitum à Nicolao, & propter grauia inconuenientia quæ ſequuntur.

VLtima difficultas eſt, an poſſint parentes contrahere ſponſalia pro filiis, & an ipſi filii poſteà quando ſunt maiores poſſint reclamare & non conſentire? Ratio dubitandi eſt à parte affirmatiua, Nam parentes (B) poſſunt diſponere de bonis filiorum in vtilitatem eorum,quoniam ſunt aliquid patris : ergo poſſunt contrahere ſponſalia pro filiis, taliter ꝙ ipſi poſtea non poſſint reclamare.

¶ Prima concluſio. Stante aliqua cauſa legitima , v. g. pro bono pacis , licitè poſſunt parentes contrahere ſponſalia pro filiis,ſi filii ſint paruuli. Hãc ſententiam tenet Magiſter Sotus diſt. 27. quæſt. 2. art. 2. ad primum, & illam colligit apertè ex cap. dubium non eſt:de deſponſatione impuberum. & ipſi parentes quantùm in ipſis eſt, tenentur ſtare promiſſis.

Cap. dubiũ non eſt.de d' ſpon.im pub.

(C) ¶Secunda concluſio. Illa tamen ſponſalia ſemper dependent ex conſenſu paruulorum in maiori ætate: itaque poſſunt reclamare & non conſentire. Aduertendum tamen eſt,quòd ſi poſitiuè conſentiunt, vel ẽt virtualiter & interpretatiuè, quia ſciunt & tacent (quod eſt virtualiter conſentire) valida ſunt ſponſalia . Et hæc concluſio eſt expreſſa D.Tho.ad primum . & habetur in c. 1. de deſpon. impub. & cap. vnico.eodem tit.in 6. Quando autem in cap. dubium.in fine dicitur,quod filius adultæ ætatis debet implere quod pater promiſit , illa particula, debet , ſecundum gloſſam ibidem , dicit (D) debitum honeſtatis:nam honeſtũ eſt quòd filius impleat promiſſionem ſui patris,non tamen dicit debitum neceſſitatis.

Ca. 1. de deſpon. impub. c. vnico. eod. tit. in 6.

¶ Et ad rationem dubitandi in principio reſpondetur,quòd eſt maxima differentia. Nam reſpectu bonorum temporalium filius dependet à patre in illa ætate , cæterum in contrahendo matrimonio non ita dependet à patre, quoniam eſt ſuppoſitum diſtinctum habens diſtinctam voluntatem à patre.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm ſponſalia dirimi poſſint altero religionẽ intrante.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod ſponſalia dirimi non poſſint altero religionem intrante: quia de pecunia, quam alteri promitto, non poſſum alteri licitè obligationem facere: ſed ille qui ſponſalia contrahit, corpus ſuum promittit mulieri: ergo non poteſt ſe offerre Deo vlterius in religionem.

¶ 2 Item videtur, quòd nõ debeat dirimi, quando alter coniugum ad longinquam religionem ſe trãsfert: quia in dubiis ſemper tutior pars eſt eligenda: ſed tutius eſſet, quòd eum expectaret: ergo tenetur eum expectare.

¶ 3 Item uidetur, quòd nec dirimãtur per ægritudinem, quam aliquis incurrit poſt contracta ſponſalia: quia pro pœna nullus debet puniri: ſed vir qui infirmitatem incurrit, punitur in eo quòd ei ius aufertur, quod in illa habebat, quæ ſibi fuerat deſponſata: ergo propter corporalem infirmitatem non debent ſponſalia dirimi.

¶ 4 Item videtur quòd nec propter affinitatem interuenientem, utpotè ſi ſponſus conſanguineam ſponſæ fornicario concubitu cognoſcat: quia ſecundũ hoc ſponſa puniretur pro peccato ſpõſi, quod non eſt conueniens.

¶ 5 Item videtur, quòd non poſſint ſe inuicem abſoluere; quia hoc eſt maximæ leuitatis, ut primò contrahant & poſtmodum ſe abſoluant: ſed talia non debent ab eccleſia ſuſtineri: ergo.

¶ 5 Item uidetur, quòd nec propter alterius fornicationẽ: quia adhuc per ſponſalia unus non accipit poteſtatem in corpus alterius: & ſic videtur, quod in nullo contra inuicem peccent, ſi interim fornicantur: & ſic ſponſalia dirimi non debent per hoc.

A ¶ 7 Item uidetur, quod nec per contractum cum aliqua per uerba de præſenti: quia uẽditio ſecũda, non derogat uẽditioni primæ; ergo nec ſecũdus contractus põt derogare primo. ¶ Itẽ uidetur, ꝙ nec per defectũ ætatis poſſint dirimi: quia, quod nõ eſt, non poteſt diſſolui ſed ante ætatem determinatam nulla fuerũt ſpõſalia: ergo dirimi nõ poſſũt.

RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ in omnibus p̃dictis caſibus ſpõſalia contracta dirimũtur, ſed diuerſimodè: quia in duobus, ſcilicet, cũ quis ad religionẽ confugit, & cũ alter coniugũ cũ altero per B uerſa de præſenti cõtrahit, ipſo iure ſpõſalia dirimuntur: ſed in alijs caſib. dirimi debent ſecundum iudiciũ eccleſiæ.

AD primũ ergo dicendũ, ꝙ talis p̃miſsio ſoluitur per mortem ſpiritualẽ, cũ ſit ſpiritualis tantum, ut dictum eſt.

AD ſecundum dicendum, ꝙ dubiũ determinatur ex hoc, ꝙ alter nõ cõparet tẽpore ſtatuto ad matrimoniũ cõficiendũ. Vnde ſi ex parte eius nõ defuit, quin matrimoniũ cõpleret, poteſt licitè alteri nubere ſine peccato. Si autẽ per eam ſtetit, ꝙ matrimonium non eſt cõ C pletum, debet agere pœnitentiã de peccato fractæ p̃miſſionis aut iuramenti, ſi iuramentum interuenit, & contrahere cum alia (ſi vult) iudicio eccleſiæ.

AD tertium dicendum, ꝙ ſi ante contractũ matrimoniũ, aliquã grauẽ infirmitatẽ incurrat alter eorũ, inter quos ſunt contracta ſponſalia, quæ ipſũ debilitet nimis, aut eũ deformet, ut abſciſſio naſi, uel orbitas oculorũ, aut aliquid huiuſmodi: aut quæ ſunt contra bonum prolis, utpote lepra, quæ ſolet D prolem inficere, poſſunt ſponſalia dirimere, ne ſibi inuicem diſpliceant, cum matrimonium ſic contractum malum exitum ſortiatur: nec pro pena punitur aliquis, ſed ex pœna damnum reportat: quod non eſt inconueniens.

AD quartũ dicẽdũ, ꝙ ſi ſponſus cognouit conſanguineã ſpõſæ, uel ecõtra, tũc dirimi debẽt ſpõſalia, & ad hoc p̃bãdũ ſola fama ſufficit, ꝓꝑ ſcãdalũ uitandum:

tãdum: cauſa n. q̃ in futurum expectãt effectus ſuos, impediũtur à ſuis effectib: nõ ſolũ ex eo ꝙ eſt, ſed ex eo ꝙ futurũ eſt. Vnde ſi ut affinitas ſi eſſet tempore cõtractus ſponſaliũ, impediuiſſet cõtractũ illũ, ita ſi interueniat ante matrimoniũ, ꝙ eſt effectus quidã ſponſalium prior cõtractus ab effectu ſuo impeditur nec in hoc aliquid detrahitur alteri, imò ei confertur: quia abſoluitur ab eo, q ꝓ fornicationẽ ſe Deo odioſũ reddit.

Ca. præterea. de ſpóſal. & matri.

AD quintum dicẽdũ, ꝙ quidã recipiunt iſtũ caſum. ſed contra eos eſt Decret. quæ expreſſe dicit: Ad inſtar, inquit, eorum qui ſocietatem fidei contrahunt, & poſtea eandem rem itiunt, poteſt in patientia tolerari, ſi mutuò ſe abſoluunt, qui ſponſalia contraxerunt. Sed ad hoc dicunt ꝙ Eccleſia magis hoc ſuſtinet, ne peius eueniat, quam hoc ſit de iure, ſed hoc non videtur exemplo cõuenire quod Decret. adducit. Et ideò dicendum, quod non ſemꝑ eſt leuitatis retractare quæ prius firmata ſunt: quia incertæ ſunt prouidencitiæ noſtræ: ut dicitur in lib. Sapiẽ. c. 9.

AD ſextum dicendũ, ꝙ quãuis nõ dederint ſibi mutuò ꝑtãtẽ corporis ſponſalia contrahẽtes, tamẽ ex hoc efficiũt ſibi inuicẽ ſuſpecti de nõ ſeruanda fide in futurũ: & ideò põt ſibi ꝑcauere unus contra alium ſponſalia dirimendo.

AD ſeptimum dicẽdum, ꝙ ratio illa teneret ſi eſſet unius rationis uterq; cõtractus: ſed ſecũdus cõtractus matrimonij eſt fortior primo, et iõ ſoluit ipſũ.

AD octauum dicendum, ꝙ quamuis non fuerint vera ſponſalia, tamen fuit ibi quidam modus ſponſaliũ: & ideo nè uideatur approbare, ad annos legitimos ueniens debet petere ſolutionem ſponſalium iudicio eccleſiæ faciendam, propter bonum exemplum.

SVMMA ARTICVLI.

COncluſio eſt. S ſpõſalia de futuro nõ ſolũ dirimuntur per ingreſſum religionis, ſed aliis multis de cauſis. Et aduertendum eſt in doctrina D. Tho. quod ſponſalia de futuro in duobus caſibus dirimũtur ipſo iure. Primus eſt, quãdo aliquis ingreditur religionem. Secũdus uerò quãdo cõtrahit matrimonium de præſenti. In his enim duob. caſibus ſponſalia de futuro ipſo iure dirimuntur: in aliis verò caſibus debent dirimi per authoritatem Eccleſiæ.

¶ Circa iſtũ articulũ eſt prima difficultas. Vtrũ ſpõſalia de futuro ex natura ſua ſint diſſolubilia, quantum ad vinculum. Videtur quod non. ¶ Primo arguitur: Spõſalia de futuro & matrimonium ſunt eiuſdẽ ſpeciei, ſed propria paſsio matrimonii eſt indiſſolubilitas ex natura rei, ut infra dicemus: ergo etiam eſt propria paſsio ſponſaliorum de futuro. Conſequẽtia eſt euidẽs. Nam ea quæ ſunt eiuſdem ſpeciei habent eandem propriam paſsionem. Maior probatur: Tum quoniam uterque cõtractus verſatur circa idẽ obiectũ, ſcilicet, circa corpora ipſa, tum etiam, quoniam uotum ſimplex & ſolenne ſunt eiuſdem ſpeciei, quamuis uotum ſolenne ſit traditio, uotum uero ſimplex, promiſsio: ergo idẽ erit de matrimonio quod eſt traditio, & de ſponſalibus quæ habẽt rationẽ promiſsionis: tũ deniq; quoniã cõtractus ſponſalium pertinet ad uirtutẽ iuſtitiæ cõmutatiuæ, ſicut cõtractus matrimonii: ergo ſunt eiuſdẽ ſpeciei.

¶ Secundò arguit. Qui promittit ſponſalia de futuro, obligatur ad leges matrimonii: ſed vna lex matrimonii eſt, ꝙ ſit indiſſolubile: ergo ſponſalia habẽt indiſſolubilitatẽ. Maior probatur. Nã qui obligatur ad aliquã rẽ, tenetur legibus illius rei: ſed qui ꝓmittit ſponſalia de futuro, obligatur ad matrimoniũ: ergo tenetur legib. matrimonii.

¶ Terciò arguitur. Sponſalia de futuro, ſi ſequatur copula carnalis, inducũt obligationẽ matrimonij ſaltim præſumpti, ut diffinitur in c. veniens. 2. & c. is qui fidem dederit, & c. fin. de ſpõſal. & c. de illis. & c. per tuas de conditionibus appoſitis: imo inducunt obligationem veri matrimonii etiam in foro conſcientiæ, ſi ſponſi accedũt ad ſe affectu maritali, vt eſt communis ſententia Theologo: ſi. 4. diſt. 28. ergo ſaltim iſta ſpõſalia ſunt indiſſolubilia ex natura ſua.

¶ In huius expoſitionẽ ſit cõcluſio certa. Spõſalia de futuro ſunt diſſolubilia ex natura ſua. Hæc cõcluſio eſt cõmunis ſentẽtia Theologorũ & Iuriſperitorũ. Et probatur primò. Nã ſolũ cõtractus matrimonii eſt indiſſolubilis ex natura ſua: ſed ſpõſalia de fu-

tuto differunt à cōtractu matrimonii, ergo ſpōſalia de futuro ſunt diſſolubilia. Maior patet. Quoniā cōtractus mřimonii ordinatur ad ꝓcreationē prolis, vt infra dicemus & inde habēt indiſſolubilitatē. Minor vero ꝓbatur. Nā ſpōſalia de futuro & matrimoniū differunt, ſicut promiſſio & traditio, & ſicut votū ſimplex eſt promiſſio, ſolēne verò habet adiūctā traditionē: ita differūt ſpōſalia & matrimonium. ¶ Secūdo probatur. Matrimoniū eſt indiſſolubile ex natura ſua quoniam alias irrogaretur maxima iniuria proli, nā cōtractus mřimonii in hoc differt ab aliis cōtractibus, ꝙ alii cōtractus ordinātur ad bonū contrahentiū, & ideo per uolūtatē ipſorū diſſolui poſſunt, cōtractus uero matrimonii ordināt ad bonū ſpeciei, & ad bonā educationē prolis, & ideo eſt indiſſolubile ex natura ſua, ſed in promiſſione futurarū nuptiarum nō debet eſſe generatio prolis, ut patet, nā ſolū matrimoniū ordinatur ad generationē prolis, ergo ſpōſalia diſſolubilia ſunt ex natura ſua. ¶ Vltimo probatur. Spōſalia nihil aliud ſunt, quā quædā diſpoſitiones ad futurū matrimoniū, & præparationes ut ſponſus poſſit cognoſcere cōditionē ſponſæ, & econtra: ergo ſpōſalia ex natura ſua ſunt diſſolubilia: non enim attingunt perfectā rationem matrimonii, in quo eſt uera traditio & uinculū perpetuū. Eſt aliquale exemplū. Nam nouitiatus ex natura ſuā eſt diſſolubilis, quoniā ordinatur ad profeſſionem ueluti diſpoſitio quędā & præparatio ad uinculum perpetuum profeſſionis.

¶ Ad argumenta facta in principio reſpōdetur. Ad primū eſt prima ſolutio aliquorū ꝙ matrimoniū & ſponſalia differūt ſpecie. Et ad primā probationē reſpondēt, ꝙ licet promiſſio mutua futurarū nuptiarū & matrimoniū uerſētur circa eandē rē materialiter, nō tamē formaliter, nā matrimoniū uerſat circa corpora tradēdo illa, mutua uerò ꝓmiſſio promittēdo illa, ſicut habitus fidei & Theologiæ uerſantur circa eandē rē materialiter, ſcilicet, circa Deū, diuerſa tamē ratione formali, & ita differūt ſpecie: ſic in ꝓpoſito. Et ad ſecūdā probationē negatur cōſequentia. Ratio differētiæ eſt, quoniā traditio nō eſt de eſsētia uoti ſolēnis, nā uotū ſolenne eſſentialiter eſt promiſſio, antecedit uerò traditio, quæ cōiūcta eſt cū ſolēnitate uoti, & habet ſe ueluti cauſaliter: eſſentialiter vero differūt penes talē & talē promiſ-

A ſionē: ſpōſalia uerò eſſentialiter habēt rationē promiſſionis, matrimoniū autē eſſentialiter habet rationē donationis & traditionis, & ita votū ſimplex & ſolenne ſunt ab eadē uirtute religionis. Tertia verò probatio nō facilè ſoluitur ab iſtis autoribus, nā ſicut uotū ſimplex & ſolenne ſunt a uirtute religionis quæ eſt vna ſpecies atoma virtutis, ita ſpōſalia & matrimoniū ſūt ab eadē uirtute iuſtitiæ commutatiuæ, quæ eſt una ſpecies atoma uirtutis, ergo etiā ſunt eiuſdem ſpeciei. ¶ Vnde ſit ſecūda ſolutio, ꝙ cōtractus matrimonii & ſpōſaliorum ſunt formaliter
B eiuſdē ſpeciei, quatenus procedunt ab eadē virtute iuſtitiæ cōmutatiuę, & ſecundū iſtā rationē habent eaſdē proprietates & paſſiones, & ita quicquid cōpetit uni cōtractui, ut procedit à iuſtitia cōmutatiua, cōuenit alteri: differunt tamē materialiter, ex parte materię, & ſic ex parte materię poſſūt habere diuerſas paſſiones. Eſt optimū ſimile in circulo aureo & argento, qui formaliter ſunt eiuſdem ſpeciei ſi omnes proprietates quę cōueniūt uni ſecūdū hāc rationē, cōueniūt alteri: differunt autē materialiter, & ita ex parte materiæ certiſſimū eſt, quod habent
C diſtinctas proprietates & paſſiones. Eſt aliud ſimile Theologicum. Nam actus intellectus & actus uoluntatis ſi conſiderentur, ut eliciuntur ab eadem uirtute religionis, ſunt eiuſdē ſpeciei formaliter, & ſecūdū illā rationē habent eaſdē proprietas, differūt autem materialiter, & ſic ratione materiæ habent diſtinctas proprietates: idē dicēdū eſt de uoto ſimplici & ſolenni, & ita uotum ſolenne ex natura ſua eſt indiſpenſabile, votum uerò ſimplex ex natura ſua eſt diſpenſabile, quamuis ſint eiuſdem ſpeciei in ordine ad religionem: Deniq; omnes actus
D ſunt eiuſdem uirtutis iuſtitiæ cōmutatiuæ, tamen inducunt diuerſas obligationes pro diuerſitate cōtractuum, & ita matrimoniū & ſponſalia licet ſint eiuſdem ſpeciei iuſtitiæ commutatiuæ, ſunt tamen diuerſi contractus materialiter loquendo, & ſic inducunt diuerſas obligationes: unde matrimonium eſt indiſſolubile ex natura ſua, ut infra dicemus: non uerò ſponſalia.

¶ Ad ſecundum reſpōdetur, ꝙ qui promittit futuras nuptias, non ſe obligat ad nuptias formaliter & in actu, & ita nō tenetur legibus ſtatus matrimonialis, ponit tamen cauſam & radicē ad quā debet ſequi ſtatus matrimo-

matrimonialis poſtea, nã in promiſſione futurarum nuptiarum vt in virtute & radice cõtinetur matrimoniũ, non tamen continetur actu, ſicut qui promittit religioné per votum ſimplex religionis, non tenetur legibus religionis donec actu ſit religioſus, nec tenetur ſeruare conſtitutiones.

¶Ad vltimũ reſpondetur, q́ poſt Cócil. Trid. Seſſ. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij, etiam ſi ſponſus accedat ad ſpõſam affectu maritali, non inducit obligationem matrimonij, & talis contractus nullus eſt ſecundũ Concil. Trid. q́ ſi ante Cóc. Trid. efficiebatur verum matrimoniũ, talis cõtractus erat indiſſolubilis, non quidẽ in ratione ſponſaliorũ de futuro, ſed quia ſponſalia de futuro tranſibant in matrimonium per carnalem copulam ex affectu maritali.

EST ſecunda difficultas, quænam ſint cauſæ, per quas diſſoluuntur ſpõſalia de futuro. Reſpondetur vnica concluſione. Duodecim ſunt cauſæ ad quas reduci poſſunt cũctæ quæ dirimunt ſponſalia. Prima cauſa eſt ingreſſus religionis, per ingreſſum.n. religionis dirimuntur ſponſalia etiã ſi ſint iurata. Et in huius expoſitioné aduertendum eſt, q́ in præſentia certũ eſt, q́ ſufficit votum ſimplex religionis ad dirimenda ſponſalia, & ſi antecedat, ſpõſalia facit irrita, nã nemo poteſt facere promiſſionẽ cum iniuria Dei: ſi verò ſequatur votũ ſimplex, diſſoluit ſponſalia rata. Addendũ etiam eſt, q́ votũ caſtitatis ſolenne iure poſitiuo, quale eſt illud quod emittit in ſuſceptione ſacri ordinis, habet etiam eandẽ vim irritandi & diſſoluendi ſponſalia de futuro.

¶Circa primam cauſam eſt primum dubium, an ille qui iurauit ſponſalia de futuro poſſit tranſire ad religionem ſine eo q́ prius contrahat. Quæ quæſtio celebris eſt inter Theologos & Iuriſperitos. Et videtur q́ nó poſſit tranſire ad religioné, niſi prius contrahat. ¶Primò arguitur ex cap. cõmiſſum. de ſponſalib. quod dedit occaſionem huic difficultati, vbi Alc. III. diffinit tutius eſſe ei qui iurauerat ſponſalia, contrahere prius, & poſtea cõuolare ad religioné. Q́d ſi aliqui reſpondeant, q́ Alex. ſolũ diffinit, q́ eſt tutius, non tamen negat, q́ non ſit tutus in conſcientia, ſi tranſeat ad religioné abſq; eo q́ contrahat. ¶Contra hanc ſolutionem arguitur ſecũdò. Nam idem Alex. cap. ſi verò. de iureiurando diffinit, nó eſſe tutum contra iuramétum venire, niſi iuramentũ tale ſit, quod vergat in detrimentũ ſalutis æternæ, ſed implere hoc iuramentũ in quo iurantur ſponſalia, non vergit in detrimentum ſalutis æternæ; ergo implendũ eſt. ¶Tertiò. Si quis iurauit alicui dare centũ aureos, & poſteá cõperit eſſe melius dare pauperibus, nó poteſt illud facere, quoniã illud vergit in detrimentũ tertii, ſed nó adimplere iuramentũ quo iurata ſunt ſpõſalia, vergit in detrimentũ ſponſi cui dét dare ſuũ corpus, ergo. Cõfirmatur. Nã ex oppoſito ſequũtur maxima incõmoda in rep. quilibet.n. vellet reſcindere cõtractũ ſponſaliorũ prætextu maioris pfectionis, ergo.

Ca. com miſſum. de ſponſal.

Ca. ſi verò. de iu rei.

¶In oppoſitum eſt primò. Quilibet iure diuino & humano tenetur implere iuramẽtum, niſi ipſum iuramentũ ſit impedimentum maioris boni, ſed ille qui iurauit vult tranſire ad religionem, vbi eſt maius bonũ & perfectio, ergo nó tenetur adimplere iuramentum. Conſequentia patet. Nam tale iuramentum eſt impeditiuum maioris boni. Maior diffinitur á D. Greg. cap. 3. de iureiurando. & á D. Tho. 2. quæſt. 89.

Ca. 3. de iureiur.

¶Secundò. Iure diuino in omnib. ſponſalib. & matrimonijs intelligitur appoſita illa conditio, niſi alter velit tranſire ad religionem, ergo etiam ſi iuramentum ſuperueniat ſponſalibus, ſemper intelligitur cũ illa conditione, niſi aliter velit tranſire, &c.

¶Tertiò. Iuramentum in illo caſu non impletur in eo ſenſu, in quo factum eſt, & in quo alter ſponſus acceptauit illud, ergo. Conſequentia patet, antecedens probatur. Nam illud iuramentum in hoc ſenſu factũ eſt, vt conſumatur matrimonium, ille autem non vult conſumare matrimonium; ſed ſolum contrahere & poſtea conuolare ad religionem.

¶Vltimò. Si is qui vult ad religioné trãſire extorqueat conſenſum ab altero ſponſo, infert illi maximam iniuriam; ergo non poteſt illud facere, neque adimplere iuramentum. Conſequentia eſt bona, & antecedens probatur. Nam contrahit matrimonium de præſenti, non vt conſumet matrimonium: ſed vt tranſeat ad religionem.

¶In hac difficultate ſunt variæ ſentẽtię. Prima ſentẽtia eſt, quód in hoc caſu qui iurauit ſponſalia pót vtrumq; facere, & tranſire ad religionem ſine eo quód cõtrahat matrimonium, & poteſt contrahere, & poſtea

ſteà conuolare ad religionem. Tutius tamẽ A eſt prius contrahere. Hanc ſententiam tenet gloſſa dict. cap. commiſſum, eam tenet Abbas & alij ibidẽ, & Couar. ſup. 4. Decret. par. 1. cap. 5. nu. 11. Verum eſt, quod gloſſa dicit, quod ſi poſt ſponſalia iurata vouiſſet religionem, tenetur aſcendere ad religionẽ prius quam contrahat. ¶ Secunda ſententiæ eſt Hoſtien. & Innocen. qui dicũt, quòd ille qui iurauit ſponſalia, tenetur implere iuramentum & poſteà aſcẽdere ad religionem, ſi velit. ¶ Inter Theologos verò etiam ſunt diuerſæ ſententiæ. Nam quidam exiſtimãt eſſe peccatum, ſi contrahat matrimoniũ & poſteà aſcendat ad religionem. Quam ſententiam tenet Palud. 4. diſt. 27. q. 1. art. 3. & diſt. 28. q. 1. art. 3. Magiſt. Sotus diſt. 27 q. 2. art. 5. & mouentur duobus vltimis argumentis factis in oppoſitum. Alij verò dicũt nullum eſſe peccatum.

Gloſſ. c. commiſſum. de ſponſal.

¶ In huius controuerſiæ expoſitione eſt quædam ſententia media, quæ explicabitur his concluſionibus. Prima cõcluſio. Si aliqua vtilitas vel commoditas ſequitur alteri ſponſo, ſemper eſt implendum iuramentum & debet contrahere, imò debet contrahere, etiamſi non ſit interpoſitum iuramentum; ſiue vouerit religionem, ſiue non v. g. habuit ſponſa filios ex ſponſo: in hoc caſu ſequitur duæ vtilitates ſponſæ, ex eo, quòd ſponſus contrahat, & poſtea tranſeat ad religionem. Prima vtilitas eſt, quòd filii eius ſint legitimi. Secunda eſt, & ſponſa habebitur loco mulieris probæ & bonæ, quæ non conceſſit corpus ſuum, niſi illi qui iurauit ſponſalia. In hoc caſu ſpõſus tenebitur cõtrahere matrimoniũ, antequam tranſeat ad religionẽ. Hæc cõcluſio probatur argumentis primo loco factis, & præcipuè ex dict. c. cõmiſſum. Nam hæc eſt legitima intelligentia illius textus: aliæ enim duæ expoſitiones quæ adhiberi ſolent, friuolæ videntur. Prima eſt, ꝙ illud cap. intelligitur iuxta vulgi opinionem, itaq; dicitur tutius contrahere, nõ ſimpliciter & abſolutè, ſed iuxta vulgi ſententiam. Secunda expoſitio eſt, ꝙ ille qui iurauit ſponſalia, iurauit contrahere intra biennium, ille autẽ volebat aſcẽdere ad religionẽ poſt biennium in quo caſu licitum eſt & tutius contrahere, & poſtea conuolare ad religionem.

Cap. cõmiſſum. de ſponſal.

¶ Secundo probatur concluſio. Nã iuramentũ præſtitum in fauorem tertij, ſemper eſt implendum, ſi ſit aliqua vtilitas vel cõmoditas tertio, etiamſi impedimentum ſit maioris boni, vt diffinitur. 2. 2. q. 89. art. 7. Et patet: nam iuramentum factũ tertiæ perſonæ ordinatur ad bonum & comodum ipſius tertiæ perſonæ: ergo quãdiu fuerit hoc bonum, ſemper obligat. Cõfirmatur. Nam Deus non acceptat religionem cum iniuria tertij, ſed in hoc caſu irrogatur iniuria tertio: ergo. ¶ Tertiò probatur. Si quis debeat alicui pecunias & poſſit illas ſoluere, prius debet illas ſoluere, quam tranſeat ad religionem, vt docet D. Greg. lib. 7. epiſt. epiſt. 11. ſed iſte debet matrimonium alteri ſponſo, & poteſt illud ſoluere: ergo tenetur antequam ingrediatur religionem. B

¶ Secunda cõcluſio. Quoties nulla ſequitur vtilitas alteri ſponſo ex eo quòd contrahat, nõ tenetur prius cõtrahere, ſed põt immediatè aſcẽdere ad religionem, ſiue iurauerit ſponſalia, ſiue non, ſiue vouerit religionem, ſiue non. Hæc concluſio probatur: primò argumentis factis ſecundo loco. Secundo probatur. Nam illud iuramẽtum factum eſt in cõmodum tertij: ſed modo nulla ſequitur cõmoditas tertio: ergo nõ tenetur iuramentũ adimplere: hoc etiam diffinitur in 2. 2. loco immediatè citato. C ¶ Ex dictis in his cõcluſionib. ſoluuntur argumenta facta pro vtraq; parte, niſi ſecundũ factũ primo loco. Ad quod reſpondetur, ꝙ illud dicitur vergere in detrimẽtum ſalutis æternæ, quod eſt impeditiuum maioris boni, & ita explicatur à Magiſtro Soto in loco citato. Item rñdendum eſt ad tertium factũ in oppoſitũ, quod militat cõtra primã cõcluſionem, ꝙ iuramẽtũ illud nõ ſemper fit co animo vt cõſumetur matrimonium, ſed ut cõtrahat matrimoniũ: nã aliquãdo ſolũ ipſum contrahere eſt vtile & cõmodũ ſpõſæ. D

Secundum dubium eſt circa eandẽ primam cãm., Vtrum ſolum per ingreſſum religionis dirimantur ſponſalia de futuro. Videtur quod nõ. Primo. Nam D. Thom. ad primum docet, quòd dirimũtur ſponſalia per votum ſolenne, quoniam per talem profeſſionem homo moritur ſæculo ſed per ingreſſum religionis homo nõ moritur ſæculo, ergo per ſolum ingreſſum non dirimuntur ſponſalia.

¶ Secundo. Si ſponſalia dirimerẽtur per ingreſſum religionis, daretur maxima occaſio hominibus peſſimis illudendi mulieres, nam

nam ſponſus poſſet aſſumere habitum religionis,& ſtatim ex uere, & ſic manere ſine vinculo contrahendi,ergo.

¶ Tertiò. Nulla poteſt excogitari ratio quare ille qui ingreditur religionem non teneatur ſeruare fidem, ſi exuat habitū religionis, ſi ſponſalia dirimerentur per ſolum ingreſſum,ergo. Antecedens patet. Nā nō tenetur ratione ſponſaliorum, cum iam nō ſint,& non tenetur ratione alterius contractus,ergo.

¶ In oppoſitum eſt primo. Nam ſpōſalia de futuro poſſunt diſſolui ex voluntate cōtrahentium, ſed ille qui ingreditur religionem iam explicat ſuam uoluntatem, & quòd vult,quod cōtractus reſcindatur,ergo alius pōt ſi velit,alteri contrahere,& ſic dirimūtur ſponſalia. Confirmatur. Nam aliàs ille qui nō ingreditur religionem tenetur alteri ſeruare fidem, & non poſſet ſi vellet alteri contrahere,cum contractus ſponſaliorū maneat,ergo dirimuntur ſponſalia. ¶ Secūdò. Sponſalia & matrimonium comparantur inter ſe, ſicut nouitiatus & monachatus ſed per monachatū dirimitur matrimoniū ratum, ergo per nouitiatum dirimuntur & diſſoluuntur ſponſalia.

¶ In hac difficultate ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ. Prima ſententia eſt, quòd per ingreſſum religionis non dirimuntur ſponſalia de futuro. Ita tenet Palud. 4.diſt.27. q. 1.ar. 3.nu. 23. Silueſt. verbo,ſponſalia,refert iſtam ſententiam: eam tenet D. Anto. 3.p.tit.1.c. 18.Duran. diſt.27.q. 3.ar.3.Couar.ſuper 4.Decret. 1.par. cap. 5.nume. 11. & alii multi Theologi. Secunda ſentētia eſt huic oppoſita, videlicet quòd per ſimplicē ingreſſum religionis dirimuntur ſponſalia, Hanc ſententiā tenet Magiſt. Soto 4. diſt. 27.q.2.art.5. Sylueſt.loco immediatè citato Summa Angelica,verbo,Sponſalia, nu. 22.Nauarro Manua. c.22.nu. 26.& hāc ſententiam ſequuntur communiter expoſitores D. Thomæ.

¶ Concluſio ſit. Prima ſententia eſt probabilis,ſecūda uerò lōge probabilior. Hæc cōcluſio habet duas partes. Prima pars probatur authoritate Doctorū qui illā tenēt, & argumentis factis in principio quæ habēt probabilitatē. Cōfirmatur. Nā(ut docet Palud.)in iure ꝑ ingreſſum religionis intelligitur ingreſſus cū effectu, & profeſſione ſubſequuta. Secundò confirmatur. Nam

A ſecundum iſtam ſententiā poſſunt diſſolui argumenta facta pro ſecunda ſnīa. Poſſumus enim dicere, ꝙ qui aſſumit habitū nō intendit abſolutè reuocare primū propoſitum ſponſaliorū, nec renunciare abſolutè iuri quod habet erga alterū ſpōſum, ſed intēdit probare religionē,& ſi inuenerit ſibi conuenire acceptare profeſſionē & renuntiare iuri ſuo & reuocare primū propoſitū ſponſaliorū. Item dicendū eſt, ꝙ profeſſio & matrimoniū non ſunt cōpatibilia,cęterū nouitiatus nō opponitur ſponſalibus, nam profeſſio inducit quandā obligationem cū
B qua non cōpatitur matrimonio,nouitiatus verò nullā inducit obligationem,cū qua nō compatiatur vinculū ſponſaliorū. ¶ Secūda verò pars probatur argumentis factis ſecūdo loco,& authoritate Doctorum qui illā tenent. Cōfirmatur. Nā obligatio ſponſaliū non eſt tanta,quāta eſt obligatio matrimonii rati non cōſummati,ſed matrimonium ratum non conſummatum dirimitur per ꝓfeſſionem religionis:ergo ut ſponſalia dirimantur,nō requiritur profeſsio, ſed ſatis erit ad eorum diſſolutionem nouitiatus, qui eſt inchoatio religionis.

C ¶ Ex hac parte quæ cōmunior eſt, ſequitur ꝙ in hoc caſu ille qui manet in ſæculo manet ſtatim liber ad cōtrahendū cū alio, ſed qui ingreſſus eſt religionem,nō ita manet liber,imò ſi exeat ante profeſsionē tenetur adimplere fidem datā in ſponſalibus dummodo ſponſa expectauerit, & nō contraxerit matrimonium nec ſponſalia cum alio,quod quidem dictum eſt,nam ſi fœmina,quæ remāſit in ſæculo,contraxit matrimonium cum alio,etiam ſi maneret libera vel vidua, antequàm alter deponeret habitum, iam quando habitum relinqueret
D omnino maneret liber a fide primorum ſponſaliorum,& ſpōſalia eſſent oīno diſſoluta ex utraque parte. Ratio eſt. Nam ſicut ille per ingreſſum religionis ſine conſenſu alterius uiſus eſt renuntiare iuri ſuo ita & fœmina uiſa eſt renuntiare iuri ſuo, ex eo ꝙ cum alio cōtraxit matrimonium.

¶ Ad argumenta in principio pro prima ſententia reſpondetur, Ad primum, quod ingreſſus religionis non eſt mors ſpiritualis, ſimpliciter & formaliter loquēdo, eſt tamē mors ſpiritualis inchoatiuè,& hoc ſufficit ad hoc quòd dirimantur ſponſalia.

¶ Ad ſecundum reſpondetur,quòd ſi iſte exuat

exuat habitum religionis, tenetur ſemper ſeruare fidem ratione præcedentis promiſſionis,& ita non datur aliqua occaſio hominibus illudendi mulieres, nam vſq; ad profeſſionem ſemper tenetur ſeruare fidē. Eſt optimum ſimile. Si quis poſt ſponſalia de futuro contrahat matrimonium de præſenti cum altera, in hoc caſu dirimuntur ſponſalia ſine dubio,tamen ſemper tenetur ſeruare fidem ſi poteſt:unde ſi moriatur vxor eius,tenetur illi ſeruare fidem & ducere illam in uxorem. Quòd ſi quis dicat in contrarium, nam iſte non tenetur ratione ſpōſaliorum,cum iam non ſint,ergo non tenetur ex iuſtitia. Reſpondetur,ꝙ iſte non tenetur ſeruare fidem modo ex iuſtitia,ratione ſponſaliorum quæ modo ſint,ſed ratione præcedentis contractus,qui quidem reſciſſus eſt ſine aliqua culpa alterius contrahentis:item tenetur ratione iniuriæ illatæ, ſi contraxit cum altera de præſenti:ſicut ille qui fictè promiſit futuras nuptias tenetur ſeruare fidem, nō ratione promiſſionis quæ nulla eſt,ſed ratione iniuriæ illatæ. Et per hoc reſpondetur ad tertiū argumentū.

EST tertia difficultas circa iſtam cauſam,Vtrum uotum caſtitatis ſuperueniens diſſoluat ſpōſalia de futuro. Loquimur in præſenti de uoto ſimplici: item dicimus ſuperueniens,nā ſi antecedat ſponſalia ſine dubio irrita facit,ut expreſſe diffinitur ca.rurſus.qui clerici vel vouentes.& c.unico.de uoto & uoti redemptione in 7. Et ratio eſt aperta. Nā ſunt duæ promiſſiones incompatibiles,vt patet,& prima habet maiorem uim,nam eſt facta Deo ergo. Et uidetur quòd illud votum ſuperueniens non reſcindat ſponſalia iam facta.

¶Primo arguitur. Deus nō acceptat promiſſionem de re alteri debita, & cum iniuria tertii,ſed ſponſus debet corpus ſuum dare alteri ſpōſo & alter ſponſus habet quod dam ius acquiſitum ad illud, ergo uotū caſtitatis ſuperueniens factum Deo non reſcindit ſponſalia.

¶Secundo. Sponſalia etiam iurata nō dirimūt priora ſpōſalia, quorum ſponſus primus habet iam ius acquiſitū ad corpus ſpōſę,ſed in noſtro caſu ſponſus habet iam ius acquiſitum, ergo nō dirimuntur ſponſalia per votū caſtitatis. Quòd ſi dicas,quod in ſponſalib.& matrimonijs ſemper intelligitur appoſita conditio, niſi alter ſpōſus ue-

A lit tranſire ad meliorem ſtatū. Contra. Nā D.Th.ad primū ſolū dicit,quod per mortē ſpiritualē dirimuntur ſponſalia,ſed uotum caſtitatis non eſt mors ſpiritualis,ergo.

¶Tertiò. Votum ſimplex caſtitatis non eſt vinculum perfectionis,nec eſt uinculum ſtatus perpetui,uinculum autem ſponſaliorum eſt uinculum quod dicit ordinem ad ſtatum perpetuum: ergo tale uotum non dirimit ſponſalia.

¶Quartò. Si is qui non uouit caſtitatem petat ſibi ſeruari fidem in iudicio ille, qui promiſit condemnabitur,ut ſeruet fidē,uel B ut ingrediatur religionē; ergo uotū caſtitatis nō reſcindit ſpōſalia. Probatur cōſequētia. Nā ſententia iudicis q̄ profertur in foro exteriori,obligat in cōſciētia,ſi iuſta ſit.

In oppoſitum eſt primò. Nā D.Th. in additionibus q.53.art.1.ad primum. ubi expreſſè dicit, ꝙ votū ſimplex dirimit ſponſalia,& loquitur de uoto cōtinentiæ,ergo.

¶Secundò. Votū caſtitatis tunc eſt ualidum & ſanctū & non eſt compatibile cum ſponſalibus,ergo ſponſalia dirimuntur. Cōſequentia eſt euidens,& maior probatur. In huiuſmodi cōtractibus ſemper intelligitur C illa conditio,niſi alter uelit tranſire ad perfectiorem ſtatum. Minor probatur. Nam qui promiſit futuras nuptias,ſi contrahat, ſaltem tenetur reddere debitū,ergo votū caſtitatis non eſt cōpatibile cum ſponſalibus.

¶Tertiò. Vinculū illius uoti eſt fortius quam uinculum ſponſaliorum, ſed cum occurrunt duo uincula inæqualia & incompatibilia,fortius præualet, ergo uinculū uoti caſtitatis reſcindit ſponſalia,& hoc argumēto utitur D.Tho.loco immediatè citato.

IN hac difficultate ſunt uariæ ſententiæ Doctorū;quas refert Syluester,uerbo, D Sponſalia.q.7. quæ uerò habent uerò ſimilitudinem ſunt quatuor,duæ extremæ & duæ mediæ. Prima ſentētia extrema eſt affirmatiua,quòd uotum caſtitatis dirimit quæcunque ſponſalia. Hanc ſententiam tenet D.Th.ubi ſup. Ricardus de Media Villa.4.diſtin.27.art.3.quæſt.4. eandem tenet Scotus diſt.27.quæſt.2.ar.5. D. Anton. 3. par.tit.1.cap.118.§.10. Secunda ſententia extrema eſt,quod uotum caſtitatis non dirimit ſponſalia. Hāc tenuit Victoria,quā ſequūtur multi diſcipuli illius. Tertia ſententia media eſt,quòd ſponſalia iurata non dirimuntur per uotum caſtitatis, iurata uerò

rò

rò non. Hanc ſententiam tenet Maior 4. dist. 27. q. 5. ad ſecundum. ¶Quarta ſententia media eſt, ꝗ ſponſalia ſaltem non iurata dirimuntur ex parte non vouentis caſtitatem, non tamen ex parte vouentis, itaq; qui vouit caſtitatem poſt ſponſalia, manet obligatus ad ſponſalia, non tamen qui non vouit. Hanc ſententiam tenet Sylu. loco ſupra citato, putat enim quod qui vouit caſtitatem poſt ſponſalia, ſi non habeat animũ ingrediendi religionem peccat mortaliter & facit iniuriam alteri ſponſo.

¶In hac re præcipuum punctum conſiſtit in hoc, an illud votum factũ poſt ſponſalia ſit licitum & validum, nam ſi ſit licitũ & validum, cum ſit incõpatibile cum obligatione ſponſaliorum dirimuntur ſponſalia: quod verò ſit incompatibile patet ex ratione facta in 2. argumento in oppoſitum. Vnde de his opinionibus ita cenſendũ eſt.

¶Prima concluſio. Vltima ſententia nullam habet probabilitatẽ quãtum ad hoc ꝗ dicit, ꝗ reſcinduntur ſponſalia ex vna parte & non ex alia, imò quantum ad omnia videtur improbabilis. Probatur primo. Nã ſi ſponſalia reſcinduntur ex una parte, ſimpliciter reſcinduntur ex vtraque parte, ſicut matrimoniũ, nam ſponſalia dicunt mutuum vinculum ex vtraque parte ſicut matrimonium, ergo. ¶Confirmatur. Spõſalia quæ dirimuntur quantum ad non fornicãtem, ſimpliciter dirimuntur ex vtraq; parte, quoniam eſt vinculum mutuum: ergo ſi ſponſalia dirimuntur quantum ad non uolentem, ſimpliciter reſcinduntur ex utraq; parte. ¶Secundò probatur, Syluester in ſua ratione petit principium, dicit enim ꝗ ille qui uouit caſtitatẽ poſt ſpõſalia, facit iniuriam alteri: hoc autem eſt falſum, nam in illo contractu ſemper intelligitur cõditio, niſi alter uoluerit tranſire ad meliorẽ ſtatũ, ergo. ¶Vltimò. Improbabile eſt dicere, q̃d qui vouit caſtitatẽ poſt ſponſalia, ſi non habet animum ingrediẽdi religionem peccet mortaliter, nam in ſæculo poteſt ſeruare caſtitatem, præcipuè ſi initietur ſacris, ergo.

¶Secunda concluſio. Sentẽtia tertia maiorem habet probabilitatem quã p̃cedens, non tamen tantam probabilitatẽ, ſicut duæ extremæ. Prima pars de ſe patet: ſecunda verò probatur primò. Nam ſi aliqua ratio ne illa ſententia eſſet vera, maxime quia q iurauit ſponſalia tenetur prius cõtrahere, hæc autem ratio nulla eſt, aliàs ſequeretur ꝗ per uotũ ſimplex religionis non dirimerentur ſponſalia, quod eſt contra omnes autores, ergo. ¶Secundò probatur. Nam in c. commiſſum, de ſponſal. non probatur iſta ſententia, tum quoniam illud ca. nõn loquitur de voto caſtitatis, vt patet ex præcedentibus: tum etiam nam illud ca. ſolũ obligat, quando ſequitur aliqua vtilitas alteri ſponſo, vt diximus in prima difficultate, ergo. Ca. commiſſũ. de ſponſal.

¶Vltima cõcluſio. Secũda ſententia quæ aſſerit, quod votũ ſimplex caſtitatis nõ dirimit ſponſalia, eſt probabilis. Prima tñ quæ dicit, ꝗ dirimuntur, eſt omnium probabiliſſima. Prima pars patet argumentis factis primo loco, & autoritate Doctorum qui illam tenent. Secũda verò probatur argumẽtis factis ſecũdo loco, & præcipue autoritate D. Th. qui expreſsè tenet hanc ſentẽtiã.

¶Ex hac ſentẽtia ſequitur primo, quòd quãuis poſt ſponſalia aliquis faciat uotum ieiunandi, vel dandi eleemoſynã, uel orãdi, tale uotũ non dirimit ſponſalia de futuro, nã quamuis hoc uotũ ſit de meliori bono, nõ tamen cõſtituit hominẽ in ſtatu aliquo perfectiori incõpatibili cum matrimonio, votũ autem caſtitatis conſtituit hominem in ſtatu perfectiori, qui quidem ſtatus non eſt cõpatibilis cũ matrimonio. Quod ſi qs dicat, ſequitur ex dictis, quòd ſi aliqs uelit permanere in ſeculo cum propoſito ſeruandi caſtitatẽ ſine aliquo voto, ꝗ per tale propoſitum diſſoluantur ſponſalia, nã tale propoſitum conſtituit hominem in ſtatu perfectiori & incompatibili cũ matrimonio. Reſpondetur negando conſequentiam. Nam tale propoſitũ ſi non firmetur voto, non cõſtituit hominem in aliquo ſtatu ex his qui determinantur ab eccleſia, nam ſtatus in rigore loquendo, dicit aliquam firmitatem & obligationem: vt dicitur in 2. 2. in materia de ſtatibus. ¶Secundò ſequitur, quod quando alter ſponſus poſt cõtracta ſponſalia vouit caſtitatem, alter qui non uouit, cum primũ intellexerit: poterit alteri nubere & manet liber. Ratio eſt. Nam per hoc quod alter vouit, viſus eſt cedere iuri ſuo.

¶Ad argumenta primo loco facta reſpõdetur. Ad primũ & ſecundum reſpõdetur, quod ibi optimè dictũ eſt. Ad replicã rñdetur, ꝗ quãuis verũ ſit, ꝗ per mortẽ ſpiritualẽ dirimũtur ſpõſalia, non tamen per ſolam illam, ſed etiam per uinculum perfeſſionis

qualé

A quale eſt votum caſtitatis, & votũ ſimplex religionis:quòd nõ eſt mors ſpiritualis, ſed reducitur ad mortem ſpiritualem.

¶Ad vltimum reſpõdetur quòd ſine dubio qui emittit votum caſtitatis,nõ obligatur in foro conſcientiæ ad ſponſalia,ſi uerò in foro exteriori obligetur, talis ſententia fundatur in falſa præſumptione: præſumitur enim quòd talis nõ ſeruabit uotum caſtitatis extra religionem : ſententia autem quæ fundatur in falſa præſumptione, non obligat in foro conſcientiæ.

C. ſicut. c. ſi inter. cap. adoleſcẽs. de ſponſ. c. 1. de ſpõſal. duorum.

B Secundo cauſa quare dirimuntur ſponſalia etiam iurata,eſt matrimoniũ ſubſequens de præſenti cum alia coniuge. Ita diffinitur cap. ſicut.& cap. ſi inter.& in cap. adoleſcens. de ſponſalibus.& cap. 1. de ſponſa. duorum. Cæterum circa iſtam cauſam aduertendum eſt, quòd ſi uir cõtrahat matrimonium diſſoluens ſponſalia, & poſtea moriatur vxor eius, tenetur defuncta vxore contrahere matrimonium cum prima,ſi poteſt & ipſa velit, maximè ſi iurauit ſponſalia. Tum quoniam defuncta vxore manet liber ad implendam fidem & ſeruandum iuramentum,à cuius obſeruatione excuſabitur uiuente uxore,quoniam nõ poterat adimplere:tum etiam quoniam ſi ante matrimonium uouiſſet caſtitatem;tenetur defuncta vxore illã ſeruare : ergo ſimiliter tenetur ſeruare fidem datam & iuramẽtũ. Dixi(præcipuè ſi iurauit ſponſalia)quoniã etiam ſi non teneretur ratione contractus præteriti, tenetur propter ſanctitatem iuramẽti. Verum eſt,quod ſi talis vir multos ſuſcepiſſet ex uxore liberos, ita vt nõ poſſet commodè illos educare,ſi ſecundã vxorem duxerit, aut eſſet ita ſenex ut nõ eſſet iam aptus ad matrimonium, nõ teneretur contrahere:hoc autem eſt per accidens,per ſe tamen loquendo tenetur.

Ca. ueniens. 1. & 2. ca. ex literis. de eo qui cognouit cõſang.

¶Tertia cauſa propter quam dirimũtur ſponſalia etiam iurata, eſt impedimentum affinitatis ſuperueniens, ut ſi unus illorum commiſceatur carnaliter cum cõſanguinea alterius intra gradus prohibitos. Hæc cã diffinitur cap. veniens, 1.& 2.ca. ex literis. de eo qui cognouit conſanguineã uxoris. & cano. ſi quis, 1. 27.q. 2. & idem omnino eſt,ſi ſuperuenerit quodlibet aliud impedimentum eorum quæ impediunt matrimonium contrahendum,imò fama publica de tali impedimento & ſcandalum: ut diffinitur cap. 8,cum in tua.de ſponſal. Cæterum aduertendum eſt,quod ſi impedimentum fuerit occultum, ita vt tantum ſpõſus ſciat illud,teneatur ſpõſus antequam matrimonium contrahat diſpenſationẽ impedimenti quærere, & non poteſt prius cõtrahere: ſi uero aliquis extraneus ſciat crimen illud ſecretum,ſi ſpes eſt,q. admonitio ſit profutura,admoneat ſponſum:ſi uerò nõ ſit talis ſpes dicat ordinario tanquam patri, ut proſpiciat huic incommodo.

vxoris. c. ſi quis. 1. 27. q. 2. ca. cũ in tua, de ſponſal.

¶Quarta cauſa eſt uolũtas & conſenſus utriuſque coniugis, quod intelligitur etiã ſi ſponſalia ſint iurata. Nam iuramentum tunc ordinatur in bonum contrahentium; & ita contrahentes poſſunt remittere iuramentum,ſicut contractum. Item, nam contractus qui ex natura ſua eſt diſſolubilis,ex voluntate contrahentium diſſolui poteſt, ſed contractus ſponſaliorum ex natura ſua eſt diſſolubilis:ergo ex voluntate contrahẽtium diſſolui poteſt. Maior patet in omnibus contractibus matrimonio excepto, quoniam contractus matrimonii ex natura ſua eſt indiſſolubilis, quia nõ ordinatur ad bonũ contrahentium. Denique, vnuſquiſque poteſt cedere iuri ſuo,præcipuè in

C his rebus,quarum homo eſt dominus per voluntatem ſuam:ergo vterque ſpõſus per ſuam voluntatem poteſt optimè cedere iuri ſuo. Hoc diffinitur in cap. 2. de ſponſal.& hanc ſententiam tenent omnes Theologi & Iuriſperiti.

C. 2. de ſponſal.

¶Quinta cauſa,propter quam dirimuntur ſponſalia,eſt grauis infirmitas,vt lepra, morbus Gallicus, & aliæ huiuſmodi infirmitates, & propter ignem deformitas. v.g. propter orbitatem oculorum,uel naſi.

¶ Notandũ tñ,quod ſi hæc antecedunt

D ſponſalia & ignorantur ab ſpõſo, iuſtè dirimuntur ſponſalia,tum quoniam eſſet inuoluntarius in tali contractu,tum etiam quoniam ſponſus eſſet odioſus alteri ſponſo, & tale matrimoniũ haberet difficiles exitus. Item, grauiſsima res eſt obligare aliquem ut vitam habeat perpetuam cum viro ſibi odioſo. Hæc cauſa habetur cap. literas.de coniugio leproſorum,& cap. quemadmodum,de iureiurando.

Ca. literas, de cõiugio leproſorũ. c. quẽadmodũ, de iureiurãdo.

¶ Sexta cã propter quam dirimuntur ſponſalia,eſt fornicatio alterius ſponſi. Ita diffinitur cap. quemadmodum, de iureiurando: Ratio eſt: Nam talis creditur, quod

eſt

eſt futuris infidelis, imò iam incipit eſſe in A fidelis, ergo eſt ſufficiens cauſa. Confirmatur. Nam matrimonij diſſoluitur per fornicationem quantum ad cohabitationem: ergo ſponſalia diſſoluuntur ſimpliciter, & abſolute. Patet conſequentia. Nam ſi vinculũ maius quale eſt vinculum matrimonii, diſſoluitur quantum ad aliquid per fornicationem: ergo vinculum minus quale eſt ſponſaliorum, diſſoluitur ſimpliciter & abſolute. Hec cauſa ampliatur quando ſponſa eſt cognita etiã per vim. Hæc ampliatio eſt contra Couarr. 4. Decret. parte 1. cap. 5. num. 3. eſt tamen hęc ampliatio diffinita in cap. raptor. 27. quæſt. 2. & eam tenet gloſſa ibidem, & Syluester verbo ſponſalia, q. 7. B Item ampliatur ad fornicationem ante ſpõſalia, ſi mulier tempore ſponſionis creditur virgo, & ut talis promittitur. Ita ſentit Magiſter Soto, 4. diſt. 27. quæſt. 2. art. 5. & Syluester vbi ſuprà, & Nauarr. in Manualicap. 22. num. 25. Et ratio pro hac ſententia eſt clariſſima. Nam duriſſimũ eſt cogere ſpõſum vt ducat talem vxorem. Et hæc etiam cauſa extenditur ad fornicationem ſpiritualem, vt ſi alter ſponſus diſcederet à fide, de quo videte Magiſtrum Sotum loco imme C diate citato, & Syluestrum in eodem loco, quod habetur expreſſe in c. non ſolum, 28. q. 1. Hæc autem cauſa intelligenda eſt quoties ſponſus innocens petit ſponſaliorum diſſolutionem, nam ſi innocens adhuc uelit contrahere matrimonium, ille qui fecit iniuriam tenetur ſeruare fidem.

Cap. raptor, illicta gloſ. 27. q. 2.

Ca. non ſolũ, 28. q. 1.

¶Septima cauſa eſt, quando alter ſpõſus vagatur & proficiſcitur ad terram longinquam, tunc enim diſſoluuntur ſponſalia, et ſi iurata ſint; ſic diffinitur c. de illis, de ſponſalibus. Aduertendum tamen, quòd in tali caſu requirendus eſt ſponſus abſens, aut ex D pectandus illius reditus, iuxta legum ciuilium ſtatuta, quæ præcipiunt, quòd ſi neſcitur quo loco ſit, expectandum eſt per triennium: ita habetur l. 2. C. de repudiis. & l. regia. 8. tit. 1. partita 4. Si uero intra prouinciam ſit, expectetur per biennium. ut habetur l. 2. C. de ſponſalibus. Quòd ſi requiſitus dederit iuſtam cauſam ſuæ moræ, ſponſa debet illum preſtolari vſque dum ceſſet cauſa ita habetur l. ſæpe de ſponſal. & cum iſtæ leges iuſtæ ſint & non abrogatæ in iure Canonico, ſeruandæ ſunt in conſcientia, ut putat Syluester verbo ſponſalia q. 10.

Ca. de illis, de ſponſal.

Li. 2. C. de repudiis. l. 8. tit. 1. partita. 4. l. 2. C. de ſponſ. in l. ſæpe, de ſponſal.

A Verum eſt, quòd aliqui dicunt, quòd illæ leges non obligant in conſcientia. Videte Magiſtrum Soto, diſt. 27. q. 2. ar. 5.

¶Octaua cauſa, propter quam dirimuntur ſponſalia eſt, quando in contractu ſponſaliorum appoſitus eſt terminus & dies ad contrahendum & accedente die & termino alter ſponſus non vult contrahere, tunc alter manet liber ad diſſoluenda ſponſalia; ita diffinitur cap. ſicut, de ſponſalibus.

Cap. ſicut, de ſponſal.

¶Nona cauſa, propter quam dirimitur ſponſalia etiam iurata, eſt, quãdo facta ſunt ſponſalia cum conditione, & conditio non adimpletur, vt ſi ſponſa promittit certã dotis ſummam, quam non poteſt uel nõ vult B adimplere: ita diffinitur cap. de illis, de conditionibus appoſitis. Ratio eſt: nã fides non eſt data tunc niſi ſub conditione; ergo ſi nõ adimpletur conditio, non tenetur adimplere fidem.

Ca. de illis, de cõdi. appoſitis.

¶Decima cauſa eſt propter defectũ ætatis. v. g. ſi illi cõtraxerunt uera ſpõſalia, ſed contraxerunt ante tempus requiſitum ad matrimonium ſecundum ius, ſcilicet ante duodecimũ annum in fœmina, & ante decimumquartũ in uiro, tunc ſi alter reclamet; C diſſoluuntur ſponſalia. Hæc cauſa habetur cap. de illis, & cap. à nobis, de deſponſatione impuberum: ſi autem alter illorum erat maior, & in ætate nubili, debet expectare ſponſam minorem donec accedat ad annos pubertatis, & minore conſentiente, non poteſt maior diſſentire.

Ca. de illis, ca. à nobis, de deſpõſatione impub.

¶Vndecima cauſa eſt, quando oriuntur graues inimicitiæ inter ſponſos, uel aliqua peſſima uitia deteguntur, quæ antea latebant. Et hæc eſt communis ſententia Doctorum: cuius ratio eſt, quoniam tunc in tali matrimonio timeretur malus exitus, & hęc D ratio eſt conformis iuri in c. 2. & ca. requiſiuit. de ſponſalibus.

¶Duodecima cauſa eſt, Quælibet cauſa de nouo ſuperueniens ſponſalibus, quæ ſi à principio exiſteret, impediret ſponſalia contrahenda: & hæc cauſa eſt de mente D. Tho. 4. diſt. 27. q. 2. ar. 3. ad tertium. & hãc ſententiam ſequuntur omnes Theologi & iuriſperiti.

Circa iſtam & omnes alias cauſas ſimul eſt unicum dubium, Vtrum ſit neceſſaria iudicis autoritas ad ſponſalia dirimenda, an uerò priuata autoritate poſſint dirimi.

¶Prima concluſio. Si ſponſalia ſint clam A & occulte contracta, non eſt neceſſaria autoritas iudicis ad illa diſſoluenda. Hæc eſt communis ſententia Doctorum. diſt. 27. ita Richardus, Maioris, D. Ant. vbi ſupra. Ratio eſt: nam occulta ſponſalia non ſubiacent iudicio exteriori, & aliàs eſt legitima cauſa ad illa diſſoluenda: ergo non eſt neceſſaria iudicis autoritas.

¶Secunda concluſio. Quando ſponſalia ſunt publica, neceſſaria erit autoritas iudicie, ſaltem ad mêlius eſſe. Ratio eſt, nã ſponſalia publica iam ſubſunt indicio eccleſiæ: ergo ut minimum decens eſt, vt iudex ec- B cleſiaſticus illa diſſoluat.

¶Tertia cõcluſio. Quando ſpõſalia ſunt publica, & cauſa item diſſoluens ſponſalia eſt notoria, non eſt ſimpliciter neceſſatia iudicis autoritas ad illa diſſoluenda in foro cõſcientiæ, itaque non erit peccatum propria autoritate diſcedere ab his ſponſalibus, ſaltem per ſe loquendo: quoniam ſponſalia diſſoluuntur reuera in foro conſcientiæ propter cauſas commemoratas: ergo ſi cauſa eſt notoria in eodem foro, non erit neceſſaria autoritas iudicis. Dixi (per ſe loquẽdo) nam ratione ſcãdali aliquando erit neceſſa C rium recurrere ad iudicem qui diſſoluat ſponſalia: in hoc tamen caſu raro, cum cauſa ſit publica & ceſſet ratio ſcandali.

¶Quarta concluſio. Quando ſponſalia ſunt publica, cauſa verò diſſoluẽs eſt dubia ſiue in iure, ſiue in facto, neceſſaria eſt etiã in foro cõſcientię autoritas iudicis qui per ſententiam diffiniat tale dubium & diſſoluat ſponſalia. Ratio eſt, nam ſubditi debent in ſuis controuerſiis & dubiis confugere ad iudicem, ut dicit Ariſt. 5. ethic. cap. 4.

¶Vltima concluſio. Quoties ſponſalia diſſoluuntur propter ſubſequens matrimo D nium cum alio coniuge: aut propter ingreſſum religionis, non eſt neceſſaria ſententia iudicis pro diſſoluendis ſponſalibus etiam publicis; in aliis verò caſibus neceſſaria eſt, uel declaratoria ſuper iure dubio, uel certè ſuper facto dubio. Prima pars eſt D. Tho. loco citato art. 3. quem ſequuntur omnes Doctores diſt. 27. Et ratio eſt: nam in illis duobus caſibus ius ipſum eſt notiſſimũ, & factũ eſt notorium, & manifeſtum, nam matrimonium quod diſſoluit ſponſalia, debet fieri in facie eccleſiæ, ingreſſus item religionis ſit cum ſolennitate. iqelRuæ partes explicantur. Sententia declaratoria ſuper iure dicitur, quoties dubium eſt de iure, an in iure talis cauſa diſſoluat; declaratoria ſuper facto eſt, quando conſtat de ipſo iure, & quod eſt cauſa diſſolutionis matrimonii, dubitatur autem an talis cauſa tunc ſit, v.g. an fuerit fornicatus.

QVAESTIO XLIIII.

De matrimonij definitione.

DEinde conſiderandum eſt de ratione matrimonij. Circa quod quæruntur tria. Primò, vtrum matrimonium ſit in genere coniunctionis. Secũdò, vtrum cõuenienter nominetur. Tertiò, vtrùm conuenienter definiatur.

DE hac materia Doctores in 4. diſt. 27. & ſpecialiter Magiſter Sotus q. 1.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum matrimonium ſit in genere coniunctionis.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod matrimonium non ſit in genere cõiunctionis. Quia vinculum quo aliqua ligantur, differunt à coniunctione ipſa ſicut cauſa ab effectu: ſed matrimonium eſt vinculum quoddã que iuncti matrimonio ligantur: ergo non eſt in genere coniunctionis. [illegible] d. 27. q. 1. ar. 1. q. 1. & ſeq.

¶ 2 *Præterea. Omne ſacramentum eſt ſenſibile, ſed nulla relatio eſt accidens ſenſibile: ergo matrimonium cum ſit ſacramentum, non erit in genere relationis, et ita nec in genere coniunctionis.*

¶ 3 *Præterea. Coniunctio eſt relatio æquiparentiæ ſicut æqualitas, ſed non eſt una numero æqualitatis relatio. In utroque extremorum, ut Auic. dicit, ergo nec vna coniunctio: & ſic ſi matrimonium eſt in genere coniunctionis,*

ctionis, non eſt unum tantum matrimonium inter duos coniuges.

SED contrà, relatio eſt ſecũdum ꝙ qua adinuicẽ referũtur, dicit enim maritus uir uxoris & uxor mariti uxor: ergo matrimonium eſt in genere relationis, nec eſt aliud quã cõiunctio. ¶ Praeterea: Unio duorum ad aliquid unum non fit, niſi ſecundum coniunctionẽ: hoc autem fit per matrimonium, ut Geneſ. 2: Erũt duo in carne una: ergo matrimonium eſt in genere coniunctionis.

RESPONDEO dicendum, quòd coniunctio adunationem importat, unde ubicũque eſt adunatio aliquorũ, ibi eſt aliqua coniunctio. Ea autem quæ ordinãtur ad aliquid unũ, dicũtur in ordine ad illud adunari, ſicut multi homines adunãtur ad unã militiam uel negotiationem exequendã, ex qua dicũtur commilitiones adinuicẽ uel ſocij negotiationis; & ideò cùm per matrimoniũ ordinentur aliqui ad unã cognationem & educationem prolis & iterum ad unã uitã domeſticã, conſtat quòd in matrimonio eſt aliqua coniunctio ſecũdũ q̃ dicitur maritus & uxor, & talis cõiunctio ex hoc ꝙ ordinatur ad aliqđ unum, eſt matrimonium: coniunctio autem corporum uel animorum ad matrimonium conſequitur.

AD primum ergo dicendum, quòd matrimonium eſt uinculum quo ligantur formaliter, non effectiuè: ideò non oportet ꝙ ſit aliud à coniunctione.

AD ſecundum dicendum, ꝙ quamuis ipſa relationi non ſit ſenſibile accidens, tamen cauſæ eius poſſunt eſſe ſenſibiles, nec in ſacramento requiritur; ꝙ ſit ſenſibile illud quod eſt res & ſacramẽtum: hoc enim modo ſe habet in hoc ſacramento p̃dicta coniunctio. Sed uerba exprimentia conſenſum quæ ſunt ſacramentum tantum & cauſa prædictæ coniunctionis, ſunt ſenſibilia.

AD tertium dicẽdum, ꝙ relatio fundatur in aliquo ſicut in cauſa, ut ſimilitudo in qualitate, ĩ aliquo ſicut in ſubiecto, ut in ipſis ſimilib. et ex utraq; parte p̄t attendi unitas et diuerſitas ipſius; q̃a ergo in ſimilitudine non eſt eadem qualitas numero, ſed ſpecie in utroq; ſimili, et iterũ ſubiecta ſimilitudinis ſũt duo numero, & ſimiliter de æqualitate, & ideò æqualitas & ſimilitudo oĩb. modis eſt alia in utroq; ſimilium & æqualium: ſed relatio q̃ eſt matrimoniũ, ex una parte habet unitatẽ in utroq; extremorum ſcilicet, ex parte cãæ, q̃a ad eãdem numero generationẽ ordinatur, ſed ex parte ſubiecti hẽt diuerſitatem ſcđm numerum: & ideò hæc relatio eſt una & multiplex ex parte ſubiecti: & ſcđm ꝙ eſt multiplex ex parte ſubiecti ſignificatur his nominib. uxor & maritus: ſecundum autem ꝙ eſt una, ſignificatur hoc nomine matrimonium.

A B C D

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Certum eſt, quòd in matrimonio eſt coniunctio inquantũ ibi adunantur maritus & uxor ad aliquid vnũ, ſcilicet ad procreationem prolis. ¶ Secunda concluſio. Coniunctio corporũ aut animorum ad matrimoniũ conſequit̃. ¶ Tertia concluſio ad primum. Matrimonium eſt uinculum quo coniunguntur cõiuges formaliter, ſed non efficiẽter, & ideò non diſtinguitur tale vinculum, coniunctione. ¶ In ſolutione ad tertium, eſt aduertendum, quòd relatio coniunctionis quæ eſt in matrimonio, ex una parte habet unitatem in vtroque extremorum, ſcilicet ex parte cauſæ, quia ordinatur ad eandem generationem prolis: habet tamẽ diuerſitatẽ veluti materialiter & ex parte ſubiecti, & ita ſunt plures relationes & habẽt diuerſa nomina; dicuntur enim maritus & uxor.

¶ Iſte articulus commode explicari non poteſt vſque ad articulum tertium. in quo explicabitur definitio quid rei ipſius matrimonii, & cõſequenter declarabitur quomodo matrimoniũ ſit in genere cõiunctionis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm matrimonium congruè nominetur.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ matrimonium incõgruè nominetur. Quia denominatio dẽt fieri à digniori, ſed pater

dignior eſt matre: ergo magis dẽt denominari à p̃re q̃ à m̃re cõiũctio utriuſq;.

¶ 2 Præterea. Res debet denominari ab eo quod eſt de eſſentia ſua, quia ratio quam ſignificat nomen eſt definitio, Textu con. 28. ut dicitur in 4. Metaph. ſed nuptiæ non ſunt de eſſentia matrimonij: ergo nõ debet matrimonium nuptiæ appellari.

¶ 3 Præterea. Species non poteſt proprio nomine nominari ab eo quod eſt generis, ſed coniunctio eſt genus ad matrimonium: ergo non poteſt propriè coniugium nominari.

SED in contrarium eſt communis uſus loquentium.

RESPONDEO dicendum, quòd in matrimonio eſt tria conſiderare. Primò, eſſentiam ipſius quæ eſt coniunctio, & ſecundum hoc vocatur coniugium. Secundò, cauſam eius quæ eſt deſponſatio, & ſecundum hoc vocantur nuptiæ à nubo: quia in ipſa ſolennitate deſponſationis qua matrimonium perficitur, capita nubentium uelantur. Tomo. 6. lib. 19 ca. 26. Tertiò effectum qui eſt proles, & dicitur ſic matrimonium (ut Auguſt. dicit contra Fauſtum) ob hoc quòd mulier non debet ob aliud nubere, niſi ut ſit mater. Poteſt autem matrimonium quaſi matris munium id eſt, officium dici, quia fœminis incumbit maximè educandæ prolis officium: vel dicitur matrimonium quaſi matrem muniens, quia iã habet quo deſendatur & muniatur, ſcilicet, virum, uel dicitur matrimonium quaſi matrem monens, nè uirum relinquat alteri adhærens: vel dicitur matrimonium quaſi materia vnius, quia in eo fit coniunctio ad unam prolem materialiter inducendam, ut dicatur matrimoniũ à monos & materia: uel dicitur Lib. 9. ety. c. 7. matrimoniũ, ut Iſido. dicit, à matre & nato, quia p̃ matrimonium efficitur aliqua mater nati.

AD primum ergo dicendum, quòd quamuis pater ſit dignior quam mater; tamen circa prolem mater magis eſt officioſa quam pater, vel ideo, quia mulier ad hoc principaliter facta eſt, ut A ſit homini in adiutorium prolis: non autem uir propter hoc factus eſt, unde magis pertinet ad rationem matrimonij mater quam pater.

AD ſecundum dicendum, quod aliquando eſſentialia cognoſcuntur per accidentalia, & ideo etiam per accidentalia aliqua nominari poſſunt, cum nomẽ detur cauſa rei innoteſcendæ.

AD tertium dicendum, quòd aliquando ſpecies nominatur ab eo quod eſt generis, propter imperfectionem ſpe- B ciei, quando ſcilicet cõpletè habet generis rationem, nec tamen aliquid addit q̃ ad dignitatem p̃tineat, ſicut propriũ accidentale retinet nomen proprij communis: aliquando autem propter perfectionem quando in una ſpecie completè inuenitur rõ generis, & non alia: ſicut animal denominatur ab anima q̃ competit animato corpori, q̃d eſt genus animalis: ſed animatio non inuenitur perfectè in animatis, quæ non ſunt animalia: & ſimiliter eſt in propoſito quia cõ- C iunctio uiri ad mulierem per matrimonium eſt maxima, cum ſit animarũ & corporum, ideo coniugium nominatur.

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio eſt affirmatiua, & D. Tho. in articulo explicat iſtam concluſionem per aliquas congruentias, quæ deſumitur ex ipſo nomine, & ex compoſitione illius.

¶ In hoc articulo D. Thom. explicat definitionem quid nominis matrimonii, quæ definitio in præſenti explicanda eſt. Ad cu- D ius expoſitionem eſt aduertendum, q̃ matrimonium (ut quidam dicũt) dicitur à nomine mater, & à uerbo vnio: uel quia matrem vniat, eo quòd dum fœmina in matrimonio collocatur, mater familias efficitur & in mariti familiẽ venit, & in illius domũ inducitur, quaſi antea nullius eſſet familiæ, & nec domum quidem haberet, & ſic à noſtris dum fœmina nubit dicitur (*remediarſe*) uel certè ideo dicitur, quia mater ſobolem quam ex marito ſuſcepit, ſuis officiis vniat, nã ſuis viſceribus cõcipit & in aluo geſtat, ibidem paſcit & potat; tandem extra aluũ in hanc lucem emittit, ac denique innumerã pieta-

ra pietatis officia exhibet vſque dum prolem ipſam ad perfectam ętatem deducat. De hac ratione videte Homerum libro 1. Odiſſeæ.

¶Communiter verò Theologi dicunt, ꝙ matrimonium dicitur a nomine mater & à verbo munio, eo quod ſobolē muniat, proles enim magis fouetur materno, quàm paterno obſequio, vt docet Gregorius IX. ca. finali, de conuerſione infidelium, & idem dicit D.Tho. in ſolutione ad primum huius articuli. ¶Aliqui verò dicunt, quod matrimoniũ dicitur à nomine mater & à nomine munia muniorum, quod quidem nomen idem ſignificat, quòd obſequia ſeu officia, & hoc propter eandem rationem. Ex quo colligitur, ꝙ iſte contractus & hoc ſacramentum potius debet dici matrimoniũ quam patrimoniũ: & huius rei varias aſſignãt rationes ſancti. Prima ratio eſt D.Th. hic, in ſolutione ad primum. Quoniam mulier ad hoc principaliter producta eſt, vt ſit in adiutorium hominis ad procreandos liberos, vt dicitur Geneſis cap. 2. & quia mulier magis officioſa eſt circa prolem, quam vir. Secunda ratio eſt, quoniam (vt habet commune prouerbium) certior eſt proles à matre, quàm à patre, vnde ius ciuile iudicat filios ſeruos vel liberos à matre libera, vel ancilla, non à patre. Tertia ratio eſt D. Auguſt. lib. 19. contra Fauſtum. ca. 26. & 28. ut ipſo nomine admoneantur mulieres aſſumere officium laboris, non delectationis occaſionem.

Cap. fi. de conuer. infidel.

Gen. ca. 2.

¶Circa hoc ipſum eſt aduertendũ, quòd matrimonium etiam appellatur aliis nominibus ſynonymis: Nã dicitur nuptus à nubendo, quod proprie dicitur de fœmina tãtum, quæ cum marito traditur, velatur, & velo quodam tegitur in ſignum obediẽtiæ & ſubiectionis quæ uiro pollicetur, & pudoris ac verecundiæ. Prior ratio eſt Iſidori, 2. lib. de eccleſiaſticis officijs, c. 19. & refertur à Gratiano 30. quæſt. 5. capit. fœminæ. Secunda ratio eſt Ambroſij lib. 1. de Abraham, capit. 9. & refertur in eadem cauſa, & quæſt. c. neque illud. Dicitur etiam connubium & coniugium. Connubium deriuari videtur à nubendo, quod quidem eſt fœminarum tantum, vt dicebamus: coniugium autem commune eſt, tam, viro quam fœminæ: & inde vterque cõiux dicitur: quæ omnia vocabula, non ſolum Latina, verumetiã

Ca. fœminæ. 30. q. 5. c. neq; illud, ibi.

A Ciceroniana ſunt in hac ſignificatione. Igitur matrimonium ſignificat maris & fœminæ coniunctionem ſeu coniugationem legitimam. Et hæc dicta ſint de ipſo nomine matrimonij. De quo videte Couarru. ſuper 4. Decretalium. parte 2. c. 1. nu. 1. vſque ad quartum.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm matrimonium conuenienter definiatur.

B *AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ inconueniẽter definiatur in litera: Quia in mariti definitione oportet, ꝙ matrimoniũ ponatur, quia maritus eſt qui eſt mulieri iunctus matrimonio: ſed maritalis coniunctio ponitur in definitione matrimonij: ergo videtur ꝙ ſit circulatio in definitionibus iſtis.*

¶2 Præterea: Per matrimonium ſicut efficitur uir maritus mulieris, ita uxor C *viri mulier: ergo non debet magis dici coniunctio maritalis, quam vxoria.*

¶3 Præterea: Conſuetudo ad genus moris pertinet, ſed frequẽter matrimonio iũcti, ſunt valde moribus diuerſi: ergo non debet poni in definitione matrimonij, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens.

¶4 Præterea: Inueniũtur aliæ definitiones de matrimonio datæ. Quia ſecundũ Hugo. Matrimoniũ eſt duarũ idonearum perſonarum legitimus de coniunctione D *cõſenſus. ſecũdũ quoſdã: aut matrimoniũ eſt conſortium cõis uitæ & cõmunicatio diuini & humani iuris. Et quæritur qualiter definitiones differãt.*

Li. 1. de ſacram. par. 11. cap. 4.

RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut dictũ eſt, in matrimonio tria cõſiderantur. ſ. cauſa ipſius, et eſſentia eius & effectus: & ſecundum hoc tres definitiones inueniũtur de matrimonio datę. Nã definitio Hugo. tangit cauſam, ſ. conſenſum et per ſe nõ eſt. Definitio aũt in litera poſita tangit eſſentiam matrimonij, ſ. coniunctionẽ, & addit determi-

Qu. 42.

Vbi ſup. & hẽtur 27. q. 2. in prin.

 natum

A *natum ſubiectum in hoc quòd dicit inter legitimas perſonas, ponit etiam differentiam contrahẽtem ad ſpeciem in hoc ꝙ dicit maritalis: quia cum matrimonium ſit coniunctio in ordine ad aliquid vnum, talis coniunctio in ſpeciem trahitur per illud ad quod ordinatur, et hoc eſt id quod ad maritum pertinet: ponit etiam uirtutem huius coniũctionis, quia indiſſolubilis eſt, in hoc quòd dicit indiuiduã &c. Sed alia definitio tangit effectum ad quem ordinatur matrimonium, ſ. vita communis in rebus domeſticis, & quia communis cõ-* B *municatio aliqua lege ordinatur, ideo ponitur ordinatũ iſtius communionis, ſ. ius diuinum & humanum: alia aũt communicationes, vt negotiatorum & militantium, ſolo iure humano inſtituta ſunt.*

AD primum ergo dicendum, quod aliquando priora ex quibus debet dari definitio non ſunt nominata, & ideo in definitione aliquorum ponuntur aliqua poſteriora ſimpliciter, quæ sũt prio- C *ra quo ad nos, ſicut in definitione qualitatis ponitur quale à Philoſ. cum dicit Qualitas eſt ſecundum quam quales eſſe dicimur: ita etiam hic in definitione matrimonij ponitur maritalis, vt ſit ſenſus. quod matrimoniũ eſt coniunctio ad ea quæ mariti officiũ requirit, quæ non poterãt uno nomine exprimi.*

Li.prædicam.c. de qualitate.

Qu.42.

AD ſecundum dicendũ, quòd per hanc differentiã tangitur finis coniunctionis, vt dictum eſt, & quia vt dicit Apoſtolus, Vir non eſt propter mulie- D *rem, ſed mulier propter uirum: ideò hæc differentia potius debet ſumi à viro, quam à muliere.*

AD tertium dicendũ, quod ſicut vita ciuilis non importat actum ſingularem huius uel illius, ſed ea quæ ad cõmunicationem ciuilem pertinent, ita vita coniugalis nihil aliud eſt, quam conuerſatio ad cõmunicationem talẽ pertinens: & ideo quantum ad hanc vitam ſemper conſuetudo eſt indiuidua, quamuis ſit diuiſa quantum ad actus ſingulares utriuſque.

AD quartũ patet ſolutio ex dictis.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Tria ſunt in matrimonio, cauſa eius, eſſentia & effectus, & ita tres ſunt definitiones. Secunda concluſio. Prima definitio eſt. Matrimonium eſt conſenſus legitimus de coniunctione duarum perſonarũ idonearũ. Et hæc definitio datur per cauſam, nam datur per conſenſum qui eſt cauſa matrimonii, vt ſtatim dicemus in quæſtione ſequẽti: & ſic hæc definitio non explicat eſſentiam matrimonii nec eſt bona. Secunda definitio eſt. Matrimoniũ eſt coniunctio maritalis uiri & fœminæ inter legitimas perſonas, indiuiduã uitæ cõſuetudinẽ retinens. Et per hãc definitionẽ explicatur eſſencia matrimonii. Tertia definitio eſt. Matrimonium eſt conſortium communis uitæ &c. Et hæc definitio datur per effectum.

De hac materia diſputãt Doctores ſcholaſtici cum Magiſtro in 5. diſt. 27. præcipuè ca. 2. Videte ibi Magiſtrum Sotũ, Sylueſtrum uerbo matrimonium 1. q. 1. Couar. ſuper 4. Decret. par. 2. c. 1. nu. 1. 2. 3. & 4. Circa iſtum art. explicanda eſt definitio quid rei matrimonii & conſequenter explicabitur hic primus articulus huius q̃ͦnis, uidelicet, an matrimonium ſit in genere coniunctionis. Et aduertendum eſt, ꝙ debemus explicare diffinitionem quid rei matrimonii & in ratione contractus naturalis & in ratione uinculi & in ratione ſacramenti. Et incipiendum eſt a primo, ſ. à contractu ipſo & uinculo quod eſt fundamentum ſecundi. Definitio autem matrimonii habet in hũc modum. Matrimoniũ eſt coniunctio uiri & fœminæ maritalis inter legitimas perſonas, indiuiduã uitæ cõſuetudinem retinẽs. Hæc definitio eſt omnium Theologorum & Iuriſperitorum.

SED vt hoc melius explicemus dubium eſt, vtrum hæc ſit legitima definitio matrimonii. Videtur ꝙ non. Primo arguitur contra primam particulam, cõiunctio. Matrimonium eſt contractus quidam, ſed coniunctio non eſt contractus: ergo cõiunctio non eſt de definitione matrimonii. Conſequentia eſt bona. Maior patet. Nam modo differimus de matrimonio in ratione contractus. Minor probatur. Coniunctio eſt uin-

uinculum ſeu relatio,quæ conſequitur ex contractu,ſicut ſeruitus & dominiu eſt relatio,quæ conſequitur ex contractu emptionis & venditionis: ergo coniunctio non eſt contractus. ¶ Confirmatur argumentum. Coniūctio quæ ponitur in definitione matrimonii uel eſt copula carnalis, uel ius & facultas ad illam,uel obligatio ad reddendū debitum, ſed nullum horum eſt matrimonium:ergo matrimonium non eſt coniunctio. Minor quoad primam partem patet. Quo ad ſecundam probatur.Quando alter coniux fornicatur, manet verum matrimonium,tamen non manet ius ad petendū debitū,nec ex altera parte obligatio ad reddēdum:ergo manet matrimoniū ſine obligatione ad reddēdum & ſine poteſtate ad petendum.Item ſi Deus concederet alicui poteſtatem ſupra corpus mulieris (quod poteſt facere,cum ſit dominus omniū) tunc eſſet ius ad petēdum debitum & obligatio ad reddendum,tamen non eſſet uerum matrimonium:ergo.¶Deniq; ex communi cōſenſu vtriuſq; coniugis poteſt uterq; cōiux ingredi religionem , etiā poſt matrimoniū conſummatum,& tunc manet verū matrimonium,etiam poſt profeſſionem, reſciſſa obligatione & iure ad copulam,ergo.

¶Secundo principaliter arguitur contra ſecundam particulam. Matrimoniū eſt contractus quidā ſucceſſiuus,ſed in ultima particula ſignificatur,quòd matrimonium permaneat,dicitur enim indiuiduam uitæ conſuetudinē retinēs:ergo definitio nō eſt bona Maior patet,nam contractus ipſe matrimonii ſtatim finitur:ergo.¶Confirmatur. In hac particula ſignificatur , quòd matrimonium ſit indiſſolubile,at infra dicemus, quòd matrimonium per aliquas cauſas diſſolui poteſt,ut per profeſſionem ſolemnē , ſi tantum ſit ratum:ergo.

¶Vltimò arguitur cōtra totā definitionē.Matrimonium eſt quoddam ſacramentū,ſed in tota hac definitione nō explicat ratio ſacramēti.ergo definitio nō eſt bona.

¶ In oppoſitum eſt authoritas omnium Theologorum & Iuriſperitorum.

¶Ad explicationem huius definitionis notandum primo,quod in matrimonio ſex reperiuntur. Primū eſt conſenſus interior quo uterque coniux vult ſe alteri tradere. Secundum eſt contractus ipſe exterior verborum,vel ſignorum quo ſignificatur con-

A ſenſus interior. Tertiū eſt mutua traditio corporū & realis exhibitio , quæ oritur ex contractu exteriori. Quartū eſt ordo quīdā & relatio quo vtraque coniux ordinatur ad finē matrimonii. Quintū eſt obligatio quæ reſultat in utraque ad reddendum debitum.¶Vltimum eſt facultas & ius ad petēdum debitū.Tota ergo difficultas eſt,quodnam horum eſt matrimonium.

¶Secundo notandū , quod matrimoniū poteſt accipi dupliciter:Primo modo cauſaliter,ſicut ſanū accipitur pro pomo,quod eſt cauſa ſanitatis,aliquādo uero accipitur
B formaliter,ſicut ſanum,cum dicitur de animali. In priori quidē acceptione matrimonium dicitur de contractu qui nō eſt matrimonium,ſed cauſa matrimonii,nam cōmune eſt apud Philoſophos cauſas nominare nominib. effectuum & ècōtra. In ſecūda verò acceptione ſumēdo matrimonium formaliter , diſputamus in præſentia quidnam ſit.

¶Tertio notandum quòd inter ſcholaſticos tres verſantur definitiones matrimonii ad quas omnes aliæ reducuntur. Prima eſt Hugonis de Sancto Victore,lib.2.de ſacra-
C mentis,parte 11.cap.4.quæ ſic habet.Matrimonium eſt duarū perſonarum idonearum legitimus de coniunctione conſenſus. Quam definitionē refert Thomas Vvaldēſis,& approbat tomo 2. de ſacramentis capite. 131.

¶ Secunda definitio eſt . Matrimonium eſt legitima viri & fœminæ copulatio,qua ſecūdum legem Dei licet eis ſine crimine filios procreare.Quam definitionem refert Thomas Vvalden. tomo 2.de ſacramentis cap. 130. Vltima definitio eſt quæ poſita eſt à principio.

D ¶ Prima concluſio. Matrimonium non rectè definitur per cōſenſum . Vnde prima definitio quę datur per conſenſum,non eſt bona.Hæc concluſio probatur primo . Id quod ponitur in definitione vt genus, debet prædicari quidditatiuè de definito , ſed conſenſus nō prædicatur quidditatiuè, ergo.Conſequentia eſt bona,Maior patet , minor probatur.Cauſa efficiens nō prædicatur quidditatiuè de effectu,ſed matrimonium eſt effectus conſēſus, ergo conſenſus non prædicatur quidditatiuè de matrimonio.¶Confirmatur.Nam tantū abeſt quod cauſa efficiens prędicarur de effectu quiddi-

ſteà conuolare ad religionem. Tutius tamẽ eſt prius contrahere. Hanc ſententiam tenet gloſſa dict.cap.commiſſum, eam tenet Abbas & alii ibidẽ,& Couar.ſup.4.Decret. par.1.cap.5.nũ.11. Verum eſt, quod gloſſa dicit, quòd ſi poſt ſponſalia iurata vouiſſet religionem, tenetur aſcendere ad religionẽ prius quam contrahat. ¶Secunda ſententia eſt Hoſtien. & Innocen. qui dicũt, quòd ille qui iurauit ſponſalia, tenetur implere iuramentum & poſteà aſcẽdere ad religionem, ſi velit. ¶Inter Theologos verò etiam ſunt diuerſæ ſententiæ. Nam quidam exiſtimãt eſſe peccatum, ſi contrahat matrimoniũ & poſteà aſcendat ad religionem. Quam ſententiam tenet Palud.4.diſt.27.q.1.art.3.& diſt.28.q.1.art.3. Magiſt. Sotus diſt.27 q.2.art.5.& mouentur duobus vltimis argumentis factis in oppoſitum. Alii verò dicũt nullum eſſe peccatum.

Gloſſ.c. commiſſum. de ſponſal.

¶In huius controuerſiæ expoſitione eſt quædam ſententia media, quæ explicabitur his concluſionibus. Prima cõcluſio. Si aliqua vtilitas vel commoditas ſequitur alteri ſponſo, ſemper eſt implendum iuramentum & debet contrahere, imò debet contrahere, etiamſi non ſit interpoſitum iuramentum, ſiue vouerit religionem, ſiue non v.g. habuit ſponſa filios ex ſponſo: in hoc caſu ſequũtur duæ vtilitates ſponſæ, ex eo, quòd ſponſus contrahat, & poſtea tranſeat ad religionem. Prima vtilitas eſt, quòd filii eius ſint legitimi. Secunda eſt, & ſponſa habebitur loco mulieris probæ & bonæ, quæ non conceſſit corpus ſuum, niſi illi qui iurauit ſponſalia. In hoc caſu ſpõſus tenebitur cõtrahere matrimoniũ, antequam tranſeat ad religionẽ. Hæc cõcluſio probatur argumentis primo loco factis, & præcipuè ex dict.c.cõmiſſum. Nam hæc eſt legitima intelligentia illius textus: aliæ enim duæ expoſitiones quæ adhiberi ſolent, friuolæ videntur. Prima eſt, ꝙ illud cap.intelligitur iuxta vulgi opinionem, itaq; dicitur tutius contrahere, nõ ſimpliciter & abſolutè, ſed iuxta vulgi ſententiam. Secunda expoſitio eſt, ꝙ ille qui iurauit ſponſalia, iurauit contrahere intra biennium, ille autẽ volebat aſcendere ad religionẽ poſt biennium in quo caſu licitum eſt & tutius contrahere, & poſtea conuolare ad religionem.

Cap.cõmiſſum. de ſponſal.

¶Secundo probatur concluſio. Nã iuramentũ præſtitum in fauorem tertii, ſemper eſt implendum, ſi ſit aliqua vtilitas vel cõmoditas tertio, etiamſi impedimentum ſit maioris boni, vt diffinitur. 2.2.q.89.art.7. Et patet: nam iuramentum factũ tertiæ perſonæ ordinatur ad bonum & comodum ipſius tertiæ perſonæ: ergo quãdiu fuerit hoc bonum, ſemper obligat. Cõfirmatur. Nam Deus non acceptat religionem cum iniuria tertij, ſed in hoc caſu irrogatur iniuria tertio: ergo. ¶Tertiò probatur. Si quis debeat alicui pecunias & poſſit illas ſoluere, prius debet illas ſoluere, quàm tranſeat ad religionem, vt docet D.Greg.lib.7.epiſt.epiſt.11. ſed iſte debet matrimonium alteri ſponſo, & poteſt illud ſoluere: ergo tenetur antequam ingrediatur religionem.

¶Secunda cõcluſio: Quoties nulla ſequitur vtilitas alteri ſponſo ex eo quòd contrahat, nõ tenetur prius cõtrahere, ſed põt immediatè aſcẽdere ad religionem, ſiue iurauerit ſponſalia, ſiue non, ſiue vouerit religionem, ſiue non. Hæc concluſio probatur primò argumentis factis ſecundo loco. Secundò probatur. Nam illud iuramẽtum factum eſt in cõmodum tertij: ſed modo nulla ſequitur cõmoditas tertio: ergo nõ tenetur iuramentũ adimplere: hoc etiam diffinitur in 2.2.loco immediatè citato. ¶Ex dictis in his cõcluſionib. ſoluuntur argumenta facta pro vtraq; parte, niſi ſecundũ factũ primo loco. Ad quod reſpondetur, ꝙ illud dicitur vergere in detrimẽtum ſalutis æternæ, quod eſt impeditiuum maioris boni, & ita explicatur à Magiſtro Soto in loco citato. Item rñdendum eſt ad tertium factũ in oppoſitũ, quod militat cõtra primã cõcluſionem, ꝙ iuramẽtũ illud nõ ſemper fit eo animo vt cõſumetur matrimonium, ſed ut cõtrahat matrimoniũ: nã aliquãdo ſolũ ipſum contrahere eſt vtile & cõmodũ ſpõſæ.

SEcundum dubium eſt circa eandẽ primam cãm. Vtrùm ſolum per ingreſſum religionis dirimantur ſponſalia de futuro. Videtur quòd nõ. Primo. Nam D. Thom. ad primum docet, quòd dirimũtur ſponſalia per votum ſolenne, quoniam per talem profeſſionem homo moritur ſæculo ſed per ingreſſum religionis homo nõ moritur ſæculo, ergo per ſolum ingreſſum non dirimuntur ſponſalia.

¶Secundo. Si ſponſalia dirimerẽtur per ingreſſum religionis, daretur maxima occaſio hominibus peſſimis illudendi mulieres, nam

nam ſponſus poſſet aſſumere habitum religionis, & ſtatim ex uere, & ſic manere ſine vinculo contrahendi, ergo.

¶ Tertiò. Nulla poteſt excogitari ratio quare ille qui ingreditur religionem non teneatur ſeruare fidem, ſi exuat habitũ religionis, ſi ſponſalia dirimerentur per ſolum ingreſſum, ergo. Antecedens patet. Nã nõ tenetur ratione ſponſaliorum, cum iam nõ ſint, & non tenetur ratione alterius contractus, ergo.

¶ In oppoſitum eſt primo. Nam ſpõſalia de futuro poſſunt diſſolui ex voluntate cõtrahentium, ſed ille qui ingreditur religionem iam explicat ſuam uoluntatem, & q̃d vult, quod cõtractus reſcindatur, ergo alius põt ſi velit, alteri contrahere, & ſic dirimũtur ſponſalia. Confirmatur. Nam aliàs ille qui nõ ingreditur religionem tenetur alteri ſeruare fidem, & non poſſet ſi vellet alteri contrahere, cum contractus ſponſaliorũ maneat, ergo dirimuntur ſponſalia. ¶ Secũdò. Sponſalia & matrimonium comparantur inter ſe, ſicut nouitiatus & monachatus ſed per monachatũ dirimitur matrimoniũ ratum, ergo per nouitiatum dirimuntur & diſſoluuntur ſponſalia.

¶ In hac difficultate ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ. Prima ſententia eſt, quòd per ingreſſum religionis non dirimuntur ſponſalia de futuro. Ita tenet Palud. 4. diſt. 27. q. 1. ar. 3. nu. 23. Silueſt. verbo, ſponſalia, refert iſtam ſententiam: eam tenet D. Anto. 3. p. tit. 1. c. 18. Duran. diſt. 27. q. 3. ar. 3. Couar. ſuper 4. Decret. 1. par. cap. 5. nume. 11. & alii multi Theologi. Secunda ſentẽtia eſt huic oppoſita, videlicet quòd per ſimplicẽ ingreſſum religionis dirimuntur ſponſalia, Hanc ſententiã tenet Magiſt. Soto 4. diſt. 27. q. 2. art. 5. Sylueſt. loco immediate citato Summa Angelica, verbo, Sponſalia, nu. 22. Nauarro Manua. c. 22. nu. 26. & hãc ſententiam ſequuntur communiter expoſitores D. Thomæ.

¶ Concluſio ſit. Prima ſententia eſt probabilis, ſecũda uerò lõge probabilior. Hæc cõcluſio habet duas partes. Prima pars probatur authoritate Doctorũ qui illã tenẽt, & argumentis factis in principio quæ habẽt probabilitatẽ. Cõfirmatur. Nã (ut docet Palud.) in iure ꝑ ingreſſum religionis intelligitur ingreſſus cũ effectu, & profeſſione ſubſequuta. Secundò confirmatur. Nam

A ſecundum iſtam ſententiã poſſunt diſſolui argumenta facta pro ſecunda ſnia. Poſſumus enim dicere, ꝙ qui aſſumit habitũ nõ intendit abſolutè reuocare primũ propoſitum ſponſaliorũ, nec renunciare abſolutè iuri quod habet erga alterũ ſpõſum, ſed intẽdit probare religionẽ, & ſi inuenerit ſibi conuenire acceptare profeſſionẽ & renuntiare iuri ſuo & reuocare primũ propoſitũ ſponſaliorũ. Item dicendũ eſt, ꝙ profeſſio & matrimoniũ non ſunt cõpatibilia, cęterũ nouitiatus nõ opponitur ſponſalibus, nam profeſſio inducit quandã obligationem cũ

B qua non cõpatitur matrimonio, nouitiatus verò nullã inducit obligationem, cũ qua nõ compatiatur vinculũ ſponſaliorũ. ¶ Secũda verò pars probatur argumentis factis ſecũdo loco, & authoritate Doctorum qui illã tenent. Cõfirmatur. Nã obligatio ſponſaliũ non eſt tanta, quãta eſt obligatio matrimonii rati non cõſummati, ſed matrimonium ratum non conſummatum dirimitur per ꝓfeſſionem religionis: ergo ut ſponſalia dirimantur, nõ requiritur profeſſio, ſed ſatis erit ad eorum diſſolutionem nouitiatus, qui eſt inchoatio religionis.

C ¶ Ex hac parte quæ cõmunior eſt, ſequitur ꝙ in hoc caſu ille qui manet in ſæculo manet ſtatim liber ad cõtrahendũ cũ alio, ſed qui ingreſſus eſt religionem, nõ ita manet liber, imò ſi exeat ante profeſſionẽ tenetur adimplere fidem datã in ſponſalibus dummodo ſponſa expectauerit, & nõ contraxerit matrimonium nec ſponſalia cum alio, quod quidem dictum eſt, nam ſi fœmina, quæ remãſit in ſæculo, contraxit matrimonium cum alio, etiam ſi maneret libera vel vidua, antequàm alter deponeret habitum, iam quando habitum relinqueret

D omnino maneret liber a fide primorum ſponſaliorum, & ſpõſalia eſſent oĩno diſſoluta ex utraque parte. Ratio eſt. Nam ſicut ille per ingreſſum religionis ſine conſenſu alterius uiſus eſt renuntiare iuri ſuo ita & fœmina uiſa eſt renuntiare iuri ſuo, ex eo ꝙ cum alio cõtraxit matrimonium.

¶ Ad argumenta in principio pro prima ſententia reſpondetur, Ad primum, quod ingreſſus religionis non eſt mors ſpiritualis, ſimpliciter & formaliter loquẽdo, eſt tamẽ mors ſpiritualis inchoatiuè, & hoc ſufficit ad hoc quòd dirimantur ſponſalia.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd ſi iſte

exuat habitum religionis, tenetur ſemper ſeruare fidem ratione præcedentis promiſſionis,& ita non datur aliqua occaſio hominibus illudendi mulieres, nam vſq; ad profeſſionem ſemper tenetur ſeruare fidē. Eſt optimum ſimile. Si quis poſt ſponſalia de futuro contrahat matrimonium de præſenti cum altera, in hoc caſu dirimuntur ſponſalia ſine dubio,tamen ſemper tenetur ſeruare fidem ſi poteſt:unde ſi moriatur vxor eius,tenetur illi ſeruare fidem & ducere illam in uxorem.Quòd ſi quis dicat in contrarium, nam iſte non tenetur ratione ſpōſaliorum,cum iam non ſint,ergo non tenetur ex iuſtitia. Reſpondetur,ꝙ iſte non tenetur ſeruare fidem modo ex iuſtitia,ratione ſponſaliorum quæ modo ſint,ſed ratione præcedentis contractus,qui quidem reſciſſus eſt ſine aliqua culpa alterius contrahentis:item tenetur ratione iniuriæ illatæ, ſi contraxit cum altera de præſenti:ſicut ille qui fictè promiſit futuras nuptias tenetur ſeruare fidem, nō ratione promiſſionis quæ nulla eſt,ſed ratione iniuriæ illatæ. Et per hoc reſpondetur ad tertiū argumentū.

EST tertia difficultas circa iſtam cauſam,Vtrum uotum caſtitatis ſuperueniens diſſoluat ſpōſalia de futuro. Loquimur in præſenti de uoto ſimplici: item dicimus ſuperueniens,nā ſi antecedat ſponſalia ſine dubio irrita facit,ut expreſsè diffinitur ca.rurſus.qui clerici vel vouentes.& c.unico.de uoto & uoti redemptione in 7. Et ratio eſt aperta.Nā ſunt duæ promiſſiones incompatibiles,vt patet,& prima habet maiorem uim,nam eſt facta Deo ergo. Et uidetur quòd illud votum ſuperueniens non reſcindat ſponſalia iam facta.

¶Primò arguitur.Deus nō acceptat promiſſionem de re alteri debita, & cum iniuria tertii,ſed ſponſus debet corpus ſuum dare alteri ſpōſo & alter ſponſus habet quoddam ius acquiſitum ad illud, ergo uotū caſtitatis ſuperueniens factum Deo non reſcindit ſponſalia.

¶ Secundo.Sponſalia etiam iurata nō dirimūt priora ſpōſalia, quorum ſponſus primus habet iam ius acquiſitū ad corpus ſpōſæ,ſed in noſtro caſu ſponſus habet iam ius acquiſitum , ergo nō dirimuntur ſponſalia per votū caſtitatis. Quòd ſi dicas,quod in ſponſalib.& matrimonijs ſemper intelligitur appoſita conditio, niſi alter ſpōſus ue-

A lit tranſire ad meliorem ſtatū. Contra.Nā D.Th.ad primū ſolū dicit,quod per mortē ſpiritualē dirimuntur ſponſalia,ſed uotum caſtitatis non eſt mors ſpiritualis,ergo.

¶Tertiò. Votum ſimplex caſtitatis non eſt vinculum perfectionis,nec eſt uinculum ſtatus perpetui,uinculum autem ſponſaliorum eſt uinculum quod dicit ordinem ad ſtatum perpetuum : ergo tale uotum non dirimit ſponſalia.

¶Quartò. Si is qui non uouit caſtitatem petat ſibi ſeruari fidem in iudicio ille, qui promiſit condemnabitur,ut ſeruet fidē,uel B ut ingrediatur religionē; ergo uotū caſtitatis nō reſcindit ſpōſalia. Probatur cōſequētia.Nā ſententia iudicis q̄ profertur in foro exteriori,obligat in cōſciētia,ſi iuſta ſit.

In oppoſitum eſt primò.Nā D.Th.in additionibus q.53.art. 1.ad primum . ubi expreſsè dicit, ꝙ votū ſimplex dirimit ſponſalia,& loquitur de uoto cōtinentiæ,ergo.

¶Secundò. Votū caſtitatis tunc eſt ualidum & ſanctū & non eſt compatibile cum ſponſalibus,ergo ſponſalia dirimuntur. Cōſequentia eſt euidens,& maior probatur.In huiuſmodi cōtractibus ſemper intelligitur C illa conditio, niſi alter uelit tranſire ad perfectiorem ſtatum. Minor probatur. Nam qui promiſit futuras nuptias,ſi contrahat, ſaltem tenetur reddere debitū,ergo votū caſtitatis non eſt cōpatibile cum ſponſalibus.

¶Tertiò. Vinculū illius uoti eſt fortius quam uinculum ſponſaliorum, ſed cum occurrunt duo uincula inæqualia & incompatibilia,fortius præualet, ergo uinculū uoti caſtitatis reſcindit ſponſalia,& hoc argumēto utitur D.Tho.loco immediatè citato.

IN hac difficultate ſunt uariæ ſententiæ Doctorū;quas refert Sylueſter,uerbo, D Sponſalia.q.7. quæ uerò habent uerò ſimilitudinem ſunt quatuor,duæ extremæ & duæ mediæ. Prima ſentētia extrema eſt affirmatiua,quòd uotum caſtitatis dirimit quæcunque ſponſalia. Hanc ſententiam tenet D.Th.ubi ſup. Ricardus de Media Villa.4.diſtin.27.art.3.quæſt.4. eandem tenet Scotus diſt.27.quæſt.2.ar.5. D. Anton. 3. par.tit.1.cap. 118. §. 10. Secunda ſententia extrema eſt,quod uotum caſtitatis non dirimit ſponſalia.Hāc tenuit Victoria,quā ſequūtur multi diſcipuli illius. Tertia ſententia media eſt,quòd ſponſalia iurata non dirimuntur per uotum caſtitatis, iurata ue

rò non. Hanc ſententiam tenet Maior 4. diſt. 27. q. 5. ad ſecundum. ¶Quarta ſententia media eſt, ꝙ ſponſalia ſaltem non iurata dirimuntur ex parte non vouentis caſtitatem, non tamen ex parte vouentis, itaq; qui vouit caſtitatem poſt ſponſalia, manet obligatus ad ſponſalia, non tamen qui non vouit. Hanc ſententiam tenet Sylu. loco ſupra citato, putat enim quod qui vouit caſtitatem poſt ſponſalia, ſi non habeat animũ ingrediendi religionem peccat mortaliter & facit iniuriam alteri ſponſo.

¶In hac re præcipuum punctum conſiſtit in hoc, an illud votum factũ poſt ſponſalia ſit licitum & validum, nam ſi ſit licitũ & validum, cum ſit incõpatibile cum obligatione ſponſaliorum dirimuntur ſponſalia: quod verò ſit incompatibile patet ex ratione facta in 2. argumento in oppoſitum. Vnde de his opinionibus ita cenſendũ eſt.

¶Prima concluſio. Vltima ſententia nullam habet probabilitatẽ quãtum ad hoc ꝙ dicit, ꝙ reſcinduntur ſponſalia ex vna parte & non ex alia, imò quantum ad omnia videtur improbabilis. Probatur primo. Nã ſi ſponſalia reſcinduntur ex una parte, ſimpliciter reſcinduntur ex vtraque parte, ſicut matrimoniũ, nam ſponſalia dicunt mutuum vinculum ex vtraque parte ſicut matrimonium, ergo. ¶Confirmatur. Spõſalia quæ dirimuntur quantum ad non fornicãtem, ſimpliciter dirimuntur ex vtraq; parte, quoniam eſt vinculum mutuum: ergo ſi ſponſalia dirimuntur quantum ad non uolentem, ſimpliciter reſcinduntur ex utraq; parte. ¶Secundò probatur, Syluester in ſua ratione petit principium, dicit enim ꝙ ille qui uouit caſtitatẽ poſt ſpõſalia, facit iniuriam alteri: hoc autem eſt falſum, nam in illo contractu ſemper intelligitur cõditio, niſi alter uoluerit tranſire ad meliorẽ ſtatũ, ergo. ¶Vltimò. Improbabile eſt dicere, qđ qui vouit caſtitatẽ poſt ſponſalia, ſi non habet animum ingrediẽdi religionem peccet mortaliter, nam in ſæculo poteſt ſeruare caſtitatem, præcipuè ſi initietur ſacris, ergo.

¶Secunda concluſio. Sentẽtia tertia maiorem habet probabilitatem quã ꝑcedens, non tamen tantam probabilitatẽ, ſicut duæ extremæ. Prima pars de ſe patet: ſecunda verò probatur primò. Nam ſi aliqua ratio ne illa ſententia eſſet vera, maxime quia q iurauit ſponſalia tenetur prius cõtrahere, A hæc autem ratio nulla eſt, aliàs ſequeretur ꝙ per uotũ ſimplex religionis non dirimerentur ſponſalia, quod eſt contra omnes autores, ergo. ¶Secundò probatur. Nam in c. commiſſum, de ſponſal. non probatur iſta ſententia, tum quoniam illud ca. non loquitur de voto caſtitatis, vt patet ex præcedentibus: tum etiam nam illud ca. ſolũ obligat, quando ſequitur aliqua vtilitas alteri ſponſo, vt diximus in prima difficultate, ergo. Ca. commiſſũ. de ſponſal.

¶Vltima cõcluſio. Secũda ſententia quæ aſſerit, quod votũ ſimplex caſtitatis nõ dirimit ſponſalia, eſt probabilis. Prima tñ quæ B dicit, ꝙ dirimuntur, eſt omnium probabiliſſima. Prima pars patet argumentis factis primo loco, & autoritate Doctorum qui illam tenent. Secũda verò probatur argumẽtis factis ſecũdo loco, & præcipue autoritate D. Th. qui expreſsè tenet hanc ſentẽtiã.

¶Ex hac ſentẽtia ſequitur primo, quòd quãuis poſt ſponſalia aliquis faciat uotum ieiunandi, vel dandi eleemoſynã, uel orãdi, tale uotũ non dirimit ſponſalia de futuro, nã quamuis hoc uotũ ſit de meliori bono, nõ tamen cõſtituit homine in ſtatu aliquo perfectiori incõpatibili cum matrimonio, C votũ autem caſtitatis conſtituit hominem in ſtatu perfectioti, qui quidem ſtatus non eſt cõpatibilis cũ matrimonio. Quod ſi qs dicat, ſequitur ex dictis, quòd ſi aliqs uelit permanere in ſeculo cum propoſito ſeruandi caſtitatẽ ſine aliquo voto, ꝙ per tale propoſitum diſſoluantur ſponſalia, nã tale propoſitum conſtituit hominem in ſtatu perfectiori & incompatibili cũ matrimonio. Reſpondetur negando conſequentiam. Nam tale propoſitũ ſi non firmetur voto, non cõſtituit hominem in aliquo ſtatu ex his qui determinantur ab eccleſia, nam ſtatus in rigure loquendo, dicit aliquam firmitatem & D obligationem: vt dicitur in 2. 2. in materia de ſtatibus. ¶Secundò ſequitur, quod quando alter ſponſus poſt cõtracta ſponſalia vouit caſtitatem, alter qui non uouit, cum primũ intellexerit: poterit alteri nubere & manet liber. Ratio eſt. Nam per hoc quod alter vouit, viſus eſt cedere iuri ſuo.

¶Ad argumenta primo loco facta reſpõdetur. Ad primũ & ſecundum reſpõdetur, quod ibi optimè dictũ eſt. Ad replicã rñdetur, ꝙ quãuis verũ ſit, ꝙ per mortẽ ſpiritualẽ dirimũtur ſpõſalia, non tamen per ſolam illam, ſed etiam per uinculum perfeſſionis

quale

quale eſt votum caſtitatis, & votũ ſimplex A religionis: quod nõ eſt mors ſpiritualis, ſed reducitur ad mortem ſpiritualem.

¶Ad vltimum rẽſpõdetur quòd ſine du bio qui emittit votum caſtitatis, nõ obligatur in foro conſcientiæ ad ſponſalia, ſi uerò in foro exteriori obligetur, talis ſententia fundatur in falſa præſumptione: præſumitur enim quòd talis nõ ſeruabit uotum caſtitatis extra religionem: ſententia autem quæ fundatur in falſa præſumptione, non obligat in foro conſcientiæ.

Secundo cauſa quare dirimuntur ſponſalia etiam iurata, eſt matrimoniũ ſubſequens de præſenti cùm alia coniuge. Ita diffinitur cap. ſicut. & cap. ſi inter. & in cap. adoleſcens. de ſponſalibus. & cap. 1. de ſponſa duorum. Cæterum circa iſtam cauſam aduertendum eſt, quòd ſi uir cõtrahat matrimonium diſſoluens ſponſalia, & poſtea moriatur vxor eius, tenetur defuncta vxore contrahere matrimonium cùm prima, ſi poteſt & ipſa velit, maximè ſi iurauit ſponſalia. Tum quoniam defuncta vxore manet liber ad implendam fidem & ſeruandum iuramentum, à cuius obſeruatione excuſabitur uiuente uxore, quoniam nõ poterat adimplere: tum etiam quoniam ſi ante matrimonium uouiſſet caſtitatem, tenetur defuncta vxore illã ſeruare: ergo ſimiliter tenetur ſeruare fidem datam & iuramẽtũ. Dixi (præcipuè ſi iurauit ſponſalia) quoniã etiam ſi non teneretur ratione contractus præteriti, tenetur propter ſanctitatem iuramẽti. Verum eſt, quod ſi talis vir multos ſuſcepiſſet ex uxore liberos, ita vt nõ poſſet commodè illos educare, ſi ſecundã vxorem duxerit, aut eſſet ita ſenex ut nõ eſſet iam aptus ad matrimonium, nõ teneretur contrahere: hoc autem eſt per accidens, per ſe tamen loquendo tenetur.

C. ſicut. c. ſi inter. cap. adoleſcẽs. de ſponſ. c. 1. de ſpõſal. duorum.

¶Tertia cauſa propter quam dirimũtur ſponſalia etiam iurata, eſt impedimentum affinitatis ſuperuenies, ut ſi unus illorum commiſceatur carnaliter cum cõſanguinea alterius intra gradus prohibitos. Hæc cã diffinitur cap. veniens, 1. & 2. ca. ex literis. de eo qui cognouit conſanguineã uxoris. & cano. ſi quis, 1. 27. q. 2. & idem omnino eſt, ſi ſuperuenerit quodlibet aliud impedimentum eorum quæ impediunt matrimonium contrahendum, imò fama publica de tali impedimento & ſcandalum: ut diffinitur capit, cum in tua. de ſponſal. Cæterum aduertendum eſt, quod ſi impedimentum fuerit occultum, ita vt tantum ſpõſus ſciat illud, teneatur ſpõſus antequam matrimonium contrahat diſpenſationẽ impedimenti quærere, & non poteſt prius cõtrahere: ſi uero aliquis extraneus ſciat crimen illud ſecretum, ſi ſpes eſt, q. admonitio ſit profutura, admoneat ſponſum: ſi uerò nõ ſit talis ſpes dicat ordinario tanquam patri, ut proſpiciat huic incommodo.

Ca. ueniens. 1. & 2. ca. ex literis. de eo qui cognouit cõſang. vxoris. c. ſi quis. 1 27. q. 2. ca. cũ in tua, de ſponſal.

¶Quarta cauſa eſt uolũtas & conſenſus B utriuſque coniugis, quod intelligitur etiã ſi ſponſalia ſint iurata. Nam iuramentum tunc ordinatur in bonum contrahentium, & ita contrahentes poſſunt remittere iuramentum, ſicut contractum. Item, nam contractus qui ex natura ſua eſt diſſolubilis, ex voluntate contrahentium diſſolui poteſt, ſed contractus ſponſaliorum ex natura ſua eſt diſſolubilis: ergo ex voluntate contrahẽtium diſſolui poteſt. Maior patet in omnibus contractibus matrimonio excepto, quoniam contractus matrimonii ex natura ſua eſt indiſſolubilis, quia nõ ordinatur ad bonũ contrahentium. Denique, vnuſquiſque poteſt cedere iuri ſuo, præcipuè in C his rebus, quarum homo eſt dominus per voluntatem ſuam: ergo vterque ſpõſus per ſuam voluntatem poteſt optimè cedere iuri ſuo. Hoc diffinitur in cap. 2. de ſponſal. & hanc ſententiam tenent omnes Theologi & Iuriſperiti.

C. 2. de ſponſal.

¶Quinta cauſa, propter quam dirimuntur ſponſalia, eſt grauis infirmitas, vt lepra, morbus Gallicus, & aliæ huiuſmodi infirmitates, & propter ignem deformitas. v. g. propter orbitatem oculorum, uel naſi.

¶Notandũ tñ, quod ſi hæc antecedunt D ſponſalia & ignorantur ab ſpõſo, iuſtè dirimuntur ſponſalia, tum quoniam eſſet inuoluntarius in tali contractu, tum etiam quoniam ſponſus eſſet odioſus alteri ſponſo, & tale matrimoniũ haberet difficiles exitus. Item, grauiſsima res eſt obligare aliquem ut vitam habeat perpetuam cum viro ſibi odioſo. Hæc cauſa habetur cap. literas. de coniugio leproſorum, & cap. quemadmodum, de iureiurando.

Ca. literas, de cõiugio leproſorũ. c. queãdmodũ, de iureiurãdo.

¶Sexta cã propter quam dirimuntur ſponſalia, eſt fornicatio alterius ſponſi. Ita diffinitur cap. quemadmodum, de iureiurando: Ratio eſt: Nam talis creditur, quod eſt

eſt futuris infidelis, imò iam incipit eſſe infidelis, ergo eſt ſufficiens cauſa. Confirmatur. Nam matrimoniũ diſſoluitur per fornicationem quantum ad cohabitationem: ergo ſponſalia diſſoluuntur ſimpliciter, & abſolute. Patet conſequentia. Nam ſi vinculũ maius quale eſt vinculum matrimonii, diſſoluitur quantum ad aliquid per fornicationem: ergo vinculum minus quale eſt ſponſaliorum, diſſoluitur ſimpliciter & abſolute. Hęc cauſa ampliatur quando ſponſa eſt cognita etiã per vim. Hæc ampliatio eſt contra Couarr. 4. Decret, parte 1. cap. 5. num. 3. eſt tamen hęc ampliatio diffinitá in cap. raptor, 27. quæſt. 2. & eam tenet gloſſa ibidem, & Syluester verbo ſponſalia, q. 7. Item ampliatur ad fornicationem ante ſpõſalia, ſi mulier tempore ſponſionis creditur virgo, & ut talis promittitur. Ita ſentit Magiſter Soto, 4. diſt. 27. quæſt. 2. art. 5. & Syluester vbi ſuprà, & Nauarr. in Manualicap. 22. num. 25. Et ratio pro hac ſententia eſt clariſſima. Nam duriſſimũ eſt cogere ſpõſum vt ducat talem vxorem. Et hæc etiam cauſa extenditur ad fornicationem ſpiritualem, vt ſi alter ſponſus diſcederet à fide, de quo videte Magiſtrum Sotum loco immediatè citato, & Syluestrum in eodem loco, quod habetur expreſſe in c. non ſolum, 28. q. 1. Hæc autem cauſa intelligenda eſt quoties ſponſus innocens petit ſponſaliorum diſſolutionem, nam ſi innocens adhuc uelit contrahere matrimonium, ille qui fecit iniuriam tenetur ſeruare fidem.

Cap. raptor, ibi dicta glo. 27. q. 2.

Ca. non ſolũ, 28. q. 1.

¶Septima cauſa eſt, quando alter ſpõſus vagatur & proficiſcitur ad terram longinquam, tunc enim diſſoluuntur ſponſalia, et ſi iurata ſint; ſic diffinitur c. de illis, de ſponſalibus. Aduertendum tamen, quòd in tali caſu requirendus eſt ſponſus abſens, aut expectandus illius reditus, iuxta legum ciuilium ſtatuta, quæ præcipiunt, quòd ſi neſcitur quo loco ſit, expectandum eſt per triennium: ita habetur l. 2. C. de repudiis. & l. regia. 8. tit. 1. partita 4. Si uero intra prouinciam ſit, expectetur per biennium, ut habetur l. 2. C. de ſponſalibus. Quòd ſi requiſitus dederit iuſtam cauſam ſuæ moræ, ſponſa debet illum preſtolari vſque dum ceſſet cauſa ita habetur. l. ſæpe de ſponſal. & cum iſtæ leges iuſtæ ſint & non abrogatæ in iure Canonico, ſeruandæ ſunt in conſcientia, ut putat Syluester verbo ſponſalia q. 10.

Ca. de illis, de ſponſal.

Li. 2. C. de repudiis. l. 8. tit. 1. partita. 4. l. 2. C. de ſponſ. in l. ſæpe, de ſponſal.

A Verum eſt, quòd aliqui dicunt, quod illæ leges non obligant in conſcientia. Videte Magiſtrum Soto, diſt. 27. q. 2. ar. 5.

¶Octaua cauſa, propter quam dirimuntur ſponſalia eſt, quando in contractu ſponſaliorum appoſitus eſt terminus & dies ad contrahendum & accedente die & termino alter ſponſus non vult contrahere, tunc alter manet liber ad diſſoluenda ſponſalia; ita diffinitur cap. ſicut, de ſponſalibus. Cap. ſicut, de ſponſal.

¶Nona cauſa, propter quam dirimitur ſponſalia etiam iurata, eſt, quãdo facta ſunt ſponſalia cum conditione, & conditio non adimpletur, vt ſi ſponſa promittit certã dotis ſummam, quam non poteſt uel nõ vult
B adimplere: ita diffinitur cap. de illis, de conditionibus appoſitis. Ratio eſt: nã fides non eſt data tunc niſi ſub conditione; ergo ſi nõ adimpletur conditio, non tenetur adimplere fidem. Ca. de illis, de cõdi. appoſitis.

¶Decima cauſa eſt propter defectũ ætatis. v. g. ſi illi cõtraxerunt uera ſpõſalia, ſed contraxerunt ante tempus requiſitum ad matrimonium ſecundum ius, ſcilicet ante duodecimũ annum in fœmina, & ante decimumquartũ in uiro, tunc ſi alter reclamet;
C diſſoluuntur ſponſalia. Hæc cauſa habetur cap. de illis, & cap. à nobis, de deſponſatione impuberum: ſi autem alter illorum erat maior, & in ætate nubili, debet expectare ſponſam minorem donec accedat ad annos pubertatis, & minore conſentiente, non poteſt maior diſſentire. Ca. de illis, ca. à nobis, de deſpõſatione impub.

¶Vndecima cauſa eſt, quando oriuntur graues inimicitiæ inter ſponſos, uel aliqua peſſima uitia deteguntur, quæ antea latebant. Et hæc eſt communis ſententia Doctorum: cuius ratio eſt, quoniam tunc in tali matrimonio timeretur malus exitus, & hęc
D ratio eſt conformis iuri in c. 2. & ca. requiſiuit. de ſponſalibus.

¶Duodecima cauſa eſt, Quælibet cauſa de nouo ſuperueniens ſponſalibus, quæ ſi à principio exiſteret, impediret ſponſalia contrahenda: & hæc cauſa eſt de mente D. Tho. 4. diſt. 27. q. 2. ar. 3. ad tertium. & hãc ſententiam ſequuntur omnes Theologi & iuriſperiti.

Circa iſtam & omnes alias cauſas ſimul eſt unicum dubium, Vtrum ſit neceſſaria iuditis autoritas ad ſponſalia dirimenda, an uerò priuata autoritate poſſint dirimi.

¶Prima concluſio. Si ſponſalia ſint clam A & occulte contracta, non eſt neceſſaria autoritas iudicis ad illa diſſoluenda. Hæc eſt communis ſententia Doctorum. diſt. 27. ita Richardus, Maioris, D. Ant. vbi ſupra. Ratio eſt: nam occulta ſponſalia non ſubiacent iudicio exteriori, & aliàs eſt legitima cauſa ad illa diſſoluenda: ergo non eſt neceſſaria iudicis autoritas.

¶Secunda concluſio. Quando ſponſalia ſunt publica, neceſſaria erit autoritas iudicie, ſaltem ad melius eſſe. Ratio eſt, nã ſponſalia publica iam ſubſunt iudicio eccleſiæ: B ergo ut minimum decens eſt, vt iudex eccleſiaſticus illa diſſoluat.

¶Tertia cõcluſio. Quando ſpõſalia ſunt publica, & cauſa item diſſoluens ſponſalia eſt notoria, non eſt ſimpliciter neceſſaria iudicis autoritas ad illa diſſoluenda in foro cõſcientiæ, itaque non erit peccatum propria autoritate diſcedere ab his ſponſalibus, ſaltem per ſe loquendo: quoniam ſponſalia diſſoluuntur reuera in foro conſcientiæ propter cauſas commemoratas: ergo ſi cauſa eſt notoria in eodem foro, non erit neceſſaria autoritas iudicis. Dixi (per ſe loquẽdo) C nam ratione ſcãdali aliquando erit neceſſarium recurrere ad iudicem qui diſſoluat ſponſalia: in hoc tamen caſu rarò, cum cauſa ſit publica & ceſſet ratio ſcandali.

¶Quarta concluſio. Quando ſponſalia ſunt publica, cauſa verò diſſoluẽs eſt dubia ſiue in iure, ſiue in facto, neceſſaria eſt etiã in foro cõſcientię autoritas iudicis qui per ſententiam diffiniat tale dubium & diſſoluat ſponſalia. Ratio eſt, nam ſubditi debent in ſuis controuerſiis & dubiis confugere ad iudicem, ut dicit Ariſt. 5. ethic. cap. 4.

¶Vltima concluſio. Quoties ſponſalia diſſoluuntur propter ſubſequens matrimonium cum alio coniuge: aut propter ingreſſum religionis, non eſt neceſſaria ſententia iudicis pro diſſoluendis ſponſalibus etiam publicis; in aliis verò caſibus neceſſaria eſt, uel declaratoria ſuper iure dubio, uel certè ſuper facto dubio. Prima pars eſt D. Tho. loco citato art. 3. quem ſequuntur omnes Doctores diſt. 27. Et ratio eſt: nam in illis duobus caſibus ius ipſum eſt notiſſimũ, & factũ eſt notorium, & manifeſtum, nam matrimonium quod diſſoluit ſponſalia, debet fieri in facie eccleſiæ, ingreſſus item religionis fit cum ſolennitate. iqelRuæ partes explicantur. Sententia declaratoria ſuper iure dicitur, quoties dubium eſt de iure, an in iure talis cauſa diſſoluat; declaratoria ſuper facto eſt, quando conſtat de ipſo iure, & quod eſt cauſa diſſolutionis matrimonii, dubitatur autem an talis cauſa tunc ſit, v.g. an fuerit fornicatus.

QVAESTIO XLIIII.

De matrimonij definitione.

DEinde conſiderandum eſt de ratione matrimonij. Circa quod quæruntur tria. Primò, vtrum matrimonium ſit in genere coniunctionis. Secũdò, vtrum cõuenientèr nominetur. Tertiò, vtrùm conuenienter definiatur.

DE hac materia Doctores in 4. diſt. 27. & ſpecialiter Magiſter Sotus q. 1.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum matrimonium ſit in genere coniunctionis.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd matrimonium non ſit in genere cõiunctionis. Quia vinculum quo aliqua ligantur, differunt à coniunctione ipſa ſicut cauſa ab effectu: ſed matrimonium eſt vinculum quoddã quo D *iuncti matrimonio ligantur: ergo non eſt in genere coniunctionis.* [illegible] d.27. q. 1.ar.1. q. 1.& ſeq.

¶ 2 *Præterea. Omne ſacramentum eſt ſenſibile, ſed nulla relatio eſt accidens ſenſibile: ergo matrimonium cum ſit ſacramentum, non erit in genere relationis, et ita nec in genere coniunctionis.*

¶ 3 *Præterea. Coniunctio eſt relatio æquiparentiæ ſicut æqualitas, ſed non eſt una numero æqualitatis relatio. In utroque extremorum, ut Auic. dicit, ergò nec vna coniunctio: & ſic ſi matrimonium eſt in genere coniunctionis,*

ctionis; non eſt unum tantum matrimonium inter duos coniuges.

SED contrà, relatio eſt ſecūdum ꝙ qua adinuicē referūtur, dicit enim maritus uir uxoris & uxor mariti uxor: ergo matrimonium eſt in genere relationis, nec eſt aliud quā cōiunctio. ¶ Præterea: Vnio duorum ad aliquid unum non ſit, niſi ſecundum coniunctionē: hoc autem ſit per matrimonium, ut Geneſ. 1. Erūt duo in carne una: ergo matrimonium eſt in genere coniunctionis.

RESPONDEO dicendum, quòd coniunctio adunationem importat, unde ubicūque eſt adunatio aliquorū, ibi eſt aliqua coniunctio. Ea autem quæ ordinātur ad aliquid unū, dicūtur in ordine ad illud adunari, ſicut multi homines adunātur ad unā militiam uel negotiationem exequendā, ex qua dicūtur commilitiones adinuicē uel ſocij negotiationis; & ideò cùm per matrimoniū ordinentur aliqui ad unā cognationem & educationem prolis & iterum ad unā uitā domeſticā, conſtat quòd in matrimonio eſt aliqua coniunctio ſecūdū q̃ dicitur maritus & uxor, & talis cōiunctio ex hoc ꝙ ordinatur ad aliquid unum, eſt matrimonium: coniunctio autem corporum uel animorum ad matrimonium conſequitur.

AD primum ergo dicendum, quòd matrimonium eſt uinculum quo ligantur formaliter, non effectiuè: ideò non oportet ꝙ ſit aliud à coniunctione.

AD ſecundum dicendum, ꝙ quamuis ipſa relationi non ſit ſenſibile accidens, tamen cauſæ eius poſſunt eſſe ſenſibiles. nec in ſacramento requiritur; ꝙ ſit ſenſibile illud quod eſt res & ſacramētum: hoc enim modo ſe habet in hoc ſacramento p̄dicta coniunctio. Sed uerba exprimentia conſenſum quæ ſunt ſacramentum tantum & cauſa prædictæ coniunctionis, ſunt ſenſibilia.

AD tertium dicēdum, ꝙ relatio fundatur in aliquo ſicut in cauſa, ut ſimilitudo in qualitate, ĩ aliquo ſicut in ſubiecto, ut in ipſis ſimilib. et ex utraq; parte p̄t attendi unitas et diuerſitas ipſius; q̃a ergo in ſimilitudine non eſt eadem qualitas num ero, ſed ſpecie in utroq; ſimili, et iterū ſubiecta ſimilitudinis ſūt duo num ero; & ſimiliter de æqualitate, & ideò æqualitas & ſimilitudo oīb. modis eſt alia in utroq; ſimilium & æqualium: ſed relatio q̃ eſt matrimoniū, ex una parte habet unitatē in utroq; extremorum ſcilicet, ex parte cāæ, q̃a ad eādem numero generationē ordinatur, ſed ex parte ſubiecti hēt diuerſitatem ſcd̃m numerum: & ideò hæc relatio eſt una & multiplex ex parte ſubiecti: & ſcd̃m ꝙ eſt multiplex ex parte ſubiecti ſignificatur his nominib. uxor & maritus: ſecundum autem ꝙ eſt una, ſignificatur hoc nomine matrimonium.

A

B

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Certum eſt, quòd in matrimonio eſt coniunctio inquantū ibi adunantur maritus & uxor ad aliquid vnū, ſcilicet ad procreationem prolis. ¶ Secunda concluſio. Coniunctio corporū aut animorum ad matrimoniū conſequit̃. ¶ Tertia concluſio ad primum. Matrimonium eſt uinculum quo coniunguntur cōiuges formaliter, ſed non efficiēter, & ideò non diſtinguitur tale vinculum, coniunctione. ¶ In ſolutione ad tertium, eſt aduertendum, quòd relatio coniunctionis quæ eſt in matrimonio, ex una parte habet unitatem in vtroque extremorum, ſcilicet ex parte cauſæ, quia ordinatur ad eandem generationem prolis: habet tamē diuerſitatē veluti materialiter & ex parte ſubiecti, & ita ſunt plures relationes & habēt diuerſa nomina; dicuntur enim maritus & uxor.

C

¶ Iſte articulus commode explicari non poteſt vſque ad articulum tertium. in quo explicabitur definitio quid rei ipſius matrimonii, & cōſequenter declarabitur quomodo matrimoniū ſit in genere cōiunctionis.

D

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm matrimonium congruè nominetur.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ matrimonium incōgruè nominetur. Quia denominatio dēt fieri à digniori, ſed pater

dignior eſt matre: ergo magis dēt denominari à p̄re q̄ à m̄re cōiūctio utriuſq;.

¶ 2 Præterea. Res debet denominari ab eo quod eſt de eſſentia ſua, quia ratio quam ſignificat nomen eſt definitio, ut dicitur in 4. Metaph. ſed nuptiæ non ſunt de eſſentia matrimonij: ergo nō debet matrimonium nuptiæ appellari.

Textu con. 28.

¶ 3 Præterea. Species non poteſt proprio nomine nominari ab eo quod eſt generis, ſed coniunctio eſt genus ad matrimonium: ergo non poteſt propriè coniugium nominari.

SED in contrarium eſt communis vſus loquentium.

RESPONDEO dicendum, quòd in matrimonio eſt tria conſiderare. Primò, eſſentiam ipſius quæ eſt coniunctio, & ſecundum hoc vocatur coniugium. Secundò, cauſam eius quæ eſt deſponſatio, & ſecundum hoc vocantur nuptiæ à nubo: quia in ipſa ſolennitate deſponſationis qua matrimonium perficitur, capita nubentium uelantur. Tertiò effectum qui eſt proles, & dicitur ſic matrimonium (ut Auguſt. dicit contra Fauſtum) ob hoc quòd mulier non debet ob aliud nubere, niſi ut ſit mater. Poteſt autem matrimonium quaſi matris munium id eſt, officium dici, quia fœminis incumbit maximè educandæ prolis officium: vel dicitur matrimonium quaſi matrem muniens, quia iā habet quo defendatur & muniatur, ſcilicet virum, uel dicitur matrimonium quaſi matrem monens, nè uirum relinquat alteri adhærens: vel dicitur matrimonium quaſi materia vnius, quia in eo fit coniunctio ad unam prolem materialiter inducendam: ut dicatur matrimoniū à monos & materia: uel dicitur matrimoniū, ut Iſido. dicit, à matre & nato, quia p̄ matrimonium efficitur aliqua mater nati.

Tomo. 6. lib. 19 ca. 26.

Lib. 9. ety. c. 7.

AD primum ergo dicendum, quòd quamuis pater ſit dignior quam mater, tamen circa prolem mater magis eſt officioſa quam pater, vel ideò, quia mulier ad hoc principaliter facta eſt, ut

A *ſit homini in adiutorium prolis: non autem uir propter hoc factus eſt, unde magis pertinet ad rationem matrimonij mater quam pater.*

AD ſecundum dicendum, quod aliquando eſſentialia cognoſcuntur per accidentalia, & ideo etiam per accidentalia aliqua nominari poſſunt, cum nomē detur cauſa rei innoteſcendæ.

AD tertium dicendum, quòd aliquando ſpecies nominatur ab eo quod eſt generis, propter imperfectionem ſpeciei, quando ſcilicet cōpletè habet generis rationem, nec tamen aliquid addit B *q̄ ad dignitatem p̄tineat, ſicut propriū accidentale retinet nomen proprij communis: aliquando autem propter perfectionem quando in una ſpecie completè inuenitur rō generis, & non alia: ſicut animal denominatur ab anima q̄ competit animato corpori, qđ eſt genus animalis: ſed animatio non inuenitur perfectè in animatis, quæ non ſunt animalia: & ſimiliter eſt in propoſito quia cō-* C *iunctio uiri ad mulierem per matrimonium eſt maxima, cum ſit animarū & corporum, ideo coniugium nominatur.*

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio eſt affirmatiua, & D. Tho. in articulo explicat iſtam concluſionem per aliquas congruentias, quæ deſumitur ex ipſo nomine, & ex compoſitione illius.

¶ In hoc articulo D. Thom. explicat definitionem quid nominis matrimonii, quæ definitio in præſenti explicanda eſt. Ad cu- D ius expoſitionem eſt aduertendum, q̄ matrimonium (ut quidam dicūt) dicitur à nomine mater, & à uerbo vnio: uel quia matrem vniat, eo quòd dum fœmina in matrimonio collocatur, mater familias efficitur & in mariti familiē venit, & in illius domū inducitur, quaſi antea nullius eſſet familię, & nec domum quidem haberet, & ſic à noſtris dum fœmina nubit dicitur (*remediarſe*) uel certè ideo dicitur, quia mater ſobolem quam ex marito ſuſcepit, ſuis officiis vniat, nā ſuis viſcerbus cōcipit & in aluo geſtat, ibidem paſcit & potat; tandem extra aluū in hanc lucem emittit, ac denique innumerà pieta-

ra pietatis officia exhibet vſque dum prolem ipſam ad perfectam ætatem deducat. De hac ratione videte Homerum libro 1. Odiſſeæ.

¶Communiter verò Theologi dicunt, ꝙ matrimonium dicitur à nomine mater & à verbo munio, eo quod ſobolé muniat, proles enim magis fouetur materno, quàm paterno obſequio, vt docet Gregorius IX. ca. finali, de conuerſione infidelium, & idem dicit D. Tho. in ſolutione ad primum huius articuli. ¶Aliqui verò dicunt, quod matrimoniũ dicitur à nomine mater & à nomine munia muniorum, quod quidem nomen idem ſignificat, quòd obſequia ſeu officia, & hoc propter eandem rationem. Ex quo colligitur, ꝙ iſte contractus & hoc ſacramentum potius debet dici matrimoniũ quam patrimoniũ: & huius rei varias aſſignãt rationes ſancti. Prima ratio eſt D. Th. hic, in ſolutione ad primum. Quoniam mulier ad hoc principaliter producta eſt, vt ſit in adiutorium hominis ad procreandos liberos, vt dicitur Geneſis cap. 2. & quia mulier magis officioſa eſt circa prolem, quam vir. Secunda ratio eſt, quoniam (vt habet commune prouerbium) certior eſt proles à matre, quàm à patre, vnde ius ciuile iudicat filios ſeruos vel liberos à matre libera, vel ancilla, non à patre. Tertia ratio eſt D. Auguſt. lib. 19. contra Fauſtum. ca. 26. & 28. ut ipſo nomine admoneantur mulieres aſſumere officium laboris, non delectationis occaſionem.

Cap. fi. de conuer. infidel.

Gen. ca. 2.

¶Circa hoc ipſum eſt aduertendũ, quòd matrimonium etiam appellatur aliis nominibus ſynonymis: Nã dicitur nuptus à nubendo, quod proprie dicitur de fœmina tãtum, quæ cum marito traditur, velatur, & velo quodam tegitur in ſignum obediẽtiæ & ſubiectionis quæ uiro pollicetur, & pudoris ac verecundiæ. Prior ratio eſt Iſidori, 2. lib. de eccleſiaſticis officijs, c. 19. & refertur à Gratiano 30. quæſt. 5. capit. fœminæ. Secunda ratio eſt Ambroſij lib. 1. de Abraham, capit. 9. & refertur in eadem cauſa, & quæſt. c. neque illud. Dicitur etiam connubium & coniugium. Connubium deriuari videtur à nubendo, quod quidem eſt fœminarum tantum, vt dicebamus: coniugium autem commune eſt, tam viro quam fœminæ: & inde vterque cóiux dicitur: quæ omnia vocabula, non ſolum Latina, verumetiã

Ca. fœminæ. 30. q. 5. c. neq; illud, ibi.

A Ciceroniana ſunt in hac ſignificatione Igitur matrimonium ſignificat maris & fœminæ coniunctionem ſeu coniugationem legitimam. Et hæc dicta ſint de ipſo nomine matrimonij. De quo videte Couarru. ſuper 4. Decretalium. parte 2. c. 1. nu. 1. vſque ad quartum.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm matrimonium conuenienter definiatur.

B *AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ inconueniẽter definiatur in litera: Quia in mariti definitione oportet, ꝙ matrimoniũ ponatur, quia maritus eſt qui eſt mulieri iunctus matrimonio: ſed maritalis coniunctio ponitur in definitione matrimonij: ergo videtur ꝙ ſit circulatio in definitionibus iſtis.*

¶ 2 *Præterea: Per matrimonium ſicut efficitur uir maritus mulieris, ita uxor viri mulier: ergo non debet magis dici* C *coniunctio maritalis, quam vxoria.*

¶ 3 *Præterea: Conſuetudo ad genus moris pertinet, ſed frequẽter matrimonio iũcti, ſunt valde moribus diuerſi: ergo non debet poni in definitione matrimonij, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens.*

¶ 4 *Præterea: Inueniũtur aliæ definitiones de matrimonio datæ. Quia ſecundũ Hugo. Matrimoniũ eſt duarũ idonearum perſonarum legitimus de coniun-* D *ctione cõſenſus, ſecũdũ quoſdã: aut matrimoniũ eſt conſortium cõis uitæ & cõmunicatio diuini & humani iuris. Et quæritur qualiter definitiones differãt.*

Li. 1. de ſacram. par. 11. cap. 4.

RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut dictũ eſt, in matrimonio tria cõſiderantur. ſ. cauſa ipſius, et eſſentia eius & effectus: & ſecundum hoc tres definitiones inueniũtur de matrimonio datę. Nã definitio Hugo. tangit cauſam, ſ. conſenſum et per ſe nõ eſt. Definitio aũt in litera poſita tangit eſſentiam matrimonij, ſ. coniunctionẽ, & addit determi-

Qu. 42.

Vbi ſup. & hētur 27. q. 2. in prin.

uinculum ſeu relatio, quæ conſequitur ex contractu, ſicut ſeruitus & dominii eſt relatio, quæ conſequitur ex contractu emptionis & venditionis: ergo coniunctio non eſt contractus. ¶ Confirmatur argumentum. Coniūctio quæ ponitur in definitione matrimonii uel eſt copula carnalis, uel ius & facultas ad illam, uel obligatio ad reddendū debitum, ſed nullum horum eſt matrimonium: ergo matrimonium non eſt coniunctio. Minor quoad primam partem patet. Quo ad ſecundam probatur. Quando alter coniux fornicatur, manet verum matrimonium, tamen non manet ius ad petendū debitū, nec ex altera parte obligatio ad reddēdum: ergo manet matrimoniū ſine obligatione ad reddēdum & ſine poteſtate ad petendum. Item ſi Deus concederet alicui poteſtatem ſuprá corpus mulieris (quod poteſt facere, cum ſit dominus omniū) tunc eſſet ius ad petēdum debitum & obligatio ad reddendum, tamen non eſſet uerum matrimonium: ergo. ¶ Deniq; ex communi cōſenſu vtriuſq; coniugis poteſt uterq; cōiux ingredi religionem, etiā poſt matrimoniū conſummatum, & tunc manet verū matrimonium, etiam poſt profeſſionem, reſciſſa obligatione & iure ad copulam, ergo.

¶ Secundo principaliter arguitur contra ſecundam particulam. Matrimoniū eſt contractus quidā ſucceſſiuus, ſed in ultima particula ſignificatur, quod matrimonium permaneat, dicitur enim indiuiduam uitæ conſuetudinē retinēs: ergo definitio nō eſt bona. Maior patet, nam contractus ipſe matrimonii ſtatim finitur: ergo. ¶ Confirmatur. In hac particula ſignificatur, quòd matrimonium ſit indiſſolubile, at infra dicemus, quòd matrimonium per aliquas cauſas diſſolui poteſt, ut per profeſſionem ſolemnē, ſi tantum ſit ratum: ergo.

¶ Vltimò arguitur cōtra totā definitionē. Matrimonium eſt quoddam ſacramentū, ſed in tota hac definitione nō explicatꝰ ratio ſacramēti. ergo definitio nō eſt bona.

¶ In oppoſitum eſt authoritas omnium Theologorum & Iuriſperitorum.

¶ Ad explicationem huius definitionis notandum primo, quod in matrimonio ſex reperiuntur. Primū eſt conſenſus interior quo uterque coniux vult ſe alteri tradere. Secundum eſt contractus ipſe exterior verborum, vel ſignorum quo ſignificatur conſenſus interior. Tertiū eſt mutua traditio corporū & realis exhibitio, quæ oritur ex contractu exteriori. Quartū eſt ordo quidā & relatio quo vtraque coniux ordinatur ad finē matrimonii. Quintū eſt obligatio quæ reſultat in utraque ad reddendum debitum. Vltimum eſt facultas & ius ad petēdum debitū. Tota ergo difficultas eſt, quod nam horum eſt matrimonium.

¶ Secundo notandū, quod matrimoniū poteſt accipi dupliciter: Primo modo cauſaliter, ſicut ſanū accipitur pro pomo, quod eſt cauſa ſanitatis, aliquādo uero accipitur formaliter, ſicut ſanum, cum dicitur de animali. In priori quidē acceptione matrimonium dicitur de contractu qui nō eſt matrimonium, ſed cauſa matrimonii, nam cōmune eſt apud Philoſophos cauſas nominare nominib. effectuum & ècōtra. In ſecūda verò acceptione ſumēdo matrimonium formaliter, diſputamus in præſentia quidnam ſit.

¶ Tertio notandum quòd inter ſcholaſticos tres verſantur definitiones matrimonii ad quas omnes aliæ reducuntur. Prima eſt Hugonis de Sancto Victore, lib. 2. de ſacramentis, parte 11. cap. 4. quæ ſic habet. Matrimonium eſt duarū perſonarum idonearum legitimus de coniunctione conſenſus. Quam definitionē refert Thomas Vvaldēſis, & approbat tomo 2. de ſacramentis capite. 131.

¶ Secunda definitio eſt. Matrimonium eſt legitima viri & fœminæ copulatio, qua ſecūdum legem Dei licet eis ſine crimine filios procreare. Quam definitionem refert Thomas Vvalden. tomo 2. de ſacramentis cap. 130. Vltima definitio eſt quæ poſita eſt à principio.

¶ Prima concluſio. Matrimonium non rectè definitur per cōſenſum. Vnde prima definitio quę datur per conſenſum, non eſt bona. Hæc concluſio probatur primo. Id quod ponitur in definitione vt genus, debet prædicari quidditatiuè de definito, ſed conſenſus nō prædicatur quidditatiuè, ergo. Conſequentia eſt bona, Maior patet, minor probatur. Cauſa efficiens nō prædicatur quidditatiuè de effectu, ſed matrimonium eſt effectus conſeſus, ergo conſenſus non prædicatur quidditatiuè de matrimonio. ¶ Confirmatur. Nam tantū abeſt quod cauſa efficiens prędicarur de effectu quiddi-

enim eſt extra eſſentiã rei) ſed definitio in principio poſita explicat iſtas cauſas : ergo. A Maior patet, nam iſtæ cauſæ ſunt de intrinſeca ratione rei:ergo definitio quæ explicat iſtas cauſas,erit optima.Minor verò probatur & explicatur. Et quidem de cauſa formali dicendum eſt,quod non habet cauſam formalem phyſicã , nam matrimonium eſt forma quædã, & ſimpliciſſimũ accidens, vt patet:ergo non poteſt habere formam phyſicam. Habet tamen formam metaphyſicã, ſcilicet genus,& differentiam,genus autem eſt coniunctio, ideſt, ordo & relatio ad aliquod vnum, omnis enim ordo & relatio & omnis ſocietas,ad aliquod vnum ordinatur B ſocietas, & ordo condiſcipulorum ad vnam diſciplinam,ſocietas commilitonum ad vnã militiam: & ita ſocietas coniugum ordinatur ad vnam prolis procreationem,& vnius vitæ domeſticæ vnionem : itaque coniunctio illa nihil aliud eſt, quam relatio , nam ſicut generatio terminatur ad vnitatẽ ſuppoſiti , inde tamen conſurgit relatio realis inter partes : ita vir & fœmina coniunguntur & adunantur per contractum,& inde conſurgit relatio inter illos.

¶ Dubiũ tamẽ eſt.Vtrũ hęc relatio ſit realis,vel rationis. Quod dubiũ propoſitũ eſt C ad explicandum cõpletè genus definitionis & ad explicandum , an res,& ſacramentum ſimul in hoc ſacramẽto ſit aliquid reale,vel rationis:nam(vt patet ex ſupradictis)coniunctio illa & uinculum quod ſubſequitur ex contractu , & eſt effectus ſacramenti , & res , & ſacramentum ſimul. Scotus in 4. diſt. 26. quæſt. vnica , putat eſſe relationem rationis per modum habitus & per modum permanentis, ſicut vnitas ſpecifica quæ eſt inter duo ſuppoſita eiuſdẽ ſpeciei. Hãc ſententiam ſequitur Magiſter So D tus,in 4.diſt.27.quæſt. 2.art.ad ſecundum. Ratio horum eſſe poteſt. Nam iſta relatio pullulat ex voluntate contrahentium,actio verò uoluntatis cum ſit immanens,& nihil ponat in re,non poteſt fundare relationem realem:ergo eſt relatio rationis. ¶ Confirmatur.Nam viſum eſſe,eſt relatio rationis, quoniam fundatur in viſione, quæ eſt actio immanens,nihil ponẽs in re,ſed relatio matrimonij fundatur in actione voluntatis cõtrahentium quæ nihil ponit in re : ergo eſt relatio rationis. Hæc ſententia aliqualem habet probabilitatem.

¶ Nihilominus dicendum eſt, longè probabilius eſſe , quòd relatio matrimonij eſt realis, ſicut relatio conſanguinitatis,filiationis,& paternitatis.Hæc ſententia probatur: Dominium in creaturis eſt relatio realis,tamen illa relatio fundatur in contractu emptionis, & vẽditionis:ergo relatio matrimonij erit realis,ſiquidem fundatur in cõtractu reali matrimonii,& nõ in mera volũtate cõtrahẽtium.Quòd dominium ſit relatio realis in creaturis,aſſeritur à D.Tho.quæſt. 7. de potentia,art.10.ad quartum.& ab omnibus Thomiſticis,1.parte, quæſt. 13. artic.7. ¶ Confirmatur & explicatur. Relatio matrimonii non fundatur in voluntate contrahentium,ſed in actione reali exteriori,& in externo contractu:non enim ſufficit ad matrimonium internus conſenſus contrahentium:ergo illa relatio matrimonii eſt realis. Et ex dictis ſoluitur ratio dubitandi , cum ſua cõfirmatione: nõ enim fundatur illa relatione in actio immanenti voluntatis,ſed in actione externa. Ex quibus explicatur quod nam ſit genus huius definitionis.

¶ Differentia definitionis eſt, maritalis, in qua particula ſignificatur ad quid coniũguntur vir & fœmina: coniunguntur enim ad officia maritalia,& ad fines matrimonii , nã in huiuſmodi rebus ex fine ſumitur differentia & ſpecies:nam (vt autor eſt Ariſt. 1. Phyſ.) res naturales potiſſimum conſiderãdæ ſunt ex fine, In matrimonio ergo ſicut & in quacunque alia re naturali ex illius fine eius differentia ſumi poteſt.Duplex autem eſt finis matrimonii , alter permanens & principalis,videlicet procreatio prolis nõ ſolum in eſſe naturali , verumetiam in eſſe rationali, qui enim dat formam, dat conſequentia ad formam,& qui producit ignem, producit qualitates conſeruatiuas ignis , & producens aquam producit qualitates quæ ad illius eſſe,& conſeruationem requirũtur & denique actio agentis non intelligitur perfecta , donec perducat effectum ſuam perfectionem:ita actio parentum non intelligitur perfecta & completa , uſque dum proles peruenerit ad ſuam perfectionem non ſolum ſecundum ſuum eſſe verumetiã ſecundum eſſe rationale. Secundus finis matrimonii eſt mutuum obſequium inter uirum & fœminam , non enim omnia officia domeſtica & maritalia poſſunt competere ſolis uiris aut ſolis fœminis ; & vterque

vterque finis eſt proprius matrimonij. Cauſa verò materialis explicatur in illis verbis (inter legitimas perſonas) non enim vir poteſt quamlibet in vniuerſum ſecundum ſuã liberam voluntatem fœminam ducere, ſed illam, quæ lege permittitur, vt dicetur infra in vltima particula (indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens.) Aliqui exiſtimant, quòd explicatur ſecundarius finis matrimonij, ſcilicet, mutuum obſequiũ & perpetuũ vſque ad mortem. Mihi tamen videtur, ꝙ in illa particula, maritalis explicatur non ſolum primarius finis matrimonij, verum ẽt ſecundarius. In vltima verò particula indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens explicatur virtus & propria paſſio matrimonij, quæ eſt indiſſolubilitas, de qua dicemus infra: ita docet Diuus Thomas in quarto. diſtinctione 27. quæſtione prima. articulo primo, quæſtiuncula tertia.

AD argumenta facta in principio dubij reſpondetur, & ad primum dicitur, ꝙ matrimonium formaliter ſumptum non eſt contractus, ſed vinculũ quoddam & relatio, quæ conſequitur ex contractu, & ita fatendum eſt, ꝙ in hac definitione non definitur contractus: qui definitus eſt in tertia concluſione. ¶Ad confirmationem ſatis patet quid ſit dicendũ, ex eis, quę dicta ſunt in noſtris duabus vltimis concluſionibus.

¶Ad ſecundum reſpondetur, ꝙ matrimonium formaliter ſumptum nec eſt contractus ſucceſſiuus, nec aliquid ſucceſſiuum, ſed quædam relatio & vinculum per modũ habitus, & per modum permanentis; qua relatione referuntur coniuges adinuicem.

¶Ad confirmationem dico primo, quòd in illa particula vltima ſignificatur mutuũ & perpetuũ obſequium ſecundum aliquos.

Secundo dico, ꝙ in illa particula in definitione poſita ſignificatur indiſſolubilitas matrimonii quæ per ſe conuenit matrimonio, vt infrà dicemus; ꝙ ſi aliquando diſſoluitur, eſt veluti per accidens: nam (vt optimè dicit Dominus Caietanus prima ſecundæ: quæſtione centeſima. articulo octauo) ea quę ſunt per ſe, ſunt in triplici differẽtia. Quædam, quæ nullam in ſe recipiunt mutationem nec aliter aliquo modo ſe habere poſſunt etiam per abſolutam Dei potentiã, huius generis ſunt, quod homo ſit animal rationale, ꝙ Deus ſit, ꝙ quatuor & tria ſint

A ſeptem. Alia ſunt, quæ quamuis mutationi non ſubiiciantur, nec aliter aliquo modo ſe habere poſſint ordine rerum naturali ſeruato: bene tamẽ mutari & aliter ſe habere poſſunt per abſolutam Dei potentiam: talia ſunt quod homo ſit riſibilis, quod mortui non reſurgunt. Alia ſunt in tertio gradu, quę regulariter & ut in plurimum aliter ſe habere non poſſunt, bene tamen per accidens, ut in uere ſunt tonitrua, in hyeme ſunt pluuiæ: & ita quamuis matrimonium ſit per ſe indiſſolubile, non eſt per ſe in primo gradu, ſed in tertio: & ita multis de cauſis diſſolui poteſt, B de quibus infra ſuo loco commodius, & explicatius dicemus.

¶Ad ultimum reſpondetur, quod in hac diffinitione non definitur ſacramẽtum imo nec materiale ſacramẽti, materiale uero definitum eſt in tertia concluſione: definietur autem ſacramentum ſequẽti dubio.

EST ſecundum dubium circa definitionem matrimonii in ratione ſacramenti. Eſt prima concluſio. Duplex eſt definitio ſacramenti matrimonij. Prima definitio eſt. Sacramentum matrimonii eſt ſacramentum nouæ legis, ſignificans C coniunctionem Chriſti cum Eccleſia. Secunda definitio eſt. Sacramentum matrimonij eſt contractus matrimonii poſt baptiſmum ſuſceptum ſub forma a Chriſto inſtituta. In hac concluſione conueniunt omnes Theologi & Iuriſperiti. Explicatur concluſio. Sacramentum matrimonii poteſt inducere duplicem rationem totius, alterã totius metaphyſici conſtantis ex genere & differentia quæ ſunt partes metaphyſicæ, ex quibus totum Metaphyſicum componitur: alteram verò totius Phyſici ſeu artificialis, cuius proprium eſt conſtare D uel confici ex materia & forma, quæ ſunt partes Phyſicæ ſeu artificiales. Prima ratio totius explicatur per primam definitionem matrimonii, in qua quidem ſacramentũ nouæ legis eſt proprium genus ſacramenti matrimonii. Differentia uero eſt ſignificare coniunctionem Chriſti cum eccleſia, & iſtæ ambæ ſunt entia rationis, quę ſignificant ad placitum, formaliter loquendo, nam ipſum definitum quod eſt ſacramentum matrimonii, formaliter loquendo eſt vna ſpecies huius generis, quæ immediatè collocatur ſub ſacramento nouæ legis; & ratio differentialis & ratio generica

ria huius ſacramenti habetur ex fide & ex ſacris Scripturis. Nam ad Epheſios quinto. in ſenſu literali habetur, quòd matrimonium ſit ſacramentum nouæ legis, & quòd ſignificet coniunctionem Chriſti cum Eccleſia, quæ eſt maxima dignitas huius ſacramenti: de quo dictum eſt ſuprà. Secunda ratio totius artificialis explicatur in ſecunda definitione, in qua materia pxima quæ eſt contractus & expreſſio ſenſibilis conſenſuum, ponitur primo loco vt genus, Secundo vero loco materia, in qua, & circa quam, & remota ex qua quæ ſunt contrahentes, eſt etiam poſt baptiſmum ſuſceptum: ac de B nique ponitur forma. Cæterum quoniam de forma huius ſacramenti eſt magna diſſenſio inter Theologos, definitio verò debet eſſe receptiſſima apud omnes, ideò in definitione ponitur tantum forma in genere, & in vniuerſali, non in particulari: ut pateat locus opinionibus de forma in ſpecie huius ſacramenti. Et ex hac explicatione definitionum, manet probata prima cõcluſio, nã omnia quæ poſita ſunt in his definitionibus tribuuntur matrimonio ex ſententia omnium autorum qui de hac materia ſcripſerunt.

¶ Secunda concluſio. Iſtæ definitiones comparantur inter ſe vt excedens & exceſſum, ſimpliciter tamen loquendo præferenda eſt ſecunda.

¶ Hæc concluſio probatur oſtendendo quomodo prior definitio excedat poſteriorem: excedit enim in eo quòd certior eſt & notior nobis, quàm ſecunda, ſiquidem de fide tenemus, quòd illa prior definitio conuenit denfinito. Secundò differunt, quia prima datur per proprium genus & differentiam, & non ſecunda. Tertiò differunt, quoniam differentia quæ ponitur in prima D definitione, ſignificat quandam maximam dignitatem huius ſacramenti, in qua fortaſſis excedit omnia ſacramenta: ſignificare etenim coniunctionem Chriſti Domini cum Eccleſia, magnam præſefert excellentiam.

Secundò probaẽ concluſio oſtendendo, quòd ſecunda definitio ſimpliciter ſit præſtantior. Primò, quoniam illa definitio eſt præferenda ſecundum doctrinam Ariſtotelis, quæ magis explicat naturam definiti, ſed quamuis prima definitio certius conueniat definito, tamen ſecunda magis explicat naturam definiti, nam dicit A diſtinctè & explicitè omnes cauſas intrinſecas, materiam, ſubiectum, formam; quod ita clarè non explicat prima, ergo ſecunda, quoniam omnia concreta accidentalia (maximè rationis) cum in ſuo proprio genere habeant minimum eſſe, clarius explicantur per materiam, quæ habet eſſe reale, & ita Ariſtoteles cùm definit iſta concreta rationis, ſemper definit per verba & voces.

Tertiò, quoniam in aliis ſacramentis definitiones, quæ dantur per materiam & formam ſunt accommodatiſſimæ, vt dicitur 3. parte, quæſtione ſexageſimaſexta, articulo primo loquendo de baptiſmo, & quæſtione 84. loquendo de ſacramento pœnitentiæ.

SED adhuc videtur, quòd hæc ſecunda definitio non ſit bona. Primò. Nam definitio ſpeciei debet in ſpecie & particulari declarare formam ſpeciei definitæ & non in genere tantum, ſed hæc ſecunda definitio ſacramenti matrimonii, ſolum explicat formam ſpeciei in genere, cum ſolum dicat ſacramentum matrimonii eſt contra C ctus matrimonii poſt baptiſmum ſuſceptſi ſub forma à Chriſto inſtituta: ergo hæc ſecunda definitionem non eſt bona.

¶ Secundò arguitur. Sacramentum matrimonii non definitur exactè per materiam in genere; ergo nec definitur exactè per formaam in genere. Patet conſequentia, Nam forma eſt terminus definitionis, & determinans materiam, quæ ſecundum ſe indeterminata eſt & infinita, vt dicit Diuus Thomas, prima parte, quæſtione ſeptima. articulo ſecundo. definitio autem eſt terminus definiti: non ergo definitur hoc ſacramentum per formam in genere ¶ Confirmatur. Nam forma magis eſt de eſſentia cuiuſcunque rei quàm materia, cum forma ſit quæ dat eſſe & eſſentiam rei: ergo magis determinatè & in particulari conſtituenda eſt forma in definitione quam materia. Patet conſequentia. Nam definitio debet explicare naturam rei.

¶ Tertiò arguitur. Sacramentum matrimonii eſſentialiter & quidditatiue eſt compoſitum ex contractu matrimonii, ſcilicet ex expreſſione conſenſuum ſenſibili & forma, ſed definitio hæc non prædicatur verè de hoc compoſito: ergo non eſt bona.

bona.Cõſequentia eſt bona, definitio enim exacta debet vere de ſuo definito prædicari.Maior probatur à ſimili Nam homo eſſentialiter & quidditatiue eſt compoſitus ex materia & forma. Probatur etiam quoniam in Concilio Florentino decreto de vnione Armenorum dicitur, quòd omnia ſacramenta nouæ legis conſtant ex materia & forma, ac ſubinde ſacramentũ eſſe compoſitum ex materia & forma quidditatiue. Minor verò eſt manifeſta.

¶ Quarto arguitur. Iuxta communem ſententiam contractus matrimonii ſine aliqua alia forma ſuperaddita quæ non ſit incluſa in ipſo contractu, eſt ſacramentum matrimonii: ergo ſuperflue additur illa particula, ſub forma à Chriſto inſtituta.

¶ Quintò arguitur. Miniſter eſt de ratione huius ſacramenti, ſed in tota illa definitione nulla ſit mentio de miniſtro, ut patet: ergo prędicta ſecunda definitio non eſt bona. Maior probatur ex allegato decreto, vbi expreſſe dicitur, quòd omnia ſacramenta tribus conſtant,materia,forma,& miniſtro.

IN explicationem huius difficultatis eſt tertia concluſio.Sola materia: ex qua, eſt de eſſentia huius ſacramenti matrimonii, non forma: materia vero ex qua, & in qua,ſimul cum forma ſunt de ratione huius ſacramenti, miniſter autem nec de eſſentia,nec de ratione,ſed de neceſſitate tantum.

¶ Ad huius expoſitionem aduertẽdum eſt, quòd longè differunt hæc tria, eſſe aliquid de eſſentia rei,& de ratione & definitione, & eſſe de neceſſitate. Comparantur enim hæc inter ſe ſicut ſuperius & inferius, nam quidquid eſt de eſſentia, eſt de ratione & de neceſſitate, non tamen econtra. Sit exemplum. Ens eſt de eſſentia accidentis, ſubſtantia eſt de ratione & definitione eiuſdem accidentis,inhærentia actualis eſt de illius neceſſitate: & tamen certiſſimum eſt, quòd ſubſtãtia non eſt de eſſentia accidentis, & inhærentia actualis non eſt de eſſentia nec de ratione accidentis. Prima pars concluſionis quantum ad id quod aſſerit, quòd materia eſt de eſſentia huius ſacramenti,facilis eſt.Primò. Nã materia eſt de eſſentia rei. Secundò. Nam contractus & expreſſio ſenſibilis quę

A eſt materia huius ſacramenti, pertinent ad prædicationem quidditatiuam huius definitionis, taliter quòd de definito prædicantur quidditatiue & eſſentialiter: ergo materia ex qua,eſt de eſſentia huius ſacramenti matrimonii.

¶ Eadem prima pars quantum ad excluſiuam,quam continet,ſcilicet, quòd ſola materia & non forma, ſit de eſſentia huius ſacramenti difficilis eſt. Probatur tamen primo ex doctrina Diui Thomæ, tertia parte, quæſtione 48. articulo primo, ad ſecundum,vbi ait. Complementum ſa-
B cramenti penitẽtiæ exhibet miniſter dum pœnitentem abſoluit, vbi Diuus Thomas dicit, formam abſolutionis eſſe complementum ſacramenti pœnitentiæ, non eſſentiam:ergo ſola materia & non forma eſt de eſſentia huius ſacramenti in ſentẽtia D. Tho.¶ Confirmatur primò argumentũ,ex Concilio Florentino loco allegato, ubi ſic ait, Hæc omnia ſacramenta tribus perficiuntur, rebus tanquam materia,&c.quòd ſi aliquod horum deficit, non perficitur ſacramentum. Vbi aduertendum eſt illud verbum perficitur, bis poſitum: nam po-
C ſitum eſt ex profeſſo ad ſignificandum, quòd neque forma, nec intentio miniſtri ſunt de eſſentia ſacramenti.

¶ Secundo confirmatur ex doctrina Ariſtotelis libro ſeptimo Phyſicorum, textu decimoſexto. & decimoſeptimo. ubi probat, quòd ad formam, quæ eſt quarta ſpecies qualitatis non eſt per per ſe motus,eo quòd res artificiata dum recipit talem formam perficitur, & completur in ſuo eſſe; & præceſſerat in textu præcedẽti,quod de re artificiata prædicatur materia, non verò forma: hæc autem doctrina maximè fauet
D noſtræ ſententiæ:ergo.

¶ Secundo probatur & explicatur. Forma ſolum eſt de eſſentia totius phyſici,non tamẽ de eſſentia totius arcificialis. Imò nec de eſſentia cuiuſcunque totius accidentalis ſed matimonium eſt quoddã totum artificiale,& accidentale:ergo. Maior probatur. Nam concreta ſubſtantialia quæ ſignificant tota phyſica, prædicantur de compoſito ex materia & forma phyſica, vt ex partibus eſſentiæ: at concreta quæcunque accidentalia quæ ſignificant tota artificioſa nõ prædicantur de compoſito ex materia & forma artificialibus,ſed de materia tantum: ergo.

ergo. Explicatur antecedens ſyllogiſmi his exemplis. Homo qui eſt quoddam concretum ſubſtantiale, verè prædicatur de compoſito ex materia & forma, & verè ſubijcitur illi; hæc enim eſt uera propoſitio & quidditatiua, Homo eſt compoſitus ex materia & forma,& econtrà: hæc verò, Cathedra, ſtatuta, eſt compoſita ex ære aut ligno & forma artificiali, eſt falſa & quæ non vere ſubiicitur, nec prædicatur de compoſito ex materia & forma accidentali: quod probatur euidenter hoc ſyllogiſmo. Bene ſequitur, ſtatua eſt compoſita ex ære & forma artificiali, ſed ſtatua eſt æs, ergo æs eſt compoſitum ex ære & forma artificiali. Syllogiſmus eſt bonus, nam eſt diſpoſitus in darapti, conſequens eſt falſum manifeſtè, & non pro minori; nam illa eſt euidenter vera ex doctrina Ariſtotelis loco citato: ergo antecedens eſt falſum pro maiori. ¶ Confirmatur. Materia & forma prædicantur prædicatione identica ſaltem de toto phyſico, at materia & forma non prædicantur prædicatione identica de toto artificiali, ſed ſola materia, ergo ſola materia eſt de eſſentia. Minor probatur. Nam hæc propoſito eſt falſa, ſtatua eſt æs, & forma artificialis, inde enim euidenter ſequitur, quod æs, ſit æs,& forma artificialis, quod eſt falſum.

¶ Tertiò. Forma in hoc ſacramento, imò in quocunque ente artificiali & accidentali non eſt pars ſacramenti, nec entis artificialis: nec rurſus prædicatur vere de ipſo ſacramento, vel de ente artificiali: ergo non eſt de eſſentia ſacramenti, vel entis artificialis. Conſequentia eſt bona, antecedens quoad ſecundam partem, ſcilicet, quòd forma non prædicetur, eſt euidens: quoad primam verò partem, ſcilicet, quòd non ſit pars, quæ eſt difficillima, probatur inductione. Albedo enim non eſt pars albi, alias albedo eſſet pars corporis, & figura cathedræ non eſt pars illius, alias eſſet pars corporis quod prædicatur de cathedra: & ad eundem modum forma huius ſacramenti non eſt pars expreſſionis ſenſibilis quæ eſt materia huius ſacramenti, imò ſequeretur, quòd in vniuerſum forma artificialis eſſet pars materiæ entis artificialis.

¶ Ex dictis ſequitur quarta concluſio. Sacramentum hoc & quodcunque aliud, non dicitur proprie conſtare ex materia & A forma, aut componi; ſed eſt dicendum, quòd ſacramentum eſt materia proxima; dicendum eſt etiam quod perficitur ex materia & forma, & ita intelligendi ſunt ſcholaſtici quando dicunt, quòd ſacramenta conſtant vel componuntur ex materia & forma; & cum aſſerunt eſſe materiam remotam, vel proximam ex qua conſtant ſacramenta, debent intelligi, ex qua perficiuntur ſacramenta, non ex qua componuntur, quamuis aliquando ita loquantur Doctores. Concluſio conſtat ex dictis in præcedenti concluſione. ¶ Con- B firmatur noua ratione. Nam materia ſacramenti & cuiuſcunque entis artificialis eſt ens in actu quòd ſimpliciter habet eſſe: ergo non poteſt proprie & in rigore componere aliquod totum.

Vnde ad argumenta reſpõdetur. Ad primum dicitur, quòd cum forma ſit complementum & perfectio ſacramenti, vt diximus, neceſſariò deberet collocari in definitione in ſpecie & in particulari, ſi talis forma eſſet reuelata, cæterum quoniam illa forma non eſt reuelata in ſpecie, ſed in genere & in communi C collocatur in definitione in genere & in cõmuni.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur ex dictis negando conſequẽtiam. Quoniam cum ſola materia, ſit de eſſentia ſacramẽti, vt diximus, illa ſola prædicatur quidditatiue, de ipſo ſacramento, & illa dẽt conſtitui in ſpecie & in particulari in definitione, alias enim nulla poſſet eſſe definitio. Cæterum forma eſt complementum eſſentiæ, & ita potuit aſſignari definitio etiam ſi nõ conſtitueretur forma in ſpecie, quamuis aliquando ſit completa definitio. Ratio uerò D allata, ad probandam conſequẽtiam ſolum procedit, quando forma eſt de eſſentia rei, vt in entibus naturalibus. ¶ Ad confirmationem reſpondetur etiã, quòd illud argumentum procedit in ente naturali, matrimoniũ verò eſt quoddam artificiatum de cuius eſſentia non eſt forma, ſed de complemento illius.

¶ Ad tertium negatur maior. Sacramentũ enim quodlibet aliud artificiale, reale, imò quodlibet cõcretũ accidẽtale, ut albũ, non eſt compoſitum ex materia & forma, proprie & in rigore, ſed eſt materia tãtum ut baptiſmus qui eſt ablutio ſub complemento.

mento & perfectione formæ, Et huic veritati non ſolùm non aduerſatur Concilium Florentinum, ſed potiùs fauet huic ſententiæ. Concilium enim non dicit, quòd ſacramentum componitur ex iſtis, vel cõſtat ex iſtis, ſed perficitur ex iſtis: verum eſt, quòd nos poſſumus dicere, definitionem ſacramẽti eſſe compoſitam ex iſtis, videlicet materia & forma, non tamen ipſum ſacramẽtũ. Deniq; aliqualis eſt compoſitio, nam omnis creatura dicitur aliquo modo compoſita ex eſſentia & eſſe; quamuis eſſe non ſit de eſſentia, ſed ſit perfectio & complemẽtum eſſentiæ: & ita multò magis ſacramentum poteſt dici aliquo modo compoſitum ex materia & forma, nã quamuis forma, nõ ſit de eſſentia, eſt tamen de ratione ſacramenti: eſſe vero nec de ratione, nec de eſſentia.

¶ Ad quartum argumentum negatur cõſequentia, qua infertur, ſupernacaneam eſſe particulam illam (ſub forma.) Primò, quoniam etiam particula illa, ſuppoſita communi opinione, magis explicat naturam definiti. Secundò, quoniam etiam ſequendo communem opinionem, contractus matrimonij non habet quòd ſit ſacramentum, niſi qua ratione eleuatus eſt à Chriſto, ita vt habeat formam ſignificatiuam.

¶ Ad vltimum reſpondetur primo, quòd miniſter eſt cauſa miniſterialis & inſtrumẽtalis, cauſa verò miniſterialis & inſtrumentalis non eſt de definitione effectus, ſed vt plurimum cauſa principalis: & ita miniſter non ponitur in definitione matrimonij.

¶ Secundo reſpõdetur, quod ſacramenta, non definiuntur qua ratione ſunt actiones, vt diximus in materia de Baptiſmo, ſed potius qua ratione ſunt paſsiones receptæ in ſubiectis, aut (quod vero ſimilius eſt) qua ratione ſunt quidam motus: & ſecũdum iſtas duas conſiderationes non reſpiciunt agens etiam principale, ſed reſpiciunt aut ſubiectum quod patitur, aut terminum, quem reſpiciunt, & ita in definitione ſacrametorũ non debet collocari miniſter.

Circa illam particulam definitionis matrimonij. (Indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens) in qua diximus ſecundum doctrinam Diui Thomæ contineri virtutem & proprietatem matrimonij quæ eſt indiſſolubilitas & ipſa eſſentia matrimonii quæ eſt radix & principium huius proprietatis eſt aduertendum vt melius

A explicetur ipſa definitio matrimonii, quòd matrimonium ipſum, etiam ſecluſa ratione ſacramenti quam ex Chriſti inſtitutione obtinet, ſuapte natura eſt perpetuum vinculum: & indiſſolubilitas ipſa oritur, ex eſſentia ipſius veluti propria paſsio, quæ concomitatur ipſam eſſentiam; & ita ceſſante omni lege poſitiua, tam diuina, quàm humana, qui ſemel matrimonium ritè contrahũt, ex lege naturæ ſeparari non poſſunt: itaque non ſolum eſſent violatores legis naturæ, ſi datam fidem fregiſſent, ſed etiam ſi conarentur ſeparari, nihil efficerẽt: & hoc eſt,

B matrimonium ſuapte natura eſſe vinculum indiſſolubile. Hoc autem ſic explicatum, probatur nunc breuiter, nam ex profeſſo de hoc diſputare, pertinet ad quæſtionem 67. & ad alias quæſtiones in quibus locupletiſsimè de hoc dicemus. Primo probatur. Nam id quod naturæ autor in prima rerum cõditione expreſsit, tũ homini, tum aliis animalibus, erat de lege naturæ; vt patet diſcurrẽti per illa opera ſex dierum, ſed inſeparabilitas matrimonii ab ipſa naturæ origine fuit expreſſa: ergo inſeparabilitas matrimonii eſt de lege naturæ. Minor pro-

C batur ex eo quòd dixit Deus Geneſ. cap. 2. Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori; ex quibus verbis tale deſumitur argumentũ. Nã inſeparabilis eſt cõiũctio inter parẽtes & filios, nã eſt maxima unitas inter illos, ut cõſtat manifeſtè ex lege naturæ, ſed Deus dicit cõiunctionem inter uirum & fœminam eſſe maiorẽ, & aliam eſſe ſeparabilem propter iſtam: ergo ab ordine naturæ inſeparabilitas matrimonii fuit expreſſa ¶ Confirmatur argumentum. Nam per uinculum matrimonii efficiuntur quodammodo unum ſecundum Gen. c. 2

D naturam, ſicut membra eiuſdem corporis; Sic enim ſignificauit Chriſtus Dominus Matth. 19. ubi inferens eadem uerba, ſubiũgit ſtatim dicens: itaque iam non ſunt duo, ſed una caro. Mat. 19.

Secũdo probatur hoc. Nam omnia media quæ ſunt intrinſece neceſſaria, ut finis à natura intentus ritè ſequatur, ſunt de iure naturali: ſed inſeparabilitas matrimonii eſt medium intrinſece neceſſarium, ut finis per matrimonium intentus ritè ſequatur: ergo inſeparabilitas matrimonii eſt de iure naturali. Conſequentia eſt bona, maior eſt manifeſtà: nam ſi finis eſt à natura intẽtus, media

etiam

etiam debent eſſe neceſſaria ſecundum naturam. Minor verò probatur. Nam vt finis matrimonii ritè ſequaṫ, neceſſaria eſt maxima & corporum & animorum vnio, cui repugnat uinculum iſtud eſſe ſeparabile: ergo inſeparabilitas eſt medium intrinſecè neceſſarium ad hoc quòd finis à natura intentus optimè ſequatur.

¶Ex hac veritate ſequitur primò, ꝙ non minus inſeparabilitas matrimonii eſt de iure naturali, quàm vnitas vxoris, imò inſeparabilitas videtur magis intima ipſi m̃rimonio, q̃ ſeparabilitas eſt magis contraria. Et ratio eſt optima. Quia pluralitas vxorũ aduerſaṫ domeſticæ paci, vt copioſè dicemus infrà, in quæſt. 65. & tamen habet bonum adiunctum, puta multiplicationem liberorum qua poſſit illud malum compenſari: at verò diſſolutio matrimonii & contrariatur domeſticæ amicitiæ, & adhuc rectæ educationi & inſtitutioni prolis, & non habet aliquod bonum quod per ſe ex illa conſequatur.

¶Secundò ſequitur ex dictis eſſe manifeſtam differentiam inter iſtum contractum matrimonii & inter alios ciuiles cõtractus. Nam contractus matrimonii ortum habet à lege naturæ, & vt præuenit ius gentiũ & ius ciuile; item etiam ex parte finis, nã contractus matrimonii per ſe ordinatur ad bonum commune generis humani, & nõ tantum ad priuatum bonum ipſorum contrahentium, quãquàm mutuo conſenſu perficiatur: alij verò contractus iure gẽtium aut ciuili ſunt introducti, & potiſſimum in vtilitatem contrahentium ordinantur, & hac ratione vinculum matrimonii exemptum eſt ab humana poteſtate, & ſolum autori naturæ ſubiectum, & ita non poteſt mutua contrahentium volũtate diſſolui: alij vero contractus ſubiecti ſunt humanæ poteſtati, & ita diſſolui poſſunt per voluntatẽ contrahentium.

¶Secundò eſt aduertendum, quòd matrimonium ex eo quòd in Euangelica lege ad ſacramentorum dignitatem eleuatũ eſt per aliquid ſupernaturale, adhuc maiorem ꝑfectionem, indiſſolubilitatem, & firmitatẽ accipit (quemadmodum aliàs dona gratiarum naturam perficiunt, & non deſtruunt) cum ſint altioris & perfectioris ordinis, ſicut amor qui eſt inclinatio ꝗdã naturalis per charitatẽ perficitur, & intellectus qui
A eſt potentia quædam ordinis naturalis maximè perficitur per lumen ſupernaturale fidei vel per lumen gloriæ: unde per gratiã quæ confertur in matrimonii ſacramento vinculum illud matrimoniale quod ex natura ſua firmum & indiſſolubile erat, amplius roboratur & fit magis indiſſolubile, nõ ſolum quia eleuatur ad altiorem finem, videlicet ad finem ſupernaturalem. uerum etiam quia ipſum naturę uinculũ uirtute ſacramenti magis ſolidatur, & hoc potiſſimum habet, ex inſtitutione Chriſti, ex cuius virtute ſacramenta habent, ꝙ efficiant
B quod ſignificant, vt dicitur in 3. parte quæſtione 62. cæterum quoniam omnia ſacramenta efficiunt aliquod ſignaculum graue, dicũt Doctores, quòd ſacramentum matrimonii habet pro effectu iſtam maiorem indiſſolubilitatem, & firmitatem, ex eo quòd ſignificat coniunctionem Chriſti cum eccleſia, coniunctio autem charitatis indiſſolubilis eſt ex natura ſua: ut docet D. Tho. 2. 2. quæſt. 24. art. 11.

SED adhuc eſt difficultas, ut hoc magis explicetur. Nam quando ſacramẽtum matrimonij ſuſcipitur in pecca-
C to mortali, non confert gratiã, vt per ſe eſt manifeſtum, neque imprimit characterem, nam non eſt ex ſacramentis quæ imprimũt characterem: ergo tunc vinculum matrimonij non ſolidatur ratione ſacramenti, ita ut ſit magis indiſſolubile. Ad hoc argumentum, & ad iſtam difficultatem dicẽdum eſt. negando conſequentiam. Nã quemadmodum iu ramẽtum adueniens cõtractui præcedenti addit vim & obligationem religionis, quãuis nulla qualitas naturalis de nouo adueniat; ita in propoſito, exterior ſolennitas ſacramenti facit, vt prius vinculum ſanctius, & firmius, & magis indiſſolubile
D ſit, etiam ſi nulla qualitas ſupernaturalis infundatur, neque ſuperaddatur per ipſam rationem ſacramenti. Itaque (vt dicunt omnes Theologi) matrimonium habet maiorem indiſſolubilitatem & firmitatem, nõ ſolum ratione gratiæ, quæ confertur ipſis coniugibus per modum vnitatis & cõiunctionis, vt ſuprà dictum eſt in quæſtione 42. ſed etiam ratione ſignificationis ſacramenti, inquantum hoc ſacramentum peculiàriter habet ſignificare coniunctionem Chriſti cum eccleſia, & ratione huius ſignificationis habet, quòd vinculum ipſum ſit

magis

magis firmum, & quoniā præcipuum quod eſt in ſacramento eſt ipſa ſignificatio, quæ quidem manet etiam in matrimonio quando ſuſcipitur in peccato mortali, ideò etiam tunc matrimonium ipſum eſt magis indiſſolubile uinculum ratione ſignificationis additæ. De quibus omnibus magis ad longum & copioſius dicēdum eſt infra in multis quæſtionibus, & præcipue in quęſtione 67. fuit tamen neceſſarium hæc de indiſſolubilitate matrimonij præmittere, quoniam in multis quæſtionibus ante quæſtionem citatam, multa dicuntur de indiſſolubilitate matrimonii; tum præcipuè ad explicationē definitionis matrimonii in qua ponitur illa particula (indiuiduam uitæ conſuetudinem retinens.) In qua quidem particula, ut iam diximus, ſignificatur indiſſolubilitas matrimonii. Nomine uero indiſſolubilitatis in lege Euangelica non ſolum debemus intelligere indiſſolubilitatem, & firmitatem naturalem, verumetiam firmitatem, & indiſſolubilitatem ſupernaturalem prouenientem à ratione ſacramenti, quæ ratio ſuperaddita eſt in lege gratiæ. Itaque conſiderandum eſt, quòd matrimonium ipſum dicit coniunctionem & vnionem ipſorum coniugum, & ita dicitur in definitione, quòd eſt coniunctio viri & fœminæ, & eſt talis coniunctio & dicit tantam unitatem, quòd ex illa oritur ueluti propria paſſio indiſſolubilitas: & illa coniunctio eſt radix & principium talis indiſſolubilitatis, & hæc indiſſolubilitas perficitur per rationem ſacramenti ſuperadditā lege Euangelica: & ad hoc explicandum ponitur illa particula, indiuiduam vitæ &c.

QVAESTIO XLV.

De conſenſu matrimonij.

CONſequenter conſiderandum eſt de conſenſu. Vbi primò agendum eſt de conſenſu ſecundùm ſe conſiderato. Secundò, de conſenſu iuramento vel carnali copula firmato. Tertiò de cōſenſu coacto & conditionato. Quartò, de obiecto conſenſus.

A Circa primum quæruntur quinque. Primò, vtrum conſenſus ſit cauſa efficiens matrimonii. Secundò, vtrum conſenſum oporteat per verba exprimi. Tertiò, vtrum conſenſus expreſſus per verba de futuro, faciat matrimonium. Quartò, vtrum conſenſus per verba expreſſus ſi deſit interior conſenſus, exterius faciat verū matrimonium. Quint, ò vtrū
B conſenſus in occulto factus per verba de præſenti, faciat matrimonium.

DE hac materia diſputant Doctores Scolaſtici cum Magiſtro in 4. d. 27. ¶ Poſtquam D. Tho. in precedentibus diſputauit de principiis ueluti intrinſecis matrimonii, uidelicet, de contractu, de coniunctione, & relatione, quæ ſequitur ex materia & forma huius ſacramenti: nunc incipit diſputare de principiis ueluti extrinſecis, de cauſa efficiente, per quam efficitur
C matrimonium.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum conſenſus ſit cauſa efficiens matrimonij.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod conſenſus non ſit cauſa efficiens matrimonij. Sacramenta enim non ſunt à voluntate humana, ſed ab inſti-
D *tutione diuina, ſed conſenſus ad voluntatem pertinet: ergo non eſt cauſa matrimonij, ſicut nec aliorum ſacramentorum.*

Tho. vbi ſupra. ar. 2. q. 1. & ſeq. 4. cō tra gen. c. 78. & 3. par. q. 29. ar. 2.

¶ *2 Præterea. Idem non eſt cauſa ſuiipſius, ſed matrimonium nihil aliud videtur eſſe quam conſenſus, quia conſenſus ipſe ſignificat coniunctionem Chriſti ad eccleſiam: ergo conſenſus nō eſt cauſa matrimonij.*

¶ 3 Praeterea. Vnius debet eſſe vna cauſa, ſed matrimonium inter duos eſt vnum, vt dictum eſt; conſenſus autem duorum ſunt diuerſi, quia diuerſorum ſunt, et in diuerſa ab vna enim parte eſt conſenſus in virum, ex alia in vxorem: ergo mutuus conſenſus non eſt cauſa matrimonij. A

SED contra eſt quod Chryſoſtomus dicit. Matrimonium non facit coitus, ſed voluntas.

¶ Praeterea. Vnus non accipit poteſtatem in eo quod eſt liberè alterius, niſi per eius conſenſum: ſed per matrimonium accipit vterque coniugum poteſtatem in corpus alterius, vt patet. 1. Cor. 7. cùm prius vterque liberam poteſtatem ſui corporis haberet; ergo conſenſus facit matrimonium. B

RESPONDEO dicendum, quod in omnibus ſacramentis eſt aliqua ſpiritualis operatio mediante operatione quae eam ſignificet ſicut per ablutionem corporalem in baptiſmo fit ablutio interior ſpiritualis: vnde cùm in matrimonio ſit quaedam ſpiritualis coniunctio inquantum matrimonium eſt ſacramentum, & aliqua materialis ſecundum quòd eſt in officium naturae, & ciuilis vitae, oportet quòd mediante materiali fiat ſpiritualis virtute diuina: vnde cùm coniunctiones materialium contractuum fiant per mutuum conſenſum, oportet quòd hoc modo etiam fiat matrimonialis coniunctio. C

AD primum ergo dicendum, quod ſacramentorum prima cauſa eſt diuina virtus quae in eis operatur ſalutem: ſed cauſae ſecundae ſicut inſtrumentales, ſunt materiales operationes ex diuina inſtitutione habentes efficaciam, & ſic conſenſus in matrimonio eſt cauſa. D

AD ſecundum dicendum, quod matrimonium non eſt ipſe conſenſus, ſed quaedam vnio ordinatorum ad vnum, vt dictum eſt, quam conſenſus facit: nec conſenſus propriè loquendo, coniunctionem Chriſti ad eccleſiam ſignificat, ſed voluntatem eius qua factum eſt, vt eccleſiae coniungeretur. A

AD tertium dicendum, quod ſicut matrimonium, ex parte eius in quod fit coniunctio, quamuis ſit multiplex ex parte coniunctorum, ita etiam conſenſus eſt vnus ex parte eius in quod conſentitur, ſcilicet, praedictae coniunctionis, quamuis multiplex ex parte conſentientium: nec eſt directè conſenſus in virum, ſed in coniunctione ad virum ex parte vxoris, & ſimiliter ex parte viri conſenſus in coniunctionem ad vxorem. B

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio articuli eſt affirmatiua. Ratio huius concluſionis eſt. Nã in omnibus ſacramentis eſt aliqua ſpiritualis operatio mediante operatione, quae eam ſignificat, vt conſtat in ſacramento baptiſmi, in quo eſt productio ſpiritualis gratiae quae fit mediante externa ablutione: C ergo cum in matrimonio ſit quaedam ſpiritualis coniunctio inquantum matrimonium eſt ſacramentum, & etiam quaedam naturalis coniunctio inquantum eſt in officium naturae, neceſſarium eſt, quod mediante materiali fiat ſpiritualis virtute diuina: coniunctiones verò materialium contractuum fiunt per mutuum conſenſum, ergo neceſſarium eſt, quod hoc modo fiat maritalis coniunctio. Haec ratio ſtatim explicabitur.

¶ Concluſio D. Thom eſt certa ſecũdum fidem, vt patet ex cap. finali de ſponſal. & D ex cap. ſufficiat, 27. quaeſt. 2. & ex Concil. Florenti. in Decreto de vnione Armenorũ, vbi dicitur Cauſa efficiens matrimonij regulariter eſt conſenſus mutuus. &c. & idem diffinitur in cap. cum locum, de ſponſal. & cap. tuas, de ſponſal. duorum. Vide Magiſtrũ Sotum in. 4. diſt. 28 quaeſt. vnica, articul. 1. concl. 2. Couar. ſuper 4. Decretal. ca. 2. §. 3. ſtatim in principio. Syluestrum verbo matrimonium. 2. quaeſt. 5. & 6. & alios autores. Ratio verò D. Thom. in hoc articulo eſt optima, quae quidem procedit inquantum matrimonium eſt quidam contractus naturalis, & inquantum habet rationem ſacramenti.

Cap. final. de ſponſal. ca. ſufficiat, 27. quaeſt. 2. Cap. cũ locum de ſpõſal. c. tuas, de ſponſal. duorum

cramenti. Et quidem loquendo de contractu ipſo naturali eſt manifeſtum. Nam contractus ipſe debet fieri ex voluntate contrahentium. Loquendo verò de eo in ratione ſacramenti, conſtat etiam. Nam in quolibet ſacramento debet eſſe aliqua actio ſenſibilis, in iſto verò ſacramento nulla alia reperitur, niſi ipſe contractus ad quem requiritur conſenſus.

¶Circa iſtum articulum eſt grauis difficultas, an cõſenſus ita ſit neceſſarius ad efficiendum matrimonium, vt neque de potẽtia ordinaria neque de potentia Dei abſoluta poſſit fieri matrimonium inter uirum & fœminam ſine conſenſu eorum? Et videtur ꝙ poſſit fieri. Primo arguitur ad probandum ꝙ poſſit fieri de potentia ordinaria. Nam in Concilio Floren. loco immediate citato expreſſe dicitur, ꝙ cõſenſus eſt cauſa efficiens matrimonij regulariter, conſenſus, inquantum expreſſus per verba de præſenti. Vbi aduertendũ eſt verbũ illud, regulariter, ergo licet regulariter & ut in plurimum conſenſus ſit cauſa efficiens matrimonii, in aliquo tamen caſu poterit fieri matrimonium ſine conſenſu.

¶Secundò arguitur ad probandũ, quòd aliqua alia ſuperior poteſtas poſſit efficere matrimonium de lege ordinaria ſine cõſenſu contrahentium. Reſpublica ſiue ciuilis ſiue eccleſiaſtica, poteſt efficere matrimonium ſine conſenſu contrahentium, quòd probatur. Nam omnis contractus qui poteſt fieri per humanam voluntatem, poteſt fieri per ſuperiorem voluntatem, ſed contractus matrimonij poteſt fieri per voluntatẽ contrahentium: ergo multo magis poterit fieri per uoluntatẽ Reipublicæ. ¶Cõfirmatur primo. Nã Reſpublica poteſt redigere hominem in ſeruitutem contra ſuã voluntatem, imo parentes poſſunt hoc facere: ergo Reſpublica põt tradere hominẽ in matrimonium. Probatur conſequentia. Nam grauius vinculũ eſt uinculum ſeruitutis, quam vinculum matrimonii, & ſicut vinculum ſeruitutis eſt vinculum perpetuum: ita vinculum matrimonii eſt vinculum perpetuum. ¶ Secundo confirmatur. Nam homo magis ordinatur ad bonũ Reipublicæ quam ad bonum proprium, imo ex propria voluntate magis ordinatur ad bonum Reipublicę quod eſt bonum vniuerſalius & diuinius, quã ad bonum proprium eſt particulare: ergo ſi ex voluntate propria poſſunt contrahere matrimoniũ, poſſunt etiam contrahere ex voluntate Reipublicæ.

¶Tertiò arguitur, & probatur quòd Reſpublica eccleſiaſtica poſſit id facere. Nam eccleſia fecit illud de facto: ergo poteſt illud facere. Conſequentia eſt bona, antecedens probatur ex c. ſi conditiones. de conditionibus appoſitis, vbi dicitur, quod dummodo conditiones appoſitæ in matrimonio non ſint contra rationem matrimonij, etiam ſi impoſſibiles ſint, habendæ ſunt tãquam non adiectæ, quòd eſt dicere, eſſe validum matrimonium, ac ſi fuiſſet factum ſine conditione: ſed quando homo contraxit cùm illa conditione impoſſibili verè non habuit conſenſum in matrimonium: ergo ſine conſenſu contrahentium poteſt Eccleſia facere verum matrimonium. Nec valet ſolutio aliquorum, quòd Eccleſia in illo caſu præſumit conſenſum: nam in illo caſu cum ſit impoſſibilis, non apparet ratio quare præſumatur conſenſus, ergo. ¶Confirmatur. Quia Eccleſia poteſt facere aliquem religioſum profeſſum ſine conſenſu illius, ergo etiam poteſt facere, quòd aliquis contrahat matrimonium ſine proprio conſenſu. Conſequentia patet. Nam uinculum profeſſionis maius eſt uinculo matrimonii, cum diſſoluat matrimonium ratum, & etiam eſt uinculum perpetuum ꝙ debet fieri per voluntatem. Antecedens probatur ex cap. 1. de regularibus in ſexto. vbi decernitur, quòd ſi quis poſt 14. annum habuerit habitum religionis per annũ integrum, ipſo facto cenſetur profeſſus: ergo ſine conſenſu proprio poteſt facere aliquem religioſum. ¶ Secundò confirmatur. Nam poteſt Eccleſia aliquando compellere ſponſum per præceptum & per pœnam excommunicationis, ut contrahat de facto matrimonium cum ſponſa, & Reſpublica ciuilis id poſſet præcipere ſub pœna capitis, & tamẽ tunc adimititur aliquid de libertate & conſenſu, vt patet, ergo. Item poſſet Reſpublica Chriſtiana, uel Papa, in caſu vbi eſſet neceſſitas totius Eccleſiæ impone re præceptum alicui Regi, vt contraheret matrimonium cùm aliqua fœmina propter aliquod maximum bonum eccleſiæ, tamen per illud præceptum aliquid toleretur de conſenſu, ergo.

Ca. ſi cõditiones de cõdition. appoſitis.

Ca. 1. de regulari bus in 6.

¶ Quartò

¶ Quartò arguitur ad probandum quòd Deus de potentia abſoluta poſſit id facere. Nam conſenſus concurrit ad matrimoniũ, vt cauſa efficiens, vt diffinitur in Concil. Floren. & D. Tho. hic, ſed quidquid Deus poteſt facere cùm cauſa ſecunda efficienti, poteſt facere ſe ſolo, vt diffiniunt omnes Theologi: ergo Deus ſaltem de potentia abſoluta poteſt facere matrimonium ſine conſenſu vtriuſque partis. ¶ Confirmatur primò. Nam Deus excellentiorem habet poteſtatem ſupra corpora hominum, quàm ipſi homines, ſed homines poſſunt tradere corpora ſua pro ſua voluntate: ergo multò magis id poterit Deus. Conſequentia eſt bona, minor patet, & maior conſtat. Nã Deus habet abſolutum & excellentiſsimum dominium corporum. homo vero tantùm eſt cuſtos per naturam. ¶ Secundò confirmatur. Deus præcepit Oſee, vt contraheret cũ muliere fornicaria, & faceret filios fornica-
Nſec. 1. tionis, vt dicitur Oſee 1. tunc ſic Propheta in illo caſu poterat contrahere matrimoniũ cum illa per diuinam autoritatem etiam illa inuita, vt dicũt omnes expoſitores illius loci: ergo Deus de potentia abſoluta poteſt id facere ſine voluntate contrahentium.

¶ Tertiò confirmatur. Deus coniunxit primos parentes in paradiſo per verum matri-
Matth. 19. moniũ, vt dicitur Matth. 19. & ad Epheſ. 5. tamen nunquam legimus, quòd coniunxit
Ad Ep. 5. illos Deus per ſuam voluntatem: vt patet ex Geneſi, ergo.

¶ In oppoſitum eſt, nam in Concil. Floren. expreſſe dicitur, quòd ad rationem matrimonii requiritur conſenſus contrahentium Idem docet D. Tho. in hoc artic. ergo conſenſus contrahẽtium ita eſt neceſsarius, ut non poſsit fieri matrimonium ſine illo,

¶ In huius expoſitionem ſupponendum eſt primò, quòd matrimonium dupliciter accipitur, ut patet ex dictis. Aliquãdo enim accipitur formaliter pro ipſa coniunctione & vinculo quòd ſequitur ex contractu matrimonii, aliquando verò accipitur pro contractu ipſo humano: & de vtroque matrimonio explicandum eſt an poſsit fieri ſine uoluntate contrahentium.

¶ Secundò ſupponẽdum eſt, quòd in ipſo contractu duplex ratio inuenitur: altera quidem ſupernaturalis, quæ eſt ratio ſacramenti, (contractus enim ipſe eleuatus eſt à Chriſto ad eſſe quoddam ſupernatura-

A le,) altera uerò ratio eſt nauturalis, nam eſt quidam contractus pertinens ad ordinem naturæ: & de utraque etiam ratione diſputandum eſt in præſenti. Aduertendum eſt tamen obiter, quòd illi qui contrahunt, diuerſimodè ſe habent reſpectu utriuſque rationis. Nam reſpectu rationis ſupernaturalis ſunt miniſtri & inſtrumenta diuinæ uirtutis: at uerò reſpectu rationis pertinentis ad ordinem naturæ, habent ſe, ut cauſa principalis, nam qui principaliter faciunt illum contractum, ſunt ipſi contrahentes, & ſtat optimè quòd reſpectu unius rationis ſint
B cauſæ inſtrumentales, reſpectu uero alterius cauſæ principales. Eſt optimum ſimile inſinuatum à D. Tho. 1. par. quæſt. 70. artic. 3. ſecundum, & tertium. Corpus cæleſte quando cauſat corpus uiuens, reſpectu rationis corporis eſt cauſa principalis: reſpectu uerò gradus uitæ eſt cauſa inſtrumẽtalis mota à ſubſtantia uiuente.

¶ Ex dictis ſequitur, quòd ſi quis contrahat cùm aliqua, intendens facere quòd facit eccleſia, & ignorat quòd uinculum matrimonii eſt uinculum perpetuum, non eſt verus contractus, neq; uerum matrimonium:
C tamen ſi aliquis ad hunc modum baptizaret cum aliqua ignorantia uel errore: ualidum eſſet ſacramentum. Ratio differentiæ eſt. Nam in omnibus aliis ſacramentis habet ſe homo ut pura cauſa inſtrumentalis. In hoc uerò ſacramento non ſic, ſed reſpectu contractus habet ſe ut cauſa principalis. Eſt autem differentia inter cauſam principalem & inſtrumentalem in moralibus, quòd cauſa inſtrumentalis non eſt neceſſarium quòd cognoſcat & habeat intentionem, nam non concurrit ad effectũ per propriam formam, ſed per motionem principalis agentis, & non ſe mouet, ſed mouetur
D ab alio, & ita ſatis eſt, quòd determinet intentionem eccleſiæ quæ ſe mouet & cognoſcit. Cauſa uerò principalis debet cognoſcere & habere intentionem, quoniam ipſa ſe mouet, & ita ſi aliquis tribuit eleemoſynam per miniſtrum, ad rationem meriti nõ requiritur, quòd miniſter habeat charitatẽ & intentionem, ſed ſufficit, quòd hæc ſint in principali agente.

¶ Prima concluſio. Loquendo de matrimonio formaliter, ut dicit coniunctionem & uinculum, conſenſus contrahentium eſt ita neceſſarius, ut de lege ordinaria non

poſſit fieri matrimonium ſine conſenſu cõtrahentium. In hac concluſione conueniũt omnes Theologi. Et probatur primò. Nam Deus ſecundum legem ordinariam diſponit omnia ſuauiter, & effectus producit per proprias cauſas. Producit enim calorē per ignem, & lucem per ſolem: ſed cauſa propria matrimonij ut dicit vinculum & coniunctionem, eſt homo per proprium conſenſum, vt docet Concilium Florentinum: ergo de lege ordinaria non producit Deus talem effectum ſine tali cauſa. ¶ Confirmatur: Nam Deus diſponit omnia ſuauiter ſecũdum curſum ordinarium, ad ſuauem autem Dei diſpoſitionem pertinet, quod vinculum perpetuum, quale eſt vinculum matrimonij, cauſetur per propriam voluntatem & conſenſum, ergo. ¶ Secundò: Nam ſecundum legem ordinariam non fit aliquis religioſus profeſſus ſine propria volũtate & conſenſu, quoniam eſt vinculum perpetuum, ergo uinculum matrimonij perpetuum non fit ſine proprio conſenſu. ¶ Tertiò: Nam ſi matrimonium non fieret per propriũ conſenſum, excluderetur vterque finis matrimonij, ergo. Antecedens probatur. Nam non poſſet eſſe commoda educatio prolis, neque mutuum obſequium ſine conſenſu vtriuſque & ſine affectu coniugali; ergo.

¶ Secunda concluſio. Reſpublica Chriſtiana vel quæcunque alia poteſtas non poteſt facere matrimonium accipiendo illud formaliter pro vinculo, ſine conſenſu. Hæc concluſio eſt omnium Theologorum, eam tenet Victoria Relectione de matrimonio. & Soto diſt. 27. quæſt. 1. art. 2. Et probatur primò. Nam vinculũ matrimonij de ſe ordinatur ad bonum prolis, & ad mutuũ obſequiũ inter virum & fœminam, ſed iſti fines fruſtrarẽtur, ſi matrimonium fieret per aliquam aliam autoritatem. Minor probatur. Nam ſi coniuges diſſentirent, non poſſet eſſe commoda educatio prolis, nec mutuus amor, & mutuum obſequium inter ipſos, nam Reſpublica quæcũque etiam Chriſtiana non poteſt cauſare mutuũ amorem inter ipſos coniuges.

¶ Secundò: Nam nulla Reſpublica etiam Chriſtiana poteſt cauſare vinculũ voti ſolennis, vel etiam ſimplicis ſine voluntate hominũ, vt patet apertè: ergo nulla Reſpublica etiam Chriſtiana poteſt cauſare vinculum matrimonij ſine conſenſu partiũ. Probatur conſequentia, nam eſt eadem ratio.

¶ Tertiò. Omnis contractus qui fit per autoritatem Reipublicę, per eandem autoritatē poteſt diſſolui, ſed nulla Reſpublica etiam Chriſtiana poteſt vinculum matrimonij diſſoluere, ſecundum illud Matth. 19. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet, ergo. ¶ Confirmatur. Nã ſi Reſpublica poteſt facere matrimonium ſine conſenſu partium, ſequitur quod poſſit ſeparare hominē ab vna muliere & alteri tradere. Conſequens autem eſt falſum, ergo. Minor conſtat, quoniam matrimonium eſt indiſſolubile per humanam poteſtatem.

¶ Quartò. Fingamus quod eodē tempore, quo Maria contrahit cũ vno ex propria voluntate & conſenſu, autoritate Reipublicæ contrahat matrimonium cum alio: tunc ſic. Sequitur quòd in hoc caſu hæc mulier ſit vxor duorum. Conſequens eſt abſurdũ, vt patet: ergo, &c. Nec valet dicere, quod tunc validum erit matrimoniũ quòd fit autoritate Reipublicę, quia nulla eſt cã, neq; ratio quare matrimonium, quod fit ex proprio conſenſu, non ſit validum in illo caſu; cum nullum ad ſit impedimentum.

¶ Quinto. Nam eccleſia vel Reſpublica quæcunque, non eſt vſa hac poteſtate de facto: ergo ſignum eſt, quòd non habet hanc poteſtatem. Patet conſequentia. Nam in rebus moralibus quod hactenus non eſt factum, iudicatur impoſſibile. ¶ Cõfirmatur ex Conc. Triden. Seſſi. 24. de reformatione matrimonũ. cap. 9. vbi ponit excommunicationem latam contra omnes dominos, & omnes alios qui cogũt aliquos ad matrimonium. Ratio Concilii eſt, quia eſt maximè nefarium libertatem matrimonii violare: ergo præſupponit Cõcilium, quòd hæc autoritas nõ eſt cõceſſa alicui Reipublicæ.

¶ Tertia concluſio. Si loquamur de matrimonio cauſaliter, & vt eſt contractus quidam humanus, & habet rationem talis ſacramenti, certa res eſt, quòd conſenſus eſt ita neceſſarius, vt ſine illo non poſſit fieri etiam de potentia Dei abſoluta. Hæc concluſio probatur. Nam iſte conſenſus etiam eſt de intrinſeca ratione talis contractus, quia ſicut actus intellectus intrinſecè & eſſentialiter includit ordinem ad intellectũ, ita vt non poſſit fieri actus intellectus etiã de potentia Dei abſoluta ſine intellectu: ita non

non poteſt fieri contractus humanus etiam de potentia Dei abſoluta ſine conſenſu, & voluntate humana, ergo.

¶ Secundo. Votum ſimplex vel ſolemne religionis non poteſt fieri etiam de potẽtia Dei abſoluta ſine voluntate hominis, nam intrinſece dicit promiſsionem humanã: ergo ſimiliter contractus ille humanus nõ poterit fieri etiam de potentia Dei abſoluta ſine conſenſu humano. Et hæc argumenta idem probant de ſacramento, nam ratio ſacramenti matrimonij fundatur in ratione contractus, & ipſe contractus eſt de eſſentia ſacramenti matrimonii.

¶ Quod ſi quis dicat, Deus de potentia abſoluta poteſt conſtituere ſacramentum matrimonii aliter quã modo eſt, ita vt fiat ſine aliquo conſenſu, ergo de potentia Dei abſoluta matrimonium in ratione ſacramẽti poteſt fieri ſine conſenſu contrahentium. Reſpondetur concedendo antecedens, & negando conſequentiam. Et ratio eſt, quoniam tunc eſſet aliud ſacramentum atque modo eſt, ſicut ſi Deus inſtitueret, quòd baptiſmus fieret in vino, ſine dubio eſſet aliud ſacramentum, & non maneret eadem natura ſacramenti, nam materiale ſacramẽti eſt de eſſentia ſacramenti, vt dictum eſt: nos verò loquimur de matrimonio, vt eſt ſacramentum inſtitutum à Chriſto, & ſalua eius natura & eſſentia, quæ eſt, quod ſit contractus quidam humanus.

¶ Eſt tamen adhuc difficultas, an de potentia Dei abſoluta poſſit fieri matrimonium (accipiendo matrimonium formaliter pro vinculo ipſo maritali) abſque conſenſu ipſorum coniugum. Et videtur quòd non. Primo: Nam vt colligitur ex ſententia communi Doctorum, conſenſus eſt de ſubſtantia & eſſentia matrimonij: ergo ſine cõſenſu fieri non poteſt.

¶ Secundò. Matrimonium ſumptũ pro vinculo conſiſtit eſſentialiter in quadam cõiunctione animorum, hæc autem coniunctio non intelligitur quando poſſit fieri ſine vnione ſpirituali conſenſuum & voluntatum ipſorum contrahentium, ergo.

¶ Tertio De potentia Dei abſoluta non poteſt fieri votum ſolenne ſine conſenſu vouentis: ergo matrimonium non poteſt fieri etiam de potentia Dei abſoluta ſine conſenſu contrahentium, nam ſicut vinculum voti ſolennis eſt perpetuũ, ꝙ in illo eſt traditio, ita vinculum matrimonii eſt perpetuũ, & in illo eſt traditio, ergo.

A Quarto. De potentia Dei abſoluta non poteſt fieri relatio ſecundum veram rationem relationis, ſi non ſit eius fundamentũ, vt patet de paternitate quæ ſine fundamento reperiri non poteſt: ſed illud vinculũ matrimonij eſt quædam relatio cuius fundamentum eſt conſenſus cõtrahentium: ergo ſine tali conſenſu, etiam de potẽtia Dei abſoluta non poteſt fieri matrimonium.

¶ Quinto. Ex oppoſito ſequuntur multa inconuenientia. Primò ſequitur, quod

B Deus poſſet aliquos coniungere, & poſt copulam carnalem ſeparare, nam eà inconuenientia tunc ſequerentur, atque ſequerentur ex vago cõcubitu: ſequeretur enim mala educatio prolis. Secundò ſequitur, ꝙ ſi ſit tale vinculum ſine conſenſu illorum, quòd excludatur vterque finis matrimonij, nam ſine conſenſu illorum non poſſet eſſe commoda educatio prolis, neque mutuum obſequium inter illos. Tertio ſequitur, quòd poſſit Deus facere aliquem religioſum profeſſum de potentia abſoluta ſine conſenſu illius.

C Propter hæc argumenta aliqui Theologi putant, quòd Deus etiam de potẽtia abſoluta non poteſt facere matrimonium, formaliter accipiendo illud pro vinculo ſine conſenſu contrahentium, & mouendo voluntates ad contrahendum. Hoc tenent aliqui expoſitores D. Thomæ.

¶ In cuius rei expoſitionem ſit quarta concluſio. Dei potentia Dei abſoluta Deus poteſt facere vinculum matrimonij ſine cõſenſu partium, itaque poteſt verè illos coniungere vinculo, illo quod habent modò cõtrahentes abſque eo quòd præceſſerit conſenſus illorum. Hanc ſententiam tenet Magiſter Victoria, Relectione de matrimonio.

D Soto loco immediatè citato. Palud. 4. diſt. 26. quæſt. 1. artic. 2. Magiſter Canus in hoc artic. Martin. de Ledeſma. 2. tom. ſui quarti quæſt. 47. art. 1. & illam ſequuntur communiter expoſitores D. Tho.

¶ Hæc concluſio probatur argumẽto 4. in princip. tùm ſuis confirmationibus. Secundò probatur. Nam Deus de potẽtia abſoluta poteſt producere effectus ſine cauſis ſecundis efficientibus, ſed homo per conſenſum eſt cauſa ſecunda efficiens iſtud vinculum: ergo ſine tali conſenſu poteſt Deus

efficere iſtud vinculum. Confirmatur. Nã de eſſentia matrimonij non eſt conſenſus contrahentium, ergo de potentia abſoluta poteſt Deus facere uinculum matrimonii ſine conſenſu contrahentiũ. ¶ Tertiò. Deus non habet minus dominium corporũ quã omnium aliorũ bonorum, ſed Deus de potentia abſoluta poteſt tradere dominium aliorum bonorum ſine conſenſu, ergo & dominium corporum ſine conſenſu cõtrahentium. ¶ Vltimò. Nam ex eo quòd uinculũ illud fiat a diuerſis cauſis, nõ ſequitur quod ſit uinculum diuerſæ ſpeciei, nam idẽ effectus ſpecie poteſt produci à diuerſis cauſis, ut patet de calore producto ab igne & a ſole: ergo uinculum idem ſecundum ſpeciem poteſt produci à conſenſu contrahentium, & ab ipſo Deo.

¶ Ad argumenta contra iſtam ſententiã reſpondetur, quòd ſecundum communem ſententiam Theologorum, conſenſus licet ſit de eſſentia contractus huiuſmodi, non tamen eſt de eſſentia uinculi coniugalis, imo Doctores qui citantur pro contraria ſententia, ſcilicet Gabr. in ſuo Supplemento. & Adria. in 4. quæſt. 2. de matrimonio, non dicunt quod matrimonium formaliter loquẽdo non poſſit fieri potentia Dei abſoluta ſine conſenſu contrahentium, ſed ſolùm dicunt, quòd matrimonium accipiendo illud pro contractu, ſine conſenſu fieri non poteſt.

¶ Ad ſecundum, concedo maiorẽ & nego minorem, & dico, quod de potentia Dei abſoluta illa coniunctio coniugalis fieri poteſt a Deo ſine proprio conſenſu, nam per ſolam Dei uoluntatem poſſunt coniungi: uoluntas enim diuina ſuperior & eminentior eſt, quàm voluntas humana, & ita ſi per voluntatem humanam coniunctio poteſt fieri: multò magis id fieri poterit per voluntatem diuinam.

¶ Ad tertium concedo antecedens, & nego conſequentiam. Ratio differentiæ eſt: Nam votum quòd habet veram rationem voti, dicit promiſsionem voluntariam intrinſecè & eſſentialiter, & ita ponit ex parte intellectus & voluntatis actionem, ſed uinculum maritale ex ſua intrinſeca ratione non expoſcit cõſenſum, neque aliquam actionem, ſed ſolùm dicit eſſentialiter illã relationem. Cæterum exſtimo, quòd ſine aliquo conſenſu ex parte hominis poteſt aliquis manere obligatus ad uinculum religionis & ad ſtatuta ac ſi ipſemet feciſſet profeſsionem per ſolam Dei uoluntatem quæ vult hominem obligare.

A

¶ Ad quartum reſpondetur, quod de potentia Dei abſoluta poteſt dari alia ratio fundandi, ſcilicet uoluntas Dei, uel præceptũ illius. ¶ Ad ultimũ reſpõdetur, q̃ ex eo quòd Deus cauſaret illud uinculum coniugale ſine conſenſu contrahentium, non ſequerentur duo inconuenientia priora quæ illata ſunt. Ratio eſt: Nam cùm Deus ſit ſupremus dominus corporum & animarum B poſſet illos, quos copulauit ſine conſenſu illorum, facere & diſponere ſuauiter quòd ſe diligant, & ſic non ſequuntur illa inconuenientia. Item nam ipſe Deus poteſt multis aliis modis medium adhibere, cùm ſit ſupremus dominus omnium. Tertium verò inconueniens non reputamus inconueniẽs, ſed potius exiſtimamus verum, loquendo de potentia abſoluta.

¶ Sed adhuc eſt dubium, an Deus vſus fuerit hac poteſtate abſoluta. Magiſter Victoria, & Martinus de Ledeſma vbi ſupra, exiſtimant, quòd vſus eſt Deus hac poteſta- C te, & attribuunt hanc ſententiam aliqui autores Magiſtro Cano, & iſti putant, quòd matrimonium Oſee cùm muliere fornicaria fuit factum hoc modo, & etiam matrimonium primorum parentum in paradiſo, & probant hanc ſententiam aliquibus confirmationibus poſitis in ultimo argumento in principio.

¶ Sit tamen quinta concluſio. Deus non eſt uſus hac poteſtate. Hanc ſententiam ut probabiliorem ſuſtinent Sotus & Palud. loco citato, & illam communiter ſequuntur diſcipuli D. Tho. Et probatur primo. Nam D ad ſuauem prouidentiã ſpectat, quod Deus vtatur lege ordinaria &, quod vnaquæque res concurrat ad ſuum effectum, ſed de lege ordinaria uinculum matrimonii fit ex conſenſu contrahentium, ergo. Confirmatur. Nam ex ſacris Scripturis non colligitur clarè & apertè quòd Deus vſus fuerit hac poteſtate, ergo non eſt dicendum q̃ Deus vſus fuerit illa.

¶ Secundò probatur de matrimonio primorum parentum. Nam in illis incipiebat ipſa natura: ergo ualde conueniens fuit, ut id quòd erat ſeruandum ſemper in vinculo matrimonii, ſeruaretur in primo matrimo-

nio.

nio. Et ad illud Oſee reſpondetur, quòd ex illo loco ſolum habetur, quòd Deus præcepit vt contraheret cum tali muliere matrimoniũ, ſed nò habetur quòd ſine proprio conſenſu vinculum illud factum fuerit à Deo. Et ad aliud de primis parentibus dicẽdum eſt, quòd licet non ſit formaliter expreſſum in ſacra Scriptura, quando primi parentes conſenſerint in matrimonium, tamen ualde vero ſimile eſt (vt docet Soto) ꝙ iuxta ſuauem Dei diſpoſitionem, quando Deus illi præcepit propagare genus humanum, tunc habuerunt conſenſum matrimonij, & quia Deus illis inſpirauit iſtum conſenſum: verificatur illud Matthæi 19. Quos Deus coniunxit, &c. non quia Deus illos immediatè coniunxerit, ſed quia inſpirauit conſenſum, quo mediante facta eſt coniunctio.

Matth. 19.

¶Ad argumenta in principio reſpondetur ad primum, quòd illud verbum Concilii Florent. (regulariter) non debet referri ad conſenſum, neque coniungi cùm illo, ſed cum illa particula, per verba de præſenti, ita ut ſenſus non ſit, quòd regulariter requiritur conſenſus, ſed ſenſus eſt, quòd regulariter requiruntur verba de præſenti, licet in aliquo caſu non ſint neceſſaria verba: ſed ſufficiant aliqua ſigna externa.

¶A ſecundum reſpõdetur, quòd in omnibus aliis contractibus poteſt transferri dominium, non ſolum per voluntatẽ propriam, verum etiam per voluntatem reipublicæ contra voluntatem particularem Domini. Ratio eſt: Nam illi cõtractus non ſolum ordinantur ad bonum particulare, ſed etiam ad bonũ vniuerſale totius Reipublicæ, & ita cùm expedierit ad eius bonum poterit Reſpublica per voluntatem ſuam vniuerſalem transferre dominium cõtra particularem voluntatem domini: homo enim magis ordinatur ad bonum vniuerſale quã ad particulare, ſicut aqua magis inclinatur in bonum vniuerſi quam in proprium. Et licet ita ſit, quod matrimonium non ſolum ordinatur ad bonum particulare, verumẽt ad vniuerſale Reipublicæ, ordinatur tamen mediante procreatione prolis, & ideò non poteſt fieri ſine voluntate contrahentium, quoniam alias ſequeretur detrimentum in procreatione prolis. In aliis enim contractibus ſiue fiant per voluntatem propriam, ſiue Reipublicæ, ſemper ſequitur idem effectus, & idem bonum vniuerſale: in contractu verò matrimonii ſi fiat contra voluntatem contrahentium, non ſequitur idem bonum & effectus, ſcilicet, bona educatio prolis. Ex dictis patet ad confirmationem.

A

¶Ad tertium reſpondetur, quòd etiam Reſpublica Chriſtiana nõ poteſt id facere, neque de facto fecit. Et ad probationem dicendum eſt, quòd Eccleſia ibi præſumit eſſe validum matrimonium, nam pręſumit quòd ibi fuerit verus conſenſus, cum appoſita fuerit conditio impoſſibilis, & ideò dicitur, quòd habetur pro non adiecta: tamen ſi reuera non fuit conſenſus, non erit validum matrimonium, quidquid ſit de præſumptione Eccleſiæ. Quòd ſi hæc ſolutio non placet, quia non videtur, quòd ibi præſumatur conſenſus, cum cõditio ſit impoſſibilis, Reſpondetur ſecundò, quòd ibi Summus Pon. ponit illam deciſionem matrimonii in fauorem matrimonii ad reprimendã audaciam aliquorum hominum qui ſolent mulieres decipere, intendit tamẽ Summus Pont. quòd iſti teneantur habere conſenſum, & facere validum matrimonium. ¶Ad primam confirmationẽ reſpondetur, quòd ex illo cap. non colligitur, quòd ſine vllo conſenſu fiat aliquis profeſſus, ſed quando per annum habuit quis habitum in religione, ſi non declarauit diſſenſum, præſumit Eccleſia eſſe profeſſum: ſi tamen reuera nõ habuit conſenſum, non eſt profeſſus, licèt præſumatur ab Eccleſia: ſi verò habuit conſenſum ſaltem virtualem cẽſetur uere pro feſſus profeſſione quadam tacita, de qua in materia de voto. ¶Ad ſecundam confirmationem dicendum eſt, quòd Reſpublica poteſt cogere ciues vt contrahant matrimonium, quando expedierit ad bonum Reipublicæ, non tamẽ erit matrimonium niſi ipſi conſentiant, tamen ex præcepto tenentur conſentire, nam ſi Reſpublica poteſt cogere ſponſum ut contrahat pro bono ſpõſi, multo magis poterit Reſpublica id præcipere pro bono Reipublicæ. Item: nã Reſpublica poteſt aliquid pręcipere ciui etiam cùm periculo vitæ, ergo multo magis poterit præcipere matrimonium, quando expedierit ad bonum publicum. Quòd ſi quis dicat, ꝙ Eccleſia poteſt compellere baptizatum ad adimpletionem legis diuinæ etiam ſine cõſenſu eius, vt diffinitur 3. par. quæſt. 68. artic. 9. ergo multo magis poterit compellere ad

B

C

D

re ad contrahendum ſine conſenſu. Reſpondetur negando conſequentiam. Ratio differentiæ eſt. Nam ſi homo inuitus poneretur ſub vinculo, eſſet rationabiliter inuitus: nã cùm ſit ætatis adultæ, & matrimonium ex natura ſua expoſcat conſenſum & libertatem, nullũ ius eſt in tota republica ad compellendum inuitum ad matrimonium: cæterum ille paruulus ſi accedens ad vſum rõnis compellatur ab Eccleſia, non erit rationabiliter inuitus, quia quando non habet vſum rationis gubernari debet per voluntatem parentum & Eccleſiæ. Quòd ſi quis adhuc dicat, quod hac ratione non poteſt cogi ad matrimoniũ, quia eſt obligatio perſonalis, ſed ſimiliter obligatio quæ conſurgit ex baptiſmate eſt perſonalis, ergo. Reſpondetur negando conſequentiam. Nam Chriſtus Dominus voluit vt ille obligaretur ſine perſonali conſenſu, & ad hoc compelleret. Quòd ſi rurſus quæras, vnde hoc habetur. Reſpondetur, quòd ex diffinitione Eccleſiæ, ꝙ patet ex dictis in illa quæſtione. ¶ Ad quartum cum ſuis confirmationibus reſpondetur quòd probat quartam concluſionem.

SEcundum dubium eſt grauiſſimum, Vtrùm coniuges qui dubitant de veritate matrimonii propter defectũ conſenſus, vel propter affinitatem, vel quia audit vxor priorem maritum viuum eſſe poſſint vti matrimonio, & quid ſit faciendum, In cuius expoſitionem ſupponendum eſt, quod contrahentibus debet cõſtare de conſenſu alterius, cum cõſenſus neceſſarius ſit ad efficiendum matrimonium: cæterum ad hoc quòd illi conſtet de conſenſu non eſt neceſſaria aliqua alia diligentia, ſed ſufficit euidentia moralis quam habent contrahentes eo ipſo quòd exprimunt exterius conſenſum, & nullum apparet ſignum externum quòd non conſentiant: & hac certitudine morali poſſunt eſſe ſecuri in conſcientia: nam ſicut eſt neceſſarius cõſenſus in matrimonio, ita neceſſaria eſt intentio in miniſtro qui baptizat, tamen non eſt dubitandum de intentione ſuppoſito, quòd exterius baptizauit & illa eſt certitudo moralis quæ reddit hominẽ ſecurum in cõſcientia.

¶ Secundo ſupponendũ eſt, quòd quando contrahens prius dicit ſe habere conſenſum poſteà verũ dicit ſe non habuiſſe conſenſum, potius eſt credendum primo dicto

A eiuſdem hominis quam ſecundo, vt habetur in iure titul. de probationibus. cap. pertuas. vnde ſi aliquis maritus verbis exterioribus conſentit in matrimonio ſine aliquo ſigno apparenti probabili diſſenſus, licet poſtea dicat ſe non conſenſiſſe, ſtandum eſt primo dicto in vtroque foro: & alius contrahens qui audit alterum dicentem ſe non conſenſiſſe, tutus eſt & ſecurus in cõſcientia, & non eſt aliqua ratio dubitandi. Tota igitur difficultas eſt, quando eſt aliqua ratio dubitandi. — Ca. pertuas, de probatio.

IN hac grauiſſima difficultate eſt prima B ſententia, quòd illi qui dubitant de veritate matrimonii non poſſunt petere nec reddere debitum. Hanc ſententiam tenet Scotus 4 diſt. 2. q. 1. Ricard. diſt. 27. ar. 10 quæſt. 1. Adria. 4. in materia de matrimonio quæſt. 2 & probaĩ hæc ſententia optimis argumentis.

¶ Primò. Qui ſic petit vel reddit debitũ facit contra dictamẽ rectæ rõnis in re graui, ergo peccat mortaliter. Cõſequentia eſt bona, antecedens probatur. Ille talis dubitat, an accedat ad ſuam: ergo dubitat an fornicetur. Cõſequentia probatur clare a definitione fornicationis, fornicatio enim ni- C hil aliud eſt, quam acceſſus ad non ſuam: ergo ſi dubitat de definitione, dubitat etiam de definito. Confirmatur. Bene valet, accedit ad non ſuam, ergo fornicatur. Antecedens eſt dubium, ergo & conſequens.

¶ Secũdò arguitur. Iſte talis qui dubitat, exponit ſe periculo peccandi mortaliter, ergo peccat mortaliter. Patet conſequentia: Nam qui amat periculum, peribit in illo. Antecedens probatur. Nam exponit ſe periculo accedendi ad non ſuam: ergo exponit ſe periculo committendi peccatum mor- D tale fornicationis.

¶ Tertiò. Sit caſus quòd aliqui dubitent de matrimonio propter aliquam illarũ cauſarũ, & extenuatur dubitatio ex vna parte, ita vt verõſimilius ſit, quòd nõ ſit validum matrimonium: tunc ſic. In hoc caſu non poteſt vti matrimonio, nec poteſt petere nec reddere debitum: ergo. Antecedens probatur primò. Nam in dubiis tutior pars eſt eligenda, illa verò eſt tutior quæ habet maiorem veroſimilitudinem & probabilitatem. Secundò probatur antecedens. Si in hoc caſu teneretur reddere debitum, teneretur ſequi id quòd habet minus probabilitatis, ꝙ eſt

eſt abſurdum. Tertiò probatur. Si quis poſſideat ré, & incipiat dubitare an ſit aliena, maiorem tamé habet uero ſimilitudinem, quòd ſit aliena: in hoc caſu non poteſt uti re aliena, ſed dēt reddere alteri, uel ſaltem debet reddere aliquam parté, ut diffinitur in materia de dominio & pſcriptione. ergo ſi in hoc caſu eſt maior veriſimilitudo ꝙ matrimoniū eſt nullum, nō poſsū uti illo.

¶ Quartò. Si prælatus meus præcipiat mihi ut reuelem crimē fratris, & ego dubitē an iure præcipiat, non teneor illi obedire, etiam ſi ipſe ſit in poſſeſſione, & etiā ſi me exponam periculo inobedientiæ: ergo etiā ſi uir ſit in poſſeſſione reſpectu corporis, & ſit periculum faciendi illi iniuriam, nō tenetur illi reddere debitum. Cōſequētia eſt bona ex paritate rationis. Antecedens diffinitur communiter à Theologis, & patet ratione. Nam ſi reuelem crimē fratris, maximum detrimentum ſequitur illi in honore, & ita non teneor illud reuelare.

¶ Vltimò probatur exemplis adductis ab his authoribus. Primum exemplum eſt, ſi alicui appareat imago crucifixi, & dubitet an ſit diabolus, qui ſe trāsfigurat in angelū lucis, iſte talis tenetur nō adorare, quoniā aliàs exponit ſe periculo adorandi diabolū. Secūdum exemplum eſt, ſi aliquis habeat apud ſe depoſitum, & veniat filius eius qui depoſuit, dicens patrem ſuum eſſe mortuum, & depoſitarius dubitat, non tenetur reddere depoſitum, licet ſe exponat periculo faciendi iniuriam, ergo. Tertium exemplum eſt, ſi mulier petat debitum, & dubitat uir an debeat nocere in ſalute corporis, non tenetur reddere debitum, ergo nec in noſtro caſu. Vltimū exemplum eſt, ſi quis dubitet an mulier ad quam accedit ſit ancilla, an non, tenetur nō accedere, quia aliàs exponit ſe periculo habendi ancillam in vxorem, ut docet D. Thomas, in 4 diſtinct. 36. in fine.

¶ Secunda ſententia eſt, quod ille qui dubitat, poſt ſufficientem diligentiam poteſt petere & reddere debitum, etiam ſi maneat dubius. Hanc ſententiam tenet Magiſter Sotus, 4. de iuſtitia, quæſt. 5. art. vlti. paulò ante finé, & Victoria hic, & probatur fortiſſimis argumentis.

¶ Primò. Qui cœpit poſſidere aliquid bona fide, & poſtea dubitat an ſit ſuū, iſte poteſt vti re illa, ſicut antea, ſi facit ſufficié-

A tem diligentiam quoniam melior eſt conditio poſſidentis: ſed vir cœpit poſſidere vxorem bona fide, & modo dubitat, cum fecerit ſufficientem diligentiam, ergo pōt uti uxore ſua, ſicut antea.

¶ Secundò. Si aliqui contraxerunt bona fide, & poſtea incipiunt dubitare an ſint frigidi & impotentes, poſſunt per triennium uti matrimonio, ut experiantur ſuam potentiam, ut diffinitur capit. laudabilem, de frigidis & maleficiatis, tunc ſic. Ille dubitat, an illa ſit uxor ſua, nam frigiditas & impotētia dirimit matrimoniū, tamen poteſt reddere & petere debitū in hoc caſu, ergo. Ca. laudabilé. de frigidis & maleficiatis.

¶ Tertiò. Sit caſus quod poſt diligentiā B ſufficientem uterque maneat dubius, tunc ſic. Vel poſſunt petere & reddere debitū, uel non. Si primum, habetur intentum, ſi ſecundum, ſequitur quòd aliqui adſtringantur uinculo matrimonii, & non poſſint petere nec reddere debitum, quod duriſſimum eſt, ergo.

¶ Quartò. Si aliqua ratione non poſſunt petere debitum, maximè quia in non petē do nullum eſt inconueniens, & ſi petat, eſt periculum fornicationis, hæc uerò ratio eſt nulla, ergo. Cōſequētia cum maiore patet. Minor probatur. Si prælatus meus præcipiat mihi rem difficilem, & ego dubito an C iure præcipiat, non teneor obedire, quoniā licet in obediendo nullum ſit periculū, & in non obediendo ſit periculum inobedientiæ, ex alia tamen parte ſequitur maximū detrimentum mihi: ergo licet in nō petendo nullum ſit periculum, cum ſequatur detrimentum coniugi, poterit petere.

¶ Quintò. Si ſunt duæ opiniones æqualiter probabiles, quilibet poteſt ſequi quam maluerit: ergo ſi fuerit dubium æqualiter probabile, quilibet poterit ſequi ꝙ uoluerit. Antecedés eſt certū in omni opinione. Cōſequentia probatur ex paritate rationis.

D ¶ Tertia ſententia eſt media quæ aſſerit, quòd tenetur reddere debitum, ſi alius petat: non tamen poteſt petere. Hanc ſententiam tenet Syluest. verbo, matrimonium. 6. § 8. & uerbo, matrimonium. 8. §. 3. eandem ſententiam tenet D. Tho. in 4 diſtin. 38. & eandem tenent communiter Doctor.

In huius expoſitionem ſit prima cōcluſio. Si coniuges dubitāt temere & ſine ratione, ad ſententiā paſtoris & cōfeſſoris debent deponere dubium & petere & reddere

Cap. inquiſitioni de ſe. excōmu.

reddere debitum. Probatur primò ex cap. inquiſitioni. de ſententia excommunicatio nis, ubi Innoc. III. expreſsè diffinit iſtam ſententiam. Secundò probatur ratione: Nā in hoc caſu non eſt dubium, ſed tantū ſcrupulus, ſed contra ſcrupulum licitum eſt facere, ut diffinitur 1. 2. q. 19. art. 5. & 6. ergo.

¶ Secunda concluſio. Si aliqui poſt ſufficientem diligentiam maneāt dubii de ualore matrimonii, non poſſunt petere debitum. Probatur primò. Nam ita diffinitum eſt expreſsè in cap. dominus. de ſecundis nuptiis, & in cap. inquiſitioni immediatè allegato Papa deffinit expreſsè. quod ſi quis ex rationabili cauſa dubitet de ualore matrimonii tenetur reddere debitum, non tamen poteſt petere. ¶ Soto loco immediatè citato: duplici ſolutione reſpondet ad illa capita. Prima eſt, quod illa capita intelliguntur ante factam ſufficientem diligentiam. Hæc tamen ſolutio nulla eſt. Primò, nam ante factam ſufficientem diligentiam non tenetur reddere debitum, tamē capita diffiniunt, quod tenetur reddere debitum: ergo illa ſolutio nulla eſt. Secundò: nam ſi illa capita intelligerentur ita, debet Summus Pontifex reſpondere, Si feciſti ſufficientem diligentiam ſecuri eſtis, alias non. Secunda ſolutio eſt, quod illa capita intelliguntur, quando coniuges contraxerunt mala fide, & modo dubitant. Hæc ſolutio eſt etiam nulla, nam licet poſſit accommodari illi cap. dominus, de ſecundis nuptiis, non tamen poteſt ita commode applicari capit. inquiſitioni, nam expreſsè ibi diffinit Summus Pontifex, quòd propter dubiū rationabile non eſt petendum debitum: & ita hæc concluſio certiſſima uidetur ex diffinitione Pontificis.

Ca. dominus. de ſecū. nupt. c. inquiſitioni. de ſenten. excommun.

¶ Secundò probatur ratione. Nā in non petendo debitum, nullum eſt inconueniēs, & ſi petat, exponit ſe periculo fornicandi uel adulterandi. ergo tenetur non petere. Tertiò probari poteſt omnibus argumentis pro prima ſententia, quæ ad minus conuincunt hanc concluſionem.

¶ Tertia concluſio. Quando coniuges dubitant rationabiliter de ualore matrimonii tenetur reddere debitum, ſi alter petat. Hæc ſententia diffinita eſt in capitulis citatis. Et probatur ratione. Primò: In dubiis tutior pars eſt eligenda, ut dici ſolet, 1. 2. quæſtione 19. articulo. 5. & 6. quod ſi neu-

A tra pars eſt tuta, debemus eligere illā quæ minus habet periculi, ut diffinitur ibidem ſed reddere debitum petenti habet minus periculi, ergo. Minor probatur. Nā ſi reddit debitum in hoc dubio exponit ſe periculo fornicandi, uel adulterandi: ſi autem non reddat, exponit ſe periculo faciendi maximam iniuriam alteri, & periculo mortis, & aperit ianuam diſcordiæ, hoc autem eſt maius periculum, ergo tenetur reddere. ¶ Secundò. In dubiis melior eſt conditio poſſidentis, ſed tunc uir eſt in poſſeſſione mulieris, uel ècontra, ergo ſi petat debitum, te-

B netur reddere. ¶ Tertiò probatur omnibus argumentis pro ſecunda ſententia quæ ad minus probant hanc concluſionem.

¶ Quarta concluſio. In aliquo caſu licitum eſt non reddere debitum, etiam ſi uir petat, ut ſi uir dicat vxori ſe nō conſenſiſſe in matrimonium, & mulier incipiat dubitare, tunc non tenetur reddere debitum etiā ſi ille petat. Ratio eſt: Nam vir in hoc cauſa præiudicat ſibi, & amittit ius quod habebat, ergo mulier non tenetur reddere debitum. Ego exiſtimo, & habeo pro certo, q debeo alicui centum, ille verò dicit mihi

C me iam ſoluiſſe, & incipio dubitare, non teneor reddere: quoniā ipſe ſibi præiudicat.

Ad argumenta vtriuſque ſententiæ reſpondetur. Ad primum ut reſpōdeamus & ad alia multa, nota primò, quod nunquam eſt licitum facere contra conſcientiam dubiam. Conſcientia dubia dicitur, quando hic & nunc maneo anceps & dubius an ſit licitum, uel non. Conſcientia enim non dicit habitum, uel potētiam, ſed applicationem actualem ad operandum: & ſicut ſententia nihil aliud eſt, quam applicatio legis ad hoc factū in par-

D ticulari, ita conſcientia dicit applicationem ſcientiæ ad hoc factum in particulari: & ſi in hac applicatione homo maneat dubius & nulli parti inhæreat, peccat mortaliter ſi operatur: unde ſi mulier quæ habet dubiū de ualore matrimonii reddat debitū dubitans an ſit licitum uel non, peccat mortaliter: quod autē diffinimus eſt, quòd tūc recta prudentia debet reddere illam certam, quando applicatur ad operandū quòd poteſt reddere debitum & tenetur: etiā ſi dubitet an uir ſit ſuus.

¶ Secundò. Maximè aduertendum eſt, quod aliquis poteſt eſſe certus de una re quantum

quãtum ad vnam rationem & effectum, & dubius quantum ad aliam. v. g. videt quis rem aliquam à remotis, poteſt eſſe certus ꝙ ſit ens, & dubitare an ſit hõ. Itẽ poſſum eſſe certus quòd habeo ſufficientem diſpoſitionem ad penitentiam, & dubitare an habeam ſufficientem ad Euchariſtiam: & ita coniuges poſſunt habere certitudinem de poſſeſſione dubitare, autẽ de proprietate, Itaq; in dicto caſu certi ſũt de poſſeſſione.

¶ Tertiò eſt aduertendum, quòd aliud eſt dubium ſpeculatiuum, aliud practicum. Speculatiuum eſt, quando agitur de re in abſtracto & vniuerſali, quod dubium perti B net ad intellectum ſpeculatiuum etiam ſi ſit de re operabili, vt cum dubitãt Theologi an aliquis contractus ſit licitus: dubium autem practicum eſt quod pertinet ad intellectum practicum, & verſatur circa rem in particulari modo operabili & executiuo, vt cum quis in particulari & hic & nũc dubitat an opus ſit licitum vel illicitum.

¶ Ad primum ergo reſpõdetur, quòd ad rationem fornicationis non ſufficit accedere ad non ſuam, ſed requiritur, quod accedat ad non ſuam ſcienter, & aduertenter, vt patet in acceſſu Iacob ad Liam, & ita illa C non eſt bona definitio fornicationis, niſi in illa intelligatur dictio, ſcienter. Secũdò dico, quòd illa non accedit ad non ſuum, nam licet dubitet an ſit ſuus quantũ ad proprietatem, eſt tamen certa quòd eſt ſuus quantum ad poſſeſſionem, & ita non accedit ad non ſuum omninò. Dico tertiò, quod dubium quo dubitat an ſit ſuus, eſt ſpeculatiuum, ex dubio autem ſpeculatiuo nõ licet inferre practicum quale ponitur in conſequenti: ſcilicet, ergo dubitat an fornicetur.

¶ Ad confirmationẽ reſpondetur, quòd poteſt aliquis dubitare de antecedẽti, & nõ D de conſequenti. Nam in bona Logica quid quid facit ad difficultatem antecedentis, facit ad bonitatem conſequentiæ, itaq; quanto antecedẽs fuerit difficilius, magis firmatur bonitas cõſequentiæ: & ita ſtat optimè quod dubitet de antecedenti propter maiorem difficultatem, & non de conſequenti. V.g. benè valet, eſt homo, ergo eſt ens, tamen ſi aliquis videat hominẽ a remotis dubitat an ſit homo, & certus eſt ꝙ ſit ens. Itẽ nã in bona conſequentia poteſt antecedens eſſe falſum & conſequens verũ, & ita põt dubitare de antecedẽti, & nõ de cõſequẽti.

A Secundò reſpondetur, ꝙ talis nõ dubitat de antecedenti, niſi quantũ ad proprietatem, nam quãtum ad poſſeſſionem certus eſt ꝙ accedit ad ſuam: nam poſſidet ſine aliquo dubio de poſſeſſione. Tertiò poſſumus dicere, quòd illud dubium de antecedenti eſt ſpeculatiuum, dubium vero conſequentis practicum, ut iam diximus: ex dubio verò ſpeculatiuo non licet inferre dubium practicum. Vltimo dicendum eſt, quod illa non eſt bona conſequentia. Accedit ad non ſuum: ergo fornicatur, niſi in antecedenti ponatur, dictio, ſcienter, vel ex ignorantia culpabili.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quod ille qui reddit debitum non ſe exponit periculo peccandi mortaliter, nam ſecundum rectam prudentiam eſt certus, quod tenetur reddere debitum petenti, quando eſt in poſſeſſione.

¶ Ad tertium reſpondetur, quod in illo caſu tenetur reddere debitum, non tamen poteſt petere: quod intelligitur, ſi maneat intra limites dubii moraliter loquendo, nã ſi nulla ſit uerofimilitudo moralis, quòd matrimonium eſt validum: nec poteſt reddere, nec petere debitum. Et ad primam probationem reſpondetur, quòd non ſemper illud eſt tutius quod eſt probabilius, præcipue ſi vergat in detrimentum tertii. Verbi gratia, Eſt uero ſimile quod illud quod apparet in nemore eſt homo, uero ſimilius tamen eſt quod non, tamen ille qui ſagittat, tenetur non ſagittare & ſequi id quod minus probabile eſt, quoniam licet ſit uero ſimilius quod non eſt homo, ſequendo tamen illud iudicium poteſt inferre iniuriam tertio. Ad ſecundam probationem reſpondetur, quod aliquando tenetur homo ſequi id quod eſt minus probabile, ut patet in exemplo immediate poſito: Item ſi confeſſor audit confeſſionem alicuius hominis qui ſequitur opinionem probabilem, tenetur illum abſoluere, licet oppoſita ſententia ſit probabilior, & ita in caſu tenetur ſequi id quod eſt minus vero ſimile. Ad vltimam probationem reſpondetur, quod quando eſt maior uerofimilitudo quod res aliqua non eſt mea, teneor reſtituere partem ſecundum maiorem veroſimilitudinem attenta poſſeſſione, quod quidem intelligitur ſi res ſit diuiſibilis, ſi autem non ſit diuiſibilis, neque

que poteſt fieri aliqua conuenientia: nihil tenetur reſtituere. Verbi gratia. Si duo petant rem aliquam coram iudice, & in probatione ſit æqualitas, ita ut iudex maneat dubius, & neuter ſit in poſſeſſione, tunc ſi res ſit diuiſibilis, debet præcipere iudex, ut diuidatur iuxta qualitatem dubii: ſi autem indiuiſibilis ſit poterit illam applicare cui voluerit. Item Epiſcopus debet conferre beneficium digniori, ſi autem ſint æque digni, poterit conferre cui voluerit, quoniam beneficium eſt indiuiſibile: in noſtro vero caſu matrimonij res eſt indiuiſibilis, & ita ſi maneat veroſimilitudo quod eſt ſuus vir, tenetur reddere debitum, quoniam eſt in poſſeſſione rei indiuiſibilis. Secũdo reſpondetur & melius, quòd eſt alia clariſſima differentia. Nam qui reſtituit partem bonorum in illo caſu non ſe exponit periculo faciendi alicui iniuriam: at verò qui non reddit debitum in noſtro caſu exponit ſe periculo faciendi alteri iniuriam.

¶Ad quartum reſpondetur, quod ſicut prælatus eſt in poſſeſſione reſpectu ſubditi, ita alius habet poſſeſſionem ſuę famæ, & ex alia parte maius periculum eſt reuelare crimen fratris, ſi eius fama ſit alicuius valoris, quam ſemel non obedire prælato; nam periculum infamiæ eſt perpetuum ſi ſemel reuelet crimen, & ita amittit poſſeſſionem ſuæ famæ perpetuo: ſi autem ſemel non obediat, non amittit poſſeſſionem prælatus perpetuam, & ſic maius malum eſt reuelare crimen, quam non obedire: in noſtro verò caſu maius malum eſt non reddere debitum, ut patet ex dictis.

¶Ad ultimum reſpondetur, ad primum exemplum, quòd eſt clariſſima differentia. Nam maius peccatum eſt & grauius periculum adorare tunc, nam ſi adoret exponit periculo idolatrandi, ſi autem non ſe adoret, vel nullum eſt periculum: quia non tenetur adorare pro tunc, uel ſi tenetur adorare, ſolum ſe exponit periculo inobedientiæ: recta autem ratio dictat, quòd euitemus grauius detrimentum: in noſtro verò caſu grauius periculum eſt non reddere debitum, ut ſæpe dictum eſt. Ad ſecundum exemplum dico, quod eſt manifeſta differentia. Nam in tali caſu filius non habet poſſeſſionem, & propterea poſſum

A illi negare depoſitum, in noſtro vero caſu uir eſt in ſua poſſeſſione, & melior eſt conditio poſſidentis. Ad tertium exemplum reſpõdetur, quod ſi uir dubitet an debeat illi nocere in ſalute corporali non tenetur reddere debitũ petenti, quoniam maius periculum eſt periculum uitæ, & exponit ſe periculo occidendi ſeipſum: at uero non reddendo debitum exponit ſe periculo faciendi iniuriam mulieri, hoc autem nõ eſt tam graue periculum ſicut primum.

¶Secundo reſpondetur, quod tunc non tenetur reddere debitũ, quoniam eſt B periculum vitæ corporalis, at verò in noſtro caſu nullum eſt periculum in ſalute ſpirituali, quoniam qui dubitat, poteſt reddere debitum ſecundum rectam rationem. Ad vltimum exemplum dicitur, quòd qui dubitat an mulier ſit ancilla, tenetur reddere debitum, quòd ſi probetur, quod acceſſit ad ancillam, non probatur ſubinde quod acceſſit ſcienter, ſed acceſſit ex ignorantia inuincibili: hoc intelligitur, quando voluit accedere ad illam antequam ſciret an eſſet ancilla tunc conuincitur, quòd non habuit ſcienter ancillam in vxorem.

C AD argumenta ſecundæ ſententiæ reſpondetur. Ad primum aliqui autores conantur aſſignare aliquas differentias. Prima eſt, quod in aliis rebus quæ vſu conſumuntur, poſſumus adhibere remedium per reſtitutionem, & ideo nullum eſt periculum vti illis, in matrimonio vero nullum eſt remedium, & ideo peccatum eſt vti matrimonio, petendo debitum, quoniam ſe exponit periculo vtendi re aliena ſine aliquo remedio, & reſtitutione. Hæc differentia nulla eſt, nam procedit non ſolum de petitione, verumetiam de redditione debiti: D reddere vero debitum, licitum eſt, vt iam diffiniuimus. Secunda differentia eſt, quoniam retinere alienũ nõ eſt intrinſecè malum, & ideo aliquando licitè fieri poteſt, accedere vero ad non ſuam, eſt intrinſecè malum. Hæc differẽtia impugnatur ab aliquibus autorib. quoniam videtur procedere de redditione debiti, nam in redditione debiti accedit ad non ſuam. Hæc tamẽ differentia videtur mihi probabilis, non. n. eſt eadem ratio de redditione debiti & de petitione. Nam id quod eſt intrinſecè malũ moraliter loquendo, ex ignorantia poteſt eſſe licitum, v. g. mentiri eſt intrinſecè malum,

ſum, tamen ſi quis exiſtimat, quod tenetur dicere mendacium pro ſeruanda uita hominis, mendacium erit licitum: non in rationem mendacii ſecundum quòd habet intrinſecam malitiã, ſed ut eſt mediũ hic, & nunc ut non diſcordemus à conſcientia: ſic in propoſito accedere ad non ſuam licitum eſt ſuppoſita ignorantia inuincibili, non ut eſt acceſſus ad non ſuam, ſed ut eſt medium neceſſarium hic, & nunc ad reddendum debitum, & ad hoc quod alter conſeruetur in poſſeſſione. Vltima ſolutio & melior eſt, quòd qui poſſidet rem, & incipit dubitare, ante factam ſufficientem diligentiam non habet iam perfectam proprietatem ſicut antea, neq; poteſt uti re in omnem uſum, non enim poteſt uendere illam, neque commutare, imò ipſe Magiſter Sotus dicit, quod debet dare partem illi quem exiſtimat uerum dominum, ſi poſt factam ſufficientem diligentiam maneat dubius: ſic in propoſito qui dubitat an vxor ſit ſua, non habet ita abſolutam proprietatem ſicut antea, & ita non poterit vti matrimonio in omnem uſum: poterit itaq; reddere debitum, non tamen petere.

¶ Ad ſecundum, quod illi qui contraxeruut bona fide, ſi modo dubitant, an ſint frigidi, poſſunt ad inuicem accedere, vt experiantur ſuam potẽtiam. Nam hoc eſt ius naturale, & non eſt aliquod aliud mediũ per quod experiantur ſuam potentiam, niſi per acceſſum carnalem, & ſic iure naturali tunc poterunt petere & reddere debitum; nam hoc eſt ueluti medium à natura derelictum ad iſtum finem, & ita illi actus poſſunt honeſtari propter hunc finem: in aliis uerò caſibus non eſt medium neceſſarium petere debitum ad cognoſcendum, vtrum ualidum ſit matrimonium, an non.

¶ Ad tertium reſpondetur, quòd poſt ſufficientem diligentiam debent eſſe certi moraliter loquendo, licet metaphyſicè maneant dubii, quod ſi adhuc maneant dubii moraliter loquendo, propter vim rationum, non mirum quod non poſſint petere nec redderre, & nihilominus maneant alligati vinculo matrimoniali: ſicut ſi alter contrahẽtium incidat in grauem morbum ita ut non poſſit reddere debitum, certum eſt quod alter non poteſt petere: & hoc nõ ſine cauſa, licet ſine culpa.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur, quòd aliud eſt ſeipſum exſpoliare dominio & iure quod habet, & aliud non uti re in omnem vſum. Nam ſecũdum oritur ex natura dubii, eo enim ipſo quòd dubitat rationabiliter, non habet perfectam proprietatem: ex eo verò quòd dubitet non debet abiicere à ſe rẽ, quam poſsidet. Eſt exemplum. Poſsideo rem bona fide, & incipio dubitare, non teneor ſtatim tribuere rem, licet poſsidendo illam exponam me periculo poſsidendi alienum, reddendo verò nulli me periculo expono, ſic tamẽ cũ maximo detrimẽto meo, nõ tamẽ debeo vti re illa in omnem vſum: in propoſito vero quando prælatus mihi præcipit rem difficilem, & ego dubito an habeat ius ad præcipiendum, nõ teneor obedire, quoniam hoc eſſet abiicere à me ius quòd habeo: in noſtro vero caſu de matrimonio nõ eſt abiicere ius, neque dominium, ſed eſt non uti re in omnem vſum, quod ſtatim ſequitur ex ratione dubii: cum non habeam tam perfectam proprietatem ſicut antea.

¶ Circa has duas ſolutiones adhuc eſt difficile dubium. Nam ſi uterque dubitet, neuter poteſt petere debitum; ut diffinitum eſt in præcedentibus, ergo neuter poteſt reddere. Probatur conſequentia. Nam ſi alter peccat petendo, alter reddendo cooperatur peccato illius. Confirmatur: Alius non habet ius ad petendum: ergo alter non tenetur reddere: Conſequentia eſt bona, antecedẽs probatur. Nam nemo habet ius ad peccandum, ſed petendo debitum peccat mortaliter, ergo.

¶ Secundo. Qui dubitat non habet ius ex iuſtitia ad petendum debitum: ergo alter etiam ſi petat, non tenetur reddere. Cõſequentia patet. Nam ideo coniux tenetur reddere debitum, quoniam alius habet ius iuſtitiæ ad petendum. Antecedens probatur. Qui dubitat non habet ius, ſicut antea: ergo non poteſt uti re illa ſicut antea, ac ſubinde non habet ius ad petendum. Cõfirmatur. Qui poſsidet aliquid cum dubio, nõ poteſt uti illo in omnem uſum, quia non perfectam habet proprietatem; ergo qui dubitat de valore matrimonii, non habet ius iuſtitiæ ad vtendum matrimonio in omnem vſum, & ita ſaltem non habet ius iuſtitiæ ad petendum.

¶ Ad hoc dubium reſpondetur, quod in hoc caſu ſi alter petat debitũ, tenetur alius reddere,

reddere, etiam ſi uterque dubitet de valore matrimonii. Probatur hæc ſententia primo. Nam in hoc caſu vterque eſt in poſſeſſione, ergo ſi alter petat debitum, alius tenetur reddere. Probatur conſequentia: Nam ſemper melior eſt conditio poſſidentis in dubiis. Secundò. Si alter coniux habeat votum caſtitatis, & petat debitū, alius tenetur reddere, licet peccet mortaliter petendo debitum, ergo licet in hoc caſu peccet mortaliter petēdo, alius tenetur reddere. Vltimo. Si aliquis petat depoſitum ad diſſipandum illud, depoſitarius tenetur reddere: licet peccet petendo: ergo idē erit in noſtro caſu. B

¶ Ad primum in oppoſitum negatur cōſequentiā. Nam in illo caſu non cooperor peccato illius, ſed facio quod ergo teneor facere, ut patet in exemplis allatis. Et eſt aliud optimum exemplum. Nam ſi peccator petat publicè Euchariſtiam, teneor illi dare, & ergo non cooperor peccato illius, licet ipſe peccet grauiſſimè petendo. Ad confirmationem reſpondetur, ꝙ aliquando poteſt quis habere ius iuſtitiæ ad illud quod eſt peccatum, ut patet in petente debitum, cum habeat uotum caſtitatis, & in peccatore qui publicè petit Euchariſtiam. C

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd ille habet ius iuſtitiæ ad petendum, quoniam eſt in poſſeſſione, quod ſi non poteſt petere, non eſt quia non habet ius iuſtitiæ: ſed quia in dubio exponit ſe periculo fornicandi uel adulterandi ſine neceſſitate. Nec eſt eadem ratio omnino de matrimonio atque de aliis rebus, nam aliæ res vſu conſumuntur, & per venditionem transfertur dominium, & non ſunt indiuiſibiles, matrimonium uerò non eſt diuiſibile, neque vſu cō ſumitur: & ita in aliis rebus qui dubitat nō habet ius iuſtitiæ ad vtendum re in omnem vſum: in matrimonio verò qui dubitat, habet ius iuſtitiæ ad petēdum, licèt peccet mortaliter petendo, & per hoc patet ad confirmationem. D

¶ Ad vltimum principalis dubii reſpondetur, ꝙ eſt maxima differentia inter opinionem & dubium. Qui enim dubitat non aſſentitur alicui parti, ſed manet anceps & dubius: qui uerò habet opinionem, habet aſſenſum cum formidine tamen, & iſte aſſenſus formidoloſus poteſt reddere illum certum quod ita ſit operandum: dubium autem cum non dicat aſſenſum nec diſſenſum non reddit illum certum.

¶ Circa hoc poterat eſſe dubiū, quid ſit faciendum quando quis habet opinionem de ualore matrimonii. De hoc tamen diſputatur 1. 2. quæſt. 19. artic. 6.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm oporteat conſenſum per uerba de præſenti exprimi.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod non oportet conſenſum per uerba de præſenti exprimi, quia ſicut per matrimonium redigitur homo in poteſtatem alterius, ita per uotum: ſed uotum obligat quoad Deum etiam ſi non exprimatur uerbis, ergo & conſenſus facit matrimonii obligationem etiam ſine expreſſione uerborum.

¶ 2 Præterea. Matrimonium poteſt eſſe inter aliquos qui ſuum conſenſum ſibi mutuò uerbis exprimere non poſſunt, quia vel ſunt muti vel diuerſarum linguarum: ergo expreſſio conſenſus per uerba non requiritur ad matrimonium.

¶ 3 Præterea. Si omittatur illud ꝙ eſt de neceſſitate ſacramenti quacunq; ex cauſa, non eſt ſacramentum, ſed in aliquo caſu eſt matrimonium ſine expreſſione uerborum ſicut quando puella tacet præ uerecundia, parentibus eam uiro tradentibus: ergo expreſſio uerborū non eſt de neceſſitate matrimonii.

SED contrà. Matrimonium eſt ſacramentum quoddam, ſed in omni ſacramēto requiritur aliquod ſenſibile ſignum: ergo & in matrimonio, & ita oportet ibi eſſe ſaltem uerba exprimentia ſenſum ſenſibiliter.

¶ Præterea. In matrimonio fit cōtractus inter uirum & mulierē, ſed in quolibet cōtractu oportet eſſe expreſſionem uerborum quib. ſe inuicē homines obligent: ergo et in matrimonio oportet eſſe conſenſum per uerba expreſſum.

Reſpondeo

RESPONDEO dicendum, quòd (ſicut ex dictis patet) coniunctio matrimonialis fit ad modum obligationis in contractibus materialibus, & quia materiales contractus non poſſunt fieri niſi ſibi inuicem voluntatem ſuam uerbis promant qui contrahunt: ideo etiam oportet, quòd conſenſus matrimonium faciẽs verbis exprimatur, ut expreſſio verborum ſe habeat ad matrimonium ſicut ablutio exterior ad baptiſmum.

AD primum ergo dicendum, quòd in uoto non eſt aliqua ſacramentalis obligatio, ſed ſpiritualis tantum: & ideò non oportet, ꝙ fiat ad modum materialium contractuum ad hoc quod obliget, ſicut eſt de matrimonio.

AD ſecundum dicendum, ꝙ quamuis non poſſint uota ſua mutuo uerbis tales exprimere, poſſunt tamen exprimere nutibus, & tales nutus pro uerbis computantur.

Li. 2. de ſacra. p. 11. c. 4. *AD tertium dicendum ſicut dicit Hug. de ſancto Vict. eos qui coniunguntur ſic oportet conſentire, vt inuicem ſe ſpontanea recipiant, quod indicatur fieri ſi in deſponſatione non contradicant: vnde uerba parentum computantur in caſu il lo ac ſi eſſent puellæ, ſunt enim ſufficiens ſignum quòd ſunt eius, ex quo non contradicit.*

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio eſt affirmatiua. Ratio huius concluſionis eſt. Nam alii contractus materiales non poſſunt fieri, niſi contrahentes ſuam voluntatem verbis explicent: ergo contractus matrimonialis fieri non poteſt, niſi per verba, quæ explicent conſenſum. Ex quo infert Diuus Thomas, quod expreſſio verborum ſe habet ad matrimonium, ſicut ablutio exterior ad baptiſmum. Nam ſicut ablutio exterior habet rationem materię in ſacramento baptiſmi: ita etiam expreſſio exterior conſenſus in ſacramento matrimonij.

Circa iſtum articulum eſt primum dubium, an concluſio Diui Thomæ ſit vera. Et videtur vera pars negatiua huius dubii. ¶Primo arguitur ex ipſo iure. Nam in cap. ſufficiat 27. quæſtione 2. expreſsè dicitur, quod ſolus conſenſus ſufficit ad matrimonium; & capit. cum locum. & ca. tuæ fraternitati, de ſponſalibus & matrimoniis manifeſtè dicitur, quod verba non ſunt neceſſaria ad matrimonium: & in Concilio Florentino in decreto de vnione Armenorum loquendo de hoc ſacramento, dicitur, quod uerba regulariter loquendo ſunt neceſſaria ad matrimonium: ergo concluſio D. Thomæ non eſt uera. Ca. ſufficiat, 27. q. 1. ca. cum locum, ca. tuæ fraternitati, & ſpõſal.

¶Secundò arguitur. Homo poteſt ſe obligare Deo per conſenſum internum ſine aliquo ſigno exteriori, ut cõſtat manifeſtè in uoto quod fit Deo mente, ſine aliquo ſigno externo & ſine uerbis: ergo poterit ẽt obligari in ordine ad alterum hominẽ ſine uerbis externis, per ſolum internum conſenſum. Probatur conſequentia, nam videtur eſſe eadem ratio.

¶Tertio. Homo habet dominum rerũ ſuarum & facultatem ſui corporis per liberum arbitrium, vt determinatur in Secunda Secundæ, in materia de dominio: ergo per poteſtatem liberi arbitrii ſine aliquo ſigno exteriori, & ſine uerbis poterit homo transferre dominium, & facultatẽ ſui corporis. Probatur conſequentia. Nam per illud per quod aliquis habet dominium alicuius rei, poteſt etiam transferre dominium illius rei.

¶Quarto arguitur. Homo poteſt donare rem per conſenſum internum ſine aliquo ſigno externo: ergo poteſt tradere ſe ipſum in matrimonio. Conſequẽtia eſt bona, antecedẽs probatur. Nã ſi quis habeat internã uoluntatem donandi Petro centũ, & Petrus accipiat illa centum, nõ furatur, ergo illa centum erant ſua. Conſequentia patet, antecedens probatur. Nam furtum eſt acceptio rei alienæ inuito domino, ut diffinit D. Tho. 2. 2. q. 66. iſte vero non eſt inuitus, ut patet, ergo.

His non obſtantibus concluſio ſit, quod doctrina Diui Thomę eſt veriſſima, & hanc ſententiam tenent omnes Scholaſtici & Iuriſperiti. Probatur concluſio primo ex diffinitione Concilii Florentini loco iam citato, & ex capit. penultimo, de ſponſalibus. Item, nam in ſacris Scripturis obligatio, qua unus homo obli- ca. pen. de ſponſal.

ratur alteri, attribuitur verbis & ſignis externis, vt patet Prou. 6. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus ſermonibus proprijs, ergo.

Prou. 6.

¶Secundò probatur euidenti ratione. Nam matrimoniũ eſt contractus mutuus inter virum & fœminam, ſed contractus mutuus non poteſt fieri, niſi ſignis externis, ergo. Minor probatur. Nam homines non ſe intelligunt mutuo, niſi ſignis externis. Confirmatur. Nam homo in traditione ſui ipſius ordinatur ad alium hominẽ ſenſibiliter & politicè, ſicut in traditione alterius rei, ſed non poteſt ordinari ad alium ſenſibiliter & politice, niſi per ſignum externum: ergo.

¶Aduertendum eſt tamen primò, quòd cùm homo conſtat ex corpore & anima, inter inſtrumenta, quibus mediantibus homo ordinatur ad alium, debet conſtare ex aliquo veluti corporeo, & aliquo veluti ſpirituali, & ita voces & ſigna externa ꝑ quæ ordinatur homo ad alterum hominem, debent conſtare ex aliquo corporeo & materiali, & ex aliquo veluti ſpirituali, ſcilicet, ſignificatione, quæ in ipſa voce vel ſigno reperitur.

¶Secundo notandum eſt, quod ad matrimonium non ſunt neceſſaria verba, ſed ſufficiunt aliqua ſigna externa quibus mediantibus homo explicet proprium conſenſum, vnde inter mutos poteſt eſſe matrimonium, vt diffinitur c. cum apud ſedem, & cap. tuæ fraternitati, de ſponſalibus. imò in illis qui poſſunt loqui non ſunt neceſſaria verba, vt expreſſè diffinit Diuus Thomas hic ad tertium. Nam ſi quis explicet proprium conſenſum, non quidem verbis, ſed alijs ſignis, validum erit matrimonium.

Ca. cum apud ſedẽ, cap. tuæ fraternitati, de ſponſ.

¶Vltimò aduertendum eſt, quod concluſio Diui Thomæ non ſolum eſt intelligẽda de matrimonio in ratione cõtractus, verùm etiam in ratione ſacramẽti. D. Th. in omnibus iſtis quæſtionibus ſupponit iam vtramq; rationem matrimonii, & ita in Concilio Florentino, decreto de vnione Armenorum, vbi loquitur de matrimonio vt ſacramentum, dicitur, quod conſenſus regulariter expreſſus per verba, eſt cauſa efficiens matrimonij. Et hoc patet Nã quodlibet ſacramentum noue legis (vt ſupra dictum eſt) debet eſſe ſignum ſenſibile, unde

A verba, vel ſigna externa non ſolum ſunt neceſſaria vt matrimonium ſit notum & manifeſtum eccleſiæ, ſed etiam ſunt neceſſaria tanquam aliquid de eſſentia uel neceſſitate ſacramenti: nam ſine ſigno aliquo ſenſibili non poteſt ſaluari ratio ſacramenti nouæ legis.

¶Ex quo ſequitur primo, ꝙ licet Deus reuelaret alicui conſenſum alterius, non eſſet uerum matrimonium. Ratio eſt: quoniam non eſſet ibi ſignum aliquod ſenſibile, unde uerba uel ſigna externa non ſe habent ut conditio, ſine qua non, ad rationẽ B matrimonii: nam de eſſentia & ratione matrimonii, præcipuè in ratione ſacramenti, ſunt ſigna aliqua externa.

¶Secundo ſequitur, quod ſine ratione aliqua, aliqui moderni Theologi imputãt Magiſtro Soto quòd dixerit, uerba uel ſigna habere rationem puræ conditionis, cùm tamen Magiſter Sotus apertè oppoſitum dicat.

AD argumenta facta in principio, reſpondetur. Ad primum argumentum reſpondetur, quod cum Pontifices dicunt, quod ſufficit nudus conſenſus C ad rationem matrimonii, non excluditur à neceſſario concomitantibus, ſed tantum ab illis, quæ non neceſſario concomitantur: excluditur enim conſenſus parentum, uel benedictiones nuptiales, uel copula carnalis, imo in eo quod dicunt, quod requiritur mutuus conſenſus, diffiniunt quod requiruntur uerba uel ſigna aliqua externa: nam mutuus conſenſus eſſe nõ poteſt ſine verbis uel ſignis externis. Et ad aliud reſpondetur, ꝙ Pontifex & Concilium Flórentinũ, loquuntur de uerbis ut condiſtinguũtur contra alia ſigna externa, uerba aũt D ut ſic, non ſunt neceſſaria ad ſubſtantiam matrimonii: ſunt tamen neceſſaria aliquando ad obuiandum litibus in foro externo, imo regulariter & communiter matrimonium fieri debet per uerba, ut dicit Conc. Florent.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondet D. Th. in ſolutione ad primum, quod obligatio quæ eſt in matrimonio non poteſt fieri ſine aliquo ſigno externo, quoniam illa obligatio eſt ſacramentalis, ac ſubinde fieri debet per ſignum aliquod ſenſibile obligatio uero quæ fit per uotum non eſt obligatio ſacramentalis, & ideo poteſt fieri ſine

ſigno

ſigno aliquo exteriori & ſenſibili. Secundò reſpondetur, quòd Deo fieri poteſt obligatio per conſenſum internum ſine aliquo ſigno exteriori, quoniam Deus cognoſcit cogitationes cordiũ, & intuetur ipſum cor, & ita homo per actum internum poteſt ordinari in ordine ad ipſum Deum: homo autem non poteſt cognoſcere cogitationes cordium, neque ordinari ad alium hominem, niſi per ſigna externa, & ita non poteſt fieri obligatio alteri homini, niſi ſignis externis.

¶Ad tertium argumentum reſpõdetur, quòd homo per facultatem ſui liberi arbitrij habet facultatem & poteſtatem ſui corporis, vel ſaltem per talem facultatem liberi arbitrii poteſt illam transferre, non tamẽ poteſt illam transferre in alium, niſi ad aliũ ordinetur ſenſibiliter & politicè, quod fieri nõ poteſt ſine ſignis ſenſibilibus: quod præcipuè habet verum loquendo de matrimonio in ratione ſacramenti, non enim poteſt transferre poteſtatem ſui corporis ſacramentaliter, niſi per ſigna externa.

¶Ad quartum argumentum reſpondetur, quòd matrimonium non eſt validum, niſi explicetur ſignis externis. Et ratio eſt: Nam matrimonium eſt mutuus contractus, qui non poteſt fieri ſine ſignis externis. Et de ſimplici promiſſione non eſt eadem ratio, quoniam non eſt mutuus contractus, licèt probabilius ſit, quòd non obligat niſi ſignis externis exprimatur. De quo videte Magiſt. Soto, in 4. de iuſtitia & iure, q. 5. art. 1.

Eſt ſecundum dubium. Vtrum in his qui commodè loqui poſſunt, uerba ſint neceſſaria ad matrimonium, præcipuè in ratione ſacramenti: ita vt non valeat ſacramentum, etiam ſi aliis ſignis externis explicetur conſenſus. Et videtur quòd non valeat ſacramentum. ¶Primò arguitur ex Concilio Florentino in loco citato in dubio præcedenti, vbi expreſsè dicit, quòd omnia ſacramenta nouæ legis debent conſtare uerbis vt forma, ſed matrimonium vt iam diffinitum eſt ſupra, quæſtione 42. art. 1 eſt uniuocè ſacramentum cum omnibus aliis ſacramentis nouæ legis: ergo vt matrimonium ſit ualidum, ſaltem in ratione ſacramenti, requiruntur uerba. ¶Confirmatur argumentum ex Innocentio III. in capitulo, tuæ fraternitati, de ſponſalibus & matrimoniis, ubi diffinit neceſſaria eſſe uerba quoad eccleſiam: ergo uerba ſunt neceſſaria ut matrimonium ſit ualidum in ratione ſacramenti.

cap. tuæ fraterni. de ſponſal.

Secundò arguitur, quia aliàs ſequeretur, quòd forma ſacramenti pœnitentiæ & aliorum ſacramentorum, poſſet conſtare ſine uerbis, conſtituendo alia ſigna loco uerborum. Conſequens autem eſt falſum, ut apertè conſtat; ergo & illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Quoniam in ſacramento matrimonii loco uerborum poſſunt conſtitui alia ſigna, ergo etiam in omnibus aliis ſacramentis.

B

¶Vltimò arguitur ex doctrina D. Thomæ in hoc articulo, ubi expreſsè dicit, quòd conſenſus matrimoniũ faciens oportet vt uerbis exprimatur, & ſtatim ſubdit: expreſſio uerborum ſe habet ad matrimonium, ſicut ablutio exterior ad baptiſmum: ergo in doctrina Diui Thomæ uerba ſunt neceſſaria ad matrimonium: ſicut ablutio externa eſt neceſſaria ad baptiſmum.

¶In hac difficultate gloſſa capit. tuæ fraternitati, de ſponſalibus & matrimoniis. tenet eſſe neceſſaria uerba, ita, ut ſine uerbis non conſtituatur ſacramentum matrimonii. Eandem ſententiam tenent aliqui alii Iuriſperiti.

C

¶Prima concluſio. Verba non ſunt neceſſaria ad eſſentiam ſacramenti matrimonii, etiam in his qui commodè loqui poſſunt, ſed ſufficit, quod explicetur conſenſus aliis ſignis externis. Hoc tenet Soto loco citato, articulo 3. Martinus de Ledeſma, quæſtione 47. articulo 2. Magiſter Cano, libro 8. de locis Theologicis, capit. 5. ad tertium. Palud. in 9. diſt. 27. quæſt. 2. articulo 3. Syluefter, uerbo, matrimonium, 2. quæſtione 7. ubi dicit eſſe communem ſententiam. Nauarro in Manuali, capitulo 22. numero 2. Couarruuias ſuper 4. Decretaliũ, parte 2. cap. 4. numero 1. Et probatur ratione: quia aliàs ſequeretur, quod matrimonium contractum inter mutos, nullum eſſet, quod eſt contra cap. tuæ fraternitati, citatum, imò Concil. Florent. inſinuat, quod uerba non ſunt de neceſſitate ſacramenti, cũ dicit, quod requiritur regulariter quod conſenſus explicetur per uerba: tamen ſi eſſent de neceſſitate ſacramenti uerba, ſemper eſſent neceſſaria.

D

¶Secunda concluſio. In his qui commo-

L de

de poſſunt loqui, uerba ſunt neceſſaria ad matrimonium de neceſſitate præcepti eccleſiaſtici. Hæc concluſio colligitur ex cap. ſi inter. de ſponſal. ubi dicitur, quòd contrahentes matrimonium debent uti uerbis cōſuetis, uidelicet, accipio te in meam, accipio te in meum. idem colligitur ex cap. tuæ fraternitati, eodem titulo. ubi hoc tanquā certum præſupponitur, & conſtat ratione. Nā cū contractus matrimonii ſit grauiſſimus, oportet quòd conſenſus explicetur modo commodiori, itaque non ratione cōtractus, nec ratione ſacramenti, ſed ratione Eccleſiaſtici præcepti ſunt neceſſaria uerba ad matrimonium.

ca. ſi inter, de ſponſ.

ca. tuæ fraternitati, de ſponſ.

¶Tertia concluſio. Etiam illi qui commodè loqui poſſunt, non peccant mortaliter, ſi non utantur uerbis, ſed ut plurimum peccant uenialiter. Ratio eſt: nam ex eo ꝙ non utantur uerbis non ſequitur aliquod maximum inconueniens, ergo non poteſt eſſe mortale.

¶Ad primum argumentum reſpondetur, quod cum Concilium docet, quod ſunt neceſſaria verba, ipſum Concilium ſe explicat dicendo, regulariter, vbi ſignificatur, quòd verba non ſunt de neceſſitate ſacramenti. Ad confirmationem reſpondetur, quòd Pontifex ibi loquitur de neceſſitate præcepti eccleſiaſtici, non de neceſſitate ſacramenti.

¶Ad ſecundum reſpondetur, quòd ut patet ex ſupradictis, in ſacramento matrimonij non ita ſunt determinata verba, ſicut in aliis ſacramentis, imò non ſunt determinata; & ita alia ſacramenta non poſſunt confici ſine uerbis, bene tamen hoc ſacramentum.

¶Ad tertium argumentum reſpondetur quòd nomine uerborum D. Th. intelliguntur ſigna quædam ſenſibilia, quoniam uerba primum locum obtinent inter ſigna ſenſibilia. Itaque D. Tho. ſignificat, quod cum hæc obligatio matrimonialis ſit ſacramētalis, debet fieri per ſignum aliquod ſenſibile & ſicut in baptiſmate eſt neceſſaria ablutio externa ſenſibilis, quæ habet rationem ſacramēti, ita etiam in matrimonio eſt neceſſaria expreſſio ſenſibilis interioris conſenſus quæ habet rationem ſacramenti.

EST tertium dubium, quādo puella quæ contrahit matrimonium præ uerecundia tacet, & pater reſpondet pro ea, an A hoc ſufficiat, ut ſit uerum matrimonium & ſacramentum. In hac re difficultas oritur ex duplici capite. Primū eſt ex parte puellæ an ſufficiat taciturnitas, an verò requiratur aliquod aliud ſignū ex parte illius. Secundum caput eſt ex parte proferentis uerba loco ipſius puellæ, an neceſſario debeat eſſe pater, an uerò ſufficiat quod ſit quælibet alia perſona etiam extranea.

¶In qua re ſunt uariæ ſententiæ. Prima ſententia eſt quæ aſſerit, quod ex parte puellæ ſufficit taciturnitas: dicit tamen ꝙ ut ualidum ſit matrimonium, requiritur quod perſona reſpondens ſit pater, uel tutor, uel conſanguineus aliquis, & quòd non B erit ualidum matrimoniū ſi ſit aliqua perſona extranea. Hanc ſententiam tenet Palud. in 1. diſtinctione 27. quæſtione 2. articulo 3. Ricard. articulo 1. quæſtione 3. & D. Thom. in hoc articulo ad tertium, uidetur inſinuare hanc ſententiam, cum dicit, ꝙ poteſt fieri matrimonium tacente puella: & ponit exemplum, ſi pater conſentiat pro ea.

¶Hæc ſententia probatur primo ex cap. unico. de deſponſatione impuberum in 6. ubi dicitur ualida eſſe ſponſalia quæ cōtrahit pater pro filio, tacente filio & præſente. C Ex quo deſumitur argumentum, quòd taciturnitas non eſt ſignum conſenſus, niſi in caſibus expreſſis à iure, ſed tantum unicus caſus exprimitur à iure, ſ. quando tacet filius, & reſpondet pater pro eo, ergo. Et quamuis iſte textus ſolum loquatur de ſponſalibus, Doctores tamen colligunt eſſe eandem rationem atque de matrimonio. Confirmatur: Nam regula 43. de regulis iuris in ſexto, licèt dicatur, quod qui tacet conſentire uidetur, tamen regula 44. ſtatim dicitur. Qui tacet non fatetur; ſed neque hoc ipſum negare uidetur, ergo.

ca. unico, de deſpon. impub. in 6.

Reg. 43. de reg. iur. in 6. & regu. 44.

D ¶Secundò arguitur ex differentia quæ eſt inter patrem & alios extraneos. Nam filius eſt ueluti pars patris, & cenſetur idem cum patre, extraneus uerò minimè induit hanc rationem: ergo maxime conueniens eſt, ꝙ ſi pater reſpōdet pro puella, ualidum ſit matrimonium, non uero ſi reſpondeat aliquis alius.

¶Secunda ſententia eſt, quòd in foro interiori ſemper illud matrimonium eſt ualidum, ſiue reſpondeat pater pro puella, ſiue alius, ſuppoſito quod puella habet conſenſum.

ſum: Hanc ſententiam tenet Magiſter Sotus diſt. 27. quæſt. 1. art. 3. paulo poſt ſecũdam concluſionem, & probatur. Nam quotieſcunque eſt conſenſus internus ſi exprimatur per ſignum externum, validũ eſt matrimonium, ſed ita ſit hic: ergo, Dicit tamẽ quod in foro externo non reputabitur validum ſi perſona, quæ reſpondet ſit extranea Hanc ſententiam tenet Gabriel in ſupplemento. 4. diſt. 21. quæſt. 2. art. 2.

¶Tertia ſententia aſſerit, quòd ſola taciturnitas puellæ non ſufficit ex parte illius, ſed requiritur ex parte puellæ aliquod ſignũ ſenſibile quod habeat rationem ſacramenti; itaque in conſcientia non erit validũ niſi hoc adſit. Hanc ſentẽtiã tenet Gabriel loco immediate citato & aliqui moderni, & probant hanc ſententiam. Nam ſacramẽtum nouæ legis debet eſſe ſignum ſenſibile, ſed taciturnitas nõ habet rationem ſigni ſenſibilis: ergo.

¶Concluſio ſit. Prima ſententia eſt probabilior quantum ad hoc quod præter taciturnitatem nihil aliud requiritur ex parte puellæ; ſed quoad perſonam loquentẽ pro puella veroſimilior ſententia eſt ſecunda, quod in foro conſcientiæ ſufficit quod ſit perſona extranea, quæ reſpondet: & hæc ſententia videtur eſſe maximè ad mentem D. Thomæ: Prima pars probatur. Nam illa taciturnitas puellæ cum illis circunſtantiis temporis & perſonæ reſpondentis pro ea eſt ſufficiens ſignum ſenſibile ſignificans internum conſenſum ergo eſt validum matrimonium etiam in ratione ſacramenti. Conſequentiam patet, antecedẽs probatur, quoniam taciturnitas cum illis circunſtantiis æquiualet uerbis affirmantibus, & moraliter loquendo ita eſt, quod illa mulier ſe habet ac ſi externè conſentiret. Secunda pars probatur argumento ſecundæ ſententiæ.

VNde ad argumenta facta pro prima & tertia opinione inquãtum contradicũt noſtræ concluſioni reſpondetur. Ad primum argumetum reſpondetur primo, quod forte illud argumentum ſolum conuincit, quod in foro externo non reputabitur validum matrimonium, quando reſpondet extraneus pro puella. Secundo reſpondetur, quòd licet ibi ponatur exẽplum de parte reſpondente pro filio, non tamen dicit textus, nec colligitur ex illo ꝙ ſi reſpondeat aliquis extraneus, non ſit vali-

A dum matrimonium, nam (ut diximus) non eſt attendendum ad qualitatem reſpondentis quoad uerum conſenſum fœminæ explicatum per ſignum externum. ¶Ad confirmationem reſpondetur, quod ex circunſtãtiis quæ tunc occurrũt. habet uerum illa regula, qui tacet conſentire uidetur: alia uerò regula debet inteligi loquendo abſolutę, & ſine iſtis circunſtãtiis: tunc enim qui tacet, neque affirmat, neque negat.

¶Ad ſecundum reſpõdetur, ꝙ quamuis pater habeat maiorem affinitatem cũ filia, non tamen inde ſequitur, quod ſi filia explicet proprium cõſentum per extraneum B non ſit validum matrimoniũ. Ad argumentum tertiæ ſententiæ reſpondetur, quod ex circunſtantiis iam dictis illa taciturnitas eſt ſignum ſenſibile ſufficiens interioris conſenſus.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm cõſenſus expreſſus per uerba de futuro faciat matrimonium. C

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd conſenſus expreſſus ꝑ uerba de futuro matrimonium faciat, q̃a ſicut ſe hẽt preſens ad preſens, ita futurũ ad futurũ, ſed cõſenſus per uerba de preſenti expſ̃ſus facit matrimonium in præſenti: ergo conſenſus expreſſus per uerba de futuro facit matrimonium in futuro. D

¶ 2 *Præterea. Sicut in matrimonio, fit quedam obligatio per uerba exprimenta conſenſum ita & in aliys ſimilib. ſed in aliys contractib. non differt utrũ per uerba de pſ̃enti uel de futuro obligatio fiat: ergo nec in matrimonio differt.*

¶ 2 *Præterea Per votum religionis homo contrahit matrimonium ſpirituale, ſed uotum religionis fit per uerba de futuro & obligat: ergo & ſimiliter põt fieri matrimoniũ per uerba de futuro.*

SED contrà eſt, quia ille qui conſentit in

tit in aliquā per uerba de futuro: & poſtea cum alia per uerba de præſenti, ſecundum iura debet habere ſecundam uxorem ſed hoc nō eſſet ſi conſenſus per uerba de futuro faceret matrimoniū, quia ex quo initiatur eſt matrimoniū cum una, & ea uiuente nō pōt contrahi cum alia: ergo conſenſus per uerba de futuro non facit matrimonium. ¶ Præterea. Qui promittit aliquid ſe facturum, nondum facit illud ſed qui conſentit per uerba de futuro, promittit ſe cum aliqua contracturum matrimonium: ergo non contrahit adhuc cum illa.

RESPONDEO dicendum, quòd cauſæ ſacramentales ſignādo efficiunt, unde hoc efficiunt quod ſignant, quia cum aliquis conſenſum ſuum per uerba de futuro exprimit, non ſignat ſe facere matrimonium, ſed promittit ſe facturum: ideo talis expreſſio conſenſus non facit matrimonium, ſed reſponſionem eius, quæ ſponſalia nominantur.

AD primum ergo dicendum, quòd cum cōſenſus exprimitur per uerba de præſenti, verba ſunt præſentia, & in præſens conſentitur pro eodem tempore. ſed quando conſenſus fit per verba de futuro. uerba ſunt præſentia ſed conſentitur in futurum: & ideò non pro eodem tempore, & propter hoc eſt ſimile.

AD ſecundum dicendum, ꝙ etiam in alijs contractibus qui verbis futuris utitur non transfert poteſtatem rei ſuæ in alterum, ut ſi dicat: Dabo tibi: ſed ſolum quando uerbis præſentibus utitur.

AD tertium dicendum quòd in uoto profeſſionis actus ſpiritualis matrimonij per uerba de futuro exprimitur, ſcilicet obedientia, uel obſeruantia regulæ, & non ipſum matrimonium ſpirituale: ſi autem ſpirituale matrimonium in futurum uoueatur, non eſt uotum ſpirituale, quia nondum ex hoc aliquis eſt monachus, ſed ſe futurum monachum pollicetur.

A

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio eſt negatiua. Ratio huius concluſionis eſt. Nam cauſæ ſacramētales efficiunt quod ſignificant, quia efficiunt ſignificando, ſed cum aliquis exprimit conſenſum per uerba de futuro, nō ſignificat ſe efficere matrimoniū, ſed ꝓmittit ſe facturum illud: ergo reuera non efficit matrimonium: & hæc ratio procedit de matrimonio inquantum ſacramentum. Nihilominus tamen accommodari poteſt ad matrimonium inquantum eſt quidam contractus naturalis.

B

Circa iſtum articulū eſt aduertendū, quod hæc concluſio cōſtat apertè ex dictis ſupra in quæſt. 43. de ſponſalib. & ex concil. Florent. in loco ſæpe citato, ubi dicitur, quod cauſa efficiēs matrimonii eſt mutuus conſenſus per uerba de præſenti regulariter expreſſus, & idem habetur in cap. ſi inter uirum, de ſpōſalibus & matrimoniis. ca. ſi inter uirū, deſpona libus.

¶ Eſt primum dubium, an omnia verba de præſenti, & ſola, faciant matrimonium, & nulla de futuro. Et ratio dubitādi à parte

C

negatiua eſt: Nā ſi quis dicat, uolo te habere in uxorem, uel cupio eſſe maritus tuus, uerba ſunt de præſenti, ut manifeſte cōſtat, & tamen non ſufficiunt ad rationem matrimonii: ergo verba de præſenti nō ſufficiūt ad matrimonium. ¶ Item, ſi quis dicat ex nunc habebo te in uxorē, & alius dicat eadem uerba, uerum efficitur matrimonium, ut diffinitur in cap. ex parte, de ſponſalib. cap. ex parte de ſponſal. ergo verba de futuro ſufficiūt ad matrimonium. De hac difficultate diſputat Palud. in 4. diſt. 27. quæſt. 2. artic. 4. quam explicat optime Adriā. in. 4. in materia de matrimonio. fol. 205. dubio 13. Syluest. uerbo, matrimonium 2. quæſt. 10. dicto 6. Couarru. 4. decret. par. 2. cap. 4. §. 1. num. 4. Mart. de Ledeſma, quæſt. 47. arti. 3. & Magiſter Sotus diſt. 27. quæſt. 1. ar. 3. concl. 1. & quæſt. 2. ar. 1. poſt ſecundam concluſionem.

D

¶ Ad huius rei explicationem aduertendum eſt primo, quod quædam uerba ſunt de præſenti omnino, & ſecundū cadentiam Grammaticalem, & ſecundum ſenſum qui oritur ex omnibus dictionibus talis orationis. Alia uero uerba ſint omnino de futuro & in uoce & in ſenſu, & de iſtis nulla eſt difficultas. Sed dicendum eſt, quod per talia

lia

lia verba de præſenti cõtrahitur matrimonium, & per talia verba de futuro non contrahitur matrimonium, ſed contrahuntur ſponſalia, vt iam ſupra dictum eſt. Sunt tamen alia verba quæ quamuis ſecundum cadentiam Grammaticalem ſint de pręſenti, tamen ſecundum ſenſum qui procedit ex adiunctione alicuius particulę, ſunt de futuro, ſicut cum quis dicit fœminæ, contraho tecum pro anno futuro. Alia verò ſunt verba quæ in cadẽtia Grammaticali ſunt de futuro, ſed in ſenſu prouenit ex adiunctione alicuius particulæ de præſenti, faciunt ſenſum de præſenti, & ſunt de præſenti, vt ſi Petrus dicat Mariæ, ex nunc habebo te in meam: & illa pariter reſpondeat.

¶Secundò notandum eſt, quòd ſunt alia verba de præſenti ſecundum vocem Grammaticalem, ſed in ſenſu ſunt dubia & æquiuoca: ſicut ſi Petrus dicat Mariæ, volo vel cupio te eſſe meam, & illa pariter reſpondeat: hæc enim verba de præſenti poſſunt habere duplicẽ ſenſum. Primus ſenſus eſt, Conſentio te habere vxorem, vel vt ſis mea vxor: qui quidem ſenſus eſt de præſenti. Secundus ſenſus eſt. Cupio te habere in vxorem: qui quidem ſenſus eſt de futuro.

¶Quibus poſitis eſt prima cõcluſio. Quãdo verba ſunt in voce de præſenti, ſed in sẽſu ſunt de futuro, propter aliquam particulã adiectam, non eſt validum matrimoniũ ſz, ſed ſi ibi fuit intentio ſe obligandi, erũt ſpõſalia de futuro. Hanc conc. docet Palud. vbi ſupra, art. 4. concl. 4. & eam tenent expoſitores D. Tho. hic, imo hæc videtur eſſe mens D. Tho. in hoc articulo.

¶Probatur primo, quia quamuis verba ſint de præſenti, propoſitio tamen & ſi ſenſus propoſitionis nõ eſt de præſenti, ſed de futuro: ergo huiuſmodi verba non ſunt de præſenti abſolutè loquendo, ac ſubinde nõ efficiunt matrimoniũ; ſed ſponſalia. ¶Confirmatur argumentum. Nam uerba habent vim obligandi quatenus exprimunt conſenſum, nam ſicut verba habent vim ſignificandi quatenus exprimunt internum conceptum, ita habent uim obligandi quatenus exprimunt internum cõſenſum: ſed illa verba quamuis in voce ſint de præſenti, explicant conſenſum de futuro: ergo non ſufficiunt ad efficiendum matrimonium, ſed efficiunt ſponſalia de futuro.

¶Secundo probatur cõcluſio. Nã ſi quis

A dicat alteri uolo tibi uendere agrũ meum & alius dicat, ego uolo emere agrum tuum hæc uerba ſunt de præſenti in uoce, tamen nulla naſcitur obligatio, neque fit uerus cõtractus: ergo neque in noſtro caſu fit uerũ matrimonium. ¶Confirmatur argumentũ. Nam ſi quis dicat, uolo eſſe religioſus, non naſcitur ſtatim aliqua obligatio, neque fit ſtatim religioſus: ergo neque in noſtro caſu erit ualidum matrimonium.

¶Secunda concluſio. Quando uerba ſunt in uoce de futuro, ſed in ſenſu ſunt de præſenti, propter aliquam dictionem additam, ualidum eſt matrimonium. v. g. Ex nunc habebo te in meam. Hanc conc. docet Palu. in
B dicta conc. 4. & Magiſter Sotus vbi ſupra, & omnes expoſitores D. Thomæ.

¶Probatur primo ex capitu. ex parte, de ſponſalibus & matrimonijs, ubi expreſsè hoc determinatur; ergo. Secũdo probatur: quia illa propoſitio conſtans ex ſimilibus uerbis, formaliter loquendo eſt de præſenti: ergo facit ualidum matrimonium. Conſequentia eſt bona & antecedens probatur: Nã illa uerba explicant conſenſum de præſenti. Nam (ut optimè deducit Palud.) ſi ex
C nunc habet illam pro uxore: ergo conſentit ex nunc eam eſſe uxorem ſuam. ¶Cõfirmatur argumentũ. Nam uerba habent uim obligandi quatenus explicant conſenſum de præſenti, igitur cum uerba illa explicent cõſenſum de præſenti, faciunt ualidum matrimonium.

Cap. ex parte, de ſponſ.

¶Tertia concluſio. Quando uerba ſunt in uoce de præſenti, ſed ambigua in ſenſu, attendenda eſt intentio contrahentium, & iuxta intẽtionem illorum erit obligatio: & ita ſi ex eorum intentione conſtet, quòd uoluerunt contrahere ſponſalia de futuro,
D erunt ſponſalia de futuro & habebunt uim obligandi, ut ſponſalia de futuro: ſi autem ex eorum intentione conſtet, quòd uoluerunt contrahere matrimonium de præſenti, ualidum erit matrimonium de pręſenti. Ita docet Paludanus in dicto ar. 4. conc. 5. & omnes expoſitores D. Thomæ ſuper iſtum articulum.

¶Primò probatur concluſio ex ca. intelligentia, de uerborum ſignificatione, in quo quidem cap. hoc expreſsè determinatur: ergo. Secundo probatur. Nam uerba habent uim obligandi quatenus explicant conſenſum internũ, ergo ex intentione contrahen-

Ca. intelligentia de uerb. ſignific.

tium colligi debet obligatio illorum verborum.

¶Quarta concluſio. Quando intentio contrahẽtium fuerit dubia, tunc ſtandum eſt intentioni & dictis partis ſincerius procedentis & cõtra alteram partem, quæ melius ſe potuit declarare, iudicandum eſt. Ita docet Palud. in dicta concl. 5. ponit tamen exceptionem, quando ille qui primo protulit verba, determinatè declarauit ſuã intentionem, an vellet contrahere matrimonium, an ſponſalia: tunc. n. verba ſecundi reſpondentis declaranda ſunt iuxta intẽtionẽ primi, quia ille ſecũdus, in illo caſu eſt ueluti qui interrogatur iuridicè, qui obligatur reſpondere ad mentem interrogantis. Huic ſententiæ fauet Syluester uerbo matrimonium, 2. q. 8. & placet nobis ꝙ aſſerunt aliqui viri docti, videlicet, quod in ſimili dubio declinandum eſt in fauorem puellæ, quando non timetur malus exitus ex tali matrimonio. Sed adhuc inter doctores eſt maxima difficultas de hac propoſitione, habebo te in meam vxorẽ. De qua propoſitione dicetur in dubio ſequenti, & ad rationem dubitãdi reſpondetur ex iam dictis in ipſo dubio.

EST ſecundum dubium, an per hanc propoſitionem, habebo te in meam vxorem, vel ſimilem, videlicet, promitto vel iuro ꝙ te habebo in meam vxorem: contrahatur verum matrimonium. Et videtur vera pars affirmatiua. Primo arguitur ex ca. ſi quis diuinis. 30. q. 5. vbi expreſsè dicitur. Si quis diuinis tactis ſcripturis iurauit mulieri legitimam ſe eam vxorem habiturum, vel ſi in oratorio tale ſacramentum dederit, ſit illa legitima vxor. in quib. verbis aperte ſignificatur, quòd per illa verba contrahitur verum matrimonium, ergo.

Cap. i ſi quis diuinis. 30. q. 5.

¶Secundo arguitur ex cap. ex parte, de ſponſalibus & matrimoniis, in quo diffinitur, ꝙ cum uir iurauerit fœminæ ſe eam habiturum in vxorem, & illa ſimiliter iurauit, ſed nõ addidit illam particulam (ab eo tempore) verum eſſe matrimonium, ergo per illa verba propoſita in noſtro dubio verum & ualidum conficitur matrimonium.

Cap. ex parte, de ſponſ.

¶Tertiò. Iſta uerba, habebo te in uxorẽ, licet in voce uideantur de futuro, continẽt tamen ſenſum de præſenti, nam ſunt diſſimilia aliis uerbis, uidelicet accipiam te in meam, quæ etiam in ſenſu ſunt de futuro: itaq; perinde eſt dicere, habebo te in uxorem, ac ſi dicatur, te habitam retinebo uxorem: ergo per talia uerba conficitur uerum matrimonium. Patet conſequentia. Nam per uerba quæ ſunt de præſenti in ſenſu, uerum conficitur matrimonium.

¶Quartò. Qui uult aliquod cõſequens, uult etiã neceſſario antecedens, uel ea quæ neceſſario antecedunt: ergo qui dicit, habebo te in vxorem, uerè cõficit matrimoniũ, nam præſupponit, ſe intendere quod illa ſit ſua uxor, quia eſſe uxorem antecedit neceſſario ad hoc quod eſt haberi.

Quinto. Illud quod promittitur ſine præfixione & determinatione tẽporis, obligat ſtatim: ſed cũ dicitur, habebo te in meã uxorem, promittitur ſine temporis præfixione: ergo obligat ſtatim, ac ſubinde verũ conficitur matrimonium per illa uerba.

Sextò arguitur. Si quis diceret, ab hoc tempore habebo te in meam vxorem, verum conficitur matrimonium ſtatim: ergo ſimiliter ſi dicat, habebo te in meam uxorem. Probatur conſequentia. Nam illa particula, ab hoc tẽpore, non includit, ſed potius excludit tempus præſens; ergo ſi quãdo dicitur, ab hoc tẽpore habebo te in uxorem, eſt uerum matrimoniũ: a fortiori erit uerum matrimonium quando dicitur ſine illa particula. Antecedens uerò probatur, quia illa particula ſignificat terminũ à quo motus aũt qui eſt à termino à quo, ad quẽ, excludit terminum à quo, & tempus illius.

Septimo. Aliàs ſequitur, quòd nullum poſſet dari matrimonium, quod eſſet verũ ſacramentum per uerba de futuro, conſequens autem eſt cõtra id quod dictum eſt in dubio præcedenti; ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam quando aliqua uerba ſunt determinata pro forma ſacramẽti, in nullo caſu ſine illis uerbis poteſt conſtare talis forma, & per conſequens non erit ſacramentũ, ut patet de his uerbis ego te baptizo, &c. quæ quidem uerba quia ſunt forma, nunquam erit ſacramẽtum baptiſmi ſi quis dicat, ego te baptizabo, &c. ergo ſimiliter in noſtro caſu.

IN hac difficultate & propter hæc argumenta aliqui Doctores exiſtimant, ꝙ per illa uerba poſita in principio dubii uerum conficitur matrimonium. Ita tenet gloſſa in ca. ſi quis diuinis. citato in primo argumento, & gloſſa in ca. ex parte, de ſpõſal.

Glo. c. ſi quis diuinis 30. q. 5. & gloſſa c. ex parte, de ſponſ.

ſal,& matri. Adrianus in loco ſupra citato dicit,hanc ſententiam eſſe Archidiaconi & Hoſtienſis, & etiã Couarru. in loco ſupra adducto citat pro iſta ſententia aliquos au tores, ſcilicet Præpoſitiuũ & alios:& Adria nus ibidem dicit eſſe communem ſentẽtiã.

¶Nihilominus tamen ſit concluſio.Cer tiſsimũ mihi uidetur, quod per illa uerba non contrahatur uerum matrimoniũ.Hãc ſententiam tenet Magiſter in 4. diſtin. 28. cap 2. & eum ſequuntur cõmuniter Theo logi,tenẽt hoc Adrianus & Couar. in locis citatis, & adducunt multos Iuriſperitos ꝑ iſta ſententia,quam ſequuntur omnes diſci puli D.Thomæ.

¶Et probatur hæc ſentẽtia. Primo: Nã uerba per quæ primo & principaliter fit matrimonium,ſunt hæc, accipio te in meã, & accipio te in meum,ſed hæc uerba ſi ponantur de futuro tempore,non faciũt uerũ matrimonium, ut patet,ſi contrahentes di cant,accipiam te in meam, accipiam te in meũ:ergo multo minus alia uerba, ſcilicet habebo te pro uxore.Probatur cõſequẽtia, quia hæc ſunt uerba ſecundaria ad cõtrahẽ dum,quæ non habẽt uim,niſi inquãtũ poſ ſunt reduci ad illa prima uerba.

¶Secũdo ꝓbatur cõcluſio,quia illa uer ba,habebo te pro vxore,licet inducãt obligationẽ ſtatim, nõ tamẽ ad ſtatim mãdãdã executioni,ergo nõ ſtatim celebratũ eſt ma trimoniũ,ſed ſatisfaciet ſuę obligationi il le vir,ſi poſtea contrahat matrimonium.

¶Tertiò probatur concluſio, quia iſtæ propoſitiones ſunt æquiualentes, Pro aliquo tempore futuro habebo te in uxorẽ, & habebo te uxorem, nam prima eſt expo nens ſecundæ:ſed clarum eſt,quod per primam propoſitionem non conficitur ſtatim matrimonium: ergo ẽt nec per ſecũdam.

QVibus poſitis reſpõdetur ad argumẽ ta facta in principio. Ad primum argumentum reſpondetur primo, quod ex illo textu non habetur, quod illa ſit uxor illius qui ſic iurauit,ſed quod debet eſſe in futuro aliquo tempore,& ita non approba tur matrimonium de præſenti, ſed ſponſalia de futuro.Et hæc explicatio habet ma ximum fundamentũ in ipſo textu, in quo quidem nõ dicitur, quod eſt uxor eius,ſed quod ſit uxor eius.Secundo aliqui reſpondent,quod illi duo contrahentes,habebant cõſenſum de præſenti,& ita illa verba qua

A lincunque eſſent, explicabant cõſenſum de præſenti, & conſequẽter erant ſufficientia ad matrimonium. Hæc ſolutio aliqualem habet probabilitatem,ſed prima eſt melior & magis conſona textui.

¶Ad ſecundum reſpondetur, quod cum in illo textu dicatur, quod ille uir poſuit il lam particulam,ab hoc tempore,ueriſimile eſt, quod poſteà in uerbis mulieris fuit po ſita illa particula, uel quod fuit ſubintelligenda,etiam ſi formaliter nõ fuerit expreſ ſa in textu.

¶Ad tertium reſpondetur negãdo ante
B cedens.Et dicendum eſt,quod illa uerba,ne que in ſenſu, neque in ſignificatione ſunt de præſenti, ſed de futuro. nec ſunt diſsimilia ab illis,accipiam te in meã,quæ uerba ſunt de futuro.

¶Ad quartum reſpondetur ex Adriano in loco ſupra citato,concedendo quod qui vult cõſequens,etiam vult id quod neceſſa rio antecedit,ſed non requiritur, ꝙ velit il lud antecedens ad ſtatim executioni mandandum,ſed pro tempore quo vult conſequens executioni mandare;& cum illa uer ba conſequentis ſint de futuro,ſolum ſequi
C tur quod intendat illud antecedens; pro tẽ pore futuro.

¶Ad quintum reſpondetur ex dictis, ꝙ quando promittitur aliquid ſine determinatione & præfixione temporis, ſtatim con ſurgit obligatio,ſed non ad ſtatim.Et aduer tit optime Adrianus, quod tũc poſſent am bo contrahentes non implere de facto po ſtea ſuam obligationem,ſed cum mala con ſcientia, & quod tunc non manerent obligati uinculo matrimoniali.

¶Ad ſextum reſpõdetur,quod in noſtro caſu illa particula,ab hoc tempore, non ex
D cludit, ſed includit illud præſens tempus, ſicut cum Hiſpanè dicitur,*deſde ey os tẽdre por amigo*,ſenſus,eſt quod ab iſto die incipit amicitia,& quando aliquis tempore elapſo fecit aliquid dignum pœnitentia, ſolet cõmuniter dici,ex nunc me pœnitet illud fe ciſſe.Ponit optimum ſimile. Adrianus ex capit.non eſt noſtrum, 23. quæſtio. 5. ubi dicitur. in perſecutionibus mihi non licet propria manu perire abſque eo ubi caſtitas periclitatur: ubi illa particula,abſque, non ſumitur excluſiuè,ſed incluſiuè, nam ſi excluderet, ſenſus eſſe falſiſsimus,ſcilicet, ꝙ ubi caſtitas periclitatur liceat ſeipſum occi dere. Cap. nõ eſt noſtrum. 23 queſtio. 5.

Canticorum.c.4 dere. Ita etiam accipitur, Canticorum.4. cũ dicitur, Oculi tui columbarum abſque eo quod intrinſecus latet. Et ſic ſolet dici communiter, ꝙ Petrus percuſſit Paulũ abſque hoc quòd illũ exſpoliauit. Si uerò illa particula, ab hoc tempore, accipiatur excluſiuè, concedit Adrianus quòd non contrahitur matrimonium: & ita verum eſt. Et ad ꝓbationem reſpondetur, quòd illud argumentum ſolum probat, ꝙ illa particula poſſit accipi excluſiuè; non tamen probat, quod neceſſario ſemper accipiatur excluſiuè.

¶ Ad ſeptimum argumẽtum negatur ſequela, quamuis aliqui Doctores eam concedant, conuicti illo ſimili, quando forma baptiſmi poneretur de futuro; ſed negãda eſt B ſequela. Nam eſt maxima differentia inter alia ſacramenta & matrimonium. Nam formæ aliorum ſacramentorum ſunt determinata uerba tradita ab eccleſia, unde ſi illa uariãtur à tali determinatione, nõ reſultabit uera forma ſacramenti & ꝑ cõſequens nec ſacramentum, ſed in ſacramento matrimonii non neceſſario requiruntur uerba de neceſſitate formæ ſacramenti, ut iã dictũ eſt: neque etiã quando regulariter ſunt in uſu uerba requirũtur determinata ſicut in aliis ſacramẽtis, ſed ſatis erũt uerba uel ſigna exteriora, quæ explicent mutuũ conſenſum de præſenti; & quia hoc fieri poteſt C aliquando per uerba de futuro ſecundũ cadentiã grammaticalem, quæ tamen ex adiunctione alicuius particulæ, faciunt ſenſũ de præſenti, ideo aliquando erit uerum ſacramentum matrimonii, & non ſolum contractus matrimonii per verba de futuro: quia inter Chriſtianos baptizatos nunquã eſt uerus contractus matrimonii ſine ratione ſacramenti. Ex quibus colligitur, quòd ſi contrahentes volunt contrahere & intelligunt ſe velle contrahere, quommodocunq; explicetur conſenſus & per quæcunq; uerba, eſt verum matrimonium. Ratio eſt aperta, D quoniam ad rationem matrimonii ſatis eſt, quod explicetur conſenſus de præſenti, ſed iſti explicant conſenſum de præſenti: ergo. Aliqui uerò Theologi dicũt, quod in hoc caſu erit verus contractus matrimonii, non tamen uerum ſacramentum. Et ratio illorũ deſumitur ex iam dictis. Nam ſi quis dicat, ergo te baptizabo in nomine patris, &c. & ſimul abluat aliquem, nõ conficit verum ſacramẽtum baptiſmi, quia non apponit verba de præſenti: ergo idem erit in noſtro propoſito. Nihilominus tamen dicendum eſt, quòd non ſolùm eſt uerus contractus matrimonialis, ſed etiam uerum ſacramentũ matrimonii. Et ad rationem reſpõdetur ex dictis negando conſequentiam; & ratio differentiæ eſt. Nam ſacramentum baptiſmi requirit uerba determinata ſine quibus non conficitur verum ſacramentum baptiſmi, at uero ſacramentũ matrimonii nõ requirit uerba determinata, ſed quæcunq; uerba uel ſigna quæ exprimunt cõſenſum de præſenti, ſufficiunt ad rationem matrimonii etiam ut eſt ſacramentum.

EST tertium dubium circa iſtum articulum & præcedentiam, an requiratur ad rationem matrimonii & ualiditatem illius ꝙ conſenſus ſimul concurrant & exprimantur. Concluſio ſit. Ad rationem matrimonii nõ eſt neceſſaria ſimultas Phyſica, uel Metaphyſica, ſed ſufficit ſimultas moralis quæ eſt neceſſaria ad contractum moralem. In hac concluſione conueniunt omnes Thologi & Iuriſperiti. Videte Magiſtrum Soto diſt. 27. quæſt. 1. art. 3. dubitatione 2. circa ſecundam concluſionem, & Nauar. in Manuali, cap. 22. num. 80. ubi hoc optimè dicit, & Syluestrũ uerbo matrimonium. 2. quæſt. 6. Couarr. ſuper 4. Decretal. parte 2. c. 4. nu. 7.

¶ Primò probatur ex vſu eccleſiæ. Nam conſenſus contrahentium non exprimuntur ſimul Metaphyſicè loquendo, ſed ſolùm moraliter, ut conſtat, & tamen ualidũ eſt matrimonium: ergo non requiritur ſimultas Phyſica uel Metaphyſica.

¶ Secundo probatur concluſio. Nam (ut ſupra dictum eſt) omnis cõtractus matrimonialis inter fideles baptizatos habet ueram rationem ſacramenti, ſed certa res eſt, ꝙ ad rationé contractus matrimonialis nõ requiritur ſimultas Phyſica, vel Metaphyſica in expreſſionibus contrahentium, ſicut neque in aliis contractibus requiritur talis ſimultas, ſed ſufficit moralis ergo.

¶ Tertio probatur cõcluſio. In omnibus aliis ſacramentis nõ eſt neceſſarium quod materia, & forma ſint ſimul Phyſice, uel Metaphyſice loquẽdo, ſed ſolum moraliter ſecundum exigentiam cuiuſque ſacramenti, ut diffinitur. 3. par quæſt. 60. ergo idem erit in ſacramento matrimonii. ¶ Aduertẽdum tamen eſt, quod tunc dicuntur eſſe ſimul

mul conſenſus moraliter, quando perſe-uerauerint ſaltem virtualiter conſenſus con trahentium, ita vt vnus contrahens non cēſeatur reuocaſſe conſenſum: quod quidem attendendum eſt iuxta regulas prudentiæ, & iuxta qualitatem & modum contractus, attendendo an fiat inter abſentes, uel inter præſentes, ſi ſtatuitur tempus, vel non ad expectandū conſenſum alterius, vel an fiat cum aliqua interruptione. De quo videte autores immediatè citatos, & capit vlt. de procuratoribus in 6. & ea quæ ſupra dicta ſunt de matrimonio contracto per procuratores.

Ca. vlt. de procura. in 6.

EST vltimum dubium circa iſtum articulum & præcedētem, vtrum ſufficiat conſenſus alterius coniugis quocunque medio tempore interiecto, vt validum ſit matrimonium propter ſimultatem moralem. In qua quidem re aduertēdū eſt, ꝙ caſus huius dubij ſunt magni momenti v.g. Petrus & Maria cōtraxerunt iuxta tenorem Concilii Triden. & bona fide, ſed in rei veritate matrimonium fuit nullum, q͞a Mariam cognouerat antea conſanguineus Petri in gradu prohibito, vnde reſultauit impedimentum affinitatis: eſt præſens diffi cultas, ſi Maria poſtea certior facta de impedimento obtineat ſecreto diſpenſationē & apud ſe renouet & explicet conſenſum cum Petro, an ſufficiat talis cōſenſus ex ſola ſua parte vt verum & validum ſit matri monium propter ſimultatem moralē conſenſus alterius. Idem eſt dubium quādo eſt aliquod aliud impedimentum conſanguini tatis, vel quid ſimile.

¶ Et videtur vera pars affirmatiua huius dubii. Primo arguitur. Nam (vt ſupra q. 42. art. 1. diffinitum eſt) matrimoniū factū per procuratorem validum eſt, etiā ſi conſenſus alterius abſentis differatur, & ratio eſt quia virtualiter cenſetur permanere cō ſenſus primi contrahentis: ergo idem erit in noſtro caſu. Probatur conſequentia. Nam etiam in noſtro caſu perſeuerat uirtualiter conſenſus alterius contrahentis, cum talis conſenſus non ſit reuocatus.

¶ Secundò arguitur. Quāuis acceptatio rei donatæ nō fiat ſtatim cum donatur, ſed differatur per aliquod tempus, tamen tunc transfertur dominium, vt conſtat: ergo idē erit in noſtro caſu. Probatur conſequentia: Nam etiam ſi alter non cōſentiat ſtatim & A acceptet corpus alterius: alius tamen reuera donat corpus ſuum, & transfert dominium illius.

¶ Tertiò arguitur. Si profeſſio ſolennis non fuit valida v.g. quia ille qui profitebatur non habebat conſenſum interiorem ad hoc quòd valida ſit talis profeſſio, non eſt neceſſarium quòd iterum acceptetur à prę lato, ſed ſufficit, quòd profitens habeat uerum conſenſum internum: ergo idem erit in noſtro caſu. Probatur cōſequentia. Nam videtur quòd ſit omnino eadem ratio.

¶ His tamen non obſtantibus, ſit concluſio. Certiſſimum eſt, ꝙ in iſto caſu requiri- B tur mutua conſenſus expreſſio de nouo & quod nō ſufficit alterius tantum, itaq; pars negatiua huius dubii, eſt certiſſima. Hanc ſententiam tenet Magiſter Sotus in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 3. & hanc ſupponit Caiet. tomo 1. opuſculorum, titulo 12. quæſt. 2. Adrianus in 4. materia de matrimonio, & Victoria ſuper iſtum articulū, quam ſequūtur ferè omnes expoſitores D. Thomæ. Et aduertendum eſt, quòd modo tātum loqui mur ac ſi nihil eſſet innouatum per Concilium Tridentinum circa matrimonia clandeſtina, nam quid ſit faciendum poſt Concil. Trid. obtenta illa diſpenſatione, dicemus C infrà in art. vlt. huius quæſtionis.

¶ Probatē concluſio primò. Ante diſepnſationem illius impedimēti matrimonium illud fuit nullum, vt ſupponimus, ſed ad valorem matrimonii de nouo, requiritur mutuus conſenſus expreſſus vtriuſque: ergo non ſufficit expreſſio vnius, nam diſpenſatio ſuperueniēs tantum facit habiles perſonas & nō dat valorem matrimonio. ¶ Confirmatur argumentum & explicatur. Illud matrimonium fuit nullum, ac ſubinde cōtrahentes ita ſe habent, ac ſi nihil feciſſent, ſed ſi matrimonium de nouo celebraretur (vt reuera celebratur) eſſet neceſſaria mu- D tua expreſſio conſenſus ex vtraque parte; ergo idem erit in noſtro caſu.

¶ Secundò probatur concluſio, quia forſan alter cōiux odio habet iam alterum, & reuera diſſentit, & uellet, ſi poſſet, nō cum eo cohabitare, & forſan ille conſenſus habuit ſuam certam durationem & iam ceſſauit: ergo ut ualidū ſit matrimonium quòd de nouo debet contrahi, neceſſaria eſt expreſſio cōſenſus ex utraque parte. ¶ Confirmatur: Nam ſi maritus ſciret illud impedimen-

dimentum, noluiſſet conſentire: ergo cõſenſus illius non manet virtualiter, neque perſeuerat.

¶ Tertiò. Quia alias nullus eſſe neceſſarius conſenſus de nouo, quia non eſt ratio propter quam requiratur conſenſus nouus v. cauſa, vxoris & non mariti, ſuppoſito ꝙ à principio nullum fuit matrimoniũ: imo ſequeretur, ꝙ ſolo conſenſu interiori vnius coniugis ſine vlla expreſſione exteriori validum eſſet illud matrimonium, nam per expreſſionem ad extra, nihil notificat alteri coniugi.

¶ Sed dubium eſt, quodnam remedium erit in ſimilibus caſibus, vt reddatur validũ matrimonium. Ad quod dubium dicẽdum eſt, ꝙ ante Concil. Trident. quando valida erant matrimonia clandeſtina, commodũ remedium erat, quod aſſignatur à Caieta. in dicta quæſt. 2. ꝙ ſi vxor fuit cauſa impedimenti, eo ſublato, nihil reuelẽdo marito, ei dicas, vt pro ſua cõſolatione iterũ ſecum contrahat, ſed circunſtantia prudenter ſeruanda hæc eſt, vt obtenta prius ſecreta diſpenſatione, & nihil reuelãdo marito, expectet tẽpus quo ille ſit lętus & ſuauiter cũ illo agendo dicat, tantum te diligo, quòd ſi non eſſemus vxorati, vellem de nouo tecũ contrahere, & nunc dico me tecum contrahere libẽter: dic tu ſimiliter ob mei amorẽ & propacanda mea conſcientia ſcrupuloſa, quod quidem ipſe faciet. Si verò impedimentum ſit ex parte viri, facilius erit manifeſtare impedimentum ſuppoſita certitudine mutui amori, quòd ſi timeatur de volũtate vxoris, recurratur ad primũ remediũ. Quando verò impedimẽtum eſt ex parte vtriuſque, quia ſunt conſanguinei in quarto gradu, & nullum eſt periculũ quod obtenta diſpenſatione manifeſtet alteri vt ſecreto de nouo interſe contrahant, dẽt manifeſtare: ſi tñ non ſit ita mutuus amor, cũ fugiatur ad primũ remediũ. An verò obtenta diſpenſatione licitum ſit in ſecreto contrahere ſine parocho & teſtibus poſt Concilium Tridentinum, dicetur infra in articulo vltimo huius quæſtionis.

QVibus poſitis reſpondeudum eſt ad argumenta facta in principio. Ad primum reſpondetur, ꝙ communis ſolutio eſt omnium Theologorum negare conſequentiã. Et ratio differẽtiæ aſſignatur, quia quãdo celebratur matrimonium per procura-

A tores, ipſe conſenſus pendet in futurũ, atq; adeo manet in aere: ſed quando fit matrimonium inter præſentes nõ, pendet conſenſus in futurum, ſed ſtatim extinguitur. Mihi tamen videtur reſpondendum ſimiliter negãdo conſequentiam. Sed ratio differẽtiæ eſt, quia matrimonium quod fit per ꝓcuratores ex ratione ſua dicit. conſenſum pendentem in futuro iuxta proportionem diſtantiæ loci, ſed in caſu huius dubii quãdo matrimonium fuit nullũ à principio inter pręſentes propter aliqđ impedimentũ, obtenta diſpenſatione non perſeuerat ẽt uirtualis cõſenſus legitimus ex illa parte qua nõ

B innouat conſenſum. Quod quidem patet, quia conſenſus virtualis præſupponit conſenſum formalem, ſed præcedens formalis conſenſus ante diſpenſationem non fuit legitimus: ergo inde non orietur poſtea virtualis aliquis cõſenſus legitimus. Et (vt obiter hic dicamus cum aliquib. viris doctis) eſt diſcrimen magnum inter matrimoniũ per procuratores & per literas, etiã ſtando ante Concil. Triden. Nam quando matrimoniũ fit per procuratorem ſtatim ac procurator præbet ſuum cõſenſum in præſen-

C tia alterius cõtrahẽtis qui iam præbuit ſuũ conſenſum, cẽſetur iam mutua acceptatio conſenſuum & ſic cenſetur validum matrimonium, ſed quando fiebat per literas, non ſtatim ac alter recipiebãt literas, & eas legebat, & illis cõſentiebat, erat ualidum matrimonium, donec reſcribet ad primum ſcribentem, & reſcriptio legeretur & acceptaretur. Ratio eſt: Nã ante omnia hæc nõ erat facta mutua expreſſio conſenſuum per literas. Ex quo ſequitur: quòd ſi in illo medio tempore quo ille ſecũdus reſcripſit primo ſcribenti, antequam legatur & acceptetur

D reſcriptio, ille reſcribens mutet conſenſum vel incurrat impedimentũ affinitatis, licet alter legat & acceptet reſcriptionẽ, nullum erit matrimoniũ, quia in puncto in quo debebat habere firmitatẽ & valorẽ, perſonæ erũt inhabiles propter illud impedimẽtum affinitatis vel defectũ cõſenſus: præterquã ꝙ matrimonium per procuratorẽ ẽt poſt Conc. Trid. poteſt habere locum præſente parocho & teſtibus: nã ſi ita celebretur, nõ erit clandeſtinũ, ſed per ſolas literas nõ poteſt habere locum poſt Conc. Triden. nam erit clãdeſtinũ, ſupponimus enim ꝙ nullus ſubſtituatur ꝓcurator per literas. Et ratio

aperta

aperta ad hoc uidetur eſſe, quia quãdo adeſt procurator præſens, cenſetur præſens conſenſus ſui domini, uel ſuæ partis, ſed quãdo ſolũ ſunt præſentes literæ, non poteſt ita uerificari, ꝙ cõſenſus illius qui illas ſcripſit ſit præſens, ſed quod fuit aliquando, forte tamen iam eſt immutatus: ex tenore autẽ Cõcilii Triden. habetur, ꝙ perſonæ contrahentes debeãt eſſe præſentes aliquo modo, ſcilicet uel in ſeipſis, uel in perſonis procuratorum; nam dicit illud primum decretum de reformatione matrimonii, quod debent interrogari, &c.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur diſtinguendo antecedẽs. Nam in aliquo caſu ſi alter nõ acceptaret, ſtatim poſſet donator reuocare donationem. v.g. ſi Ioannes donauit Petro librum, ille autẽ noluit accipere, nec donationẽ acceptare, tunc non eſt dubiũ quin donator poſsit mutare propoſitũ & poſsit nõ donare, uel donare pro ſua libertate. Item licet Petrus acciperet librũ & ſecũ ferret, ſi tamẽ explicarit ſuũ animũ donatori, ſcilicet, ꝙ nõ acceptabat donationẽ, ſine dubio licet mutaret poſtea ꝓpoſitũ Petr⁹ qui accipit librũ, & uellet apud ſe acceptare donationẽ, nõ poſſet licitè tuta cõſcientia nõ reſtituere librũ primo donatore incõſulto: ſi tamẽ auditis uerbis primi donatoris Petrus nõ explicuit ſe nolle acceptare donationẽ, etiamſi animo ſuo nõ acceptaret pro tunc, acceptaret tamẽ poſt multos dies apud ſeipſum, cõcedimus antecedens ꝙ nõ obſtante illa diſtantia tẽporis acquirerẽt dominiũ, ſed negamus cõſequentiam. Et ratio differentiæ eſt; quia ad illã donationem ualidã, & ut trãsferret dominũ, nõ fuit neceſſaria ſi multas acceptationis & cõſenſus recipiẽtis, eo ꝙ illa donatio non eſt contractus mutuus: ſed ad matrimonium requiritur aliqua ſimultas cõſenſus & naturæ expreſsionis: quia matrimoniũ eſt cõtractus mutuus.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur negando conſequentiam, quia eccleſia acceptauit duplicem profeſsionem religioſi, ſcilicet expreſſam & tacitam, ſed non acceptauit (neque potuit) matrimonium duplex, unum per mutuos conſenſus expreſſos ad extra, & alterũ per conſenſus nõ expreſſos, quia iam oſtendimus eſſe certum ſecũdum fidem, eſſe neceſſarium quod matrimoniũ celebretur per verba de præſenti uel per aliã exteriora ſigna.

A ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum conſenſus expreſsio per verba, ſi deſit interior conſenſus, faciat matrimonium.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd conſenſus expreſſio etiam per verba, ſi deſit interior conſenſus, faciat matrimonium; quia fraus & dolus nemini B *patrocinari debet ſecundum iura, ſed ille qui uerbis exprimit conſenſum quẽ in corde non habet dolum committit: ergo non debet ſibi patrocinari, vt ab obligatione matrimonij liber reddatur.*

¶ 2 Præterea. Conſenſus mentalis alterius non poteſt eſſe alicui notus niſi quatenus per uerba exprimitur, ſi ergo expreſſio verborum non ſufficit, ſed conſenſus interior requiritur in vtroque coniugum, tunc neuter poterit ſcire de altero an ſit ei verus coniux: & ita erit C *fornicator quandocunque matrimonio vtetur.*

¶ 3 Præterea. Si aliquis probatur per verba de præſenti in aliquam conſenſiſſe, cogitur per excõmunicationis ſententiam, vt eam habeat in vxorem, quamuis dicat conſenſum mẽtalem defuiſſe, etiam ſi poſtea cum alia contraxerit conſenſu mentali verbis expreſſo: ſed hoc non eſſet, ſi requireretur conſenſus mentalis ad matrimonium. ergo nõ requiritur.

D *SED contra eſt, quod Innocentius III. dicit in Decret. quadam in caſu iſto loquens. Sine conſenſu nequeunt cætera fœdus perficere coniugale.* Cap. tua nos. in ſi. de ſponſal.

¶ Præterea, interior requiritur in omnibus ſacramentis, ſed ille qui corde nõ conſentit non habet intentionem matrimonij contrahendi: ergo non fit matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quòd ſicut ſe habet ablutio exterior ad baptiſmum, ita ſe habet expreſſio verborum ad hoc ſacramẽtum, ut dictum eſt.

Vnde

vn de ſitu ſi aliquis ablutionem exteriorem A *reciperet non intendens recipere ſacramentum, ſed ludum & dolum facere, non eſſet baptizatus: ita expreſſio verborum ſine interiori conſenſu matrimonium non facit.*

AD primum ergo dicendum: quod ibi ſunt duo, ſcilicet, defectus cõſenſus, qui ſibi patrocinatur in foro conſcientiæ ut non aſtringatur vinculo matrimonii, quamuis non in foro eccleſiæ in quo iudicatur ſecundum allegata: & dolus uerborum: B *& hoc non patrocinatur nec in foro pœnitentiæ, nec in foro eccleſiæ, quia in utroque pro hoc punitur.*

*AD ſecundum dicendum, quod ſi deſit conſenſus mentalis ex parte vnius, ex neutra parte eſt matrimonium, quia matrimonium conſiſtit in mutua coniunctione, vt dictum eſt: tamen probabiliter poteſt credi dolus non eſſe, niſi ſigna euidentia doli appareant, quia de quolibet præſumendum eſt bonum, niſi probetur contrarium: vnde ille ex cuius parte dolus non eſt à peccato excu*C*ſatur per ignorantiam.*

AD tertium dicendum, quod in tali caſu eccleſia compellit eum ad ſtandum cum prima vxore, quia ſecundum ea iudicat quæ foris apparent, nec decipitur in iuſtitia, quamuis decipiatur in facto: quia ille debet prius excommunicationem ſuſtinere, quam primam vxorem accedat, vel debet in alias regiones remotas fugere.

SVMMA ARTICVLI. D

PRima concluſio. deſit interior conſenſus in aliquo contrahentiũ non conficitur verum matrimoniũ. Ratio huius concluſionis eſt. Nam expreſſio exterior cõſenſus habet ſe ad matrimonium, ſicut ablutio externa in baptiſmate, ſed ſi quis exterius abluat non intendens conficere ſacramentum baptiſmi actu interiori, non conficit verum ſacramentum baptiſmi: ergo neque in iſto caſu tenet matrimonium.

¶ Secunda concluſio ad ſecundum. Quis non ſit validum matrimonium etiã quãdo ex vna ſola parte non fuit conſenſus interior, ille tamen qui non doloſe, ſed bona fide procedit, poteſt probabiliter credere, quod nõ fuit dolus in alia parte, quia nemo eſt præſumendus malus, donec probetur cõtrarium. Vnde ille ex cuius parte dolus nõ eſt, excuſatur à peccato propter ignorãtiã.

¶ Circa iſtum articulũ qui grauiſſimus eſt) duo ſunt certa & ſupponenda. Primum eſt: quod ſi quis non habet internum conſenſum, non conficitur verum matrimoniũ, vt docet D. Thom. in concluſione, quæ eſt certa ſecundum fidem, vt diffinitur in cap. ſufficiat. 27. quæſt. 2. cap. ex parte. cap. tua nos, de ſpõſalibus & matrimonijs. & in capitulo tuæ fraternitati, eiuſdem tituli & hoc conſtat ex Concilio Florentino in Decreto ſuper vnione Armenorum, vbi conſenſus mutuus dicitur cauſa efficiens matrimonii. Et ratio D. Tho. procedit de matrimonio inquantũ eſt ſacramentum, nõ loquẽdo de matrimonio quantũ eſt cõtractus quidam naturalis, habetur ratio l. 1. adeo, ff. de pactis, vbi dicitur, ꝙ ſtipulatio quæ fit nudis verbis, nulla eſt. Secundum certũ eſt, ꝙ eccleſia in foro exteriori iudicabit tale matrimoniũ validum, etiam ſi dicat ſe non conſenſiſſe. Et ratio huius eſt: nam eccleſia ſolum iudicat de exterioribus.

Cap. ſufficiat. 27 q. 2. c. ex parte. c. tua nos, ca. tuæ fraternitati, de ſponſal.

l. 1. §. adeo ff. de pactis.

¶ In ſolutione ad primum docet D. Th. ꝙ quamuis quando nõ fuit cõſenſus ex parte vnius propter dolũ in conſcientia, nihilominus in eodẽ foro conſcientiæ nõ patrocinatur illi dolus; vbi ſupponere videtur, ꝙ in cõſcientia maneat ille obligatus ad aliquid.

CIrca iſtam ſolutionem & circa totam doctrinam huius articuli eſt primũ dubium, ad quid teneatur in cõſcientia ille qui doloſe ſimulauit ſe matrimoniũ contrahere cum aliqua & nõ habuit verum interiorem conſenſum Et in particulari dubium eſt, an teneatur vere & ſine fictione contrahere matrimonium cum illa: & uidetur vera pars negatiua.

¶ Primo arguitur. Deceptor per illa uerba quæ protulit exterius, nõ induxit ſuper ſe obligationem matrimonij, neq; ſponſaliorum de futuro: ergo ex vi illorum verborũ non tenetur contrahere. Probatur cõſequẽtia. Quia non poteſt excogitari ꝙ habeat aliquam aliam obligationem. Antecedens vẽ

rò probatur, quia (vt ſupponimus) deficit verus conſenſus, ſola autem uerba exteriora ſine conſenſu licet ſint de præſenti, non inducunt obligationem matrimonii, ut conſtat ex iam dictis in tota hac quæſtione. Quòd uero non inducant obligationē ſpōſaliorum conſtat, tum quoniam defuit conſenſus ex parte deceptoris, tū ēt quoniam uerba nō fuerūt de futuro, ſed de præſenti.

¶ Secundo. Quādo aliquis fecit ficte profeſſionem, non tenetur ad obſeruātias religionis, nec tenetur innouare conſenſum profeſſionis: ergo ēt in noſtro propoſito nō tenebitur ille deceptor innouare verū conſenſum matrimonij, & uerè cōtrahere. Conſequētia videtur bona ex paritate rationis, nā Doctores ſp comparant matrimonium ſolenni profeſſioni. Antecedēs vero probatur: nam votum ſolēne religionis dependet ex mea voluntate, & eſt actus religionis, nō iuſtitiæ, ergo non tenetur ex iuſtitia habere verum conſenſum, & vere profiteri.

¶ Tertiò arguitur. Ex eo quòd iſte ficte cōtraxit, ſi dedit aliquod detrimentū, illud poteſt alia via reſarcire ergo nō tenet̃ contrahere matrimoniū vere. Cōſequētia eſt bona, vt conſtat, antecedens vero probatur. Illud detrimentū cū ſit temporale, per pecuniam poteſt reſarciri, ergo. Confirmatur argumentum. Si quis animo ficto promiſit virgini ſe cum ea matrimonium contracturum & ea ratione fecit illi copiam ſui corporis, non tenetur cū illa contrahere in conſciētia: ergo neq; in noſtro caſu tenetur vere contrahere. Conſequentia eſt euidens, quantum videtur, nam maius detrimētum dedit in iſto caſu, quam in caſu dubii. Antecedens conſtat, quia illud detrimentum reſarciri poteſt pecunia, conſtat ēt, quia quando aliquis nihil promittendo violauit virginē, non tenetur eā ducere, ſed ſatisfacit reſtituendo illud detrimentū per pecuniā: ergo idem etiam erit quando promiſit matrimonium ficte.

IN hac difficultate, nota ꝙ tripliciter pt contingere iſte cōſenſus deceptorius. Primo, quādo per verba de præſenti aliquis ficto cōſenſu cōtrahit cū aliqua ſecū contrahēte ꝑ ſimilia verba de pręſenti, ſed cū vero cōſenſu: & de hoc eſt præcipua difficultas huius articuli Secundo mō quando per verba de futuro adinuicem duo cōtraxerūt ſpōſalia, ſed ex vna parte, ſcilicet ex

A parte viri, fuerunt ficta, & de hoc dictū eſt ſupra, q. 43. art. 2. Vbi diximus, ꝙ ille tenetur habere verum conſenſum. Tertiò quādo per verba de futuro fuit ſola promiſſio ſimplex ex parte viri & fuit à fęmina accepta non tamen habuit promiſſionē correſpōdentē ex parte fęminæ, & ſupponimus ꝙ vir habuit cōſenſum fictū, & de hoc non ita clare dictū eſt in loco immediate citato. Et alia rō habenda eſt, quando ex illa ficta ſimplici promiſſione à fœmina acceptata nullū ſubſequutū eſt detrimentū fœminæ, neq; in perſona, neq; in fama: & alia ratio

B eſt habenda, quādo ſubſequutū eſt aliquod ſimile detrimentū. Nā cū nullum ſequutū eſt detrimentū, neq; in perſona, neq; in fama, dicendū eſt, ꝙ (quidquid ſit de peccato mendacij quod cōmiſit, nō habēdo animū implendi quod promittebat) aliunde nullā hēt obligationē ad contrahendum cū tali fœmina, vel ſi aliqua eſſet, tantum eſſet ſub peccato veniali. Prima pars probatur, quia ille nō habuit animū ſe obligandi, nec promittēdi vere, niſi in voce: ergo ex hac parte nulla naſcitur obligatio, & aliunde nullum ſubſequitur dānū, vt ſupponimus, in perſo-

C na vel in fama: ergo non eſt vñ maneat obligatus. Scđa pars conſtat, nā ſi haberet animum ſe obligandi, ſolum eſſet ſub ueniali, quia tantum eſſet obligatio ſimplicis promiſſionis & nō fuit promiſſio ex altera parte, nec adfuerūt teſtes, neq; ſcripturæ, neq; iuramentum: promiſſio autem ſimplex ſolum obligat ſub veniali, ſecundum probabiliorem ſententiā, vt definiuir in 2. 2. q. 88. art. 2. Et idem dicēdū eſt, ſi facta eſt promiſſio illa ſub iuramento ficto, ſi aliunde non ſequatur ſcandalum violationis iuramenti. Sed quādo ex illa promiſſione ſimplici fi-

D cta ſequutum eſt dānum puellæ, uel in perſona, uel in fama, quia uirgo erat, diſputat̃ in 2. 2. q. 62. art. 2. & nos aliqua dicemus in ſolutione ad cōfirmationem ultimi. Hic tamen præcipua noſtra diſputatio (ut diximus) eſt de primo modo. Quo ſuppoſito, aliqui autores exiſtimant, ꝙ deceptor in tali caſu non tenetur de nouo conſentire, nec de nouo contrahere cum decepta, & aliqui attribuūt iſta ſententiā Scoto in 4 diſt. 30. quæſ. 1. poſt mediū. Cæterū ſi attente legatur, iſte autor nō tenet illā ſententiam, ſed potius ſentit oppoſitū. illam tamen ſententiam tenet Martinus de Ledeſma, in 4 to-

mo 2. quæſtione 47. artic. 4. & alii moderni Theologi qui dicunt illam ſententiam eſſe probabilem.

¶ In huius rei expoſitionē ſit prima concluſio. Iſte talis deceptor tenetur in cōſcientia contrahere cū illa muliere decepta verū & ualidum matrimoniū, niſi iam de facto contraxerit cum ſecunda, neq; aliter eſt abſoluendus à confeſſario. Diximus in cōcluſione niſi iam de facto contraxiſſet cum ſecunda, nam certa res eſt, q quando aliquis cōtrahit matrimoniū per verba de præſenti, ſed an imo ficto, & poſteà vero animo cōtraxit cum ſecunda, validū eſt ſecundū matrimoniū, eo q primum matrimoniū fuit nullum, & ita mãſit habilis ad ſecundū matrimoniū, & cōſequenter fuit validū: quãuis ſic cōtrahens commiſerit graue peccatum. Hanc ſentētiam tenet D. Th. hic, & omnes expoſitores illius, Magiſt. Sotus, diſtin. 27. q. 1. art. 3. circa finem, & communiter Doctores, Scotus in 4. diſt. 30. q. 1. poſt mediū, Adria. in 4. q. 2. de matrimonio ad ſecundū fol. 182. in principio & Palud. in 4. diſt. 27. quæſt. 2. art. 6. concl. 2. & 4. & hæc ſentētia attribuitur fratri Petro de Soto. Nauarro in Manuali, c. 22. nu. 76 & pro ea citat Maiorem. & ita Adria. & Sotus dicunt, q hæc ſententia eſt omnium Doctorum.

¶ Primò hæc concluſio probari ſolet ex c. 1. de adulteriis, ſed ibi, & in c. 1. eo. titulo non agitur de noſtro caſu, ſed de illo qui vitiauit virginē, de quod dicitur. q ducat eā vxorem, & quod corporaliter caſtigatus excōmunicetur, & in monaſteriū detrudatur ad agendam penitentiā, in quo quidē textu habetur lex purè pœnalis quoad illa omnia membra, & ſic non obligatur violator virginis, qui aliàs nihil ei promiſerat, ad ducendam eam vxorem ex vi illius textus.

ca. 1. & 2. de adult.

¶ Quare ſecundo probatur concluſio ratione. In omnib. aliis contractibus naturalibus tenetur vterque contrahēs habere verum animum & conſenſum cōtrahendi, & alias irrogat maximam iniuriam, ſed matrimonium eſt quidam contractus naturalis: ergo ſimiliter tenebitur in cōſciētia vterq; contrahens ad habēdum verum cōſenſum, vel ad poſtea illum innouandum, ſi à principio non habuit.

¶ Tertiò probatur, quia ſi illa mulier ſic decepta, petat ab illo uiro poſt cognitam deceptionem, vt habeat verum conſenſum

A & vt reddat validum matrimonium, iuſtiſſimè petit, vt conſtat: ergo alter deceptor nō poteſt iuſtè negare: non enim poteſt dari bellum iuſtum ex vtraq; parte ſecluſa ignorantia, vt hic ſecluditur. Quòd ſi quis reſpōdeat, q in illo caſu illa fœmina manet omnino libera, cum nullum fuerit illud matrimoniū, & ita poterit liberè de ſe ipſa diſponere, & alteri viro nubere; unde, ſuppoſito q eam non cognouerit deceptor, nullū intulit detrimentū de facto, & per conſequēs nihil tenebitur reſtituere, neq; illā ducere.

¶ Quartò arguitur contra hanc ſolutionem, & ſimul probatur concluſio. Ille deceptor ex eo quòd decepit illam, fingendo cōſenſum, violauit iuſtitiam commutatiuam propter illam iniuriam, qua affecit fœminam, eam decipiendo in re grauiſſima: ergo quamuis nō fuerit ſubſequutum aliud detrimentum ex parte perſonæ eam cognoſcendo, ſemper tamen manebit obligatus deceptor ad ſatisfaciendum prædictæ iniuriæ: ſed non poteſt aliter ſatisfacere, niſi tollendo deceptionem, & adimplēdo contractum, & reddendo validum matrimonium: ergo ad id tenebitur in conſcientia. Confirmatur argumentum. Ex oppoſita ſententia ſequeretur, q illa fœmina ſic decepta haberet vnum detrimētum omnino irrecuperabile, quod quidem conſtat, nā in eo caſu illa nō manet libera, vt poſſit de ſe diſponere, & alteri nubere, quia nō debet ſtatim credere deceptori dicenti ſe non habuiſſe conſenſum: ergo ad tollendum huiuſmodi detrimentum obligandus eſt deceptor ad eam ducendam.

B

C

¶ Quintò probatur concluſio, quia aliàs ſequeretur, quòd homines facinoroſi haberent maximam occaſionem decipiendi plures fœminas, ſi ſcirent ſe non eſſe obligatos ad contrahendum cum illis.

D

¶ Ex dictis ſequitur, q oppoſita ſentētia non habet probabilitatem ſecuram in conſcientia, & hoc ſatis conuincitur argumētis factis pro noſtra concluſione, & ſpecialiter argumento Scoti ubi ſupra, quia illa fœmina habet ius iuſtitiæ ad corpus illius uiri, quod ſibi eſt denegatum per talem deceptionem: ergo deceptor tenetur ex iuſtitia reſtituere fœminæ illud ius, quod fieri nequit, niſi contrahendo cum illa. Et ſic diximus in concluſione q iſte talis nō eſt abſoluendus in foro conſcientiæ. Quod quidem dupli-

dupliciter intelligi poteſt primo, ꝙ nõ poſ- A ſit abſolui, niſi priùs habeat animum contra hendi cum illa. Secundò, ꝙ non tantum habeat animũ, ſed quod etiam priùs debeat contrahere matrimonium quàm abſoluatur. Ex iuxta primum ſenſum facilis eſt probatio, quia ſi nõ haberet illud propoſitum, maneret in peccato mortali quod commiſit decipiendo fœminam: ergo non poteſt ſine tali propoſito abſolui ſacramentaliter. Antecedens probatur, quia ille peccauit mortaliter, tum quia decepit fœminam, quod fuit peccatum contra iuſtitiam, tum etiã ſecũdũ aliquos contra reuerentiam ſacramẽti, quia B ipſum annullauit, quod eſt contra virtutem religionis. Sed in ſecundo ſenſu fortè videbitur alicui idem eſſe habendum iudiciũ de iſto deceptore reſpectu abſolutionis ſacramentalis & de debitore, qui cum commodè poſſet, noluit reſtituere debitum, talis autẽ debitor prima vice videtur abſoluendus cũ ſolo propoſito ſoluendi, quia quod ſemel peccauerit in illa materia indicium eſt humanæ fragilitatis & non eſt indicium ſufficiens ꝙ remanebit in occaſione proxima iterũ peccãdi in ſimili materia: videri ergo poteſt ſimiliter, ꝙ prima vice poſſet abſolui C deceptor cũ ſolo propoſito cõtrahendi poſteà. Sed mihi magis placet, ꝙ etiã prima vice non ſit abſoluendus, niſi priùs cõtrahat, nã præter hoc ꝙ eſt materia grauiſsima, attentis circunſtãtijs, videtur, ꝙ iſte remaneat in proxima occaſione perſiſtendi in deceptione fœminæ, & ad vitãdã iſtã occaſionẽ obligãdus eſt, vt priùs cõtrahat, quã abſoluatur: ita docẽt multi grauiſsimi expoſitores D. Thomæ.

¶ Et vt hanc cõcluſionem explicemus, ſit ſecunda cõcluſio explicatiua præcedentis. Quando hactenus diximus, ꝙ ille deceptor D tenebatur cõtrahere cũ fœmina decepta, debet intelligi per ſe loquendo, nã per accidẽs poſſunt dari aliqui caſus, in quibus nõ teneatur cõtrahere. In hac etiã concluſione cõueniũt omnes diſcipuli D. Tho. Primus caſus eſt, ſi mulier decepit virũ dicendo eſſe virginem, cum re uera nõ eſſet; in quo quidem caſu ille qui ficte contraxit, non tenetur poſteà cõtrahere cum illa muliere. Et ratio huius eſt: nã in iniurijs datur recõpenſatio, ſed iſti adinuicem ſe deceperunt: ergo non tenetur illam ducere. Secũdus caſus eſt, ſi ſit maxima inæqualitas inter illos, taliter ꝙ ipſe deceptor eſt longè alterius ſtatus. v. g. ſi ille ſit filius Ducis, vel alicuius Comitis, illa verò de media plebe, vt ſi ſit filia artificis marchanti vel vulgariſsimi hominis, tunc qui ficte contraxit, non tenetur illam ducere in vxorem, tenetur tamen reſtituere dãnũ illatum ad arbitrium uiri prudentis augẽdo dotem. Iſtũ caſum ponit D. Tho. infrà, q. 46, art. 2. ad quartũ. vbi idem facit iudiciũ quando deceptor præbuit probabiliſsima ſigna ſuæ deceptionis. Et ratio D. Thom. ibi eſt, quia tunc non præſumitur probabiliter ꝙ illa fuerit decepta, ſed ꝙ finxerit ſe deceptã quia ipſa deberet exiſtimare, ꝙ ille loquebatur ficte, & cũ dolo: item, nã nemo tenetur reſtituere dãnum pluſquã ualet, ſed ſi talis teneretur illã ducere, teneretur reſtituere dãnum pluſquã ualet, ergo non tenetur illã ducere. Tertius caſus eſt, ſi ille qui ficte contraxit, uerè alteram duxit, in quo caſu uiuẽte uxore cum qua uere contraxit, non tenetur priorem ducere, ſed debet dãnum reſtituere ad arbritrium uiri prudẽtis. Ratio huius eſt: nam (ut ſuprà diximus) ſecundũ matrimoniũ fuit ualidũ. Vltimus caſus eſt, quãdo ex tali matrimonio timetur malus exitus, uel graue dãnũ ex eo ꝙ cõtrahãt, ut ſi puella ſit leuis uel meretrix, in hoc caſu nõ tenetur contrahere. Hoc tenet Syluest. uerbo luxuria, quæſt. 5. circa finem, & idem tenent cõiter Doctores. Quid uerò debeat facere mulier decepta uiuẽte uiro, explicat optimè Magiſt. Sotus in. 4. d. 27. q. 2 art. 4.

¶ Aduertẽdũ tñ eſt circa dicta, ꝙ filii habiti ex tali matrimonio cũ cõſenſu ficti deceptoris, cũ bona fide ex parte fœminæ deceptæ qñ matrimoniũ fuit celebratũ in facie eccleſiæ: ſunt habendi ut legitimi, ita diffinitur in titulo qui filii ſint legitimi. ca. per latũ, in quo determinatur quædam eſſe filiũ legitimum habendum eo quòd generatus fuit ex matrimonio contracto in facie eccleſiæ, etiam ſi eius pater habeat primam uxorem legitimam uiuam, ſed ſecũda bona fide cum illo contraxit. ca. per latũ, qui filii ſint legitimi

QVibus poſitis reſpõdẽdũ eſt ad argumẽta facta in principio. Ad primum argumentũ reſpõdetur, ꝙ illud argumentum rectè probat, ꝙ ille non manet obligatus matrimonio de facto, nec obligatione ſpõſaliũ, propter rationẽ ibi poſitam: & ita non tenebitur ſtatim ad actus matrimoniales exercendos. v. g. ad reddẽdum debitum

ſed

ſed non probat argumentum, q; non teneatur aliundè contrahere matrimonium, ſcilicet ad repellendum iniuriã deceptionis. Vt iam dictum eſt in prima concluſione.

¶ Ad ſecundum reſpondetur primo negãdo antecedens, imò aliqui viri docti dicunt, q; ille talis peccat mortaliter, niſi poſteà habeat verũ conſenſum profeſſionis, ne decipiat religionem. Secundo reſpõdetur negãdo cõſequentiã, nã ſi ille deceptor non iterũ verè cõſentiat in matrimonio, irrogat graué iniuriã fœminæ deceptæ, vt dictũ eſt, ſi autẽ non innouet cõſenſum profeſſionis, non videtur cedere in graue dãnum religionis, quia ſtatus religionis oportet, q; aſſumatur cũ maxima libertate, ſi autem ille cogeretur remanere in religione non voluntarius, potius cederet in detrimẽtũ religionis, quia facile negligeret obſeruãtias religioſas & præſtaret fratribus malũ exemplum: præſertim quod profeſſio religionis potius ordinatur in vtilitatem ipſius profitentis.

¶ Ad tertium reſpõdetur negãdo q; illud detrimentũ quod dedit ille qui ficte cõtraxit, poſſit reſarciri alia via, & dicimus q; nõ poteſt reſarciri pecunia ſed ſolũ per hoc q; vere cõtrahat, vt iam cõſtat ex dictis in prima concluſione. ¶ Ad confirmationẽ aliqui viri docti videtur dicere, q; ſi quis animo ficto promiſit virgini, ſe cum ea matrimoniũ cõtracturum, & ea ratione facit illi copiam ſui corporis, nõ tenetur, cũ ea contrahere in conſcientia, ſed ſatisfacit reſtituendo detrimentum. Hanc ſententiam exiſtimant probabilem aliqui moderni Theologi, & moderni expoſitores D. Tho. imò Magiſt. Victor. in Summa, nu. 230. ubi dicit, q; nõ ſufficienter probatur oppoſitum, & ſupplementum Gabrielis in 4. diſt. 28. q. 1. ar. 2. cõcl. 5. dicit ſub diſiunctione, quòd ille vel tenebitur eam ducere, vel eã dotare. D. Antonius idem tenet, 3. part. tit. 1. c. 19. in principio. & Summa Tabiena. verſi. matrimoniũ 2. nu. 7.

¶ Nihilominus tamen oppoſita ſentẽtia eſt vera & omnino tenenda. Ad cuius expoſitionẽ eſt aduertendum, q; aliud eſt iudiciũ quando aliquis violauit virginem per vim & omnino inuoluntariã, & aliud quando eã violauit omnino voluntariam; & in vtroq; caſu nihil promiſit vir; de quibus caſibus dicitur in 2. 2. q. 62. art. 2. & aliud eſt, quando promiſit virgini aliquid magnum vel paruum, ſiue eſſet pretium, ſiue promiſſio ma-

A trimonij cũ ea cõtrahendi ſed fingendo animum adimplendi promiſſum. Nã quando omnino per vim, ſed ſine vlla promiſſione fuit uirgo violata a viro, dicitur ibidem, teneri uirum ad reſtituenda omnia dãna quæ inde incurrit virgo, & quæ incurrit pater eius, dicitur tamen ibi ab aliquibus, q; ante iudicis condemnationem ſatisfaciebat ille ſuæ obligationi reſtituendo ſolũ illud augmẽtum dotis quod uiſum fuerit neceſſariũ ad inueniẽdum maritum ſibi æqualem. Sed quando omnino uoluntaria fuit uirgo uiolata, & ſine ulla promiſſione, dicitur etiam B ibidem q; in rigore iuris ſtando, ad nihil tenebatur, ſi autem promiſit aliquid etiam magnum & ſub ea promiſſione uirginem obtinuit, tenebitur in conſcientia ad adimplendum promiſſum, ut ſic reſarciat iniuriã illatam: & hoc dicimus uerum, ſiue habuerit animum uerum adimplẽdi promiſſum, ſiue non habuerit, niſi fictum.

¶ Hinc ſequitur ad propoſitum noſtrum & ad ſolutionem cõfirmationis, q; ſi aliquis etiam ficto animo promiſit virgini ſe cum ea matrimonium cõtracturum & ea ratione fecit illi copiam ſui corporis, tenebitur in C conſcientia adimplere promiſſum & ſic cũ ea contrahere matrimonium, & non erit ſatis dotare illã, niſi interueniat magna inæqualitas inter ſtatum vtriuſque. Hæc eſt cõmunis reſolutio Doctorum, à qua non licet recedere in re tam graui. Hoc docet Palud. in 4. diſt. 28. q. 1. arti. 2. concil. 5. D. Antoni. parte. 2. titul. 5. cap. 6. §. 1. Sylueſter verbo. luxuria, quæſtione 5. circa finem, vbi citat alios autores, ſed ponit duas exceptiones in quibus nõ tenetur eã ducere. Prima eſt, quãdo vir eſt longè altioris ſtatus, & fœmina de media plebe, tũc enim nõ credetur, q; mulier ignorauit deceptionẽ. Secũda exceptio D eſt, quando ille nõ poterat legitimè alias cõtrahere cũ illa, quia iam verè cõtraxit cũ ſecunda, vel ſuſcepit ordinem ſacrum, vel pater puellę nõ vult eã tradere tali deceptori, vel violatori. Eandem ſententiã tenet idem Sylueſt. uerbo matrimonium, 2. q. 8. Sũma Armilla, uerbo reſtitutio, nu. 22. ſumma Angelica, uerbo ſtuprũ. nu. 2. & Cordu. in ſua Summa, q. 50. & in ſuo Quæſtio. lib. 1. q. 13. & Nauar. in Manuali c. 16. nu. 18. Vbi optimè hoc explicat & aduertit, q; quando Magiſter Victoria ſuo tempore docuit Salmãticæ, q; quãdo aliquis uiolauerat uirginem,

tenebatur ille reſtituere dãnum illatũ etiã ſi inueniret maritum æqualem ei quem inuenire poterat ſine tali damno:hoc dicit Nauarro non habere locum,quando talis maritus non deprehẽdit defectum vxoris, quod dicit ſæpe cõtingere·ſi autem ille defectus à marito deprehendatur propter quem forte diſcedit ab vxore &. peregrè proficiſcitur, aut aſpere eã tractat,cõcedit Nauarro habere locũ ſententiã Victoriæ. Ratio primi dicti Nauarri videtur bona,quia quando non deprehenditur à marito defectus, nullũ intulit detrimentũ qui violauit: ergo ſi aliũde nihil ei promiſit,nihil tenebitur reſtituere: Igitur ad noſtrũ propoſitum, fundamẽtum noſtri corollarij nõ eſt præciſe ex eo ꝙ infertur detrimentum puellæ,ſed fundatur in modo detrimenti, videlicet quia cum deceptione intulit tale detrimẽtũ, & hinc eſt, ꝙ non poteſt alia via ſatisfacere , niſi cùm illa contrahat matrimoniũ, quia non poteſt aliter deceptionem tollere: & hoc fundamentũ eſt maximè adnotandũ etiam ad ea quæ dicta ſunt in prima concluſione.¶ Vndè ad confirmationẽ dicendũ eſt his poſitis, quod ſi mulier nolit cedere iuri ſuo,nõ poteſt illa iniuria pecunia reſarciri,quia illa iniuria illata eſt per deceptionem,illa autẽ habet ius ad non acceptandũ aliud medium,niſi quod tollat deceptionem, quod non eſt aliud niſi adimplere promiſſum. Et per hoc reſpondetur ad primam probationem antecedentis illius cõfirmationis.Ad ſecundã etiam negatur conſequentia, quia in caſu antecedentis nulla fuit deceptio, ſed detrimentũ violẽtũ, excepta autẽ deceptione totum aliud detrimẽtũ reſarciri poteſt pecunia in illo caſu, at in caſu cõſequẽtis fuit deceptio ad quã auferendã mediũ ordinatũ eſt implere promiſſum.Et hæc ſententia(vt diximus)eſt omnino tenenda,quidquid dicãt moderni Theologi & alii qui forte loquuntur in alio caſu; cõcedendũ tamen eſt modernis Theologis, ꝙ ſi fœmina ſe virginẽ finxit,cũ nõ eſſet, vir qui cognouit illã,promittens animo ficto ſe eã ducturũ,nõ tenebitur in conſcientia eam ducere,qa vna deceptio recõpẽſatur cũ alia. Et hoc cõſtat hac ratione: Nã etiam ſi vir habuiſſet verũ animũ ſe obligandi, ſi tamẽ illa fingeret ſe virginẽ, etiamſi fuiſſent vera ſpõſalia cõtracta,eſſet ſufficiens cauſa,vt diſſoluerentur ſponſalia, vt inſinuatum eſt ſuprà q.43.ergo à fortiori in noſtro caſu.

A ¶ Videtur tamen dabilis caſus in quo licet illa nõ ſit virgo,teneatur deceptor in cõſcientia eã ducere. v.g. ſi eſſet aliqua fœmina in flore ſuæ ætatis vidua,etiam poſt matrimoniũ conſummatum , ſed eſſet ſpecioſa valde , & aliquis vir non lõgè alterius ſtatus animo ficto promiſit ſe eã ducturũ , & ſub ea promiſſione fecit ei copiã ſui corporis & habuit cũ ea magnã cõſuetudinem, vnde fœmina paſſa eſt notabilem infamiã;tunc dicimus , obligatũ eſſe illũ virum in conſcientia ad implendũ promiſſum & quod non ſatiſfaciat recõpenſando in pecunia contra fœminæ volũtatẽ:quæ omnia dicta ſint obiter in explicationem huius confirmationis. B

EST ſecundũ dubiũ, an quando aliquis cõtraxit cũ vna fictè & cũ altera vere, & cõpellitur ab eccleſia habitare cum Priori ſub excõmunicatione & aliis pœnis, Vtrum tunc poſſit reddere debitũ. Magiſt. Senten.in 4 diſ. 18.in fine, tenet,quòd tunc tenetur reddere debitum.

¶ Probatur hæc ſentẽtia.Primò.Ex duobus malis minus eſt eligendum,vt eſt cõmune prouerbiũ,& diffinitur in cap. duo mala, diſt.13.ſed minus malũ eſt reddere debitũ, quam eſſe excommunicatum: ergo tenetur reddere. cap. duo mala diſ. 13. C

¶ Secundo.Si oppoſitũ eſſet verũ,ſequeretur ꝙ aliquis eſſet pplexus & nõ haberet remedium,cõſequẽs autẽ eſt abſurdũ:ergo. Sequela probatur, ſi reddat debitum peccat mortaliter, & cõmittit adulterium , ſi autẽ nõ reddat, eſt inobediens eccleſiæ & incurrit excommunicationem:ergo.

¶Tertiò.Innocens qui probatur nocẽs,in foro externo poteſt occidi : ergo homo poteſt accedere ad nõ ſuam,quæ probatur ſua in foro externo. Explicatur argumentũ.Nã ſicut eſt intrinſece malum accedere ad non ſuam,ita occidere innocentem, ſed licet occidere innocẽtem , probatum nocentẽ: ergo accedere ad non ſuam,probatam ſuam. D

¶ Sit concluſio. Nullo modo hoc eſt licitum,& ſententia Magiſtri Senten.eſt , erronea in fide. Nam(ut dicit Innocentius loco allegato à D.Tho.) contractus matrimonii nullus eſt.Eandem ſententiã docet D.Tho. ad tertiũ.idem diffinitur ca. inquiſitioni.de ſententia excommunicationis, cum dicitur, qđ potius debet aliquis ferre humiliter ſententiam excommunicationis, quàm accedere ad non ſuam, etiãſi probetur ſua in forò exteriori. cap. inquiſitioni,de ſen.e.ex cõmun.

exteriori. Et ꝓbatur ratione. Primò. Fornicatio eſt intrīſecè mala, ita vt nulla ratione honeſtari poſsit, ſed talis reddēdo debitum in tali caſu fornicatur: ergo. Minor probatur, quia accidit ad non ſuam ſcienter.

¶ Secundò. Si hæc ſentētia eſſet vera, ſequeretur ꝙ eccleſia poſſet diſpēſare in matrimonio cōſummato, cōſequens eſt hæreticū: ergo. Sequela probatur. Eccleſia poteſt præcipere, vt reddat debitum priori vxori relicta vera vxore, cum qua conſummauit matrimonium (ſic enim ſupponimus) ergo.

¶ Ad argumenta facta in principio reſpōdetur, Ad primū, ꝙ ex duobus malis minus eſt eligendum, ſi vtrumque ſit malū culpæ, in noſtro verò caſu reddere debitum eſt malum culpæ, cum ſit fornicatio, vt diximus, eſſe verò excommunicatum non eſt malum culpæ, ſed pœnæ: potiùs uerò debemus, eligere quodcunque malum pœnæ, quàm minimum culpæ: nō enim ſunt eiuſdē ordinis.

¶ Ad ſecundum reſpōdetur, quòd in illo caſu ſunt difficillima remedia. D. Thom. ad vltimum ponit aliqua remedia. Primum remediū eſt, ꝙ fugiat in regiones longinquas & ſi poteſt, debet ſecum aſportare veram vxorem. Secundum remedium eſt, ꝙ humiliter & patienter ſuſtineat excommunicationē. Tertium remediū ꝙ perſuadeat primæ vxori inquantum poterit, ſe vere non conſenſiſſe, & ideò nō fuiſſe verū matrimoniū. Quartū remediū eſt, quòd talis fiat religioſus ſi matrimonium non ſit cōſummatū.

¶ Aduertendum tamē ꝙ aliqui Doctores dicunt, ꝙ in hoc caſu non ſolum eſt conſiliū eſſe religioſum, ſed etiā præceptū ad obuiādum periculis: ſed mihi hoc duriſsimum & falſum videtur. Nam talis quantumcunque grauiter peccauerit, nō intendit obligare ſe ad religionem: & eccleſia nunquam eſt vſa hoc remedio. Si verò ſit mulier, remediū eſt (ſi non poteſt fugere) ꝙ ingrediatur monaſterium occultè. Ita dicit Sylueſt. verbo debitū coniugale q. 13. & non videtur verum illud quod dicit Nauarro loco citato, ꝙ in tali caſu tenetur ex præcepto eccleſię cohabitare cum altero coniuge, dummodo nō ſit periculum habendi rem cum illa: cæterum ex præcepto eccleſiæ nulla naſcitur obligatio, etiamſi non ſit tale periculum, quia mādatum eccleſiæ fundatur in falſa præſumptione, tenebitur tamen ratione ſcandali, ſi nullum ſit periculum.

A

¶ Vltimum, ꝙ occidere innocentē non ſemper eſt intrinſecè malū, poteſt enim licite fieri autoritate diuina: fornicatio vero ſemper eſt intrinſecè mala. Secūdo dico, ꝙ occidere innocentem, quando probatur nocens, eſt medium neceſſarium & per ſe ordinatum ad pacem Reip. At verò accedere ad non ſuam, probatam ſuam, non eſt medium neceſſarium ad pacē Reipublicæ; illi enim non præcipitur in foro externo, niſi ꝙ cohabitet cum illa. Vltimo dico, ꝙ ſicut accedere ad nō ſuā, ſi fiat ex ignorātia inuincibili, non eſt intrinſecè malum, ita occidere innocentem, probatū nocentem, non eſt intrinſecè malū. Nā iudex prout iudex eſt & perſona publica, habet certitudinem ꝙ ille ſit nocens, & ignorat inuincibiliter ꝙ ille ſit innocens: hæc enim propoſitio, Ille eſt nocens, prout ſubeſt ſcientiæ publicæ iudicis vera eſt, & neceſſaria, ſicut hæc, Petrus peccauit, quæ cōtingens eſt, prout ſubeſt ſcientiæ diuinæ, neceſſaria eſt.

B

EST vltimū dubiū, quando poſt cōtractū matrimoniū vir. v.g. dicit fœminę ſe non habuiſſe verū cōſenſum, an mulier poſſit ſtatim illi credere, ita ut ſtatim maneat libera ad cōtrahēdū cū alio ſi voluerit. Hoc dubiū magis habebat locū ante Cōcil. Trid. quando permittebantur matrimonia clandeſtina.

C

¶ In huius dubij expoſitionem ſit prima concluſio; In iſto caſu non ſtatim debet credere coniux, ſicut nec eccleſia credit. Hæc cōcluſio eſt expreſſa Nauar. in c. 22. nu. 72. in manua. Probatur primo: quia inde ſequeretur occaſio diſſoluēdi multa matrimonia, quod quidē eſt maximū incōueniēs. Sequela probatur: Nam quilibet poſſet dicere ſe nō habuiſſe verū cōſenſum. ¶ Secūdo ꝓbatur. Prudēter credit, tūc ꝙ mētitur: ergo nō tenetur illi adhibere fidē. Cōſequētia eſt bona, & antecedēs ꝓbat. Nā antea dixit ſe habere uerū cōſensū, nō cōtraxit, ergo ſecūdū regulas prudētiæ credēdū eſt, ꝙ modo mentitur. Sylueſter verbo matrimonium, 6. quæſtione. 8. & Nauarro in Manuali Hiſpano. num. 71. dicunt, ꝙ iſto caſu coniunx debet facere diligētiam, & ſi inueniat eſſe tale impedimentum, vel non habuiſſe conſenſum, nec poterit petere, nec reddere debitum, ſi tamen inueniat non eſſe impedimentū vel habuiſſe conſenſum, poterit reddere & petere: ſi verò maneat cum dubio, poterit red-

D

dere

c.inquiſitioni, de ſentẽtia excom. dere & non petere, vt dictum eſt ſuprà in art. 1. huius quæſtionis,& videtur probari ex c.inquiſitioni, de ſententia excommunicationis.

¶Sit ad hoc ſecunda concluſio. Si generaretur ex tali dicto credulitas vel dubium in animo audientis, vera videtur ſententia Sylueſtri & Nauarri, maxime ſi nõ fuerũt diligentes à principio in examinãdis impedimentis,ſed poſt Conc. Trid. hoc non hẽt locum: & prædicti autores loquuntur quãdo teſtis fide dignus iuraret eſſe impedimentum,& adhuc tunc non tenerẽtur credere,nec laborarent ignorantia , quia poſt Conc. Trid.ſemper fit ſufficiens diligentia. Sed cum alter cõiunx dicit ſe non habuiſſe cõſenſum,certius eſt ꝙ non tenetur credere iuxta textum in c.per tuas,de probationibus,& pt licite petere & reddere debitũ. cap. per tuas, de probat.

¶Tertia concluſio. Aliquæ tamẽ poſſent dari coniecturæ propter quas poſſet credere non habuiſſe cõſenſum. Prima coniectura eſt,ſi ille prius dixit amicis,ego volo decipere iſtã mulierem;tunc enim eſſet cõiectura ſufficiens ad credendũ,illum non habuiſſe conſenſum.Secunda cõiectura, quando ipſe vir eſſet longe melioris & altioris conditionis quam mulier. Tertia,ſi ſtatim declaret vir ſe non habuiſſe cõſenſum & in ſignum huius rei fiat ſacerdos,vel profiteatur religionem,vel contrahat cum ſecunda, & pacifice viuat cum illa. Quarta, quando iudicio viri prudentis iudicaret illi credendum,tunc.n. licite crederet mulier & poſſet cũ alio contrahere.Videte Sylueſt. verbo matrimonium,4. num.11. & Nauarr.in Manuali,cap.22.num.77.& 78.;Magiſtrum Sotum diſt. 27.quæſt.1.ar.3.poſt medium. Et aduerte,quod cum iſte ſic mutaret ſtatũ deberet primam admonere (ſi forte ignorat) ut ſciat ſe eſſe liberã. ¶In hoc articulo poſſet eſſe difficultas de eo, qui dubitat de ualore matrimonii,& quando uterq; dubitat. De his tamen difficultatibus copioſiſſimè dictum eſt ſupra ar.1.huius queſtionis.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum conſenſus in occulto factus per verba de præſenti,faciat matrimonium.

A *AD QVINTVM ſic proceditur.Videtur quòd cõſenſus per verba de præſenti nõ faciat matrimonium, res enim in poteſtate alterius exiſtens non transfertur in poteſtatem alterius, niſi conſentiente illo in cuius poteſtate erat; ſed puella erat in poteſtate patris, ergo non poteſt per matrimonium tranſire in poteſtatem viri niſi patre conſentiente & ita ſi fiat in occulto conſenſus, etiam per verba de præſenti expreſſus, non erit matrimonium.* Th.4.d.28.q.vnic.ar.3 De clandeſt.deſpõ cap. quod nobis.

B ¶ 2 *Præterea.Sicut in matrimonio eſt actus noſter quaſi de eſſentia ſacramenti, ita etiam in pœnitentia, ſed ſacramentum pœnitentiæ non perficitur niſi mediantibus eccleſiæ miniſtris , qui ſunt ſacramentorum diſpenſatores:ergo nec matrimonium perfici poteſt in occulto abſque ſacerdotali benedictione.*

¶ 3 *Præterea.Baptiſmus qui poteſt in occulto & in aperto fieri, non prohibetur ab eccleſia fieri in occulto:ſed eccleſia prohibet clandeſtina fieri matrimonia , ergo non poſſunt fieri in occulto.* C

¶ 4 *Præterea inter eos qui in ſecundo gradu ſibi attinent, matrimonium contrahi non poteſt, quia eccleſia prohibuit:ſed ſimiliter eccleſia prohibuit clãdeſtina matrimonia, ergo non poſſunt eſſe vera matrimonia.*

SED contra ,poſita cauſa ponitur effectus, ſed cauſa ſufficiens matrimonij eſt conſenſus per verba de præſenti expreſſus : ergo ſiue fiat in publico ſiue in occulto, matrimonium ſequetur. D
¶Præterea , vbi eſt debita materia & debita forma ibi eſt ſacramentum, ſed in occulto matrimonio ſeruatur debita forma,quia ſunt ibi verba de præſenti conſenſum exprimentia: & debita materia , quia ſunt legitimæ perſonæ ad contrahendum: ergo eſt ibi verum matrimonium .

RESPONDEO dicendum , quòd ſicut in aliis ſacramentis quædam ſunt

 de eſ-

de eſſentia ſacramenti, quibus omiſſis non eſt ſacramentum, quædam autem ad ſolennitatem ſacramenti pertinent, quibus omiſſis verum perficitur ſacramentum, quamuis peccet qui omittit: ita etiam conſenſus expreſſus per verba de præſenti inter perſonas legitimas ad contrahẽdum, matrimonium facit: quia hæc duo ſunt de eſſentia ſacramenti, alia autem omnia ſunt de ſolennitate ſacramenti, quia ad hoc adhibentur vt matrimonium conuenientius fiat: vnde ſi omittãtur, verum eſt matrimonium quamuis peccent ſic contrahentes, niſi per aliquam legitimam cauſam excuſentur.

A

B

AD primum ergo dicendum, quòd puella non eſt in poteſtate patris quaſi ancilla, vt ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed quaſi filia ad educandum: & ideo ſecundum hoc quòd libera eſt, poteſt ſe in poteſtatem alterius abſque conſenſu patris dare, ſicut etiam poteſt aliquis vel aliqua intrare religionem abſque conſenſu parentum, cùm ſit perſona libera.

C

AD ſecundum dicendum, quòd actus noſter in pœnitentia quãuis ſit de eſſentia ſacramenti, non eſt ſufficiens ad inducendum proximum effectum ſcilicet abſolutionem a peccatis, & ideo oportet quòd ad perfectionem ſacramenti interueniat actus ſacerdotis: ſed in matrimonio actus noſtri ſunt cauſa ſufficiens ad inducendum proximum effectũ qui eſt obligatio, quia quicunque eſt ſui iuris poteſt ſe alteri obligare: & ideò ſacerdotis benedictio nõ requiritur in matrimonio quaſi de eſſentia ſacramenti.

D

AD tertium dicendum, quòd etiam prohibitum eſt, quod baptiſmum nullus accipiat, niſi à ſacerdote, niſi in in articulo neceſſitatis: matrimonium autem non eſt ſacramentum neceſſitatis: & ideò non eſt ſimilis ratio. Prohibentur autem clandeſtina matrimonia propter pericula quæ inde euenire ſolent; quia frequenter in talibus eſt aliqua fraus ex altera parte, freque͂ter etiam ad alia coniugia tranſeunt; dum pœnitent de his quæ ſubitò facta ſunt, & multa alia mala inde accidunt; & ſpeciem turpitudinis præter hoc habent.

AD quartum dicendum, quòd non ſunt prohibita clandeſtina matrimonia quaſi contra eſſentialia matrimonij exiſtentia, ſicut ſunt prohibita matrimonia illegitimarum perſonarum quæ ſunt materia indebita huic ſacramento: & ideo non eſt ſimile.

SVMMA ARTICVLI.

PRrima concluſio ſit. Cõſenſus in occulto factus per uerba de præſenti efficit uerum matrimonium. Ratio huius eſt, quia ſunt omnia quæ ſunt de eſſentia matrimonij etiam in ratione ſacramenti: ergo eſt verum matrimonium.

¶Secunda concluſio. Si aliqua requiſita deficiant, peccabunt quidẽ niſi per aliquã legitimam cauſam excuſentur. Ratio huius concluſionis eſt. Non apponuntur ea quæ ſunt de ſolennitate ſacramenti: ergo eſt peccatum.

¶Tertia concluſio. Matrimonia clandeſtina ſunt prohibita ab eccleſia.

CIrca iſtum articulum diſputandum eſt de matrimoniis clandeſtinis, quæ quidem diſputatio ſemper fuit celebris, maximè tamen nunc poſt Concil. Trident. in quo Seſſio. 24. cap. 1. de reformatione maxima cùm diligẽtia omnia iſta explicanda ſunt. Circa huiuſmodi matrimonia tria puncta diſputabuntur. Primum punctum eſt, de matrimonijs clandeſtinis ante Concil. Trid. Secundum, de illis poſt Concil. Trident. in loco immediatè citato. Tertium, de his quæ nunc requiruntur ad validitatem matrimonij de neceſſitate ſacramenti & præcepti. De quibus omnibus diſputat Magiſter in 4 diſt. 28. c. 2. & Palud. ibidem, quæſt. 2. Ricar. art. 2. quæſt. 3. Magiſter Sotus art. 1. & 2. Martinus de Ledeſma tom. 2. ſui quarti. q. 47. art. 5. Couar. ſuper 4. Decret. par. 2. cap. 6. in principio à numero 6. vſque ad 17.

¶Circa primum punctum ſupponẽdum eſt,

eſt, quod duæ vel tres acceptiones præcipuè erant matrimonij clandeſtini: ita dicit Magiſt. Soto in dicto art. 1. & communiter expoſitores D. Thomæ, & Iuriſperiti. Prima acceptio eſt, qua matrimonium clandeſtinũ accipitur pro illo matrimonio quod fiebat ſine teſtibus, quibus probari poſſet in facie eccleſiæ. Secunda acceptio eſt, quãdo licet eſſent teſtes, fiebat ſine bãnis, id eſt, plublicis denunciationibus in eccleſia: & aduertendum quòd nomen bannum, eſt Galli cum, vt dicitur in cap. cùm in tua, de ſponſalibus, vbi dicitur, editis bannis, vt tuis vtar verbis, & c. iſtæ duæ acceptiones habentur in cap. 1. & 2. de clandeſtina deſponſatione. Tertia acceptio minus propria eſt, quando ſunt teſtes & denũciationes, ſed deſunt aliæ ſolẽnitates iuris. Et aduertẽdum eſt, ꝙ matrimonium clandeſtinum in ſecunda & tertia acceptione non eſt propriè clandeſtinũ, vel ſaltem non eſt ita propriè clãdeſtinum: quod quidem conſtat, quia probari poteſt, ſed dicetur minùs ſolenne, quià alia requiſita deficiunt, quæ vidẽda ſunt in cap. aliter, 30. quæſt. 5. & in cap. quod nobis, de clandeſtina deſponſatione.

ca. cum in tua, d̄ ſpõſal. c. 1. & 2. de clãdeſtina deſonſat.

Ca. aliter. 30. q 5. ca. ꝙ nobis. de clandeſt. deſpõſa.

¶ Hoc poſito fundamento eſt primũ dubium circa iſtum punctum, an matrimoniũ clandeſtinum propriè & in prima acceptione eſſet validum matrimonium ante Concil. Tridẽ ¶ In quar. fuerunt aliqui autores qui exiſtimauerunt, quod matrimonia clandeſtina in prima acceptione non erant rata & valida ante Concil. Trident. ita dicit expreſſe Concil. Trid. in illo 1. decreto ne reformatione matrimonii, Vbi habetur, fuiſſe aliquos qui aſſerebant non eſſe validum matrimonium.

¶ Nihilominus tamen ſit concluſio. Certum eſt ſecundum fidem, quod matrimonium clandeſtinum ante Concilium Tridẽtinum erat validum. In hac concluſione cõueniunt omnes Theologi & Iuriſperiti; quæ ſupponenda eſt ad omnia quæ dicenda ſunt ¶ Et probatur primò ex Conci. Trident. in illo 1. decreto citato, vbi dicit in principio. Tametſi dubitandum non eſt clandeſtina matrimonia libero contrahentium conſenſu facta, rata, & vera eſſe matrimonia, quamdiu eccleſia ea irrita non fecit: & proinde iure damnandi ſunt illi, vt eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata eſſe negant, &c. ergo. ¶ Secundo probatur. Si matrimonium clandeſtinũ ante Concil. Triden. non erat validum, non eſſet neceſſarium quòd Concil. Triden. irritaret & annullaret illud, ſicut ibi irittat & annullat: ergo tale matrimonium clandeſtinum erat validum. ¶ Tertio probatur concluſio ratione D. Thomæ in hoc artic. quæ quidem ratio eſt demonſtratio in Theologia. Confirmatur argumentum & ratio D. Thomæ. Stando in iure naturali ad validitatem matrimonii ſatis eſt conſenſus contrahentium, ſi talis contractus non irritetur à republica, ſed in iſto caſu erat verus conſenſus contrahentium & reſpublica non irritauit talem contractum: ergo tale matrimonium ante Concil. Triden. erat validum.

EST ſecundum dubium, Vtrum matrimonium clandeſtinum ſit peccatum ex aliqua ꝓhibitione Eccleſiæ, an uero ex natura rei. Et videtur quòd ſit peccatum etiam ex natura rei. Fornicatio ideò eſt intrinſecè mala & nunquam licita, quoniam ex ea regulariter & vt in plurimum ſequuntur multa inconuenientia & incommoda: ſed ex matrimonio clandeſtino regulariter & vt in plurimum ſequebantur multa incommoda, vt conſtabat experientia: ergo matrimonium clãdeſtinum eſt intrinſecè malum, ac ſubinde ex natura rei illicitum Confirmatur. Nam in cap aliter, 30. quæſt. 5. & in aliis multis locis iuris, talia matrimonia clandeſtina vocantur adulteria, & fornicationes, ergo talia matrimonia erant illicita ex natura rei, & non ex prohibitione eccleſiæ ſolum.

ca. aliter. 30. q. 5.

¶ In huius rei expoſitionem eſt prima concluſio Certum eſt ſecundum fidem, qđ tale matrimonium contrahere erat peccatum. Hæc concluſio probatur. Nam in Concil. Triden. in cap. illo 1. de reformatione matrimonii expreſſe dicitur, quòd ſancta Dei eccleſia ex iuſtiſſimis cauſis illa matrimonia clandeſtina ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit: in quibus verbis apertè ſignificatur, quòd illa matrimonia erãt peccata, ergo, ¶ Confirmatur. Quia in cap. aliter, 30. quæſt. 5. & in cap. fin de clandeſt. deſpõſatione expreſſe prohibentur huiuſmodi matrimonia: ergo talia matrimonia contrahere eſt peccatum.

ca. aliter. 30. q. 5. ca fin. de clandeſt deſp.

¶ Secundò Regulariter loquendo ſequebatur infamia mulieris & parentum. & erat diſcordia inter conſanguineos, & cõtrahentes

tes negabant fidem, & contrahebant aliud A matrimoniũ,& manebant perpetuò in peccato mortali, & puellæ metu parentum negabant matrimonium etiam conſummatũ, & aliquando includebantur in monaſterio; ergo cõtrahere huiuſmodi matrimonia erat peccatum.

¶ Secunda concluſio. Regulariter loquẽdo, peccatum mortale erat ex genere ante Concil. Trident. contrahere matrimonium clandeſtinum. In hac concluſione conueniunt omnes Doctores, videte Magiſt. Soto vbi ſuprà, artic. 2. Probatur concluſio primò. Cõtrahere huiuſmodi matrimonia erat B contra præceptum eccleſiæ in re graui: ergo erat peccatum mortale regulariter. Antecedens conſtat ex eo quòd dicitur in Concil. Trident. quòd eccleſia ſemper deteſtata eſt talia matrimonia,& quia ſunt multæ leges eccleſiaſticæ in quibus prohibentur matrimonia clandeſtina, vt patet. 30. quæſt. 5. per multa capita. & cap. vltim. de clandeſtina deſponſatione.

ca. aliter, 20. q 5. ca fin. de clandeſt. deſp.

¶ Secundò probatur, quia ex talibus matrimonijs ſequuntur multa inconuenientia quæ dicta ſunt in fine concluſionis præcedentis,& enumerantur à D.Tho. in hoc artic. C in ſolutione ad tertium, ergo. Et aduertendum, quòd propter illa inconuenientia etiam ſine aliqua lege humana regulariter erat peccatũ mortale cõtrahere clãdeſtinè.

¶ Tertia concluſio. Aliquando erat licitum, uel non erat peccatum mortale cõtrahere clandeſtinè & occultè: ita tenet Magiſter Sotus, & alii Doctores communiter,& Magiſter Sotus ſupponit, quòd ipſi poſſunt ab epiſcopo obtinere diſpenſationem, uel quòd non habent copiam epiſcopi, uel quod epiſcopus nollet iniuſtè præbere licentiam ſic contrahendi. Quibus poſitis, dicit D Magiſt. Sotus, quod poſſent licitè contrahere clãdeſtinè in pluribus caſibus. Tres potiſſimum aſſignantur caſus in quibus licebat contrahere in occulto. Primus caſus eſt, quando matrimonium contractum fuit in facie eccleſiæ,& fuit inualidum propter occultum impedimentum: tunc obtenta diſpenſatione licebat contrahere occultè ad uitandum ſcandalum. Secundus caſus eſt, ſi urgeret neceſſitas grauis. v. g. ſi tyrannus obſidens ciuitatem diceret, vt ſolis mulieribus vxoratis ſeruetur honor: tunc licitum erat virginibus contrahere matrimonium occultum, ne tale detrimentum ſubirent: Similis caſus eſſet, ſi duo concubinarij comprehenderentur à iudice, poſſent licitè contrahere clandeſtinè, vt iurent ſe eſſe vxoratos. Tertius caſus eſt, quando parentes vel tutores faciunt violentiã virgini, & nõ permittunt illam contrahere, ut gaudeant ſuo patrimonio, tunc ipſa poſſet occultè contrahere, & idem eſt, quãdo eſſent in aliquo loco,& eſſet illis ualde utile cõtrahere, & poſtea non eſſet illis opportunitas, poſſent licitè contrahere in occulto. Ratio eſt: quia contrahere clandeſtinè non eſt intrinſecè malum, & ita iuſtis de cauſis honeſtari poteſt, ut ſtatim dicemus. Videte Nauarrũ in Manuali, cap. 16. num. 37. & Magiſt. Soto in illo art. 2.

¶ Contra hanc concluſionem eſt argumentum. Quando non ceſſat finis legis in vniuerſali, licet ceſſet in aliquo particulari non ideo ceſſat obligatio legis, ut ſæpè dicitur in 1. 2. & in 2. 2. & eſt communis doctrina in ſchola D.Thomæ, quod etiam docet Couar. ſuper 4. Decret. par. 2. cap. 6. §. 9. numero 7. ergo cum non ceſſet in uniuerſali finis legis eccleſiaſticæ prohibentis matrimonia clandeſtina, licet ceſſet in particulari caſu non ideo ceſſabit obligatio legis, ergo. Ad hoc argumentum aliqui moderni diſtinguunt ad iſtum modum. Aut finis legis eſt cõſequi bonum, & tunc non tollitur in caſu particulari obligatio, niſi ceſſet finis in communi. Aut finis eſt remouere malum,& tũc benè poteſt ceſſare in particulari, licet non ceſſet in communi, & ita eſt in propoſito. Sed regula poſita in argumento locum habet in quacunque lege, & eſt inſtantia in lege quæ prohibet ne tali hora noctis deferantur arma, unde licet Petrus ſit pacificus homo, ex quo non timeantur inconuenientia, certum eſt, quòd non poterit illa deferre: nam illa ratio non præbet illi licentiam. Igitur argumentum reſpondetur, quod in caſibus ſupradictis priùs petenda eſt licentia ab epiſcopo, & hoc conuincit argumentum, quòd ſi nõ ſit commoditas uel ex defectu Epiſcopi, uel quia iniuſtè negat licentiam, tunc per epicheiam, ideſt, per benignam declarationem legis eccleſiaſticæ, poterunt: quia tunc rationabiliter declaratur noluiſſe obligare cum tanto rigore & detrimento: & ſic conſonant dicta in argumento de mente D. Tho. & ſuorum diſcipulorum

pulorum

pulorum in regula illa. Et patet in dicto exemplo, ſi homo ille egeret nocte exire, & non poſſet commodè petere licentiam, & timeret occurſum ſui inimici, poſſet per epicheiam deferre etiã arma prohibita: & ita ſaluatur, quòd leges iſtæ ſemper obligent, quamdiu nõ ceſſat finis in communi, aliàs ſi ſufficeret, quòd ceſſaret finis in particulari, licitũ eſſet tali homini de quo non timentur inconuenientia, ſine aliqua cauſa tranſgredi leges: quod non eſt dicendum.

¶Ad rationem dubitandi dicendum eſt, quòd actus humani ſunt in quadruplici differentia. Quidam intrinſece boni qui nulla de cauſa poſſunt fieri mali, vt dilectio Dei quando oportet, &c. Quidam intrinſece mali, qui nulla ratione poſſunt honeſtari, vt odium Dei. Alij indifferentes, vt leuare feſtucam. Alii vero ſunt qui ſonant in malum, & dicunt deformitatem, iuſtis tamen de cauſis honeſtari poſſunt, vt habere plura beneficia, occidere hominem. Matrimonium clandeſtinum pertinet ad quarttum modum, ſonat enim in malũ, & præ ſe fert deformitatem: poteſt tamen honeſtari iuſtis de cauſis, & ſic ante Concilium Tridentinum aliquibus de cauſis iuſte fieri poterat. Vnde ad argumentum reſpondetur, ꝙ fornicatio eſt intrinſece mala, quia per ſe, & ex natura ſua, ex illa ſequuntur multa incõmoda regulariter, & vt in plurimum: cæterum ex matrimonio clãdeſtino per ſe, & ex natura ſua, non ſequuntur incommoda & detrimenta, ſed ſolum ſuppoſita malitia hominum: & ideò matrimonium clãdeſtinum non eſt intrinſece malum. ¶Ad cõfirmationem reſpondetur, quòd matrimonia clandeſtina vocantur adulterina & fornicationes, non quia non ſint valida, ſed per exaggerationem, & quia ſic reputantur in foro exteriori. Et quòd hęc ſit legitima expoſitio conſtat ex verbis ſequentibus in illoc. aliter, vbi dicitur, niſi propria voluntas ſuffragauerit, &c.

EST tertium dubium, an contrahere matrimonia clandeſtina ſecundo modo, id eſt coram teſtibus ſine bannis & denunciationibus ſit peccatum mortale ante Conc. Trid. & an aliquando nullum eſſet peccatum.

¶Prima concluſio. Solo iure communi attento, non erat peccatum mortale contrahere ſic clandeſtine, dũmodo fieret diligentia, ne eſſet impedimentum. Hæc concluſio probatur primò, quia licet eſſet præceptũ in cap. finali, de clandeſtina deſponſatione de præmittendis denunciationibus, nõ fuit in vſu in multis Eccleſijs Hiſpaniæ, præcipue in Eccleſia Toletana in quibus non reputabatur clandeſtinũ matrimonium contractũ ſine bannis, ergo in illa lege nõ erat obligatio ad mortale. ca. fin. de clandeſtina deſpon.

¶Secundò probatur concluſio. Nam neque in dicto cap. finali. neque alibi, apponitur ſententia excommunicationis, neque aliquod aliud ſignum exprimens intentionem legiſlatoris eſſe obligare ad peccatum mortale, ergo non erat mortale. ¶Confirmatur. Quia ſuppoſita illa diligentia cauendi impedimenta, non cenſetur materia grauis ille defectus denunciationum: ergo non erat peccatum mortale. Quod ſi quis dicat, quod in illo cap. finali. dicit Summus Pontifex quod imponatur digna pœnitentia ſic contrahentibus, ergo manifeſtum ſignum eſt obligationis ad peccatum mortale, cum pro peccato ueniali non teneamur acceptare pœnitentias. Reſpondetur, quod tunc Papa loquitur de contrahentibus matrimonium clandeſtinum primo modo, non ſecundo modo.

¶Secunda concluſio. In diœceſibus particularibus in quibus erat appoſita ſententia excommunicationis lata, uel ferenda, cõtra ſic contrahentes, eſſet peccatum mortale ſi ſic contraherent. Hæc concluſio probatur, quia excommunicatio maior non imponitur, niſi propter peccatum mortale, ut dicitur in materia de excommunicatione: ergo erat peccatum mortale. ¶Confirmatur. Quia cum hæc pœna ponitur, eſt ſignũ ſufficiens quod legiſlator uelit obligare ad peccatum mortale, cum pœna hæc de ſe ſit grauiſſima, ergo.

¶Hæc concluſio intelligitur de illis qui ſic contrahunt ſcienter, nam ſi adſit ignorãtia talis cenſuræ, poſitæ in ſtatutis ſynodalibus, dũmodo non ſit craſſa, vel ſupina, certũm eſt, quòd non incurritur cenſura, vt habetur in cap. vt animarum. de conſtitutionibus in ſexto. & ita dicitur in materia de excommunicatione. Et hoc docet Magiſt. Soto in dicto art. 2. & aliqui moderni hic, licet Sotus dicat, quod illa ignorantia non excuſaret, ſi excommunicatio poneretur in lege generali, vel ſtatuto Papæ: Sed contrarium

cap. ut anima-rũ, de cõſtitut. in ſexto.

eſt verius, vt patet ex dicto cap. vt animarum, de quo latius in materia de excõmunicatione: quæ doctrina eſt uera etiam ſi ignorantia ſit culpabilis, dummodo non ſit craſſa, vel ſupina, ut patet ex dicto cap. ut animarum, in quo nomine ordinariorum etiam comprehenditur Summus Põtifex.

¶ Tertia concluſio. In caſibus, in quibus dubio præcedenti diximus licitum eſſe con trahere clandeſtine, non incurreretur talis excommunicatio: Hæc concluſio conſtat manifeſte, quia tunc nullã eſſet culpa: ergo tunc non incurreretur excommunicatio, tum excommunicatio non incurritur niſi propter culpam.

¶ Eſt quartum dubium, an ſit licitum cõ trahere ſine teſtibus, & ea cõditione, vt matrimonium habeatur ſecretum in perpetuum, vel in lõgum tempus. Ad hoc dubiũ reſpondetur breuiter cum Magiſtro Soto iu dicto art. 2. quòd quantum eſt ex vi matrimonij, nullum eſſet peccatũ, ſed ex parte inconuenientium vix non excuſaretur à mortali, tum propter ſcandalum, tum quia nec filij haberẽtur legitimi, nec commodè educarẽtur, ſed ſi ad paruum tempus eſſet ſecretum, vel non eſſet peccatum, vel non mortale. v. g. vt interim fierent pacta, &c.

¶ Dubium quintum eſt, quas pœnas incurrebant contrahentes clandeſtina matrimonia propriè loquendo ante Concilium Tridentinum, & ſacerdos aſſiſtens. ¶ Prima concluſio. Iure communi nulla incurrebatur iure tamen peculiari diœceſum incurrebatur excommunicatio, quãdo aderat peccatum mortale. Hęc eſt communis, & accepi à fide dignis quod in aliquibus diœceſibus erat talis pœna. ¶ Secunda concluſio. Quando contrahebatur clandeſtine, & in gradibus ab eccleſia prohibitis filij non habebantur legitimi, etiam ſi impedimentum ignorarent. Patet ex dict. cap. fina. §. ſi quis, de clandeſtina deſponſatione. Vnde Soto dict. art. 2. meritò improbat aliquos dicentes eſſe filios illegitimos tantum ex hoc ꝙ clandeſtine vel ſine bannis contrahebatur matrimonium. ¶ Tertia concluſio. Parochus qui contemneret impedire tale matrimonium vel alius ſacerdos præſumẽs aſſiſtere, erat ſuſpendẽdus ab officio per triennium, vt patet ex dict. cap. fin. §. vltimo, de pœna ciuili qua puniebantur contrahentes clandeſtine, conſule Iuriſtas.

ca. ſi. §. ſi qs. de clãdeſt. deſpon.

Dict. c. ſi. §. ultimo.

A ¶ Dubium ſextum eſt, an contrahentes clandeſtine, poſſent abſolui ab excommunicatione ſynodali per bullam Cruciatæ, vel ſimilem etiam non ſoluta pœna pecuniaria appoſita in eadem conſtitutione pro fabrica eccleſiæ, & an poſſint abſolui à tali peccato quod commiſerunt antequam fieret publicum matrimonium.

¶ Prima concluſio. Per bullam Cruciatæ vel ſimilem poſſent abſolui etiam ante ſolutam pœnam pecuniariam. Hæc eſt communis, ſed ſupponimus, quod non ſunt con demnati à iudice ad ſoluendam illam pœnam.

B Probatur, quia licet in bulla ſoleat dici, ſatisfacta parte, at illa pęna conſtitutionis intelligitur imponẽda à iudice in vindictam: unde cum antequam fiat condemnatio accuſationis, nulla adſit pars, quia iudex non eſt pars, neq; ab illo ſit applicata: ideo &c. At poſt condemnationem iam fabrica cui applicatur pœna, cẽſetur pars. ¶ Secunda concluſio. Quando commodè poterant manifeſtare contrahentes matrimoniũ clãdeſtinum, nõ poterant ſacramentaliter abſolui antequam manifeſtarent, vt tollerent inconuenientia propter quæ peccarunt ſic

C contrahendo: ſi autem nõ poſſent commodè ſtatim manifeſtare propter aliquod inconueniens exortum, poſſent licitè abſolui à peccato cum propoſito manifeſtãdi cum primum poſſet. Iſtæ cõcluſiones probantur ipſa æquitate rationis. ¶ Et ſi quæras, an vſus clandeſtini matrimonii eſſet peccatũ ante Conc. Trid. reſpondetur ſicut dictum eſt de ipſo matrimonio, dubio 4. ꝙ vſus erat peccatum ex parte inconuenientium, vel ſaltem ex parte ſcandali.

¶ Dubium ſeptimum eſt, an matrimoniũ clandeſtinum ante Conc. Trid. eſſet vere ſa

D cramentum? Reſpondetur affirmatiuè, ꝙ eſt certũ, ex ſupra dictis, & ipſi contrahentes ſunt veri miniſtri. Poterat dubitari octauò, an eſſet peccatum conſumare matrimonium ante benedictionem ſacerdotis: ſed de hoc in ſequentibus.

Secundum punctum eſt de matrimonio clandeſtino poſt Concil. Triden. Et circa iſtud punctum ſupponendum eſt tanquam certum, quod matrimonium quod ſit ſine parocho & teſtibus, eſt uere & propriè clãdeſtinum, vel ſine alio ſacerdote de licẽtia parochi uel ordinarii, & tale matrimonium eſt nullum, & eſt peccatum. Hoc

conſtat

conſtat manifeſtè ex Conci. Triden. Seſſio. 24. in cap. 1. de reformatione matrimonij: conſtat etiam ex cap. cum inhibitio. de clãdeſt. deſpon. & hoc docent omnes Doctores: uide: e Martinũ de Ledeſma, in 4. loco in principio huius articuli citato. Palud. in 4 diſt. 28. quæſt. 2. Couarr. ſuper quartum decret. par. 2. cap. 6. Hoſtienſem in titulo de clandeſt. deſponſat. in Summa eiuſdem tituli.

c. cum inhibitio. de clãdeſt. deſpon.

¶ Eſt tamen dubium primum difficile & grauiſſimum, an quando contrahitur matrimonium coram parocho & teſtibus, ſed ſine denunciationibus, & ſine cauſa, ſit dicendum clandeſtinum matrimoniũ ſaltem ad effectum incurrendi pœnas legum ciuiliũ, præcipuè poſt Concil. Triden. Dixi, ſaltem quantùm ad effectum incurrendi penas legum ciuilium, nam certa res eſt, quod nõ eſt clandeſtinum primo modo taliter quod matrimoniũ ſit nullum: eo enim ipſo quòd ſit coram parocho, & teſtibus matrimoniũ eſt ualidum, ut conſtat ex tenore eiuſdem Concilii Tridentini. ¶ Et ad intelligentiam huius quæſtionis aduerte, qđ in l. 49 Tauri, & in l. 1. tit. 1. lib. 5. nouæ Recopil. grauiter puniũtur qui contrahunt clandeſtinè, imò etiam teſtes qui aſſiſtunt tali matrimonio: & ſupponendum eſt tanquam certum, quod leges illæ, quæ prohibẽt matrimonia clandeſtina & imponunt pœnas, ſunt iuſtæ & ſanctæ. Ratio eſt aperta, nam cum eccleſia prohibuerit matrimonia clandeſtina, poteſt optimè princeps ſecularis in fauorem talis præcepti, uel augere pœnas, uel eas de nouo ſtatuere cõtra tranſgreſſores talis p̃cepti eccleſiaſtici; quia ita expedit ad communem pacem reipublicæ, ut patet de pœnis ſtatutis contra uſurarios, & contra ſecũdo nubentes uiuente prima vxore: ergo cũ eccleſia prohibuerit matrimonia clandeſtina, potuit rex imponere & augere pœnas.

L. 49. Tauri & l. 1. titu. 1. lib. 1. nouæ Recopi.

¶ Tota autẽ difficultas eſt, an matrimonium contractum coram parocho, & teſtibus, tamen ſine denunciationibus, dicatur clandeſtinum ad effectum incurrendi huiuſmodi pœnas ciuiles, præcipuè poſt Concilium Tridentinum. Et uidetur uera pars affirmatiua. ¶ Primo arguitur ex iure: Nã in cap. cum inhibitio, de clandeſt. deſponſ. huiuſmodi matrimonia quæ fiunt ſine denunciationibus ſemper uocatur clandeſtina, quamuis ualida eſſent, ergo. Antecedens

Dicto c. cũ inhibitio. de clãdeſt. deſpon.

A probatur, quia ibi præcipitur, q̃ fiant denũciationes, & q̃ illa matrimonia cõtrahenda in eccleſijs, per presbyteros publicè proponantur: & ſtatim in § ſequenti, matrimonia quæ fiũt ſine huiuſmodi denũciationib. uocantur clandeſtina abſolute loquẽdo, ſubditur enim, Si quis uerò huiuſmodi clãdeſtina uel interdicta cõiugia iure p̃ſumpſerit, &c. ergo matrimonium quod ſit ſine denũtiationibus uere eſt clandeſtinum, ſaltem q̃tum ad effectum incurrendi illas pœnas.

¶ Secundo arguitur ex Concil. Trid. in illo cap. 1. de reformatione matrimonii, in B quo Cõcilium a principio incipit loqui de matrimonio clandeſtino, & dicit fuiſſe ualidũ, & iuſtiſſimis de cauſis deteſtatũ & prohibitũ ab eccleſia: poſtea uero quãdo irritat matrimonium: non irritat matrimoniũ clãdeſtinum, nec dicit q̃ matrimonium clãdeſtinum ſit nullum: ſed ſolum determinat, q̃ matrimonium quod ſit non præſente parocho, & duobus uel tribus teſtibus, ſit irritũ & nullum: ergo cenſuit Concil. quod matrimoniũ quod ſit corã parocho, & teſtib. poteſt eſſe clandeſtinũ: aliàs enim irritaret & annullaret matrimonium clandeſtinum, de C quo cœpit loqui in principio capitis.

¶ Tertiò arguitur ex vtroq; iure, ſcilicet, antiquo, & nouo. Nã a iure antiquo nõ eſt recedẽdũ, niſi in quo recedit nouum, ut habetur in l. præcipimus, C. de appellationibus, ſed in iure antiquo matrimoniũ, quod ſit ſine denunciationibus erat clãdeſtinum, ut patet ex illo cap. cum inhibitio, citato in primo argumento. Et ab hoc iure antiquo non recedit nouum ius Concil. Trid. at cõſtat ex toto illo decreto, imò uidetur eſſe conſonum iuri antiquo, cum dicitur ibidẽ. Antequam matrimonium cõtrahatur, ter à D proprio contrahentiũ parocho tribus continuis dieb. feſtiuis in eccleſia inter miſſarũ ſolennia publice denuncietur inter quos matrimonium ſit cõtrahendum: quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum appareat impedimentũ, ad celebrationem matrimonii ĩ facie eccleſiæ procedatur, Lateranẽſis Concilij ueſtigijs inhærendo: & in illis ultimis uerbis facit mentionem de illo cap. cùm inhibitio. Ex quo apertè colligitur, quòd Concil. Triden. non recedit à iure antiquo, ſed potius cõuenit cũ illo, ac ſubinde q̃ tale matrimoniũ ſic cõtractum licet ſit ualidum, eſt tamen clandeſtinum,

L. p̃cipimus. C. de appel la. in fine legis.

¶ Quartò.

L. fin. de ri. nupt. ¶ Quartò arguitur ex regula quæ habetur in l. finali de ritu nupt. ubi dicitur, quòd quando non ſeruatur ſolennitas de iure requiſita dicitur actus clam fieri. Ita etiã tradit Iaſon, in l. clam poſſidere, de acqui. poſſeſſio. num. 10. ubi dicit, quod ſi actus qui cõſueuit fieri publicè, ſi fiat coram duobus vel tribus teſtibus, dicitur fieri clandeſtinè: & idem docet multi grauiſſimi Iuriſperiti. Sed in noſtro caſu in tali matrimonio non ſeruatur ſolennitas de iure requiſita, & matrimonium quod communiter fit publice & in conſpectu populi, fit coram duobus uel tribus teſtibus & parocho: ergo tale matrimonium dicitur fieri clàm, ac ſubinde erit clandeſtinum.

L. clam. poſsidere, de acquiren. poſſ.

¶ Quinto arguitur. Si tale matrimoniũ poſt Concil. Trid. non dicitur clandeſtinũ, ſaltem quãtum ad effectum incurrẽdi illas pœnas, ſequitur manifeſtè, quòd lex illa Tauri iam eſſet ſuperflua poſt Concil. Trid. Conſequẽs autẽ eſt falſum, ergo et illud, ex quo ſequitur. Sequela eſt manifeſta, quia iã poſt Concil. Trid. nullũ matrimonium eſt clandeſtinũ ſecundum oppoſitam ſententiam, niſi quod fit ſine parocho & teſtibus: matrimonium uerò quod fit ſine parocho & teſtibus nullũ eſt, ut conſtat ex tenore Cõci. Trid. Falſitas conſequentis probatur. Quia in noua Recopil. nulla eſt lex, quæ non ſit correcta, & quæ obſeruari non poſſit, ergo.

¶ In oppoſitum eſt primo, quia illa lex Tauri expreſsè loquitur de illo matrimonio quod ab eccleſia iudicatur clandeſtinũ, ſed matrimoniũ, de quo diſputatur in hoc dubio neq; ante Cõcil. Trid. neq; poſt illud iudicatur ab eccleſia clandeſtinum propriè loquendo: ergo nec modo, neq; ante Cõcil. Triden. incurritur illa pœna. Minor in qua eſt difficultas, probatur. Nam in iure antiquo in illo cap. cum inhibitio, iã citato, expreſsè eſt ſermo de matrimonio clandeſtino propriè, ideſt, ſine teſtibus, ut conſtat intuẽti illud caput, & reſpectu illius matrimonii aſſignantur pœnæ, ut filii inde nati in gradu prohibito ab eccleſia reputẽtur illegitimi, &c. & in iure nouo Concilii Tridentini ſolum reputatur clandeſtinũ quod fit aliter, quam præſente parocho & teſtibus: ergo ſi tantum deficiant denunciationes in eccleſia, neque iure antiquo, nec nouo reputabitur propriè clandeſtinum.

¶ Secundò arguitur ex Concil. Triden.

A in illo cap. 1. de reformatione matrimonii, in quo à principio vſque in finem determinat de matrimonio clandeſtino, & docet, quòd eccleſia ſemper deteſtata eſt illud, & irritat & annullat illud, quod fit ſine parocho, & teſtibus. ergo cenſet Concilium, illud tantum eſſe matrimonium clãdeſtinum quod fit ſine parocho & teſtibus: ſemper enim in determinationibus Conciliorum attendendum eſt ad intentionem Concilii: fuit autẽ intentio illius deſtruere & annullare matrimonium clandeſtinum.

¶ Tertio arguitur. Illud matrimoniũ proprie & in rigore eſt clandeſtinum, quod fit
B clàm & occulte, ita ut probari nõ poſſit in facie eccleſiæ, ut conſtat ex ipſo nomine, ſed matrimonium, quod fit coram parocho & teſtibus, etiam ſi non præcedant denunciationes, non fit clàm & occulte, ita ut probari non poſſit in facie eccleſiæ, nam (ut cõſtat manifeſtè) probari poteſt per illos teſtes & parochum: ergo tale matrimonium non eſt clandeſtinum.

¶ Quartò arguitur. Manifeſtũ eſt, quòd illæ leges ſunt pœnales, & conſtituuntur in pœnam talis delicti, leges uerò pœnales cũ
C habeant rationem odii, reſtringendæ ſunt. Tunc ergo eſt argumẽtum. Matrimonium quod fit coram parocho & teſtibus nõ præcedentibus denunciationibus, uel non eſt clandeſtinum, uel non habet propriam & rigoroſam rationem matrimonii clandeſtini, ut manifeſtè conſtat: ergo propter tale matrimonium non incurruntur pœnæ matrimonii clandeſtini.

PRopter hæc argumenta ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſententia aſſerit, quod tale matrimonium eſt verè & propriè clandeſtinum,
D licet non tam propriè ſicut quod fit ſine teſtibus, & ita incurruntur illæ pœnæ. Hanc ſententiam tenent grauiſſimi autores. Nauarro in Manua. cap. 22. nu. 69. & 70. ubi dicit, quod Concil. Trident. non annullat omnia matrimonia clandeſtina, ſed ſolum illa quæ fiunt ſine parocho & teſtibus, uel aliquo alio ſacerdote de licentia parochi vel ordinarii: & paulò inferius dicit aduertendum, quod ſi cõtraheretur coram parocho & teſtibus non præmiſſa trina denunciatione, uel non omiſſa legitime, ualeret quidem matrimonium, ſed diceretur clandeſtinũ quoad alios effectus diſtinctos ab

anulla-

annullatione matrimonii, quia quoad illos non videtur derogari iuri antiquo, (à quo non eſt recedendum vltra quam recedit nouum. Eandem ſententiam tenent Abbas in dicto cap. cum inhibitio, & Butrius, nu. 19. & idem autor, in cap. cùm inter, nu. 6. & in cap. ex tenore. nu. 11. tit. qui filii ſint legitimi. Cardinalis ibidem num. fin. dicit, quod hæc opinio eſt verior: & Innocentius in rubrica eodem titulo. Sylu. verb. matrimonium 2. num. 17. Ioannes Andræas in ca. ex tenore, iam citato. idem tenet Segura in Directorio iudicum eccleſiaſticorum. cap. 15. nume. 32. & Ioannes Cephalus conſilio 421. lib. 3. Menochius libro 1. conſil. 69. & alii plurimi autores tam moderni quàm antiqui.

A

¶Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quod tale matrimonium propriè & in rigore non eſt clandeſtinum, ſed impropriè, & ita propter tale matrimonium non incurruntur pœnæ poſitæ in illa lege. Hãc ſententiam tenet Abbas in dicto cap. cum inhibitio: nam ex ratione illius textus colligit ꝙ hoc matrimonium non dicitur clandeſtinum, cum publicè contrahatur: idem tenet Ioan. Lupi Segouienſis in tractatu de matrimonionio. fol. 6. col. 4. Syluest. verbo matrimonium 2. Couarruuias ſuper 4. Decretal. ca. 6. num. 10. vbi dicit, quòd hæc ſententia moribus recepta videtur ſecundum ſententiam Palud. in 4. Sententiarum. diſt. 28. q. 2. ar. 3. concluſione 3. quia id quod fit ſcientibus vicinis, dicitur publicè fieri: & hanc ſententiam tenent multi alii autores moderni.

B

¶In huius rei expoſitionem eſt prima concluſio. Matrimonium clandeſtinum ſimpliciter & abſolute, & in omni rigore eſt, quando celebratur ſine teſtibus. Hæc concluſio eſt omnium Doctorum, videte ſupra citatos, & conſtat manifeſtè ex capitu. 2. de clandeſtina deſponſatione. Ratio pro hac concluſione eſt apertas. Tunc matrimoniũ fit clam & in occulto, & nullo modo probari poteſt in facie eccleſiæ: ergò tunc matrimonium proprie, & in rigore eſt clandeſtinum: & hæc concluſio certiſſima eſt apud omnes, & non eſt de illa aliqua difficultas.

Ca. 2. de claud. de ſponſ.

¶Secunda concluſio. Certiſſimum eſt, quòd matrimonium celebratum ſine denũciationibus eſt validum, itaque denunciationes non ſunt de eſſentia matrimonii, quod quidem intelligitur ſiue ante Conc. Trid. ſiue poſt. Hęc cõcluſio eſt contra Io. Cephal. & contra Menochium in locis ſupra citatis, qui exiſtimauerunt, quod monitiones ſunt de ſubſtantia & eſſentia matrimonii ſecundum tenorem Concilii Tridentini. Noſtra tamen concluſio eſt omnium Doctorum in cap. cum inhibitio, loquendo ante Cõc. Trid. & hoc docet Magiſter Sot. in 4. diſt. 28. q. 1. art. 2. & habetur in Conc. Floren. tracta. de ſacramentis. §. 7. idem docet Martinus de Ledeſma in 2. par. ſui quarti q. 47. art. 2. Couar. ſuper 7. Decret. part. 2. ca. 4. poſt Conc. verò Triden. certiſſimum eſt, quòd non ſunt de eſſentia & ſubſtantia matrimonii, vt dicetur infra in tertia parte huius articuli.

¶His poſitis difficultas eſt, an matrimonium factum ſine denunciationibus ſit clandeſtinum etiam ſi fiat coram parocho & teſtibus. In cuius rei expoſitionem ſit tertia concluſio. Prima ſententia eſt ſatis probabilis, ſecũda uerò videtur aliquantulum probabilior. Hæc concluſio habet duas partes. Prima pars probatur argumentis factis primo loco quæ ſunt ſatis probabilia, & autoritate Doctorum qui illam tenent. Secũda pars probatur autoritate Doctorum qui illam tenent, & argumentis factis ſecundo loco quæ videntur habere maiorem aliquam probabilitatem. Quæ omnia confirmantur tali argumẽto, quoniã aliàs ſequitur, quòd matrimonium factum coram maxima multitudine, ſit dicendum proprie & in rigore clandeſtinum, ſi non præceſſerunt denunciationes. Conſequens autem eſt falſum, ergo. Sequela eſt manifeſta. Falſitas conſequentis videtur clara, nam illud matrimonium factum eſt coram vniuerſa multitudine: ergo impropriiſſime dicitur clandeſtinum, & occultum: imò ſequitur, quòd ſi matrimonium fiat in eccleſia publice, & coram omnibus fidelibus, non tamen præmiſſis denunciationibus, ſit dicendum proprie matrimonium clandeſtinum. Conſequens autem eſt falſum, ergo & illud ex quo ſequitur. Sequela eſt manifeſta. Falſitas conſequentis conſtat, quia illud matrimonium factum eſt in facie totius eccleſiæ & non occulte, ergo.

C

D

¶Vnde qui voluerit tenere primam ſententiam debet reſpondere ad argumenta fa-

mo 2.quæſtione 47. artic.4. & alii moderni Theologi qui dicunt illam ſententiam eſſe probabilem.

¶ In huius rei expoſitionē ſit prima concluſio. Iſte talis deceptor tenetur in cōſcientia contrahere cū illa muliere decepta verū & ualidum matrimoniū, niſi iam de facto contraxerit cum ſecunda, neq; aliter eſt abſoluendus à confeſſario. Diximus in cōcluſione niſi iam de facto contraxiſſet cum ſecunda, nam certa res eſt, q quando aliquis cōtrahit matrimoniū per verba de præſenti, ſed an imo ficto, & poſtea vero animo cōtraxit cum ſecunda, validū eſt ſecundū matrimoniū, eo q primum matrimoniū fuit nullum, & ita māſit habilis ad ſecundū matrimoniū, & cōſequenter fuit validū: quāuis ſic cōtrahens commiſerit graue peccatum. Hanc ſentētiam tenet D.Th. hic, & omnes expoſitores illius, Magiſt. Sotus, diſtin.27. q.1.art.3.circa finem, & communiter Doctores, Scotus in 4.diſt.30.q.1.poſt mediū, Adria.in 4.q.2.de matrimonio ad ſecundū fol. 182.in principio & Palud.in 4.diſt.27. quæſt.2.art.6.concl.2. & 4.& hæc ſentētia attribuitur fratri Petro de Soto. Nauarro in Manuali,c.22.nu.76 & pro ea citat Maiorem.& ita Adria.& Sotus dicunt, q hæc ſententia eſt omnium Doctorum.

¶ Primò hæc concluſio probari ſolet ex c.1.de adulteriis, ſed ibi, & in c.1. eo.titulo non agitur de noſtro caſu, ſed de illo qui violauit virginē, de quod dicitur. q ducat eā vxorem, & quod corporaliter caſtigatus ex cōmunicetur, & in monaſteriū detrudatur ad agendam penitentiā, in quo quidē textu habetur lex pure pœnalis quoad illa omnia membra, & ſic non obligatur violator virginis, qui aliàs nihil ei promiſerat, ad ducendam eam vxorem ex vi illius textus.

ta. 1.& 2..de adult.

¶ Quare ſecundo probatur concluſio ratione. In omnib. aliis contractibus naturalibus tenetur vterque contrahēs habere verum animum & conſenſum cōtrahendi, & alias irrogat maximam iniuriam, ſed matrimonium eſt quidam contractus naturalis: ergo ſimiliter tenebitur in cōſciētia vterq; contrahens ad habēdum verum cōſenſum, vel ad poſtea illum innouandum, ſi à principio non habuit.

¶ Tertiò probatur, quia ſi illa mulier ſic decepta, petat ab illo uiro poſt cognitam deceptionem, vt habeat verum conſenſum

A & vt reddat validum matrimonium, iuſtiſſimè petit, vt conſtat: ergo alter deceptor nō poteſt iuſtè negare: non enim poteſt dari bellum iuſtum ex vtraq; parte ſecluſa ignorantia, vt hic ſecluditur. Quòd ſi quis reſpōdeat, q in iſto caſu illa fœmina manet omnino libera, cum nullum fuerit illud matrimoniū, & ita poterit liberè de ſe ipſa diſponere, & alteri viro nubere; unde, ſuppoſito q eam non cognouerit deceptor, nullū intulit detrimentū de facto, & per conſequēs nihil tenebitur reſtituere, neq; illā ducere.

B ¶ Quartò arguitur contra hanc ſolutionem, & ſimul probatur concluſio. Ille deceptor ex eo quòd decepit illam, fingendo cōſenſum, violauit iuſtitiam commutatiuam propter illam iniuriam, qua affecit fœminam, eam decipiendo in re grauiſſima: ergo quamuis nō fuerit ſubſequutum aliud detrimentum ex parte perſonæ eam cognoſcendo, ſemper tamen manebit obligatus deceptor ad ſatisfaciendum prædictæ iniuriæ: ſed non poteſt aliter ſatisfacere, niſi tollendo deceptionem, & adimplēdo contractum, & reddendo validum matrimonium: ergo ad id tenebitur in conſcientia. Confir

C matur argumentum. Ex oppoſita ſententia ſequeretur, q illa fœmina ſic decepta haberet vnum detrimētum omnino irrecuperabile, quod quidem conſtat, nā in eo caſu illa nō manet libera, vt poſſit de ſe diſponere, & alteri nubere, quia nō debet ſtatim credere deceptori dicenti ſe non habuiſſe conſenſum: ergo ad tollendum huiuſmodi detrimentum obligandus eſt deceptor ad eam ducendam.

¶ Quintò probatur concluſio, quia aliàs ſequeretur, quòd homines facinoroſi haberent maximam occaſionem decipiendi plu

D res fœminas, ſi ſcirent ſe non eſſe obligatos ad contrahendum cum illis.

¶ Ex dictis ſequitur, q oppoſita ſentētia non habet probabilitatem ſecuram in conſcientia, & hoc ſatis conuincitur argumētis factis pro noſtra concluſione, & ſpecialiter argumento Scoti ubi ſupra, quia illa fœmina habet ius iuſtitiæ ad corpus illius uiri, quod ſibi eſt denegatum per talem deceptionem: ergo deceptor tenetur ex iuſtitia reſtituere fœminæ illud ius, quod fieri nequit, niſi contrahendo cum illa. Et ſic diximus in concluſione q iſte talis nō eſt abſoluendus in foro conſcientiæ. Quod quidem dupli-

dupliciter intelligi poteſt primo, ꝙ nõ poſſit abſolui, niſi prius habeat animum contrahendi cum illa. Secundò, ꝙ non tantum habeat animũ, ſed quod etiam prius debeat contrahere matrimonium quam abſoluatur. Ex iuxta primum ſenſum facilis eſt probatio, quia ſi nõ haberet illud propoſitum, maneret in peccato mortali quod commiſit decipiendo fœminam: ergo non poteſt ſine tali propoſito abſolui ſacramentaliter. Antecedens probatur, quia ille peccauit mortaliter, tum quia decepit fœminam, quod fuit peccatum contra iuſtitiam, tum etiã ſecũdũ aliquos contra reuerentiam ſacramẽti, quia ipſum annullauit, quod eſt contra virtutem religionis. Sed in ſecundo ſenſu fortè videbitur alicui idem eſſe habendum iudiciũ de iſto deceptore reſpectu abſolutionis ſacramentalis & de debitore, qui cum commodè poſſet, noluit reſtituere debitum, talis autẽ debitor prima vice videtur abſoluendus cũ ſolo propoſito ſoluendi, quia quod ſemel peccauerit in illa materia indicium eſt humanæ fragilitatis & non eſt indicium ſufficiens ꝙ remanebit in occaſione proxima iterũ peccãdi in ſimili materia: videri ergo poteſt ſimiliter, ꝙ prima vice poſſet abſolui deceptor cũ ſolo propoſito cõtrahendi poſteà. Sed mihi magis placet, ꝙ etiã prima vice non ſit abſoluendus, niſi prius cõtrahat, nã præter hoc ꝙ eſt materia grauiſsima, attentis circunſtãtijs, videtur, ꝙ iſte remaneat in proxima occaſione perſiſtendi in deceptione fœminæ, & ad vitãdã iſtã occaſionẽ obligãdus eſt, vt prius cõtrahat, quã abſoluatur: ita docẽt multi grauiſsimi expoſitores D. Thomæ.

¶ Et vt hanc cõcluſionem explicemus, ſit ſecunda cõcluſio explicatiua præcedentis. Quando hactenus diximus, ꝙ ille deceptor tenebatur cõtrahere cũ fœmina decepta, debet intelligi per ſe loquendo, nã per accidẽs poſſunt dari aliqui caſus, in quibus nõ teneatur cõtrahere. In hac etiã concluſione cõueniũt omnes diſcipuli D. Tho. Primus caſus eſt, ſi mulier decepit virũ dicendo eſſe virginem, cum re uera nõ eſſet, in quo quidem caſu ille qui fictè contraxit, non tenetur poſteà cõtrahere cum illa muliere. Et ratio huius eſt: nã in iniuriis datur recõpenſatio, ſed iſti adinuicem ſe deceperunt: ergo non tenetur illam ducere. Secũdus caſus eſt, ſi ſit maxima inæqualitas inter illos, taliter ꝙ ipſe

A deceptor eſt longè alterius ſtatus. v. g. ſi ille ſit filius Ducis, vel alicuius Comitis, illa verò de media plebe, vt ſi ſit filia artificis marchanti vel vulgariſsimi hominis, tunc qui ficte contraxit, non tenetur illam ducere in vxorem, tenetur tamen reſtituere dãnũ illatum ad arbitrium uiri prudentis augẽdo dotem. Iſtũ caſum ponit D. Tho. infrà, q. 46, art. 2. ad quartũ. vbi idem facit iudiciũ quando deceptor præbuit probabiliſsima ſigna ſuæ deceptionis Et ratio D. Thom. ibi eſt, quia tunc non præſumitur probabiliter ꝙ illa fuerit decepta, ſed ꝙ finxerit ſe deceptã

B quia ipſa deberet exiſtimare, ꝙ ille loquebatur fictè, & cũ dolo: item, nã nemo tenetur reſtituere dãnum pluſquã ualet, ſed ſi talis teneretur illã ducere, teneretur reſtituere dãnum pluſquã ualet, ergo non tenetur illã ducere. Tertius caſus eſt, ſi ille qui fictè contraxit, uerè alteram duxit, in quo caſu uiuẽte uxore eum qua uere contraxit, non tenetur priorem ducere, ſed debet dãnum reſtituere ad arbitrium uiri prudẽtis. Ratio huius eſt: nam (ut ſuprà diximus) ſecundũ matrimoniũ fuit ualidũ. Vltimus caſus eſt, quãdo ex tali matrimonio timetur malus exi-

C tus, uel graue dãnũ ex eo ꝙ cõtrahãt, ut ſi puella ſit leuis uel meretrix, in hoc caſu nõ tenetur contrahere. Hoc tenet Syluest. uerbo luxuria, quæſt. 5. circa finem, & idem tenent cõiter Doctores. Quid uerò debeat facere mulier decepta uiuẽte uiro, explicat optimè Magiſt. Sotus in. 4. d. 27. q. 2 art. 4.

¶ Aduertẽdũ tñ eſt circa dicta, ꝙ filii habiti ex tali matrimonio cũ cõſenſu ficti deceptoris, cũ bona fide ex parte fœmine deceptę qñ matrimoniũ fuit celebratũ in facię eccleſiæ: ſunt habendi ut legitimi, ita diffinitur in titulo qui filii ſint legitimi. ca. perlatũ, in quo determinatur quædam eſſe filiũ legitimum habendum eo quòd generatus fuit ex matrimonio contracto in facie eccleſiæ, etiam ſi eius pater habeat primam uxorem legitimam uiuam, ſed ſecũda bona fide cum illo contraxit. ca. perlatũ, qui filii ſint legitimi

D

QVibus poſitis reſpõdẽdũ eſt ad argumẽta facta in principio. Ad primum argumentũ reſpõdetur, ꝙ illud argumentum rectè probat, ꝙ ille non manet obligatus matrimonio de facto, nec obligatione ſpõſaliũ, propter rationẽ ibi poſitam: & ita non tenebitur ſtatim ad actus matrimoniales exercendos. v. g. ad reddẽdum debitum

ſed

ſed non probat àrgumentum, ꝙ non teneatur aliundè contrahere matrimonium, ſcilicet ad repellendum iniuriā deceptionis. Vt iam dictum eſt in prima concluſione.

¶ Ad ſecundum reſpondetur primo negādo antecedens, imò aliqui viri docti dicunt, ꝙ ille talis peccat mortaliter, niſi poſteà habeat verū conſenſum profeſſionis, ne decipiat religionem. Secundo reſpōdetur negādo cōſequentiā, nā ſi ille deceptor non iterū verè cōſentiat in matrimonio, irrogat grauē iniuriā fœminæ deceptæ, vt dictū eſt, ſi autē non innouet cōſenſum profeſſionis, non videtur cedere in graue dānum religionis, B quia ſtatus religionis oportét, ꝙ aſſumatur cū maxima libertate, ſi autem ille cogeretur remanere in religione non voluntarius, potius cederet in detrimētū religionis, quia facile negligeret obſeruātias religioſas & præſtaret fratribus malū exemplum: præſertim quod profeſſio religionis potius ordinatur in vtilitatem ipſius profitentis.

¶ Ad tertium reſpōdetur negādo ꝙ illud detrimentū quod dedit ille qui ficte cōtraxit, poſſit reſarciri alia via, & dicimus ꝙ nō poteſt reſarciri pecunia ſed ſolū per hoc ꝙ vere cōtrahat, vt iam cōſtat ex dictis in prima concluſione. C ¶ Ad confirmationē aliqui viri docti. vidétur dicere, ꝙ ſi quis animo ficto promiſit virgini, ſe cum ea matrimoniū cōtracturum, & ea ratione facit illi copiam ſui corporis, nō tenetur, cū ea contrahere in conſcientia, ſed ſatisfacit reſtituendo detrimentum. Hanc ſententiam exiſtimant probabilem aliqui moderni Theologi, & moderni expoſitores D. Tho. imò Magiſt. Victor. in Summa. nu. 230. ubi dicit, ꝙ nō ſufficienter probatur oppoſitum, & ſupplementum Gabrielis in 4. diſt. 28. q. 1. ar. 2. cōcl. 5. dicit ſub diſiunctione, quòd ille vel tenebitur eam ducere, vel eā dotare. D D. Antonius idem tenet, 3. part. tit. 1. c. 19. in principio. & Summa Tabiena. verſi. matrimoniū 2. nu. 7.

¶ Nihilominus tamen oppoſita ſentētia eſt vera & omnino tenenda. Ad cuius expoſitionē eſt aduertendum, ꝙ aliud eſt indiciū quando aliquis violauit virginem per vim & omnino inuoluntariā, & aliud quando eā violauit omnino voluntariam; & in vtroq; caſu nihil promiſit vir; de quibus caſibus dicitur in 2. 2. q 62. art. 2. & aliud eſt, quando promiſit virgini aliquid magnum vel paruum, ſiue eſſet pretium, ſiue promiſſio ma-

A trimonij cū ea cōtrahendi ſed fingendo animum adimplendi promiſſum. Nā quando omnino per vim, ſed ſine vlla promiſſione fuit uirgo violata a viro, dicitur ibidem, teneri uirum ad reſtituenda omnia dāna quæ inde incurrit virgo, & quæ incurrit pater eius, dicitur tamen ibi ab aliquibus, ꝙ ante iudicis condemnationem ſatisfaciebat ille ſuæ obligationi reſtituendo ſolū illud augmētum dotis quod uiſum fuerit neceſſariū ad inueniēdum maritum ſibi æqualem. Sed quando omnino uoluntaria fuit uirgo uiolata, & ſine ulla promiſſione, dicitur etiam B ibidem ꝙ in rigore iuris ſtando, ad nihil tenebatur, ſi autem promiſit aliquid etiam magnum & ſub ea promiſſione uirginem obtinuit, tenebitur in conſcientia ad adimplendum promiſſum, ut ſic reſarciat iniuriā illatam: & hoc dicimus uerum, ſiue habuerit animum uerum adimplēdi promiſſum, ſiue non habuerit, niſi fictum.

¶ Hinc ſequitur ad propoſitum noſtrum & ad ſolutionem cōfirmationis, ꝙ ſi aliquis etiam ficto animo promiſit virgini ſe cum ea matrimonium cōtracturum & ea ratione fecit illi copiam ſui corporis, tenebitur in C conſcientia adimplere promiſſum & ſic cū ea contrahere matrimonium, & nòn erit ſatis dotare illā, niſi interueniat magna inæqualitas inter ſtatum vtriuſque. Hæc eſt cōmunis reſolutio Doctorum, à qua non licet recedere in re tam graui. Hoc docet Palud. in 4. diſt. 28. q. 1. arti. 2. concil. 5. D. Antoni. parte. 2. titul. 5. cap. 6. §. 1. Sylueſter verbo. luxuria, quæſtione 5. circa finem, vbi citat alios autores, ſed ponit duas exceptiones in quibus nō tenetur eā ducere. Prima eſt, quādo vir eſt longè altioris ſtatus, & fœmina de media plebe, tūc enim nō credetur, ꝙ mulier ignorauit deceptionē. Secūda exceptio D eſt, quando ille nō poterat legitimè alias cōtrahere cū illa, quia iam verè cōtraxit cū ſecunda, vel ſuſcepit ordinem ſacrum, vel pater puellę nō vult eā tradere tali deceptori, vel violatori. Eandem ſententiā tenet idem Sylueſt. uerbo matrimonium, 2. q. 8. Sūma Armilla, uerbo reſtitutio, nu. 22. ſumma Angelica, uerbo ſtuprū. nu. 2. & Cordu. in ſua Summa, q. 50. & in ſuo Quæſtio. lib. 1. q. 13. & Nauar. in Manuali c. 16. nu. 18. Vbi optimè hoc explicat & aduertit, ꝙ quando Magiſter Victoria ſuo tempore docuit Salmāticæ, ꝙ quādo aliquis uiolauerat uirginem,

tenebatur

tenebatur ille reſtituere dãnum illatũ eti: ſi A inueniret maritum æqualem ei quem inuenire poterat ſine tali damno:hoc dicit Nauarro non habere locum,quando talis maritus non deprẽhẽdit defectum vxoris, quod dicit ſæpe cõtingere:ſi autem ille defectus à marito deprehendatur propter quem forte diſcedit ab vxore & peregrè proficiſcitur, aut aſpere eã tractat,cõcedit Nauarro habere locũ ſententiã Victoriæ. Ratio primi dicti Nauarri videtur bona,quia quando non deprehenditur à marito defectus, nullũ intulit detrimentũ qui violauit: ergo ſi aliũde nihil ei promiſit,nihil tenebitur reſtituere: B Igitur ad noſtrũ propoſitum, fundamẽtum noſtri corollarij nõ eſt præciſe ex eo q infertur detrimentum puellæ,ſed fundatur in modo detrimenti, videlicet quia cum deceptione intulit tale detrimẽtũ, & hinc eſt, q non poteſt alia via ſatisfacere, niſi cum illa contrahat matrimoniũ, quia non poteſt aliter deceptionem tollere: & hoc fundamentũ eſt maxime adnotandũ,etiam ad ea quæ dicta ſunt in prima concluſione.¶ Vnde ad confirmationẽ dicendũ eſt his poſitis, quod ſi mulier nolit cedere iuri ſuo,nõ poteſt illa iniuria pecunia reſarciri,quia illa iniuria illata eſt per deceptionem,illa autẽ habet ius ad non acceptandũ aliud medium,niſi quod tollat deceptionem, quod non eſt aliud niſi adimplere promiſſum. Et per hoc reſpondetur ad primam probationem antecedentis illius cõfirmationis. Ad ſecundã etiam negatur conſequentia, quia in caſu antecedentis nulla fuit deceptio, ſed detrimentũ violẽtũ, excepta autẽ deceptione totum aliud detrimẽtũ reſarciri poteſt pecunia in illo caſu, at in caſu cõſequẽtis fuit deceptio ad quã auferendã mediũ ordinatũ eſt implere promiſſum.Et hæc ſententia(vt diximus)eſt omni D no tenenda,quidquid dicãt moderni Theologi & alii qui forte loquuntur in alio caſu; cõcedendũ tamen eſt modernis Theologis, q ſi fœmina ſe virginẽ finxit,cũ nõ eſſet, vir qui cognouit illã,promittens animo ficto ſe eã ducturũ,nõ tenebitur in conſcientia eam ducere,qa vna deceptio recõpẽſatur cũ alia. Et hoc cõſtat hac ratione: Nã etiamſi vir habuiſſet verũ animũ ſe obligandi, ſi tamẽ illa fingeret ſe virginẽ, etiamſi fuiſſent vera ſpõſalia cõtracta,eſſet ſufficiens cauſa,vt diſſoluerentur ſponſalia, vt inſinuatum eſt ſuprà q.43.ergo à fortiori in noſtro caſu.

¶ Videtur tamen dabilis caſus in quo licet illa nõ ſit virgo,teneatur deceptor in cõſcientia eã ducere. v.g. ſi eſſet aliqua fœmina in flore ſuæ ætatis vidua,etiam poſt matrimoniũ conſummatum , ſed eſſet ſpecioſa valde , & aliquis vir non lõgè alterius ſtatus animo ficto promiſit ſe eã ducturũ , & ſub ea promiſſione fecit ei copiã ſui corporis & habuit cũ ea magnã cõſuetudinem, vnde fœmina paſſa eſt notabilem infamiã;tunc dicimus , obligatũ eſſe illũ virum in conſcientia ad implendũ promiſſum & quod non ſatiſfaciat recõpenſando in pecunia contra fœminæ volũtatẽ:quæ omnia dicta ſint obiter in explicationem huius confirmationis.

EST ſecundũ dubiũ, an quando aliquis cõtraxit cũ vna fictè & cũ altera vere, & cõpellitur ab eccleſia habitare cum Priori ſub excõmunicatione & aliis pœnis , verum tunc poſſit reddere debitũ. Magiſt. Senten.in 4 diſ.18.in fine, tenet,quòd tunc tenetur reddere debitum.

¶ Probatur hæc ſentẽtia.Primò.Ex duobus malis minus eſt eligendum,vt eſt cõmune prouerbiũ,& diffinitur in cap. duo mala, diſt.13.ſed minus malũ eſt reddere debitũ, C quam eſſe excommunicatum: ergo tenetur reddere. cap. duo mala diſ. 13.

¶ Secundo.Si oppoſitũ eſſet verũ,ſequeretur q aliquis eſſet pplexus & nõ haberet remedium,cõſequẽs autẽ eſt abſurdũ:ergo. Sequela probatur, ſi reddat debitum peccat mortaliter, & cõmittit adulterium , ſi autẽ nõ reddat, eſt inobediens eccleſiæ & incurrit excommunicationem:ergo.

¶ Tertiò.Innocens qui probatur nocẽs,in foro externo poteſt occidi : ergo homo poteſt accedere ad nõ ſuam,quæ probatur ſua in foro externo. Explicatur argumentũ.Nã ſicut eſt intrinſece malum accedere ad non ſuam,ita occidere innocentem, ſed licet occidere innocẽtem , probatum nocentẽ: ergo accedere ad non ſuam,probatam ſuam.

¶ Sit concluſio. Nullo modo hoc eſt licitum,& ſententia Magiſtri Senten.eſt , erronea in fide. Nam(ut dicit Innocentius loco allegato à D.Tho.) contractus matrimonii nullus eſt. Eandem ſententiã docet D.Tho. ad tertiũ.idem diffinitur ca. inquiſitioni.de ſententia excommunicationis, cum dicitur, qđ potius debet aliquis ferre humiliter ſententiam excommunicationis, quàm accedere ad non ſuam, etiãſi probetur ſua in foro cap. inquiſitioni,& ſen.é.excomun.

 exteriori.

exteriori. Et ꝓbatur ratione. Primò. Fornicatio eſt intrinſece mala, ita vt nulla ratione honeſtari poſsit, ſed talis reddẽdo debitum in tali caſu fornicatur: ergo. Minor probatur, quia accidit ad non ſuam ſcienter. A

¶ Secundò. Si hæc ſentẽtia eſſet vera, ſequeretur ꝙ eccleſia poſſet diſpẽſare in matrimonio cõſummato, cõſequens eſt hæreticũ: ergo. Sequela probatur. Eccleſia poteſt præcipere, vt reddat debitum priori vxori relicta vera vxore, cum qua conſummauit matrimonium (ſic enim ſupponimus) ergo.

¶ Ad argumenta facta in principio reſpõdetur, Ad primũ, ꝙ ex duobus malis minus eſt eligendum, ſi vtrumque ſit malũ culpæ, in noſtro verò caſu reddere debitum eſt malum culpæ, cum ſit fornicatio, vt diximus, eſſe vero excommunicatum non eſt malum culpæ, ſed pœnæ: potiùs uerò debemus, eligere quodcunque malum pœnæ, quàm minimum culpæ: nõ enim ſunt eiuſdẽ ordinis. B

¶ Ad ſecundum reſpõdetur, quòd in illo caſu ſunt difficillima remedia. D. Thom. ad vltimum ponit aliqua remedia. Primum remediũ eſt, ꝙ fugiat in regiones longinquas & ſi poteſt, debet ſecum aſportare veram vxorem. Secundum remedium eſt, ꝙ humiliter & patienter ſuſtineat excommunicationẽ. Tertium remediũ ꝙ perſuadeat primæ vxori inquantum poterit, ſe vere non conſenſiſſe, & ideò nõ fuiſſe verũ matrimoniũ. Quartũ remediũ eſt, quòd talis fiat religioſus ſi matrimonium non ſit cõſummatũ. C

¶ Aduertendum tamẽ ꝙ aliqui Doctores dicunt, ꝙ in hoc caſu non ſolum eſt conſiliũ eſſe religioſum, ſed etiã præceptũ ad obuiãdum periculis: ſed mihi hoc duriſsimum & falſum videtur. Nam talis quantumcunque grauiter peccauerit, nõ intendit obligare ſe ad religionem: & eccleſia nunquam eſt vſa hoc remedio. Si verò ſit mulier, remediũ eſt (ſi non poteſt fugere) ꝙ ingrediatur monaſterium occultè. Ita dicit Syluest. verbo debiti coniugale q. 13. & non videtur verum illud quod dicit Nauarro loco citato, ꝙ in tali caſu tenetur ex præcepto eccleſię cohabitare cum altero coniuge, dummodo nõ ſit periculum habendi rem cum illa: cæterum ex præcepto eccleſiæ nulla naſcitur obligatio, etiamſi non ſit tale periculum, quia mãdatum eccleſiæ fundatur in falſa præſumptione, tenebitur tamen ratione ſcandali, ſi nullum ſit periculum. D

¶ Vltimum, ꝙ occidere innocentẽ non ſemper eſt intrinſecè malũ, poteſt enim licite fieri autoritate diuina: fornicatio vero ſemper eſt intrinſecè mala. Secũdo dico, ꝙ occidere innocentem, quando probatur nocens, eſt medium neceſſarium & per ſe ordinatum ad pacem Reip. At verò accedere ad non ſuam, probatam ſuam, non eſt medium neceſſarium ad pacẽ Reipublicæ; illi enim non præcipitur in foro externo, niſi ꝙ cohabitet cum illa. Vltimo dico, ꝙ ſicut accedere ad nõ ſuã, ſi fiat ex ignorãtia inuincibili, non eſt intrinſecè malum, ita occidere innocentem, probatũ nocentem, non eſt intrinſecè malũ. Nã iudex prout iudex eſt & perſona publica, habet certitudinem ꝙ ille ſit nocens, & ignorat inuincibiliter ꝙ ille ſit innocens: hæc enim propoſitio, Ille eſt nocens, prout ſubeſt ſcientiæ publicæ iudicis vera eſt, & neceſſaria, ſicut hæc, Petrus peccauit, quæ cõtingens eſt, prout ſubeſt ſcientiæ diuinæ, neceſſaria eſt.

EST vltimũ dubiũ, quando poſt cõtractũ matrimoniũ vir. v.g. dicit fęminę ſe non habuiſſe verũ cõſenſum, an mulier poſſit ſtatim illi credere, ita ut ſtatim maneat libera ad cõtrahẽdũ cũ alio ſi voluerit. Hoc dubiũ magis habebat locũ ante Cõcil. Trid. quando permittebantur matrimonia clandeſtina.

¶ In huius dubij expoſitionem ſit prima concluſio; In iſto caſu non ſtatim debet credere coniux, ſicut nec eccleſia credit. Hæc cõcluſio eſt expreſſa Nauar. in c. 22. nu. 72. in manua. Probatur primo: quia inde ſequeretur occaſio diſſoluẽdi multa matrimonia, quod quidẽ eſt maximũ incõueniẽs. Sequela probatur: Nam quilibet poſſet dicere ſe nõ habuiſſe verũ cõſenſum. ¶ Secũdo ꝓbatur. Prudẽter credit, tũc ꝙ mẽtitur: ergo nõ tenetur illi adhibere fide. Cõſequẽtia eſt bona, & antecedẽs ꝓbat. Nã antea dixit ſe habere uerũ cõſenſũ, nõ cõtraxit, ergo ſecũdũ regulas prudẽtiæ credẽdũ eſt, ꝙ modo mentitur. Syluester verbo matrimonium, 6. quæſtione. 8. & Nauarro in Manuali Hiſpano. num. 71. dicunt, ꝙ iſto caſu coniunx debet facere diligẽtiam, & ſi inueniat eſſe tale impedimentum, vel non habuiſſe conſenſum, nec poterit petere, nec reddere debitum, ſi tamen inueniat non eſſe impedimentũ vel habuiſſe conſenſum, poterit reddere & petere: ſi verò maneat cum dubio, poterit reddere

dere & non petere, vt dictum eſt ſuprà in art. 1. huius quæſtionis, & videtur probari ex c. inquiſitioni, de ſententia excommunicationis.

c. inquiſitioni, de ſentētia excom.

¶ Sit ad hoc ſecunda concluſio. Si generaretur ex tali dicto credulitas vel dubium in animo audientis, vera videtur ſententia Syluestri & Nauarri, maxime ſi nō fuerūt diligentes à principio in examinādis impedimentis, ſed poſt Conc. Trid. hoc non hēt locum: & prædicti autores loquuntur quādo teſtis fide dignus iuraret eſſe impedimentum, & adhuc tunc non teneretur credere, nec laborarent ignorantia, quia poſt Conc. Trid. ſemper fit ſufficiens diligentia. Sed cum alter cōiunx dicit ſe non habuiſſe cōſenſum, certius eſt ꝙ non tenetur credere iuxta textum in c. per tuas, de probationibus, & ꝑt licite petere & reddere debitū.

cap. per tuas, de probat.

¶ Tertia concluſio. Aliquæ tamē poſſent dari coniecturæ propter quas poſſet credere non habuiſſe cōſenſum. Prima coniectura eſt, ſi ille prius dixit amicis, ego volo decipere iſtā mulierem; tunc enim eſſet cōiectura ſufficiens ad credendū, illum non habuiſſe conſenſum. Secunda cōiectura, quando ipſe vir eſſet longe melioris & altioris conditionis quam mulier. Tertia, ſi ſtatim declaret vir ſe non habuiſſe cōſenſum & in ſignum huius rei fiat ſacerdos, vel profiteatur religionem, vel contrahat cum ſecunda, & pacifice viuat cum illa. Quarta, quando iudicio viri prudentis iudicaret illi credendum, tunc. n. licite crederet mulier & poſſet cū alio contrahere. Videte Syluest. verbo matrimonium, 4. num. 11. & Nauarr. in Manuali, cap. 22. num. 77. & 78. Magiſtrum Sotum diſt. 27. quæſt. 1. ar. 3. poſt medium. Et aduerte, quod cum iſte ſic mutaret ſtatū deberet primam admonere (ſi forte ignorat) ut ſciat ſe eſſe liberā. ¶ In hoc articulo poſſet eſſe difficultas de eo, qui dubitat de ualore matrimonii, & quando uterq; dubitat. De his tamen difficultatibus copioſiſſimè dictum eſt ſupra ar. 1. huius queſtionis.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum conſenſus in occulto factus per verba de præſenti, faciat matrimonium.

A *AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd cōſenſus per verba de præſenti nō faciat matrimonium, res enim in poteſtate alterius exiſtens non transfertur in poteſtatem alterius, niſi conſentiente illo in cuius poteſtate erat; ſed puella erat in poteſtate patris, ergo non poteſt per matrimonium tranſire in poteſtatem viri niſi patre conſentiente & ita ſi fiat in occulto conſenſus, etiam per verba de præſenti expreſſus, non erit matrimonium.*

Th. 4. d. 28. q. vnic. ar. 3 De clandeſt. deſpō cap. quod nobis.

B

¶ 2 *Præterea. Sicut in matrimonio eſt actus noſter quaſi de eſſentia ſacramenti, ita etiam in pœnitentia, ſed ſacramentum pœnitentiæ non perficitur niſi mediantibus eccleſiæ miniſtris, qui ſunt ſacramentorum diſpenſatores: ergo nec matrimonium perfici poteſt in occulto abſque ſacerdotali benedictione.*

¶ 3 *Præterea. Baptiſmus qui poteſt in occulto & in aperto fieri, non prohibetur ab eccleſia fieri in occulto: ſed eccleſia prohibet clandeſtina fieri matrimonia, ergo non poſſunt fieri in occulto.*

C

¶ 4 *Præterea inter eos qui in ſecundo gradu ſibi attinent, matrimonium contrahi non poteſt, quia eccleſia prohibuit: ſed ſimiliter eccleſia prohibuit clādeſtina matrimonia, ergo non poſſunt eſſe vera matrimonia.*

SED contra, poſita cauſa ponitur effectus, ſed cauſa ſufficiens matrimonij eſt conſenſus per verba de præſenti expreſſus: ergo ſiue fiat in publico ſiue in occulto, matrimonium ſequetur.

D

¶ Præterea, vbi eſt debita materia & debita forma ibi eſt ſacramentum, ſed in occulto matrimonio ſeruatur debita forma, quia ſunt ibi verba de præſenti conſenſum exprimentia: & debita materia, quia ſunt legitimæ perſonæ ad contrahendum: ergo eſt ibi verum matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quòd ſicut in aliis ſacramentis quædam ſunt

 de eſ-

de eſſentia ſacramenti, quibus omiſſis non eſt ſacramentum, quædam autem ad ſolennitatem ſacramenti pertinent, quibus omiſſis verum perficitur ſacramentum, quamuis peccet qui omittit: ita etiam conſenſus expreſſus per verba de præſenti inter perſonas legitimas ad contrahẽdum, matrimonium facit: quia hæc duo ſunt de eſſentia ſacramenti, alia autem omnia ſunt de ſolennitate ſacramenti, quia ad hoc adhibentur vt matrimonium conuenientius fiat: vnde ſi omittatur, verum eſt matrimonium quamuis peccent ſic contrahentes, niſi per aliquam legitimam cauſam excuſentur.

AD primum ergo dicendum, quòd puella non eſt in poteſtate patris quaſi ancilla, vt ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed quaſi filia ad educandum: & ideo ſecundum hoc quòd libera eſt, poteſt ſe in poteſtatem alterius abſque conſenſu patris dare, ſicut etiam poteſt aliquis vel aliqua intrare religionem abſque conſenſu parentum, cùm ſit perſona libera.

AD ſecundum dicendum, quòd actus noſter in pœnitentia quãuis ſit de eſſentia ſacramenti, non eſt ſufficiens ad inducendum proximum effectum ſcilicet abſolutionem a peccatis, & ideo oportet quòd ad perfectionem ſacramenti interueniat actus ſacerdotis: ſed in matrimonio actus noſtri ſunt cauſa ſufficiens ad inducendum proximum effectũ qui eſt obligatio, quia quicunque eſt ſui iuris poteſt ſe alteri obligare: & ideò ſacerdotis benedictio nõ requiritur in matrimonio quaſi de eſſentia ſacramenti.

AD tertium dicendum, quòd etiam prohibitum eſt, quòd baptiſmum nullus accipiat, niſi à ſacerdote, niſi in in articulo neceſſitatis: matrimonium autem non eſt ſacramentum neceſſitatis: & ideò non eſt ſimilis ratio. Prohibentur autem clandeſtina matrimonia propter pericula quæ inde euenire ſolent; quia frequenter in talibus eſt aliqua fraus ex altera parte, frequẽter etiam ad alia coniugia tranſeunt, dum pœnitent de his quæ ſubitò facta ſunt, & multa alia mala inde accidunt; & ſpeciem turpitudinis præter hoc habent.

AD quartum dicendum, quòd non ſunt prohibita clandeſtina matrimonia quaſi contra eſſentialia matrimonij exiſtentia, ſicut ſunt prohibita matrimonia illegitimarum perſonarum quæ ſunt materia indebita huic ſacramento: & ideo non eſt ſimile.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio ſit. Cõſenſus in occulto factus per uerba de præſenti efficit uerum matrimonium. Ratio huius eſt, quia ſunt omnia quæ ſunt de eſſentia matrimonij etiam in ratione ſacramenti: ergo eſt verum matrimonium.

¶Secunda concluſio. Si aliqua requiſita deficiant, peccabunt quidẽ niſi per aliquã legitimam cauſam excuſentur. Ratio huius concluſionis eſt. Non apponuntur ea quæ ſunt de ſolennitate ſacramenti: ergo eſt peccatum.

¶Tertia concluſio. Matrimonia clandeſtina ſunt prohibita ab eccleſia.

CIrca iſtum articulum diſputandum eſt de matrimoniis clandeſtinis, quæ quidem diſputatio ſemper fuit celebris, maximè tamen nunc poſt Concil. Trident. in quo Seſſio. 24. cap. 1. de reformatione maxima cùm diligẽtia omnia iſta explicanda ſunt. Circa huiuſmodi matrimonia tria puncta diſputabuntur. Primum punctum eſt, de matrimonijs clandeſtinis ante Concil. Trid. Secundum, de illis poſt Concil. Tridenc. in loco immediatè citato. Tertium, de his quæ nunc requiruntur ad validitatem matrimonij de neceſſitate ſacramenti & præcepti. De quibus omnibus diſputat Magiſter in 4 diſt. 28. c. 2. & Palud. ibidem, quæſt. 2. Ricar. art. 2. quæſt. 3. Magiſter Sotus art. 1. & 2. Martinus de Ledeſma tom. 2. ſui quarti. q. 47. art. 5. Couar. ſuper 4. Decret. par. 2. cap. 6. in principio à numero 6. vſque ad 17.

¶Circa primum punctum ſupponẽdum eſt,

eſt, quod duæ vel tres acceptiones præcipue erant matrimonij clandeſtini: ita dicit Magiſt. Soto in dicto art. 1. & communiter expoſitores D. Thomæ, & Iuriſperiti. Prima acceptio eſt, qua matrimonium clandeſtinū accipitur pro illo matrimonio quod fiebat ſine teſtibus, quibus probari poſſet in facie eccleſiæ. Secunda acceptio eſt, quādo licet eſſent teſtes, fiebat ſine bānis, id eſt, publicis denunciationibus in eccleſia: & aduertendum quòd nomen bannum, eſt Gallicum, vt dicitur in cap. cùm in tua, de ſponſalibus, vbi dicitur, editis bannis, vt tuis vtar verbis, & c. iſtæ duæ acceptiones habentur in cap. 1. & 2. de clandeſtina deſponſatione. Tertia acceptio minus propria eſt, quando ſunt teſtes & denūciationes, ſed deſunt aliæ ſolēnitates iuris. Et aduertēdum eſt, ꝙ matrimonium clandeſtinum in ſecunda & tertia acceptione non eſt propriè clandeſtinū, vel ſaltem non eſt ita propriè clādeſtinum: quod quidem conſtat, quia probari poteſt, ſed dicetur minùs ſolenne, quià alia requiſita deficiunt, quæ vidēda ſunt in cap. aliter, 30. quæſt. 5. & in cap. quod nobis, de clandeſtina deſponſatione.

ca. cum in tua, đ ſpōſal. c. 1. & 2. de clādeſtina deſponſat.

Ca. aliter. 30. q 5. ca. ꝙ nobis. de clandeſt. deſpōſa.

¶ Hoc poſito fundamento eſt primū dubium circa iſtum punctum, an matrimoniū clandeſtinum propriè & in prima acceptione eſſet validum matrimonium ante Concil. Tridē ¶ In quar. fuerunt aliqui autores qui exiſtimauerunt, quod matrimonia clandeſtina in prima acceptione non erant rata & valida ante Concil. Trident. ita dicit expreſſe Concil. Trid. in illo 1. decreto ne reformatione matrimonii, Vbi habetur, fuiſſe aliquos qui aſſerebant non eſſe validum matrimonium.

¶ Nihilominus tamen ſit concluſio. Certum eſt ſecundum fidem, quod matrimonium clandeſtinum ante Concilium Tridētinum erat validum. In hac concluſione cōueniunt omnes Theologi & Iuriſperiti; quæ ſupponenda eſt ad omnia quæ dicenda ſunt ¶ Et probatur primò ex Conci. Trident. in illo 1. decreto citato, vbi dicit in principio. Tametſi dubitandum non eſt clandeſtina matrimonia libero contrahentium conſenſu facta, rata, & vera eſſe matrimonia, quamdiu eccleſia ea irrita non fecit: & proinde iure damnandi ſunt illi, vt eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata eſſe negant, &c. ergo. ¶ Secundo probatur. Si matrimonium clandeſtinū ante Concil. Triden. non erat validum, non eſſet neceſſarium quòd Concil. Triden. irritaret & annullaret illud, ſicut ibi irittat & annullat: ergo tale matrimonium clandeſtinum erat validum. ¶ Tertio probatur concluſio ratione D. Thomæ in hoc artic. quæ quidem ratio eſt demonſtratio in Theologia. Confirmatur argumentum & ratio D. Thomæ. Stando in iure naturali ad validitatem matrimonii ſatis eſt conſenſus contrahentium, ſi talis contractus non irritetur à republica, ſed in iſto caſu erat verus conſenſus contrahentium & reſpublica non irritauit talem contractum: ergo tale matrimonium ante Concil. Triden. erat validum.

EST ſecundum dubium, Vtrum matrimonium clandeſtinum ſit peccatum ex aliqua ꝓhibitione Eccleſiæ, an uero ex natura rei. Et videtur quòd ſit peccatum etiam ex natura rei. Fornicatio ideò eſt intrinſecè mala & nunquam licita, quoniam ex ea regulariter & vt in plurimum ſequuntur multa inconuenientia & incommoda: ſed ex matrimonio clandeſtino regulariter & vt in plurimum ſequebantur multa incommoda, vt conſtabat experientia: ergo matrimonium clādeſtinum eſt intrinſecè malum, ac ſubinde ex natura rei illicitum Confirmatur. Nam in cap aliter, 30. quæſt. 5. & in aliis multis locis iuris, talia matrimonia clandeſtina vocantur adulterina, & fornicationes, ergo talia matrimonia erant illicita ex natura rei, & non ex prohibitione eccleſiæ ſolum.

ca. aliter. 30. q. 5.

¶ In huius rei expoſitionem eſt prima concluſio Certum eſt ſecundum fidem, qđ tale matrimonium contrahere erat peccatum. Hæc concluſio probatur. Nam in Concil. Triden. in cap. illo 1. de reformatione matrimonii erpreſſe dicitur, quòd ſancta Dei eccleſia ex iuſtiſſimis cauſis illa matrimónia clandeſtina ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit: in quibus verbis apertè ſignificatur, quòd illa matrimonia erāt peccata, ergo, ¶ Confirmatur. Quia in cap. aliter. 30. quæſt. 5. & in cap. fin de clandeſt. deſpōſatione expreſſè prohibentur huiuſmodi matrimonia: ergo talia matrimonia contrahere eſt peccatum.

ca. aliter. 30. q. 5. ca fin. de clandeſt deſp.

¶ Secundò Regulariter loquendo ſequebatur infamia mulieris & parentum, & erat diſcordia inter conſanguineos, & cōtrahen-

tes negabant fidem, & contrahebant aliud A matrimoniũ, & manebant perpetuò in peccato mortali, & puellæ metu parentum negabant matrimonium etiam conſummatũ, & aliquando includebantur in monaſterio; ergo cõtrahere huiuſmodi matrimonia erat peccatum.

¶ Secunda concluſio. Regulariter loquẽdo, peccatum mortale erat ex genere ante Concil. Trident. contrahere matrimonium clandeſtinum. In hac concluſione conueniunt omnes Doctores, videte Magiſt. Soto vbi ſuprà, artic. 2. Probatur concluſio primò. Cõtrahere huiuſmodi matrimonia erat B contra præceptum eccleſiæ in re graui: ergo erat peccatum mortale regulariter. Antecedens conſtat ex eo quòd dicitur in Concil. Trident. quòd eccleſia ſemper deteſtata eſt talia matrimonia, & quia ſunt multæ leges eccleſiaſticæ in quibus prohibentur matrimonia clandeſtina, vt patet. 30. quæſt. 1. per multa capita. & cap. vltim. de clandeſtina deſponſatione.

ca. aliter, 20. q. 5. ca fin. de clandeſt. deſp.

¶ Secundò probatur, quia ex talibus matrimonijs ſequuntur multa inconuenientia quæ dicta ſunt in fine concluſionis præcedentis, & enumerantur à D. Tho. in hoc artic. in ſolutione ad tertium, ergo. Et aduertendum, quòd propter illa inconuenientia etiam ſine aliqua lege humana regulariter erat peccatũ mortale cõtrahere clãdeſtinè.

¶ Tertia concluſio. Aliquando erat licitum, uel non erat peccatum mortale cõtrahere clandeſtinè & occultè: ita tenet Magiſter Sotus, & alii Doctores communiter, & Magiſter Sotus ſupponit, quòd ipſi poſſunt ab epiſcopo obtinere diſpenſationem, uel quòd non habent copiam epiſcopi, uel quòd epiſcopus nollet iniuſtè præbere licentiam ſic contrahendi. Quibus poſitis, dicit Magiſt. Sotus, quod poſſent licitè contrahere clãdeſtinè in pluribus caſibus. Tres potiſſimum aſſignantur caſus in quibus licebat contrahere in occulto. Primus caſus eſt, quando matrimonium contractum fuit in facie eccleſiæ, & fuit inualidum propter occultum impedimentum: tunc obtenta diſpenſatione licebat contrahere occultè ad uitandum ſcandalum. Secundus caſus eſt, ſi urgeret neceſſitas grauis. v. g. ſi tyrannus obſidens ciuitatem diceret, vt ſolis mulieribus vxoratis ſeruetur honor: tunc licitum erat virginibus contrahere matrimonium occultum, ne tale detrimentum ſubirent: Similis caſus eſſet, ſi duo concubinarij comprehenderentur à iudice, poſſent licite contrahere clandeſtinè, vt iurent ſe eſſe vxoratos. Tertius caſus eſt, quando parentes vel tutores faciunt violentiã virgini, & nõ permittunt illam contrahere, ut gaudeant ſuo patrimonio, tunc ipſa poſſet occultè contrahere, & idem eſt, quãdo eſſent in aliquo loco, & eſſet illis ualde utile cõtrahere, & poſtea non eſſet illis opportunitas, poſſent licitè contrahere in occulto. Ratio eſt: quia contrahere clandeſtine non eſt intrinſece malum, & ita iuſtis de cauſis honeſtari poteſt, ut ſtatim dicemus. Videte Nauarrũ in Manuali, cap. 16. num. 37. & Magiſt. Soto in illo art. 2.

¶ Contra hanc concluſionem eſt argumentum. Quando non ceſſat finis legis in vniuerſali, licet ceſſet in aliquo particulari non ideo ceſſat obligatio legis, ut ſæpe dicitur in 1. 2. & in. 2. 2. & eſt communis doctrina in ſchola D. Thomæ; quod etiam docet Couar. ſuper 4. Decret. par. 2. cap. 6. §. 9. numero 7. ergo cum non ceſſet in uniuerſali finis legis eccleſiaſticæ prohibentis matrimonia clandeſtina, licet ceſſet in particulari caſu non ideo ceſſabit obligatio legis, ergo. Ad hoc argumentum aliqui moderni diſtingunt ad iſtum modum. Aut finis legis eſt cõſequi bonum, & tunc non tollitur in caſu particulari obligatio, niſi ceſſet finis in communi. Aut finis eſt remouere malum, & tũc benè poteſt ceſſare in particulari, licet non ceſſet in communi, & ita eſt in propoſito. Sed regula poſita in argumento locum habet in quacunque lege, & eſt inſtantia in lege quæ prohibet ne tali hora noctis deferantur arma, unde licet Petrus ſit pacificus D homo, ex quo non timeantur inconuenientia, certum eſt, quòd non poterit illa deferre: nam illa ratio non præbet illi licentiam. Igitur argumentum reſpondetur, quod in caſibus ſupradictis priùs petenda eſt licentia ab epiſcopo, & hoc conuincit argumentum, quòd ſi nõ ſit commoditas uel ex defectu Epiſcopi, uel quia iniuſtè negat licentiam, tunc per epicheiam, ideſt, per benignam declarationem legis eccleſiaſticæ, poterunt: quia tunc rationabiliter declaratur noluiſſe obligare cum tanto rigore & detrimento: & ſic conſonant dicta in argumento de mente D. Tho. & ſuorum diſcipulorum

pulorum in regula illa. Et patet in dicto exemplo, ſi homo ille egeret nocte exire, & non poſſet commodè petere licentiam, & timeret occurſum ſui inimici, poſſet per epicheiam deferre etiã arma prohibita: & ita ſaluatur, quòd leges iſtæ ſemper obligent, quamdiu nõ ceſſat finis in communi, aliàs ſi ſufficeret, quòd ceſſaret finis in particulari, licitũ eſſet tali homini de quo non timentur inconuenientia, ſine aliqua cauſa transgredi leges: quod non eſt dicendum.

¶Ad rationem dubitandi dicendum eſt, quod actus humani ſunt in quadruplici differentia. Quidam intrinſece boni qui nulla de cauſa poſſunt fieri mali, vt dilectio Dei quando oportet, &c. Quidam intrinſece mali, qui nulla ratione poſſunt honeſtari, vt odium Dei. Alij indifferentes, vt leuare feſtucam. Alii vero ſunt qui ſonant in malum, & dicunt deformitatem, iuſtis tamen de cauſis honeſtari poſſunt, vt habere plura beneficia, occidere hominem. Matrimonium clandeſtinum pertinet ad quartum modum, ſonat enim in malũ, & præ ſe fert deformitatem: poteſt tamen honeſtari iuſtis de cauſis, & ſic ante Concilium Tridentinum aliquibus de cauſis iuſte fieri poterat. Vnde ad argumentum reſpondetur, ꝙ fornicatio eſt intrinſece mala, quia per ſe, & ex natura ſua, ex illa ſequuntur multa incõmoda regulariter, & vt in plurimum: cæterum ex matrimonio clãdeſtino per ſe, & ex natura ſua, non ſequuntur incommoda & detrimenta, ſed ſolum ſuppoſita malitia hominum: & ideò matrimonium clãdeſtinum non eſt intrinſece malum. ¶Ad cõfirmationem reſpondetur, quòd matrimonia clandeſtina vocantur adulterina & fornicationes, non quia non ſint valida, ſed per exaggerationem, & quia ſic reputantur in foro exteriori. Et quòd hęc ſit legitima expoſitio conſtat ex verbis ſequentibus in illoc. aliter, vbi dicitur, niſi propria voluntas D ſuffragauerit, &c.

EST tertium dubium, an contrahere matrimonia clandeſtina ſecundo modo, id eſt coram teſtibus ſine bannis & denunciationibus ſit peccatum mortale ante Conc. Trid. & an aliquando nullum eſſet peccatum.

¶Prima concluſio. Solo iure communi attento, non erat peccatum mortale contrahere ſic clandeſtine, dũmodo fieret diligen-

A tia, ne eſſet impedimentum. Hæc concluſio probatur primò, quia licet eſſet præceptũ in cap. finali, de clandeſtina deſponſatione de præmittendis denunciationibus, nõ fuit in vſu in multis Eccleſijs Hiſpaniæ, præcipue in Eccleſia Toletana in quibus non reputabatur clandeſtinũ matrimonium contractũ ſine bannis, ergo in illa lege nõ erat obligatio ad mortale.

ca. fin. de clandeſtina deſpon.

¶Secundò probatur concluſio. Nam neque in dicto cap. finali. neque alibi, apponitur ſententia excommunicationis, neque aliquod aliud ſignum exprimens intentionem legiſlatoris eſſe obligare ad peccatum B mortale, ergo non erat mortale. ¶Confirmatur. Quia ſuppoſita illa diligentia cauendi impedimenta, non cenſetur materia grauis ille defectus denunciationum: ergo non erat peccatum mortale. Quod ſi quis dicat, quod in illo cap. finali. dicit Summus Pontifex quod imponatur digna pœnitentia ſic contrahentibus, ergo manifeſtum ſignum eſt obligationis ad peccatum mortale, cum prò peccato ueniali non teneamur acceptare pœnitentias. Reſpondetur, quod tunc Papa loquitur de contrahentibus matrimonium clandeſtinum primo modo, non ſecundo modo.

C ¶Secunda concluſio. In diœceſibus particularibus in quibus erat appoſita ſententia excommunicationis lata, uel ferenda, cõtra ſic contrahentes, eſſet peccatum mortale ſi ſic contraherent. Hæc concluſio probatur, quia excommunicatio maior non imponitur, niſi propter peccatum mortale, ut dicitur in materia de excommunicatione: ergo erat peccatum mortale. ¶Confirmatur. Quia cum hæc pœna ponitur, eſt ſignũ ſufficiens quod legiſlator uelit obligare ad peccatum mortale, cum pœna hæc de ſe ſit grauiſſima, ergo.

¶Hæc concluſio intelligitur de illis qui ſic contrahunt ſcienter, nam ſi adſit ignorãtia talis cenſuræ, poſitæ in ſtatutis ſynodalibus, dũmodo non ſit craſſa, vel ſupina, certũm eſt, quòd non incurritur cenſura, vt habetur in cap. vt animarum. de conſtitutionibus in ſexto. & ita dicitur in materia de excommunicatione. Et hoc docet Magiſt. Soto in dicto art. 2. & aliqui moderni hic, licet Sotus dicat, quod illa ignorantia non excuſaret, ſi excommunicatio poneretur in lege generali, vel ſtatuto Papæ: Sed contrarium

cap. ut anima-rũ, de cõſtitut. in ſexto.

eſt verius, vt patet ex dicto cap. vt animarum, de quo latius in materia de excommunicatione: quæ doctrina eſt uera etiam ſi ignorantia ſit culpabilis, dummodo non ſit craſſa, vel ſupina, ut patet ex dicto cap. ut animarum, in quo nomine ordinariorum etiam comprehenditur Summus Pōtifex.

¶ Tertia concluſio. In caſibus, in quibus dubio præcedenti diximus licitum eſſe contrahere clandeſtine, non incurreretur talis excommunicatio: Hæc concluſio conſtat manifeſte, quia tunc nulla eſſet culpa: ergo tunc non incurreretur excommunicatio, nam excommunicatio non incurritur niſi propter culpam.

¶ Eſt quartum dubium, an ſit licitum cō trahere ſine teſtibus, & ea cōditione, vt matrimonium habeatur ſecretum in perpetuum, vel in lōgum tempus. Ad hoc dubiū reſpondetur breuiter cum Magiſtro Soto in dicto art. 2. quòd quantum eſt ex vi matrimonij, nullum eſſet peccatū, ſed ex parte inconuenientium vir non excuſaretur à mortali, tum propter ſcandalum, tum quia nec filij haberētur legitimi, nec commodè educarētur, ſed ſi ad paruum tempus eſſet ſecretum, vel non eſſet peccatum, vel non mortale. v. g vt interim fierent pacta, &c.

¶ Dubium quintum eſt, quas pœnas incurrebant contrahentes clandeſtina matrimonia proprie loquendo ante Concilium Tridentinum, & ſacerdos aſſiſtens. ¶ Prima concluſio. Iure communi nulla incurrebatur iure tamen peculiari diœceſum incurrebatur excommunicatio, quādo aderat peccatum mortale. Hęc eſt communis, & accepi à fide dignis quod in aliquibus diœceſibus erat talis pœna. ¶ Secunda concluſio. Quando contrahebatur clandeſtine, & in gradibus ab eccleſia prohibitis filij non habebantur legitimi, etiam ſi impedimentum ignorarent. Patet ex dict. cap. fina. §. ſi quis, de clandeſtina deſponſatione. Vnde Soto dict. art. 2. merito improbat aliquos dicentes eſſe filios illegitimos tantum ex hoc ꝙ clandeſtine vel ſine bannis contrahebatur matrimonium. ¶ Tertia concluſio. Parochus qui contemneret impedire tale matrimonium vel alius ſacerdos præſumēs aſſiſtere, erat ſuſpendēdus ab officio per triennium, vt patet ex dict. cap. fin. §. vltimo, de pœna ciuili qua puniebantur contrahentes clandeſtine, conſule Iuriſtas.

ca. fi. §. ſi qs. de clād eſt. deſpon.

Dict. c. fi. §. ultimo.

A ¶ Dubium ſextum eſt, an contrahentes clandeſtine, poſſent abſolui ab excommunicatione ſynodali per bullam Cruciatæ, vel ſimilem etiam non ſoluta pœna pecuniaria appoſita in eadem conſtitutione pro fabrica eccleſiæ, & an poſſint abſolui à tali peccato quod commiſerunt antequam fieret publicum matrimonium.

¶ Prima concluſio. Per bullam Cruciatæ vel ſimilem poſſent abſolui etiam ante ſolutam pœnam pecuniariam. Hæc eſt communis, ſed ſupponimus, quod non ſunt condemnati à iudice ad ſoluendam illam pœnam.

B Probatur, quia licet in bulla ſoleat dici, ſatisfacta parte, at illa pęna conſtitutionis intelligitur imponēda a iudice in vindictam: unde cum antequam fiat condemnatio accuſationis, nulla adſit pars, quia iudex non eſt pars, neq; ab illo ſit applicata: ideo &c. At poſt condemnationem iam fabrica cui applicatur pœna, cēſetur pars. ¶ Secunda concluſio. Quando commode poterant manifeſtare contrahentes matrimoniū clādeſtinum, nō poterant ſacramentaliter abſolui antequam manifeſtarent, vt tollerent inconuenientia propter quæ peccarunt ſic

C contrahendo: ſi autem nō poſſent commode ſtatim manifeſtare propter aliquod inconueniens exortum, poſſent licite abſolui à peccato cum propoſito manifeſtādi cum primum poſſet. Iſtæ cōcluſiones probantur: ipſa æquitate rationis. ¶. Et ſi quæras, an vſus clandeſtini matrimonii eſſet peccatū ante Conc. Trid. reſpondetur ſicut dictum eſt de ipſo mr̄imonio, dubio 4. ꝙ vſus erat peccatum ex parte inconuenientium, vel ſalt em ex parte ſcandali.

¶ Dubium ſeptimum eſt, an matrimoniū clandeſtinum ante Conc. Trid. eſſet vere ſa

D cramentum? Reſpondetur affirmatiue, ꝙ eſt certū, ex ſupra dictis, & ipſi contrahentes ſunt veri miniſtri. Poterat dubitari octauò, an eſſet peccatum conſumare matrimonium ante benedictionem ſacerdotis: ſed de hoc in ſequentibus.

Secundum punctum eſt de matrimonio clandeſtino poſt Concil. Triden. Et circa iſtud punctum ſupponendum eſt tanquam certum, quod matrimonium quod ſit ſine parocho & teſtibus, eſt uere & proprie clādeſtinum, vel ſine alio ſacerdote de licētia parochi uel ordinarii, & tale matrimonium eſt nullum, & eſt peccatum. Hoc

conſtat

conſtat manifeſtè ex Conci. Triden.Seſſio. 24.in cap.1.de reformatione matrimonij: conſtat etiam ex cap.cum inhibitio. de clãdeſt.deſpon. & hoc docent omnes Doctores: uideate Martinũ de Ledeſma, in 4.loco in principio huius articuli citato. Palud. in 4 diſt. 28. quæſt.2.Couarr.ſuper quartum decret.par.2. cap.6.Hoſtienſem in titulo de clandeſt.deſponſat.in Summa eiuſdem tituli.

c. cum inhibitio. de clãdeſt. deſpon.

¶ Eſt tamen dubium primum difficile & grauiſſimum, an quando contrahitur matrimonium coram parocho & teſtibus, ſed ſine denunciationibus, & ſine cauſa, ſit dicendum clandeſtinum matrimoniũ ſaltem ad effectum incurrendi pœnas legum ciuiliũ, præcipuę poſt Concil.Triden. Dixi, ſaltem quantum ad effectum incurrendi penas legum ciuilium, nam certa res eſt, quod nõ eſt clandeſtinum primo modo taliter quod matrimoniũ ſit nullum: eo enim ipſo quòd fit coram parocho, & teſtibus matrimoniũ eſt ualidum, ut conſtat ex tenore eiuſdem Concilii Tridentini. ¶ Et ad intelligentiam huius quæſtionis aduerte, qđ in l.49 Tauri, & in l.1.tit.1.lib.5.nouæ Recopil.grauiter puniuntur qui contrahunt clandeſtinè, imò etiam teſtes qui aſſiſtunt tali matrimonio: & ſupponendum eſt tanquam certum, quod leges illæ, quæ prohibẽt matrimonia clandeſtina & imponunt pœnas, ſunt iuſtæ & ſanctæ. Ratio eſt aperta, nam cum eccleſia prohibuerit matrimonia clandeſtina, poteſt optimè princeps ſecularis in fauorem talis præcepti, uel augere pœnas, uel eas de nouo ſtatuere cõtra tranſgreſſores talis ꝓcepti eccleſiaſtici; quia ita expedit ad communem pacem reipublicæ, ut patet de pœnis ſtatutis contra uſurarios, & contra ſecũdo nubentes uiuente prima vxore: ergo cũ eccleſia prohibuerit matrimonia clandeſtina, potuit rex imponere & augere pœnas.

L. 49. Tauri & l.1. titu. 1. lib. 1. nouæ Recopi.

¶ Tota autẽ difficultas eſt, an matrimonium contractum coram parocho, & teſtibus, tamen ſine denunciationibus, dicatur clandeſtinum ad effectum incurrendi huiuſmodi pœnas ciuiles, præcipuè poſt Concilium Tridentinum. Et uidetur uera pars affirmatiua. ¶ Primo arguitur ex iure: Nã in cap: cum inhibitio, de clandeſt. deſponſ: huiuſmodi matrimonia quæ fiunt ſine denunciationibus ſemper uocatur clandeſtina, quamuis ualida eſſent, ergo. Antecedens probatur, quia ibi præcipitur, ꝙ fiant denũciationes, & ꝙ illa matrimonia cõtrahenda in eccleſijs, per presbyteros publicè proponantur: & ſtatim in §. ſequenti, matrimonia quæ fiũt ſine huiuſmodi denũciationib. uocantur clandeſtina abſolute loquẽdo, ſubditur enim; Si quis uerò huiuſmodi clãdeſtina uel interdicta cõiugia iure ꝓſumpſerit, &c. ergo matrimonium quod fit ſine denũtiationibus uere eſt clandeſtinum, ſaltem q̃tum ad effectum incurrendi illas pœnas.

Dicto c. cũ inhibitio.de clãdeſt. deſpon.

¶ Secundo arguitur ex Concil. Trid. in illo cap.1.de reformatione matrimonii, in quo Cõcilium a principio incipit loqui de matrimonio clandeſtino, & dicit fuiſſe ualidũ, & iuſtiſſimis de cauſis deteſtatũ & prohibitũ ab eccleſia: poſtea uero quãdo irritat matrimonium: non irritat matrimoniũ clãdeſtinum, nec dicit ꝙ matrimonium clãdeſtinum ſit nullum: ſed ſolum determinat, ꝙ matrimonium quod fit non præſente parocho, & duobus uel tribus teſtibus, ſit irritũ & nullum: ergo cenſuit Concil. quod matrimoniũ quod fit corã parocho, & teſtib. poteſt eſſe clandeſtinũ: aliàs enim irritaret & annullaret matrimonium clandeſtinum, de quo cepit loqui in principio capitis.

¶ Tertio arguitur ex vtroq; iure, ſcilicet, antiquo, & nouo. Nã a iure antiquo nõ eſt recedẽdũ, niſi in quo recedit nouum, ut habetur in l.præcipimus, C.de appellationibus, ſed in iure antiquo matrimoniũ, quod fit ſine denunciationibus erat clãdeſtinum, ut patet ex illo cap.cum inhibitio, citato in primo argumento. Et ab hoc iure antiquo non recedit nouum ius Concil. Trid. at cõſtat ex toto illo decreto, imò uidetur eſſe conſonum iuri antiquo, cum dicitur ibidẽ. Antequam matrimonium cõtrahatur, ter à proprio contrahentiũ parocho tribus continuis dieb. feſtiuis in eccleſia inter miſſarũ ſolennia publice denuncietur inter quos matrimonium ſit cõtrahendum: quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum appareat impedimentũ, ad celebrationem matrimonii ĩ facie eccleſiæ procedatur, Lateranẽſis Concilij ueſtigijs inhærendo: & in illis ultimis uerbis facit mentionem de illo cap.cùm inhibitio. Ex quo apertè colligitur, quòd Concil. Triden. non recedit à iure antiquo, ſed potius cõuenit cũ illo, ac ſubinde ꝙ tale matrimoniũ ſic cõtractum licet ſit ualidum, eſt tamen clandeſtinum,

L. ꝓcipimus. C. de appella. in fine legis.

¶ Quartò.

annullatione matrimonii, quia quoad illos non videtur derogari iuri antiquo, ſá quo non eſt recedendum vltra quam recedit nouum. Eandem ſententiam tenent Abbas in dicto cap. cum inhibitio, & Butrius, nu. 19. & idem autor, in cap. cùm inter, nu 6. & in cap. ex tenore. nu. 11. tit. qui filii ſint legitimi. Cardinalis ibidem num. fin. dicit, quod hæc opinio eſt verior: & Innocentius in rubrica eodem titulo. Sylu. verb. matrimoniũ 2. num. 17. Ioannes Andræas in ca. ex tenore, iam citato. idem tenet Segura in Directorio iudicum eccleſiaſticorum. cap. 15. nume. 32. & Ioannes Cęphalus conſilio 421. lib. 3. Menochius libro 1. conſil. 69. & alii plurimi autores tam moderni quàm antiqui.

¶Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quòd tale matrimonium proprie & in rigore non eſt clandeſtinum, ſed improprie, & ita propter tale matrimonium non incurruntur pœnæ poſitæ in illa lege. Hāc ſententiam tenet Abbas in dicto cap. cum inhibitio: nam ex ratione illius textus colligit ꝙ hoc matrimonium non dicitur clandeſtinum, cum publicè contrahatur: idem tenet Ioan. Lupi Segouienſis in tractatu de matrimonionio. fol. 6. col. 4. Syluest. verbo matrimonium 2. Couarruuias ſuper 4. Decretal. ca. 6. num. 10. vbi dicit, quòd hæc ſententia moribus recepta videtur ſecundum ſententiam Palud. in 4. Sententiarum. diſt. 28. q. 2. ar. 3. concluſione 3. quia id quod fit ſcientibus vicinis, dicitur publicè fieri: & hanc ſententiam tenent multi alii autores moderni.

¶In huius rei expoſitionem eſt prima concluſio. Matrimonium clandeſtinum ſimpliciter & abſolute, & in omni rigore eſt, quando celebratur ſine teſtibus. Hæc concluſio eſt omnium Doctorum, videte ſupra citatos, & conſtat manifeſtè ex capitu. 2. de clandeſtina deſponſatione. Ratio pro hac concluſione eſt apertás. Tunc matrimoniũ fit clam & in occulto, & nullo modo probari poteſt in facie eccleſiæ: ergò tunc matrimonium proprie, & in rigore eſt clandeſtinum: & hæc concluſio certiſſima eſt apud omnes, & non eſt de illa aliqua difficultas.

Ca. 2. de cland. de ſponſ.

¶Secunda concluſio. Certiſſimum eſt, quòd matrimonium celebratum ſine denũciationibus eſt validum, itaque denunciationes non ſunt de eſſentia matrimonii, quod quidem intelligitur ſiue ante Conc. Trid. ſiue poſt. Hęc cõcluſio eſt contra Iõ. Cęphal. & contra Menochium in locis ſupra citatis, qui exiſtimauerunt, quòd monitiones ſunt de ſubſtantia & eſſentia matrimonii ſecundum tenorem Concilii Tridentini. Noſtra tamen concluſio eſt omnium Doctorum in cap. cum inhibitio, loquendo ante Cõc. Trid. & hoc docet Magiſter Sot. in 4. diſt. 28. q. 1. art. 2. & habetur in Conc. Floren. tracta. de ſacramentis. § 7. idem docet Martinus de Ledeſma in 2. par. ſui quarti q. 47. art. 2 Couar. ſuper 7. Decret. part. 2. ca. 4. poſt Conc. verò Triden. certiſſimum eſt, quòd non ſunt de eſſentia & ſubſtantia matrimonii, vt dicetur infra in tertia parte huius articuli.

¶His poſitis difficultas eſt, an matrimonium factum ſine denunciationibus ſit clandeſtinum etiam ſi fiat coram parocho & teſtibus. In cuius rei expoſitionem ſit tertia concluſio. Prima ſententia eſt ſatis probabilis, ſecũda uerò videtur aliquantulum probabilior. Hæc concluſio habet duas partes. Prima pars probatur argumentis factis primo loco quæ ſunt ſatis probabilia, & autoritate Doctorum qui illam tenent. Secũda pars probatur autoritate Doctorum qui illam tenent, & argumentis factis ſecundo loco quæ videntur habere maiorem aliquam probabilitatem. Quæ omnia confirmantur tali argumẽto, quoniã aliàs ſequitur, quòd matrimonium factum coram maxima multitudine, ſit dicendum proprie & in rigore clandeſtinum, ſi non præceſſerunt denunciationes. Conſequens autem eſt falſum, ergo. Sequela eſt manifeſta. Falſitas conſequentis videtur clara, nam illud matrimonium factum eſt coram vniuerſa multitudine: ergo impropriiſſime dicitur clandeſtinum, & occultum: imò ſequitur, quod ſi matrimonium fiat in eccleſia publice, & coram omnibus fidelibus, non tamen præmiſſis denunciationibus, ſit dicendum proprie matrimonium clandeſtinum. Conſequens autem eſt falſum, ergo & illud ex quo ſequitur. Sequela eſt manifeſta. Falſitas conſequentis conſtat, quia illud matrimonium factum eſt in facie totius eccleſiæ & non occulte, ergo.

¶Vnde qui voluerit tenere primam ſententiam debet reſpondere ad argumenta ſa

cta

cta ſecundo loco per fundamenta, quæ po-
nuntur in argumentis poſitis primo loco,
& qui voluerit tenere iſtá ſententiam quæ
videtur aliquantulum probabilior, & ma-
gis pia, debet aduertere ad fundaméta quæ
ponuntur in ſecundo loco, & ex illis pote-
rit colligere ſolutiones argumétorum quæ
ponuntur primo loco, & præcipue debet
aduertere id quod dicit Couar. in loco ſu-
pra citato, quod illud dicitur fieri clam,
quod fit omiſſis his, quæ in eius actu á le-
ge requiruntur, niſi aliquid æquiualens in
actu interueniat, ex quo effectus á lege præ
tenſus deducatur; quod quidem ita euenit
in hoc matrimonio contracto publice: quã
uis enim non præcedant denuntiationes, eſt
tamen aliquid æquiualens in tali matrimo
nio contracto coram parocho & teſtibus:
nam eccleſia intendit quod fiant denuncia-
tiones, ut matrimonium probari poſſit in
facie eccleſiæ, quando uerò adſunt teſtes &
parochus idem effectus deducitur, quia ma
trimonium probari poteſt in facie eccleſiæ
& ſic in tali matrimonio eſt aliquid æquiua
lens denunciationibus.

EST ſecundum dubium, an eccleſia, &
Concilium potuerint irritare ma-
trimonia clandeſtina. Et uidetur
quod non.

Primo arguitur. Matrimonium clande-
ſtinum ante Conc. Triden. erat ualidum iu
re naturali, vere enim obligabat contrahen
tes, ut diffinitur in Conc. Trid. loco ſæpe ci
tato, ſed in iure naturali non poteſt eccleſia
diſpenſare, nam ius naturale eſt immutabi
le, ita ut Deus non poſſit aliud facere, ergo
eccleſia non poteſt irritare matrimonium
clandeſtinum.

¶Secundò arguitur. Eccleſia non poteſt
mutare materias & formas ſacramentorũ,
hoc enim pertinet ad poteſtatem excellen
tiæ quæ eſt in Chriſto domino, ſed conſen
ſus expreſſi in matrimonio clandeſtino ha
bebant veram rationem materiæ & formæ
ex Chriſti inſtitutione, nam conſtituebant
verum ſacramentum matrimonij, ergo ec-
cleſia non poteſt facere, quòd illi conſenſus
expreſſi in occulto non habeant veram ra-
tionem materię, & formę, ac ſubinde non
potuit irritare matrimonium clãdeſtinum.

Tertio. Omnis cauſa naturalis applica-
ta producit neceſſario ſuũ effectum natura
lem, ſed conſenſus mutuus contrahentium
A expreſſus per verba de præſenti, vel per a-
lia exteriora æquiualentia ſigna, eſt cauſa
naturalis obligationis matrimonii etiam ſi
fiat in occulto: ergo non poterit eccleſia
facere, quòd non habeat ſuum effectum
naturalem, ſcilicet obligationem matri-
monij.

IN hac difficultate & propter hæc argu
menta ante decretum Concilii Triden
tini dixerunt multi non habere eccle-
ſiam talem poteſtatẽ. Ita tenuerũt 40. Epi-
ſcopi, & plures alii Doctores, in Concilio
Tridentino, vt fama eſt, & vt refertur à quo
dam viro fide digno qui Concilio interfuit:
& communiter hoc refertur ab his qui ex
B poſuerunt hanc materiam poſt Tridenti-
num. Aliqui moderni id tribuunt Adria-
no quodlibeto 6. & Decano Louanien. &
Soto. Sed Soto certum eſt, quòd potuit, ha
buit contrarium diſtinctione 28. quæſtio-
ne vnica, articulo 1. col. 3. & vltima. imò vi
detur exhortari ibi ad huiuſmodi inualidi
tatem, vt caueantur inconuenientia: & for-
tè alii duo autores male citantur.

¶Concluſio ſit, Eccleſia & Concilium ha
bet autoritatem & poteſtatem irritandi &
annullandi matrimonia clandeſtina, & fa-
ciendi q non ſit verus contractus etiam in
conſcientia, & oppoſitum dicere eſt mani-
C feſta hæreſis.

¶Hæc concluſio probatur primò. Quia
de facto Eccleſia & Concilium inualidauit
& irritauit matrimonium clandeſtinum, er
go cum eccleſia vniuerſalis includendo etiã
Papam non poſſit errare in diffiniendis re-
bus fidei: vel concernentibus ad mores: ſe-
quitur potuiſſe.

¶Secundò probatur. Nam eſt diffinita
ab eodem Concil. Seſſione 24. canone 4.
ubi ſic dicitur. Si quis dixerit, quod eccleſia
non poteſt ſtatuere impedimenta dirimen
tia matrimonium, vel q in ſtatuendis impe
D dimentis errare poteſt, anathema ſit.

¶Confirmatur. Quia ita factum eſt in
eodem Concilio, in quo poſita ſunt impe-
dimenta dirimentia matrimonium, ergo.

¶Tertio probatur. Matrimoniũ eſt qui-
dam contractus naturalis pertinens ad bo-
num Reipublicæ, & vt ſacramentum matri
monii pertinet ad bonum ſupernaturale
Reipublicæ Chriſtianæ, ſed de his, quæ
ſpectant ad bonum Reipublicæ Chriſtia-
næ, eccleſia poteſt diſpenſare: ergo potuit
irritare

irritare matrimonium clandeſtinum, ſiquidem maximè pertinebat ad bonum Reipublicæ Chriſtianæ.

Quarto probatur. Eccleſia in antiquo tēpore irritauit matrimoniū inter conſanguineos, ut patet, tamen nullus vnquam dubitauit, quin eccleſia poſſet id facere: ergo eccleſia potuit irritare matrimonium clandeſtinum, ſiquidem eſt eadem ratio.

¶ Quintò. Eadem incōuenientia quæ ſequuntur ex eo quod eccleſia irritum faciat matrimonium clandeſtinum, atque ex eo quod annullet matrimonium inter conſanguineos, ſunt ex eo, quod annullet quemlibet alium contractum, nam matrimonium inter conſanguineos, & quilibet alius contractus ante irritationē erat ualidus de iure naturali: ſed ſine dubio eccleſia habet autoritatem irritandi matrimonia inter conſanguineos, & quemlibet alium cōtractū: ergo habet autoritatem irritandi matrimonium clandeſtinum.

HIS ſuppoſitis, reſpondetur ad argumēta facta in principio. Ad primū prima ſolutio eſt, quod hoc argumentum non habet peculiarem difficultatem de matrimonio clandeſtino, cum etiā procedat de matrimonio quod fit inter cōſanguineos, quod quidē anteà ualidū erat de iure naturali, modo uero non eſt ualidum loquendo de cōſanguineis intrà quartum gradum. Vnde dicendū, quod aliquid eſt de iure naturali dupliciter. Primo præceptiuè & poſitiuè, taliter, quod ſit præceptum naturale de re illa, & quando aliquid eſt de iure naturali hoc modo, eccleſia non poteſt facere oppoſitum. Secundo, aliquid eſt de iure naturali negatiuè, quoniā nihil de illo dictat ius naturale, & quādo aliquid eſt de iure naturali hoc modo, eccleſia poteſt determinare & præcipere oppoſitum; quod vero matrimonium clandeſtinū eſſet ualidū, erat de iure naturali negatiuè, & ſic eccleſia potuit determinare oppoſitum, ſicut determinauit, quod matrimoniū inter conſanguineos nullum eſſet.

¶ Secunda ſolutio & melior eſt, ꝙ eccleſia vicaria Chriſti hēt autoritatē determinandi modos cōtrahendi, ſicut habet autoritatē determinandi modū faciēdi ꝓfeſſionē, & determinat quod uotū ſit ſolēne, ꝙ verò non. Itē habet authoritatem diſpenſā di in uoto ſimplici, ex rationabili cauſa, li

A cet ſit ualidū iure naturæ: & ꝙ habeat autoritatem hanc, patet ex vſu eccleſiæ.

¶ Vltimo reſpondetur & melius, quod id quod erat de iure naturali ſecūdū quod à iure naturali formaliter loquendo, nō eſt mutatum, bene tamē materialiter: nec hoc eſt incōueniens, nā res materiales quādoq; uariātur materialiter, licet maneāt eædem formaliter: locus enim mutatur materialiter loquēdo, manet tamē idē formaliter, & materia hominis materialiter mutatur, formaliter vero manet eadē. Igit cū ius naturale ſit inuariabile & immutabile, quia na

B tura eſt inuariabilis & immutabilis, ſi natura uariat materialiter, & nō formaliter, nō mirum, quod ipſum ius naturale eaſdem proprietates habeat. Et ita in matrimonio clandeſtino poſſumus conſiderare illud quod pertinet ad rationem formalem, ſcilicet, quod ante Concilium Trident. erat conſenſus inter legitimas perſonas, & ſecūdum hanc cōſiderationem nunquā eſt mutatum: quia ſicut ante Concil. Triden. conſenſus inter legitimas perſonas efficiebat verum matrimoniū, ita etiam poſt. Aliud erat veluti materiale, ſcilicet, quod illi, qui

C contrahebant occultè, erant legitimę perſonæ: hoc autem uariatum eſt, & iam non ſunt legitimæ perſonæ. Eſt optimum ſimile in domino Caietano, 1. 2. quæſtio. 100. articulo 8. Hæc enim concluſio, mortui non reſurgunt, prout eſt à lumine naturali, nunquam falſificatur formaliter, falſificatur autem materialiter per miraculū: miraculum autem non aduerſatur naturæ, neque lumini naturali, ſed eſt ſuprà naturam.

¶ Ad ſecundum argumentum prima ſolutio ſit, quod eccleſia non poteſt inualida

D re ſacramentum, uel materiam & formā ſacramenti, poteſt tamen mutare id, quod eſt præambulum ad eſſentiam ſacramenti. Ad cuius expoſitionem aduerte, quod in ſacramentis aliquid eſt de eſſentia ſacramenti, aliquid uero veluti præuium & antecedēs ad eius eſſentiam. Verbi gratia, in baptiſmo quid præambulum & antecedens eſt aqua, eſſentia uero baptiſmi conſiſtit in ablutione ſub præſcripta forma uerborum: unde eccleſia non poterit facere, quod ablutio ſub præſcripta forma uerborum non ſit ſubſtantia & eſſentia ſacramenti baptiſmi: hoc enim ſolum pertinet ad poteſtatē ex

cellentiæ

cellentiæ Chriſti Domini: poterit tamen aliquis homo per aliquam artem conuertere aquam in aerem vel alium liquorem, & tunc tolleretur præambulum ad baptiſmum. ¶ Item in ſacramento pœnitentiæ qui præambulum eſt, quod pœnitens ſit ſubditus, quod præambulum auferri poteſt per eccleſiam, poteſt enim facere, quod iſte qui antea erat ſubditus huic confeſſori non ſit ſubditus, & ex conſequenti auferetur ratio ſacramenti. Non diſſimiliter dicunt, quod in ſacramento matrimonii cōſenſus inter legitimas perſonas eſt uera eſſentia matrimonii, & ibi eſt uera materia, & forma, quod quidem mutari non poteſt per eccleſiam: cæterum quod iſtæ perſonæ ſint legitimæ, eſt præambulum ad matrimonium, hoc autem mutuari poteſt per eccleſiam.

¶ Secunda ſolutio eſt, quod conſenſus expreſſus in occulto erat materia, & forma huius ſacramenti quantum ad id quod dicit de formali, non uerò quantum ad id quod dicit de materiali: itaque erat materia & forma in quantum erat conſenſus expreſſus inter legitimas perſonas, quod quidem per Concilium Tridentinum non eſt mutatum, & ſic conſenſus expreſſus inter legitimas perſonas ſemper habet ueram rationem ſacramentis: Cōcilium uerò Tridentinum ſolum fecit, quòd matrimonium clandeſtinum non ſit inter legitimas perſonas, & ita inhabiles reddit ad ſic contrahendum. Quòd uerò hæc ſolutio de neceſſitate debeat recipi, conſtat. Nam ratio ſacramenti in matrimonio, fundatur in cōtractu naturali, contractus verò naturalis uariabilis eſt materialiter loquendo, ita ut quod antea habebat veram rationem contractus, modò non habeat: & ſic quod antea habebat ueram rationem ſacramenti, modo non habet.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur, quod illa maxime habet uerum cum duabus limitationibus. Prima eſt, dummodò materia quæ applicatur ſit debita, & proportionata, defectu cuius ignis non comburit cœlum. Secunda limitatio eſt, (ſuppoſito quòd materia ſit proportionata) quod non impediatur à ſuperiori agente influxus cauſæ circa illam materiam: & propter defectum huius conditionis ignis non combuſsit tres pueros in fornace Babylonis. Sic in propoſito eſt dicendum ad minorem, quod quando duo contrahunt clandeſtinè poſt Concilium Tridentinum, conſenſus illi nō ſunt materia debitū applicata & proportionata ad illum effectū obligationis matrimonii, qa illi homines ſunt inhabilitati ab eccleſia tāquam à ſuperiori cauſa, & ueluti impediti ad ſic contrahendum. Vnde ad argumentum in forma concedenda eſt maior cū illis limitationibus, & neganda eſt minor.

EST tertium dubium illudque optimum, an eccleſia & Conciliū Tridētinū de facto irritauerint matrimonium clandeſtinum qđ ſit ſine parocho & teſtibus, ita ut ſit nullum in conſcientia. Et videtur uera pars negatiua. ¶ Primò arguitur. Si aliqua ratione de facto irritauit illud in cōſciētia, eſſet quia in illo c. 1. de reformatione matrimonii dicitur, quod tale matrimoniū ſit irritum & nullum, hæc autem ratio nulla eſt, ergo. Conſequentia eſt bona: maior eſt manifeſta. Minor in qua eſt difficultas probatur. Lex eſt quæ præcipit, quòd teſtamentum non fiat ſine certo numero teſtium, & quòd aliàs ſit irritum & nullum, ut habetur in l. hac conſultiſsima: C. de teſtamentis, & in Inſtitut. eodem titulo, §. vltimo, & in iiſdem Inſtituta. titu. quibus modis teſtamenta infirmentur, tamen eſt opinio probabiliſsima quòd in conſcientia teſtamenta quæ fiūt ſine hac ſolennitate ſunt ualida, licet in foro externo non ualeant, vt tenet Magiſter Sotus, 4. de iuſtitia & iure, quæſt. 5. artic. 3. & in hac opinione ſunt alii multi Theologi: ergo quāuis Cōcil. dicat, quòd matrimonium clādeſtinum ſit irritum & nullum, illud intelligitur in foro exteriori, & non in foro conſcientiæ. ¶ Confirmatur argumentum. Si lex uellet, quòd illud teſtamentum nullo modo eſſet validum, neque in foro exteriori, neque in foro conſcientiæ, non diceret alia verba fortiora quam illa, quod ſit irritum & nullum: & tamen quamuis dicat iſta verba fortiſsima, intelligitur in foro exteriori tantum: ergo quamuis Concilium Tridentinum dicat, quod matrimonium clandeſtinum ſit irritum & nullum, illud debet intelligi in foro exteriori tantum, & non in conſcientia.

L. hac conſultiſsima. C. de teſtamen. Inſti. e. §. ult. & in, iiſdē Inſt. quibus modis teſtamēta infirmentur.

¶ Secundo arguitur. Statutum eccleſiæ eſt, quod res eccleſiaſticæ non alienentur,

niſi præcedentibus tribus tractatibus, & q alias alienatio ſit irrita & nulla, vt habetur 10.q.2.capitu. ea enim. & tamen eſt opinio probabiliſſima illorum autorum, qui citati ſunt in argumento præcedenti, quod ſi alienatio fiat ſine iſta ſolennitate, eſt valida in conſcientia, licet ſit reuocabilis in foro externo: ergo ſi matrimonium fiat ſine ſolennitate determinata à Concil. videlicet ſine parocho & teſtibus, validum erit matrimonium in conſcientia, quamuis ſit reuocabile in foro externo.

ca. ea n. 10.q. 2.

¶Tertio. Secundum antiqua iura matrimonium clandeſtinum validum erat in conſcientia, ut diffinitur expreſſe in Concilio Tridentino in principio illius decreti primi, ſed Concil. Trid. non facit mentionem de antiquo iure: non enim dicitur in illo, non obſtante iure antiquo, ut manifeſte cõſtat ex eodem decreto, ergo ius antiquum manſit firmum, & non eſt reuocatum, ac ſubinde validum erit matrimonium in conſcientia.

HIs non obſtantibus ſit concluſio. Cõcil. Trid. de facto irritauit matrimonia clandeſtina quæ non fiunt corã parocho & duobus uel tribus teſtibus. Hæc concluſio conſtat manifeſtè ex Conc. Trid. in illo decreto de reformatione matrimonii, vbi dicit. Qui aliter, quam præſente parocho, & duobus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentauerit, ad ſic contrahendum ſancta Synodus eos omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit & annullat: quæ quidem verba intelligi non poſſunt niſi in conſcientia.

¶Quod vt explicemus aduertendum eſt quod ex hoc decreto euidenter colligitur, quod matrimonium clandeſtinum ſit irritũ & nullum in conſcientia & non ſolũ in foro externo: & hoc duplici ratione. Prima ratio eſt. Nam ipſum Concil. non ſolum dirigit verba ad ipſos contractus irritando, & annullando illos, ſed etiam inhabiles reddendo perſonas ad ſic contrahendum, in iure vero quando verba diriguntur ad perſonas, inhabiles reddendo ad aliquam donationem vel contractum, talis donatio uel contractus nullus eſt in conſcientia, & non ſolum in foro exteriori, ut patet de legibus quæ prohibent tranſlationem dominii in A filios clericorum, inhabiles illos reddendo: talis enim donatio nulla eſt in conſcientia. In præſenti vero Concilium non ſolum irritauit contractus, verùmetiam inhabiles reddit perſonas ad contrahendum ſic, nam dirigit verba ad illas, inhabiles reddendo; & non ſolum dirigit verba ad contractus ipſos: ergo matrimonium nullum eſt in conſcientia.

¶Secunda ratio colligitur ex natura contractus matrimonialis. Hoc enim habet peculiare matrimonium inter omnes alios contractus, quod eſt indiſſolubile ex natura ſua, ita vt eccleſia non poſſit illud diſſoluere, & ſic ſi ſemel eſt ualidum in conſcientia, non poteſt eccleſia illud reddere nullũ; B quare verba Concilii dicentis & determinantis q talia matrimonia ſint irrita & nulla, non ſolum debent intelligi in foro externo, verùmetiam in foro conſcientiæ. ¶Confirmatur argumẽtum. Matrimonium quod fit inter conſanguineos irritum eſt & nullum in conſcientia, ut patet ex uſu eccleſiæ quoniã inhabiles reddit perſonas, & ipſos contractus irritos, & nullos decernit, ſed Conc. Trid. reddit etiam perſonas inhabiles ad ſic contrahendum, & ipſos contractus irritos & nullos decernit: ergo tale matrimonium nullum eſt in conſcientia. C

QVibus poſitis, reſpondetur ad argumenta facta in principio. Ad primum dicitur, quod licet ſit probabiliſſimum, q alii contractus quibus defuit ſolennitas iuris ſint ualidi in conſcientia, & quod per tales contractus transfertur dominium in cõſcientia, licet reuocandum in foro externo: id tamen aſſerere de contractu matrimonii eſt error in fide, aliàs enim Conc. Trid. nullum remedium præbuiſſet malis, ſed potius iniecisſet laqueum de nouo. Eſt autem maxima differentia inter iſtum contractum, & alios, quod iſte habet rationem adiunctam ſacramenti, ratio uero ſacramenti pertinet ad forum conſcientiæ, & ita ſi matrimonium eſt irritum & nullum: in foro conſcientiæ debet eſſe irritum, & nullum. D

¶Secundo reſpõdetur, quod iſta lex, quæ traditur in Concil. Triden de matrimonio, debet neceſſario intelligi in foro conſcientiæ, non uero aliæ leges, quæ irritant alios contractus propter defectum ſolennitatis. Hoc patet primo ex interpretatione & uſu

ſapien-

ſapientiſſimorum virorum, quæ quidem interpretatio habet fundamentum in natura rei, & in iure. In natura rei: nam cōtractus matrimonij eſt indiſſolubilis ex natura ſua, alij verò contractus diſſolubiles: qui verò tenent, quod per contractus, quib. deficit ſolennitas iuris, transfertur dominiū in conſcientia, dicunt, illud eſſe infirmum, & reuocabile per forum externum, quod habet locum in alijs bonis ſpiritualibus: in matrimonio verò non habet locum: nam ſi ſemel transferatur dominium in conſcientia, dominiū illud debet eſſe firmum & irreuocabile per forum externum, quia matrimonium eſt indiſſolubile ex natura ſua. In iure verò habet fundamentum hæc ſolutio, nam ex iure conſtat, aliud eſſe quòd verba dirigantur ad contractus, annullādo & irritando illos, aliud verò quòd verba dirigantur ad perſonas reddendo illas inhabiles ad transferendum dominium: Nam quando verba diriguntur ad perſonas, inhabiles reddendo, non transfertur dominium in conſcientia, quoniam perſona eſt incapax dominii, vel ad transferendum dominium. Eſt exemplum in lege quæ facit irritam donationem factam filiis illegitimis, talis enim donatio non tenet in conſcientia, vt dicunt omnes Theologi in materia de dominio, quoniam verba legum quæ irritant illas donationes, diriguntur ad perſonas, incapaces, & inhabiles reddendo: & ita lex quæ habetur in Codice inquit de illis, quòd ſunt paternæ hæreditatis indignæ, & lex Regni dicit (*ni avan ni puedan auer*) vbi clarè verba diriguntur ad ipſas perſonas, eas inhabiles reddendo: verba uerò Concilij diriguntur ad ipſas perſonas, inhabiles reddendo ad ſic contrahendum, & ita mediante inhabilitate ipſos contractus irritos & nullos decernit, quare in cōſcientia matrimonium clandeſtinum nullū eſt. Et per hoc reſpondetur ad ſecundum argumentum.

¶Ad tertium reſpondetur, quòd eſt maxima differentia inter ius ex una parte, & conſuetudinem particularem & priuilegia ex altera, quòd ius abrogatur eo ipſo quod conditur aliud contrarium, etiam ſi non fit mentio de illo, nec dicatur, non obſtante iure antiquo: priuilegia verò & conſuetudines particulares non abrogantur, niſi fiat expreſſa mentio de illis. Ita habetur cap. 1. de conſtitutionibus, in ſexto. ubi ſic dicitur: Licet Romanus Pontifex (qui iura omnia in ſcrinio pectoris ſui habere cenſetur,) conſtitutionem poſteriorem cōdendo, priorem quamuis de ipſa mentionem nō faciat reuocare noſcatur, &c. & ſic eo ipſo quod Conc. Trid. condidit nouam conſtitutionē annullando matrimonium clandeſtinum: etiam ſi non faciat mentionem antiqui iuris, manet ius antiquum abrogatum.

c. 1. de cōſtitut. in ſexto.

A

Eſt quartum dubium, Vtrum ſponſalia de futuro ſint irrita & nulla poſt Concil. Trid. ſi fiant clandeſtine. Ratio dubitandi à parte affirmatiua eſt. Matrimonium clandeſtinum, poſt Concii. Triden. eſt irritum & nullum, & perſonæ ipſæ ſunt inhabiles ad ſic contrahendum, ergo etiam ſpōſalia ſunt irrita & nulla, nam ſponſalia ſunt veluti via ad matrimonium, & inter illos, qui ſunt inhabiles ad contrahendum matrimonium, non poſſunt eſſe ſponſalia, & ſic inter conſanguineos intra quartum gradum non poſſunt eſſe ſponſalia, quoniam ſunt inhabiles ad contrahendum matrimonium.

B

¶Concluſio nihilominus ſit, quod ſponſalia de futuro etiam ſi clandeſtine fiant, non ſunt irrita & nulla. Nam in Conc. Trident. ſolum redduntur inhabiles perſonæ ad contrahendum matrimonium clandeſtine, & ſolum irritantur contractus matrimonii, & ita cum hæc lex ſit pœnalis, non debet extendi ad ſponſalia de futuro quæ uere habent rationem ſponſaliorum. Et ratio quare Concil. non irritauit talia ſponſalia, eſt: quia non ſequuntur eadem inconuenientia ex ſponſalibus de futuro in occulto factis, quæ ſequuntur ex matrimonio clandeſtino. Contractus enim ſponſaliorum (ut iam diximus) diſſolubilis eſt ex natura ſua, matrimonium uerò indiſſolubile.

C

D

¶Aduerte tamen, quod licet ſponſalia valida ſint, tamen copula carnalis ſuperueniens etiam cum affectu maritali, non efficit uerum matrimonium. Nam talis conſenſus exprimitur in occulto, conſenſus vero expreſſus in occulto, inualidus eſt. Et ſic congregatio Cardinalium quæ habuit authoritatem interpretandi Cōcilium Tridentinum, hoc expreſſè determinauit, dicens; Decretum Concilii Tridentini Seſſione 24. c. 1. de reformatione matrimonii, annullat

nullat tantummodo contractus matrimonii per uerba de præſenti clandeſtinè factos, ſponſalia autem per uerba de futuro relinquit in terminis iuris communis, præterquam quod per copulam prædicta ſponſalia non tranſeunt in matrimonium: quæ declaratio facta eſt Epiſcopo Tornacenſi. Et etiam in alia declaratione eorundē Cardinalium facta Epiſcopo Aquilano, idem determinatur, cum dicitur. Decretū Concilii Tridentini quo ſtatuit, quod matrimonii contractus fiant ſolenniter coram parocho & teſtibus, habet tantum locum in matrimoniis per uerba de præſenti: non autē in ſponſalibus per uerba de futuro.

¶ Ad rationem dubitandi dicendum eſt, quod quamuis matrimonium clādeſtinum ſit nullum, non tamen inde ſequitur, quod ſponſalia ſint irrita, & nulla propter rationem iam dictam, & contrahentes clandeſtinè non ſunt inhabiles ſemper ad contrahendum matrimonium, ſed ad ſic contrahendum, quare poſſunt eſſe ſponſalia inter illos, nam abſolute poſſunt contrahere matrimonium: & ſic non eſt eadem ratio atque de conſanguineis. Nam conſanguinei abſolutè ſunt inhabiles ad contrahendum matrimonium: vnde ſponſalia de futuro quæ habent rationem uiæ & diſpoſitionis ad matrimonium, non poſſunt conſtare inter illos.

SED adhuc eſt maius dubiū circa hoc, an matrimonium clādeſtinum ſit ualidum in ratione ſpōſaliorum de futuro. Et videtur quòd ſic. Primò. Nam in ca. vnico, §. 1 de deſpon. impub. in ſexto, diffinitur expreſſè, quòd matrimoniū inter impuberes, licet nō ſit validum in ratione matrimonii, eſt tamen validū in ratione ſponſaliorum de futuro. Et ratio Pontificis hec eſt: quoniam contractus qui nō ualet ut ſit valet meliori modo quo poteſt, & ob hoc eſt regula, & prouerbium inter Iuriſperitos. Si non ualeat quod ago, vt ago, ualeat, ut ualere poteſt: quæ regula habetur l ſi tam anguſti, ff de ſeruitutibus, & alias ſæpe. Sed matrimonium clandeſtinum nō ualet, ut ſit, & poteſt ualere ut ſponſalia de futuro, ergo habet uim obligandi ut ſponſalia de futuro.

c. vnico. de deſpō. impube. in ſexto.

L. ſi tā anguſti. ff. de ſeruit.

¶ Secundò arguitur & cōfirmatur argumentum præcedēs, puta hoc dubiū propoſitum fuit congregationi Cardinalium ex

A parte eccleſiæ Valentinæ ſubiſto tenore, Vtrum matrimoniū per uerba de præſenti per puberem & impuberem contractū clādeſtinè nō ſeruata forma à dicto Cōci. Trident. præſcripta, migret & reſoluetur in ſpōſalia, quod aliquib. placuit Doctoribus de hac re cōſultis ex Reſpōſo Bonifac. VIII. in c. vnico, §. 1. de deſpon. impub. in ſexto. & cōgregatio Cōcilii probauit hanc ſententiam, vt matrimoniū hoc ualeat tanquā ſponſalia de futuro: ergo matrimonium clādeſtinum hēt vim ſponſaliorum de futuro.

c. unico citato § 1. de deſpō. im- pub. in ſexto.

¶ Tertio arguitur. Demus quod aliqui

B ſeriò & in veritate velint contrahere, tunc eſt argumentum. Iſti verè volunt aliquid efficere, & ſciunt euidenter quod matrimonium clandeſtinum non habet uim matrimonii: ergo efficiunt obligationem ſponſaliorum.

¶ Vltimò. Iſti intendūt ſe obligare & nō poſſunt ſe obligare per contractū de præſēti: ergo obligant ſe per ſponſalia de futuro.

¶ In cōtrarium eſt. Primo. Si quis faciat profeſſionem ante legitimam ætatē nulla naſcitur obligatio ex tali profeſſione, quoniam Concil. Trid. Seſſio. 25. cap. 15. diffinit, quod talis profeſſio nulla ſit, ſed in eo

C dem Concil. dicitur expreſſè quòd matrimonium clandeſtinuum nullum ſit: ergo.

¶ Secundò. Contractus celebrati à pupillis, nullam habent vim, quoniam in iure tales cōtractus ſunt irriti & nulli, ſed matrimonium clandeſtinum eſt irritum, & nullum, ergo ex illo nulla naſcitur obligatio.

¶ Vltimo. Matrimonium celebratū clandeſtinè nullum eſt, ut habetur in Concilio Triden. & contrahentes non intendunt ſpōſalia de futuro: ergo tale matrimonium nō habet vim ſponſaliorum de futuro. ¶ Con-

D firmatur hoc argumentum ex regula iuris, qua dr, quòd cum aliqui volunt contrahere aliquem contractum, talis contractus nō eſt reſoluendus in diſtinctam obligationē præter uoluntatem contrahentium, hæc regula colligitur ex l. 1. ff quòd iuſſu, & l. 1. ff. de conſtituta pecunia, & l. 1. ff. de uerborum obligationibus, & l. non codicillum, C. de teſtam. ſed obligatio ſponſaliorum futuro eſt diſtincta obligatio ab obligatione matrimonii de præſēti, ergo ſi matrimonium clandeſtinum nō ualet in ratione matrimonii, non eſt reſoluendum in obligationem ſponſaliorum de futuro.

L. 1. ff. qđ iuſſu. l. 1. ff. de cōſt. pecu. l. 1. ff. de uerb. obligat. l. nō codicillū. C. de teſta.

N Prima

PRima concluſio. Matrimonium clandeſtinum ex ratione cõtractus & ex vi verborum non inducit obligationem ſponſaliorum de futuro. Hæc cõcluſio probatur argumentis factis ſecundo loco, quæ omnia confirmantur. Nam ille contractus fit de præſenti, ſed contractus de præſenti in occulto factus eſt irritus & nullus, ergo. Ex hac cõcluſione colligitur, quod ſi aliqui contrahunt occultè per uerba de præſenti, non intendunt aliquid aliud quã quod ipſa uerba explicant. Nec oritur aliqua obligatio ex tali contractu ratione ipſius contractus, licet aliunde poſſit eſſe, quod oriatur obligatio, ut ſtatim dicemus. Ratio eſt aperta. Obligatio oritur ex interiori uoluntate, iſti autem non habeant uoluntatem obligandi ſeipſos, niſi per contractum de præſenti qui inualidus eſt, ergo.

¶Secunda concluſio. Aliquando qui cõtraxerunt clandeſtinè tenentur contrahere de præſenti coram parocho, & teſtibus, non ratione contractus, ſed ratione damni illati. V. g. contraxerunt aliqui in occulto, & ratione huius contractus vir acceſſit ad mulierem, tunc teneatur contrahere matrimoniũ ratione damni illati. Et ratio eſt, nã in hoc caſu dedit maximum detrimentum quod reſarciri non poteſt, niſi illam ducat in vxorem: ergo tenetur illam ducere. ¶Aduerte tamen circa iſtam concluſionem, quòd hæc obligatio non eſt obligatio ſponſaliorum quæ oriatur ex matrimonio de præſenti, nã tale vinculum, & obligatio quæ oritur ex damno illato pòteſt eſſe ſine aliquo contractu matrimonij, ut ſæpenumero contingit.

¶Tertia cõcluſio. Qui contraxerunt clãdeſtinè, & voluerũt ſe obligare meliori modo quo poſſunt, habent obligationem ſponſaliorum de futuro, & hæc obligatio nõ oritur ex contractu de præſenti, cũ talis cõtractus nullus ſit, neq; inducat aliquam obligationem, ſed oritur ex contractu de futuro qui ibi eſt, quamuis nõ formaliter & explicitè, eſt tamen virtualiter & implicitè. Hanc cõcluſionem probant argumenta facta primo loco, quæ omnia confirmãtur. Nã uerba habent vim obligandi quatenus exprimũt cõſenſum, ut dictũ eſt, ſicut habẽt uim ſignificandi, ut exprimunt conceptum, ſed uerba in hoc caſu exprimunt cõſenſum de futuro: ergo habent vim ſponſaliorũ de futuro. Minor probatur. Iſti in hoc caſu uerbis de præſenti volunt ſe obligare meliori modo quo poſſunt, & nõ poſſunt ſe obligare de præſenti, ergo obligant ſe de futuro: & ſic dicendũ eſt, qđ tunc uerba de præſenti ęquiualent uerbis de futuro, & inducunt eandẽ obligationem. Ita diffinitur cap. unico. de deſpon. impub. in ſexto. quod uerba de præſenti aliquãdo habent interpretationem de futuro: conſequenter dicẽdum eſt, quod ſi aliquis velit facere ꝓfeſſionẽ, & intendat ſe obligare meliori modo quo põt, ſi non põt per profeſſionem ſolennem, obligatur obligatione uoti ſimplicis religionis. c. vnico. de deſpon. impube. in ſexto.

Per hæc reſpõdetur ad argumẽta pro utraque parte poſita. ¶Aduertendũ tamen eſt, quod duo priora argumẽta poſita in principio quæſtionis habent facilem ſolutionẽ: poſſumus enim dicere, quod illa iura intelligunt in foro externo, taliter quod illa matrimonia præſumuntur ſponſalia de futuro, & ita dicitur in illo c. 1. citato, quod illa ſpõſalia iuris interpretatione tantum, fuerunt ſponſalia de futuro. Ita ius interpretatur, & interpretatio Cardinalium iuxta iſtum modum intelligenda eſt.

¶Ex dictis hucuſque circa matrimoniũ clãdeſtinum ſequitur primo, quod poſt Cõcil. Trid. matrimoniũ clãdeſtinũ non ſolũ, eſt prohibitum, uerumetiam annullatum; & ſic Concil. Trid. ſupra ius antiquum addit annullationem: unde matrimonium clandeſtinum nunquam eſt licitum.

¶Secũdò ſequitur, quod in hac parte eſt apertum diſcrimen inter ius nouum Concil. Triden. & ius antiquũ, quod antiquitus licet eſſet prohibitum matrimonium clandeſtinum, erat tamen ualidum, vnde ſi non ſequerẽtur illa inconuenientia, & daretur neceſſitas, licitè poſſet tunc contrahi: ſed modo iure nouo cum annullatum ſit clandeſtinum, qui illud attentaret cõtrahere ſeclusa ignorantia ſemper peccaret mortaliter, quia annullaret ſacramẽtum, & ideo in nullo caſu poteſt eſſe licitum poſt Concil. Triden. ſufficienter promulgatum: & ſic grauius peccaret.

EST tamen dubium breue, an poſt Cõcil. Trident. qui contrahunt clandeſtinè, incurrãt illas pœnas quas incurrebant ante illud. In cuius expoſitionem dicendum eſt primò, quod quantum ad excommunicationem ſynodalem quæ erat in aliquibus diœceſibus, attẽdenda eſt intẽtio

Epiſcopo-

Epiſcoporum, nam cum ſit lex poſita ab illis, iuxta illorum intentionẽ habet vim obligandi: vnde ſi epiſcopi modo intendũt obligare, etiam ſi matrimonium nullum ſit, manent excommunicati: ſi verò non intendunt, non manent excommunicati: & certè videtur, ꝙ non intendãt obligare ad excommunicationem. ¶Secundò dicendum ſecundum probabiliorem ſententiam, ꝙ ex hoc ſolum ꝙ poſt Conc. Trid. fiat matrimoniũ ſine denunciationibus filij ex tali matrimonio nati nõ ſunt illegitimi, ſicut nec antea: nam tale matrimoniũ proprie loquendo & in rigore, non eſt clandeſtinum, ſed eſt verum matrimonium. De quo videte in cap. finali. de clandeſt. deſpon. ¶Tertiò dicendum, quod ſi aliqui contraxerunt clandeſtinè, ita vt abſit parochus, & ſufficiens numerus teſtium, non manẽt inhabiles ad poſtea contrahendum: nam Conc. Trid. ſolum determinat, ꝙ ſint inhabiles ad ſic contrahendum. ¶Quartò dicendum, quòd poſt Concil. Triden. contrahentes clandeſtinè & teſtes qui adſunt ſine parocho, & parochus ſine teſtibus ſunt grauiter puniendi arbitrio prælati: ita habetur in dict. c. 1. Concilij Tridentini.

ca. fi. de clandeſ. deſponſ.

Circa tertium punctum aduertendum eſt, quod Conc. Trid. Seſſio. 24. ca. 1. de reformatione, conſtituit aliqua quæ debent obſeruari in contractu matrimonii, & in ipſo ſacramento. Dicitur primò in illo decreto & præcipitur, vt antequam matrimonium contrahatur, ter fiant denunciationes publicè inter miſſarũ ſolennia, in eccleſia tribus diebus feſtiuis continuis, & debẽt fieri à parocho, quod præcipit Conc. inhærendo veſtigijs Innocen. III. loco citato à Conc. Trid. & hoc debet fieri, vt ſi aliqui ſciunt aliquod impedimentum, illud manifeſtent: verum eſt, quòd Conc. Trid. magis determinat & declarat ius antiquum: dicit .n. quod fiant à parocho denunciationes, & per tres dies feſtiuos non interpollatos.

¶Secundò dicit & ſtatuit, quòd ſi nullũ occurrat impedimentũ procedant ad cõtrahendum matrimonium in facie eccleſię, ita vt parochus viro & muliere interrogatis & intellecto conſenſu eorum, dicat, ego vos in matrimonium coniungo, vel alia ſimilia ſecundum ritũ & conſuetudinẽ prouinciæ.

¶Tertiò ſtatuit ſancta Synodus, quod ſi fortè malitiosè poſſet impediri matrimonium, & oſtendatur aliqua probabilis ſuſpicio ex hoc quòd fiant denunciationes, poterit vna tantum denunciatio fieri ante matrimonium, vel omnes tres omitti, dum modo poſt contractum matrimonium ante quã conſummetur, denunciationes fiant in eccleſia, vt ſi fuerit aliquod impedimentum, manifeſtetur.

¶Quartò dicit, ꝙ relinquit arbitrio ordinarii, an remitti debeãt tales denũciationes.

¶Quintò dicit, ꝙ ſi aliter quam præſente parocho, vel alio ſacerdote de ipſius parochi vel ordinarii licentia & duob. vel tribus teſtibus contrahere attẽtabunt, ſint omnino inhabiles, & ſancta Synodus illos contractus irritos & nullos determinat.

¶Sextò exhortatur ſancta Synodus coniuges, ne ſimul in eadem domo cohabitent, antequàm ſuſcipiant benedictionem à ſacerdote in eccleſia, docet etiam à nemine poſſe concedi licentiam talis benedictionis faciendę, niſi à parocho vel ordinario, quacunque conſuetudine in contrarium etiam immemorabili non obſtante, & non impediente priuilegio: & dicit, quòd talis cõſuetudo potius corruptela dicenda eſt.

Septimò dicit, ꝙ quicunq; alius ſacerdos ſęcularis vel regularis, coniuges alterius parochiæ coniunxerit in matrimonio, vel eis benedictionem impenderit, tamdiu maneat ſuſpenſus, donec abſoluatur ab ordinario illius parochi, à quo facienda eſt talis benedictio & coniunctio in matrimonio.

Octauò præcipit ipſi parocho, vt habeat librum ſub fideli cuſtodiã, in quo deſcribat nomina coniugum & teſtium, & diem, & locum celebrati matrimonii.

Nonò exhortatur ſancta Synodus, vt illi qui contrahunt matrimonium, antequã contrahant, diligenter peccata ſua cõfiteantur, & ſanctum ſacramentum Euchariſtiæ ſuſcipiant. Ex tenore huius decreti facillimum eſt colligere, ꝙ omnia illa contenta, ſunt in triplici differentia. Quædam ſunt de neceſſitate præcepti, quædam de neceſſitate ſacramenti: alia verò nullo modo ſunt de neceſſitate, nec inducunt obligationem, ſed tantum ponũtur ad melius eſſe. Quod vt magis explicetur, aduertẽdum eſt, quomodo ea quæ in illo decreto continentur, ſint neceſſaria poſt Concilium Tridentinũ & an ſint æquè neceſſaria quod explicatur ſequentibus concluſionibus.

¶Prima concluſio. Certum eſt, ꝙ non ſunt omnia æquè neceſſaria, ſed aliqua de neceſſitate præcepti, alia de neceſſitate ſacramenti, alia vero ad melius eſſe. Hęc concluſio patet ex tenore ipſius decreti. Nam reſpectu aliquorum ponuntur verba præceptiua, reſpectu verò aliorum ponuntur verba quæ ſignificant neceſſitatem ſacramenti: reſpectu tamen aliorum ponuntur verba exhortatoria, & quæ nullam inducunt obligationem, ſed ſunt veluti conſilium.

¶Secunda concluſio. Tantum de neceſſitate præcepti requiruntur ad matrimoniũ his temporibus denunciationes publicæ faciendæ à proprio parocho in eccleſia, & ſimul illa verba, quæ debet proferre parochus, ego vos in matrimonium, &c. Hæc cõcluſio probatur primò: quia Concilium cũ illa verba ponit, dicit, præcipit ſancta Synodus. Secundò probatur, quod ſint tantum de neceſſitate præcepti: nam paulò inferius ponit Concilium quæ ſunt de neceſſitate ſacramenti, neq; meminit denuntiationum, neque verborum ipſius parochi.

¶Tertia concluſio. De neceſſitate autem ſacramenti matrimonii ſunt illa quæ continentur in dicto quinto ſupra poſito, ſ. præſentia parochi, & duorum vel trium teſtiũ qui diuerſi ſint ab ipſo parocho, vbi Conc non declarat materiam, & formam quæ ſunt de eſſentia matrimonii, ſed illis præſuppoſitis tãquam eſſentialibus, docet quæ ſint de neceſſitate ſacramenti, licèt non de eſſentia.

¶Quarta cõcluſio. Ad melius eſſe huius ſacramenti, & quę non cadunt ſunt obligatione pertinent reliqua explicata in ſexto & nono dicto, videlicet quod coniuges non conſummẽt matrimoniũ ante benedictiones nuptiales, & ꝙ confiteantur, & recipiãt Euchariſtiã. Ex hoc infertur, quod licet cõtrahentes non pręmittant confeſſionẽ vel Euchariſtiam ante matrimoniũ, vel cõſummẽt matrimoniũ ante benedictionem, nõ peccabunt, quantum eſt ex vi iuris cõis cõtenti in hoc decreto Conc. Trid. Ratio eſt: quia decretum illud reſpectu omnium hominũ, ſolum ponit verba exhortatoria, & nullo modo præceptiua, ergo. Diximus, ex vi iuris communis contenti in hoc decreto: nã Conc ibi ſolum ponit verba exhortatoria: aliunde tamen poteſt contingere, quòd ſit peccatum mortale, vt ſi contrahentes accedant ad contrahendum ſcienter in mortali ſine contritione, ſaltẽ peccabũt mortaliter propter generalẽm & communẽ rationem, videlicet: quia receperunt ſacramentum nouæ legis ſine debita diſpoſitione. Diximus etiam ex ui huius decreti, nam poteſt eſſe, quòd in aliquibus diœceſibus ſint conſtitutiones ſynodales obligantes grauiter & ſub mortali ad præmittendam confeſſionem ante contractum matrimonii.

A

DVbium primum circa iſtum decretũ, an poſt Concil. Trid. prætermittere publicas denuntiationes in eccleſia ſine cauſa rationabili ſit mortale. Dixi, ſine rationabili cauſa, nam ſi adſit cauſa rationabilis Conc. declarat, ꝙ poſſunt admonitiones prætermitti ante contractum matrimonium, vel redigi ad minorem numerum.

B

¶Prima concluſio. Prætermittere denũciationes in eccleſia ſine rationabili cauſa, eſt peccatum mortale ex genere ſuo. Hæc concluſio probatur. Nã in Conc. Trid. reſpectu denunciationum ponitur verbum, præcipio, in quo ſignificatur intentio eccleſiæ volentis obligare ad mortale. Et ratio Concilii hoc ipſum confirmat, quia loquendò regulariter, & per ſe, quando non fiunt denunciationes publicæ in eccleſia, poſſunt timerj grauiſſima inconueniẽtia, quod ſit aliquod impedimentum matrimonii, & quod ſequantur aliqua ſcãdala, ergo eſt mortale ex genere ſuo. Dixi, ex genere ſuo, quia aliquando ex rationabili cauſa poteſt parochus prætermittere denunciationes, etiam poſt contractum matrimonium, & ſine licentia ordinarii, & non erit mortale, ſed ſolum veniale in indiuiduo, ſi aliàs fecerit ſufficientem diligentiam ad intelligendum ꝙ non adeſt aliquod impedimentum, nec ſequuntur inconuenientia. Ratio eſt: quia quod eſt mortale ex genere ſuo, poteſt eſſe veniale in indiuiduo ex paruitate materię. Si vero parochus faciat ſufficienrem diligẽciam alia via, ne ſequantur inconuenientia & ſcandala, erit materia legis, ergo. Et hæc concluſio loquitur ſtando in iure communi Concilii Tridentini.

C

D

¶Secunda concluſio. Si in aliqua diœceſi eſſet pręceptum ſub excommunicatione maiori, & parochus prætermitteret denunciationes, peccaret mortaliter in indiuiduo quantumuis aliàs faceret ſufficientem diligẽtiam, ne ſequerentur inconuenientia. Ra-

tio

tio eſt,quia ſuperior ſpiritualis habet autoritatem obligandi ſub mortali etiam in materia quæ alias videtur leuis,& intétio prælati obligandi ſub mortali explicatur ſufficienter in pœna excommunicationis maioris quam conſtituit,ergo.

¶Tertia concluſio. Si parochus prætermitteret vnam tantum denunciationem, ſtando in iure communi,non uidetur quod peccet mortaliter in indiuiduo ſuppoſita ſufficienti diligentia quæ facta eſt aliunde.

MAius auté dubium eſt circa ipſum Concilium, an parochus pro ſuo arbitrio & rationabili cauſa poſſit redigere denunciationes ad minorem numerũ,vel illas omnino prætermittere propria autoritate. Ad cuius expoſitionem ad uertendum eſt, quod in decreto Concilii poſſunt prætermitti denunciationes ante contractum matrimonium, quando eſt probabilis ſuſpicio ꝙ matrimonium debeat impediri malitioſe; poſſunt etiam prætermitti ante conſummationem poſt contractum matrimonium:& in hac re certum videtur, ꝙ poſt contractum matrimonium ante cõſummationem non poſſunt prætermitti denunciationes,niſi autoritate ordinarii. Hoc docet aperté Concilium,nam conſtituit ordinarium iudicem huius rei,cum dicit, niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit,vt prędictæ denunciationes remittantur:quod illius prudentiæ, & iudicio ſancta Synodus relinquit.

¶Dubitatio autem eſt, an ante cõtractũ matrimonium ex rationabili cauſa poſſint prætermitti denunciationes autoritate parochi ſine licentia ordinarii. In hac difficultate ſunt duæ ſententiæ. Prima ſentẽtia eſt, ꝙ parochus ſua propria autoritate inconſulto ordinario poterit in tali caſu omnes illas admonitiones pretermittere ante contractum matrimonium,dummodo poſt cõtractum ante condemnationem fiant denũciationes;itaque ut omnino relinquantur, requiritur autoritas ordinarii,ut diximus, cæterum ut relinquantur ante contractum matrimonium parochus propria autoritate poteſt illas præmittere. Hanc ſentẽtiam tenent multi expoſitores D.Tho. & aliqui Iuriſperiti ſuper Concilium Tridentinum ſeſſione 24.

¶Secunda ſentẽtia eſt huic oppoſita quã etiam tenẽt aliqui Theologi & Iuriſperiti

A ibidem.Dicunt iſti autores ꝙ oppoſita ſententia neque habet fundamentũ in iure,neque in praxi, & argumentum illorum eſt. Quando Concil.dicit,quod ante contractũ matrimonium poſſunt prætermitti aliquæ denunciationes vel omnes,nullam facit mẽtionem parochi, ſed relinquit illum caſum iuri communi, ſed ſecundum ius commune parochus non poteſt diſpenſare in denũciationibus.¶Confirmatur hoc argumentũ quia ita declaratum eſt in congregatione Cardinalium quæ determinata eſt ad explicanda dubia Concilii Tridentini, & in

B Concilio Valentino & Bracharenſi dicunt ita eſſe determinatum.

¶Concluſio ſit,Secunda ſententia eſt ſatis probabilis tertia:uerò uidetur probabilior ſtando in Conc.Trid Prima pars concluſionis probatur argumẽto facto & eius confirmatione.Et ſecundum iſtam ſententiam uidetur dicendũ,quod quando in fine Cõcilium relinquit arbitrio ordinarij prætermiſſionem denunciationum, referẽdum eſt totum illud ad denunciationem ante contractum & poſt contractum.Secunda verò pars dicit, quantum eſt ex ui Concilii:

C nam ſi Cardinales congregationis aliud determinant, determinationi illorum ſtandũ eſt, habent enim autoritatem interpretandi à ſummo Pontifice.Hęc pars probatur. Nam ex Conc.Trid. videtur colligi,ꝙ parochus propria autoritate poſſit prætermittere denunciationes ex rationabili cauſa, quia paulo ante determinat,denunciatione eſſe faciendas à proprio parocho ante contractum matrimonium.& ſtatim ſubdit, ꝙ ſi timeatur, malitioſe poſſe matrimonium impediri poſſint redigi ad minorem numerum,uel omnino prætermitti denunciatio

D nes;totum autem hoc refertur ad eundem parochũ, nam poſtea admonet, quod poſt contractum non remittantur denunciationes,niſi arbitrio ordinarii.

¶Vnde ad argumentum factũ pro oppoſita ſententia dicendum eſt, quod in illo caſu non diſpenſat parochus in denunciationibus,ſed utitur facultate conceſſa a Cõcilio in illo uno caſu in quo fit exceptio a regula generali: unde ille caſus eſt cõceſſus parocho & ita illa ultima uerba,Conc. Tridẽtini uerè relinquit arbitrio ordinarii quod poſſit remittere omnes denunciationes: nõ ſunt referẽda ad priora & antecedentia,ſed

A ad ea quæ proxima ſunt,nempe ad illa uerba, in quibus eſt ſermo de denunciationib. poſt contractum matrimonium. Ad confirmationem reſpondetur ex iam dictis.

¶Aduerte tamen,ꝙ iſtæ denunciationes debent fieri in utraque parochia vtriuſque contrahentis: quod uidetur colligi ex eodẽ Concilio,in quo dicitur,quod denunciationes debent fieri,à parocho contrahentium, unde ſi contrahentes fuerint diuerſarum parochiarum debent fieri in utraque parochia. Secundò conſtat ratione, quia in tali caſu non ſufficienter fieret diligentia debi- B ta ad cognoſcenda impedimenta matrimonii, ſi ſolum fierent denunciationes in una parochia. Et hanc ſententiam tenent communiter Doctores moderni.

SEd adhuc eſt dubium, an ſit peccatum mortale conſummare matrimonium contractum poſt Tridentinum coram parocho & teſtibus, quando ſine ulla cauſa rationabili non fuerunt factæ denunciationes in eccleſia. Aliqui reſpondent,quod de ſe non eſt peccatum mortale, quia ille uſus eſt rei propriæ & legitimæ, ſed per accidẽs erit mortale propter ſcandalum. v. g. quia C fœmina apparet grauida,& ignoratur legitimum matrimonium: ſi vero contrahentes ſine denunciationibus prouidiſſent quomodo eſſet notorium matrimonium, conſequenter vitarent ſcandala, & ſic non eſſet peccatum mortale conſummare illud. Pro qua reſolutione,loquendo ante Tridẽtinũ, adducunt argumenta, ſed poſt Tridentinũ reputant mortale conſummare matrimonium ſine illis denunciationibus, quia Tridentinum præcipit illas fieri: & hæc eſt res grauis. ¶Item,quia illas omittendo & ante illas conſummando exponuntur pericu- D lo alicuius impedimenti matrimonij,quod eſt inconueniens.

¶Sed nos dicimus, quòd in indiuiduo poterit contingere,non eſſe mortale cõſummare illud matrimonium ante denunciationes, videlicet quando ex parte contrahentium vel parochi fieret debita diligentia ad cognoſcendum an interueniret aliquod impedimentum conſanguinitatis,vel affinitatis vel huiuſmodi,inter ipſos. Nam non loquimur de peccato mortali quod committeretur in tali caſu contrahendo ſine denunciationibus, imo excuſamus contrahentes ab eo peccato,quia forte ſe totos commiſerunt directioni parochi: dicimus tamen,ꝙ non peccarent in indiuiduo ex hoc,ꝙ ſcienter conſummarent matrimonium, omiſſis denunciationibus facta diligentia debita: Quod intelligitur attento iure communi, quia ſi in particularibus diœceſibus prohibitũ eſſet,ne conſummarent ſub excommunicatione:non dubium quin ſcienter conueniendo, peccarent mortaliter.

¶Maius tamen dubium eſt,an ſit peccatum mortale poſt Cõcilium Tridentinum conſummare matrimonium ante ſolẽnem benedictionem,etiamſi ipſum matrimoniũ præceſſerint omnes ſolennitates & denunciationes. Et videtur,quòd ſit peccatũ mortale. Primò. Ita conſummare matrimoniũ eſt contra ſtatutum, & conſuetudinem eccleſiæ,vt patet manifeſte 30.q. 5. in multis canonibus & decretis: ergo eſt peccatum mortale. 30.q.5. per multa capita.

¶Secundò arguitur. Iſte talis cõſummat matrimonium ex contemptu: ergo peccat mortaliter. Probatur conſequentia. Contẽptus ſine dubio conſtituit peccatum mortale,ergo. Antecedens vero conſtat, nam iſte talis conſummat matrimonium ſine aliqua cauſa rationabili ante benedictionem eccleſiæ:ergo facit ex contemptu.

¶Tertio. Canones & decreta Põtificum præſupponunt virginitatem in benedicendis ſaltem in ſponſa, vt patet manifeſtè in cap.ſponſus.30.q.5.ergo peccatum eſt mortale conſummare matrimonium, quia colligitur apertè quòd eſt contra canones, & ſtatuta eccleſiæ. c. ſponſ. 30.q.5.

¶De hac difficultate videndus eſt Caiet. in tomo 1.opuſ. in quibuſdam quæſitis de matrimonio quæſt.1.ubi diſputat de re hac optime.

IN huius rei expoſitionẽ eſt prima ſententia,quòd conſummare matrimoniũ ante ſolennem benedictionem eccleſiæ, propter prohibitionem iuris,eſt peccatum mortale, quæ quidem prohibitio habetur in loco citato in primo argumento. Hanc ſententiam tenet Palud.in 4.diſt. 28. quæſtione 2.quam ſequuntur multi ex Iuriſperitis,& aliqui Doctores,quos refert Sylu. verbo,debitum coniug. q.9.& Nauarra, ca. 6.num.38.citat pro ea D.Ant.& Summam Tabienam.

¶Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quòd non eſt peccatum mortale cõſumma-

ſumma-

ſummare matrimonium ante ſolennem be nedictionem eccleſiæ. Hanc ſententiam tenet Caietan. in loco immediate citato, & communiter expoſitores D. Tho. & multi iuriſperiti.

¶ Quæ ſententia uidetur mihi certa: & vt illam explicemus, ſit prima concluſio. Certiſſimum mihi uidetur, quod huiuſmodi conſummatio matrimonij ante ſolennẽ benedictionem non eſt peccatum mortale. Hæc concluſio probatur. Primo. Iure antiquo nullum reperitur præceptum quod habeat uim obligandi ſub mortali, ut conſtat manifeſte ex illis decretis, imò in ca. noſtrates. 30. quæſt. 5. Summus Pontifex expreſsè declarauit, quod licet omnia illa non ſeruentur in matrimonio, nō erit peccatum mortale: & in Concilio Tridentino ſolum ponuntur uerba exhortatoria quod non cohabitent ſimul, & non ponũtur uerba præceptiua. Dicitur enim in illo decreto ſupra citato. Præterea eadem ſancta Synodus hortatur, ut coniuges ante benedictionem ſacerdotalem in templo ſuſcipiendam in eadem domo non cohabitent: ergo non eſt peccatum mortale.

c. noſtrates. 30. q. 5.

¶ Secundo probatur. Non eſt peccatum mortale ex parte benedictionis, nulla enim fit iniuria ipſi benedictioni, quia nō contẽnitur benedictio, nã ſuſcipitur poſtea conſummato matrimonio, neque admiſcetur præterea aliquod falſum ſeu mendaciũ in ipſa benedictione, cum nulla fiat ibi mentio de uirginitate. Ex parte uerò finis ipſius benedictionis nullum etiam eſt peccatum mortale: quoniam illa benedictio ad duo ordinatur, ſcilicet, ad ſolennem traditionem vxoris, quæ quidem non omittitur, nam conſummato matrimonio datur talis benedictio: ordinatur ẽt ad diuinã obtinendã benedictionẽ ipſorũ cõiugum, quæ etiã non omittitẽ, quia cõſummato matrimonio ſubſequitur talis benedictio: ex quibus, omnib. talis formatur ratio: Actus cõiugii ante benedictionẽ cũ nõ ſit illicitus, niſi quia ꝓuenit benedictionẽ ante tẽpus debitũ, nõ plus habet peccati, & illiciti quam ex iniuria uel legis ſeu conſuetudinis prohibentis vel ratione benedictionis ipſius ſeu eius finis, ſed ex nullo horum eſt peccatum mortale, ut iam probatum eſt: ergo conſummare matrimonium ante benedictionem non eſt peccatum mortale.

A ¶ Aduertendũ tñ eſt, quod hæc cõcluſio intelligitur, niſi conſummarent matrimonium ante benedictionem ex contemptu benedictionis, nam tunc ſine dubio eſſet peccatũ mortale, ſicut eſſet peccatum mortale ex contemptu relinquere benedictionem; imo eſſent ſuſpecti de hæreſi: quia in bulla Martini. V. papę habetur ad finẽ Cõcilii Conſtantienſis, ſuſpectus de hæreſi iubetur interrogari, an credat, quod Chriſtianus contemnens ſolennitatem matrimonii peccet mortaliter. Et ſimiliter peccarent mortaliter ſi in particularibus diœceſibus

B eſſet prohibitum ſub excommunicatione maiori, conſummare matrimonium ante benedictionem, quæ fit in eccleſia, nã ſi eſſet talis excommunicatio, eſſet peccatum mortale: tunc enim grauis pœna, eſſet apertum ſignum quòd prælati eccleſiæ uoluerunt obligare ad peccatum mortale.

¶ Sed dubium eſt, an ſaltem ſit peccatum veniale conſummare matrimoniũ ante benedictionem. In qua difficultate aliqui moderni Theologi expoſitores D. Tho. dicũt, quod niſi fiat ex contemptu benedictionis, uel niſi ſit excõmunicatio lata contra con-

C ſummantes matrimonium ante ſolennem benedictionem, nunquam eſt peccatum etiam ueniale conſummare matrimonium ante benedictiouem, Caietan. uerò in loco ſupra citato, dicit, quod talis conſummatio ante ſolennem benedictionem non poteſt excuſari à peccato ueniali, tam ex parte petentis, quam ex parte reddentis: Et ratio illius eſt, quia non ſeruatur ordo ſtatutus & determinatus lege uel con ſuetudine, nam fit ante benedictionem, quod poſt benedictionem agendum erat.

¶ In cuius rei expoſitionem ſit ſecunda

D concluſio. Hæc ſecunda ſententia Caietani uidetur mihi probabilior, quamuis prima ſentẽtia aliqualem habeat probabilitatem. Prima pars ꝓbatur autoritate Caietan. & ratione illius. Secunda uerò pars probatur autoritate aliorum Doctorum qui illam tenent. Aduertendum tamen eſt, quod Magiſter Sotus in loco ſupra allegato. diſtin. 28. quæſt. unica, arti. 2. docet, quod aliquando propter aliquẽ bonum finem, uidelicet ad uitandas pollutiones inter ipſos coniuges, non eſſet peccatum conſummare matrimonium niſi ante benedictionẽ, imò eſſet conſulẽdũ illis: maximè ſi benedictio eſſet differenda.

¶ Quibus poſitis, reſpõdetur ad argumẽta facta in principio, Ad primum dicitur, q̃ illa iura & decreta loquuntur de bene eſſe, quod uidetur inſinuari in capi. noſtrates, ſupra citato. Secunda expoſitio eſt, q̃ fortè loquuntur illa iura quando matrimoniũ fuit clandeſtinũ in tempore antiquo; tunc enim propter graue ſcãdalum erat peccatũ mortale conſummare matrimonium. Tertia explicatio eſt, q̃ illa iura debent intelligi, niſi producta ſit conſuetudo in contrariũ, ſicut introducta eſt in maiori parte Hiſpaniæ, & ita illa iura non habent vim: Concilium uerò Tridentinum nihil præcipit, ut iam dixi mus, ſed ſolum exhortatur; ne ſimul cohabitent. Vltima expoſitio eſt, q̃ illa iura intelliguntur, quando relinquuntur benedictiones ex contemptu. ¶ Dominus Caietan. in loco ſupra citato aliter reſpõdet, dicit enim q̃ hæc conſequentia nihil ualet, ſtatutũ ſeu conſuetudo eccleſiæ non ſeruatur: ergo eſt peccatum mortale: ſatis enim eſt, quod ſit ueniale, quia plus requiritur ad peccãdum mortaliter, quam violare ſtatutum, uel conſuetudinem eccleſiæ: non enim omne ſtatutum ſeu conſuetudo eccleſiæ obligat ſub mortali, ut per ſe eſt manifeſtum in multis ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiæ.

A B C

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, falſum eſſe, quod ubi eſt rationabilis cã violandi ſeu non ſeruandi ſtatutum & conſuetudinem eccleſiæ, ibi eſt contemptus: ſtat enim optimè quod ex infirmitate ſeu cõcupiſcẽtia veniali fiat tranſgreſſio, & ſic communiter uidetur accidere in huiuſmodi caſibus. Vnde regulariter & communiter loquendo nõ eſt peccatum mortale, ſed veniale.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur quod (ut iam dictum eſt in ſecũda ratione propriam concluſionẽ) in benedictione ſolenni eccleſiæ quando iam conſummatum eſt matrimonium, nulla eſt falſitas uel mendacium. Et ad canones & decreta Pontificũ dicendum eſt, quod præſupponunt virginitatem in benedicendis, ſaltem in ſpõſa, non quidem de neceſſitate, ſed de congruitate, & ſecundum ea quæ communiter accidũt: nam regulariter & communiter loquendo ſponſa quæ benedicitur, non eſt corrupta, ſed integra. Et quod debeant intelligi illa decreta & canones de congruitate, & nõ de

D

neceſſitate, conſtat manifeſtè ex hoc quòd puella corrupta ante coniugium ſecretè ab alio, nihilominus licitè nuptialem benedictionem ſuſcipit.

¶ Eſt ſecundum dubium circa illa, quæ ſunt neceſſaria neceſſitate ſacramẽti ad cõtrahendum matrimonium ſecundum tenorem Concil. Tridentini, quæ nam præſentia ſit neceſſaria ad hoc ſacramentũ ex parte parochi & teſtium.

¶ In cuius expoſitionem eſt prima concluſio. Præſentia quæ eſt neceſſaria eſt præſentia moralis. id eſt, more & modo humano, & non ſufficit præſentia phyſica, præſentia enim phyſica dicitur, quando adſunt corporaliter, ſecundum ſuam naturalẽ ſubſtantiam, ſiue aduertant, ſiue non, ſiue habeant vſum rationis, ſiue non: præſentia uerò moralis vltra phyſicam addit aduertentiam & præſupponit vſum rationis, ut poſſint reddere teſtimonium. Quod uerò hæc ſit præſentia moralis, patet ex ipſo iure. Na (vt conſtat ex legibus) coram Titio aliquid facere eſt illo ſciente & aduertente facere, ut patet ex l. coram Titio. ff. de uerborum & rerum ſignificatione. Itaque ſi ſit ibi præſens ut quoddam brutum, non dicitur habere præſentiam moralem. L. corã Titio. ff. de verb. ſigni.

¶ Hæc concluſio probatur, quia in decreto Cõcilii expreſſe irritatur matrimonium quod non fit coram parocho & teſtibus, in iure uerò (vt patet ex dicta lege) nõ dicitur præſentia moralis, niſi adſint ſcientes & aduertentes: ergo. ¶ Secundò probatur ſpecialiter. In matrimonio requiruntur teſtes ita præſentes vt poſſint eſſe teſtes oculati, qđ ſi non haberent præſentiam moralem, non poſſent eſſe teſtes occulati: quia non magis aduerterent, quam ſi non eſſent præſentes.

¶ Ex dictis ſequitur, quod ſi matrimonium fiat coram parocho & teſtibus non aduertentibus, nullum eſt: ut ſi dormiãt uel non aduertant, tunc enim non ſunt præſentes moraliter loquendo. Item aliqui dicũt probabiliter, quod ſi matrimonium fiat corã parocho, & teſtibus tranſeuntibus quãdo matrimonium contrahitur; non eſt uerum matrimonium: nam qui tranſeunt, moraliter non dicuntur præſentes.

Maior autem difficultas eſt, quando parochus eſt præſens per uiolentiã, & idem eſt de teſtibus. In qua re certiſſimum eſt quoad teſtes. quod ſi ad

ſint

ſint præſentes moraliter, quantumuis ſint ibi per violentiam, ualidum eſt matrimonium: nam ad rationem teſtis qui poſſit teſtificari, ſatis eſt, quòd aduertat & intelligat: & hoc ſignificatur in illa l. coram Titio aliquid facere. &c. de parocho vero eſt tota difficultas.

D. ꝯ.l. corã Titio.

¶In qua re ſunt duæ ſententiæ. Prima ſnia eſt, quòd etiamſi parochus ſit ibi per violentiã, erit validum matrimoniũ: quantũuis ſit contra eius voluntatem. Hæc ſententia probatur primò ex l. citata, vbi expreſſe diffinitur, ꝙ coram Titio aliquid facere eſt, ꝙ ſcienter & aduertenter adſit, & ſubditur ſtatim in ſecunda parte legis: ſcire autem, non etiam velle is debet: nam & inuito eo recte fit; quod iuſſum eſt. ¶ Secũdo probatur. Ille talis eſt præſens præſentia morali & inquantum homo, & non ſo um præſentia phyſica: ergo validum eſt matrimonium. ¶Tertio. In communi modo cõcipiendi & loquendi omnium hominũ contractus iſte fit corã ſacerdote: ergo validũ eſt matrimonium.

Dicta l. corã Titio.

¶Secũda ſententia eſt huic oppoſita, uidelicet quòd requiritur ad veram rationẽ matrimonij, ut ſit præſens ibi uoluntarie. Hæc ſentẽtia probatur primo, Sicut eſt de ratione hominis, ꝙ ſciat & intelligat, ita eſt quod velit, ſed non dicitur præſens homo vt homo, niſi ſcienter & aduertenter ſit ibi: ergo non erit præſens ſi ſit contra ſuam voluntatem.

¶Secundò. Conc. Trident. vult in illo decreto quòd matrimonia (cum habeant rationem ſacramenti) conferantur autoritate eccleſiæ: ergo neceſſarium eſt, quòd parochus ſit ibi voluntarie. & voluntarie approbans matrimonium.

¶ Tertiò. Præſentia parochi ad aliquid aliud requiritur, quam præſentia teſtis: ergo requiritur non ſolum ad teſtificandum, verumẽt ad approbandum matrimonium, ac ſubinde ſi ſit ibi inuitus, non erit verum matrimoniũ. ¶Cõfirmatur. Quãdo in iure præcipitur fieri aliquid corã aliquo, ille debet eſſe præſens, mortaliter ſecundum ſuũ modum & officiũ v. g. ſi præcipitur, quòd fiat aliquid corã teſtibus & tabellione, non ſufficit, quòd tabellio ſit ibi vt teſtis, ſed debet eſſe ibi exercendo ſuum officium: ergo cum dicitur in Cõcilio ꝙ matrimoniũ fiat coram parocho & teſtibus, parochus debet

A eſſe ibi vt parochus exercens ſuũ officium & approbans illud ſacramentum & contractum. Itaque ad rationem teſtis ſufficit, ꝙ ſit ibi moraliter loquẽdo, & de hac præſentia teſtis loquitur illa lex coram Titio: ad præſentiam verò parochi nõ ſufficit, quod ſit ibi ſcienter & aduertenter: ſed requiritur, quod ſit ibi veluti approbans matrimonium.

¶Vltimò. Probabilis ſententia eſt, quòd matrimonium non habet ueram rationem ſacramenti, etiam ante Conc. Trid. niſi in ordine ad parochum approbantem illũ contractum, ita tenet Magiſter Cano, ut diximus ſupra: ergo niſi parochus ſit ibi pręſẽs uoluntarie approbans contractum, nõ erit uerum matrimonium. B

¶In expoſitione huius dubij ſupponendum eſt, quòd illi qui contrahunt iſto mõ, peccant mortaliter. Nam pręceptum eccleſiaſticum eſt, quòd ſacramẽta recipiãtur autoritate eccleſiæ, ſi aũt ſacerdos ſit ibi cõtra ſuam uoluntatem per uiolẽtiam, non recipiunt ſacramentum matrimonij autoritate eccleſiæ: ergo peccant mortaliter: peccant etiam mortaliter ratione iniuriæ illatæ.

C QVo poſito fundamento, in explicationem huius rei ſit ſecunda concluſio. Stando præciſe in litera Conc. Trid. Vtraque ſententia eſt ſatis probabilis: cæterum ſtando declarationi congregationis Cardinalium qui habẽt autoritatem à Papa interpretandi Concilium Tridentinum, prima ſententia eſt certa. Hæc concluſio uirtualiter cõtinet tres partes. Prima pars eſt, quòd prima ſentẽtia eſt ſatis probabilis, & hæc pars conuincitur argumentis factis ꝓ illa quæ reddunt illã partẽ maxime probabilem & explicabitur amplius in 3. parte huius concluſionis. Secunda pars concluſionis eſt, quòd ſtando in litera Concil. Trid. Secunda ſententia eſt ſatis probabilis, quia pars probatur argumentis factis pro illa. D

¶Tertia verò pars huius cõcluſionis eſt quod modo ſtãdo in declaratione Cardinalium prima ſentẽtia eſt certa, & ita illa utẽdum eſt in caſibus contingentibus: nam ita declaratum eſt, & declaratio facta eſt Epiſcopo Salmantino, quæ quidẽ hẽt in hunc modũ. Reuerẽdiſſime Domine. Libellꝰ hic amplitudinis tuę nomine porrectus, in quo nonnulla continentur quæſita ad cõtractũ matrimonij ſpectãtia, propoſitus fuit in ſacra

cra

era congregatione Cardinalium interpretationi Concil. Trid. præfectorum, quorum hæc fuit ſententia: nõ pertinet ad ſubſtantiã matrimonij ſacramenti, vt parochus aliqua verba proferat, ideoque valere matrimonium, quamuis verba exprimentia conſenſum prolata ſint à contrahentibus tantum, dummodo parochus adhibitus a contrahẽtibus ſit præſens & intelligat quod agitur, licet diſſentiat & contradicat: parochum vero intelligi adhibitum, etiamſi ex alia cauſa vocatus ſit, dummodo ad illum actum adhibeatur.

¶ Eſt alia declaratio eorundem Cardinalium facta epiſcopo Gienenſi, quæ quidem declaratio grauiſſima eſt, & habet in hunc modũ. Illuſtriſſime & Reuerẽdiſſime Domine, in ciuitate Gienenſi quidam Aluaricus prætendens contrahere matrimonium cum quadam Catherina ſub prætextu ꝙ a parentibus eiuſdem impediretur, petijt a vicario D. epiſcopi Gienen. vt dicta Catherina in loco libero cõſtitueretur, in quo libere poſſet voluntatem ſuam declarare. Interim verò parentes & conſanguinei dictæ Catherinæ eam occultarunt, quod Vicarius intelligens & timens id quod poſtea euenit, præcepit omnibus parochis dictæ ciuitatis, nec prædictam puellã cum aliquo deſpõſarent. In quadam tamen nocte quidam conſanguineus dictæ puellæ, vocauit parochum pro audienda confeſſione confingens ꝙ quædam mulier parturiens labo rabat in extremis. Qui parochus fide bona domũ fuit ingreſſus, vbi aderat dicta puella, & ibidem conſtitutis multis hominibus armatis conſanguinei dictæ puellæ vt ipſa puella coram dicto parocho cum quodam Andræa matrimoniũ cõtraheret fecerunt, reclamante & dicente parocho, ſe neque ut parochum, neque vt teſtem illi clandeſtino mřimonio poſſe, nec velle intereſſe: teſtes tamen dicunt, contractum fuiſſe matrimonium, id tamen (vt ipſe refert) eodem parocho obturãte aures, licet ei vis fieret, & neque eo vidente, neque intelligente, eos contraxiſſe matrimonium propter voces ac tumultus, & ita diceſſit. Vt autem de validitate aut inualiditate ſimilis matrimonij certitudo habeatur, ex parte prædicti epiſcopi Gienenſis ſupplicatur pro reſponſo ſuper dubiis infra ſcriptis.

¶ Primum dubium eſt. Vtrum prohibi- A tione facta ab ordinario, ne parochus aliquos deſponſet, ita tollatur iuriſdictio parochi, vt ad contrahendũ matrimoniũ contra talem prohibitionem non ſit legitimus parochus, cum poſſit ordinarius in totum vel in parte auferre a parocho ex cauſa iuriſdictionẽ, ſicut fit, quando reſeruatur aliquis caſus, quod in propoſito minorẽ vim habet, quãdo prædictus ſacerdos non erat principalis parochus, videlicet rector proprietarius, ſed ad annum Vicarius, qui põt ad nutũ ab ordinario reuocari. ¶ Cõgregatio Cardinal. reſpondet valere matrimoniũ B contractum coram parocho cui interdictũ eſt ab epiſcopo, ne interueniat.

¶ Ex quo oritur ſecũdum dubiũ, Vtrum matrimonium, in quo interueniret talis vicarius non inuitus, ſed volens, contra prohibitionem tamen ordinarii, ſit ualidũ, vel potius nullum. Congregatio reſpondet, validum eſſe.

¶ Tertium dubiũ eſt Si inuitus & compulſus per vim ad ſit ſacerdos, dum contrahitur matrimonium, præcedente vel non præcedente dicta prohibitione, vel tali interdictione. Vtrum tale matrimonium ſub C ſiſtat. Congregatio cenſuit ſubſiſtere.

¶ Quartum dubium eſt. Si ſacerdos ad fuerit, nihil tamen eorũ, quæ agebantur vidit, neq; audiuit. Vtrum tale matrimoniũ validum ſit. Congregatio cenſuit non valere, ſi ſacerdos non intellexit, niſi tamen affectaret non intelligere.

¶ Quintum dubiũ eſt. Si adſit ſacerdos caſu, dum contrahitur matrimonium, non cogitãs, ſe eſſe ad id vocatũ, ſed aliud agẽs audit duos inter ſe contrahentes matrimonium, in quo fuit præſens, non tamen certior factus, neq; ad id vocatus expreſſe, nec D interponens ſuam autoritatem. Congregatio cenſuit valere, etſi parochus aliam ob cauſam adhibitus ſit ad illum actum.

¶ Ex his declarationibus colligitur aperte, quòd prima ſentẽtia nũc eſt certa, & iſtæ declarationes hẽnt maximũ fundamentum in ipſo Concilio Tridẽtino, vt patet ex argumentis adductis pro prima ſentẽtia: habent etiã fundamentum in hoc. Nam (vt patet ex dictis ſupra quæſt. 42.) ſacerdos non eſt miniſter huius ſacramenti, & ſic non eſt neceſſarium quòd ſit ibi voluntarie, ſed ſufficit præſentia moralis.

¶ Ex dictis ſequitur, ꝙ ſi aliqui cõtraherent

rent coram parocho & teſtibus traſeuntibus & inuitis, ſi tamen aduertant actum, lõge probabilius eſt, & mihi fere eſt certũ, ꝙ eſt verum matrimonium: quia eſt ibi præſentia non ſolum phyſica, uerum etiam moralis; ſi tamen ita tranſireut, vt nihil aduerterent, non eſſet verum matrimonium, nam tunc non eſſet præſentia moralis.

¶ Secundo colligitur (vt aduertũt aliqui grauiſsimi Doctores) ꝙ quando parochus cogeretur metu mortis vt adeſſet matrimonio, talis parochus etiam prætermittendo denunciationes non peccaret, nec eſſet puniẽdus, ſi illas prætermitteret ex tali metu. Ratio eſt, quia lex humana eccleſiaſtica de denũciationibus ꝑmittẽdis nõ obligat nec intendit obligare cum tanto diſcrimine: ꝙ ſi in aliqua diœceſi eſſet poſita excommunicatio contra parochos qui non præmittunt denunciationes ante matrimonium, talis parochus qui metu mortis dimittit illas, non incurrit excommunicationem eadem ratione.

TErtium dubium eſt, quis nam parochus debeat eſſe præſens matrimonio, vt validum ſit; an ſufficiat quicũque parochus etiã alienus, Et videtur quod ſic. Priuilegia ſunt amplianda, non reſtringenda, & præcipue hoc habet verum in fauorem matrimonii, ſed Concil. ſolum dicit, ꝙ ſit ibi parochus, & non dicit, ꝙ ſit ibi proprius parochus: ergo. ¶ Confirmatur, cùm in diplomate bullæ Cruciatæ dicitur, quòd poſsint eligere confeſſorem approbatum ab ordinario, nõ intelligitur ordinarius proprius, ſed quicunque ordinarius: ergo cum Concil. dicit, ꝙ fiat coram parocho, non intelligitur de proprio.

¶ Prima concluſio. Parochus qui debet eſſe præſens matrimonio, eſt proprius parochus, & non ſufficit alienus. Itaque nomine parochi intelligitur ille qui habet poteſtatẽ ordinariam miniſtrandi ſacramenta, & ille dicitur parochus in Cõcilio qui dicitur proprius ſacerdos, in cap. omnis vtriuſq; ſexus, de pœnitentiis & remiſſ. Hæc cõcluſio probatur ex Concilio, ꝙ ex antecedentibus & ſubſequentibus hoc declarat. Primò, nam expreſſe ſtatuit, quod denunciationes fiant à proprio parocho. Secundò dicit, ꝙ proferat illa verba, Ego vos coniungo &c. & de illo ſubdit: qui aliter quàm præſente parocho, &c. ergo debet intelligi de eodem pro-

ca. omnis utriuſque ſexus. de penitẽt. & remiſſ.

A prio parocho. Præterea Cõciliũ hoc ſupponit, cum dicit, vel alius ſacerdos de licentia parochi, vel ordinarii, vbi nomine ordinarii intelligit proprium; ergo nomine parochi intelligit proprium parochum. ¶ Ex dictis reſpondetur, ad rationem dubitãdi & cõfirmationẽ; ſic enim ex antecedentibus & ſubſequẽtibus (vt iam diximus) intelligitur, ꝙ Concil. loquitur de proprio parocho.

¶ Sed adhuc difficultas eſt, an debeat eſſe proprius parochus fœminæ uel uiri. Nauar. in Manual: cap. 25. nu. 144. tenet, ꝙ requiritur neceſſario præſentia parochi ipſius fœ-
B minæ, & dicit expreſſe ꝙ ita declarauit congregatio Cardinalium ſub Pio V.

¶ De quo ſit ſecunda concluſio. Communiter loquẽdo, debet eſſe præſens parochus ipſius fœminæ, nihilominus tamen licet ille non ſit præſens, ſi ſit præſens proprius parochus uiri, ſufficit ut ualidum ſit matrimonium Hæc concluſio eſt communis ſententia inter Doctores modernos ſuper illud decretum. Ratio eſt: nam parocho ipſius uiri competit iure ordinario, qđ poſſit illi miniſtrare ſacramenta: ergo & hoc ſacramẽtum matrimonii. ¶ Confirmatur, quia Cõcilium
C ſolũ dicit, qđ ſit ibi proprius parochus, ſponſi uel ſponſæ: ergo quicunq; ſufficit. Et aduertunt Iuriſperiti quòd in illo caſu etiam quantũ ad illum effectum ſponſa cenſetur ſubdita proprio parocho ſponſi, & ita Nauarro mutauit ſentẽtiam in ultima impreſſione latina in eodem loco, & uiri grauiſſimi dicunt, ꝙ congregatio Cardinalium potius declarauit oppoſitum. Diximus, communiter, & regulariter, debet eſſe præſens parochus fœminæ, quoniam communiter &, regulariter celebrantur matrimonia in domo fœminæ. Dicitur tamen communiter, ꝙ parochi in tali caſu cõcedunt ſibi inuicem
D licentiam, ut poſſint adeſſe matrimonio: & ſic habetur in multis declarationibus Cardinalium, quas ego vidi.

¶ Sed adhuc eſt maius dubium, quando proprius parochus nondum eſt ſacerdos, an tunc ſit ualidum matrimonium, ſi ſit præſens proprius parochus, qui non eſt ſacerdos. Ratio dubitandi eſt ex eodem Concilio: nam Concil. dicit, qui aliter quàm parocho præſente, uel alio ſacerdote de licentia parochi uel ordinarii, ubi Concilium inſinuat, quòd parochus qui debet eſſe præſens, debet eſſe ſacerdos. ¶ Confirmatur: ille

debet

debet eſſe præſens,qui habet poteſtatem ordinariam miniſtrandi ſacramenta, ſed proprius parochus qui non eſt ſacerdos non habet poteſtatem ordinariam miniſtrandi ſacramenta ex defectu characteris:ergo.

¶ In oppoſitum eſt pro alia parte. Nam Concil. ſolũ dicit, qui alter quàm parocho præſenti, non verò dicit,quòd ſit ſacerdos: ergo. Confirmatur. Talis parochus poſſet concedere licentiam alteri ſacerdoti , vt eſſet præſens matrimonio : ergo ipſe poſſet per ſeipſum eſſe præſens.

¶ In hoc dubio ſunt duæ ſententiæ oppoſitæ.Prima eſt,quod non erit validum matrimonium in hoc caſu.Secunda verò dicit oppoſitum.

¶ Sit tertia concluſio in huius expoſitionem,Vtraque ſentẽtia habet probabilitatẽ, propter vtriuſque argumenta. Aduertendũ tamen eſt,quod tunc commodum medium eſſet vt loco parochi eſſet præſens alius ſacerdos,& aliud facere eſſet peccatũ , nam illa verba quæ dicit Concilium vt,dicantur à parocho,& benedictio quæ ſolet dari; nõ poſſent cõmode exerceri à non ſacerdote. Et nota,ꝙ vt validum ſit matrimonium,neceſſarium eſt , vt ſit præſens parochus , vel quicunque alius ſacerdos qui in cap.omnis vtriuſque ſexus dicitur proprius ſacerdos ad audiendas cõfeſſiones, ut Epiſcopus proprius,Abbas,vel ſummus Põtifex,qui omnia alia ſacramenta miniſtrare poſſit;& cõſequenter matrimonium. ¶ Aduertendum etiam eſt , quòd Archiepiſcopus non habet hanc poteſtatem, niſi in eccleſiis ſibi ſubditis,Epiſcopi enim ſuffraganei nõ ſunt ſubditi Archiepiſcopo,niſi in aliquibus caſibus in foro cõtentioſo , vnde ſi Archiepiſcopus eſſet preſens matrimonio in aliena diœceſi: illud matrimonium nullum eſſet.

¶ Ex dictis ſequitur, quòd ſimplex ſacerdos vel alienus parochus, neque propria autoritate , neq; virtute bullæ Cruciatæ uel aliorum priuilegiorum non ſufficit ad hoc vt fiat validum matrimonium ſit ei præſens ſine licẽtia parochi vel ordinarii,etiãſi ſit articulus mortis alicuius qui vult contrahere propter bonum finem: loquitur autẽ de priuilegio, quod tantum habet clauſulã generalem ad repudianda uel miniſtranda ſacramenta,quia illa generalis clauſula (vt patet ex uſu & praxi) tantum intelligitur de ſacramento pœnitentiæ & communio-

A nis,quæ ſunt communia fidelibus qui ſunt prouectæ ætatis:matrimonium autem non eſt huiuſmodi etiam in articulo mortis,Ratio eſt, quia licet in illo articulo poſſit quilibet ſacerdos miniſtrare ſacramentum pœnitentiæ & abſoluere à quibuſcunque peccatis quantumuis reſeruatis,& etiam ſi daremus ꝙ in ſimili articulo poſſet miniſtrare Euchariſtiam quæ ſunt ſacramenta longe maiora,non tamen inde ſequitur, ꝙ poſsit miniſtrare ſacramentum matrimonii.Ratio differentiæ eſt. Nam illa ſacramenta cẽſentur ſacramenta neceſsitatis, matrimonium verò non eſt ſacramẽtum neceſſitatis;quare ſi in articulo mortis aliquis vir eſſet obliga-
B tus ad contrahendum cum aliqua fœmina, ex præſentia talis clerici non eſſet verum & validum matrimonium.

¶ Vltimò ſequitur, quòd licet parochus proprius eſſet excommunicatus & ſuſpenſus quantumuis,non toleratus ab eccleſia, ſi tamen eſſet præſens matrimonio, validũ eſſet matrimonium:nam præſentia illa non eſt actus iuriſdictionis.ergo dũ manet proprius parochus etiam priuatus iuriſdictione,validum erit matrimonium:ibi enim ſaluantur omnia neceſſaria ad rationem matrimonij ſecundum Concilium Tridentinũ.

QVartum dubium eſt, quis nam poſsit
C concedere licentiam alteri ſacerdoti,vt ſit eſſe præſens matrimonio.

¶ Prima concluſio. Hanc licentiam poterit dare proprius parochus, vel ordinarius, vel ſummus Pontifex , & ex commiſsione aliqui alii , qui ad hoc habuerint poteſtatẽ, vt vicarii generales Epiſcoporum,qui ſolẽt habere ad hoc facultatem. Archiepiſcopi verò non poſſunt concedere hanc licẽtiam extra ſuam iuriſdictionem.¶ Ex hoc ſequitur primò, quòd ſi proprius parochus vel Epiſcopus eſſet excommunicatus vel ſuſpẽſus,toleratus tamen, & ſic præberent talem
D facultatem , licet ipſi peccarent exercendo actum iuriſdictionis, matrimonium tamen validum eſſet:quia licentia valida fuit,propter bonum fideſium.¶ Secundò ſequitur. quòd parochus vel Epiſcopus ſi eſſet excõmunicatus non toleratus, licentia eſſet nulla,quia eſt ſuſpenſus à iuriſdictione , & ita quamuis talis ſacerdos ſit præſens matrimonio,matrimonium nullum eſt:nam non eſt præſens parochus , nec alius ſacerdos de licentia parochi.

¶ Secunda

¶ Secunda concluſio. Hæc licentia poteſt conferri cuicunque vero ſacerdoti habenti vſum rationis, nõ tamen poteſt cõferri alicui qui non ſit ſacerdos, etiamſi ſit diaconus. Ratio eſt: nam Concil. expreſſe dicit, quod ſit proprius parochus vel alius ſacerdos de licentia parochi.

¶ Dubiũ tamen adhuc eſt, nã ſi parochus vel ordinarius dent licentiam ficte alteri ſacerdoti ad hoc vt ſit præſens matrimonio, & ille ſit præſens cum teſtibus: ſit validum matrimonium. Dixi. ficte, quoniam reuera exterius concedunt talem licentiam, tamen interiori voluntate & conſenſu nolũt illam concedere. Reſpondetur pro nunc, quod tale matrimonium non eſſet validum, quoniã illa licentia nulla eſſet, vt cõſtat; & ita nullus ſacerdos eſſet præſens, de licentia parochi vel ordinarii. Eſt bonum ſimile, ſi Epiſcopus concederet ficte licentiam alicui ad audiendam confeſsionem alicuius, talis cõfeſsio nulla eſſet: quia illa licentia nulla eſt. Ita in propoſito.

Aliud dubiũ eſt, quis ſit habẽdus parochus peregrinorũ vel vagãtiũ, quãdo volũt inter ſe cõtrahere matrimoniũ.

¶ Dico primò, Certum eſt, ꝙ iſti vagãtes & nõ habentes certas ſedes nõ debẽt facile recipi ad matrimoniũ, vt habetur in Concil. Tridẽt. ſeſſ. 24. de reformatione matrimonij cap. 7. Ratio Concil. eſt, quia ſæpe contingit, vt viuente prima uxore iſti ducant alias vel plures.

¶ Dico ſecundo, ꝙ parochus tenetur nõ intereſſe matrimonio horum uagantiũ, niſi cũ duplici cõditione. Prima, ꝙ faciat prius diligentẽ inquiſitionem & rẽ deferat ad ordinariũ Secunda, ꝙ de facto prius obtineat licentiã ab ordinario, ut patet ex dicto c. 7 Concil. Trident. ¶ Hinc ſequitur, ꝙ ſi parochus intereſſet matrimonio horũ uagãtium nõ ſeruatis illis cõditionibus peccaret mortaliter ex genere ſuo. Patet, quia faceret cõtra expreſſum præceptum eccleſiæ in illis uerbis (præcipit ſancta Synodus) & in re graui & periculoſa ualde, ergo.

¶ Dico tertio Si de facto uellet parochus intereſſe matrimonio iſtorum uagãtium, uerum eſſet & ualidũ, quidquid ſit de peccato: & requiritur, quod interſit proprius parochus fœminæ. v.g. nõ uangantis. uel ſi forte ſit alienigena, habitet tamen permanẽter in illo oppido, requiritu proprius paro-

A chus parochiæ in qua illa habitat permanẽter: quod ſi vterque cõtrahens ſit vagans, dicitur intereſſe ille parochus vt validũ ſit matrimonium, à quo deberent ſuſcipere ſacramenta confeſsionis & cõmunionis ſi de facto ea recipere vellent Patet, quia ex decreto Concil. Tridenti habemus, ꝙ requiritur proprius parochus alterius cõtrahentis, vel alius ſacerdos, cum legitima licentia: ſed in caſibus modo deſignatis, nullus eſt alius proprius parochus alterius cõtrahentis qui interuenire poſsit: ergo ille, quia nobis eſt deſignatus, eſt neceſſarius, vel alius ſacerdos a tali parocho deſignatus: hoc patet ex
B tenore decreti Tridentini Concilij. Verum eſt tamen, ꝙ quando in ſimili caſu non eſſet obtenta licentia ordinarii, vel quia res ad eũ non eſt delata, vel quia eam negauit, ſic peccaret parochus vel aſsiſtendo tali matrimonio, vel præbendo alteri licentiã, ſic etiã peccaret ex genere ſuo mortaliter alius ſacerdos qui ſcienter ſine licentia ordinarii eſſet præſens cũ ſola licentia parochi. Vtrũq; ꝓbat, quia quãuis decretũ Trid. Cõcil. abſolutẽ vt validũ ſit matrimoniũ, præter teſtes requirat tãtũ preſentiã parochi, vel alterius de ipſius licentiã: Idẽ tamen Cõc. in d c. 7. præcipit, vt nõ fiat hoc matrimoniũ vagan
C tiũ ſine licentia obtenta ab ordinario: ergo peccaret ſaltim contra illud præceptum, tã parochus quàm alius, qui id faceret ſine licentia ordinarij.

Circa teſtes verò qui debẽt eſſe præſẽtes matrimonio aduertendũ eſt, ꝙ debẽt eſſe duo, vel tres, diſtincti ab ipſo parocho, vt patet ex tenore Concilii, & iſti teſtes debent habere vſum rationis, aliàs eũ non eſſent preſentes mortaliter: nec poſſent habere rationem teſtis.

¶ Dubiũ tamen eſt, an teſtes qui debent eſſe præſentes matrimonio, debeant habere qualitates quæ neceſſariæ ſunt in cauſis cri
D minalibus, iuxta ea quę dicuntur in ca. ſi. teſtes. 4. q. 3. vbi habetur, ꝙ teſtes in criminalibus non debent eſſe infames, nõ cognati, vel conſanguinei: has qualitates ponit D Tho. 2. 2. quæſt. 70. art. 3. vbi addit aliam conditionem, quòd non debent eſſe fœminæ.

¶ Concluſio ſit. Certũ videtur, ꝙ in cauſa matrimonii poſt Concil. Tridẽt. ſufficiũt quicunque teſtes habẽtes vſum rationis, vt validũ ſit matrimonium, etiãſi nõn habeant qualitates neceſſarias ad teſtificandũ in cau-

ſa.

ſa criminali: & ita poterũt eſſe teſtes in matrimonio, parentes, cõſanguinei, familiares, ſerui, & homines, alias infames, & cuiuſcunque conditionis ſint, etiam religioſi. Hæc cõcluſio eſt cõis ſententia omnium Theologorum & Iuriſperitorum, vide Couar. 4. decretal. parte 2. c. 8. §. 12. hoc dicitur infra q. 55. ar. 11. Probatur hæc ſentẽtia. Primo. In aliquibus caſibus ſolet admitti probatio, quæ aliàs nõ eſſet ſufficiens de ſe: quia hæc eſt natura aliarum rerum, ut aliter probari non poſſint, eo quod debeat fieri in occulto, ſed talis eſt cauſa matrimonialis, nam communiter ſolet fieri inter cognatos, familiares, & ſeruos: ergo merito omnes iſti admittuntur ad teſtificandum in cauſa matrimoniali.

¶Secundò. Cauſa matrimonialis, eſt cauſa fauorabilis, ſed in cauſa fauorabili admittuntur teſtes qui aliàs ſunt incapaces: ergo omnes illi ſupra numerati admittuntur in matrimonio. Maior patet ex cap. finali de ſententia & re iudicata, vbi habetur expreſsè illa maior. Minor verò probatur ex cap. in fauorem fidei de hæreticis, lib. 6. vbi diffinitur, quòd in fauorem fidei in negotio inquiſitionis poterunt teſtificari excõmunicati & etiam ſocij vel participes in crimine, qui quidem extra cauſam fauorabilem non eſſent idonei teſtes.

ca. fi. de ſentẽtia & re indicata. c. in fidei fauorẽ, de hæreticis lib. 6.

¶Tertiò probatur quadam congruentia. Chriſtus Dominus inſtituit ſacramentum baptiſmatis in re communiſſima quæ facillimè haberi poſſet ad manum, ſ. in aqua: ergo conuenientiſſimum eſt, quod teſtes qui debent eſſe præſentes matrimonio, eſſent teſtes communiſſimi qui faciliſſimè haberi poſſent: ſiquidem Conc. Trident. annullauit matrimonium aliter factum. ¶Confirmatur. Nam licet matrimonium, non ſit ſacramentum neceſſitatis pro ſingulis hominibus, eſt tamen valdè neceſſarium pro tota communitate Chriſtiana, ergo conueniens fuit, vt teſtes requiſiti, eſſent etiam communes qui facile inueniri poſſent.

¶Quartò. In contractibus qui in ſcripturis celebrantur admittentur teſtes aliàs inhabiles, eo quod cum ipſi contrahentes eos exhibeant ad teſtificandum, & velint eos deſcribi, videntur approbare authoritatem illorum: ergo ſimiliter in matrimonio erſit ſufficientes teſtes parentes & omnes alii, cũ ipſi contrahentes exhibeant illos, & velint illos deſcribi in libro Parochi.

¶Quintò. Teſtes in matrimonio non tãtum requiruntur ad probandum matrimonium, ſed etiam ad eius ſolennitatem & ualiditatem: ergo quoad illum effectum idonei teſtes erunt omnes illi ſupra numerati.

¶Sextò. Præter duos vel tres teſtes exigitur præſentia parochi, ſed in iure multũ tribuitur præſentiæ parochi, vt patet in ca. cum eſſes, de teſtamentis; Vbi non obſtante conſuetudine antiqua obſeruata in epiſcopatu Hoſtienſi quod non valerent teſtamẽta, niſi ſubſcriberent quinq; teſtes definitur quod validum ſit teſtamentum factum in præſentia ſacerdotis, & duorũ vel trium teſtium aliorum: ergo ſimiliter in noſtro caſu multum eſt tribuendum autoritati parochi, ita ut abundantia habilitatis parochi & eius autoritas ſuppleat defectus & inhabilitatẽ aliorũ teſtiũ. Vnde abſolutè loquẽdo ſi ſit pſens paroch⁹, & alii duo vel tres teſtes, quicunq; illi ſint, validũ erit matrimoniũ.

ca. cũ eſſes, de teſtamentis.

Aliud dubiũ eſt, an iñ aliquo caſu poſt Cõcilium Tridẽtinum poſſit eſſe validum matrimonium quod fit ſine parocho & teſtibus. Et vr̃ q̃ ſic. Primò. Sit caſus q̃ aliqui contrahũt in facie eccleſię corã parocho & duob. teſtib. & poſtea ſit iuſtũ impedimentũ inter illos obtẽta diſpenſatione ſi contrahãt occulte ſine parocho & teſtib. verũ matrimonium clandeſtinum, vt patet, tamen eſt validũ matrimonium: ergo. Minor probatur, nam aliàs eſſent multa ſcandala in Republica Chriſtiana.

¶Secundo. Lex humana non obligat in caſu in quo ſi adeſſet legiſlator, diceret q̃ tunc lex nõ obligat, vt definitur 1. 2. q. 96. ar. 6. & in 2. 2. materia de epicheia, ſed multi ſunt caſus in quibus ſi adeſſet legiſlator, diceret q̃ illa lex non obligat, vt in caſu poſito ſupra de expugnatione ciuitatis quando præcipiunt victores q̃ mulieres coniugatæ ſeruentur indemnes; Item quando fideles habitant inter infideles & hæreticos, vbi non eſt parochus: ergo in aliquo caſu validũ erit matrimonium clandeſtinũ, licet Concilium dicat, q̃ ſit irritum & nullum.

¶Tertiò. Si matrimonium clandeſtinũ, non eſt validum in conſcientia, ſequuntur multa incõuenictia: ergo Primò, quod puellæ quæ ſub parentibus, & tutorib. tyrannis ſunt, non poſſint nubere, nam parentes & tutores facili negotio poſſunt facere, quod

non

nō ſint præſentes teſtes & parochus. Scđm inconuenīens eſt, quòd fideles qui habitant inter fideles non poſſint matrimonia contrahere, non enim habent parochum. Vltimum inconuenīens eſt, quòd peregrini nō poſſint matrimonia contrahere, quia non habent proprium parochum. In oppoſitū eſt Concilium Tridentinum.

¶Concluſio eſt. In nullo caſu matrimoniū factum ſine parocho & teſtib. eſt validum. Ratio eſt: nam Concil. ſine exceptione dicit, ꝙ matrimonium factum ſine parocho & teſtibus nullum eſt.

B ¶Vnde ad argumēta in principio reſpondetur. Ad primum dubium eſt, an in tali caſu ſi matrimonium fiat in occulto ſine parocho & teſtibus innouando conſenſus, ſit validum. Et videtur, ꝙ non. Primò. In hoc caſu primus cōtractus fuit nullus, Secūdus verò quando iam fuit diſpēſatio, factus eſt ſine parocho & teſtibus: ergo fuit nullum ſecundum Concilium Tridentinum.

¶Scđò. In Conc. Trid. cum dicitur, qui aliter quam præſente parocho, &c. intēdit Concil. ꝙ parochus & teſtes ſint præſentes præſentia morali, vt ſint certi & per illos ecclesia reddatur certa de vero contractu, ſed C in hoc caſu non habet uerum intentio eccleſiæ, nam licet à principio teſtes & parochus fuerint præſentes, nō tñ fuerunt præſentes quādo matrimonium fuit validum, ergo nullum eſt matrimonium.

¶Tertiò. Nā licet ceſſet finis legis in particulari caſu, nō propterea ceſſat obligatio legis, vt patet: ergo licet in hoc caſu ceſſet finis illius legis Conc. Trid. videlicet quòd non ſequantur incōuenientia, nihilominus illa lex habet ſuam vim & obligationem.

D ¶Quartò. In aliquibus bullis Cruciatæ habetur quædam clauſula, in qua datur facultas commiſſario, ꝙ poſſit diſpenſare cū his qui contraxerunt in aliquo impedimēto occulto, vt poſſint occultè contrahere: ergo ſine tali diſpēſatione ſignum eſt, quòd non fuerit validum matrimonium.

¶In oppoſitum eſt. Nam illud matrimonium non eſt clandeſtinū per ſe loquendo, quia præceſſerunt ſolennitates, eſt aūt clandeſtinum per accidens, cum iā præceſſerit præſentia parochi & teſtiū, ſed ea quæ ſunt per accidens non comprehenduntur lege: ergo ex vi illius decreti & legis non irritatur tale matrimonium.

A ¶Secundò. Illud decretum Concil. Trid. ſolum intendit annullare illud matrimonium clandeſtinum quod eccleſia ſemper deteſtata eſt, propter maxima inconuenientia quæ ex illo ſequuntur: ſed ex iſto matrimonio clandeſtino non ſequuntur inconuenientia, cū iā fuerint parochus & teſtes, nec eccleſia illud deteſtata eſt: ergo ex vi illius decreti illud matrimoniū nō eſt irritū.

¶Tertiò. Eccleſia in illo decreto ſolum intendit irritare matrimonium clandeſtinum quod eſt vere & propriè clandeſtinū, ſed iſtud non eſt verè & propriè clandeſtinum: ergo. Minor probatur, nam præceſſerunt omnes ſolennitates.

¶In hac difficultate ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ. Prima ſententia eſt, quòd in tali caſu requiritur præſentia parochi & teſtium, quando uere contrahunt, & quod aliàs matrimonium irritum eſt. Hanc ſententiam tenent expoſitores D. Thom. qui etiam interfuerunt Concilio Tridentino, & Corduba in illa Sūma caſuum in ſermone Hiſpano, quæſtione 51. vbi dicit, hanc ſententiā eſſe probabiliorē & magis ſecurā.

¶Secunda ſententia eſt, quòd in hoc caſu erit validum matrimonium, etiam ſine præſentia parochi & teſtium. Hanc ſententiam tenent multi Theologi expoſitores D. Tho. & aliqui illorū interfuerunt Cōc. Trid. Hanc tenet Nauar. in Manu. c. 22. nu. 70. & ait, ꝙ Pius V. declarauit, in hoc caſu nō eſſe neceſſariā præſentiā parochi & teſtiū. & Nauar. loco citato dicit, ꝙ vbi timetur ſcandalum, poſſet fieri matrimonium ſine parocho & teſtibus. Eādem ſententiam tenet Veracruz in ſuo apppendice ad Speculum coniugii, dubio 10. conc. 5.

¶Prima cōcluſio. Si attendamus præciſè ad Concilium Tridentinum, probabilior videtur prima ſententia quam ſecūda. Hæc concluſio probatur, nam argumenta quæ probant in principio primam ſententiam longe probabiliora ſunt.

¶Secunda concluſio. Secunda ſententia mihi videtur certa. Primò propter declarationem Pii V. Nam Pius V. Ita interpretatus eſt, vt dicit Nauarro in loco citato pro ſecunda ſententia. ¶Secundò & præcipue, quoniam cōgregatio Cardinalium quæ habet autoritatem declarandi dubia Concil. Trident. expreſsè declarauit, quòd in hoc caſu, matrimonium factum ſine parocho

¶Prima concluſio. Certum eſt, quod non ſunt omnia æquè neceſſaria, ſed aliqua de neceſſitate præcepti, alia de neceſſitate ſacramenti, alia vero ad melius eſſe. Hęc concluſio patet ex tenore ipſius decreti. Nam reſpectu aliquorum ponuntur verba præceptiua, reſpectu verò aliorum ponuntur verba quæ ſignificant neceſſitatem ſacramenti: reſpectu tamen aliorum ponuntur verba exhortatoria, & quæ nullam inducunt obligationem, ſed ſunt veluti conſilium.

¶Secunda concluſio. Tantum de neceſſitate præcepti requiruntur ad matrimoniũ his temporibus denunciationes publicæ faciendæ à proprio parocho in eccleſia, & ſimul illa verba, quæ debet proferre parochus, ego vos in matrimonium, &c. Hæc cõcluſio probatur primò: quia Concilium cũ illa verba ponit, dicit, præcipit ſancta Synodus. Secundò probatur, quod ſint tantum de neceſſitate præcepti: nam paulò inferius ponit Concilium quæ ſunt de neceſſitate ſacramenti, neq; meminit denuntiationum, neque verborum ipſius parochi.

¶Tertia concluſio. De neceſſitate autem ſacramenti matrimonii ſunt illa quæ continentur in dicto quinto ſupra poſito, ſ. præſentia parochi, & duorum vel trium teſtiũ qui diuerſi ſint ab ipſo parocho, vbi Conc non declarat materiam, & formam quæ ſunt de eſſentia matrimonii, ſed illis præſuppoſitis tãquam eſſentialibus, docet quæ ſint de neceſſitate ſacramenti, licèt non de eſſentia.

¶Quarta cõcluſio. Ad melius eſſe huius ſacramenti, & quę non cadunt ſub obligatione pertinent reliqua explicata in ſexto & nono dicto, videlicet quod coniuges non conſummment matrimoniũ ante benedictiones nuptiales, & quod confiteantur, & recipiãt Euchariſtiã. Ex hoc infertur, quod licet cõtrahentes non præmittant confeſſionẽ vel Euchariſtiam ante matrimoniũ, vel cõſummẽt matrimoniũ ante benedictionem, nõ peccabunt, quantum eſt ex vi iuris cõis cõtenti in hoc decreto Conc. Trid. Ratio eſt: quia decretum illud reſpectu omnium horũ, ſolum ponit verba exhortatoria, & nullo modo præceptiua, ergo. Diximus, ex vi iuris com munis contenti in hoc decreto: nã Conc ibi ſolum ponit verba exhortatoria: aliunde tamen poteſt contingere, quòd ſit peccatum mortale, vt ſi contrahentes accedant ad contrahendum ſcienter in mortali ſine contritione, ſaltẽ peccabũt mortaliter propter generalẽm & communẽ rationem, videlicet: quia receperunt ſacramentum nouæ legis ſine debita diſpoſitione. Diximus etiam ex ui huius decreti, nam poteſt eſſe, quòd in aliquibus diœceſibus ſint conſtitutiones ſynodales obligantes grauiter & ſub mortali ad præmittendam confeſſionem ante contractum matrimonii.

Dvbium primum circa iſtum decretũ, an poſt Concil. Trid. prætermittere publicas denuntiationes in eccleſiã ſine cauſa rationabili ſit mortale. Dixi, ſine rationabili cauſa, nam ſi adſit cauſa rationabilis Conc. declarat, quod poſſunt admonitiones prætermitti ante contractum matrimonium, vel redigi ad minorem numerum.

¶Prima concluſio. Prætermittere denũciationes in eccleſia ſine rationabili cauſa, eſt peccatum mortale ex genere ſuo. Hæc concluſio probatur. Nã in Conc. Trid. reſpectu denunciationum ponitur verbum, præcipio, in quo ſignificatur intentio eccleſiæ volentis obligare ad mortale. Et ratio Concilii hoc ipſum confirmat, quia loquendo regulariter, & per ſe, quando non fiunt denunciationes publicæ in eccleſia, poſſunt timerj grauiſſima inconueniẽtia, quod ſit aliquod impedimentum matrimonii, & quod ſequantur aliqua ſcãdala, ergo eſt mortale ex genere ſuo. Dixi, ex genere ſuo, quia aliquando ex rationabili cauſa poteſt parochus prætermittere denunciationes, etiam poſt contractum matrimonium, & ſine licentia ordinarii, & non erit mortale, ſed ſolum veniale in indiuiduo, ſi aliàs fecerit ſufficientem diligentiam ad intelligendum quod non adeſt aliquod impedimentum, nec ſequuntur inconuenientia. Ratio eſt: quia quod eſt mortale ex genere ſuo, poteſt eſſe veniale in indiuiduo ex paruitate materię. Si vero parochus faciat ſufficientem diligẽtiam alia via, ne ſequantur inconuenientia & ſcandala, erit materia legis, ergo. Et hæc concluſio loquitur ſtando in iure communi Concilii Tridentini.

¶Secunda concluſio: Si in aliqua diœceſi eſſet preceptum ſub excommunicatione maiori, & parochus prætermitteret denunciationes, peccaret mortaliter in indiuiduo quantumuis aliàs faceret ſufficientem diligẽtiam, ne ſequerentur inconuenientia. Ratio

tio eſt, quia ſuperior ſpiritualis habet autoritatem obligandi ſub mortali etiam in materia quæ alias videtur leuis, & intẽtio prælati obligandi ſub mortali explicatur ſufficienter in pœna excommunicationis maioris quam conſtituit, ergo.

¶Tertia concluſio. Si parochus prætermitteret vnam tantum denunciationem, ſtando in iure communi, non uidetur quod peccet mortaliter in indiuiduo ſuppoſita ſufficienti diligentia quæ facta eſt aliunde.

MAius autẽ dubium eſt circa ipſum Concilium, an parochus pro ſuo arbitrio & rationabili cauſa poſſit redigere denunciationes ad minorem numerũ, vel illas omnino prætermittere propria autoritate. Ad cuius expoſitionem aduertendum eſt, quod in decreto Concilii poſſunt prætermitti denunciationes ante contractum matrimonium, quando eſt probabilis ſuſpicio ꝙ matrimonium debet impediri malitioſe; poſſunt etiam prætermitti ante conſummationem poſt contractum matrimonium: & in hac re certum videtur, ꝙ poſt contractum matrimonium ante cõſummationem non poſſunt prætermitti denunciationes, niſi autoritate ordinarii. Hoc docet aperte Concilium, nam conſtituit ordinarium iudicem huius rei, cum dicit, niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prędictæ denunciationes remittantur: quod illius prudentiæ, & iudicio ſancta Synodus relinquit.

¶Dubitatio autem eſt, an ante cõtractũ matrimonium ex rationabili cauſa poſſint prætermitti denunciationes autoritate parochi ſine licentia ordinarii. In hac difficultate ſunt duæ ſententiæ. Prima ſẽtẽtia eſt, ꝙ parochus ſua propria autoritate inconſulto ordinario poterit in tali caſu omnes illas admonitiones pretermittere ante contractum matrimonium, dummodo poſt cõtractum ante condemnationem fiant denũciationes; itaque ut omnino relinquantur, requiritur autoritas ordinarii, ut diximus, cæterum ut relinquantur ante contractum matrimonium parochus propria autoritate poteſt illas præmittere. Hanc ſẽtẽtiam tenent multi expoſitores D. Tho. & aliqui Iuriſperiti ſuper Concilium Tridentinum ſeſſione 24.

¶Secunda ſẽtẽtia eſt huic oppoſita quã etiam tenẽt aliqui Theologi & Iuriſperiti

A ibidem. Dicunt iſti autores ꝙ oppoſita ſententia neque habet fundamentũ in iure, neque in praxi, & argumentum illorum eſt. Quando Concil. dicit, quod ante contractũ matrimonium poſſunt prætermitti aliquæ denunciationes vel omnes, nullam facit mẽtionem parochi, ſed relinquit illum caſum iuri communi, ſed ſecundum ius commune parochus non poteſt diſpenſare in denũciationibus. ¶Confirmatur hoc argumentũ quia ita declaratum eſt in congregatione Cardinalium quæ determinata eſt ad explicanda dubia Concilii Tridentini, & in

B Concilio Valentino & Bracharenſi dicunt ita eſſe determinatum.

¶Concluſio ſit, Secunda ſententia eſt ſatis probabilis tertia: uerò uidetur probabilior ſtando in Conc. Trid. Prima pars concluſionis probatur argumẽto facto & eius confirmatione. Et ſecundum iſtam ſententiam uidetur dicendũ, quod quando in fine Cõcilium relinquit arbitrio ordinarij prætermiſſionem denunciationum, referẽdum eſt totum illud ad denunciationem ante contractum & poſt contractum. Secunda verò pars dicit, quantum eſt ex ui Concilii:

C nam ſi Cardinales congregationis aliud determinant, determinationi illorum ſtandũ eſt, habent enim autoritatem interpretandi à ſummo Pontifice. Hęc pars probatur. Nam ex Conc. Trid. videtur colligi, ꝙ parochus propria autoritate poſſit prætermittere denunciationes ex rationabili cauſa, quia paulo ante determinat, denunciatione eſſe faciendas à proprio parocho ante contractum matrimonium. & ſtatim ſubdit, ꝙ ſi timeatur, malitioſe poſſe matrimonium impediri poſſint redigi ad minorem numerum, uel omnino prætermitti denunciatio

D nes; totum autem hoc refertur ad eundem parochũ, nam poſtea admonet, quod poſt contractum non remittantur denunciationes, niſi arbitrio ordinarii.

¶Vnde ad argumentum factũ pro oppoſita ſententia dicendum eſt, quod in illo caſu non diſpenſat parochus in denunciationibus, ſed utitur facultate conceſſa a Cõcilio in illo uno caſu in quo fit exceptio a regula generali: unde ille caſus eſt cõceſſus parocho & ita illa ultima uerba, Conc. Tridẽtini uerè relinquit arbitrio ordinarii quod poſſit remittere omnes denunciationes: nõ ſunt referẽda ad priora & antecedentia, ſed

ad ea quæ proxima ſunt, nempe ad illa uerba, in quibus eſt ſermo de denunciationib. poſt contractum matrimonium. Ad confirmationem reſpondetur ex iam dictis. A

¶Aduerte tamen, q̄ iſtæ denunciationes debent fieri in utraque parochia vtriuſque contrahentis: quod uidetur colligi ex eodé Concilio, in quo dicitur, quod denunciationes debent fieri, à parocho contrahentium. unde ſi contrahentes fuerint diuerſarum parochiarum debent fieri in utraque parochia. Secundò conſtat ratione, quia in tali caſu non ſufficienter fieret diligentia debita ad cognoſcenda impedimenta matrimonii, B ſi ſolum fierent denunciationes in una parochia. Et hanc ſententiam tenent communiter Doctores moderni.

SEd adhuc eſt dubium, an ſit peccatum mortale conſummare matrimonium contractum poſt Tridentinum coram parocho & teſtibus, quando ſine ulla cauſa rationabili non fuerunt factæ denunciationes in eccleſia. Aliqui reſpondent, quod de ſe non eſt peccatum mortale, quia ille uſus eſt rei propriæ & legitimæ, ſed per accidés erit mortale propter ſcandalum. v. g. quia fœmina apparet grauida, & ignoratur legiti C mum matrimonium: ſi vero contrahentes ſine denunciationibus prouidiſſent quomodo eſſet notorium matrimonium, conſequenter vitarent ſcandala, & ſic non eſſet peccatum mortale conſummare illud. Pro qua reſolutione, loquendo ante Tridétinũ, adducunt argumenta, ſed poſt Tridentinũ reputant mortale conſummare matrimonium ſine illis denunciationibus, quia Tridentinum præcipit illas fieri: & hæc eſt res grauis. ¶Item, quia illas omittendo & ante illas conſummando exponuntur periculo alicuius impedimenti matrimonij, quod D eſt inconueniens.

¶Sed nos dicimus, quòd in indiuiduo poterit contingere, non eſſe mortale cõſummare illud matrimonium ante denunciationes, videlicet quando ex parte contrahentium vel parochi fieret debita diligentia ad cognoſcendum an interueniret aliquod impedimentum conſanguinitatis, vel affinitatia vel huiuſmodi, inter ipſos. Nam non loquimur de peccato mortali quod committeretur in tali caſu contrahendo ſine denũtiationibus, imo excuſamus contrahentes ab eo peccato, quia forte ſe totos commiſerunt directioni parochi: dicimus tamen, q̄ non peccarent in indiuiduo ex hoc, q̄ ſcienter conſummarent matrimonium, omiſſis denunciationibus facta diligentia debita: Quod intelligitur attento iure communi, quia ſi in particularibus diœceſibus prohibitũ eſſet, ne conſummarent ſub excommunicatione: non dubium quin ſcienter conueniendo, peccarent mortaliter.

¶Maius tamen dubium eſt, an ſit peccatum mortale poſt Cõcilium Tridentinum conſummare matrimonium ante ſolénem benedictionem, etiamſi ipſum matrimoniũ præceſſerint omnes ſolennitates & denunciationes. Et videtur, quòd ſit peccatũ mortale. Primò. Ita conſummare matrimoniũ eſt contra ſtatutum, & conſuetudinem eccleſiæ, vt patet manifeſte 30.q. 5. in multis canonibus & decretis: ergo eſt peccatum mortale.

30.q.5. per multa capita.

¶Secundò arguitur. Iſte talis cõſummat matrimonium ex contemptu: ergo peccat mortaliter. Probatur conſequentia. Contéptus ſine dubio conſtituit peccatum mortale, ergo. Antecedens vero conſtat, nam iſte talis conſummat matrimonium ſine aliqua cauſa rationabili ante benedictionem eccleſię: ergo facit ex contemptu.

¶Tertio. Canones & decreta Põtificum præſupponunt virginitatem in benedicendis ſaltem in ſponſa, vt patet manifeſtè in cap. ſponſus. 30.q.5. ergo peccatum eſt mortale conſummare matrimonium, quia colligitur apertè quòd eſt contra canones, & ſtatuta eccleſiæ.

c. ſponſ. 30.q.5.

¶De hac difficultate videndus eſt Caiet. in tomo 1. opuſ. in quibuſdam quæſitis de matrimonio quæſt. 1. ubi diſputat de re hac optimè.

IN huius rei expoſitioné eſt prima ſententia, quòd conſummare matrimoniũ ante ſolennem benedictionem eccleſię, propter prohibitionem iuris, eſt peccatum mortale, quæ quidem prohibitio habetur in loco citato in primo argumento. Hanc ſententiam tenet Palud. in 4. diſt. 28. quæſtione 2. quam ſequuntur multi ex Iuriſperitis, & aliqui Doctores, quos refert Sylu. verbo, debitum coniug. q.9. & Nauarra, ca. 6. num. 38. citat pro ea D. Ant. & Summam Tabienam.

¶Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quòd non eſt peccatum mortale cõſumma-

ſummare matrimonium ante ſolennem benedictionem eccleſiæ. Hanc ſententiam tenet Caietan. in loco immediatè citato, & communiter expoſitores D. Tho. & multi iuriſperiti.

¶ Quæ ſententia uidetur mihi certa: & vt illam explicemus, ſit prima concluſio. Certiſſimum mihi uidetur, quod huiuſmodi conſummatio matrimonij ante ſolenné benedictionem non eſt peccatum mortale. Hæc concluſio probatur. Primo. Iure antiquo nullum reperitur præceptum quod habeat uim obligandi ſub mortali, ut conſtat manifeſtè ex illis decretis, imò in ca. noſtrates. 30. quæſt. 5. Summus Pontifex expreſsè declarauit, quod licet omnia illa non ſeruentur in matrimonio, nō erit peccatum mortale: & in Concilio Tridentino ſolum ponuntur uerba exhortatoria quod non cohabitent ſimul, & non ponūtur uerba præceptiua. Dicitur enim in illo decreto ſupra citato. Præterea eadem ſancta Synodus hortatur, ut coniuges ante benedictionem ſacerdotalem in templo ſuſcipiendam in eadem domo non cohabitent: ergo non eſt peccatum mortale.

c. noſtrates. 30. q. 5.

¶ Secundo probatur. Non eſt peccatum mortale ex parte benedictionis, nulla enim fit iniuria ipſi benedictioni, quia nō contémnitur benedictio, nā ſuſcipitur poſtea conſummato matrimonio, neque admiſcetur præterea aliquod falſum ſeu mendaciū in ipſa benedictione, cum nulla fiat ibi mentio de uirginitate. Ex parte uerò finis ipſius benedictionis nullum etiam eſt peccatum mortale: quoniam illa benedictio ad duo ordinatur, ſcilicet, ad ſolennem traditionem vxoris, quæ quidem non omittitur, nam conſummato matrimonio datur talis benedictio: ordinatur ēt ad diuinā obtinendā benedictionē ipſorū cōiugum, quæ etiā non omittit̄, quia cōſummato matrimonio ſubſequitur talis benedictio: ex quibus, omnib. talis formatur ratio: Actus cōiugii ante benedictionē cū nō ſit illicitus, niſi quia ꝓuenit benedictionē ante tēpus debitū, nō plus habet peccati, & illiciti quam ex iniuria uel legis ſeu conſuetudinis prohibentis vel ratione benedictionis ipſius ſeu eius finis, ſed ex nullo horum eſt peccatum mortale, ut iam probatum eſt: ergo conſummare matrimonium ante benedictionem non eſt peccatum mortale.

A ¶ Aduertendū tñ eſt, quod hæc cōcluſio intelligitur, niſi conſummarent matrimonium ante benedictionem ex contemptu benedictionis, nam tunc ſine dubio eſſet peccatū mortale, ſicut eſſet peccatum mortale ex contemptu relinquere benedictionem; imo eſſent ſuſpecti de hæreſi: quia in bulla Martini. V. papę habetur ad finē Cōcilii Conſtantienſis, ſuſpectus de hæreſi iubetur interrogari, an credat, quod Chriſtianus contemnens ſolennitatem matrimonii peccet mortaliter. Et ſimiliter peccarent mortaliter ſi in particularibus diœceſibus

B eſſet prohibitum ſub excommunicatione maiori, conſummare matrimonium ante benedictionem, quæ fit in eccleſia, nā ſi eſſet talis excommunicatio, eſſet peccatum mortale: tunc enim grauis pœna, eſſet apertum ſignum quòd prælati eccleſiæ uoluerunt obligare ad peccatum mortale.

¶ Sed dubium eſt, an ſaltem ſit peccatum veniale conſummare matrimoniū ante benedictionem. In qua difficultate aliqui moderni Theologi expoſitores D. Tho. dicūt, quod niſi fiat ex contemptu benedictionis, uel niſi ſit excōmunicatio lata contra con-

C ſummantes matrimonium ante ſolennem benedictionem, nunquam eſt peccatum etiam ueniale conſummare matrimonium ante benedictionem, Caietan. uerò in loco ſupra citato, dicit, quod talis conſummatio ante ſolennem benedictionem non poteſt excuſari à peccato ueniali, tam ex parte petentis, quam ex parte reddentis: Et ratio illius eſt, quia non ſeruatur ordo ſtatutus & determinatus lege uel conſuetudine, nam fit ante benedictionem, quod poſt benedictionem agendum erat.

¶ In cuius rei expoſitionem ſit ſecunda

D concluſio. Hæc ſecunda ſententia Caietani uidetur mihi probabilior, quamuis prima ſētētia aliqualem habeat probabilitatem. Prima pars ꝓbatur autoritate Caietan. & ratione illius. Secunda uerò pars probatur autoritate aliorum Doctorum qui illam tenent. Aduertendum tamen eſt, quod Magiſter Sotus in loco ſupra allegato. diſtin. 23. quæſt. unica, arti. 2. docet, quod aliquando propter aliquē bonum finem, uidelicet ad uitandas pollutiones inter ipſos coniuges, non eſſet peccatum conſummare matrimonium niſi ante benedictionē, imò eſſet conſulēdū illis: maximè ſi benedictio eſſet differenda.

¶ Quibus poſitis, reſpōdetur ad argumē A ta facta in principio, Ad primum dicitur, ꝙ illa iura & decreta loquuntur de bene eſſe, quod uidetur inſinuari in capi. noſtrates, ſupra citato. Secunda expoſitio eſt, ꝙ fortè loquuntur illa iura quando matrimoniū fuit clandeſtinū in tempore antiquo; tunc enim propter graue ſcādalum erat peccatū mortale conſummare matrimonium. Tertia explicatio eſt, ꝙ illa iura debent intelligi, niſi producta ſit conſuetudo in contrariū, ſicut introducta eſt in maiori parte Hiſpaniæ, & ita illa iura non habent vim: Concilium uerò Tridentinum nihil præcipit, ut iam diximus, ſed ſolum exhortatur; ne ſimul cohabitent. Vltima expoſitio eſt, ꝙ illa iura intelliguntur, quando relinquuntur benedictiones B ex contemptu. ¶ Dominus Caietan. in loco ſupra citato aliter reſpōdet, dicit enim ꝙ hæc conſequentia nihil ualet, ſtatutū ſeu conſuetudo eccleſiæ non ſeruatur: ergo eſt peccatum mortale: ſatis enim eſt, quod ſit ueniale, quia plus requiritur ad peccādum mortaliter, quam violare ſtatutum, uel conſuetudinem eccleſiæ: non enim omne ſtatutum ſeu conſuetudo eccleſiæ obligat ſub mortali, ut per ſe eſt manifeſtum C in multis ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiæ.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, falſum eſſe, quod ubi eſt rationabilis cā violandi ſeu non ſeruandi ſtatutum & conſuetudinem eccleſiæ, ibi eſt contemptus: ſtat enim optimè quod ex infirmitate ſeu cōcupiſcētia veniali fiat tranſgreſſio, & ſic communiter uidetur accidere in huiuſmodi caſibus. Vnde regulariter & communiter loquendo nō eſt peccatum mortale, ſed ueniale.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur D quod (ut iam dictum eſt in ſecūda ratione propriam concluſionē) in benedictione ſolenni eccleſiæ quando iam conſummatum eſt matrimonium, nulla eſt falſitas uel mendacium. Et ad canones & decreta Pontificū dicendum eſt, quod præſupponunt virginitatem in benedicendis, ſaltem in ſpōſa, non quidem de neceſſitate, ſed de congruitate, & ſecundum ea quæ communiter accidūt: nam regulariter & communiter loquendo ſponſa quæ benedicitur, non eſt corrupta, ſed integra. Et quod debeant intelligi illa decreta & canones de congruitate, & nō de neceſſitate, conſtat manifeſtè ex hoc quòd puella corrupta ante coniugium ſecretè ab alio, nihilominus licitè nuptialem bénedictionem ſuſcipit.

¶ Eſt ſecundum dubium circa illa, quæ ſunt neceſſaria neceſſitate ſacramēti ad cōtrahendum matrimonium ſecundum tenorem Concil. Tridentini, quæ nam præſentia ſit neceſſaria ad hoc ſacramentū ex parte parochi & teſtium.

¶ In cuius expoſitionem eſt prima concluſio. Præſentia quæ eſt neceſſaria eſt præſentia mortalis. id eſt, more & modo humano, & non ſufficit præſentia phyſica, præſentia enim phyſica dicitur, quando adſunt corporaliter, ſecundum ſuam naturalē ſubſtantiam, ſiue aduertant, ſiue non, ſiue habeant vſum rationis, ſiue non: præſentia uerò moralis vltra phyſicam addit aduertentiam & præſupponit vſum rationis, ut poſſint reddere teſtimonium. Quod uerò hæc ſit præſentia moralis, patet ex ipſo iure. Na (vt conſtat ex legibus) coram Titio aliquid facere eſt illo ſciente & aduertente facere, ut patet ex l. coram Titio. ff. de uerborum & rerum ſignificatione. Itaque ſi ſit ibi præſens ut quoddam brutum, non dicitur habere præſentiam moralem. L. corā Titio. ff. de verb. ſigni.

¶ Hæc concluſio probatur, quia in decreto Cōcilii expreſſe irritat̄ matrimonium quod non fit coram parocho & teſtibus, in iure uerò (vt patet ex dicta lege) nō dicitur præſentia moralis, niſi adſint ſcientes & aduertentes: ergo. ¶ Secundò probatur ſpecialiter. In matrimonio requiruntur teſtes ita præſentes vt poſſint eſſe teſtes oculati, qđ ſi non haberent præſentiam moralem, non poſſent eſſe teſtes occulati: quia non magis aduerterent, quam ſi non eſſent præſentes.

¶ Ex dictis ſequitur, quod ſi matrimonium fiat coram parocho & teſtibus non aduertentibus, nullum eſt: ut ſi dormiāt uel non aduertant, tunc enim non ſunt præſentes moraliter loquendo. Item aliqui dicūt probabiliter, quod ſi matrimonium fiat corā parocho, & teſtibus tranſeuntibus quādo matrimonium contrahitur; non eſt uerum matrimonium: nam qui tranſeunt, moraliter non dicuntur præſentes.

Maior autem difficultas eſt, quando parochus eſt præſens per uiolentiā, & idem eſt de teſtibus. In qua re certiſſimum eſt quoad teſtes. quod ſi adſint

ſint præſentes moraliter, quantumuis ſint ibi per violentiam, ualidum eſt matrimonium: nam ad rationem teſtis qui poſſit teſtificari, ſatis eſt, quod aduertat & intelligat: & hoc ſignificatur in illa l. coram Titio aliquid facere. &c. de parocho vero eſt tota difficultas.

D. & l. corā Ti to.

¶In qua re ſunt duæ ſententiæ. Prima ſnīa eſt, quòd etiamſi parochus ſit ibi per violentiā, erit validum matrimoniū: quantūuis ſit contra eius voluntatem. Hæc ſententia probatur primò ex l. citata, vbi expreſſe diffinitur, ꝙ coram Titio aliquid facere eſt, ꝙ ſcienter & aduertenter adſit, & ſubditur ſtatim in ſecunda parte legis: ſcire autem, non etiam velle is debet: nam & inuito eo recte fit; quod iuſſum eſt. ¶ Secūdo probatur. Ille talis eſt præſens præſentia morali & inquantum homo, & non ſo um præſentia phyſica: ergo validum eſt matrimonium. ¶Tertio. In communi modo cōcipiendi & loquendi omnium hominū contractus iſte fit corā ſacerdote: ergo validū eſt matrimonium.

Dicta l. corā Ti tio.

¶Secūda ſententia eſt huic oppoſita, uidelicet quòd requiritur ad veram rationē matrimonij, ut ſit præſens ibi uoluntarie. Hæc ſentētia probatur primo, Sicut eſt de ratione hominis, ꝙ ſciat & intelligat, ita eſt quod velit, ſed non dicitur præſens homo vt homo, niſi ſcienter & aduertenter ſit ibi: ergo non erit præſens ſi ſit contra ſuam voluntatem.

¶Secundò. Conc. Trident. vult in illo decreto quòd matrimonia (cum habeant rationem ſacramenti) conferantur autoritate eccleſiæ: ergo neceſſarium eſt, quòd parochus ſit ibi voluntarie. & voluntarie approbans matrimonium.

¶ Tertiò. Præſentia parochi ad aliquid aliud requiritur, quam præſentia teſtis: ergo requiritur non ſolum ad teſtificandum, verumēt ad approbandum matrimonium, ec ſubinde ſi ſit ibi inuitus, non erit verum matrimoniū. ¶Cōfirmatur. Quādo in iure præcipitur fieri aliquid corā aliquo, ille debet eſſe præſens, mortaliter ſecundum ſuū modum & officiū v. g. ſi præcipitur, quòd fiat aliquid corā teſtibus & tabellione, non ſufficit, quòd tabellio ſit ibi vt teſtis, ſed debet eſſe ibi exercendo ſuum officium: ergo cum dicitur in Cōcilio ꝙ matrimoniū fiat coram parocho & teſtibus, parochus debet

A eſſe ibi vt parochus exercens ſuū officium & approbans illud ſacramentum & contractum. Itaque ad rationem teſtis ſufficit, ꝙ ſit ibi moraliter loquēdo, & de hac præſentia teſtis loquitur illa lex coram Titio: ad præſentiam verò parochi nō ſufficit, quod ſit ibi ſcienter & aduertenter: ſed requiritur, quod ſit ibi veluti approbans matrimonium.

¶Vltimò. Probabilis ſententia eſt, quòd matrimonium non habet ueram rationem ſacramenti, etiam ante Conc. Trid. niſi in ordine ad parochum approbantem illū contractum, ita tenet Magiſter Cano, ut diximus ſupra: ergo niſi parochus ſit ibi pręſēs uoluntarie approbans contractum, nō erit uerum matrimonium.

B

¶In expoſitione huius dubij ſupponendum eſt, quòd illi qui contrahunt iſto mō, peccant mortaliter. Nam pręceptum eccleſiaſticum eſt, quòd ſacramēta recipiātur autoritate eccleſiæ, ſi aūt ſacerdos ſit ibi cōtra ſuam uoluntatem per uiolētiam, non recipiunt ſacramentum matrimonij autoritate eccleſiæ: ergo peccant mortaliter: peccant etiam mortaliter ratione iniuriæ illatæ.

C

QVo poſito fundamento, in explicationem huius rei ſit ſecunda concluſio. Stando præciſe in litera Conc. Trid. Vtraque ſententia eſt ſatis probabilis: cæterum ſtando declarationi congregationis Cardinalium qui habēt autoritatem à Papa interpretandi Concilium Tridentinum, prima ſententia eſt certa. Hæc concluſio uirtualiter cōtinet tres partes. Prima pars eſt, quòd prima ſentētia eſt ſatis probabilis, & hæc pars conuincitur argumentis factis ꝓ illa quæ reddunt illā partē maxime probabilem & explicabitur amplius in 3. parte huius concluſionis. Secunda pars concluſionis eſt, quòd ſtando in litera Concil. Trid. Secunda ſententia eſt ſatis probabilis, quia pars probatur argumentis factis pro illa.

D

¶Tertia vero pars huius cōcluſionis eſt quod modo ſtādo in declaratione Cardinalium prima ſentētia eſt certa, & ita illa utēdum eſt in caſibus contingentibus: nam ita declaratum eſt, & declaratio facta eſt Epiſcopo Salmantino, quæ quidē hēt in hunc modū. Reuerēdiſſime Domine. Libellus hic amplitudinis tuę nomine porrectus, in quo nonnulla continentur quæſita ad cōtractū matrimonij ſpectātia, propoſitus fuit in ſacra

cra

era congregatione Cardinalium Interpreta-tioni Concil. Trid. præfectorum, quorum hæc fuit ſententia: nõ pertinet ad ſubſtantiã matrimonij ſacramenti, vt parochus aliqua verba proferat, ideoque valere matrimonium, quamuis verba exprimentia conſenſum prolata ſint à contrahentibus tantum, dummodo parochus adhibitus a contrahẽtibus ſit præſens & intelligat id quod agitur, licet diſſentiat & contradicat: parochum vero intelligi adhibitum, etiamſi ex alia cauſa vocatus ſit, dummodo ad illum actum adhibeatur.

¶ Eſt alia declaratio eorundem Cardinalium facta epiſcopo Gienenſi, quæ quidem declaratio grauiſſima eſt, & habet in hunc modũ. Illuſtriſſime & Reuerẽdiſſime Domine, in ciuitate Gienenſi quidam Aluaricus prætendens contrahere matrimonium cum quadam Catherina ſub prætextu q̃ a parentibus eiuſdem impediretur, petijt a vicario D. epiſcopi Gienen. vt dicta Catherina in loco libero cõſtitueretur, in quo libere poſſet voluntatem ſuam declarare. Interim verò parentes & conſanguinei dictæ Catherinæ eam occultarunt, quod Vicarius intelligens & timens id quod poſtea euenit, præcepit omnibus parochis dictæ ciuitatis, nec prędictam puellã cum aliquo deſpõſarent. In quadam tamen nocte quidam conſanguineus dictæ puellæ, vocauit parochum pro audienda confeſſione confingens q̃ quædam mulier parturiens laborabat in extremis. Qui parochus fide bona domũ fuit ingreſſus, vbi aderat dicta puella, & ibidem conſtitutis multis hominibus armatis conſanguinei dictæ puellæ vt ipſa puella coram dicto parocho cum quodam Andræa matrimoniũ cõtraheret fecerunt, reclamante & dicente parocho, ſe neque ut parochum, neque vt teſtem illi clandeſtino mrimonio poſſe, nec velle intereſſe: teſtes tamen dicunt, contractum fuiſſe matrimonium, id tamen (vt ipſe refert) eodem parocho obturãte aures, licet ei vis fieret, & neque eo vidente, neque intelligente, eos contraxiſſe matrimonium propter voces ac tumultus, & ita diceſſit. Vt autem de val dita te aut inualiditate ſimilis matrimonij certitudo habeatur, ex parte prædicti epiſcopi Gienenſis ſupplicatur pro reſponſo ſuper dubiis infra ſcriptis.

¶ Primum dubium eſt. Vtrum prohibi-

A tione facta ab ordinario, ne parochus aliquos deſponſet, ita tollatur iuriſdictio parochi, vt ad contrahendũ matrimoniũ contra talem prohibitionem non ſit legitimus parochus, cum poſſit ordinarius in totum vel in partẽ auferre a parocho ex cauſa iuriſdictionẽ, ſicut ſit, quando reſeruatur aliquis caſus, quod in propoſito minorẽ vim habet, quãdo prædictus ſacerdos non erat principalis parochus, videlicet rector proprietarius, ſed ad annum Vicarius, qui põt ad nutũ ab ordinario reuocari. ¶ Cõgregatio Cardinal. reſpondet valere matrimoniũ

B contractum coram parocho cui interdictũ eſt ab epiſcopo, ne interueniat.

¶ Ex quo oritur ſecũdum dubiũ, Vtrum matrimonium, in quo interueniret talis vicarius non inuitus, ſed volens, contra prohibitionem tamen ordinarij, ſit ualidũ, vel potius nullum. Congregatio reſpondet, validum eſſe.

¶ Tertium dubiũ eſt Si inuitus & compulſus per vim ad ſit ſacerdos, dum contrahitur matrimonium, præcedente vel non præcedente dicta prohibitione, vel tali interdictione. Vtrum tale matrimonium ſub

C ſiſtat. Congregatio cenſuit ſubſiſtere.

¶ Quartum dubium eſt. Si ſacerdos ad fuerit, nihil tamen eorũ, quæ agebantur vidit, neq; audiuit. Vtrum tale matrimoniũ validum ſit. Congregatio cenſuit non valere, ſi ſacerdos non intellexit, niſi tamen affectaret non intelligere.

¶ Quintum dubiũ eſt. Si adſit ſacerdos caſu, dum contrahitur matrimonium, non cogitãs, ſe eſſe ad id vocatũ, ſed aliud agẽs audit duos inter ſe contrahentes matrimonium, in quo fuit præſens, non tamen certior factus, neq; ad id vocatus expreſſe, nec

D interponens ſuam autoritatem. Congregatio cenſuit valere, etſi parochus aliam ob cauſam adhibitus ſit ad illum actum.

¶ Ex his declarationibus colligitur aperte, quòd prima ſentẽtia nũc eſt certa, & illæ declarationes hẽnt maximũ fundamentum in ipſo Concilio Tridẽtino, vt patet ex argumentis adductis pro prima ſententia: habent etiã fundamentum in hoc. Nam (vt patet ex dictis ſupra quæſt. 42.) ſacerdos non eſt miniſter huius ſacramenti, & ſic non eſt neceſſarium quòd ſit ibi voluntarie, ſed ſufficit præſentia moralis.

¶ Ex dictis ſequitur, q̃ ſi aliqui cõtraherent

rent coram parrocho & teſtibus traſeuntibus & inuitis, ſi tamen aduertant actum, lõge. probabilius eſt, & mihi fere eſt certũ, ꝙ eſt verum matrimonium; quia eſt ibi præſentia non ſolum phyſica, ueſtum etiam moralis; ſi tamen ita tranſireut, vt nihil aduerterent, non eſſet verum matrimonium, nam tunc non eſſet præſentia moralis.

¶ Secundo colligitur (vt aduertiſit aliqui grauiſsimi Doctores) ꝙ quando parochus cogeretur metu mortis vt adeſſet matrimonio, talis parochus etiam prætermittendo denunciationes non peccaret, nec eſſet puniẽdus, ſi illas prætermitteret ex tali metu. Ratio eſt, quia lex humana eccleſiaſtica de denũciationibus ꝑmittẽdis nõ obligat nec intendit obligare cum tanto diſcrimine: ꝙ ſi in aliqua diœceſi eſſet poſita excommunicatio contra parochos qui non præmittunt denunciationes ante matrimonium, talis parochus qui metu mortis dimittit illas, non incurrit excommunicationem eadem ratione.

TErtium dubium eſt, quis nam parochus debeat eſſe præſens matrimonio, vt validum ſit; an ſufficiat quicũque parochus etiã alienus, Et videtur quod ſic. Priuilegia ſunt amplianda, non reſtringenda, & præcipue hoc habet verum in fauorem matrimonii, ſed Concil. ſolum dicit, ꝙ ſit ibi parochus, & non dicit, ꝙ ſit ibi proprius parochus: ergo. ¶ Confirmatur, cum in diplomate bullæ Cruciatæ dicitur, quod poſsint eligere confeſſorem approbatum ab ordinario, nõ intelligitur ordinarius proprius, ſed quicunque ordinarius: ergo cum Concil. dicit, ꝙ fiat coram parocho, non intelligitur de proprio.

¶ Prima concluſio. Parochus qui debet eſſe præſens matrimonio, eſt proprius parochus, & non ſufficit alienus. Itaque nomine parochi intelligitur ille qui habet poteſtatẽ ordinariam miniſtrandi ſacramenta, & ille dicitur parochus in Cõcilio qui dicitur proprius ſacerdos, in cap. omnis vtriuſq; ſexus, de pœnitentiis & remiſſ. Hæc cõcluſio probatur ex Concilio, ꝙ ex antecedentibus & ſubſequentibus hoc declara.. Primò, nam expreſſe ſtatuit, quod denunciationes fiant à proprio parocho. Secundò dicit, ꝙ proferat illa verba, Ego vos coniungo &c. & de illo ſubdit: qui aliter quàm præſente parocho, &c. ergo debet intelligi de eodem pro-

ca. omnis utriuſque ſexus. de penitẽt. & remiſſ.

A prio parocho. Præterea Cõcilium hoc ſupponit, cum dicit, vel alius ſacerdos de licentia parochi, vel ordinarii, vbi nomine ordinarii intelligit proprium; ergo nomine parochi intelligit proprium parochum. ¶ Ex dictis reſpondetur, ad rationem dubitãdi & cõfirmationẽ; ſic enim ex antecedentibus & ſubſequẽtibus (vt iam diximus) intelligitur, ꝙ Concil. loquitur de proprio parocho.

¶ Sed adhuc difficultas eſt, an debeat eſſe proprius parochus fœminæ uel uiri. Nauar. in Manual. cap. 25. nu. 144. tenet, ꝙ requiritur neceſſario præſentia parochi ipſius fe-B minæ, & dicit expreſſe ꝙ ita declarauit congregatio Cardinalium ſub Pio. V.

¶ De quo ſit ſecunda concluſio. Communiter loquẽdo, debet eſſe præſens parochus ipſius fœminæ, nihilominus tamen licet ille non ſit præſens, ſi ſit præſens proprius parochus uiri, ſufficit ut ualidum ſit matrimonium. Hæc concluſio eſt communis ſententia inter Doctores modernos ſuper illud decretum. Ratio eſt: nam parocho ipſius uiri competit iure ordinario, qđ poſſit illi miniſtrare ſacramenta: ergo & hoc ſacramẽtum matrimonii. ¶ Confirmatur, quia Cõcilium C ſolũ dicit, qđ ſit ibi proprius parochus, ſponſi uel ſponſæ: ergo quicunq; ſufficit. Et aduertunt Iuriſperiti quòd in illo caſu etiam quantũ ad illum effectum ſponſa cenſetur ſubdita proprio parocho ſponſi, & ita Nauarro mutauit ſentẽtiam in ultima impreſſione latina in eodem loco, & uiri grauiſſimi dicunt, ꝙ congregatio Cardinalium potius declarauit oppoſitum. Diximus, communiter, & regulariter, debet eſſe præſens parochus fœminæ, quoniam communiter & regulariter celebrantur matrimonia in domo fœminæ. Dicitur tamen communiter, D ꝙ parochi in tali caſu cõcedunt ſibi inuicem licentiam, ut poſſint adeſſe matrimonio: & ſic habetur in multis declarationibus Cardinalium, quas ego vidi.

¶ Sed adhuc eſt maius dubium, quando proprius parochus nondum eſt ſacerdos, an tunc ſit ualidum matrimonium, ſi ſit præſens proprius parochus, qui non eſt ſacerdos. Ratio dubitandi eſt ex eodem Concilio: nam Concil. dicit, qui aliter quam parocho præſente, uel alio ſacerdote de licentia parochi uel ordinarii, ubi Concilium inſinuat, quòd parochus qui debet eſſe præſens, debet eſſe ſacerdos. ¶ Confirmatur: ille debet

debet eſſe præſens, qui habet poteſtatem ordinariam miniſtrandi ſacramentâ, ſed propꝛius parochus qui non eſt ſacerdos non habet poteſtatem ordinariam miniſtrandi ſacramenta ex defectu characteris: ergo.

¶ In oppoſitum eſt pro alia parte. Nam Concil. ſolũ dicit, qui alter quàm parocho præſenti, non verò dicit, quòd ſit ſacerdos: ergo. Confirmatur. Talis parochus poſſet concedere licentiam alteri ſacerdoti, vt eſſet præſens matrimonio: ergo ipſe poſſet per ſeipſum eſſe præſens.

¶ In hoc dubio ſunt duæ ſententiæ oppoſitæ. Prima eſt, quòd non erit validum matrimonium in hoc caſu. Secunda verò dicit oppoſitum.

¶ Sit tertia concluſio in huius expoſitionem, Vtraque ſententia habet probabilitatẽ, propter vtriuſque argumenta. Aduertendũ tamen eſt, quod tunc commodum medium eſſet vt loco parochi eſſet præſens alius ſacerdos, & aliud facere eſſet peccatũ, nam illa verba quæ dicit Concilium vt dicantur à parocho, & benedictio quæ ſolet dari; nõ poſſunt cõmode exerceri à non ſacerdote. Et nota, ꝙ vt validum ſit matrimonium, neceſſarium eſt, vt ſit præſens parochus, vel quicunque alius ſacerdos qui in cap. omnis vtriuſque ſexus dicitur proprius ſacerdos ad audiendas cõfeſſiones, ut Epiſcopus pro C primus, Abbas, vel ſummus Põtifex, qui omnia alia ſacramenta miniſtrare poſſit; & cõſequenter matrimonium. ¶ Aduertendum etiam eſt, quòd Archiepiſcopus non habet hanc poteſtatẽm, niſi in eccleſiis ſibi ſubditis, Epiſcopi enim ſuffraganei nõ ſunt ſubditi Archiepiſcopo, niſi in aliquibus caſibus in foro cõtentioſo, vnde ſi Archiepiſcopus eſſet præſens matrimonio in aliena diœceſi: illud matrimonium nullum eſſet.

¶ Ex dictis ſequitur, quòd ſimplex ſacerdos vel alienus parochus, neque propria autoritate, neq; virtute bullæ Cruciatæ uel D aliorum priuilegiorum non ſufficit ad hoc vt fiat validum matrimonium ſit ei præſens ſine licẽtia parochi vel ordinarii, etiãſi ſit articulus mortis alicuius qui vult contrahere propter bonum finem: loquitur autẽ de priuilegio, quod tantum habet clauſulã generalem ad repudianda uel miniſtranda ſacramenta, quia illa generalis clauſula (vt patet ex uſu & praxi) tantum intelligitur de ſacramento pœnitentiæ & communionis, quæ ſunt communia fidelibus qui ſunt A prouectæ ætatis: matrimonium autem non eſt huiuſmodi etiam in articulo mortis, Ratio eſt, quia licet in illo articulo poſſit quilibet ſacerdos miniſtrare ſacramentum pœnitentiæ & abſoluere à quibuſcunque peccatis quantumuis reſeruatis, & etiam ſi daremus ꝙ in ſimili articulo poſſet miniſtrare Euchariſtiam quæ ſunt ſacramenta longe maiora, non tamen inde ſequitur, ꝙ poſsit miniſtrare ſacramentum matrimonii. Ratio differentiæ eſt. Nam illa ſacramenta cẽſentur ſacramenta neceſsitatis, matrimonium verò non eſt ſacramẽtum neceſſitatis; quare ſi in articulo mortis aliquis vir eſſet obliga- B tus ad contrahendum cum aliqua fœmina, ex præſentia talis clerici non eſſet verum & validum matrimonium.

¶ Vltimò ſequitur, quòd licet parochus proprius eſſet excommunicatus & ſuſpenſus quantumuis, non toleratus ab eccleſia, ſi tamen eſſet præſens matrimonio, validũ eſſet matrimonium: nam præſentia illa non eſt actus iuriſdictionis. ergo dũ manet proprius parochus etiam priuatus iuriſdictione, validum erit matrimonium: ibi enim ſaluantur omnia neceſſaria ad rationem matrimonij ſecundum Concilium Tridentinũ.

Quartum dubium eſt, quis nam poſſit concedere licentiam alteri ſacerdoti, vt ſit eſſe præſens matrimonio.

¶ Prima concluſio. Hanc licentiam poterit dare proprius parochus, vel ordinarius, vel ſummus Pontifex, & ex commiſsione aliqui alii, qui ad hoc habuerint poteſtatẽ, vt vicarii generales Epiſcoporum, qui ſolẽt habere ad hoc facultatem. Archiepiſcopi verò non poſſunt concedere hanc licẽtiam extra ſuam iuriſdictionem. ¶ Ex hoc ſequitur primò, quòd ſi proprius parochus vel Epiſcopus eſſet excommunicatus vel ſuſpẽſus, toleratus tamen, & ſic præberent talem facultatem, licet ipſi peccarent exercendo actum iuriſdictionis, matrimonium tamen validum eſſet: quia licentia valida fuit, propter bonum fideſium. ¶ Secundò ſequitur. quòd parochus vel Epiſcopus ſi eſſet excõmunicatus non toleratus, licentia eſſet nulla, quia eſt ſuſpenſus à iuriſdictione, & ita quamuis talis ſacerdos ſit præſens matrimonio, matrimonium nullum eſt: nam non eſt præſens parochus, nec alius ſacerdos de licentia parochi.

¶ Secunda

¶ Secunda concluſio. Hæc licentia poteſt conferri cuicunque verò ſacerdoti habenti vſum rationis, nõ tamen poteſt cõferri alteri qui non ſit ſacerdos, etiamſi ſit diaconus. Ratio eſt: nam Concil. expreſſè dicit, quòd ſit proprius parochus vel alius ſacerdos de licentia parochi.

¶ Dubiũ tamen adhuc eſt, nã ſi parochus vel ordinarius dent licentiam ficte alteri ſacerdoti ad hoc vt ſit pręſens matrimonio, & ille ſit præſens cum teſtibus: ſit validum matrimonium. Dixi. ficte, quoniam reuera exterius concedunt talem licentiam, tamen interiori voluntate & conſenſu nolũt illam concedere. Reſpondetur pro nunc, quòd tale matrimonium non eſſet validũ, quoniã illa licentia nulla eſſet, vt cõſtat; & ita nullus ſacerdos eſſet præſens, de licentia parochi vel ordinarii: Eſt bonum ſimile, ſi Epiſcopus concederet ficte licentiam alicui ad audiendam confeſsionem alicuius, talis cõfeſsio nulla eſſet: quia illa licentia nulla eſt: Ita in propoſito.

ALind dubiũ eſt, quis ſit habẽdus parochus peregrinorũ vel vagãtiũ, quãdo volũt inter ſe cõtrahere matrimoniũ.

¶ Dico primò, Certum eſt, ꝙ iſti vagãtes & nõ habentes certas ſedes nõ debẽt facile recipi ad matrimoniũ, vt habetur in Concil. Tridẽ. ſeſſ. 24. de reformatione matrimonij cap. 7. Ratio Concil. eſt, quia ſæpè contingit, vt viuente prima uxore iſti ducant alias vel plures.

¶ Dico ſecundo, ꝙ parochus tenetur nõ intereſſe matrimonio horum uagantiũ, niſi cũ duplici cõditione. Prima, ꝙ faciat prius diligentẽ inquiſitionem & rẽ deferat ad ordinariũ. Secunda, ꝙ de facto prius obtineat licentiã ab ordinario, ut patet ex dicto c. 7 Concil. Trident. ¶ Hinc ſequitur, ꝙ ſi parochus intereſſet matrimonio horũ uagãtium nõ ſeruatis illis cõditionibus peccaret mortaliter ex genere ſuo. Patet, quia faceret cõtra expreſſum præceptum eccleſiæ in illis uerbis (præcipit ſancta Synodus) & in re graui & periculoſa ualde, ergo.

¶ Dico tertio Si de facto uellet parochus intereſſe matrimonio iſtorum uagãtium, uerum eſſet & ualidũ, quidquid ſit de peccato: & requiritur, quòd interſit proprius parochus fœminæ. v.g. nõ uagantis. uel ſi forte ſit alienigena, habitet tamen permanẽter in illo oppido, requiritur proprius paro-

A chus parochiæ in qua illa habitat permanẽter: quòd ſi vterque cõtrahens ſit vagans, dicitur intereſſe ille parochus vt validũ ſit matrimonium, à quo deberent ſuſcipere ſacramenta confeſsionis & cõmunionis ſi de facto ea recipere vellent. Patet, quia ex decreto Concil. Tridenti habemus, ꝙ requiritur proprius parochus alterius cõtrahentis, vel alius ſacerdos, cum legitima licentia: ſed in caſibus modo deſignatis, nullus eſt alius proprius parochus alterius cõtrahentis qui interuenire poſsit: ergo ille, quia nobis eſt deſignatus, eſt neceſſarius, vel alius ſacerdos a tali parocho deſignatus: hoc patet ex

B tenore decreti Tridentini Concilij. Verum eſt tamen, ꝙ quando in ſimili caſu non eſſet obtenta licentia ordinarii, vel quia res ad eũ non eſt delata, vel quia eam negauit, ſic peccaret parochus vel aſsiſtendo tali matrimonio, vel præbendo alteri licentiã, ſic etiã peccaret ex genere ſuo mortaliter alius ſacerdos qui ſcienter ſine licentia ordinarii eſſet præſens cũ ſola licentia parochi. Vtrũq; ꝓbat, quia quãuis decretũ Trid. Cõcil. abſolutè vt validũ ſit matrimoniũ, præter teſtes requirat tãtũ preſentiã parochi, vel alterius de ipſius licentia: Idẽ tamen Cõc. in d c. 7. præcipit, vt nõ fiat hoc matrimoniũ vagan-

C tiũ ſine licentia obtenta ab ordinario: ergo peccaret ſaltim contra illud præceptum, tã parochus quàm alius, qui id faceret ſine licentia ordinarij.

CIrca teſtes verò qui debẽt eſſe præſẽtes matrimonio aduertendũ eſt, ꝙ debẽt eſſe duo, vel tres, diſtincti ab ipſo parocho, vt patet ex tenore Concilii; & iſti teſtes debent habere vſum rationis, alias cũ non eſſent preſentes mortaliter: nec poſſent habere rationem teſtis.

¶ Dubiũ tamen eſt, an teſtes qui debent eſſe præſentes matrimonio, debeant habere qualitates quæ neceſſariæ ſunt in cauſis cri-

D minalibus, iuxta ea quę dicuntur in ca. ſi teſtes. 4. q. 3. vbi habetur, ꝙ teſtes in criminalibus non debent eſſe infames, nõ cognati, vel conſanguinei: has qualitates ponit D Tho. 2. 2. quæſt. 70. art. 3. vbi addit aliam conditionem, quòd non debent eſſe fœminæ.

¶ Concluſio ſit. Certũ videtur, ꝙ in cauſa matrimonii poſt Concil. Triden. ſufficiũt quicunque teſtes habẽtes vſum rationis, vt validũ ſit matrimonium, etiãſi non habeant qualitates neceſſarias ad teſtificandũ in cau-

ſa.

nõ ſint præſentes teſtes & parochus. Scd̃m A inconueniens eſt, quòd fideles qui habitant inter fideles non poſſint matrimonia contrahere, non enim habent parochum. Vltimum inconueniens eſt, quòd peregrini nõ poſſint matrimonia contrahere, quia non habent proprium parochum. In oppoſitũ eſt Concilium Tridentinum.

¶Concluſio eſt. In nullo caſu matrimoniũ factum ſine parocho & teſtib. eſt validum. Ratio eſt: nam Concil. ſine exceptione dicit, ꝙ matrimonium factum ſine parocho & teſtibus nullum eſt.

¶Vnde ad argumẽta in principio reſpon B detur. Ad primum dubium eſt, an in tali caſu ſi matrimonium fiat in occulto ſine parocho & teſtibus innouando conſenſus, ſit validum. Et videtur, ꝙ non. Primo. In hoc caſu primus cõtractus fuit nullus, Secũdus verò quando iam fuit diſpẽſatio, factus eſt ſine parocho & teſtibus: ergo fuit nullum ſecundum Concilium Tridentinum.

¶Scd̃ò. In Conc. Trid. cum dicitur, qui aliter quam præſente parocho, &c. intẽdit Concil. ꝙ parochus & teſtes ſint præſentes præſentia morali, vt ſint certi & per illos eccleſia reddatur certa de vero contractu, ſed C in hoc caſu non habet uerum intentio eccleſiæ, nam licet à principio teſtes & parochus fuerint præſentes, nõ tñ fuerunt præſentes quãdo matrimonium fuit validum, ergo nullum eſt matrimonium.

¶Tertiò. Nã licet ceſſet finis legis in particulari caſu, nõ propterea ceſſat obligatio legis, vt patet: ergo licet in hoc caſu ceſſet finis illius legis Conc. Trid. videlicet quòd non ſequantur incõuenientia, nihilominus illa lex habet ſuam vim & obligationem.

¶Quartò. In aliquibus bullis Cruciatæ habetur quædam clauſula, in qua datur fa- D cultas commiſſario, ꝙ poſſit diſpenſare cũ his qui contraxerunt in aliquo impedimẽto occulto, vt poſſint occultè contrahere: ergo ſine tali diſpẽſatione ſignum eſt, quòd non fuerit validum matrimonium.

¶In oppoſitum eſt. Nam illud matrimonium non eſt clandeſtinũ per ſe loquendo, quia præceſſerunt ſolennitates, eſt autẽ clandeſtinum per accidens, cum iã præceſſerit præſentia parochi & teſtiũ, ſed ea quæ ſunt per accidens non comprehenduntur lege: ergo ex vi illius decreti & legis non irritatur tale matrimonium.

¶Secundò. Illud decretum Concil. Trid. ſolum intendit annullare illud matrimonium clandeſtinum quod eccleſia ſemper deteſtata eſt, propter maxima inconuenientia quæ ex illo ſequuntur: ſed ex iſto matrimonio clandeſtino non ſequuntur inconuenientia, cũ iã fuerint parochus & teſtes, nec eccleſia illud deteſtata eſt: ergo ex vi illius decreti illud matrimoniũ nõ eſt irritũ.

¶Tertiò. Eccleſia in illo decreto ſolum intendit irritare matrimonium clandeſtinum quod eſt verè & propriè clandeſtinũ, ſed iſtud non eſt verè & propriè clandeſtinum: ergo. Minor probatur, nam præceſſerunt omnes ſolennitates.

¶In hac difficultate ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ. Prima ſententia eſt, quòd in tali caſu requiritur præſentia parochi & teſtium, quando uere contrahunt, & quod aliàs matrimonium irritum eſt. Hanc ſententiam tenent expoſitores D. Thom. qui etiam interfuerunt Concilio Tridentino, & Corduba in illa Sũma caſuum in ſermone Hiſpano, quæſtione 51. vbi dicit, hanc ſententiã eſſe probabiliorẽ & magis ſecurã.

¶Secunda ſententia eſt, quòd in hoc caſu erit validum matrimonium, etiam ſine præſentia parochi & teſtium. Hãc ſententiam tenent multi Theologi expoſitores D. Tho. & aliqui illorũ interfuerunt Cõc. Trid. Hanc tenet Nauar. in Manu. c. 22. nu. 70. & ait, ꝙ Pius V. declarauit, in hoc caſu nõ eſſe neceſſariã præſentiã parochi & teſtiũ. & Nauar. loco citato dicit, ꝙ vbi timetur ſcandalum, poſſet fieri matrimonium ſine parocho & teſtibus. Eãdem ſententiam tenet Veracruz in ſuo apppendice ad Speculum coniugii, dubio 10. conc. 5.

¶Prima cõcluſio. Si attendamus præciſè ad Concilium Tridentinum, probabilior videtur prima ſententia quam ſecũda. Hæc concluſio probatur, nam argumenta quæ probant in principio primam ſententiam longe probabiliora ſunt.

¶Secunda concluſio. Secunda ſententia mihi videtur certa. Primò propter declarationem Pii V. Nam Pius V. ita interpretatus eſt, vt dicit Nauarro in loco citato pro ſecunda ſententia. ¶Secundò & præcipue, quoniam cõgregatio Cardinalium quæ habet autoritatem declarandi dubia Concil. Trident. expreſsè declarauit, quòd in hoc caſu, matrimonium factum ſine parocho

& teſtibus validum ſit. Hanc declarationem ego vidi, & ita in practica hęc ſentētia exercenda eſt: & hæc ſententia probabilitatē habet ſecundum tenorem Concilij Trident.

¶ Ad argumenta primæ ſententiæ reſpondendum eſt, quoniam hæc ſecunda ſentētia nunc tenenda eſt, & non eſt dicendū, quòd declaratio Cardinaliū ſit contraria Cōcilio.

¶ Vnde ad primum reſpondetur, q; primus contractus nullus fuit propter occultum impedimentum. Secūdus verò validus fuit: nam fuit expreſſio conſenſus matrimonij inter legitimas perſonas, & in foro eccleſiæ, & in facie illius, præceſſit præſentia parochi & teſtium: Concilium autem Tridentinum ſolum intēdit irritare matrimoniū, per ſe clandeſtinum quod omnino factum eſt ſine parocho & teſtibus: hoc autem matrimonium factū eſt in facie eccleſiæ, & coram parocho & teſtibus per ſe loquendo.

¶ Ad ſecundum, quòd parochus, & teſtes requiruntur à Concilio, vt in ſuo foro exteriori eccleſia reddatē certa de matrimonio: in illo verò foro validum iudicabitur matrimonium primum, & ita non ſequuntur inconuenientia, quæ intendit vitare Cōciliū.

¶ Ad tertium reſpōdetur, q; quādo ceſſat finis legis tantū in particulari, non ceſſat eius obligatio etiam in particulari, niſi ipſe legiſlator velit, vt ceſſet: in hoc autem caſu dicendum eſt, quòd eccleſia & Concil. Trid. noluit obligare, quoniam ceſſant inconuenientia quæ Concil. intendit vitare.

¶ Ad Quartum reſpondetur, q; illa clauſula bullæ Cruciatæ conceſſa fuit à Pio V. ante ſuā declarationē, & ante declarationē Cardinaliū, quādo erat dubium inter Doctores, an eſſet validum matrimonium, & ſic ad ſecuritatem conſcientiarum data eſt facultas talis Comuniſſario. ¶ Aduertēdum tamen eſt: q; hæc reſolutio non ſolū habet verum quando matrimonium fuit nullum, propter occultum impedimentum, verumetiam quando fuit nullum propter defectū conſenſus alicuius contrahentium, qui ſuppleri non poteſt per ſummum Pontificem. Et idem dicendum eſt, ſi Epiſcopus diſpenſaret in ſupradicto impedimēto, ſicut dicūt quidam q; in aliquo caſu Epiſcopus poteſt diſpenſare. De quo infrà. Per hoc patet ad primum argumentum dubii principalis.

AD ſecundum argumentum principale eſt grauiſſima difficultas, an epi- A cheia locum habeat in lege lata de matrimonio clandeſtino, præcipue in Chriſtianis captiuis apud Turcas habitantibus, vel apud hæreticos, aut quoſcunque infideles, vbi non eſt copia parochi, de quibus quæritur, an poſſint contrahere matrimoniū validum ſine parocho.

¶ In cuius rei expoſitione ſit concluſio. Certiſſimum videtur, q; Chriſtiani captiui apud quoſcunque infideles, vbi non eſt copia parochi, poſt Tridentinum poſſunt contrahere matrimonium validum, niſi habeant ſpecialem diſpenſationem. Probatur, B quia in Concil. Trident. ſine exceptione dicitur, qui aliter quam præſente parocho, &c. eos ad ſic contrahendum inhabiles, &c. ſed tunc non eſt præſens parochus, nec alius de eius licentia. ergo: ¶ Hæc eſt contra aliquos qui fortè pietate ducti, dicūt, quod per epicheiam eſſet validum matrimonium huiuſmodi, & ſpecialiter aliqui expoſitores D. Tho. diſtinguunt de illis captiuis apud infideles. Nam vel fuerunt captiui poſt ſufficientem promulgationem decreti Concil. Trident. in ſua parochia vel non, niſi ante. Et dicunt primò, quod ſi fuerunt C captiui poſt promulgationem in ſua parochia, matrimonium quod contrahunt, ſine præſentia parochi, & teſtium nullum eſt, & in hoc optimè loquuntur, & aiunt non eſſe mirum quod tunc nō ualeat illis matrimonium, ſicut tunc non eſt mirandum, quòd deſint illis alia ſacramenta magis neceſſaria, ſcilicet pœnitentia, & Euchariſtia. Dicunt tamen ſecundo, q; ſi fuerunt captiui ante promulgationem ſufficientem in ſua parochia, tunc fortè eſt validū illud matrimoniū quod ignorātes cōtrahunt ſine præſentia parochi, & hoc videtur D falſum, vel nō rectè ab eis declaratū. Probatur: quia poſſet contingere caſus in quo illi redderētur captiui ante promulgatū Cōcil. Trident. in ſua parochia, & tunc nullū eſſet matrimoniū, quod attentarēt in captiuitate nō præſente parocho, ſicut ſi ante illā promulgationem caperentur ab infidelibus, & poſſent nō cōtrahere, niſi poſt factā promulgationem à parte rei, licet ab eis ignoratam. Tūc arguitur. In tali caſu nullū eſſet matrimoniū ſine præſentia parochi, quia decretū Tridentini Conc. iam habeat vim in parochia illorū, qn. de facto cōtraxerunt cū illa ignorātia: ergò per illud annullatū fuit tale matri-

matrimoniũ: uis enim illius decreti irritati ua eſt nec pendet à ſciẽtia, vel ignorãtia hu ius vel illius hominis in particulari, ſed tñ pendet ex promulgatione ſufficienter facta in tali parochia. Fatemur tñ illos poſſe ex-cuſari à peccato ob ignorantiã inculpabilẽ talis promulgationis, vel fortè quia quam-uis cognoſceret ẽt iam eſſe promulgatũ, bona fide exiſtimarent, ꝙ per epicheiã poterant licitè cõtrahere in illo caſu clandeſtinè: epi cheia aũt in legibus irritatorijs nõ videtur poſſe habere locũ, quantumcunque poſſit homo excuſari à peccato aliquando.

¶ Ad vltimum argumentũ principale re ſpondetur cũ Ariſt. 5. Ethi. c. 1. ꝙ leges hu-manæ reſpiciũt bonum commune, & ideò aliquãdo permittunt mala & inconueniẽtia in particulari, non enim poſſunt proſpicere omnibus caſibus in particulari, & ſic Cõcil. Tridenti. vt obuiaret maioribus malis, per-miſit aliqua minora mala & aliqua inconue nientia in particulari. ¶ Vnde ad primum inconueniens reſpondetur, ꝙ illa puella po teſt petere ius ſuum in iudicio, poteſt etiam cõtrahere de futuro cũ viro potenti qui li-beret eam: ꝙ ſi hęc media non ſufficiãt, nul lũ aliud habet remediũ, ſed patienter ferat. ¶ Ad ſecundum incõueniens reſpõdetur, nõ eſſe mirum, quòd illi non poſſint cõtrahere matrimoniũ, cũ nõ poſſint alia ſacramenta magis neceſſaria ſuſcipere. ¶ Ad vltimũ in-conueniens reſpõdetur, ꝙ ſi alter eſt pere-grinus, alter verò incola, parochus incolæ poteſt illos matrimonio cõiungere. Secundo dico, ꝙ eſt præceptum impoſitũ parochis, ne copulẽt matrimonio peregrinos ſine di-ligenti examinatione, & adhuc non ſine li-centia ordinarii. Ita habetur in Concil. Tri-denti. ſeſsione 24. capite 7. Dico vltimò, quòd ille ſacerdos qui poteſt illis miniſtra-re ſacramẽta ſecũdũ ſtatuta eccleſiæ, poteſt illos matrimonio copulare: ſortiũtur enim confeſſorẽ ac ſi eſſent incolæ illius regionis ratione domicilii, vt dicimus, & in aliquib. locis ſunt cõfeſſores deputati ad audiendas confeſſiones peregrinorum. ¶ Ex dictis in his dubiis reſolui poſſunt multæ aliæ diffi cultates quæ pertinent ad iſtum articulum & ad decretum illud Concilii Tridentini.

EST vltimum dubium circa illud de-cretũ Cõcilij Tridẽtini, an in aliquo alio caſu particulari & in aliqua pro-uincia particulari validũ ſit matrimonium

A ꝙ non fit coram paracho & duobus vel tri bus teſtib. Hoc dubium mouetur, quia mi-hi relatũ eſt a viris fide dignis, in quibuſ-dam partib. & prouincijs Galliæ circa Na-uarrã non eſſe receptũ Conc. Tridentinũ, neq; promulgatũ vidẽte ſummo Pontifice & ꝑmittẽte. In quo caſu aliqua certa ſunt.

¶ Primum certum eſt, ꝙ matrimoniũ ce lebratũ ab illis qui habitant in illis prouin-ciis & partib. eſt validum etſi fiat ſine pa-rocho & teſtibus; ſi illud matrimoniũ cele-bretur in illis locis. Ratio huius eſt. Nam il lud mandatũ Conc. Trident. & illa lex non obligat in illis locis, cum non ſit recepta, &

B ita non hẽt vim legis: & ipſum Conc. Trid. in fine illius decreti, decernit, & determi-nat, ꝙ illud decretũ in vnaquaq; parochia ſuũ robur poſt triginta dies hr̃e incipiat à die primæ publicationis in eadẽ parochia factæ numerandos. Iſtud aũt decretum nõ eſt promulgatum in illis prouinciis: ergo non hẽt robur, ac ſubinde validũ erit matri moniũ factũ ſine parocho & teſtibus, ſi cele bretur in illis prouinciis & partibus. ¶ Dixi aũt in concluſione, ſi celebretur in illis ꝓ-uinciis & locis, quoniã ſi celebretur in aliis prouinciis & partibus, in quib. Concilium Tridentinum, & præcipue illud decretum

C eſt promulgatum, & acceptatum, nullum erit matrimoniũ, ſi fiat ſine parocho & te-ſtibus, quoniam illud decretum dẽt obſer-uari in illis locis.

¶ Secundũ certum eſt, ꝙ contrahere ſine parocho & teſtibus & clandeſtine, erit pec-catũ iuxta dicta in hoc articulo in primo puncto de mr̃imonio clãdeſtino, ante Con cilũ Tridentinũ. Nã quãuis iſti non teneã-tur in illis regionibus legib. Cõcilii Triden tini, nihilominus tñ obligantur iure cõi ꝙ prohibet matrimonium clandeſtinum. Ita que ſic ſe habere debent, ac ſi nihil innoua-tum eſſet per Conc. Trid. cum non obliget

D illos lex Conc. Trid. neque decretum illud.

TOta autem difficultas eſt de illis qui ex aliis partibus & prouinciis in q-bus Concilium Tridentinum, & ꝓ-cipuè decretum illud promulgatum eſt, & acceptatũ, adueniunt ad partes illas & pro uincias. Dubium eſt, an poſſint contrahere matrimonium ſine parocho & teſtibus, tali ter quòd matrimonium illud ſit validũ in illis locis in quibus non eſt promulgatum Concil. nec acceptatum: hoc additur, quo-

O niam

niam certa res eſt, quòd vbi eſt acceptatum & promulgatum nihil valet.

¶Et videtur vera pars negatiua. Primò arguitur, quoniã illi qui ex alijs partib. adueniunt obligantur legibus Cõcilij Tridẽtini, cum illis promulgatũ ſit Cõciliũ Tridẽtinum, & ab illis acceptatum ſit (vt clarè conſtat) nam promulgatum eſt & acceptatũ in ſuis prouincijs & regionibus, ſed Cõcilium Tridẽtinum irritat & annullat per ſuam legem eiuſmodi contractus: ergo tale matrimonium nullum eſt & inualidum.

¶Secundò arguitur. Concilium Tridẽtinum non ſolum irritat & annullat contractus, ſed etiam ipſas perſonas inhabiles & incapaces reddit ad contrahendum ſine parocho & teſtibus, vt conſtat ex contextu ipſius Cõcilij ergo hæc incapacitas & inhabilitas ſequitur ipſam perſonam vbicunque fuerit, ac ſubinde matrimonium celebratum ſine parocho & teſtibus etiam in illis partibus, nullum erit.

¶Tertiò arguĩ & cõfirmatur argumentum præcedens, vt dictum eſt in præcedentibus, illi captiui qui apud Turcas uel alios infideles detinentur, non poſſunt contrahere matrimonium ſine parocho & teſtibus, quamuis ſint in locis in quibus nõ obligat Concilium Tridentinum: ergo ſimiliter in noſtro caſu matrimonium celebratum ab illis nullum erit, quãuis celebretur in locis in quibus non obligat Concil. Tridentinũ.

¶Quarto arguitur. Ille qui eſt initiatus ſacris, & habitat in aliqua diœceſi teneĩ recitare officium diuinum ſecũdum morem ſuæ eccleſiæ, etiamſi eſſet in alia diœceſi in qua eſſet conſuetudo recitãdi aliter diuinũ officium: ergo ſimiliter in noſtro caſu iſti tenetur contrahere matrimoniũ ſecundũ præceptum & iura ſuæ prouinciæ, etiamſi ſint in alia prouincia in qua non ſeruatur tale ius.

IN hac difficultate illi autores, qui exiſtimant, ꝙ nõ eſt licitũ illis qui in ſua prouincia vel loco non poſſun: comedere carnes vel quid ſimile tali vel tali die, comedere illas ẽt in loco vel prouincia in quib. licet illas comedere, conſequenter tenentur dicere, ꝙ matrimoniũ celebratum ab iſtis in illis partib. & prouinciis ſine parocho & tẽſtibus nullũ eſt. Hos autores videte in Nauar. in Manual. c. 23. num. 120.

¶In huius expoſitionem ſit prima concluſio. Si aliquis Nauarrus, Luſitanus, vel Caſtellanus adiret partes illas vel regiones vt cõtraheret matrimonium ſine parocho & teſtibus in fraudem legis, & ſolum gratia contrahendi matrimonium, exiſtimo quòd tale matrimonium nullum eſſet. Ratio huius eſt, nam illud ſolum factum eſt in fraudem legis: ergo nullum eſt matrimonium, cum fraus & dolus nemini patrocinentur.

¶Secunda cõcluſio. Si aliqui ex aliis ꝓuincijs adirent illas in quibus non eſt promulgatum Concilium Tridentinum vt inhabitent in illis & reuera commorẽtur, matrimoniũ celebratum ab illis ſine parocho & teſtibus validum eſt. Ratio huius eſt. Iſti ſic habitantes non tenẽtur aliis legibus, niſi legibus illius prouincię & regionis, ſed in illa prouincia & regione non obligat Concilium Tridentinum, vt ſupponimus: ergo tale matrimonium validũ erit: & hæc concluſio amplius probabitur & explicabitur in concluſione ſequenti.

¶Tertia concluſio. Si aliqui ex aliis regionib. & prouinciis vadãt ad illa loca, in quibus nõ ſeruatur Conc. & ſint ibi veluti hoſpites, ſi ſine fraude & dolo id faciant & contrahãt matrimoniũ ſine parocho & teſtibus, validũ erit matrimoniũ. Hãc concluſionẽ debent tenere illi, qui aſſerunt, ꝙ licitum eſt veſci carnib. in alia regione, in qua licet, quãuis in ſua prouincia non ſit licitũ. De quo videte Nauarrũ in illo loco citato.

¶Hæc concluſio primò probatur, ex illo cap. illa, 12. diſt. per quòd eius gloſſa probat illud commune & vulgatum, Si fueris Romę, Romano viuito more. Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi: ergo matrimoniũ cõtractũ ab iſtis in loco & regione, vbi eſt validũ ſine parocho & teſtibus, validum erit. *cap. illa 12. diſt.*

¶Secundò arguĩ & explicabitur cõcluſio. Qui degit in aliquo loco ſolũ tenetur obſeruare feſta illius loci vbi tũc degit, non aũt illa feſta quæ in eius propria patria obſeruantur, ut hr̃ in dicto capite illa, citato in præcedenti argumento, (de quo videndum eſt Nauar. in Manual. c. 13. nu. 5. & in cap. 23. num. 120.) & idem eſt de ieiuniis & de facultate non edendi vel edendi oua, lacticinia, aut animalium inteſtina in diebus veneris vel ſabbathi: ergo quamuis in propria patria obſeruetur ius Concilii Tridentini, nihilominus in patria aliena validum erit matrimonium, etiamſi fiat ſine parocho & teſti- *Di. c. illã 12. diſt.*

teſtibus: quia in illis locis non ſeruatur ius Concilii Tridentini. A

QVibus poſitis reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio. Ad primum dicitur, quòd illi qui ex aliis partibus adueniunt, obligant legibus Concilii Tridentini, dum ſunt in prouinciis illis, & regionibus vbi Concilium Tridentinum eſt promulgatum & habet vim obligandi, non tamen in prouinciis, & regionibus in quibus nullam habet vim obligandi. Et ad hoc propoſitum adduci poteſt optimum, ſimile ex dictis in ſecundo argumento pro tertia concluſione. Illi enim, qui degunt in B aliquo loco tenētur obſeruare feſta illius loci dum ſunt in illo loco, non tamen dū ſunt in alio, in quo non obſeruantur illa feſta.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur, verum eſſe, quòd Concil. Tridentinum non ſolum irritat, & annullat ipſos contractus; ſed inhabiles & incapaces reddit ipſas perſonas ad ſic contrahēdum. Aduertēdū tamen eſt, quòd iſta inhabilitas & incapacitas non concomitatur ipſam perſonam vbicunque ſit, ſed ſolum vbi obligat decretum illud Concilii Tridentini. Nam inhabilitas illa conſtituta eſt per modū legis, ſicut ipſa C annullatio cōtractus: vnde ſi lex illa nō obligat in illis locis, & regionibus, ita etiam incapacitas & inhabilitas non ſequitur perſonam ipſam vbicunque ſit, ſed ſolum vbi lex illa obligat.

¶ Ad tertium, quòd eſt confirmatio præcedentis argumenti dicēdum eſt, quòd illi qui detinentur captiui apud infideles, vel Turcas nō poſſunt contrahere matrimoniū ſine parocho & teſtibus, & ſi contrahāt, matrimonium eſt nullum, vt iam determinatū eſt: quoniam in parochia iſtorū iam eſt promulgatum Concil. Triden. & iſti non ſunt D in parochia vbi non ſit promulgatum, nam reuera apud Turcas, & infideles nō eſt parochia, nec iſti Chriſtiani captiui obligantur legibus illorum locorum.

¶Ad quartum argumentum reſpondetur, ꝙ ille qui eſt initiatus ſacris, & eſt in aliqua diœceſi in qua non recitatur ſecūdum morem ſuæ diœceſis, ſatisfacit ꝑcepto recitandi, ſi recitet ſecundum morem diœceſis in qua eſt, & in propoſito iſti poſſunt contrahere ſine parocho & teſtibus, ſi ſic cōtrahitur in prouincijs illis, in quibus ſunt.

¶ Aliæ difficultates & dubia poſſent adduci in hoc articulo circa decretum illud Concil. Trident. illa tamen dubia non difficile ſoluentur ex dictis, & paſſim in aliis inueniuntur, propter quod illa omittimus, vt ad alia etiam grauiſſima huius materiæ de matrimonio tranſeamus.

QVAESTIO XLVI.

De conſenſu, cui aduenit iuramentum, vel copula carnalis.

DEinde conſiderandum eſt de conſenſu, cui aduenit iuramentum, vel copula carnalis. Circa quod quæruntur duo. Primò, vtrum iuramentum adiunctum conſenſui per verba de futuro expreſſo faciat matrimonium. Secundò, vtrum copula carnalis eidem conſenſui adueniens faciat matrimonium.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum iuramentum adiunctum conſenſui per verba de futuro expreſſo faciat matrimonium.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ iuramentū adiunctū conſenſui per verba de futuro expreſſo, faciat matrimoniū. Nullus enim poteſt ſe obligare, vt faciat cōtra ius diuinum, ſed implere iuramentum eſt de iure diuino, ut patet Matth. 5. Reddes autem Domino vota tua, ergo per nullam obligationem ſequentem poteſt euenire, quòd homo non debeat tenere iuramentum prius factum. Si ergo poſt conſenſum in aliquam per verba de futuro iuramento firmatum, aliquis alteri ſe obligat per verba de præſenti; videtur quòd nihilominus debeat iuramentum primū ſeruare: ſed hoc nō eſſet niſi iuramēto illo

eſſet matrimonium illud perfectum, er A
go iuramentum adiunctum conſenſui per verba de futuro, facit matrimoniũ.

¶ 2 *Præterea. Veritas diuina fortior eſt, quàm veritas humana, ſed per iuramentum veritate diuina firmatur aliquid: cum ergo verba exprimentia conſenſum de præſenti, in quibus eſt ſola veritas humana, matrimonium perficiant, uidetur quòd multo amplius id efficere poſſint verba de futuro iuramento firmata.*

¶ 3 *Præterea. Secundum Apoſto* B
lum Hebr. 6. Omnis controuerſiæ finis eſt iuramentum, ergo in iudicio ſaltem plus ſtandum eſt iuramento quàm ſimplici verbo: ſi ergo aliquis ſimplici verbo conſentiat in aliquam per verba de præſenti, poſtquam conſenſerit in aliquam cum iuramento per verba de futuro, uidetur quòd iudicio eccleſia debeat compelli ſtare cum prima, & non cum ſecunda.

¶ 4 *Præterea. Verba de futuro ſimpliciter prolata, faciũt ſponſalia, ſed iu* C
ramentum ibi aliquid operatur: ergo facit plus quam ſponſalia, ſed ultra ſponſalia non eſt niſi matrimonium: ergo faciunt matrimonium.

SED contra. Quod futurum eſt, non eſt: ſed iuramentum additum non facit quin verba de futuro ſignificent conſenſum de futuro: ergo adhuc matrimonium non eſt. ¶ *Præterea poſtquã perfectum eſt matrimonium non oportet quod alius conſenſus interueniat ad matrimonium: ſed poſt iuramentum* D
aduenit alius conſenſus qui matrimonium facit, alias fruſtra iuraretur illud eſſe futurum: ergo non facit matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quòd iuramentum adhibetur ad confirmationem dictorum: unde illud tantum confirmat quod in dictis ſignificatur, nec ſignificatum mutat: ideò cum verba de futuro ex ipſa ſui ſignificatione habeant, quòd matrimonium non faciant, quia quod futurum promittitur, nondum fit, etiamſi iuramentum adueniat, nõdum eſt matrimonium factum ſicut Magiſter in litera dicit.

AD primum ergo dicendum, quòd implere iuramentum eſt licitum: unde ſi aliqua obligatio ſequens iuramentũ, faciat illud illicitum, cum prius fuiſſet licitum, non derogat iuri diuino qui iuramentum prius factum non ſeruat: et ita eſt in propoſito, illicite enim iurat, qui illicite promittit, promiſſio autem de alieno eſt illicita, unde conſenſus ſequens per uerba de præſenti, quo quis transfert dominium ſui corporis in aliam, facit præcedens iuramentum eſſe illicitum quod prius licitum erat.

AD ſecundum dicendum, ꝙ ueritas diuina efficaciſſima eſt ad firmandum illud cui adhibetur.

¶ *Vnde patet ſolutio ad tertium.*

AD quartum dicendum, quòd iuramentum aliquid operatur, non nouam obligationem faciens, ſed factam confirmans, & ſic grauius peccat qui eam uiolat.

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio articuli eſt negatiua. Ratio potiſſima concluſionis eſt. Iuramentum ſolum confirmat id, quod in dictis ſignificatur, uerba autem de futuro quæ non ſufficiunt ad rationem matrimonii ſolum ſignificant matrimonium futurum, & non ſignificant, quod matrimonium fit actu præſens: ergo hoc ſolum confirmat iuramentum, ac ſubinde iuramentum adiunctum conſenſui per uerba de futuro expreſſo non facit matrimonium.

¶ In ſolutione ad vltimum aduertendũ eſt, quod docet D. Thom. iuramentum adiunctum in caſu articuli aliquid operari, non nouam obligationem, ſed factam confirmare: & ita grauius peccat qui eam violat, peccat enim contra confirmationem iuramenti.

Circa iſtum articulum dubium eſt, an vera ſint quæ D. Tho. docet in illo. Videtur quod nõ. ¶ Primo arguitur.

In

c. ex parte de ſpōſalibus: In capit. ex parte de ſponſalibus ſummus Pontifex de quibuſdam verbis de futuro quibus ſuperuenit iuramentum diffinit, q faciunt verum matrimonium, & quod vir nō poteſt talem mulierem dimittere: ergo. ¶ Confirmatur argumentum. Nam in cap. ſi quis diuinis 30. quæſt. 5. dicitur, quòd ſi quis iurauit ſponſalia alicui mulieri, illa debet eſſe vxor ſua, etiam ſi nulla dos detur ei: ergo iuramentum adiunctum conſenſui expreſſo per verba de futuro conſtituit verum matrimonium. c. ſi quis diuinis. 30. q. 5.

¶ Secundò arguitur. Si iuramentum ſuperueniens ſpōſalibus de futuro non facit verum matrimonium ſequitur quod ſi aliquis contrahat cum alia de præſenti ſit validum matrimonium, conſequens eſt falſum ergo illud ex quo ſequitur. Sequela eſt manifeſta, quia matrimonium contractum de præſenti poſt ſponſalia de futuro, ualidum eſt. Falſitas conſequentis probatur, nam aliàs ſequitur, quod iuramentum illud nō obliget, & hoc eſt falſum, cum illud iuramentum non ſit relaxatum nec irritatum: ergo eſt obligatorium. ¶ Confirmatur. Iuramentum ſuperueniens ſponſalibus de futuro aliquid operatur, & hēt aliquem effectum quem non habent ſponſalia de futuro; ergo talia ſponſalia cum iuramento adiūcto habent uim matrimonii de præſenti.

¶ Tertiò arguitur: Matrimonium clandeſtinum ſi ſuperueniat iuramentū eſt ualidū, quamuis ſecundum ſe ſit nullum: ergo licet ſponſalia de futuro ſecundum ſe nō habeāt uim matrimonii, ſi ſuperueniat iuramentū habebunt illam. Conſequentia eſt euidens, ex paritate rationis. Antecedens verò probatur. Multi contractus qui ſunt irriti & nulli, ſi ſuperueniat iuramentum ſunt validi, ut patet de promiſſione facta latroni, quæ quamuis non obliget in conſcientia, ſi tamen ſuperueniat iuramentum, obligat in conſcientia, vt dicitur in capit. ſi uerò, & in cap. verum de iureiurando: item promiſſiones & obligationes & ſcripturæ, quæ fiunt inter ludentes abſente pecunia ſunt, irritæ, & nullæ, vt habetur in lege huius regni, tamen ſi ſuperueniat iuramentum, tales promiſſiones, obligationes & ſcripturæ obligant in cōſcientia: ergo quamuis matrimonium clandeſtinum ſit irritum & nullum poſt Concil. Trident. ſi adſit iuramentum validum erit. c. ſi uero c. uerum de iureiur.

A ¶ Quartò arguitur. Doctrina D. Thom. nō eſt vera propter eius rōnem: ergo. Antecedens probatur. Iuramentum non poteſt ordinari ad confirmandum contractum iuſtitiæ, cum iuramētum ſit actus religionis, & religio ſit virtus excellentior quam iuſtitia, & actus virtutis ſuperioris non poſſit ordinari ad actum virtutis inferioris ergo.

HIS non obſtantibus concluſio ſit, q doctrina Diui Thomæ in hoc articulo eſt certiſſima, contractus enim ſponſaliorum nunquam erit matrimonium niſi de nouo repetantur omnia quæ ſunt de eſſentia contractus. Regula namque illa præ oculis habenda eſt, quod cum aliquis contractus à principio non fuit ratum poſtea per nullum euentum, nec per confirmationem alterius partis fiet matrimonium. Et ratio ex ipſa natura matrimonii deſumitur. Nam cum ſit mutua dominij tranſlatio, ſi à principio firma nō fuit, neceſſarium eſt, quòd ſit noua traditio ac proinde q repetantur omnia, quæ ſunt de eſſentia contractus. Vnde ſponſalia quātumuis poſtea iurentur, nunquam efficiūt matrimonium, niſi adſit noua expreſſio de præſenti. Et hanc cōcluſionem probant rationes D. Thom. præcipuè illa quæ adducitur in corpore. B C

¶ Ex quo ſequitur, quòd poſt ſponſalia de futuro etiam iurata poteſt quis tranſire ad religionem abſque vlla diſpenſatione. Ratio eſt, nam iuramētum ſolū confirmat cōtractum, cum ergo poſt ſponſalia poſſit quis tranſire ad religionem, poterit etiam poſt iuramentem ſuperadditum. ¶ Confirmatur primò argumentum. Iuramentum illud ordinatur ad contractum matrimonii de præſenti, ſed poſt ratum matrimonium de præſenti poteſt quis liberè ad religionē tranſire, vt dicetur infrà, ergo ēt antequam cōtrahat. Confirmatur ſecundò. Iuramentum non debet eſſe impeditiuum maioris boni, ergo. Hoc autem corollarium intelligitur, etiam ſi iurauerit ſe permanſurū perpetuò cum ſponſa, vt conuincit vltima confirmatio. D

QVibus poſitis ad argumenta in principio facta reſpōdetur. Ad primum dicitur quod uerba de quibus loquitur Sūmus Pontifex in illo loco, quamquam habeant formam de futuro, habent tamen efficaciam de præſenti in quantum explicat

conſenſum de præſenti: verba verò habent A
vim obligandi quatenus conſtituuntur lo-
co conſenſus. Hoc conſtat ex caſu ipſius ca
pitis, in quo dicitur, quòd Andreas iuramē
tum præſtitit cuidā mulieri, quòd eam ab
eo tempore pro coniuge teneret, & ei ſicut
vxori ſuæ fidem ſeruaret, & idem fecit ipſa
mulier: ex quibus verbis apertè conſtat, ꝙ
fuit conſenſus de præſenti, vnde Pontifex
non propter religionem iuramēti, ſed pro-
pter efficaciam contractus, decreuit validū
eſſe matrimonium. ¶ Ad confirmationem
reſpondetur, quòd illud capitulum non dif
finit quòd eſt verum matrimonium, ſed tā-
tum diffinit quòd eſt tanta ſanctitas iura-
menti, quòd etiam ſi deficiant aliæ ſolenni- B
tates, tenetur homo contrahere propter
ſanctitatem iuramenti.

¶ Ad ſecundum argumentum reſponde-
tur, quòd ſine dubio ſi aliquis contrahat cū
aliqua de præſenti poſt ſponſalia etiam iu-
rata cum alia, verum eſt matrimonium: nā
(vt diximus) iuramentum non facit quòd
conſenſus de futuro ſit de præſenti, & ita
iſte talis, viuente vxore non tenetur adim-
plere iuramentum: quia materia iurata de
licita facta eſt illicita.

¶ Circa hanc ſolutionem eſt primum du
bium, an mortua vxore cum qua contraxit
de præſenti, teneatur adimplere iuramentū C
& ſeruare illi fidem cum qua contraxit de
futuro. In hac difficultate Palud. in 4. diſt.
28. quæſt. 1. art. 1. exiſtimat, quòd talis non
tenetur poſtea adimplere iuramentum. Et
ratio illius eſt: nam matrimonium contra-
ctum de præſenti reſcindit ſpōſalia, vt iam
diximus, ſed iuramentū eſt factum in cōfir
mationem ſponſaliorum: ergo etiam ceſſat
iuramentum, & eius obligatio. ¶ Confirma
tur hæc ratio. Iuramentum eſt extinctum
per hoc quòd contraxit de præſenti cū alia
quia aliàs viuente illa obligaret, ſed ex hoc
quòd vxor eius mortua ſit, non reuiuiſcit D
iuramentum, vt conſtat; ergo.

¶ Nihilominus tamen dicendū eſt, quòd
iuramentum obligat mortua vxore. Proba
tur primò. Votum ſimplex religionis obli-
gat illum qui contraxit de præſenti & con-
ſummauit matrimonium, ſi moriatur vxor
eius, ergo idem omnino erit de iuramento.
¶ Secundò. Qui contraxit de præſenti cum
aliqua poſt ſpōſalia de futuro, tenetur mor
tua vxore adimplere fidem datam primæ
ſponſæ, etiam ſi ſponſalia ſint reſciſſa, vt ſu
prà diximus, ergo idem erit de obligatione
iuramenti. ¶ Tertiò. Iuramentum erat im-
peditum, quia materia facta erat de licita il
licita, ſed mō iam facta eſt licita poſt mor-
tem vxoris, ergo obligat modo. Itaq; excō-
gitandum eſt, quòd ſicut lapis virtutem ha-
bet ad deſcendendum, ſi tamen apponatur
impedimentum nō deſcendit actu, & ſubla
to impedimento ſtatim deſcēdit per illam
virtutem impeditam: ita iuramentum vim
habet obligandi, appoſitum verò eſt impe-
dimentum per hoc ꝙ contraxit de pręſenti
cum alia, mortua verò vxore tollitur impe
dimentum, & fit ſtatim obligat.

¶ Vnde ad rationem Paludani reſponde
tur, quòd quāuis iuramentum non obliget
ratione ſponſaliorum, obligat tamen ratio
ne ſanctitatis, & quia fides data obligat.

¶ Ad confirmationem reſpōdetur, quòd
iuramentum non eſt extinctum per hoc ꝙ
contraxit de præſenti cum alia, ibi enim ha
bet ſuam vim, ſed eſt impeditum, & ita ab-
lato impedimento ſtatim obligat, ut patet
in exemplis adductis de lapide & de uoto
ſimplici religionis.

¶ Secundum dubium eſt, an ille qui iura
uit ſponſalia de futuro, & poſtea contraxit
de præſenti cum alia, poſſit liberè vti mtri-
monio petendo & reddēdo debitum, ꝙ du-
bium præcipuè habet locum, ſi iurauit, ꝙ
nullam aliam haberet vxorem aut cogno-
ſceret. Ratio dubitandi eſt: nam videtur, ꝙ
illud iuramentum æquiualeat voto caſtita
tis: ſed ſi feciſſet uotum, non poſſet liberè
vti matrimonio: ergo nec in hoc caſu. Ni-
hilominus tamen dicendum eſt, quòd po-
teſt libere uti matrimonio etiam ſi iuraſſet
quòd nullam aliam haberet uxorem, quia
illud iuramentum fuit confirmatio promiſ
ſionis factæ de matrimonio futuro, ut ſta-
tim dicemus, & ideò quamdiu impoſſibile
eſt matrimonium, nullam vim habet.

¶ Et ad rationem dubitandi dicendū eſt,
quòd illud iuramentum nō æquiualet uo-
to caſtitatis quòd fit Deo, nam fuit factum
in confirmationem promiſſionis factæ de
matrimonio futuro, quòd mō eſt impoſſi-
bile, & ita nullam vim habet nunc, uotum
uero cum fiat Deo, modo habet uim. Hæc
dicta ſint in explicationem ſecundi argu-
menti dubii principalis.

¶ Ad confirmationem reſpōdetur, quòd

iura-

iuramentū ſuperueniens cōſenſui expreſſo per verba de futuro, aliquid operatur, nō tamen facit matrimonium de præſenti. Aduertēdum enim eſt, quòd illud iuramentū nihil aliud facit, q̄ confirmare conſenſum & contractū, ita ut ſit uinculum perfectius & altioris ordinis, antea enim obligabat ſolum ex iuſtitia, modo uero obligat ex iuſtitia & religione. Sit clariſſimum exemplum Theologicum. Detur aliquis Philoſophus infidelis qui habet demōſtrationem huius veritatis, Deus eſt, & cōuertatur ad fidem; iſte talis modo habet aſſenſum duobus titulis, non enim habet aſſenſum ſolum propter demonſtrationem, ſed propter maius teſtimoniū & firmius, ſcilicet, propter veritatem primam reuelantem, non tamen habet diſtinctum aſſenſum, ſed idem aſſenſus modo eſt firmior firmitate quadā alterius ordinis & rōnis: ita in propoſito, iuramentū ſuperueniens non facit diſtinctum conſenſum, ſed confirmat conſenſum quem habebat firmitate quadam perfectiori & altioris rōnis. Ex quo colligitur, quòd qui contrahit de præſenti poſt ſponſalia iurata, eſt reus duplicis malitiæ peccat enim contra iuſtitiam, & etiā contra religionem & ſanctitatem iuramenti.

¶ Ad tertium argumentum reſpōdetur, quòd matrimonium clandeſtinum inualidum eſt, etiam ſi ſuperueniat iuramentum nam Concilium Tridentinum reddit inhabiles perſonas ad ſic contrahendum; ſicut matrimonium inter conſanguineos intra quartum gradum nullum eſt quamſicunque ſuperueniat iuramentum propter inhabilitatem perſonarum. Et ad probationē in oppoſitum dicendum eſt, quòd non eſt eadem ratio de iſto contractu & de aliis. Nam in aliis cōtractibus perſonæ non redduntur inhabiles, & ſic quamuis nō teneantur adimplere contractum in ratione contractus, tenētur tamen adimplere propter ſanctitatem iuramenti; in hoc uerò contractu perſonæ reddūtur inhabiles, & ita quātumcunque ſuperueniat iuramentum, non eſt ualidum matrimonium, nec obligat iuramentum.

¶ Ad ultimum argumentum reſpondetur, quòd ratio D. Thomæ eſt optima. Et ad probationem in oppoſitū dicendum eſt, quòd id quod eſt perfectius, poteſt optimè ordinari ad perfectionem inferioris, non ut

A medium ad finem præcipuè ultimum, ſed tanquam cauſa ad ſuum effectum perficiendum: non enim eſt inconueniens quòd id quod perfectius eſt ordinetur ad perficiendū id quod eſt imperfectius: & ſic Sol qui perfectior eſt, ordinatur ad perficienda generabilia & corruptibilia, & Chriſtus Dominus qui eſt perfectiſſimus, ordinatur ad perficiendam noſtram ſalutem ſpiritualem, & Diuus Thomas in Secunda Secundæ, quæſtione 81. articulo 8. ad primum, docet, quòd actus ſanctitatis ordinatur ad uirtutem religionis, quæ inferior

B eſt: nam ordinatur ad perficiendum actum religionis: quare Diuus Thomas in hac ratione dicit, quòd iuramentum ordinatur ad matrimonium, & ad contractum iuſtitiæ, ut perficiat contractum illum & confirmet, unde ordinat̄ ut aliquid perfectius ad aliquid imperfectius.

ARTICVLVS II.

C ¶ Vtrum carnalis copula poſt verba de futuro conſenſum exprimentia, faciat matrimonium.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd carnalis copula poſt verba de fu[tu]ro conſenſum exprimentia, faciat matrimonium, quia maius eſt conſentire facto quam verbo, ſed ille

D *qui carnaliter commiſcetur, conſentit promiſſioni, quam prius fecit, ergo videtur, quòd multo magis per hoc fiat matrimonium, quam ſi ſolis verbis de præſenti conſenſus fieret.*

¶ 2 *Præterea. Conſenſus non ſolum expreſſus, ſed etiam interpretatiuus facit matrimonium: ſed nulla poteſt eſſe maior interpretatio conſenſus quam carnalis copula: ergo perficitur matrimonium per hanc.*

¶ 3 *Præterea. Omnis coniunctio carnalis præter matrimonium facta, eſt pec*

catum ſed mulier non videtur peccare admittens ſponſum ad carnalem copulam: ergo per hoc fit matrimonium.

¶ 4 Præterea. Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, ſed aliquis non poteſt mulieri quam deflorauit ſub ſpecie matrimonii reſtituere ablatum, niſi eã in coniugẽ ducat; ergo videtur, quòd ſi etiam poſt carnalem copulam cum alia contraxerit per verba de præſenti, quòd teneatur ad primam redire, quod non eſſet niſi inter eos eſſet matrimonium: ergo carnalis copula poſt conſenſum de futuro, facit matrimonium.

SED contra eſt quod dicit Nicol. Papa, Si conſenſus in nuptiis defuerit, etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrãtur. ¶ Præterea. Quod conſequitur ad aliquid non facit ipſum, ſed carnalis copula ſequitur ipſum matrimonium ſicut effectus cauſam: ergo non poteſt facere matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quòd de matrimonio poſſumus loqui dupliciter. Uno modo quantum ad forum conſcientiæ, & ſic in rei veritate carnalis copula non habet, quòd perficiat matrimonium, cuius ſponſalia præceſſerunt per verba de futuro ſi cõſenſus interior deſit: quia verba de præſenti etiam conſenſum exprimentia, ſi conſenſus mentalis deeſſet, non facerent matrimoniũ. Alio modo quantũm ad iudicium eccleſiæ, & quia in exteriori iudicio ſecundũ ea quæ foris patent iudicatur, cùm nihil poſſit expreſſius ſignificare conſenſum, quàm carnalis copula, ſecundum iudicium eccleſiæ carnalis copula conſequẽs ſponſalia matrimonium facere iudicatur: niſi aliqua ſigna expreſſe doli vel fraudis appareant.

AD primum ergo dicendum, ꝙ ille qui carnaliter commiſcetur facto conſentit in carnalem copulam ſecundũm rei veritatem, ſed in matrimonium nõ conſentit ex hoc ipſo, niſi ſecundum interpretationem iuris.

AD ſecundum dicendum, ꝙ interpretatio illa non mutat rei veritatẽ. ſed iudiciũ quod de rebus exterioribus fit.

A

AD tertium dicendum, quòd ſi ſponſa ſponſum admittens credat eum velle matrimonium conſummare, excuſatur à peccato, niſi aliqua ſigna expreſſæ fraudis appareant: ſicut ſi ſunt multum diſtantis conditionis, vel quãtum ad nobilitatem, vel quantum ad fortunam, vel aliud ſignum euidens appareat: ſed tamen ſponſus peccat & fornicando & (quod plus eſt) fraude quam facit.

B

AD quartum dicendum, quòd in tali caſu ſponſus antequam aliam cognouerit, tenetur eam ducere in vxorem, ſi ſint æqualis conditionis vel ſi ſponſa ſit melioris conditionis, ſed ſi aliam duxerit, factus eſt iam impotens ad ſoluendũ illud ad quod tenebatur & ideo ſufficit ſi ei de nuptijs prouideat, & ad hoc etiam non tenetur, ut quidam dicunt, ſi ſponſus ſit multo melioris conditionis, aut aliquod ſignum fraudis euidẽs fuerit: quia præſumi probabiliter poteſt, quod ſponſa non fuerit decepta ſed decipi finxerit.

C

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio eſt. Quoad forum conſcientiæ copula carnalis adueniẽs poſt uerba de futuro nõ facit matrimoniũ ſi nullus ſit conſenſus. Ratio huius concluſionis eſt aperta. Ad matrimonium requiritur conſenſus de præſenti, & ita uerba exprimentia conſenſum de præſenti non efficiunt uerum matrimonium, ſi deſit conſenſus, ergo.

D

¶ Secunda concluſio. Quoad forum externum eccleſiæ copula carnalis ſuperueniens faceret matrimonium, ita ut eccleſia iudicaret illud eſſe matrimoniũ. Ratio huius concluſionis eſt. In foro exteriori eccleſiæ iudicandum eſt ſecundùm ea, quæ foris apparent, & ſecundum ſigna externa conſenſus interioris, ſed nihil poteſt expreſſius ſignificare conſenſum internum ſecundum iudicium eccleſiæ, quam carnalis copula, ergo. Quod quidẽ intelligitur (ut dicit D. Thom.) niſi aliqua ſigna expreſſa doli uel frau-

fraudis appareant, tūc enim non eſt iudicā dum matrimonium.

¶ Tertia concluſio ad tertium. Si ſpōſa, admitteret ſponſum ad copulam carnalem exiſtimans illum accedere affectu maritali, excuſaretur a peccato, niſi ibi eſſent ſigna euidentia fraudis, ut ſi eſſent longe diſparis conditionis, vel in bonis fortunæ uel in honore.

CIrca iſtum articulum fuerunt graues & difficiles quæſtiones in tempore antiquo, & apud Theologos, & Iuriſperitos in foro conſcientiæ, & in foro exteriori. Cæterum iam poſt decretum Concilii Tridētini omnes illæ difficultates ceſſarūt. Aduertendum tamen eſt, quod in iure antiquo quando poſt ſponſalia de futuro accedebat copula carnalis in occulto cum mutuo affectu maritali, id eſt, cum animo perficiendi, quod erat promiſſum, erat uerum matrimonium etiam in foro conſcientiæ: nam cum adeſſet conſenſus de præſenti, illa copula reputabatur tanquam legitima expreſſio interioris conſenſus, nō tam uerbo quam opere. Si autem talis copula non fiebat cum affectu maritali ex vtraque parte, non erat verum matrimonium in foro conſcientiæ. In foro tamen externo iudicabatur ualidum matrimonium, & non admittebatur probatio contra illud, ſic diffinitur in cap. veniens 2. & ca. is, qui, de ſponſalibus, ſed tunc neceſſarium erat, quod accederet copula conſummata, & non ſufficerent oſcula, nec alii tactus, nec etiam conatus ad copulam, ut patet in capit. finali de ſpōſalibus. Nam in iure antiquo matrimonium clandeſtinum erat validū, & erat ſufficiens expreſſio conſenſus ad verum matrimonium. Iam verò Concil. Trident. in illo decreto ſæpe citato irritauit matrimoniū clandeſtinum.

c. veniēs. 2. ca. is qui, de ſponſal.

c. fi. de ſponſal.

¶ Sed poſt Concilium Tridētinum ſunt duo dubia breuiſſima. Primum dubiū eſt, ſi ſponſalia celebrata eſſent coram parocho & legitimis teſtibus, & poſteà ſequeretur copula in occulto, an tale matrimonium ſit validum: nam videtur, quòd habeat ſolennitates requiſitas à concilio. ¶ Nihilominus tamen dicendum eſt, quod non eſt uerum matrimonium, ſed irritum & nullum. Ratio eſt: quia virtute illius Decreti Concilii Tridētini duo ſunt neceſſaria. Primum eſt, vt omnia, quæ ſunt de eſſentia contractus publicè fiant, quod quidem deficit in præſenti contractu, & ita non eſt verum matrimonium. Secundum eſt, quod dubia quæ oriri poſſunt de contractu inter ſpōſum, & ſponſam certò cōſtent teſtibus & parocho, quod etiam deficit in præſenti caſu.

¶ Eſt ſecundum dubiū, quod habet maiorem difficultatem. Si aliqui contraxerūt ſponſalia de futuro, & poſtea habuerunt copulam carnalem cum affectu maritali in præſentia parochi & teſtium, an tale matrimonium ſit ualidum. Ratio dubitandi eſt, nam adſunt omnia neceſſaria ad validitatē matrimonii, uidelicet expreſſio interioris conſenſus & præſentia parochi & teſtium, ergo ualidum eſt tale matrimonium poſt Concilium Tridentinum. ¶ Confirmatur hæc ratio: Nam eſt ſufficiens ſignum interioris cōſenſus de præſenti coram parocho & teſtibus, ergo eſt verum matrimonium. Conſequentia probatur. Quia ad rationē matrimonii ſecundum tenorem Concilii Tridentini nihil amplius requiritur. Antecedens uerò conſtat. Nam copula carnalis eſt ſufficiens ſignum conſenſus interioris, aliàs enim nec in iure antiquo efficeret verū matrimoniū. ¶ Propter hanc rationē ergo vidi virū quendam doctū qui exiſtimabat, quod in hoc caſu etiam poſt Conciliū Tridentinum erat validum matrimonium.

¶ Nihilominus tamen concluſio ſit. Etiā ſi ita contingeret, non eſſet ualidum matrimonium poſt Concil. Triden. Hæc concluſio probatur. Ad ualiditatem matrimonii neceſſaria eſt præſentia moralis parochi & teſtium, vt poſſint teſtificari de ipſo matrimonio, ſed in præſenti caſu nō eſt talis præſentia moralis parochi & teſtium reſpectu matrimonii, ſed reſpectu copulæ carnalis: ergo non eſt ualidum matrimonium. Maior probatur. Nam Concilium Tridentinū expreſſè præſupponit, quod parochus, & teſtes ſint præſentes ad hoc quod poſſint teſtificari de validitate contractus, iſti autem non poſſunt teſtificari de iſto cōtractu, ſed de copula carnali, quam uident, ergo.

¶ Vnde ad rationem dubitandi reſpōdetur, quod reſpectu contractus matrimonij ſolum eſt præſentia phyſica parochi & teſtium, reſpectu vero copulæ eſt præſentia moralis, ſolum enim poſſunt teſtificari de copula & non de contractu, unde poſt Concil. Triden tale matrimonium nullum erit.

¶ Ad

¶ Ad cõfirmationem eſt maior difficultas. Nam ad rationem matrimonii veram poſt Concil. Trident. ſufficit præſentia moralis parochi, & teſtium reſpectu expreſſionis externæ cõſenſus interioris, quæcunq; ſit illa, ſiue conſenſus exprimatur uerbis, ſiue alijs ſignis, ſed in præſenti caſu eſt præſentia moralis parochi & teſtium reſpectu expreſſionis externæ interioris conſenſus, nã eſt ſufficiens ſignum expreſsiuum interioris conſenſus: ergo eſt verum matrimoniũ.

¶ Ad hæc difficultatem & ad confirmationem reſpondetur, quod quãuis copula carnalis ſit ſufficiens ſignum interni cõſenſus, tamen non eſt per ſe ſignum talis conſenſus, nec regulariter ſignũ, ſicut ſunt uerba, & nutus, & alia huiuſmodi ſigna quæ p ſe, & regulariter ordinantur ad exprimendos interiores conſenſus: ex tenore vero Cõcilii Tridẽtini eſt neceſſaria præſentia moralis parochi & teſtiũ, reſpectu alicuius ſigni externi interioris cõſenſus, quod exprimat per ſe & regulariter internum conſenſum, & hoc non contingit in præſenti, & ſic non eſt matrimonium. Quod uerò hoc ſit neceſſarium ex tenore Concilii conſtat: quia Concilium requirit huiuſmodi præſentiã, vt poſsint teſtificari de cõtractu, ad hoc autem neceſſarium eſt, quod fiat contractus per aliqua ſigna quæ per ſe & regulariter ordinentur ad contractum: copula autem carnalis non ordinatur ad contractum celebrandum.

QVAESTIO XLVII. De conſenſu coacto.

DEinde conſiderandũ eſt de conſenſu coacto & conditionato. Circa quod quęruntur ſex. Primò, utrum aliquis conſenſus poſſit eſſe coactus. Secundò, utrum aliqua coactio cadat in conſtantem uirum. Tertiò, utrum conſenſus coactus faciat matrimonium Quartò, utrum conſenſus coactus faciat matrimoniũ ex parte cogentis. Quintò utrum conſenſus conditionatus matrimonium faciat. Sextò, utrum aliquis poſſit cogi à patre ad matrimoniũ contrahendum.

DE hac materia diſputant Doctores Scholaſtici in 4. diſt. 29. & Iuriſperiti in locis ſuprà citatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum aliquis conſenſus poſſit eſſe coactus.

AD PRIMVM ſic procedi-tur. Videtur quòd nullus conſenſus poſſit eſſe coactus, coactio enim in liberum arbitrium cadere non poteſt ſecundum aliquem ſtatum eius, ut in. 2. lib. diſtin. 25. dictum eſt: ſed conſenſus eſt liberi arbitrij: ergo non poteſt eſſe coactus. Th. 4 diſtin. 29. q. 1 ar. 1. & ſeq.

¶ 2 Præterea. Violentia idem eſt quod coactio, ſed coactio ſecundum Philoſophum eſt, cuius principium eſt extra, non conferente uim paſſo: ſed omnis conſenſus principium eſt intra, ergo nullus conſenſus poteſt eſſe coactus.

¶ 3 Præterea. Omne peccatum conſenſu perficitur, ſed illud quo perficitur peccatum cogi non poteſt, quia ſecundũ Aug. nullus peccat in eo quod uitare nõ poteſt: cũ ergo vis à iuriſtis definiatur, eſſe maioris rei impetus qui repelli non poteſt, uidetur quod conſenſus non poſſit eſſe coactus, vel uiolentus

¶ 4 Præterea. Dominium libertati opponitur, ſed coactio ad dominium pertinet, ut patet in quadam Tullij definitione: dicit enim, quod uis eſt impetus dominantis retinẽs rem intra terminos alienos: ergo uis in liberum arbitriũ non cadit, et ita nec in cõſensũ q eſt actus eius.

SED contrà, illud quod eſſe non poteſt, nõ poteſt aliquid impedire: ſed coactio cõſenſus impedit matrimoniũ, ut in litera dr: ergo conſenſus cogi pt. Præterea in matrimonio eſt quidã cõtractus: ſed in cõtractib: poteſt eſſe uolũtas coacta, unde Legiſlator in integrũ reſtitutionẽ adiudicat, ratum non habẽs qđ ui, metuſue cauſa factũ eſt; ergo & in matrimonio poteſt eſſe conſenſus coactus.

Reſpondeo

RESPONDEO dicendum, ꝙ duplex eſt coactio, vel violẽtia Vna quæ facit neceſſitatem abſolutam, & tale violentum dicitur à Philoſopho violentum ſimpliciter, vt cum quis aliquem corporaliter impellit ad metum. Alia quæ facit neceſſitatem conditionatam, & hanc vocat Philoſophus uiolentum mixtum, ſicut cum quis proijcit merces in mare nè periclitetur: & in iſto uiolento quamuis hoc quod fit, non ſit per ſe voluntarium, tamen conſideratis circũſtantijs hîc & nunc voluntarium eſt: & quia actus in particularibus ſunt, ideo ſimpliciter uoluntarium eſt, ſed ſecundum quid inuoluntarium. Vnde hæc uiolentia vel coactio poteſt eſſe de conſenſu qui eſt actus uoluntatis, non autem pura: & quia hæc coactio fit ex hoc quod timetur aliquod periculum imminens, ideò iſta uis idem eſt, quod metus qui uoluntatem cogit quodam modo: ſed pura vis cadit & incorporalibus actibus. Et quia Legiſlator conſiderat non ſolum interiores actus, ſed magis exteriores, ideo per vim intelligit coactionem ſimpliciter, propter quod uim contra metũ diuidit: ſed nunc agitur de conſenſu interiori in quem non cadit coactio ſeu uis quæ à metu diſtinguitur, & ideo quantum ad propoſitum pertinet, idem eſt, coactio, quod metus. Eſt autem metus ſecundùm Iuriſperitos, inſtantis uel ſuturi periculi cauſa, mentis trepidatio. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta: nam primæ rationes procedunt de coactione prima, ſecundæ, de ſecunda.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Conſenſus poteſt eſſe coactus ſecundum quid, non autem ſimpliciter.

¶Secunda cõcluſio. In præſenti quæſtione pro eodem accipitur ex metu aut uiolentia aliquid fieri, quanquam apud Iuriſperitos diſtinguantur.

¶Tertia concluſio. Metus eſt inſtantis vel futuri perculi cauſa, mentis trepidatio.

A CIrca iſtum articulum eſt aduertendum, ꝙ coactio eſt duplex. Vna ſimpliciter, alia uerò ſecũdum quid, & conditionata. Coactio ſimpliciter eſt, quando aliquis ſimpliciter & omnibus modis cogitur: coactio verò ſecũdum quid eſt, quando aliquis non cogitur ſimpliciter, ſed ſuppoſita aliqua conditione, & hoc ſecundo modo poteſt aliquis cogi ad matrimonium, non vero primo modo. Vidẽda ſunt quæ dicuntur de coactione in 1.2.q.6. art. 5. & 6. ibi enim Diuus Thomas docet, quod uoluntas non poteſt cogi quantum

B ad actus elicitos.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum aliqua coactio cadat in conſtantem virum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ coactus metus non cadat in conſtãtem uirum: quia

C *de ratione conſtantis eſt, quòd non trepidet in periculis, cum ergo metus ſit trepidatio mentis, ratione periculi imminentis, uidetur quòd non cogatur metu.*

¶ 2 *Præterea. Omnium terribiliũ finis eſt mors, ſecundum Philoſophum in 3. Eth. quaſi perfectiſſimum inter terribilia, ſed conſtantes nõ coguntur morte, quia fortis etiam pericula mortis ſuſtinet: ergo nullus metus cadit in conſtantem uirum.*

D ¶ 3 *Præterea. Inter alia pericula, præcipuè à bonis timetur periculum famæ, ſed timor infamiæ non reputatur timor cadens in conſtantem uirum, quia vt dicit lex, timor infamiæ non continetur illo edicto, quod metus cauſa factũ eſt: ergo nec aliquis alius metus cadit in conſtantem uirum.*

¶ 4 *Præterea. Metus in eo qui metu cogitur, peccatum relinquit: quia facit eum promittere quod non vult ſoluere, & ſic facit eum mentiri: ſed non eſt conſtantis aliquod peccatum etiam minimum*

c. cũ dilectus, de his q̃ ui. l. nec timorẽ, l. ego puto, l. iſti quidem, ff. de his quæ ui.

nuntur in cap. cum dilectus, de his quæ vi A fiunt, & in l. nec timorem, & in l. ego puto. & in l. iſti quidẽ, ff. de eo quod metus cauſa, & inter alia numerantur periculum ſtupri quod imminet puellæ, & uitium Sodomiæ, ſi immineat puero, ſupplicia, & uerbera.

¶ Dubium tamen eſt de infamia, de qua D. Thom. ad tertium docet, quod non eſt annumeranda inter mala grauia. Syluester verò, verbo, metus, §. 4. docet, quod infamia facti, & non iuris non eſt graue malum, & ita intelligit D. Tho. ceterum infamia iuris quæ infertur per ſententiam iudicis, eſt gra B ue malum: quem ſequuntur alii, ut Magiſter Sotus in. 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 2. in fi. Fortaſſis tamen melius dicetur, quod quãdo infamia eſt talis quod facili opera recuperari poteſt, non eſt graue malum quod cadat in conſtantem virum: quando uero infamia eſt talis quod facili opere non poſſe recuperari, tunc eſt graue malum quod poteſt cadere in conſtantem virum. ¶ Secunda conditio eſt, quod illud malum probabiliter credatur inſtare & imminere, & quod reuera eueniet, nõ tamen eſt neceſſarium quod talis metus ſit licitus & ſanctus. C Nam ſi quis metu mortis fornicetur, talis metus eſt illicitus, tamen cadit in virum cõſtantem. Vnde non eſt recta definitio quæ aſſignatur ab aliquibus metus grauis, quòd ſit ille cui non cedit vir fortis. & cõſtans in malum: nam quamuis reuera ita ſit, quod ille dicitur vir fortis & conſtans coram Deo, qui nulla de cauſa facit malum, & propter hanc rationem D. Tho. in artic. ita definiat metum grauem, tamen ad uidendũ an matrimonium teneat vel nõ teneat, non debemus conſiderare, an metus ſit licitus vel illicitus, ſed an malum quod imminet ſit D graue vel leue. Cætera omnia videnda ſunt in loco citato.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conſenſus coactus tollat matrimonium.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd conſenſus coactus tollat matrimonium: quia ſicut ad matrimoniũ requiritur conſenſus, ita ad baptiſmum requiritur intentio: ſed coactus timore ad recipiendum baptiſmum recipit ſacramentum, ergo coactus ad conſentiendum aliquo timore, matrimonio obligatur.

¶ 2 *Præterea. Violentum mixtum ſecundum Philoſophum plus habet de voluntario, quam non voluntario: ſed non poteſt aliter conſenſus eſſe coactus, niſi per violentum mixtum: ergo non omnino excluditur uolũtarium, & ita adhuc eſt matrimonium.*

¶ 3 *Præterea. Ei qui conſentit in matrimonium coactus, conſulendum uidetur, quod in matrimonio illo ſtet, quia ſpeciem mali habet promittere, & non ſoluere, à quo Apoſtolus vult nos abſtinere: hoc autem non eſſet, ſi conſenſus coactus omnino matrimonium tolleret: ergo, &c.*

SED contra eſt, quòd Decre. dicit. Cùm conſenſus locum non habeat, ubi metus, vel coactio intercedit, neceſſe eſt, vt ubi communis conſenſus requiritur, coactionis materia repellatur: ſed in matrimonio requiritur communis conſenſus, ergo, &c.

¶ Præterea. Matrimonium ſignificat coniunctionem Chriſti ad eccleſiam quæ fit ſecundum libertatem amoris: ergo non poteſt fieri per conſenſum coactum.

RESPONDEO dicendum, quòd vinculũ matrimonij eſt perpetuũ, unde illud quòd perpetuitati repugnat matrimoniũ tollit: metus aũt qui cadit in conſtãtẽ virũ perpetuitatem contractus tollit, quia poteſt repeti reſtitutio in integrũ, & ideò hæc coactio tollit matrimoniũ, & non alia: conſtans autem vir iudicatur virtuoſus qui eſt menſura in omnibus operibus humanis, vt Philoſophus dicit in. 3. Ethi. Quidam autem dicunt, quod ſi adſit conſenſus quamuis coactus interius, eſt matrimonium quantum ad Deum. ſed non quantum ad ſtatum eccleſiæ quæ præſumitur ibi non fuiſſe cõſenſum interiorem propter

pter metum. Sed hoc nihil eſt, qa eccleſia non debet præſumere de aliquo peccatum quouſque probetur, peccauit aũt ſi dixit ſe conſentire & non conſenſit, un de eccleſia præſumit eum cõſenſiſſe, ſed iudicat conſenſum illum, extortum, non eſſe ſufficientem ad faciendum matrimonium.

AD primum ergo dicendum, quòd non eſt cauſa efficiens ſacramenti in baptiſmo ſed ſolum efficiens actionem agentis ſed conſenſus eſt cauſa cauſæ efficiẽs in matrimonio, & iõ non eſt ſimile.

AD ſecundum dicendum, quòd matrimonium non ſufficit quodcunque uoluntarium, ſed voluntarium completè: quia debet eſſe perpetuũ: & ideo per uolitum mixtũ impeditur.

AD tertium dicendum, quod non ſp debet induci ad hoc quod in matrimonio illo ſiet, ſed ſolum quando timetur periculum de diſſolutione, aliàs autem non peccat: quia non ſoluere promiſſa q̃ nolẽs facit, nõ eſt ſpecies mali.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio. Cõſenſus coactus per coactionem quæ cadit in virum cõſtantem nõ efficit verum matrimoniũ, tamen conſenſus coactus per metũ leuem non annullat matrimonium. Ratio D. Th. in corpore deſumitur ex perpetuitate matrimonii cui repugnat talis coactio, nã nullum violentum eſt perpetuum, ut conſtat ex ordine naturali. ¶ In ſolutione ad ſecundum adnotandum cum D. Th quod ad matrimonium non ſufficit quodcunque uolũtarium, ſed voluntarium completum, cum debeat eſſe perpetuum: vnde uoluntarium mixtum non ſufficit ad matrimonium.

CIrcà illum articulum eſt prima difficultas illaque grauiſſima, Vtrũ metus & coactio quæ cadit in virũ cõſtantem irritet matrimonium & quo iure. Et uidetur, quòd irritet matrimoniũ. ¶ Primò arguitur ex doctrina D. Th. in hoc articulo, in quo apertè definit, quod matrimonium factum per metum cadentem in

A virum conſtantem nullum eſt. Hoc etiam conſtat ex ratione illius quæ uidetur conuincere, quòd matrimonium factum per metum cadentem in virum conſtantem eſt irritum & nullum iure naturali, quia ratio illius deſumitur ex natura matrimonii cui eſt intrinſeca perpetuitas, & ſic repugnat coactio: ergo matrimoniũ ita factum nullũ eſt iure naturali ſm doctrinam D. Thomæ.

¶ Secundò arguitur. Matrimonium ex natura ſua ordinatur ad mutuum obſequiũ & mutuum amorem inter virum & fœminam, & ad commodam educationem pro-

B lis, vt iam ſæpe dictum eſt, ſed coactio quæ cadit in uirum conſtantem excludit iſtos fines: ergo matrimonium ſic factũ eſt irritum, & nullum iure naturali. Minor probatur. Matrimonium ſic factum non poteſt eſſe cauſa mutui amoris, & ex conſequenti nõ poteſt eſſe commoda educatio prolis. Confirmatur argumentum. Matrimonium eſt uinculum perpetuum, & indiſſolubile ex natura ſua, ut iam dictum eſt, ſed violentia & coactio repugnat perpetuitati matrimonii, nullum enim violentum eſt perpetuum: ergo matrimonium celebratum cum

C tali violentia, irritum eſt & nullum etiam iure naturali.

¶ Tertiò arguitur. Omnes alij cõtractus qui celebratur, per talem metum cadẽtem in uirum conſtantem ſunt irriti, & nulli, ẽt iure naturali: ergo multo magis matrimonium. Conſequentia eſt euidens. Nam contractus matrimonii inter omnes alios contractus debet eſſe maximè voluntarius, cũ cauſet uinculum perpetuum. Antecedens uero probatur in contractu emptionis & venditionis, & in donatione quæ fit latroni per metum cadentem in cõſtantem uirum:

D talis enim contractus, & donatio nulla eſt, etiam iure naturali, & latro tenetur reſtituere id quod accepit.

¶ Quarto arguitur. Quando matrimoniũ celebratur per coactionẽ cadentem in cõſtantẽ uirum, & per maximam iniuriam extrinſecus illatam, fit maxima iniuria contrahenti, ut manifeſtè conſtat, ergo tale matrimonium eſt inualidum etiam iure naturali. Probatur conſequentia. Quia omnis cõtractus in quo fit iniuria inualidus eſt etiã iure naturali. Cõfirmatur argumẽtũ. Omnis iniuria eſt reſarcienda iure naturali: ſed ſi matrimoniũ coactũ per iniuriam extrinſecus

ſecus illatam eſſet validum iure naturali,ta lis iniuria non poſſet reſarciri:ergo non eſt validum etiam iure naturali. Minor probatur. Si vinculum illud iure naturali eſt validum,cum ſit perpetuum,non poteſt excogitari aliquis modus quo reſarciatur illa iniuria.

¶Quintò arguitur. Votum ſimplex vel ſolenne factum per metum cadentem in vi rum conſtantem eſt inualidum etiam iure naturali:ergo etiam matrimonium. Conſequentia eſt bona ex paritate rationis. Antecedens verò probatur. Eccleſia irritat & annullat talia vota, at eccleſia non habet autoritatem irritandi ea quæ ſunt de iure naturali,vt conſtat: ergo talia vota non ſunt valida iure naturali. ¶Confirmatur argumentum. Præcepta quæ ſunt de iure naturali ſunt indiſpenſabilia ex natura ſua, vt docet D.Thom. in 1. 2. quæſtio. 100. ar. 8. ſed eccleſia diſpenſat in votis quæ fiunt per metum cadentem in virum conſtantem, ergo talia vota ſunt inualida iure naturali.

¶Sexto arguitur. Metus cadens in virū conſtantem tollit omnino voluntarium: ergo matrimonium factum per talem metū eſt irritum & nullum,etiam iure naturali. Conſequentia eſt euidens. Quia ad rationem matrimonii requiritur voluntarium, vt conſtat. Antecedens verò probatur primò. Si quis non corripiat fratrem propter metum cadentem in virum conſtantem, quando alias tenebatur corripere,non peccat mortaliter, vt dicunt omnes Theologi in materia de correctione fraterna: ergo ſignum eſt,quod illud non fuit voluntarium nam ſi eſſet voluntarium non corripere, peccaret mortaliter. Secundò probatur antecedens. Si aliquis metu mortis reddat alicui depoſitum gladium ad occidendū aliū, non peccaret mortaliter, vt dicunt Theologi in materia de reſtitutione, tamen ſi eſſet ſimpliciter voluntarium,peccaret mortaliter: ergo matrimonium factum per talem metum non eſt ſimpliciter voluntarium. Minor probatur. Reddere depoſitum gladium ad occidendum alium,eſt intrinſecè malum & iniuſtum: ergo ſi fiat voluntariè erit peccatum. ¶Confirmatur argumentū, & explicatur. Fornicatio quia eſt intrinſecè mala nunquam poteſt licitè fieri, ſi adſit voluntarium: ſed reddere depoſitum gladiū

A ad occidendum alium,eſt intrinſecè malū: ergo non poteſt licite fieri,ſi adſit voluntarium:ergo cum tunc licite fiat,ſignum eſt, quod non eſt voluntarium.

In oppoſitum eſt primo. Metus cadens in virum conſtantem non irritat matrimonium iure naturali, nec iure humano:ergo tale matrimonium nullo modo eſt irritum. Conſequentia eſt euidens. Antecedens uero probatur. Et q̄ non irritet illum iure naturali conſtat,nam ſtando in iure naturali conſenſus voluntarius utriuſq; partis ſufficit ad matrimonium,in præſen-

B ti vero reperitur conſenſus uoluntarius, ut conſtat:ergo. Sed q̄ nō ſit irritum iure humano probatur. Si in aliquo loco irritaretur matrimonium per ius humanum eſſet in illo cap. cum locum, de ſponſalibus, ſed in illo capite ſolum decernitur, q̄ matrimonium eſt nullum & irritum quando deficit conſenſus,vt conſtat,ait enim: Cum locum non habeat cōſenſus ubi metus uel coactio intercedit;ergo matrimonium vbi adeſt cōſenſus extortus per metū cadentē in uirū conſtantem,non eſt irritum iure humano. c. cum locum, de ſponſal.

Secundo arguitur. Si tale matrimonium

C eſſet irritū & inualidum, illud eſſet uel pp defectum libertatis, uel propter illatam iniuriā, ſed neutrum horū ſufficit ad irritādū matrimoniū, ergo matrimonium ſic contra ctū non eſt irritum & nullū. Minor probatur. Et q̄ nō ſit irritū propter defectū libertatis conſtat,nam aliæ paſſiones præter metum minuunt libertatē,quæ tamen nō irritant,nec diſſoluunt matrimoniū. Et q̄ non ſit irritum propter iniuriam illatam probatur, qa aliæ iniuriæ poſſunt homini accidere,quæ tamen non irritant matrimonium.

¶Tertio arguitur. Vt iam dictum eſt in

D q. præced. art. 1. Iuramentum ſuperueniens nō inducit nouū vinculū,ſed confirmat p̄cedens,at ſi adueniat iuramentū matrimonio facto per metū cadentē in virum conſtantē tale matrimonium eſt validum, vt videtur determinare multa iura quæ adducentur infra;ergo ſignum eſt,q̄ antea erat validū.

¶Quarto arguitur. Si omnia talia matrimonia ſint irrita, & nulla, ſequitur q̄ uir pius iniuſtè oppreſſus peccet mortaliter peccato ſacrilegij proferēdo illa verba, Ego te accipio in meā. Cōſequēs aūt eſt duriſſimum,ergo. Sequela probatur. Quia profert formam ſupra materiam indebitam, vt cōſtat,

ſtat, ergo erit ſacrilegus, & ita vir pius in tali caſu nulla ratione poſſet euadere.

¶ Quinto arguitur. Si innocens compellatur, ut matrimonium contrahat, & ſimul conſummet, uel ille poteſt libere conſummare uel non: ſi poteſt conſummare, ergo matrimonium antea fuit ualidum, ſi nō poteſt, ergo nulla ratione poteſt cauere iniuriam illatam etiam ſi uelit acquieſcere, quod eſt magnum inconueniens; ergo.

IN hac difficultate propter poſita argumenta ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſententia eſt, quod matrimonium factū per metum cadentem in uirū cōſtantē ualidum eſt iure naturali & humano, ēt ſi metus ſit iuſtus. Dicit tamen quod tale matrimonium uenit reſcindēdū actione quod metus cauſa. Hanc ſententiā tenet Cardinalis in ca. Abbas. de his quæ ui metusue cauſa fiūt, ut refert Syln. uerbo matrimonium. 8. §. 11. Hæc tñ ſētētia eſt falſa, quia matrimoniū quod ſemel eſt ualidum iure diuino & naturali nō pōt reſcindi per autoritatem eccleſiæ, cum matrimoniū ſit uinculum perpetuum irreuocabile, in quo differt contractus matrimonij ab alijs contractib. nam alii contractus cauſant dñium reuocabile, matrimoniū uero irreuocabile.

¶ Sc̄ūda ſententia, eſt huic oppoſita, quod matrimonium celebratum per metum cadentem in virum conſtantem inualidū eſt etiā iure naturali. Et qui tenent iſtā ſententiam dicunt, quod cum eccleſia irritat tale matrimonium nihil aliud facit, quàm declarare ius naturale ſecundùm quod illud matrimonium eſt nullum. Hanc ſententiā tenet Scotus in. 4. diſt. 29. q. 2. & Duran. ibidem. Gabriel in. 4. diſt. 39. q. 1. & Magiſter Sotus in 4. diſt. 29. q. 1. artic. 3. & in eadē ſententia fuit Magiſter Victoria, vt dicunt eius diſcipuli: & mouebatur quarto argumento facto in principio cùm ſua confirmatione: eandem ſententiam tenent multi alii Theologi.

¶ Tertia ſententia eſt veluti media quā ego exiſtimo veram, & explicabitur aliquibus concluſionibus, ſi tamen priùs apponantur aliqua fundamenta.

¶ Supponendum eſt primò, quòd in hac difficultate loquimur quādo reuera habuit conſenſum ille qui contrahit, licèt ille conſenſus extortus ſit per iniuriam, etenim ſi nullum habuit cōnſenſum, ſed contraxit ficte, manifeſtum eſt, non fuiſſe matrimo-

A nium, ēt ſtando in iure naturali: nā vt iam dictū eſt) cōſenſus eſt cā efficiens matrimonii. Hic verò quærimus, qñ aliquis voluntariè ſimpliciter conſentit, inuoluntariè aūt ſecundū quid, vt ille qui proiicit merces in mare: an tunc ſit ualidum matrimonium.

¶ Secundo. Supponendum eſt, quod metus grauis poteſt eſſe illatus à duplici cauſa, videlicet à cauſa naturali, vt à naufragio vel à peſte, vel à graui infirmitate. poteſt ēt eſſe illatus à cauſa libera & extrinſeca, vt ab homine. Metus verò qui infertur à cauſa libera extrinſeca poteſt inferri dupliciter. Primo modo iuſtè, vt cùm iudex iuſte comminatur alicui mortē vel aliud graue ſupplicium. Secundò modo iniuſtè, vt cum per

B ſona priuata comminatur alicui mortem. Metus verò grauis illatus à cā libera extrinſeca, pōt inferri vel extorquendo conſenſum vel non extorquendo. nā cum infertur ad extorquendum conſenſum, directe ordinatur ad matrimoniū, cum autem non infertur ad extorquendum cōſenſum, ordinatur per accidens ad matrimonium: ſiquidem ad aliud ordinabatur. Supponenda ēt ſunt quæ diximus in articulo præcedenti.

QVibus poſitis eſt prima cōcluſio. Matrimonium factum per metum grauem cadentem in virum conſtātem, nō eſt

C irritū iure naturali vel poſitiuo, ſi talis metus proueniat à cauſa naturali. v. g. aliquis metu mortis perturbatus ducit in vxorem quā habuit concubinam, tale matrimoniū eſt ratum & validum, vel ſi illud faciat metu naufragii vel peſtis. Hęc cōcluſio probatur primò ex conſenſu omnium hominū, omnes enim exiſtimant tale matrimonium eſſe validum. Confirmatur argumentum. Matrimonium contractum ex metu inferni eſt validum & ratum, & oppoſitum aſſerere eſſet ſtultū & erroneum, tamē talis metus eſt mali grauiſsimi, vt conſtat: ergo etiam erit matrimoniū validum in no-

D ſtro caſu. cum ſit omnino eadem ratio. ¶ Secundo probatur concluſio. Si quis motus tali metu faciat votū de re aliqua ſacra, illud eſt validum, vt diffinitur in c. ſicut, 2. de regularibus, ergo idem erit de matrimonio. Probatur conſequentia. Nam eſt omnino eadem ratio. ¶ Tertiò probatur concluſio. Vt dicemus ſtatim, matrimonium factum per metum cadentem in virum cōſtantem ſolùm eſt irritū iure humano poſitiuo, ſed in

ca ſicut. 2. de regularib.

in iure humano poſitiuo exigitur, quod conſenſus ſit coactus: ergo in noſtro caſu uerum eſt matrimonium. Probatur conſequentia. Quia in caſu noſtræ concluſionis non eſt coactio, cum nulla vis inferatur. Minor verò probatur ex cap. cum locum, de ſponſal. & ex aliis capitulis in quibus dicitur, quod conſenſus locum non habet, ubi coactio intercedit.

c. cū locum. de ſponſalibus.

¶ Secunda concluſio. Matrimonium factum per metum grauem cadentem in virum conſtantem, ſi metus ſit illatus à cauſa libera iuſtè: ualidum eſt, & ratum iure naturali, & poſitiuo. V. G. condemnatur aliquis à iudice iuſtè ad mortem propter homicidium, condemnatus verò vt ſatisfacta parte euadat mortem, ducit in vxorem conſanguineam occiſi, iſte talis ſi metu mortis contrahat: verum efficit matrimonium.

¶ Hæc concluſio probatur primò ex vſu totius Reipublicæ Chriſtianæ, ita enim ſæpiſſimè fit in Reipublica Chriſtiana, & omne exiſtimant illum contractum eſſe verum matrimonium: ergo.

¶ Secundo probatur. In hoc matrimonio nulla fit iniuria contrahenti, nam iuſtè condemnatus eſt ad mortem: ergo ſtando in iure naturali nulla eſt ratio quare illud matrimonium ſit nullum, ac ſubinde ius poſitiuum non debet illud irritare, cum nulla ſit ratio ut irritetur.

¶ Tertiò probatur. In tali caſu metus mortis iam erat certus, & non eſt incuſſus ad extorquendum conſenſum, ſed quando metus eſt per accidens, non impedit matrimonium: ergo. Confirmatur argumentum. Offerre ei occaſionem vitæ non eſt cogere ad matrimonium, ut conſtat, ſed matrimonium ſolùm eſt irritum, & nullum quando adeſt coactio: ergo in tali caſu non eſt irritum & nullum.

¶ Tertia concluſio explicatiua præcedentis. Matrimonium contractum per metum incuſſum à legitima poteſtate ad extorquendum conſenſum, validum eſt, quod intelligitur, ſi talis poteſtas iuſtè, & iuridicè procedat, non verò ſi vi opprimat, V. G. eſt accuſatus aliquis de ſtupro virginis, iudex verò ei comminatur mortem, niſi illam in vxorem ducat, & ille ducit illam

A in vxorem: verum efficit matrimonium.

¶ Hæc concluſio probatur primò ex. L. continet, §. ſed vim. ff. de eo quod metus cauſa, quæ dicit, quòd uis quam magiſtratus rectè intulit iure licito, non vitiat contractum, ſed in hoc caſu iudex rectè intulit vim: ergo contractus matrimonialis validus fuit.

L. cōtinet. §. ſed vim. ff. de eo qđ metus cauſa.

¶ Secundò probatur. Eccleſia per cenſuras, & alias grauiſſimas pœnas quæ poſſunt incutere metum cadentem in uirum conſtantem aliquando cogit, vt ſponſalia per matrimonium perficiantur, & tamen

B ſi tale matrimonium eſſet nullum, eccleſia ſibi ipſi eſſet contraria: ergo tale matrimonium ualidum eſt.

¶ Ex hac concluſione ſequitur, quod quando iudex condemnat aliquem reum iuſte ad mortem propter homicidium, & non vult condonare, niſi ducat filiam occiſi in vxorem, & condemnatus contrahit cum illa, verum efficit matrimoninm: nam à legitima poteſtate, & iuſte incutitur talis metus.

¶ Sed tamen adhuc eſt dubium circa dicta in hâc concluſione, an ſi parentes com-

C prehendant oppreſſorem virginis, & dicant, quod niſi eam ducat vxorem pertrahent eum ad iudicem, tale matrimonium ſit ualidum, ſi nulla penitus alia vis inferatur. Dixi, ſi nulla penitus alia vis inferatur nā ſi infertur iniuſte vis quæ cadere poſſit in virū cōſtantē, nullnm erit matrimoniū.

¶ In hoc dubio Magiſter Sotus loco citato tenet, quod non erit matrimoniuni quamuis conueniat in hac vltima concluſione, & corollatio. Nihilominus tamen mihi videtur dicendum, quòd eſt probabiliſſimum in hoc caſu eſſe uerum matrimonium. Ratio eſt. Poſtquam coniectus eſt

D in carcerem, & eſt ſententia lata contra eū, matrimonium eſt firmum: ergo etiam in noſtro caſu. Probatur conſequentia. Nam vtrobique eſt legitimus metus, & nulla fit iniuria.

¶ Quarta concluſio. Metus grauis illatus à cauſa libera iniuſtè, non tamen extorquendo conſenſum, non irritat matrimonium: itaque ſi violentia per accidens ſe habet ad matrimonium validum eſt matrimonium. V. G. Si quis contraxit matrimonium cum captiua me-

tu mortis ſi hoſtes ingrediantur ciuitatem item ſi metu latronum acciperet vxorem filiam uiri fortiſſimi qui illam à latronib. defenderet: item gerit aliquis inimicitias cum gente aliqua, & veroſimiliter timet mortem, & ut conciliet amicitiam ad euadendum mortem ducit in uxorem conſanguineam illorum, in omnib. iſtis caſibus validum eſt matrimonium.

¶ Hæc concluſio probatur primò. Votū emiſſum ab eo qui commoratur inter Turcas, vt liberetur ab eis, ualidum eſt, ſi non extorqueatur conſenſus per iniuriam: tamen tale votum fit per metum grauem incuſſum per iniuriam: iniuſtè enim detinetur inter Turcas. ergo matrimonium in noſtro caſu validum erit.

¶ Confirmatur. Si quis faciat votum B. Virgini vt liberetur ab inuaſore, illud votum eſt validum: tamen fit per metum grauiſſimum illatum per iniuriam, ergo idem erit de matrimonio.

¶ Secundò probatur concluſio. Leges humanę ſolum dirimunt matrimonia, quæ procedunt & conſenſu coacto per iniuriā, ſed ille conſenſus in iſtis caſibus non eſt extortus per iniuriam, nam iniuria per accidens ſe habet ad matrimonium, ergo tale matrimonium eſt validum.

¶ Confirmatur hæc ratio. Talis metus iam erat, etiam ſi matrimonium non ſuperueniſſet, ac proinde ita ſe habebat ille metus, ac ſi incuſſus eſſet à cauſa naturali, ſed ſi oriretur ex cauſa naturali, non eſſet irritum matrimonium, ergo nec eſt irritum in iſto caſu.

¶ Sequuntur concluſiones, quæ directè reſpondent ad quæſtionem. Quinta concluſio. Metus grauis qui cadit in virum cōſtantem illatus à cauſa libera iniuſtè extorquendo conſenſum non irritat matrimonium ſtando in iure naturali. Hanc ſententiam tenent Palud. & Ricar. in diſt. citata, quàm ſequuntur communiter interpretes D. Thomę.

Primò probatur concluſio ex D. Augu. (cuius ſententia refertur 22. q. 4. c. inter cætera.) vbi docet Aug. quòd tale matrimonium eſt validum & ratum: debet verò intelligi ſtando in iure naturali. Nam alia explicatio adhiberi ſolet ab aliquibus, ſ. quod loquitur de matrimonio coacto iuramen-

ca. inter cætera, 22. q. 4.

A to confirmato, & quòd quāuis matrimonium coactum nullum ſit, ſi tamen confirmetur iuramento eſt validum, ſicut dicitur de promiſſione facta latroni: nulla eſt: quia (vt infra dicemus) matrimonium quod nullum eſt iure poſitiuo, etiam ſi confirmetur iuramento nullum eſt: matrimonium enim clandeſtinum quantumcunque confirmetur iuramento, irritum eſt & nullum ergo ſi matrimonium coactum irritum eſt & nullum ſtando in iure naturali, etiam ſi iuramento confirmetur irritum eſt, & nullum.

¶ Secundò. Si baptiſmus ſuſcipiatur ab aliquo propter metum cadentem in virum B conſtantem validus eſt: ergo idem erit de matrimonio ſtando in iure naturali. Probatur conſequentia. Quia ſicut matrimonium inducit vinculum perpetuum, ita etiam ſuſceptio baptiſmatis. Et ſolutio D. Thom. hic ad primum, in qua dicit, quòd aliud eſt de ſuſcipiente baptiſmum, aliud verò de contrahente: nam ſuſcipiens baptiſmum habet ſe paſſiuè, & ita non requiritur ex parte illius ita exactum voluntarium, qui verò contrahitur, habet ſe actiuè, & ita requiritur ex parte illius plenum voluntarium, hæc, inquam, ſolutio quamuis ſit optima cōgruentia ad ex- C plicandum quod factum eſt iure poſitiuo, non tamen conuincit ſtando in iure naturali, quia ſi aliquis metu mortis uelit aliquem baptizare actiuè, reuera tenet ſacramentum, tamen baptizans habet ſe actiuè, ergo licet contrahens actiuè concurrat ad matrimonium, ualidum erit ſtando in iure naturali.

¶ Tertiò probatur concluſio. Si tale matrimonium eſſet inualidum ſtando in iure naturali, uel eſſet quia talis metus tollit libertatem, vel propter iniuriam illatam, ſed vtrumque eſt falſum, ergo. Minor probatur D quantum ad primum. Nam ſi metus grauis proueniat a cauſa naturali non tollit libertatem, & tale matrimonium eſt ualidū in omni iure, ergo ſi proueniat metus grauis à cauſa libera non tollit libertatem, & tale matrimonium erit ualidum iure naturali. Probatur conſequentia. Quia quod metus grauis proueniat a cauſa naturali, uel a cauſa libera non facit, quod tollat magis uel minus de libertate.

¶ Con-

¶Confirmatur hæc probatio minoris. Malum leue reſpectu hominis meticuloſi ita graue eſt, ſicut malum grauiſſimum reſpectu hominis fortis & conſtantis, ſed malum leue non tollit libertatem ab homine meticuloſo, ergo nec malum graue ab homine forti. Minor verò probatur quãtum ad hoc quòd matrimonium non ſit inualidum ratione iniuriæ illatæ. Tanta iniuria infertur homini meticuloſo per malum leue, ſicut homini forti per malum graue, ſed matrimonium celebratum per metum leuem non eſt irritum iure naturali, etiam ſi celebretur ab homine meticuloſo, ergo nec matrimonium celebratum per metum cadentem in uirum conſtantem erit inualidum ratione iniuriæ illatæ.

¶Confirmatur hæc probatio. Demus ꝙ aliqui cogant hominem ad contrahendum cum muliere quæ ad illos nihil pertinet, tunc ſic. Illud matrimonium fit ſine aliqua iniuria ex parte mulieris cum qua contrarit, tamen eſt celebratum per metum cadentem in conſtantem virum & eſt nullũ, vt dicemus, ergo tale matrimonium non eſt irritum ratione iniuriæ.

¶Quarto probatur concluſio. Voluntas eficax ad transferendum dominium ſui corporis ſufficit ad matrimonium ſtando in lege naturæ, ſed talis voluntas poteſt eſſe ſtante quocunq; metu, vt manifeſtè cõſtat, ergo tale matrimonium eſt validum ſtãdo in iure naturali. Maior verò eſt manifeſta.

¶Ex hac concluſione colligitur manifeſtè, quod modo apud infideles qui non ſubduntur legibus canonicis valida ſunt matrimonia quantumuis coacta per metum cadentem in virum conſtantem.

¶Sexta concluſio. Matrimonium celebratum per metum cadentem in virum cõſtantem, quando metus infertur per iniuriam extorquendo conſenſum, irritum eſt & nullum iure humano poſitiuo. Hæc concluſio probatur ex definitione eccleſiæ in cap. cum locum, & in cap. veniens 2. & in c. conſultationi tuæ, de ſponſalibus & matrimoniis. in quibus locis huiuſmodi matrimonia dicuntur irrita & nulla, quod explicabitur amplius infra. Ratio verò quare huiuſmodi matrimonia ſunt irrita iure humano eſt manifeſta. Nam matrimonium (vt dictum eſt, & vt docet D. Thom. in artic.) eſt vinculum perpetuum & indiſſolubile, violentia verò repugnat perpetuitati matrimonii, cum nullum violentum ſit perpetuum: ergo.

ca. cũ locũ, c. ueniens 2. c. conſultationi tuæ, de ſponſ.

¶Confirmatur. Contractus matrimonii ex natura ſua ordinatur ad mutuum amorem inter virum, & fœminam, & ad procreationem filiorum, ſi verò matrimonium ſit coactum per metum cadentem in virum conſtantem, hæc omnia fieri commode non poſſunt: ergo iuſte & ſancte eccleſia irrauit.

¶Secunda ratio etiam eſt optima. Matrimonia coacta, quamuis iure naturali non ſint inualida, ſunt tamen iure naturæ prohibita, quoniam in illis fit maxima iniuria, quæ nullo modo reſarciri poteſt, ſi ualida ſunt; ergo maxime conſentaneum eſt iuri naturali, ut irritentur talia matrimonia iure poſitiuo. Aduertendum enim eſt, quòd matrimonia huiuſmodi coacta quamuis valida ſint iure naturali, ſunt tamen prohibita iure naturali, quia ad matrimonium requiritur plena deliberatio, & uoluntaria, & ſpontanea ſtatus aſſumptio, cum matrimonium ſit vinculum perpetuum, coactio verò contrariatur omnibus iſtis; item nam contrariatur fini matrimonii, qui eſt prolis educatio, & mutuum obſequium inter coniuges, & ſic quod matrimonium tale ſit irritum iure poſitiuo habet maximum fundamentum in iure naturali, & eſt illi maxime conſentaneum. Et hoc eſt quod dicitur in dicto capitulo cum locum, & in dicto capitulo conſultationi, quòd coactio repugnat conſenſui, non vult dicere Summus Pontifex, quòd ubi eſt coactio, non ſit conſenſus, nam cum coactione poteſt eſſe ſimpliciter conſenſus; ſed ſignificat, quòd cum coactione non poteſt eſſe conſenſus maxime ſpontaneus, & deliberatus qualis ad matrimonium requiritur.

Dic. c. cũ locũ, & dic. c. cõſultationi.

Circa dicta in hac concluſione dubium eſt, nam ex illa uidetur ſequi, quod in tali caſu contrahens nullo modo poſſit habere conſenſum internum. Conſequens autẽ eſt contra dicta in primo fundamẽto huius dubii; ergo. Sequela probatur. Iſte talis contrahens per metum cadentem in uirũ conſtantem ſcit, quod matrimoniũ eſt nullũ ſup-

poſito iure poſitiuo, & quod eſt impoſſibi- A le eſſe matrimonium: ergo non poteſt habere cõſenſum abſolutum circa matrimoniũ: voluntas enim nõ poteſt eſſe circa illud qđ iudicat impoſſibille. Reſpondetur, quod in illo caſu non eſt impoſſibile habere conſenſum qui de ſe ſit ſufficiens ad matrimoniũ, quamuis hic, & nunc non ſit ſufficiens propter irritationem iuris poſitiui, & hoc eſt quod diximus in fundamento.

¶ Circa hanc concluſionem aduertendũ eſt, quod licet ius naturale ſit inuariabile, & immutabile, vt docet D. Th. in 1. 2. q. 100. art. 8. ipſum tamen ius naturale quædã de- B terminauit in communi, quæ poſtea reliquit determinanda in particulari per ius poſitiuum: vnde cum matrimonium ſit quidam cõtractus iuris naturalis, inde eſt, quod non eſt omnino determinatus a iure naturali, ſed Reſpublica habet autoritatem ab ipſo iure naturali determinandi in particulari modum ipſum contrahendi, ſicut ius poſitiuum poteſt determinare ea quæ ſunt iuris naturalis, vt docet idem 1. 2. q. 95. art. 2. & ſic determinauit ius poſitiuũ, quòd matrimonia contracta per metum cadentem in virum conſtantem nullã eſ- C ſent propter iniuriam irreparabilem, ſi valida eſſent: & quia non eſt conſenſus plenè deliberatus.

¶ Ex hac concluſione, & probatione illius aperte colligitur, quòd matrimonium contractum ex leui metu quantumuis iniurioſo validum eſt in omni iure: quia in capitulis ſupra citatis, ſolum irritatur matrimonium factum per metum grauem, & cadentem in virum conſtantem. Item in capit. veniens, 2. & in. c. conſultationi, præcipit Pontifex examinari, an metus caderet in virum conſtantem ad di- D rimendum matrimonium, tamen ſi leuis metus diſſolueret matrimonium, fruſtra fuiſſet talis examinatio: ergo. Et in. c. de muliere, eodem tit. conſultus Pontifex de quadam violentia illatata an uitiaret matrimonium, reſponſum non dedit, quia non conſtabat de qualitate violentiæ, & tamen ſi omnis uiolentia irritaret matrimonium, aperte eſſet definitio: ergo corollarium eſt certum. Et ratio eſt aperta, nam cauſa matrimonialis fauorabilis eſt: ergo qeandocunque non exprimitur irritum

c. veniẽs. 2. c. conſulcatio ni. đ ſpóſ. c. de muliere. eodem tit.

matrimonium, cenſetur validum, ſed matrimonium ex leui metu contractum non decernitur irritum, ut conſtat ex iam dictis: ergo ſecundum iura eſt ualidum. Quis autem ſit leuis metus penſandum eſt ex dictis in articulo præcedenti, aduertendo quòd aliquis metus poteſt eſſe grauis in fœmina, qui non ſit in viro, & aliquis in viro debili, & infirmo, qui non ſit in ſano.

Quibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principio pro utraque parte, nam quæ ponuntur primo loco procedunt contra quintam concluſionem, & quæ ponuntur ſecundo loco procedunt contra ſextam. ¶ Ad argumenta facta primo loco quatenus procedunt contra quintam concluſionem reſpondetur. Ad primũ dicitur, quod D. Tho. ſupponit determinationem iuris poſitiui, qua ſuppoſita optimè definit, quòd matrimonium ſit nullum ſimpliciter loquendo, & ad hoc adducit rationem, quæ quidem non conuincit, quòd matrimonium ſit nullum ſtando in iure naturali, cum ibi ſit uerus conſenſus, conuincit tamen quòd eſt maximè cõſeutaneum naturæ, illud matrimonium eſſe irritum, & nullum iure poſitiuo. Et quod D. Thomas ſupponat determinationem iuris poſitiui conſtat ex eo, quod ſtatim in argumento, Sed contra, adducit ca. cum locum, ubi irritatur matrimonium factum per metum cadentem in virum conſtantem.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod matrimonium coactum ſtãdo in iure naturali ualidum eſt, quoniam ſimpliciter, & abſolutè eſt voluntarium, & hoc ſatis eſt ad hoc ꝙ illi fines enumerari in argumẽto poſſint haberi: cęterum quoniam non eſt pleuè volũtariũ, ſed habeat aliquid admixtum de non voluntario, & eſt prohibitum iure naturæ, quia non ſequitur ita cõmoda educatio prolis, nec mutuus amor inter virum & fœminam: ideo eccleſia quę habet autoritatem determinandi modum contrahendi, irritauit talematrimonium.

¶ Ad confirmationem reſpondetur, quòd matrimonium coactum ſimpliciter eſt voluntarium, ſicut docet Ariſto. de illo qui proiicit merces in mare, non tamen eſt omnibus modis voluntarium, nam ſecundum quid eſt inuolũtarium: & ad rationem matrimonii ſtãdo in iure naturali, ſufficit hoc uolunta-

uoluntarium quamuis ſit maximũ fundamẽtum (vt ſupra diximus) in ipſo iure naturali, ut irritetur per ius poſitiuum. A

¶ Ad tertium dico, quod alii contractus non ſunt nulli ipſo iure, ſed debent reſolui per forum externũ, itaque ſtante in iure naturali alii contractus etiam ſunt ualidi, & ſufficit illud uolũtarium ſimpliciter ad transferendum dominium, ſi adſit (ut diximus) interior conſenſus: ſtando uero in iure poſitiuo alii contractus nõ ſunt ipſo iure irriti & nulli, ſed ueniunt reſcindendi per iudicem, matrimonium tamẽ eſt ipſo iure nullum. Ratio differẽtiæ deſumitur ex hoc quod matrimoniũ inducit uinculum perpetuum, & ita ſi ſemel eſt ualidum, non, poteſt reſcindi per aliquam poteſtatem humanam, alii vero contractus poſſunt optimè reſcindi. B

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur: quòd non omnis contractus qui fit cũ iniuria eſt inualidus ſtãdo in iure naturali, nam uenditio quæ fit per metum cadentẽ in uirum cõſtantem ualida eſt iure naturali, quamuis debeat reſcindi per forũ externum, tamen fit talis cõtractus cũ maxima iniuria: item emptio, & uenditio quæ fit ab homine meticuloſo propter metuum leuẽ ualida eſt ſtando in iure naturali, ut omnes Theologi dicunt, tamen fit cum maxima iniuria, quia tãta iniuria eſt reſpectu hominis meticuloſi quòd immineat ei malũ leue, ſicut quòd immineat homini forti malũ graue. ¶ Ad cõfirmationem dico, quod multæ ſunt iniuriæ quæ reſarciri non poſſunt ſaltem in eodem genere bonorũ, in adulterio enĩ fit maxima iniuria quæ reſarciri nõ poteſt. Item ſi quis ſuſcipiat baptiſmum per metum cadentem in uirum cõſtantem fit ei grauiſſima iniuria, cum baptiſmus inducat uinculum perpetuum, ſicut matrimonium, tamen hæc iniuria reſarciri nõ poteſt. Denique ſi quis promittat futuras nuptias uirgini & corrumpat illam, & poſtea contrahat cum alia de præſenti, talis facit maximam iniuriam, tamen commode non poteſt reſarciri totaliter, & præcipuè in eodẽ genere bonorũ. Ita in matrimonio coacto fit maxima iniuria contrahenti, tamẽ ſtãdo in iure naturali hæc iniuria cõmode reſarciri non poteſt, ſaltem in eodem genere bonorũ: hęc tñ fuit rõ ꝑp quam ius poſitiuum tale matrimonium irritauit. C D

¶ Ad quintum dico, quod votum factũ per metum cadentem in conſtantem virũ validum eſt iure naturali, habet tamen cauſam quare Summus Pontifex poſſit in illo diſpenſare, & diſpenſatio facta tenet. Aduertendum tamen eſt, quod ille diſpenſat in voto, non diſpenſat in iure naturali, imò non poteſt diſpenſare, de quo in materia de voto: nam ius naturale quod dictat uota eſſe reddenda Deo, ſemper manet indiſpenſabile, nec qui diſpenſat, facit contra hoc ius naturale, ſed tollit vinculum uoti, & ita non manet votum: quod intelligitur de voto ſimplici, nam votum ſolenne factum per metum cadentem in uirum conſtantem, quanuis ſit ualidum iure naturali, ſtando tamen in iure poſitiuo irritum eſt, & non obligat in conſcientia: & per hoc patet ad argumentum & confirmationem.

¶ Ad ſextum argumentum reſpondetur negando antecedens. Et ad primam probationem antecedentis dicitur, quod qui non corripit fratrem propter metum cadentẽ in uirum conſtantem non peccat mortaliter, quamuis voluntariè illud faciat, quoniam non tenetur corripere fratrem cum tanto periculo, & detrimento. Ad ſecundam probationem antecedentis reſpondetur pro nunc quod reddere depoſitum gladium ad occidendum alterum propter metum cadentem in uirum conſtantem volũtarie fit, non tamẽ tenetur non reddere cũ tanto detrimento, & ideo non eſt peccatum. Et quãuis in genere naturæ eodem modo ſe habeat qui reddit depoſitũ gladium ad occidendum alterum propter metum cadentem in uirũ conſtãtem, & qui reddit ſine tali metu: tamen in genere moris diuerſimode ſe habet, nam non tenetur cum tanto detrimento detinere apud ſe depoſitum. ¶ Ad confirmationem reſpondetur, quod fornicatio ſemper eſt intrinſece mala, reddere vero depoſitum gladium eſt intrinſecẽ malum regulariter & communiter, & non ſemper: nam ut (diximus) aliquando poteſt licitè fieri, & ita non eſt eadem ratio.

AD argumenta facta ſecũdo loco quatenus procedũt contra ſextam concluſionẽ reſpondetur. Ad primum quod metus cadens in uirum conſtantem non irritat matrimonium iure naturali, bene tamen iure humano poſitiuo, ut iam di

ctum eſt in vltima concluſione. Et ad probationem in oppoſitum dicendũ eſt, quod in illo cap. cum locum, irritatur matrimonium in quo non eſt omnino voluntarius conſenſus & ſpontaneus, nam ſi deeſſet omnino conſenſus, non eſſet neceſſarium definire, quod non eſſet matrimonium, cum ad matrimonium requiritur conſenſus (vt iam dictum eſt) irritatur igitur matrimonium quod non eſt omnino voluntarium. Et cum dicitur in illo ca. cum locum, non habeat conſenſus, ubi metus uel coactio intercedit, ſenſus eſt, quod ubi coactio uel metus intercedit: non habet locum plenus conſenſus.

Dict. ca. cũ locũ. de ſponſal.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod cauſa adæquata quare matrimonia coacta ſunt irrita; eſt diſpoſitio humani iuris, hæc tamen diſpoſitio habet maximum fundamentum in iure ipſo naturali, ut diximus: tum quia talia matrimonia nõ ſunt plene uoluntaria: tum etiam propter iniuriam illatam. ¶ Et ad probationes in contrariũ eſt dicendum. Ad primam, quod matrimonium in illo caſu non eſt irritum propter defectum libertatis, ſed propter defectum pleni voluntarii cui aduerſatur metus, & coactio: aliæ verò paſſiones quã uis tollant libertatem, augent voluntariũ ut dicitur in 1. 2. quæſtione 6. ſicut amor, & concupiſcentia, quæ potius impellunt animum hominis, & ita augent voluntarium, quod matrimonio eſt conſentaneũ: timor verò quia eſt fuga, potius retrahere videtur, ac proinde ex ſuo genere pugnat cum matrimonio, maximè quando oritur ex uiolentia quę eſt inimica perpetuitatis. Vnde ſi metus ſit à cauſa naturali (ut iam diximus) non irritat matrimoniũ, præcipue quoniam tunc nulla eſt iniuria.

¶ Ad ſecundam probationem dico, quod eſt irritum etiam propter iniuriam illatam quæ aliquo modo aduerſatur matrimonio, & commodè reſarciri non poteſt, ſi ſit ualidum: aliæ verò iniuriæ, quæ contingere poſſunt, non ita aducrſantur matrimonio.

AD tertium argumentum eſt ſecunda difficultas grauiſſima præcedenti annexa, Vtrum matrimonium coactum per metum cadentem in conſtantem uirum ſi ſit iuramento confirmatum, ſit validum in ratione matrimonii vel ſaltem in ratione

A ſponſaliorum de futuro. Et videtur, quod ſit validum hoc modo. ¶ Primo arguitur tertiò argumento facto in dubio præcedenti. Nam (vt dicunt iura) omne iuramẽtum quod poteſt adimpleri ſine periculo ſalutis æternæ, tenemur illud adimplere, vt paret in cap. ſi verò, de iureiurando, ſed hoc iuramentum de matrimonio in hoc caſu ſeruari poteſt ſine periculo ſalutis æternæ, vt cõſtat. ergo obligat in conſcientia. ¶ Confirmatur. Periurium de ſe eſt peccatum mortale, vt conſtat, ſed ſi talis in hoc caſu non contrahat, eſt periurus, nam non adimplet

ca. ſi verò, de iurei.

B iuramentum quod fuit licitum & ſanctum: ergo validum eſt matrimonium in tali caſu, vel ſaltem habet vim ſponſaliorum de futuro ratione iuramenti.

¶ Secundò arguitur. Si Petrus ad ſeruandam propriam vitam promittat latroni cẽtum, & iuramento confirmet promiſſum, tenetur illud adimplere, ergo ſimiliter qui iurauit matrimonium coactum tenebitur poſtea ratione iuramenti facere verum matrimonium. Antecedens conſtat, quia illud iuramentum fuit de re licita. Conſequentia verò probatur, quia ſicut fuit ſecũdum

C regulas prudentiæ promittere centum aureos, & iuramento confirmare promiſſum ad ſeruandam propriam vitam, ita etiam fuit ſecundum regulas prudẽtiæ iurare matrimonium coactum in iſto caſu.

¶ Tertiò arguitur. Qui contraxit matrimonium coactum cum iuramento, tenetur ſeruare illud iuramentum & peccabit mortaliter non ſeruando, ſi non obtineat diſpẽſationem vel relaxationem: ergo tale matrimonium validum eſt ſaltem in ratione ſponſaliorum. Antecedens vero probatur. Iuramenta coacta (vt conſtat ex ipſo iure)

D debent ſeruari, niſi adepta fuerit relaxatio vel diſpenſatio, vt habetur in ca. ſi verò, de iureiurando.

ca. ſi uerò. de iureiur.

¶ Quartò arguitur. Iuramentum additum aliis contractibus qui de ſe nulli erant facit illos validos, ergo iuramentum additum matrimonio coacto facit illud validum, quamuis aliàs eſſet nullum. Antecedens probatur. Contractus facti à pupillo ſine iuramento nulli ſunt, tamen ſi confirmentur iuramento validi ſunt, & idem eſt de renuntiatione portionis legitimæ, quæ ſine iuramento nulla eſt, & cum iuramento eſt valida: & idem eſt de aliis renunciationi-

tionibus, quæ inualidę ſunt, quæ tamen ſi confirmentur iuramento validæ ſunt; ergo. Confirmatur argumentum. Renunciatio, qua quis renunciat electioni de ſe factæ ex metu cadente in virum conſtantem, ſi non confirmetur iuramento nulla eſt, ſi verò iuramento confirmetur, valida eſt, vt patet ex capit ad aures. de his quæ vi metusve cauſa fiunt: ergo idem erit de matrimonio, nam eſt omnino eadem ratio.

ca. ad aures, de his quæ vi, met⁹ve cauſa

¶Vltimò arguitur ex Diuo Auguſtino cuius verba referuntur capit. inter cætera. 22.q. 4. vbi de quodam Hubado qui iurauerat duo, ſ. ſe contracturum cum concubina, & ſe expulſurum de domo matrem, & filios, & non daturum illis alimenta neceſſaria, dicit Auguſtinus, q quando compulſus illa duo iurauit, iuramentum eſt firmū quoad contrahendum matrimonium cum concubina: ergo in ſententia Diui Auguſtini matrimonium coactum iuramento confirmatum validum eſt, ſaltem in vi ſponſaliorum de futuro.

ca. inter cætera 22.q.4.

PRopter hæc argumenta aliqui autores exiſtimant, quòd tale matrimonium factum per metum cadentem in conſtantem virum, ſi iuramento confirmetur, eſt validum, vel in ratione matrimonii vel ſaltem in ratione ſponſaliorum, taliter quod tenetur poſtea contrahere. Hanc ſententiā refert Couarruuias 4. Decretalium, parte 2. ca. 3. §. 5. num. 3. & pro hac ſententia refert Abbatem.

¶Concluſio tamen ſit. Matrimonium factum per metum cadentem in virum cōſtantem, quantumuis confirmetur iuramēto non eſt validum, nec in ratione matrimonii, nec ſponſaliorum, & non tenetur illud adimplere. Hanc ſententiam tenet Magiſter Sotus loco ſupra citato in dubio prę cedenti artic. 3. Paludanus in 4. diſtinctio. 29. & Ricardus ibidem. Couarruias loco citato, & gloſſa in cap. ſignificauit, de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium, & ferè omnes moderni Theologi.

Hæc concluſio habet duas partes. Prima pars, ſcilicet, quòd non ſit validum in ratione matrimonii, probatur. Primò. Si matrimoniū coactum iuramento confirmatū eſſet validū in rōne matrimonii, ſequeretur q eccleſia non ſufficiētèr prouidiſſet

A incommodis quæ ſolent ſequi ex matrimonio coacto, imò potius uideretur parare uiam omnib. illis inconuenientibus, nam facillimum eſſet cogentibus non ſolum cogere ad matrimonium, ſed ēt ad confirmandum matrimonium iuramento, & ita ſequeretur mala educatio prolis & omnia alia inconuenientia.

¶Secundò probatur hæc pars. Iſte talis iurauit matrimonium, matrimonium autē eſt nullum: ergo iuramentum eſt nullum, ac ſubinde nullam inducit obligationem. ¶Confirmatur hoc argumentum & explicatur à ſimili. Matrimonium clandeſtinum quantumcunq; iuramento confirmetur nullum eſt: quia matrimonium eſt irritum & nullum, ſed matrimonium factum per metum cadentem in uirum conſtantem eſt irritum & nullum: ergo quantūuis iuramento confirmetur erit irritum & nullum.

B

¶Tertiò probatur hæc pars. Iuramētum habet conditionem illius contractus cui adiungitur, ſed matrimonium coactum ex definitione eccleſiæ habet iſtam cōditionem, uidelicet quòd eſt nullum, ergo ex ordinatione eccleſiæ iuramentum quod adiungitur, nullum eſt.

C

Quartò probatur hæc pars. Alii contractus diſtincti à matrimonio ualidi ſunt, ſi fiant per metum cadentē in virum conſtantem & confirmentur iuramento, quoniam habēt facile remedium, nam reſcindi & annullari poſſunt per iudicem, ſed matrimonium ſi ſemel eſt ualidum, non poteſt per iudicem annullari, ut iam dictum eſt, ergo nullum eſt tale matrimonium, & iuramentum ſuperadditum nullam præbet efficaciam tali matrimonio, ut ſit matrimoniū.

Secunda pars concluſionis intelligenda eſt ad iſtum modum, ſ. q matrimonium factum per metum cadentem in conſtantem uirum per uerba de præſenti etiamſi iuramento confirmetur, non inducit obligationem ſponſaliorum, nam de ſponſalibus per uerba de futuro dicemus ſtatim.

D

¶Hæc pars ſic explicata probatur primò. Iſte talis ſolum habet conſenſum de præſenti quem iurat, & non promittit futuras nuptias, ut ſupponimus, conſenſus uero de præſenti eſt nullus, ut dictum eſt, ergo tale matrimonium non inducit obligationem nec in ratione matrimonii, nec in ratione ſponſaliorum.

¶Secundò probatur hæc pars & explica-tur. Matrimonium clandeſtinum per verba de præſenti celebratum non inducit obligationem ſponſaliorum de futuro, vt iam ſupra diximus, quoniam conſenſus de præſenti eſt nullus, & ipſi non ſe intendunt obligare de futuro, ſed in præſenti caſu matrimonium ſic factum eſt nullum, & ipſi non ſe intendunt obligare de futuro, ergo nec habet vim matrimonii talis contractus, nec ſponſaliorum.

A
AD argumenta in principio huius dubii reſpondetur. Ad primum argumentum (quod eſt tertium in oppoſitum dubij præcedentis) reſpondetur, quod illa iura intelliguntur, quãdo eccleſia alias non annullauit iuramentum, in præſentia verò ſicut irritatur matrimonium, ita etiã nullum eſt iuramentum. ¶Ad confirmationem reſpondetur, quod ille non ſeruando iuramentum non eſt periurus, nam eccleſia inualidauit illa iuramenta.

B
¶Ad ſecundum dicitur, nullam eſſe conſequentiam, nam contractus celebratus cũ latrone ſub iuramento & alii ſimiles cõtractus poſſunt reſcindi per ſententiam iudicis, contractus verò matrimonii minimè: quia eſt indiſſolubilis ex natura ſua.

C
¶Ad tertium argumentum reſpõdetur, quòd non eſt neceſſaria talis relaxatio iuramenti, quoniam illud iuramentum iure eccleſiaſtico eſt inualidum. Et non eſt eadem ratio de aliis contractibus coactis celebratis ſub iuramento & de matrimonio: illi. n. validi ſunt ante relaxationẽ iuramẽti, quia poſſunt reſtitui in integrum, per relaxationem iuramenti, at verò matrimonium ſi ſemel eſt validum, non poteſt eſſe aliqua reſtitutio, & ita inualidatum eſt ab eccleſia etiamſi iuramento confirmetur. ¶Ad quartum argumentum cum ſua confirmatione reſpondetur ex dictis in ſolutione ad tertium argumentum.

D
Ad vltimum argumentum eſt prima ſolutio Magiſtri Soti ſapientiſſimi loco citato, quod ille homo ex duob. quę iurauit, vnum non poteſt licitè adimplere, ſ. expellere matrem & filios de domo, & non præbere illis alimenta neceſſaria hoc enim erat iniquum, intendit tamen D. Auguſtinus, quod licitè potuit adimplere aliud quod iurauit, ſcilicet, contrahere cum concubina, hoc. n. licitum erat. Et dicit Magiſter Sotus, quòd Auguſt. non intendit, quod ſtatim fieret matrimonium validum, ſed quod fuit illi licitum adimplere poſteà, quod iurauerat faciendũm in futuro: nam illud iuramentum nõ eſt factũ verbis de præſenti, ſed de futuro, & ſic dicit, quod Auguſtinus in illo caſu non docet, quòd habet vim matrimonii vel ſponſaliorũ, ſed concedit licentiã. ¶Secunda ſolutio aliquorum doctorũ eſt, quòd D. Auguſt loquitur de matrimonio contracto de præſenti & cõfirmato iuramento, & docet quod illud iuramẽtum & matrimonium eſt validum iure naturali, quoniam irritatio talis matrimonii non erat facta in eccleſia tempore D. Auguſtini: poſt irritationẽ verò nulla oritur obligatio, & hęc explicatio eſt cõformis textui. ¶Tertia explicatio eſt, quod Auguſtinus ibi non loquitur de matrimonio de præſenti confirmato iuramento, ſed de ſponſalibus de futuro, quæ ſi iuramento confirmentur etiamſi coacta ſint, valida ſunt iure naturali: imò etiam ſecundum aliquos iure poſitiuo, vt ſtatim dicemus: & ita iuramentum fuit obligatorium.

CIrca hoc vltimum eſt tertia difficultas præcedenti coniuncta, vtrũ ſponſalia de futuro coacta per metũ cadentem in virum cõſtantem ſint valida, an verò ſint nulla iure eccleſiaſtico, ſicut dictũ eſt de matrimonio coacto etiam iuramẽto confirmato. Dixi iure eccleſiaſtico, nã ſtando in iure naturali valida ſunt talia ſponſalia, ſicut diximus matrimonium eſſe validum, imo à fortiori ſponſalia: nam habeant facilius remedium, nõ enim ſunt indiſſolubilia ex natura ſua, ſicut matrimonium; vt iam ſuprà declarauimus.

¶Et videtur quòd iura eccleſiaſtica ſint nulla. Primò. In iure eccleſiaſtico eadem videtur cõſideratio de matrimonio coacto & iuramento confirmato, & de ſponſalibus: ergo ſicut tale matrimonium irritũ eſt iure eccleſiaſtico, vt dictum eſt: ita etiam dicendũm eſt de ſponſalibus etiam iuramento confirmatis.

¶Secundò. Nã (vt ſuprà dictum eſt) ſpõſalia nihil aliud ſunt, quam quędã præuiæ diſpoſitiones ad matrimonium, ſed matrimonium coactum & iuramento confirmatum eſt nullum: ergo ſponſalia etiam ſunt inualida.

¶Tertiò. Quamuis ita ſit, quòd nõ eſſet eadem ratio de ſpõſalibus atque de matrimonio,

monio, nam ſponſalia ſunt diſſolubilia, non verò matrimonium, & ita habent facilius remediū: nihilominus poſſumus fingere caſum ita reſtrictum, vt ille qui cogit ad ſpōſalia, cogat ad contrahendum ſub iuramento, vt ſi cōtrahant in breui ſpatio. v.g. intra vnā uel duas horas, & accedit parochus & teſtes ſecundum tenorem Concilii Tridentini, tūc ſic. In tam breui tempore & in tali loco cōſtitutus nō poterit accedere ad prælatum, vt relaxet iuramentum: ergo dicendum eſt, ꝙ illa ſponſalia coacta & iuramēto confirmata fuerunt nulla.

¶In oppoſitum eſt. Primò. Non eſt eadē ratio de matrimonio & de ſpōſalibus: ergo ex eo ꝙ matrimonium coactum & iuramēto confirmatum ſit nullum, nō ſequitur, ꝙ ſponſalia ſint nulla. Antecedens probatur. Matrimonium ſi ſemel eſt validum, eſt indiſſolubile per eccleſiam, ſpōſalia verò diſſolubilia ſunt, & habent ad manum remedium: ergo

¶Secundò arguitur. In toto iure non reperitur vbi annullent ſponſalia de futuro, ergo ſignum eſt, ꝙ iure eccleſiaſtico ſpōſalia de futuro non ſunt irrita etiam ſi fiant ex metu cadente in virum conſtantem.

¶Tertiò arguitur. Stādo in iure eccleſiaſtico & in doctrina D. Tho. votum ſolenne factum per metum cadentem in virum cōſtantem irritum eſt iure eccleſiaſtico, quoniam eſt vinculum perpetuum qđ diſſolui non pōt, votum uerò ſimplex non eſt irritum & nullum iure eccleſiaſtico, quoniam tale uotum ex cauſa diſpenſari poteſt: ergo ſponſalia non ſunt irrita & nulla iure eccleſiaſtico: habet. n. maximam ſimilitudinem cum uoto ſimplici.

¶ Propter hæc argumenta pro vtraque parte ſunt duæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſentētia eſt, ꝙ ſpōſalia facta per metum cadentē in virum conſtantē ſunt irrita iure poſitiuo, ſicut ipſum matrimonium Ita tenet Magiſter Sotus ar. 3. citato & multi alii moderni Theologi. 2. 2. q. 89. artic. 7.

¶Secunda ſententia eſt, ꝙ talia ſpōſalia non ſunt irrita iure poſitiuo, qđ ſi iurētur, iuramentum obligat, ſi non relaxetur. Hāc ſententiā tenet idem Magiſter Sotus. 8. de iuſtitia quæſt. 1. art. 7. poſt medium, & allegat D. Bonau. in 3. diſt. 39. & Caiet. in ſumma uerbo periurium, nam circa finem uidetur fauere huic ſententiæ: eā tenet apertè Syl-

A ueſt. verbo ſponſal. quæſt. 6. §. 8. & in aliis locis, Ricardus in. 4. diſt. 29. art. 1. quæſt. 2. Palud. in. 4. diſtin. 29. quæſt. 1. art. 3. dicit vtramque opinionem eſſe probabilē, colligitur tamen ex illo ꝙ ſecunda ſit probabilior.

¶ Concluſio ſit. Prima ſententia eſt probabilis, ſecunda verò probabilior. Hæc concluſio habet duas partes. Prima pars probatur argumentis factis primo loco & autoritate doctorum qui illam tenent. Et ſecūdū illam ſententiam dicendum eſt, ꝙ ſicut matrimonium factum per metum cadētem in virum conſtantem eſt irritum, ita etiā ſponſalia facta cum eadem coactione, quoniam

B ſunt præuia ad matrimoniū. ¶ Secūda pars probatur argumentis factis ſecundo loco quæ longe probabiliora ſunt, & autoritate doctorum qui illam tenēt. Et hæc ſentētia eſt conformis illi doctrinæ D. Tho. de voto ſimplici & ſolēni, imò videtur eſſe expreſſa ſententia D. Tho. in 2. 2. loco citato ar. 7. ad tertium. vbi ſine vlla exceptione dicit, ꝙ iuramentum coactum de re aliàs licita validum eſt & ſeruandum, eſt tamen irritādum a prælato: & D. Tho. ibi nullam exceptionem ponit de ſponſalibus & de iuramento

C circa ſponſalia.

¶ Aduertendum tamen eſt, ꝙ ſecundū primam ſententiam dicendum eſt, ꝙ ſpōſalia etiā iurata ſunt irrita & nulla, & iuramētū additum nullā inducit obligationem, nā induit conditionē illius cōtractus. cui adiūgitur, ꝙ ſic ſicut ſponſalia ſunt nulla, ita ēt iuramentum eſt iritum & non indiget relaxatione. Cæterum iuxta ſecundum ſententiam dicendum eſt, ꝙ iuramentum eſt validum, & ſeruandum aut relaxandū propter religionem & ſanctitatem iuramēti, & cum licitè nunc ſeruari poſſit, obſeruandum eſt:

D & non eſt ipſo iure nullum

¶ Sed adhuc eſt aduertēdum, ꝙ talia iuramenta per vim extorta poteſt epiſcopus relaxare etiam ſine conſenſu partis, quæ fecit iniuriā, & per aliqua diplomata quiſque confeſſor poterit ea relaxare, non obſtante ꝙ dicant, dummodo non ſit in præiudiciū tertii; nā nihil ſit in præiudicium eius; qui nullum ius acquiſiuit, ſed ſolū tenetur propter religionem iuramenti. ¶ Quod ſi quis arguat, Sequit̃, ꝙ is qui fecit iniuriā etiā ſi velit, non poſſit relaxare hanc obligationē, nec alius erit tutus in conſcientia, cōſequēs autem eſt falſum, vt conſtat: ergo. Sequela

probatur

probatur, quia nullum ius acquiſiuit, ſed ſolum tenetur propter religionem iurameti. Reſpondetur negando conſequentiã. Ratio quare ceſſat iuramentum eſt, quia ille tenebatur iuramento quamdiu ſeruare illud, eſſet opus virtutis, at verò remitēti alio obligationem; iam non eſt amplius officium virtutis.

¶ His poſitis, reſpondetur ad argumenta facta in primo loco, quoniam ſecunda ſententia eſt probabilior. Ad primũ dicitur, quod nõ eſt eadē ratio de matrimonio & de ſpõſalibus. Matrimonium enim eſt indiſſolubile ex natura ſua, ſponſalia verò quantumuis iurata reſcindi poſſunt. ¶ Ad ſecundum reſpondetur, ꝙ licet ſponſalia ſint preuiæ diſpoſitiones ad matrimonium, inducunt tamen diuerſam obligationem & poſſunt diſſolui: & ſic non ſunt irrita. ¶ Ad tertium reſpondetur, ꝙ etiam in illo caſu ſtricto ſponſalia valida ſunt, cæterum qñdo in tã breui tempore non poſſunt recurrere ad prælatũ vt relaxet iuramentum & reſcindat ſponſalia, coactio circa ſponſalia refunditur in coactionem circa matrimoniũ: & ſic matrimonium eſt coactum per metum cadentem in coſtantem virum. Vnde matrimonium in illo caſu nullum eſt iure eccleſiaſtico, & ita poterit recurrere ad prælatum vt relaxet iuramentum ſponſaliorum, & ipſa ſponſalia reſcindat: & hoc modo manebit liber. Hæc dicta ſint circa ſolutionē ad tertiũ in oppoſitum primæ difficultatis.

AD quartum argumentum in oppoſitũ illius difficultatis primæ eſt quarta difficultas annexa præcedētibus, Vtrum coactus per metum cadentem in virum conſtantem ad contrahendũ matrimonium; peccet proferendo illa verba; Ego te accipio in meam.

¶ In hac difficultate virtualiter ſunt duo dubia. Primum dubium eſt, an iſte talis qui ſi contrahit & profert illa verba, mentiatur. Et videtur ꝙ mentiatur. Quando dicit illa verba, accipio te in meam, faciunt iſtum ſenſum, contraho matimonium tecum: hoc autem eſt falſum & mēdacium, cũ matrimonium ſit nullum: ergo mentitur. ¶ In hoc dico primo. Si quando contrahens profert ſimilia uerba, & nõ habeat reuera cõſenſũ & proferat illa formaliter, ſine dubio pecat peccato mendacii; nam dicit cõtra mentem. Et videtur illud mendacium propter grauitatem materiæ, & quia eſt in iniuriam alterius partis. Nihilominus mihi placet, ꝙ nõ eſt mēdacium pernicioſum in illo caſu, nec eſt peccatum mortale. Quemadmodũ mentiri in iudicio, ſecũdum ſe pernicioſum eſt, tamen ſi iudex iniuſte procedat, mentiri in iudicio non eſt pernicioſum, nec mortale propter iniuriam illatam: ita in propoſito.

A

¶ Dico ſecundo. Si contrahens non intendit proferre ſimilia verba in ſenſu formali ſed tantum materiali, ac ſi non eſſent verba ſignificatiua, certum eſt, ꝙ non peccat peccato mendacij: nam ille nõ dicit aliquid cõtra mentē, nec tenetur dicere illa uerba ad intentionem cogentis (ſupponimus enim ꝙ cogit per iniuriã & aliundè non habet obligationē in tali genere erga fœminã:) ergo nõ mentitur nec irrogat iniuriam fœminæ Dico tertio. Si ille qui cogitur intendat proferre illa uerba in ſenſu formali & quãtum eſt de ſe intēdat facere, ꝙ poteſt nõ peccat peccato mēdacij: nam non dicit uerba contra mentem. Vnde ad rationem dubitandi reſpondetur, ꝙ illa uerba accipio te in meã, faciunt iſtum ſenſum, contraho tecum, iſte verò ſenſus nõ cõtinet rationem mendacij quia quantum eſt de ſe, non dicit aliquid cõtra mentem.

B

SEcundum dubium eſt, an iſte talis peccet peccato ſacrilegii contra reuerentiã ſacramenti. Et ratio dubitandi eſt quæ ponitur in quarto argumento principali, nã apponit formam ſuper indebitam materiã, ut uidetur: ergo eſt ſacrilegus. ¶ In hac difficultate ſupponendum eſt tãquam certũ, ꝙ ſi cõtrahēs proferret illa uerba materialiter ac ſi non eſſent uerba ſignificatiua; non peccat peccato ſacrilegii contra reuerentiam ſacramēti. Ratio eſt, quia per talem prolationem materialem non intendit facere ſacramentũ: ergo. Eſt ſimile ſi quis proferrat uerba conſecratoria materialiter & ſine animo cõſecrãdi nõ irrogat iniuriã ſacramentorũ.

C

¶ Supponendum etiam eſt tanquam certũ ꝙ ſi ille qui cogitur, intendat proferre illa uerba in ſenſu formali, & quantum eſt de ſe intendat facere uerum matrimonium & ſacramentum, ſi id faciat ex ignorantia inculpabili & inuincibili, & bona fide: non committit aliquod peccatum. Ratio eſt aperta, cum excuſetur ignorantia inuincibili.

D

¶ Tota autem difficulas eſt, quando profert uerba formaliter & aduertit, ꝙ non eſt ualidum

ualidum matrimonium, nec in ratione contractus, nec in ratione ſacramenti, ſed quantum eſt ex parte ſua intẽdit facere, quòd poteſt; dubium eſt, ſi in hoc caſu peccet peccato ſacrilegii contra reuerentiam ſacramẽti.

¶ In qua re inter expſitores D. Tho. ſunt duæ ſentẽtiæ. Prima ſententia eſt ꝙ in illo caſu non peccat peccato ſacrilegii, etiamſi intendat facere matrimonium. Ratio iſtius ſentẽtiæ eſt, quia ille ſolum intendit facere matrimonium quantum eſt de ſe, quia nõ poteſt facere ſacramentum, nec cõtractum: non facit illud. Et apponunt exemplum de confeſſore, cui cõſtaret certo de contritione pœnitẽtis quia accedit ad illũ, tũc enim confeſſor debet illũ abſoluere & dicere illa uerba, ergo abſoluo: illa enim ſignificant, ꝙ quantum eſt ex ſe, illum abſoluit. ¶ Confirmari poteſt hæc ſententia, quoniam aliàs ſequeretur, ꝙ talis contrahens tenetur potius pati mortem, quã facere matrimonium coactum, qđ uidetur duriſſimum. Sequela probatur. Non eſt faciendum ſacrilegium propter quemcunque metum quantumuis cadat in virum conſtantem, nõ enim poteſt aliquis abſoluere indiſpoſitum propter quẽ cunque metũ, ergo. Sed quidquid ſit de hac ſententia, exemplum allatum nõ eſt ad propoſitum. Nam confeſſor qui abſoluit illum quem ſcit habere uerã contritionem, uerũ conficit ſacramentum & non ſolum quantũ eſt ex ſe: in propoſito uerò non conficitur uerum ſacramentum matrimonii. Item, illa forma, ego te abſoluo, non facit illum ſenſum, ego te abſoluo quantum eſt ex me, ſed facit iſtum ſenſum, ſacramentum abſolutionis tibi impendo, ut docet D. Thom. 4. par. quæſt. 14. art. 3. ad quintum argumentum: & ibi expoſitores eius, unde exemplum nõ eſt ad propoſitum.

¶ Secũda ſententia dicit, ꝙ talis proferẽdo illa uerba, modo dicto, peccat peccato ſacrilegii. Et apponunt exemplũ autores huius ſententiæ in confeſſore qui aduertit, ꝙ pœnitens qui ad illum accedit, non habet legitimam diſpoſitionem ad abſolutionem ſacramẽtalem: qui quidem ſacrilegus eſſet, ſi illum abſolueret. Apponũt etiam aliud exẽplum, ſi aliquis cogeretur metu mortis ad contrahendum cũ conſanguinea intra quartum gradũ, ille qui cogitur, ſi proferret illa uerba, ego te accipio in meam, formaliter aduertens ꝙ irritatur ſacramentum matrimonii, peccaret peccato ſacrilegii; quia applicat formam ſacramenti matrimonii materiæ indebitæ: ſic in propoſito.

A ¶ In huius rei expoſitionem aduertẽdũ eſt, ꝙ talis homo dupliciter ſe poteſt habere. Primo modo ita vt intẽdat facere matrimonium in ratione contractus, non vero ratione ſacramenti, & ad hoc propoſitũ proferat illa uerba, ego te accipio in meam: & poſſum ego præſcindere rationem contractus à ratione ſacramenti, præcipue quoniã illa verba, ego te accipio in meam (vt iam ſæpè dictum eſt) nõ ſunt determinata in ratione formæ ſacramenti matrimonii: poteſt

B enim fieri matrimoniũ ſine iſtis verbis, & etiam cum illis poteſt eſſe, ꝙ non ſit ſacramentum matrimonii. Secũdo modo poteſt ſe habere, ita vt ſimul intendat contractum matrimonii & rationem ſacramenti.

¶ Quo poſito fundamento, concluſio ſit. Si contrahens primo modo ſe habeat, non peccat mortaliter peccato ſacrilegii contra reuerentiam ſacramẽti: bene tamen ſi ſecũdo modo ſe habeant. Hæc concluſio habet duas partes. Prima pars probari poteſt argumento facto pro prima ſententia. Et con

C firmatur, nam intendere facere aliquem cõtractum qui nullus eſt iure eccleſiaſtico, nõ eſt peccatum ſacrilegii, ſed iſte tãtum intẽdit facere quẽdam cõtractum matrimonii nullum iure eccleſiaſtico: ergo non eſt peccatum ſacrilegii. Et ſecundum hanc ſententiam dicendum eſt, ꝙ lex eccleſiaſtica non obligat in iſto caſu cum periculo mortis, & ꝙ talis poteſt intendere facere cõtractum. ¶ Secunda pars probatur exemplis allatis pro ſecunda ſententia, & argumento facto in principio dubii. Verum eſt, ꝙ illi qui dicunt, quòd eſt peccatum ſacrilegii, illud aſ

D ferunt, quoniam exiſtimant, ꝙ poſt Concilium Tridentinum inter Chriſtianos baptizatos non poteſt eſſe contractus matrimonii, niſi ſimul ſit ſacramentum, & ſic qui intendit formaliter illum contractum, intendit etiam rationem ſacramenti, quæ adiuncta eſt contractui. Nihilominus tamen dici poteſt primo, ꝙ illud non eſt omnino certum. Secundo, quòd quamuis ita ſit, poteſt optime ille homo dicere illa verba formaliter intendendo rationem contractus & nõ rationem ſacramẽti, quoniã ſunt rationes omnino diuerſæ: præcipuè quoniam ſacramentum matrimonii non habet uerba ita

deter-

determinat à iu particulari in ratione facramenti. Ex dictis facile reſpondetur ad argumenta & ad rationem dubitandi in principio. Et ſecundum iſtam concluſionem poſſunt conciliari illæ duæ ſententiæ. A

¶ Aliud dubium poterat eſſe circa hoc, an ſic contrahens peccat peccato iniuſtitiæ contra alteram partem, uel aliquo alio peccato, hoc autem non eſt huius loci & eſt facile hoc explicare ex dictis, per quæ ſoluitur argumentum quartum in oppoſitum primæ difficultatis.

AD quintum argumẽtum in oppoſitum primæ difficultatis, eſt quinta difficultas affinis præcedentibus. Vtrum quãdo aliquis cogitur ad matrimonium propter metum cadentem in virũ cõſtantem, poſſit etiam cõſummare matrimonium quando cogitur eodem metu ad conſummandum: taliter quòd ſi accedat affectu maritali validum ſit matrimonium. B

¶ Videtur quod ſic. Primò arguitur illo quinto argumẽto facto, quoniam alias iſte talis nullo modo poſſet cauere iniuriã illatam, tam ſi conſummat matrimonium, peccat mortaliter, ſi verò non conſũmat occidetur, ergo.

¶ Secundò arguitur, quia videtur lex intolerabilis quæ obligat etiam cum detrimẽto vitæ, ſed ſi illo caſu teneretur non conſummare matrimonium, obligaret cum diſcrimine vitæ, cum ille actus ſit fornicatio quæ eſt intrinſecè mala, & propter nullum metum licita: ergo.

¶ Tertiò arguitur. Eccleſia fecit irritum matrimoniũ coactum in fauorem eius qui cogitur, ſed quando ille eſt redactus ad iſtas anguſtias, vel ꝙ debet pati mortẽ vel peccare mortaliter, eſt maximus fauor illius ꝙ tale matrimonium ſit validum per illam copulam affectu maritali: ergo verõſimillimũ eſt, quòd in tali caſu eccleſia non intendit, ꝙ illud matrimonium ſit nullum. ¶ Et confirmatur. Vnuſquiſque poteſt cedere legi quæ in fauorẽ eius lata eſt, vt apertum eſt ex ſe, ſed hæc lex irritans matrimoniũ lata eſt in fauorem innocẽtis coacti: ergo ſi ipſe velit conſentire, conſtabit matrimonium: tunc vltrà, ſed in hoc caſu iſte vult conſentire in matrimonio magis quã peccare mortaliter: ergo validum eſt matrimonium, ac ſubinde conſummatio illius non eſt peccatum.

¶ Quartò arguitur. In illo caſu quando conſummat matrimonium affectu maritali ſi peccaret mortaliter, ille metus non eſſet cadens in virum conſtantem, quia vir conſtans nulla de cauſa debet committere peccatum mortale: ergo ille metus non inualidat matrimonium, nam ius eccleſiaſticũ ſolũ inualidat matrimoniũ quòd ſit per metum cadentem in virum conſtantem.

¶ In oppoſitum eſt. Primò. Si hoc matrimonium coactum & conſummatum eſſet validum, non ſufficienter prouidiſſet eccleſia de remedio contra coactionem quæ ſit in ipſis matrimonijs, nam illi qui cogunt metu mortis ad matrimoniũ, facillimè poſſent cogere ad cõſummationẽ illius: ergo.

¶ Secundò arguitur. Ius ſupra allegatum ſine aliqua exceptione irritat matrimonia coacta per metum cadentem in virum conſtãtem, ſed tale matrimonium eſt coactum non ſolum in contractu, verumetiam in cõſummatione: ergo etiam eſt irritũ & nullũ.

¶ Tertiò probatur. Omnia inconuenientia quę ſequuntur ex contractu matrimonij coacto, ſequuntur ex conſummatione matrimonij, vt conſtat: ergo ſicut vnum matrimoniũ eſt irritum, ita etiam & aliud. ¶ Cõfirmatur argumentũ. Stando in iure naturali, in coactione ad conſummationẽ ſit maxima iniuria quæ commode reſarciri non poteſt, ſi matrimonium eſt validum: ergo tale matrimonium eſt irritum ſtando in iure poſito. C

¶ In hac re propter argumenta pro vtraque parte poſita ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ inter doctores. Prima ſententia aſſerit, quòd in hoc caſu validum eſt matrimoniũ etiam ſtando in iure eccleſiaſtico, ſi coactus vult contrahere; & accedit affectu maritali. Hanc ſententiam videtur tenere Magiſter Sotus in 4. diſtinctione. 29. quæſtio. 1. articulo 3. Paulud. ibidem. articu. 4. Couar. 4. decretal parte 2. capite 4. §. 1. numer. 12. Vbi videtur declinare in hanc ſententiam. D

¶ Secunda ſententia eſt ꝙ in illo caſu nullo modo eſt validum matrimonium quantũuis affectu maritali conſumment illud. Et hæc eſt communis ſententia inter expoſitores D. Thom. eam tenet Nauarro in Manuali cap. 22. nume. 51. dicto tertio. & allegat pro hac ſententia P. normita. & alios & dicit illam communem.

¶ In huius rei expoſitionem ſit cõcluſio.

Prima

Prima ſententia aliqualem habet probabili tatem , ſecunda vero eſt probabiliſsima & mihi fere certa. Prima pars huius concluſio nis probatur autoritate doctorum qui tenent illam ſententiam & argumentis factis primo loco quæ aliqualem habent probabilitatem. Aduertendum tamen eſt, quòd hęc prima ſententia habeat aliqualẽ proba bilitatem ante Concilium Tridentinum, quando validum erat matrimonium clandeſtinum. Et ſi habet probabilitatem poſt Cõcilium Tridentinum, dicẽdum eſt ꝙ habet illam, aſſerendo celebratum eſſe matrimonium per coactionem coram parocho & te ſtibus,& poſteà in occulto quando cõſummant matrimoniũ, exprimunt conſenſum: An verò hoc ſufficiat ad rationẽ matrimõnii, dicemus ſtatim. ¶ Secũda verò pars probatur autoritate doctorum qui illam tenẽt & argumentis factis ſecundo loco quæ ſunt probabiliſsima & fere conuincunt. Ex quibus colligitur, quòd qui in tali caſu matrimoniũ conſummaret , peccaret mortaliter.

¶ Quibus poſitis reſpõdetur ad argumẽta facta primo loco,quoniã in ſecunda ſententia perſiſtendum eſt. Ad primũ argumẽtum (quod eſt quintũ primæ difficultatis) C reſpõdetur, ꝙ in caſu illius argumẽti nullo modo poteſt cõſummare matrimonium,& non eſt incoueniens , quòd in illo caſu non poſsit euadere iniuriam illatam : hoc enim ſæpiſsimè contingit.

¶ Ad ſecundum dicitur,quòd nõ eſt magis intolerabilis illa lex quàm illa quæ annullat matrimonium inter conſanguineos, vnde ſicut conſanguinei non poſſunt conſummare matrimonium etiam propter metum cadentem in virum conſtantem ,ita in hoc caſu non poſſunt conſummare matrimonium propter illum metum:tunc enim D obligat lex naturalis ad non conſummandũ ſuppoſita lege humana eccleſiaſtica , nè ſuppoſita illa lege conſummatio eſt fornicatio & acceſſus ad non ſuam: quæ fornicatio eſt contra legem naturæ.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur quòd illa irritatio nõ eſt facta primò & per ſe ab eccleſia in fauorem coacti ſed primò & per ſe ordinatur in fauorem boni cõmunis ad quod ordinatur ipſum matrimoniũ, videlicet vt commodè poſſent cõiuges perpetuò cohabitare & prolem educare , quæ omnia commodè fieri non poſſent,ſi matri A monium eſſet celebratum & cõſummatum per coactionem:ſecundariò verò ordinatur illa irritatio in fauorem coacti. Eſt optimũ ſimile in beneficiis eccleſiaſticis quæ primo & per ſe ordinantur in bonum cõmune eccleſiæ , ſecundario verò in bonum oppoſitorum. Vndè quamuis is qui eſt coactus & paſſus iniuriam velit cedere ſuo iuri,matrimonium eſt nullum propter bonum cõmune,nam propter tale bonum eſt inhabilis ad contrahendum durante & perſeuerante violentia. Ad confirmationem reſpondetur ex dictis.

B ¶ Ad quartum reſpõdetur,quòd ille qui conſummaret matrimonium affectu maritali propter metum grauem,peccaret mortaliter, & quamuis ille metus non eſſet viri conſtantis ex parte ſubiecti , vt probat argumentum,eſt tamen metus cadens in virum conſtantem ex parte obiecti , quoniam cõminatur malum graue:&ad hoc quòd ſit inualidum matrimoniũ , ſufficit quòd ſit metus grauis & cadens in virum conſtãtẽ ex parte obiecti. ¶ Item dicẽdum eſt,ꝙ metus cadens in virum conſtantem penſandus eſt non ex effectu quem cauſat in particulari ſubiecto,ſed ex effectu quem ex natura rei cauſare poterat , & quia metus mortis per iniuriam illatus quẽcunque virum fortem mouere poterat, ideo quãuis iſte modo ſit inconſtans ſecũdum virtutem, metus habet ſuum effectum quantum ad irritãdum matrimonium:quia iura reſpiciunt illud quod cõmuniter euenit. Et ꝑ hoc reſpõdetur ad quintum in oppoſitum primæ difficultatis.

Vltima difficultas eſt affinis pręcedẽtibus. Vtrum matrimonium coactũ factum corã parocho & teſtibus , ſi poſteà in occulto celebretur ſine parocho & teſtibus per expreſsionem cõſenſus ſine aliqua violentia,ſit validum. Et ratio dubitandi à parte affirmatiua eſt. Nã matrimonium celebratum bona fide coram parocho & teſtibus,ſi poſteà ſit impedimentum,validum eſt ſi exprimantur cõſenſus in occulto poſt obtentam diſpenſationem, vt ſuprà diffinitum eſt quãuis fuerit impedimentũ dirimens quando fuit præſens parochus & teſtes:ergo idem erit in noſtro caſu. Probatur conſequẽtia,quia videtur eadem ratio.

¶ Confirmatur. Vt ſuprà diximus, Concilium in illo decreto ſolum intendit,q̃d matrimonium probari poſsit in facie eccleſiæ,

ſed hoc matrimonium de quo diſputamus, A
probari poteſt in facie eccleſiæ,cum iam factum ſit coram parocho & teſtibus , ſicut aliud:ergo. Et eodem argumento probari poteſt,ꝙ in illo caſu illud matrimonium ſit occultum per accidens, quod non irritatur in Concilio Tridentino, vt declarauimus.

¶In huius expoſitionem aduertendũ eſt ꝙ matrimonium coactum factum corã parocho & teſtibus, poteſt dupliciter fieri. Primo modo ita vt cõſtet parocho & teſtibus de coactione facta per metum cadẽtem in virum conſtantem,quoniam coactio ipſa facta eſt in præſentia ipſorum.Secũdo mo- B
do poteſt fieri coram parocho & teſtibus taliter quod non conſtet illis de coactione, ſed ſolum de matrimonio , quoniã coactio facta eſt in occulto & non in præſentia parochi & teſtium.

¶ Quo poſito fundamento eſt prima cõcluſio. Si matrimonium coactum fiat corã parocho & teſtibus primo modo , non eſt verum matrimonium,quantumuis illi cõſentiant in occulto.Probatur concluſio.Parocho,& teſtibus conſtat in foro eccleſiæ,ꝙ illud matrimonium ſic celebratum eſt nul- C
lum,quia illis conſtat de coactione per metum cadentem in conſtantem uirũ quæ red dit matrimonium nullum:ergo tale matrimonium coactum quantumuis poſtea con ſentiant in occulto,non eſt probabile in facie eccleſiæ:ac ſubinde eſt nullum.¶ Confirmatur hæc ratio.In caſu illo matrimoniũ eſt occultum per ſe loquendo,non enim cõ ſtat de illo in facie eccleſiæ: ergo eſt nullũ. Probatur conſequentia,nam in omni ſentẽtia matrimonium occultũ per ſe loquendo, nullum eſt ſecundum tenorem Cõcilii Tridentini . Et hæc concluſio poteſt explicari exemplo in matrimonio quòd contrahitur inter conſanguineos intra quartum gradum D
coram parocho & teſtibus , ſi parochus & teſtes ſciant impedimentum & cõſtet illis de illo taliter quòd videant matrimonium eſſe nullum: tunc enim quantumuis in occulto conſentiant poſt obtentam diſpenſationem,fortaſsis non eſt validum matrimonium,quia no n eſt probabile in facie eccleſiæ : ſic in propoſito.

¶ Secunda concluſio. Si matrimonium coactum celebretur coram parocho & teſtibus ſecundo modo, ſi poſtea in occulto conſentiant,probabile eſt,quòd matrimonium eſt validum. Hanc concluſionem probãt argumenta facta in principio, tunc enim tale matrimonium eſt occultum per accidens , & eadem ratio videtur eſſe de matrimonio , atque de matrimonio contracto bona fide inter conſanguineos coram parocho & teſtibus , ſi poſtea in occulto conſentiant. Dixi eſſe probabile , cum aliud certum ſit, quoniam hoc non eſt declaratum à congregatione Cardinalium vt certũ , aliud vero declaratum eſt,vt certum.¶ Et ad rationem dubitãdi factam in principio quatenus militat contra primam concluſionem.Reſpõdetur negando conſequentiam. Ratio differentiæ eſt aperta,quia matrimonium in primo caſu eſt per accidens occultum, quoniã ignorant impedimentum & non cõſtat illis de nullitate illius: in ſecundo vero caſu matrimonium eſt per ſe occultum , quoniam in facie eccleſiæ matrimoniũ fuit nullum. Et per hoc reſpondetur ad cõfirmationem.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum conſenſus coactus ex parte cogentis faciat matrimonium.

AD QVARTVM ſic ꝓceditur. Videtur quod conſenſus coactus ſaltẽ ex parte cogentis faciat matrimonium , quia matrimonium eſt ſignum ſpiritualis coniunctionis,ſed ſpiritualis coniunctio quæ eſt per charitatem , poteſt eſſe ad eum qui non habet charitatem : ergo matrimonium eſt ad eũ qui non vult.

¶ 2 *Præterea.Si illa quæ fuit coacta poſtmodum conſentiat , erit matrimonium verum , ſed iſte qui coegit primo ex conſenſu illius non ligatur : ergo ex primo conſenſu ligabatur matrimonio.*

SED contra. Matrimonium eſt relatio æquiparãtiæ ſed talis relatio æqualiter eſt in vtroque : ergo ſi ſit impedimentum ex parte unius,non erit matrimonium ex parte alterius.

RE-

RESPONDEO dicendum, quòd cum matrimonium ſit quadam relatio & non poſſit innaſci relatio in vno extremorũ ſine hoc quòd fiat in alio: ideò quicquid impedit matrimonium in vno, impedit ipſum in altero, quia non poteſt eſſe, quòd aliquis ſit vir non vxoris vel aliqua ſit vxor non habens virum, ſicut mater non habens filium: & ideò dicitur communiter quòd matrimonium non claudicat.

AD primum ergo dicendum, quòd quamuis actus amantis poſſit tranſire in non amantem, tamen vnio inter eos non poteſt eſſe, niſi ſit mutua amatio: & ideò dicit Philoſoph. 8. Ethi. quòd ad amicitiam, quæ in quadam vnione conſiſtit, requiritur redamatio.

AD ſecundum dicendum, quòd ex conſenſu libero illius qui primò coactus eſt, non fit matrimonium, niſi inquantum conſenſus præcedens in altero adhuc manet in ſuo vigore: vnde ſi diſſentiret non fieret matrimonium.

SVMMA ARTICVLI.

ANte omnia explicatur titulus articuli exemplo. v. g. ſi coactio tenet ſe ex parte fœminæ, iam diffinitum eſt, quòd ex parte viri coacti nullum eſt matrimonium & conſenſus: quærit autem D. Thom. an ex parte fœminæ quæ fuit cũ coactionis matrimonium ſit validum & cõſenſus validus: & ratio dubitandi eſt, quoniam illa nõ fuit coacta, Concluſio D. Tho. eſt, ꝙ conſenſus coactus non facit matrimonium ex illa parte & contractus matrimonii non claudicat ex aliqua parte. Rõ concluſionis eſt. Nam matrimonium eſt quædã relatio, & ita non poteſt eſſe in vno extremorum ſine eo qđ ſit in alio: vnde quidquid impedit matrimonium in vno, impedit in alio.

CIrca iſtum articulum ſupponendum eſt. Primo cum D. Th. ꝙ matrimonium quòd nullũ eſt ex parte coacti, nullum etiam eſt ex parte cogẽtis, quia matrimonium eſt vinculum mutuum ex vtraque parte, & ita ſi ex vna parte non eſt vinculum nec relatio, nec etiam ex alia: &

A hoc eſt, ꝙ dicit D. Th. contractus matrimonii non claudicat ex aliqua parte: cũ ad rationem matrimonij) ſaltem ex iure eccleſiaſtico) requiratur mutuus conſenſus plenè liber, in præſentia verò non eſt mutuus conſenſus plenè liber, quia quamuis ex vna parte ſit plena libertas, ex altera tamẽ non eſt plena libertas: & ſic non eſt mutuus cõſenſus plenè liber.

¶Secundò. Supponendum eſt, quòd ille qui cogit alterum ad matrimonium, maximam iniuriam facit alteri & tenetur ex iuſtitia reſtituere, atq; adeo quando læſit in

B tranſlatione corporis, tenetur liberum matrimonium alteri offerre. Et ratio eſt: quia maiorem iniuriam facit, quam ſi alium decepiſſet, ſed ſi decepiſſet, tenebatur contrahere, vt iam ſupra diximus: ergo etiam modo. Aduertendum eſt tamen, quòd ſi fuerit legitimum impedimentum iuxta regulas alias poſitas, tenetur iudicio prudentis & boni viri ſatisfacere.

ARTICVLVS V.

Vtrum per conſenſum conditionatum fiat matrimonium.

C *AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd nec per conſenſum conditionatum fiat matrimonium, quia quod ſub conditione ponitur, non ſimpliciter enuntiatur, ſed in matrimonio oportet eſſe verba ſimpliciter exprimentia conſenſum ergo conditio alicuius conſenſus non facit matrimonium.*

D *¶ 2 Præterea. Matrimonium debet eſſe certum, ſed vbi dicitur aliquid ſub conditione, ponitur illud ſub dubio: ergo talis conſenſus nõ facit matrimonium.*

SED contrà. In alijs contractibus fit obligatio ſub conditione & ſtat ſtante conditione: ergo cum matrimonium ſit contractus quidam, videtur quòd poſſit fieri per conditionatum conſenſum.

RE-

RESPONDEO dicendum, quòd conditio appoſita aut eſt de præſenti, aut eſt de futuro: ſi de præſenti & non eſt contraria matrimonio, ſiue ſit honeſta ſiue non honeſtà, ſtat matrimoniũ ſtante conditione & ea non ſtante nõ ſtat. Sed ſi ſit contraria bonis matrimonij, non efficitur matrimonium. Si autem ſit conditio de futuro, aut eſt neceſſaria, ſicut ſolem oriri cras, & tunc eſt matrimonium, quià tẽporalia futura iam ſunt præſentia in cauſis ſuis: aut eſt contingens, vt datio pecuniæ vel acceptatio parentum, & tunc idem eſt iudicium de tali conſenſu, ſicut de conſenſu qui ſit per verba de futuro, vnde non facit matrimonium: & per hoc patet ſolutio ad obiecta.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Si conditio ſit de præſenti & non contraria matrimonio, ſiue ſit honeſta ſiue non, ſtante cõditio ne ſtat matrimonium & non ſtante nõ ſtat ſi autem ſit contraria matrimonio non fit matrimonium.

¶Secunda cõcluſio. Si conditio ſit de futuro & neceſſaria ſtatim ponitur matrimonium, vt ſi quis dicat alicui, cõtraho tecum ſi craſtina die oriatur ſol eſt verũ matrimonium: quia cum conditio ſit neceſſaria, iam eſt poſita in ſua cauſa & ita ſe habet, ac ſi eſſet poſita de præſenti.

¶Tertia concluſio. Si conditio eſt de futuro & contingens, non fit ſtatim matrimonium, ſed talis contractus habet vim ſponſaliorum de futuro.

¶Quarta concluſio. Si conditio eſt impoſſibilis in iure habetur pro non adiecta.

¶ De materia huius articuli diſputant Theologi in 4. diſt. 29. & Iuriſperiti in 4. decretalium titulo de conditionibus appoſitis, præcipue in c. finali.

¶In explicationẽ huius articuli grauiſſimi ſupponendum eſt primò, qđ conditiones ſunt in duplici differentia. Quædã ſunt impropriæ conditiones quæ non ſuſpendũt conſenſum in futurum, vt ſi quis dicat, contraho tecum ſi fuiſti corrupta, vel ſi cœlum

A digito tetigiſti, iſtæ enim conditiones non ſuſpendunt conſenſum: & ita iudicandum eſt de illis ſecundum conſenſum præſentem ſine aliqua dependentia in futurum. Aliæ verò conditiones ſunt propriæ, quæ ſuſpendunt cõſenſum in futurum, ut ſi quis dicat, contraho tecum ſi pater meus conſenſerit. Conditiones propriæ, aliæ ſunt honeſtæ, aliæ turpes: turpes verò ſunt in duplici differentia. Quædam quæ aduerſantur bonis matrimonii, vt ſi quis dicat, contraho tecum ſi procuraueris ſterilitatis venena: Aliæ nõ contrariantur bonis ma-

B trimonij, vt ſi quis dicat, contraho tecum ſi conſenſeris furtis meis. De his omnibus dicendum eſt in præſentia.

¶ Secundo ſuppone, quòd conditio adueniens matrimonio, dupliciter ſe poteſt habere ad conſenſum. Primo modo antecedenter & tanquàm cauſa motiua ad illud, v.g. ego contraho tecum quia rogauit me amicus: ſecundo modo poteſt ſe habere intrinſecè tanquam pars obiecti. v. g. contraho tecum ſi dederis mihi annulũ, ibi enim conditio ita intrinſeca eſt conſenſui, quòd abſolutè non feratur in rem, ſed ſub tali cõ

C ditione. Inter quæ duo tanta diuerſitas eſt, quòd altera aliquando vitiet contractum, altera verò minimè: certum enim eſt, quòd ſi conditio antecedenter ſe habet ad cõſenſum, ſiue ſit de pterito, ſiue de futuro, ſiue turpis, ſiue honeſta, non inualidat matrimonium, ſi alia neceſſaria ſubſint, v.g. contraho tecum, quia venena ſterilitatis ſumpſiſti, vel quia credo te ſumpturam, vel quià placet regi. Ratio huius eſt, quia talis conſenſus poteſt eſſe abſolutus, & de præſenti, etiamſi habuerit ortum ab aliquo motiuo, ſed conſenſus talis ſufficit ad matrimo

D niũ; ergo. Confirmatur. Aliud eſt conſentire ex falſa æſtimatione, aliud verò conſenſum eſſe conditionatum, ſed ibi non eſt conſenſus conditionatus, ſed abſolutus; quòd autem præceſſerit ex falſa æſtimatione nõ irritat contractum, alioquin multi contractus humani nõ eſſent validi, quià incertæ ſunt opiniones & prouidentiæ humanæ, ergo. Quibus poſitis diſputandum eſt de conditionibus intrinſecis contractibus: & ante omnia de conditionibus improprijs.

¶Vltimò eſt ſupponendum & aduertendum, quòd eſt maxima differentia inter

alios contractus ciuiles & matrimonium, ꝙ alii propter materiam, circa quam uerſã tur & finem ad quem ordinantur, poſſunt eſſe temporales aut perpetui: nam poſſunt transferre dominium ſeu uſum ad certum tempus, at matrimonium ex natura ſua eſt uinculum perpetuum, quia legitimus corporis uſus non poteſt concedi ſine tranſlatione perpetui dominii, quo fit, ut ſi aliquod matrimonium ſemel fuerit ualidum, propter nullum euentum contingentem poteſt irritum fieri, ac proinde ſi quando decernitur irritum, nunquam fuit ualidũ. Vnde alii contractus cõditionales poſſunt eſſe ualidi, non autẽ matrimonium, & ideo aliter loquendum eſt de conditionibus appoſitis matrimonio, & aliis contractibus, quanquam ſit etiam aliqua ſimilitudo.

EST igitur primum dubium, utrum iſte contractus ſit ualidus, contraho tecũ ſi cœlum digito tetigeris. Videtur ꝙ non ſit ualidus. Primo arguitur. Ad matrimonium requiritur conſenſus, ſed qui ad hunc modum contrahit, non habet conſenſum, ſed potius uidetur habere diſſenſum ſecundum iudicium omnium hominum: ergo non eſt uerum matrimonium.

¶Secundò. Contractus conditionatus non eſt ualidus, niſi poſita conditione, ſed eſt impoſſibile quod ponatur conditio ſignata in iſto contractu: ergo eſt impoſſibile quod in hoc caſu obliget matrimonium. Conſequentia eſt bona, maior probatur, quia non contrahit, niſi ſuppoſita illa conditione.

¶Tertio. Omnes cõtractus celebrati ſub conditione impoſſibili nullam inducunt obligationem, ut diffinitur Inſtitut. de inutilibus ſtipulationibus, & l. impoſſibilis, de uerborum obligationibus, ſed matrimoniũ celebratum eſt ſub conditione impoſſibili in illo caſu, ut conſtat: ergo nullum eſt matrimonium.

l. impoſſibilis, ff. verborũ obl. & Inſtitut. de inutilib. ſtipulationib. multis locis.

¶In oppoſitum eſt Gregor. IX. in ca. fin. de conditionibus appoſitis, ubi definit, ꝙ in matrimoniis conditio impoſſibilis habetur pro non adiecta, idem diffinitur de teſtamentis in iure ciuili Inſtitut. de hæredibus inſtituendis, § impoſſibilis, & D. Tho. in ultima concluſione huius articuli idem docet; ergo.

ca. fi. de cond. appoſit. & Inſti. de hær. inſt.

IN explicationem huius difficultatis eſt aduertendum, quod conditio impoſſibilis eſt duplex. Alia ueluti ſpeculatiua, quæ non pertinet ad mores, ut ſi quis dicat, contraho tecum ſi cœlum ruat: alia eſt ueluti practica quæ pertinet ad mores, ut ſi quis dicat, contraho tecum ſi feceris me regem. Item conditio impoſſibilis alia eſt de præſenti, alia de preterito, alia de futuro. §. impoſſibilis.

¶Hoc poſito fundamento, aliqui autores dicunt, quòd ſi conditio impoſſibilis eſt de præſenti vel preterito nullum eſt matrimonium, quoniam illa conditio non eſt proprie conditio, cum non ſuſpendat conſenſum. Hæc ſententia videtur omnino amplectẽda, quamuis eius ratio nõ ſit bona: quia etiam conditio impoſſibilis de futuro non eſt propriè loquendo conditio, nec ſuſpendit conſenſum.

¶Tota autem difficultas eſt de conditione impoſſibili de futuro, ut ſi quis dicat, contraho tecum ſi cœlum digito tetigeris. In hac difficultate Durandus in 3. diſt. 39. quæſtione quarta dicit, ꝙ non poteſt intelligere, quomodo eccleſia in tali caſu præſumat matrimonium, cum tamen oppoſitum deberet præſumere, quoniam non videtur poſſe præſumere conſenſum.

¶Alii verò dicũt, quòd in hoc caſu Reſpublica Chriſtiana facit verum matrimoniũ, vt patet ex illo decreto Gregorii IX. Hæc tamen ſententia falſiſſima eſt, nam (vt diximus ſupra) ſolus Deus poteſt facere verum matrimonium ſine conſenſu contrahentiũ.

¶Deniq; alii dicunt, quòd Gregorius IX. in illo c. errauit vt Doctor particularis, & non eſt diffinitio illius ut eſt paſtor totius eccleſiæ, exiſtimauit enim quòd eſt eadem ratio de matrimonio & de teſtamento, cũ tamen ſit diuerſa ratio. Nam rerum temporalium poteſt Reſpublica transferre dominium ſine uoluntate particularis domini, at uerò non poteſt transferre dominium corporum ſine uoluntate contrahentium. Poſtea dicemus alias expoſitiones huius textus.

¶Prima concluſio. Matrimonium celebratum ſub conditione impoſſibili, ſi non adſit verus conſenſus contrahentium, non eſt verum matrimonium. Hæc concluſio eſt manifeſta: quia ad veram rationem matrimonii requiritur conſenſus contrahentium, ut iam ſæpe dictum eſt: ergo ſi non eſt uerus conſenſus, non erit verum matrimonium. ¶Confirmatur argumentum, nã

(vt dictum eſt) tota eccleſia non poteſt facere matrimonium ſine conſenſu cōtrahentium: ergo ſi nō ſit verus & legitimus conſenſus, non erit matrimonium.

¶Secunda concluſio. Matrimonium celebratum ſub conditione impoſſibili, non ſemper iudicatur verum matrimonium, nec iudicari poteſt. Hæc cōcluſio probatur argumentis factis in principio, præcipuè tertio argumento. Conſtat etiam manifeſta ratione. Illi qui contrahunt ſub conditione impoſſibili, aliquando illud faciunt per iocum & non ſeriò: ergo eccleſia non poteſt iudicare illud eſſe matrimonium.

¶Confirmatur, quia aliquando apertè conſtat, quòd contrahentes ſub illa conditione impoſſibili non habent animum contrahendi: ergo ſtultum eſſet tunc præſumere matrimonium, & iudicare illud matrimonium verum. Et ex dictis facillimè reſponderi poteſt ad argumenta poſita in principio.

TOta igitur difficultas eſt ſoluere argumentū in oppoſitum & explicare textū Gregorij IX. qui difficilis eſt, & ſic inter doctores ſunt uariæ expoſitiones. Prima expoſitio eſt Paludani in 4. diſtinctione vigeſimaſeptima, quæſtione ſecūda, qui aſſerit, quòd matrimonium ſub impoſſibili conditione cōtractum nullum eſt à principio propter defectum conſenſus, tamen contrahētes ſub iſta impoſſibili conditione tenentur de nouo cōtrahere, propter præceptū eccleſiæ quod ponitur in iſto textu: & ita matrimoniū habebit ſuū effectū, & hac ratione dicitur, ꝙ talis conditio habetur pro non adiecta. & idē dicit de turpi conditione. Hæc ſententia ſeu explicatio meritò reiicitur ab Adriano in 4. in materia de matrimonio dubio 7. & à Ioanne de Medina. C. de reſtitutione. quæſt. 23. Ratio eſt: quia in hoc textu nullum ponitur præceptum de contrahendo matrimonio, vt cōſtat, ſed ſolum decernitur, ꝙ eſt iam contractum.

¶Secunda expoſitio eſt Adriani loco citato, qui dicit, ꝙ quando cōtrahentes ſciunt conditionem eſſe impoſſibilem, tunc non debet haberi pro nō adiecta, quia ceſſat cauſa præſumendi conſenſum, aliud verò eſt ſi putabant eſſe poſſibilem, quia tunc præſumitur, ꝙ voluerunt ſe ligare. ¶Hanc expoſitionem reiicit Magiſter Sotus ſapientiſſi-
A mus in 4. diſt. 29. q. 2. ar. 2. Primò. Nam textus hic eodem tenore ait, conditionem turpem haberi pro non adiecta, & impoſſibilem: at verò cōditio turpis etiamſi ſciatur, ꝙ eſt turpis, habetur pro non adiecta: ergo & impoſſibilis. ¶Secundò arguitur contra iſtam explicationem. Quamuis cōtrahentes putarent conditionem eſſe impoſſibilē, nō ſtatim inde ſumitur efficax argumentum ꝙ habuerunt abſolutum conſenſum, imò, potius ſumitur argumentum ꝙ habuerunt conſenſum pendentem ex illa conditione, quam putabant poſſibilem: ergo non debet
B iudicari matrimonium validum.

¶Tertia interpretatio eſt, ꝙ quando in matrimonio fuerit adiecta conditio impoſſibilis & non conſtet expreſſe, quod contrahentes habuerunt conſenſum, ut in caſu dubii, præſumitur quòd contrahentes habuerunt animum cōtrahendi & quod adhibuerunt conditionem impoſſibilem per iocū, & hoc factum eſt in fauorem matrimonii maximè, quia cum matrimonium ſit ſacramentum, non eſt credendū quod voluerint contrahere irriſoriè. Hanc interpretationē ponit Martinus de Ledeſma in 2. parte 4.
C q. 45. art. 5. & Ioannes de Medina ubi ſupra, & alii. Hęc tamen declaratio non uidetur legitima. Primo: quia quamuis quoad conditiones impoſſibiles aliquo modo hęc explicatio poſſet defendi, tamē quoad conditiones turpes non poteſt defendi, & in illo textu eodē tenore dicitur, quod conditio impoſſibilis habeatur pro non adiecta, & ꝙ conditio turpis habeatur pro non adiecta, ergo. Maior probatur: quia qui in matrimonio apponit conditionem turpē. v. g. ſi occideris inimicum contraho tecum, uidetur nolle contrahere, niſi ſub illa condi-
D tione: ergo. ¶Secundo. Si in tanto ſacramento non eſt præſumendum, ꝙ contrahentes illudere uoluerunt: ergo multo minus dici poteſt, quod talis conditio fuit adiecta per iocum.

¶Quarta declaratio illius textus eſt aliquorum modernorum Iuriſperitorū, qui dicunt, quod ius Canonicum in fauorē matrimonii reiicit ab eo tales conditiones, & ꝙ, cū iſtud ius ſit notoriū, contrahentes uidētur conſentire pure & ſine conditione in matrimoniū, cū ſciant uel ſcire debeant, a iure reijci tales conditiones, uel ſaltim præſumitur in foro externo ꝙ ſciant hoc ius.

Hæc

Hæc tamē declaratio merito reiicitur. Primo, quia ius Canonicum non fundatur ad reiiciendas de matrimonio huiuſmodi cōditiones in eo, ꝙ cōtrahentes id ſciūt, cum ſit notoriū, quia iſtud potius eſt ſubſequutum ad conſtitutionē huius canonis, quam ſit ratio ad ſtatuendū ipſum: aliàs enim ea dem ratione poſſet ius Canonicū reiicere à matrimonio conditiones contra eius ſubſtantiam: ergo ¶ Secundò. Pauciſſimi laicorum habent notitiā huius iuris, nec eā habere tenentur, imo inter ſacerdotes plurimi id ignorant, non enim tenentur omnia ſcire: ergo.

¶ His ergo, & aliis quam plurimis declarationib. reiectis, vera, & legitima interpretatio eſt Magiſtri Soti loco ſupra allegato quæſtione 2. articulo 2. quam ſequūtur communiter Thomiſtæ, quod de illo conſenſu aliunde iudicandum eſt, & non ex conditione impoſſibili: itaque ex eo quod apponatur conditio impoſſibilis non ſtatim iudicandum eſt, non eſſe verum matrimonium: ſed iudicandum eſt in foro interno ex conſenſu, ita quod ſi habuit uerū cōſenſum, validū eſt matrimoniū; ſi vero non habuit, nō eſt validū: in foro vero externo ad hunc modū iudicandū eſt, ſi ſit probabilis cōiectura ꝙ illi voluerunt cōtrahere, uel ſit dubium, vel poſuit conditionem ad decipiendum, cogendus eſt ad cōtrahendū: ꝙ quidem fit in fauorem matrimonii, & in fauorem decepti, quia in dubiis iudicādū eſt pro matrimonio.

¶ Sed vt hanc interpretationem amplius explicemus, arguitur contra illam. Nā cum Summus Pōtifex in prima parte illius textus dixiſſet quod matrimonium contractū cum conditione contra ſubſtantiam matrimonii, nō eſt validum, ſubdit ſtatim in ſecūda parte: Aliæ conditiones appoſitæ in matrimonio ſi turpes aut impoſſibiles fuerint debent pro nō adiectis haberi: ergo, ut recte aduerſetur præcedentibus, Summus pōtifex ſentit, matrimonium contractum ſub turpi cōditione vel impoſſibili eſſe ualidū, uel quod eſt præſumendum validū. ¶ Confirmatur. Mens Pontificis videtur fuiſſe hic fauere matrimonio, ſicut ius ciuile fauet vltimæ voluntati, ſed in vltimis voluntatibus conditio impoſſibilis, aut turpis non ſolum habetur pro non adiecta, ſed eius diſpoſitio cenſetur valida ſine aliqua præ ſumptione,

A vt habetur, l. 1. & l. conditiones. ff. de conditionibus inſtitutionum: ergo cōditio turpis vel impoſſibilis nō tantum reiicitur de matrimonio, ſed etiā cenſetur validum abſq; aliqua præſumptione. Maior cōſtat ex ipſo textu. Dicit enim Gregorius qđ cōtractus matrimonii quando celebratur ſub cōditione cōtraria ſubſtātiæ matrimonii, caret effectu, quantuncunq; contractus matrimonii ſit fauorabilis, licet aliæ conditiones appoſitæ in matrimonio ſi turpes aut impoſſibiles fuerint, debeant propter fauorem eius pro non adiectis haberi.

B ¶ Ad hoc argumentum reſpondetur, qđ intētio Pontificis eſt dicere, quod quis cōditiones cōtra ſubſtātiam reddāt matrimonium nullum, tamē conditiones turpes vel impoſſibiles nō irritāt matrimoniū, ſed debent haberi pro nō adiectis, quoniā aliūde iudicandum eſt de cōſenſu, & valore matrimonii. Et hoc ſatis eſt, vt ſaluetur recte aduerſatio qua ſecūda pas primæ aduerſatur. ¶ Ad cōfirmationem reſpōdet, quod non fuit intētio Summi Pontificis eodē mō ꝓuidere matrimonio, quo ius ciuile ꝓuidit vltimæ volūtati, eſt enim diuerſa ratio, vt poſteā melius dicetur: q̄a teſtamentū eſt trāſ-

C latio dominii rerū tēporaliū, quæ pōt fieri a lege ex iuſta cauſa ēt ſine volūtate veri domini. matrimoniū verò ſine cōſenſu contrahētiū nunq̄ fieri poteſt ēt ab eccleſia.

MOdo dicēdū eſt de conditione neceſſaria, & eſt dubiū ſecundū. Vtrum matrimoniū quod fit ſub conditione neceſſaria de futuro, ſit verū matrimoniū ſtatim, & ſtatim obliget. v. g. ſi quis dicat, contraho tecū ſi cralſtina die oriat̃ ſol, vr̃ quod non ſtatim ſit matrimoniū, quia contractus ille fuit ſub conditione de futu

D ro: ergo non trāsfertur dominiū corporum vſque dum ponatur talis conditio

¶ Propter hoc argumētū gl. in. c. per tuas, de conditionib. appoſitis tenet, quod non ſit uerum matrimonium ſtatim, ſed quod ille contractus habet uim ſponſaliorum de futuro vſque dū ponatur talis conditio D. Th. in hoc art. in concluſione 2. expreſsè dicit, quòd ſtatim eſt verum matrimonium, quia talis conditio iam eſt præſens in ſua cauſa, & ita non ſuſpendit conſenſum. Glo. ca. per tuas. de condit. appoſitis.

¶ In huius rei expoſitionē ſit prima concluſio. Matrimoniū celebratū ſub tali cōditione in foro externo ſine dubio eſt validū

& obligat ſtatim, anteq̃ ponatur conditio. Ratio eſt, qa conditio neceſſaria de futuro iã eſt in ſua cã: ergo in foro externo optime præſumitur, quod illi uoluerũt contrahere matrimoniũ de pſẽti, & hoc eſt quod uoluit dicere D. Tho. in illa concluſione.

¶Secunda concluſio. In foro conſciẽtiæ iudicandũ eſt ſm conſenſum quem habuerũt, itaq; ſi voluerũt ſuſpendere conſenſum vſq; ad ortũ ſolis, non efficitur ſtatim matrimonium, ſi autem voluerunt ſtatim contrahere, verũ efficitur matrimoniũ. Ratio huius concluſionis eſt aperta, nã matrimoniũ dependet ex conſenſu contrahentium.

¶Tertia concluſio. Qui apponunt conditionẽ neceſſariã, q̃ iã eſt præſens in ſua cã, vr̃ quòd ſtatim velint contrahere, ſi conditio neceſſaria ſit cognita. Hãc tenet D. Bonauẽ. in 4. quem refert, & ſequitur Syluest. verbo matrimoniũ. 3. nu. 2. Hæc concluſio probatur, qñ hoc videtur docere D. Tho. in illa concluſione. Itẽ, nã cõditionatus conſenſus ſuſpendit vinculum qñ pendet à futuro euẽtu, ſed in iſto caſu non pendet à futuro euẽtu: ergo. Dixi in concluſione, ſi conditio neceſſaria ſit cognita, nã ſi qđ eſt ſimpliciter neceſſariũ exiſtimaretur contingẽs pp alterius ignorãtiã, tunc ſuſpẽditur contractus vſq; ad futurũ euẽtũ, ſicut in aliis contingentibus ſuſpenditur; vt ſi quis dicat mulieri grauidæ. Ego cõtraho tecũ ſi pepereris maſculũ. Et eodem modo dicendũ eſt de conditione impoſſibili quæ exiſtimatur poſſibilis: ſi quis enim credebat talẽ conditionẽ poſſibilẽ, & ſub ea conſentire voluit, & non aliàs: in vtroq; foro reputatur liber ab obligatione contractus vſque ad futurũ euentum.

¶De conditionibus verò de præterito, & de præſenti dicendum eſt, quod ſi illæ conditiones non cõtrariãtur matrimonio; illis ſtantibus ſtat matrimonium, & non ſtantibus, non ſtat. Ratio eſt: nam iſti non habẽt conſenſum, niſi ſuppoſita illa conditione.

Circa iſtas conditiones dubiũ tertiũ eſt an ſit validus iſte cõtractus, contraho tecũ ſi virgo es. Reſpondetur, qđ ſtãte illa conditione verũ efficit mr̃imoniũ & non ſtãte non efficitur verũ mr̃imoniũ propter rationẽ iã ſæpè poſitã. Quòd ſi qs dicat, ſi talis mulier corrupta ſit, eſt conditio impoſſibilis, nã ad pteritũ non eſt potẽtia, & Hier. in epiſt. ad Euſtochiũ (qui refertur. 32. q. 5. c. ſi Paulus) dicit. Audẽter dicã, cum oĩa poſſit Deus, ſuſcitare virginẽ non poteſt poſt ruinã, ſed conditio impoſſibilis ſm Greg. habetur pro non adiecta, ergo. Reſpondetur qđ Summus Pontifex loquit̃ de conditionib. impoſſibilibus ſm ſe, & abſolutè, non autem de impoſſibilibus ex ſuppoſitione, & veluti per accidens: præterita vero ſunt impoſſibilia per accidens. c ſi Pau. 32. q. 5.

¶Dubiũ tamen eſt de iſto contractu, contraho tecũ ſi inuenerò te virginẽ. Ad hoc dubiũ dicendũ eſt, q̃ ſi faciat iſtũ sẽſum, uolo contrahere tecum ſi ſit certũ, & exploratũ iudicio mulierum quod illa ſit virgo, validus eſt contractus, & hẽt vim ſponſaliorũ de futuro, ſi uero ille intẽdat explorare illud copula carnali, conditio eſt turpis, & in iure habetur pro non adiecta, de quo infra.

¶Ad has conditiones reducunt̃ cauſæ, & modi, & demonſtrationes. Cãæ quippè, ut ſi quis dicat, contraho tecũ quia pulcherrima es, & nobiliſsima; modi, ut ſi quis dicat, contraho tecũ ut mihi neceſſaria ſubminiſtres: demõſtrationes uerò, ut ſi quis dicat, contraho tecũ Maria oĩum pulcherrima. In omnib. his caſib. dicendũ eſt, quòd eſt ualidum mr̃monium etiam ſi non ponãtur illę conditiones, modi, uel demonſtrationes. Ratio eſt: nã omnis contractus ualidus, ſi non ſit deceptio in ſubſtantia contractus, ſed in omnibus iſtis caſib. non eſt deceptio in ſubſtãtia; ſed in cauſa, modo, uel demonſtratione, ergo ualidũ eſt matrimoniũ. ¶Aduertẽdum enim eſt, quòd iſtæ cãæ uel modi uel demonſtrationes habent ſe ueluti antecedẽter ad mr̃monium, non ut obiectũ uel pars obiecti, ſed quaſi motiuũ, & ideo non irritãt contractum: in Theologia enim maximè refert, quod aliquid ſit obiectũ uel pars obiecti, uel antecedenter ſe habeat, ut cauſa mouens. Si enim eſſet obiecti uel pars obiecti non eſſet ualidum matrimonium.

De conditionibus vero propriiſsimis de futuro. Eſt grauiſsima diſputatio & dubium quartum an conditio de futuro quæ eſt contraria matrimonio faciat nullũ matrimonium. v. g. contrahit aliquis ad hunc modũ, contraho tecũ hac lege, & conditione, ut permittas me ſeruare perpetuã caſtitatem, & non ſit petendum, & reddendum debitum inter nos: dubium eſt, an in hoc caſu ſit validum matrimonium.

¶Et vr̃ quòd in hoc caſu matrimonium ſit

ſit ualidum & quòd iſta cõditio nõ irritet matrimonium. Primò arguitur. Conditio adiecta profeſſioni uel uoto ſolenni contra eius ſubſtantiam, nõ irritat ipſam profeſſionem ſeu uotum ſolenne: ergo nec cõditio contra ſubſtantiã matrimonii irritat ipſum matrimonium. Cõſequentia eſt euidens ex paritate rationis, eadem enim eſt ratio de matrimonio, atq; de uoto ſolemni. Antecedens uerò probatur ex ca. ſi. qui clerici uel uouentes, ubi expreſſe diffinitur, ꝙ uotum emiſſum à quadã muliere hac lege & conditione, ut haberet propria, & maneret in domo ſua, ualidũ eſt. Dicitur enim ibi ꝙ fecit uotum eo adiecto tenore, ut in domo propria cum omni ſubſtantia ſua remaneret, illa autem conditio contraria eſt ſubſtãtiæ uoti ſolennis, contrariatur enim paupertati & obedientiæ quæ ſunt de eſſentia uoti ſolennis, ergo. ¶Confirmatur argumẽtum. Omnis ſacer ordo receptus facta proteſtatione à recipiẽtib. ſe uelle habere uxores & non poſſe continere, tenet non obſtãte illa proteſtatione, tamen illa proteſtatio aduerſatur ordini ſacro, ergo matrimoniũ eſt ualidum etiam cum conditione contraria ipſi. Conſequentia eſt bona, maior habetur expreſſe in c. diaconi, 28. diſt. Minor uerò probatur, quia qui ordinatur ordine ſacro, facit uotum ſolenne tacitum caſtitatis ſeu continentiæ, ut habetur in ca. unico, de uoto, libro 6.

c. ſi. qui clerici, vel uouentes.

c. Diac. 28. diſt.

c. unico, de uoto, in 6.

B

¶Secundò arguitur. Iſta conditio, cõtraho tecum ſi permittis me perpetuam uirginitatem ſeruare, taliter quod inter nos nõ ſit petendum nec reddendum debitum nõ uitiat matrimonium, at iſta conditio eſt cõtra ſubſtantiam matrimonii, ergo conditio contra ſubſtantiam matrimonii non uitiat matrimonium. Conſequentia eſt optima, minor conſtat, nam talis conditio tollit cõſenſum in copulam etiam implicitum. Maior, in qua eſt difficultas, probatur multipliciter. Primò probatur. Inter beatiſſimã Mariam & Ioſeph fuit uerum matrimoniũ ut conſtat de fide Matth. cap. 1. & cap. beata Maria, 27. quæſt. 2. tamen fuit lex & conditio inter illos ſeruandi uirginitatem, & de non petendo & reddendo debitum; ergo. Minor conſtat, nam beata uirgo habuit uotum caſtitatis, ut eſt certũ: ergo non potuit contrahere, niſi cum illa lege & cõditione, aliàs.n peccaret mortaliter contra uotum.

C

D

A

Secundo probatur maior. Intentio nõ reddendi debitum nec petendi, non contrariatur matrimonio, nam talis intentio ſine dubio fuit in beata Virgine in qua fuit verum matrimonium, ergo conditio non reddendi nec petendi debitum non contrariatur matrimonio. Probatur conſequentia, nã eſt eadem ratio de intentione atque de conditione. Tertio probatur maior. Matrimoniũ ſic contractum, contraho tecum ſi caſtitatem vouiſti, ſeu ſi caſtitatem voues, eſt validum, vt ſignificatur in c. meminimus, & ca. rurſus, qui clerici vel vouentes: ergo etiam matrimonium contractum cum cõditione de ſeruanda perpetua caſtitate. Probatur conſequentia: quia qui in caſu antecedẽtis vouit caſtitatem, aut vouet, tenetur illã ſeruare, & alius tenetur permittere alterum ſeruare perpetuam caſtitatem, & non poteſt petere debitum.

c. mem nimus c. rurſ. qui clerici ue uouentes.

¶Tertiò principaliter arguitur, & confirmatur argumentum præcedens. Si aliqua conditio vitiaret, eſſet conditio de non petendo & reddendo debitum, ſed hæc non irritat matrimonium: ergo nulla. Conſequẽtia eſt bona & maior eſt manifeſta. Minor probatur. Copula carnalis non eſt de eſſentia matrimonij, ſed conſummatio & perfectio illius accidẽtalis, vt ſupra diffiniuimus & conſtat manifeſtè, quia matrimoniũ per ſolum conſenſum de præſenti eſt veriſſimũ cum nuptias non concubitus, ſed conſenſus faciat, vt habetur c. matrimonium. cap. ſufficiat c. Beata Maria c. omnis, 27 quæſt. 2. & l. nuptias. ff. de regul. iur. ergo ſine copula carnali poteſt ſtare matrimonium, ac ſubinde conditio de non petendo & reddẽdo debitum non irritat matrimonium. ¶Quod ſi quis dicat, ꝙ matrimonium bene ſtat ſine copula carnali, nõ tamen ſine obligatione ad reddendum debitum, & ſine iure ad petendum, quia talis obligatio & ius eſt de eſſentia matrimonii. Contra, obligatio ad reddendum debitum & ius ad petendũ, nõ eſt de eſſentia matrimonii, ergo cõditio de non reddẽdo debitum non cõtrariatur matrimonio. Conſequentia eſt euidens, antecedens cõſtat, nam ſi aliqui poſt matrimoniũ ratũ & cõſummatum trãſeant ad religionẽ ex uoluntate vtriuſq;, nõ hñt obligationẽ reddendi debitum, nec ius ad petendũ, nam habent votũ ſolenne caſtitatis, cũ quo non cõpatitur obligatio reddendi debitum, nec

c. mat moniũ ca. ſuffi ciat, c beata Maria ca. oïs 27. q. & l. n ptias, de re iur.

ius ad petendum: tamen eſt verũ matrimonium inter illos, vt dicemus infra, ergo. Itẽ; nam ſeparato matrimonio propter adulterium, ſaltem innocẽs liber eſt ab obligatione reddendi debitum: ergo obligatio & ius ad copulã nõ eſt de eſſentia matrimonii. ¶Cõfirmatur argumentum. Si poſt matrimoniũ ratum cõiuges emittant votũ caſtitatis, non eſt obligatio ad reddendum debitũ, nec ius ad petendum, tamẽ eſt verum matrimoniũ vt conſtat: ergo obligatio ad reddendum debitum & ius ad petendum non eſt de eſſentia matrimonij, ac ſubinde conditio de non reddendo debitũ non cõtrariatur matrimonio, quia ꝙ matrimonio contracto accidere poteſt, non eſt illi obſtaculum vt contrahatur. Maior conſtat, nam ſi habent votum caſtitatis, non eſt obligatio ad reddendum debitum, nec ad petendum poteſt eſſe ius.

B

¶Quartò arguitur, ſequitur, ꝙ ſi aliquis contrahat ſic, contraho tecũ ſi generationẽ prolis euites, non ſit validum matrimoniũ, cõſequens eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur: quia matrimoniũ ordinatur ad generationem prolis, & ita in illo c. fi. inter conditiones contrarias matrimonio ponitur iſta. Falſitas cõſequẽtis probatur, nã proles nõ ẽ de eſſentia matrimonij vt cõſtat: ergo illa cõditio, ſi generationem prolis euites, nõ eſt cõtra ſubſtantiã matrimonij. ¶Cõfirmatur argumentũ. Matrimoniũ ſic cõtractum, cõtraho tecum ſi es ſterilis, nõ eſt inualidum, imò ſtante conditione valet, tamen iſta cõditio tollit conſenſũ in prolem, ergo. Cõſequentia cum minori eſt certa, maior autẽ probatur, quia (vt dicemus infra) ſterilitas non irritat matrimonium, & ſic matrimonium inter illos eſt validum.

Dic. c. fi. de cõdi. appoſit.

C

¶Quinto arguitur. Si conditio contraria matrimonio vitiat matrimonium, ſequitur ꝙ iſte contractus ſit inualidus, Contraho tecum ſi filios qui naſcentur ex matrimonio expoſueris, conſequẽs eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Sicut matrimonium ordinatur ad procreationẽ prolis & ita conditio de vitanda prole contrariatur matrimonio, ſic etiam ordinatur ad commodã educationẽ prolis etiam ſecũdum eſſe rationale, huic autem educationi contrariatur illa conditio, ſi filios expoſueris. Falſitas conſequentis probatur. In matrimonio ſeruorum videtur eſſe talis con-

D

A

ditio, & nihilominus validum eſt matrimonium, vt conſtat ex viu eccleſiæ; ergo.

¶Sexto arguitur. Si aliqua conditio eſt contraria matrimonio & deſtruit illud, eſt illa, donec aliam inueniam honore & facultatibus digniorem, hæc enim ponitur in illo ca. finali de conditionibus appoſitis, ſed illa non eſt contraria matrimonio: ergo. Minor probatur. Indiſſolubilitas non eſt de eſſentia matrimonij, vt manifeſte conſtat: ergo illa conditio non eſt contra ſubſtantiam matrimonij. ¶Et ſi quis dicat, quod indiſſolubilitas eſt propria paſſio, & quidquid contrariatur paſſioni, cõtrariatur eſſentiæ, quæ eſt radix talis paſſionis. Contra, nam vt dicemus infra, matrimonium aliquib de cauſis eſt diſſolubile; ergo indiſſolubilitas non eſt propria paſſio matrimonii. ¶Confirmatur argumentum. Si quis contrahat ad iſtũ modum, Ego contraho tecum, dum tamen per decem annos non cohabitemus, verum efficit matrimonium, tamen illa cõditio eſt contra ſubſtantiam matrimonii: ergo. Conſequentia eſt bona, maior cõſtat ex vſu, maximè quando pueri contrahunt. Minor verò probatur, quia in definitione matrimonii ponitur, indiuiduam vitę conſuetudinẽ retinens: ergo illa conditio eſt contra eſſentiam & ſubſtantiam matrimonii.

Dic. c. fi.

¶Septimò arguitur Si aliqua cõditio eſt cõtraria matrimonio & vitiat illud, eſt illa, ſi pro quæſtu te adulterandam tradideris, hæc enim ponitur tanquam cõtraria in illo c. finali, ſed iſta non eſt contraria matrimonio nec vitiat illud. ergo. Conſequentia eſt bona, minor vero probatur, nã ad fidem matrimonii & eius finem ſufficit, ꝙ uxor debitũ viro reddat quoties exegerit: ergo ſubſtãtiæ matrimonij nõ repugnat, ꝙ illa adulterium cõmittat, & conſequenter illa conditio non eſt cõtraria matrimonio, nec ipſum vitiat: ſed habebitur pro non adiecta tanquam turpis, ut dicitur in eodem capitulo finali.

Dic. c. fi.

Dic. c. fi.

¶Octauũ. Matrimonium contractum ab uno ex contrahentib. abſolute, & ſine ulla conditione, & ab altero ſub conditione cõtraria ſubſtantię matrimonii, ualet: ergo cõditio contra ſubſtantiã matrimonij nõ irritat ipſum. Conſequentia eſt bona, antecedens uerò probatur ex c. aliquando. uerſu. ſi autem, 32. q. 2 ubi D. Augu dicit, quod ſi ambo coniuges contraxere ab initio ſub

ca aliqñ ibi, ſi aũt 32. q. 2.

con-

conditione de procurãdis venenis ſterilitatis aut de extinguendo fœtu intra viſcera, matrimonium,non valet,nec cõiuges ſunt, nec per matrimoniũ, ſed per ſtuprũ cõueniunt; quoniam illa conditio eſt cõtra ſubſtantiam matrimonii:& ſubdit, ꝙ ſi ambo non ſunt tales,ideſt,ſi vnus tantum ſub illa conditione cõtraxit,alter vero purè, & ſine cõditione,matrimonium eſt validum:licet aut illa ſit quodammodo mariti meretrix aut ille quodammõ adulter vxoris, Et quo textu apertè colligitur probatio antecedentis:ergo.

A

¶Nono arguitur Sequitur, ꝙ ſi aliq cõtrahant ſponſalia de futuro cum illis cõditionibus iam poſſit.v.g. contraham tecum vel promittó tecũ contrahere, ſi generationẽ prolis euites,aut ſi pro quæſtu te adulterãdam tradideris, ꝙ non ſint vera ſponſalia,nec obligent:cõſequẽs eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Matrimonium ſub illis conditionibus non tenet,ergo nec ſponſalia, nam ſpõſalia ſunt præuia ad matrimonium. Falſitas cõſequẽtis probatur. Illæ conditiones non ſunt contra ſubſtantiam ſponſaliorum, ſed turpes: ergo non vitiant ſpõſalia,ſed ſunt reijciendæ,vt turpes, & habẽdæ tanquam non adiectę. ¶In oppoſitum eſt doctrina D. Tho. in prima concluſione huius articuli.

B C

IN hac grauiſſima difficultate Paludanus in 4 diſtinctione 30.quęſt. 2.exiſtimat, quod ſi conditio cõtraria matrimonio eſt turpis, nullũ eſt matrimonium, nam ita diffinitur in illo cap. finali, ſi autem conditio cõtraria ſit honeſta, vt eſt illa quæ ponitur in noſtro dubio, ualidum eſt matrimonium.

Dict.ca. final.

¶ Prima concluſio. Matrimonium cõtractum ſub conditione contraria ſubſtantiæ matrimonii inualidũ eſt.v.g.ſi qs cõtrahat ad hũc modũ,cõtraho tecum ſi generationem prolis euites aut ſi pro quæſtu te adulterandam tradideris; aut donec aliam inueniam. ¶Hæc concluſio probatur primo ex capi. finali de conditionibus appoſitis, vbi hæc veritas ex profeſſo definitur, cum dicitur,quod ſi conditiones contra ſubſtantiam coniugii inferuntur,puta ſi alter dicat alteri,contraho tecum ſi generationẽ prolis euites,vel donec inueniã aliam honore vel facultatibus digniorem, aut ſi pro quæſtu adulterandam te tradas matrimonialis con-

D

Dict. c. fi.de cõdit.appoſitis.

A tractus quãtumcũque ſit fauorabilis caret effectu: ergo iuxta diffinitionẽ eccleſiæ tale matrimonium eſt nullum. ¶Cõfirmatur hoc argumentum ex ipſo iure 32.quæſt.2. cap. ſolet, quód eſt D. Auguſtini de bono cõiugali, in quo expreſſè diffinitur hæc veritas, & idem habetur in cap. aliquãdo eadem cauſa,& quæſtione,quod eſt etiã eiuſdem Auguſtini de nuptiis, & concupiſcentiis,& idem habetur in iure ciuili in multis locis quæ non adducuntur, quoniam non attinent ad noſtrum inſtitutum.

ca.ſolet. 32.q. 2. c.aliquãdo.ibid.

¶Secundo probatur concluſio ex doctrina omnium Theologorum,& Iuriſperitorum,D.Tho.in hoc articulo, & quæſtione ſequenti articul.1.ad tertium,& quæſt.49. additionum.art. 3 Magiſter Sotus in.4. diſtinctione 29.quæſtione 2.art. 3. D. Bonauent. Ricardus in 4.diſtin. 28. Adrianus in materia de matrimonio quæſt.9.Syluester uerbo matrimonium.8. Iuriſperiti ſuper illa capita citata,præcipue ſuper illud c finã. de conditionibus appoſitis. Vide Couarru. in epitome 2. cap. 3. §. 7. nu. 1. Nauarr. in Manu.cap. 22.num.32 per multos numeros,ergo.

B

C ¶ Tertio probatur concluſio. Ad matrimonium requiritur conſenſus vtriuſq; cõiugis in verum matrimonium,ſed qui conſentit in matrimonium ſub conditione contraria ipſi matrimonio.v.g.quòd nõ fiat traditio corporum,non conſentit in verũ matrimonium:ergo non efficit verũ matrimonium. Conſequentia eſt bona,maior eſt manifeſta ex ſupra dictis. Minor vero, in qua eſt difficultas probatur. Talis conditio deſtruit ſubſtantiam matrimonii, non enim poteſt intelligi matrimonium ſine traditione corporum:ergo qui conſentit in matri-

D monium hac lege,& conditione quod non fiat traditio corporum,nõ conſentit in uerum matrimonium. ¶ Confirmatur argumentum. Sine ſubſtantia rei nihil poteſt ſubſiſtere,ut habetur in capitul. tua nos.de ſponſalibus,& cap.detrahe.1.quæſtione. 1. & conſtat manifeſta ratione, quia ſubſtantia ei eſt intrinſeca ipſi rei, ſed quando cõtrahitur matrimonium cum conditione cõtraria ipſi eſſentiæ matrimonii, non poteſt eſſe ſubſtantia matrimonii,vt conſtat;ergo non poteſt eſſe matrimonium.

c.tua nos de.ſponſal. c.detrahe.1.q 1.

¶Quartò probatur concluſio. Alii contractus in quibus ponitur conditio contra

ſubſtantiam vel finem cõtractus nulli ſunt, vt patet in emptione, & venditione, nam ſi quis contrahat hac lege, & cõditione quod non transferatur dominiũ rei venditę, nulla eſt venditio: quoniam talis conditio aduerſatur ſubſtantiæ vẽditionis, de cuius eſſentia eſt, quòd transferatur dominium rei venditæ. Item in cõtractu ſocietatis ſi quis contrahat hac conditione quod ſocius ſit particeps damni, non tamen lucri, contractus eſt nullus, quoniam illa conditio contrariatur fini: ergo multò magis matrimonium. Patet conſequentia ex dictis: & hoc explicabitur amplius in cõcluſionibus ſequentibus.

¶ Secunda concluſio, explicatiua præcedentis. Matrimonium contractum ſub conditione contraria ſubſtãtiæ matrimonii eſt irritum, & nullum iure naturali: itaq; ſtando in iure naturali etiã ſine iure poſitiuo inualidum eſt. Hanc concluſionem docent omnes Theologi, & probatur, quia ex rationibus omnibus adductis pro præcedenti concluſione apertiſſimè colligitur, ꝙ matrimonium ita celebratũ ſit irritum, & nullum iure naturali: res enim ſecundum naturã nõ poteſt ſubſiſtere ſine ſubſtantia, & eſſentia propria ſtando in lumine naturali: ergo iure naturali matrimonium celebratum ſub conditione contraria, & deſtruente ſubſtantiam, eſt nullum. ¶ Item, omnes alii contractus in quib. ponitur aliqua conditio cõtraria ſubſtantiæ, vel fini cõtractus inualidi ſunt iure naturali, vt cõſtat in exẽplis adductis de emptione, & contractu ſocietatis: ergo matrimonium cõtractũ cum conditione contraria ſubſtantiæ vel fini matrimonii inualidũ eſt iure naturali. Et quẽadmodum in naturali generatione ſi aliqd inciderit contra ſubſtantiam rei genitæ nulla ſequitur generatio; ita in contractib. conditio contraria ſubſtantiæ matrimonii naturali iure deſtruit matrimonium. ¶ Ex hac cõcluſione ſequitur, ꝙ definitio Põtificis in illo cap. finali, de conditionib. appoſitis, potius eſt declaratio iuris naturalis, quã determinatio Pontificis: ſequitur enim (vt iam diximus) ex principiis naturalib. Idem dicendum eſt de aliis ſimilibus definitionibus.

¶ Tertia concluſio explicatiua præcedentium. Matrimonium celebratum ſub cõditione contraria paſſioni matrimonii nullum eſt, ſtãdo etiam in iure naturali, imò ſi celebretur ſub conditione contra bona matrimonii, eſt nullum, eodem iure. Hęc cõcluſio duas habet partes. Prima pars explicatur exemplo, vt ſi quis contrahit cũ aliqua hac lege, & conditione quod non ſit petendum uel reddendum debitum, vel ꝙ matrimonium ſit diſſolubile, tale matrimoniũ eſt nullum iure etiam naturali. Hæc pars eſt D. Th. in locis allegatis pro prima concluſione, & eam tenent etiam omnes Doctores citati in eadem concluſione.

B ¶ Primo probatur hæc prima pars. Ad rationem matrimonii ſtãdo etiam in iure naturali, requiritur verus conſenſus in verum matrimonium, ſed qui conſentit in matrimonium diſſolubile, aut in matrimonium ex quo non oritur ius, & obligatio ad reddendum, & petendum debitum, non cõſentit in verum matrimonium: ergo nõ eſt verum matrimonium ſtãdo in iure naturali. Minor probatur. Nam ex verò matrimonio oritur indiſſolubilitas, & ius, & obligatio, ergo.

C ¶ Secundo probatur hæc pars. Quidquid aduerſatur propriæ paſſioni, contrariatur etiam eſſentiæ à qua oritur talis paſsio, ſed ius, & obligatio ad petendum, & reddendũ debitum, & indiſſolubilitas ſunt paſsiones matrimonii quæ oriuntur ab eſſentia illius vt iam dictum eſt: ergo quidquid contrariatur his paſsionibus, cõtrariatur eſſentię matrimonii: illæ verò conditiones contrariantur paſsioni, vt patet, ergo. Maior probatur. Quidquid contrariatur effectui, contrariatur cauſæ illius effectus, vt cauſa eſt. error enim qui aduerſatur ſcientiæ, contrariatur etiam præmiſsis diſpoſitis ad ſcientiam, & frigiditas quæ cõtrariatur calori, contrariatur etiam cauſæ ꝓductiuæ caloris, & odiũ Dei quod aduerſatur amori, ex cõſequenti contrariatur viſioni beatificæ, quæ eſt productiua amoris, ſed propria paſsio eſt effectus eſſentiæ a qua oritur per ſimplicẽ emptionem, ergo quidquid contrariatur paſsioni, cõtrariatur etiam eſſentiæ productiuæ paſsionis.

¶ Secunda huius concluſionis pars habetur etiam in D. Th. & in aliis autoribus citatis, & probatur. Eſſentia matrimonii conſiſtit in conſenſu mutuo in ſocietatem coniugalem, vt conſtat ex eius ratione, & habetur in cap. ſufficiat. cap. Beata Maria. 27. quæſt. 2. cap. ſuffiſciat. c. beata Maria. 27. q. 2.

quæſt. 2. cum alijs, ſed in hoc conſenſu includitur conſenſus ſaltem implicitus in tria bona matrimonij, nempe prolē, fidē, & ſacramentū, ſeu perpetuitatem, ergo tria illa bona matrimonij in intentione & conſenſu ſaltem implicito ſunt eſſentialia matrimonio, ac ſubinde conditio contraria iure naturali deſtruit matrimoniū. Hæc pars & præcedens diffinitur in illo cap. ſi. de conditionibus apppoſitis, vide gloſſ. ſuper illud cap. & Couarru. in loco citato pro prima concluſione. §. 1. nu. 1. Magiſtrū Sotum in 4. diſt. 29. quæſt. 2. art. 3. & diſt. 31. quæſt. 1. articulo 2. Dic. c. ſi. iſiſta gl. de condit. appoſitis.

¶Ex dictis ſequitur primò, quòd ſi quis cum aliqua contrahat donec naſcatur maſculus uel cū aliqua ſimili conditione quæ aduerſetur perpetuitati matrimonii, nullū eſt matrimonium, nam talis conditio repugnat paſſioni matrimonii, & ex conſequenti repugnat eſſentiæ.

¶Secundò ſequitur, quòd ſi quis cū aliqua contrahat hac conditione quòd det operā adulterijs, vel permittat illū habere concubinā, nullum eſt matrimonium, quia quāuis ſeruare fidē non ſit de eſſentia matrimonii, obligatio tamen ad ſeruandā fidem eſt de eſſentia matrimoni, ſed in hoc caſu ponitur conditio contraria: ergo nullum eſt matrimonium.

¶Tertio ſequitur, quòd ſi aliquis contrahat cū aliqua conditione quòd debet dare operā ſterilitati, & quòd debet aſſumere venenū ſterilitatis, nullum eſt matrimonium, quia quāuis proles non ſit de eſſentia matrimonij, ordo tamen ad prolem eſt de eſſentia ipſius: & ſic conditio contraria irritat matrimonium. Hæc autē omnia amplius declarabuntur in ſolutionibus argumentorum.

¶Aduertendum tamen eſt primò, quòd iſtæ conditiones ſi ponantur de præſenti, vel de futuro, reddunt nullū matrimoniū, ſi autem ponantur de præterito, validum eſt matrimonium. Ratio eſt: Nam quòd mulier adulterium cōmiſerit de præterito, non contrariatur matrimonio, benè tamen ſi ponatur de præſenti, vel de futuro.

¶Secundò aduertendum eſt, quòd hoc poteſt fieri dupliciter, vel per modum ſimplicis aſſertionis, & ſi ad hunc modum fiat, non redditur nullū matrimonium. Secundo modo poteſt fieri per modū obligatio-

A nis, & ſi iſto modo ponatur conditio efficit nullum matrimoniū. Ratio eſt: Quoniam ſimplex aſſertio non contrariatur matrimonio, obligatio tamen contrariatur matrimonio: quod ſtatim amplius explicabitur in ſolutione ad ſecundum argumentum.

Ad argumenta facta in principio reſpondetur. Ad primū reſpondetur negando antecedens, etenim uotū ſolenne nullum eſt, ſi ponatur conditio cōtra eius ſubſtantiā, quidquid dicant multi Iuriſperiti, retinere verò proprium, eſt conditio contra ſubſtantiam religionis, nam

B abdicatio proprietatis eſt de ſubſtantia religionis, vt habetur cap. cum ad monaſteriū, de ſtatu monachorum. Et ad probationem antecedentis reſpondetur, quod illa mulier fecit uerum uotum, cæterūm poſtquam emiſit votum, habuit facultatem à prælato vt haberet bona quantum ad vſum, hoc autē non contrariatur uoto ſolenni, & ſic non eſt eadem ratio atque de matrimonio in caſu noſtri dubii: vnde gloſſa in illo cap. citato in argumento, & Couaruuias vbi ſupra, & alii dicunt, quod quando reſeruatio fit ita, ut liceat bona retinere quantum ad

C vſum ex licentia prælati, licitū eſt, & non contrariatur ſubſtantiæ voti ſolennis, vt habetur in cap. non dicatis, 12. q. 16. Ad confirmationē reſpondetur, quod illa proteſtatio non eſt contra ſubſtantiam ordinis ſacri, vt adnotatur in cap. Nicæna. diſt. 31. & in cap. cum olim, de clerico coniugato: ſed eſt contra ſtatutum eccleſiæ in illo capit. vnico. citato in cōfirmatione, eſſentia enim ordinis ſacri non conſiſtit in illo voto, ſed poteſt reperiri eius eſſentia ſine tali uoto, tamen eccleſia ordinanit, quod ille qui ordinatur ordine ſacro, emittat tale uotū, &

D ſic talis proteſtatio non eſt contra ſubſtantiam, ſed contra ſtatū: in noſtro vero caſu conditio appoſita eſt contra ſubſtantiam, vnde non eſt eadem ratio.

cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monachorū. Gl. in dicto c. ſi. qui clerici vel uouentes. c. non dicatis 12. q. 16. c. Nicæna. diſt. 31. c. cū olim. de clerico coniug. Dict. ca. vnico dè voto. li. 6.

¶Ad ſecundum argummentum reſpondetur negando maiorē, quamuis oppoſitū dicat Paludanus in loco citato, & Angelus, verbo, matrimonii impedimenta, dicunt enim eſſe conditionem contrariā honeſtā, & quòd hæc non vitiat matrimonium, hoc autem falſum eſt, quia ca. illud finale, vniuerſaliter docet, quod omnis cōditio contra ſubſtātiam matrimonii deſtruit matrimonium. Ita tenent omnes Doctores, Sylueſt. Dic c. ſi. de condit. appoſitis.

ueſt. verbo, matrimonium 4. nu. 6. Sotus, Couarru. & alii citati, Victoria in Summa nu. 260. Et ratio eſt aperta ex ſupra dictis, nam talis conditio quantũuis honeſta tollit conſenſum in bona matrimonii, & in poteſtatem ad copulam, & ſic deſtruit matrimonium.

¶ Ad probationes maioris reſpondetur. Ad primã probationem dicitur pro nunc, quod conditio poteſt poni dupliciter in aliquo contractu. Primo modo taliter quod conditio ſit intrinſeca contractui, alio mõdo ita vt ex amicabili conuerſatione velit aliquis illud facere, taliter quod non ingrediatur rationem contractus. v. g. ſi aliquis conferat beneficium hac lege & cõditione, quod reddat centum, ita vt conditio ſit intrinſeca contractui, talis cõtractus eſt ſimoniacus, irritus, & nullus iure naturali: ſi tñ ex amicitia velit reddere centũ, talis contractus ſtando in iure naturali nõ eſt ſimoniacus nec irritus: ita in matrimonio ſi ponatur conditio non reddendi debitũ & ſeruandi perpetuam caſtitatem tanquam intrinſeca contractui, irritat & annullat contractum iure naturali, ſi autem ex amicitia inter uirum & fœminam ſeruetur perpetuo caſtitas, & non petatur nec reddatur debitum, ualidum eſt matrimonium. Et ſic factum fuit matrimonium inter Beatã Virginem & Ioſeph, nã B. Virgo tradidit dominiũ & poteſtatem ſui corporis Ioſeph, & Ioſeph per illum contractum hăbuit ius ad copulam carnalem, nec appoſita fuit aliqua conditio intrinſeca contractui, erat tamẽ certa B. Virgo ex motione Spiritus ſancti quòd matrimoniũ non deberet eſſe conſummatum, & ita matrimonium B. Virginis non fuit contrarium voto virginitatis, quia habuit firmam intentionem & propoſitum nunquam reddendi debitum: hoc autem propoſitum non contrariatur eſſentię matrimonij vel paſſioni eius, nã tali uoto ſolum contrariatur copula carnalis in actu exercito, non verò copula carnalis in potentia, quæ eſt copula ſecundũ quid. v. g. Si quis habeat iuramentũ uel uotum ingrediendi religionem vel ſeruandi caſtitatem, & contrahat cum aliqua animo non conſummandi matrimoniũ, ſed contrahit propter aliquem bonum finem, iſte talis verũ efficit matrimoniũ, quamuis non habeat propoſitum reddendi debitũ. Item, ſi quis faciat profeſſionem animo ſe obligandi & profitendi, licet habeat propoſitum nunquam ſeruandi promiſſa, validũ eſt votum, vt dictũ eſt in materia de ſpõſalibus quæſt. 43. quamuis peccatum committat qui ad hunc modum profitetur. Igitur in propoſito B. Virgo habuit animũ contrahendi & obligandi ſe ad copulam carnalem, habuit tamen intentionem ex motione Spiritus ſancti & firmum propoſitum nunquã reddendi debitũ. De quo vide D. Tho. 3. part. quæſt. 29. art. 2. & ex dictis reſpondetur ad primam probationem

¶ Ad ſecundam probationẽ maioris reſpondetur, quod intentio & propoſitũ nunquã reddendi debitum non reddit nullum matrimonium, quoniam tale propoſitum (vt diximus ad primam probationem) non contrariatur ſubſtantiæ matrimonii, obligatio uerò ad reddendum debitum eſt intrinſeca matrimonio, ita vt ſine tali obligatione non poſſit fieri matrimonium.

¶ Ad tertiam probationem maioris conceſſo antecedenti negatur conſequentia. Ratio differentiæ eſt inter matrimonium ſic contractũ, contraho tecũ ſi vouiſti caſtitatem, & inter matrimonium contractum ad hunc modum, contraho tecum ſub hac conditione, ſi permittis me perpetuam virginitatem ſeruare. Nã in caſu antecedentis quãuis ſit emiſſum uotum ſimplex caſtitatis ante matrimonium, tamen eo contracto eſt ius de iuſtitia ad petendum debitum (quidquid dicat Sylueſter, verbo, matrimoniũ. 7. §. 5.) & ita coniugi petenti debitum tenetur alter coniux reddere, licet exigens emiſerit votũ caſtitatis: petit enim ius ſuum de iuſtitia, ac proinde per illã conditionẽ non tollitur conſenſus & poteſtas in copulam carnalem: cùm verò apponitur illa conditio, ſi permittis me perpetuam virginitatem ſeruare, ita vt non ſit petendum nec reddendum debitum, tollitur conſenſus & poteſtas in copulam: & ſic matrimonium non tenet, & in hoc omnes conueniunt.

¶ Quòd vero attinet ad illam conditionem, ſi caſtitatem voues dubiũ eſt, an irritet matrimoniũ. In hac difficultate Magiſter Sotus in 4. diſt. 29. quæſt. 2. ar. 3. docet, quòd ſi coniuges contrahant illo mõ, Contraho tecum ſi voto te prius caſtitatis ſic obſtrinxeris, vt nunquam à me petat. nec mihi

mihi reddas debitum, non eſt matrimoniũ: & dicit hanc eſſe communem ſententiam, quam docet Couarru. ubi ſupra nu. 5. & alii Doctores. Ratio illorum eſt Talis conditio de voto faciendo poſita principio eſt contraria ipſi actui matrimoniali, ac ſubinde facultati, quæ tribuitur in matrimonio ad actum: ergo ſimpliciter non conceditur facultas corporis quæ eſt propter vſum, & ſic non eſt matrimonium. ¶ Nihilominus tamen mihi videtur dicendum, quod contractus matrimonii celebratus ſub tali conditione validus eſt, & non vitiatur propter talem conditionem. Hanc ſententiam tenent aliqui autores. Ratio huius ſententiæ eſt, quia talis conditio non impedit tranſlationem dominii & poteſtatem corporis quam alter alteri tenetur facere: ergo dicendum eſt, quod matrimonium eſt ualidum. Conſequentia eſt bona, antecedens probatur. Quamuis ille qui tale uotum emiſit, peccet mortaliter petendo debitum, peccat ſolum contra religionem ratione voti, tamen ius ſibi debitum de iuſtitia petit: ergo non obſtante conditione de faciendo voto trãſfertur poteſtas corporis ¶ Et ad rationem dubitandi poſitam pro contraria ſententia dicendum eſt, quod talis conditio non eſt cõtraria matrimonio, cum (vt diximus) tradatur poteſtas corporis ad vſum matrimonialem, & ſic ex iuſtitia poteſt petere debitum, quamuis peccet contra religionem exigendo debitum. Et ſecundum iſtam ſentẽtiam ad tertiam probationem negatur cõſequentia iuxta iam dicta ante iſtud dubiolum.

¶ Ad tertium argumentum reſpõdetur, quod ſine dubio illa conditio de non petendo & reddẽdo debitum vitiat matrimoniũ & eſt contraria illi, & ita conceditur maior argumenti, & negatur minor, Ad probationem minoris dicendum eſt, quod quamuis copula carnalis non ſit de eſſentia matrimonii, obligatio tamen ad copulam carnalem & ius ad petẽdum eſt de eſſentia matrimonii vel propria paſſio illius, nam qui tradit dominium & poteſtatem ſui corporis, obligat ſe ad reddendum debitum, & acquirit ius ad petendum, & ſic in matrimonio requiritur cõſenſus ſaltem implicitus in hæc: vnde optima eſt reſponſio poſita in ipſo argumento. Et ad replicam reſpondetur negando antecedens, & ad probationem antecedentis reſpondetur negando conſequen-

A tiam. Ratio eſt. Quia aliqua ſunt neceſſaria quantum ad fieri & generationem rei, quæ tamen non ſunt neceſſaria quantum ad conſeruationem. V g. ſi matrimonium antecederet affinitas, matrimonium nullũ eſſet, nec poſſet fieri, ſi tamen ſubſequitur ad matrimonium conſeruatur matrimoniũ, quamuis non poſſit debitum petere. Eſt ũmne. In naturalibus quædam diſpoſitiones ſunt neceſſariæ quantum ad fieri, quæ tamen non ſunt neceſſariæ quantum ad conſeruationẽ nam res naturales habent terminum in ſui productione & requirunt certã diſpoſitionem ſine qua cõſeruari poſſunt ſimpliciter

B & abſolute (nam via corruptionis nullã rem nimium habet intrinſecum) & diſpoſitiones quæ contrariantur generationi hominis impediunt aliquo modo creationem animæ, tamen diſpoſitiones quæ corrumpũt hominem, non corrumpunt animã, ita in propoſito obligatio ad reddendum debitũ & ius ad petẽdum eſt neceſſaria diſpoſitio & propria paſſio illius quantum ad fieri, ſine illa tamen poteſt cõſeruari, & ita ſi i principio matrimonii quãdo actu ſit nõ ſit obligatio ad reddendum debitum, nec ius ad petendũ, impeditur productio matrimonii, quoniam impeditur translatio dominii. ſi vero

C poſt factũ matrimonium tollitur iſta obligatio (vt reuera tollitur in caſibus argumẽti) nõ tollitur matrimonium, quoniam eſt translatũ dominiũ, & ſolũ impeditur vſus matrimonii, ſicut poſt tranſlatum dominiũ alicuius rei, vſus eius poteſt impediri.

¶ Circa hãc ſolutionem ſunt duo dubia breuiſſima. Primum dubium eſt, Vtrum matrimonium contractum ſub hac conditione, Contraho tecum, ita tamen vt numquam ſim petiturus debitum, ſoluam tamẽ ſit validum. Et uidetur quod ſit u ili lũ, nã petere debitum nõ eſt de eſſentia matrimonii, ut conſtat, ergo matrimonium contra-

D ctum ſub tali conditione validũ erit. ¶ Confirmatur hæc ratio. Si ſuperueniat affinitas poſt contractum matrimonium non eſt ius ad petendum debitum, tamen eſt uerum matrimonium: ergo ius ad petendum debitum non eſt de eſſentia matrimonii, ac ſubinde illa conditio non vitiat matrimonium. Syluester, verbo, matrimonium 4. dubio. 7. docet, quod conditio non petendi debitum etiam ſi deducatur in pactum nõ vitiat matrimoniũ: quia non exigere n.

eſt

eſt contra bonũ fidei,nec derogat proli quę generari poterit,ſi reddat altero petente.

¶ Nihilominus tamen dicendũ eſt,quod talis conditio vitiat matrimonium & facit illud nullum. Ratio eſt, quia de ſubſtantia matrimonii eſt mutua traditio corporum, ex qua remanet mutuum ius ad corpora, & facultas ad petendum & reddendum debitum, ſed in hoc caſu nulla eſt talis traditio,ergo. Hanc ſententiam tenet Panorm. citatus ab eodem Syluestro.¶ Ad rationem dubitandi dicendum eſt,quòd quamuis petere debitum non ſit de eſſentia matrimonii ius tamen & facultas ad petendum debitum eſt de ratione matrimonii. Ad confirmationem reſpondetur ſicut ad replicam tertii argumenti quòd ius ad petendum debitum eſt neceſſarium quantum ad fieri matrimonii,& quantum ad productionem illius, nõ tamen quantum ad eius conſeruationem.

¶Secundum dubium eſt, Vtrùm matrimonium contractum ſub hac conditione, Contraho tecum,ſi coniugale debitum mihi neges,quoties mihi id exigere non licuerit,ſit validum,& non vitietur tali conditione.Et videtur quòd ſit validum,cum illa cõditio non ſit contra ſubſtantiam matrimonii,nam ſi illi non licet exigere, ergo in tali caſu non habet ius ad petendum,& ſic talis conditio non eſt contra ſubſtantiã matrimonii,ac ſubinde matrimoniũ eſt validum.

¶ Nihilominus tamen dicendũ eſt, quod illa conditio vitiat matrimonium,Hanc ſententiam tenet Couarru. vbi ſupra,nu.6.& illam optime explicat. Ratio eſt. Iſta conditio eſt cõtra ſubſtantiam matrimonii: ergo vitiat matrimonium. Conſequentia eſt euidens,& antecedens probatur. Nam aliquando non licet exigere debitum propter virtutem religionis,vt iam diximus,tamen petẽs habet ius iuſtitiæ ad petendum:ergo conditio illa abſolutè poſita tollit hoc ius iuſtitiæ quod oritur ex matrimonio, ob quod eſt contraria matrimonio. ¶ Ad rationem dubitandi dicendum eſt,quòd illa conditio eſt cõtra ſubſtantiã matrimonii,quia quamuis ille nõ poſſit exigere propter religionẽ voti, habet tamen ius iuſtitiæ per cõtractũ matrimonij Verum eſt,ꝙ ſi cõditio poneretur iſto modo,Contraho tecum ſi cõiugale debitum mihi neges,quoties non habeo ius iuſtitiæ ad exigendum, validum erit matrimoniũ,& talis conditio nõ aduerſatur matrimonio: nec eſt contraria iuri quod datur in matrimonio.Hæc dicta ſint in explicationem tertii argumenti.

¶ Ad confirmationem illius poſſemus optime reſpondere ſicut ad tertiũ argumẽtum,& eius replicam.Secundo reſpondetur & longe melius, ꝙ illi qui habent votũ caſtitatis,quamuis peccent petendo debitum, tamen habẽt ius iuſtitiæ ad petendum debitum, & ita peccatum illorum ſolum eſt cõtra uotum & virtutem religionis, & hoc ius iuſtitiæ ad petendum,& obligatio iuſtitiæ ad reddendum,oritur ex natura matrimonii. Eſt ſimile in illo qui habet dominiũ pecuniarũ, qui licet peccet proijciẽdo illas in mare ſine rõne & cauſa, nõ tamẽ peccat contra iuſtitiã,ſed habet ius iuſtitiæ ad hoc.

¶ Ad quartum argumentum principale reſpondetur,quod ſine dubio ſi quis contrahat cum illa conditione,ſi generationẽ prolis euites, nullum efficit matrimoniũ, Hoc conſtat ex illo cap. finali. in quo ponitur illa conditio tanquam contraria ſubſtantiæ matrimonii, & proles annumeratur inter bona matrimonii. Vide Auguſt. de bono coniugali,cap.5.vbi hoc idem docet. Ratio huius eſt: Matrimonium ex inſtitutione naturæ ordinatur ad prolem: ergo talis conditio eſt cõtraria matrimonio, & vitiat illud. Dict. c. fin.de cõdit.appoſitis.

¶ Confirmatur argumentũ.Matrimoniũ ex natura ſua eſt aptum mediũ ad generationem prolis, ſed cum hac conditione non eſt aptum medium, imo potius repugnat: igitur conditio illa contraria eſt ipſi matrimonio. ¶ Vnde ad argumentum reſpondetur concedendo ſequelam & negando falſitatem conſequentis,& ad probationem reſpondetur,quod quamuis proles non ſit de eſſentia matrimonij, ſed potius eſt effectus & finis illius, aptitudo tamen ad prolem cõſequitur eſſentiam illius contractus,& huic aptitudini repugnat talis conditio.

¶ Ad confirmationem reſpõdetur,quod matrimonium contractum ſub illa conditione, ſi ſterilis es,eſt ualidum ſtante conditione,& illa conditio non eſt contraria ſubſtantiæ matrimonii, quia non tollit conſenſum in aptitudinem ad prolem quantum poſſunt.Vide cap.ſolet.32. quæſt.2. ca. ſolet 32.q.2.

¶ Ad quintum argumentum duplex eſt ſolutio.Prima ſolutio eſt,quod quamuis illa conditio eſſet contraria matrimonio,nihilominus

nihilominus non eſt impreſſa in matrimonio ſeruorum,nam etſi ita contingat ſere ſemper in illorum matrimoniis. nō tamē illud euenit ratione alicuius conditionis poſitæ in ipſo matrimonio. ¶ Secunda ſolutio eſt, quod illa conditio nō eſt ita contraria ſubſtantiæ matrimonii, vt deſtruat matrimonium, nam ſubſtantia & eſſentia matrimonii conſiſtit in mutua traditione corporum ex qua oritur ius & obligatio ad copulam carnalem, huic autē ſubſtantiæ & eſſentiæ non contrariatur modo dicto illa conditio.

A ¶ Et ad argumentum in contrariū reſpōdetur,quod non ita ordinatur matrimoniū ad commodam educationem prolis, ſicut ad generationē illius: nam ad generationē prolis ordinatur multum intrinſece taliter quod in ipſo matrimonio datur poteſtas ad hoc, & ipſa generatio prolis eſt veluti finis intimus & immediatus,commoda vero educatio non eſt finis ita intrinſecus,ſed ſecundarius & remotus ſine quo poteſt conſeruari traditio corporum & poteſtas ad copulam,vnde non eſt ita contraria illa conditio ſubſtantiæ & eſſentiæ matrimonii. Etenim ſicut in rebus naturalibus quædam ſunt diſpoſitiones ſine quibus non poteſt conſeruari ſubſtantia rei, & diſpoſitiones contrariæ quæ deſtruunt illius ſubſtantiam: aliæ vero ſunt ſine quibus poteſt cōſeruari ſubſtantia,non tamen ita bene, & ſic diſpoſitiones oppoſitæ contrariantur aliquo modo ſubſtantiæ quoniam non poteſt bene ſe habere cum illis, non tamen deſtruitur ſubſtātia,vt patet de aliquo calore in aqua: ita in matrimonio conditio de prole vitanda contrariatur matrimonio, cōditio uero de qua loquimur in argumento aliquo modo contrariatur bonæ diſpoſitioni matrimonii, nō tamen deſtruit ſubſtantiam,quoniam (vt diximus) educatio eſt finis non ita intimus, ſed veluti ſecundarius: res vero conſeruari poteſt ſine fine ſecundario, quando adeſt primarius & principalis.

¶ Ad ſextum argumētum reſpondetur, quod ſine dubio illa conditio eſt contraria matrimonio & vitiat illud,vt conſtat ex illo cap. finali. & probatur ratione, nam illa conditio temporalis repugnat perpetuitati matrimonii quæ coſequitur eſſentiā eius, vt dictum eſt ſupra, & explicabitur amplius infra. Vnde ad argumentum reſpondetur, quod quamuis indiſſolubilitas nō ſit de eſſentia matrimonii, eſt tamen propria paſſio illius, & eſſentia eſt radix talis paſſionis,vt dictum eſt optime in argumento. Et ad replicam ibi factam Reſpondetur, quod quamuis aliquando aliquibus de cauſis diſſoluatur matrimonium,nihilominus indiſſolubilitas eſt propria paſſio conueniēs per ſe matrimonio, vt iam ſupra explicatū eſt.

¶ Ad confirmationem dubium eſt,an cōditio de non cohabitando ſimul, ſit contra ſubſtātiam matrimonii,taliter quod ipſum vitiet. Ratio dubitandi à parte negatiua eſt quæ poſita eſt in argumento, quæ confirmari poteſt. Nam conditio illa, ſi filios expoſueris,non eſt contra ſubſtantiam matrimonii,nec illud uitiat,vt diximus argumento præcedenti: quoniam educatio prolis eſt finis ſecundarius,& ſic non tollitur tranſlatio dominii corporum per talem conditionem: ſed mutuum obſequium inter virum & fœminam eſt ſecundarius finis matrimonii: ergo conditio contraria huic fini, ſcilicet conditio de non cohabitando ſimul,non deſtruit ſubſtantiam & eſſentiam matrimonii.¶ Confirmatur ſecundo. Talis conditio non impedit tranſlationem dominii corporum, poteſt enim optimè transferri dominium ſine eo quod ſimul cohabitent: ergo non vitiat matrimonium talis cōditio, nec illud reddit nullum.

B C ¶ Nihilominus tamen dicendū eſt,quod ſi conditio ſit de nunquam cohabitando ſimul, ſine dubio eſt contraria matrimonio & uitiat illud.Ratio eſt aperta: quia in definitione matrimonii ponitur iſta cohabitatio,vel in illa particula,maritalis, vt ſupra quæſt.44.diximus, uel in illa, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens: ergo conditio de non cohabitando ſimul, contrariatur eſſentiæ matrimonii. Aduertendum tamen

D eſt, quod de ratione matrimonii nō eſt cohabitare ſimul ſemper,& pro omni tempore,& ſic aliquando ipſi coniuges non cohabitant ſimul, vt conſtat experientia, quare non eſt inconueniens quod apponatur conditio non cohabitandi ſimul per aliquod certum tempus. & per hoc patet ad quintum argumentum poſitum. ¶ Ad primam confirmationem poſitam hic reſpondetur, quod eſt maxima differentia inter illam cōditionem,ſi filios expoſueris,& iſtam, ſi nō cohabitemus ſimul.Nam hæc ultima eſt cōtra eſſentiam & definitionem matrimonii,

prima

prima verò minime, vt iam diximus: illa A enim pertinet ad finem ueluti extrinſecum vel ſaltem non ita intrinſecum. ¶ Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, quòd cum tali conditione non poteſt eſſe tranſlatio dominii corporũ in ordine ad vſus matrimoniales, & ad mutuum obſequiũ, quod eſt de ratione matrimonij.

¶ Ad ſeptimum argumentũ Angelus in Summa, verbo, matrimonium. 3. §. 11. dicit, quod illa conditio, ſi te adulterandam tradideris, non eſt contra ſubſtantiam matrimonii, ac ſubinde nõ vitiat matrimonium, niſi adiiciatur, ita vt mihi non tenearis reddere B debitum coniugale. & mouetur argumẽto facto. Cæterum hæc ſententia eſt expreſſe contra illud cap. finale. de conditionibus appoſitis. vbi hæc conditio annumeratur inter conditiones contrarias matrimonio quæ ipſum vitiant, quod tenẽt communiter Theologi & Iuriſperiti. Adrianus in. 4. quæſt. illa 9. de matrimonio. Syluest. verbo, matrimonium. 4. quæſt. 6. vbi docet, ꝙ ad bonum fidei in matrimonio vtrumque pertinet, debitum non negare coniugi, nec alteri commiſceri Magiſter Sotus diſt. 29. quæſt. 2. art. 3. ad primum. & Couarru. in dicto cap. 3. §. 1. num. 2. C Ratio aſſumitur ex D. Tho. in 4. diſt. 31. quæſt. 1. art. 2. nam fides coniugalis vtrumq; includit, & reddere debitum coniugi, & alteri non commiſceri. & Paulus vtrunque ambit, cum dicit 1. Cor. 7. Vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vxor, nec vxor ſui, ſed vir: ergò cum illa conditio, ſi te adulterandam tradideris tollat conſenſum in talem fidem, ſequitur manifeſte quòd ſit contra ſubſtantiã matrimonii & quod vitiet matrimonium. Vnde ad argumentum conceſſa maiori, negatur minor: D & ad probationem minoris reſpondetur, quòd ad finem matrimonii & eius fidem non ſufficit, quod vxor debitum viro reddat quoties exegerit, ſed etiam pertinet, quod non commiſceatur alteri, cum non habeat poteſtatem ſui corporis.

Dict. ca. fin. de cõdit. appoſit.

1. Cor. 7

¶ Ad octauum argumentum eſt dubium quintum, an matrimonium contractum ab vno ex contrahentibus pure & ſine vlla cõditione, & ab altero ſub conditione contraria ſubſtantiæ matrimonii, ſit validum. Ratio dubitandi a parte affirmatiuà deſumitur ex illo cap. aliquando. quod habet maximam difficultatem.

Diſt. c. aliquãdo 32 q. 2.

¶ In hoc dubio & propter illud argumẽtum Innocentius ſuper illud cap. finale, de conditionibus appoſitis docet, quod matrimonium in iſto caſu eſt ualidum, & quòd illa conditio appoſita ab vno contrahentiũ nõ vitiat matrimonium, & quod illud cap. finale intelligi debet, quando vterque contrahens conſentit conditioni contra ſubſtãtiam matrimonii, non vero ſi alter contradicat illi conditioni, vel taceat: nam ſi tacet, dicit quod habetur pro contradicente in fauorem matrimonii, quod nõ habet uerum in aliis contractibus in quibus tacens videtur conſentire contractui. Innocentium ſequitur Syluester (quantum uidetur) verbo, matrimonium. 4. quæſt. 5. vbi dicit, quod conditio contra ſubſtantiam matrimonii uitiat matrimonium, ſi talis conditio deducatur in pactum expreſſum ab utroque coniuge, ſecus ſi talis conditio ſit retẽta in corde aut etiam expreſſa per vnum alio contradicente aut tacente, &c. idem docet, verbo, matrimonium. 2. in principio, cum dicit, Et ſimiliter pro matrimonio iudicabitur, ſi alter tantum coniugum eam ponit: & in eodem verbo, quæſt. 9. dicto 2. idẽ docet. Couarru. uidetur inclinare in hanc ſententiam ubi ſupra, nume. 11. & allegat multos alios Doctores: omnes vero adducunt pro hac ſententia illud cap. aliquando citatum in argumento.

¶ Nihilominus tamen hæc ſententia eſt falſa, & conditio contra ſubſtantiam matrimonii a quocunque ponatur, etiam ſi non ponatur ab utroque, vitiat matrimoniũ, & reddit illud nullum Hanc ſententiam tenet Adrian. in. 4. quæſ. 9. de matrimonio. & Couarru. magis videtur inclinare in hanc ſententiam, & hoc etiam tenent multi Iuriſperiti qui citantur à Couarru. ibidem. Et probatur noſtra ſententia primo, ex illo cap. finali. in quo abſolute dicitur, quod cõditio contra ſubſtantiam matrimonii vitiat matrimonium ſine ulla exceptione: ergo ſine cauſa ratione dicitur, quod intelligitur, ſi illa conditio ponatur ab utroque cõtrahentium. ¶ Secundo probatur concluſio, nam (ut iam ſæpe dictum eſt) per matrimonii contractum uterque contrahens tradit dominium & poteſtatem ſui corporis, & eſt mutua traditio corporũ ad uſus matrimoniales, ſed in iſto caſu non eſt mutua traditio corporum, cum unus contrahentiũ non

Dict. c. fin. de cõ dit. appo ſitis.

transferat

transferat dominium illius, quia apponit conditionem contrariam ſubſtantiæ matrimonij: ergo nullum eſt matrimonium. Et hæc ratio ita conuincit, vt oppoſita ſententia nullam habeat probabilitatem: & ita au tores citati pro illa fortaſſis ſunt intelligigendi, quòd tale matrimoniũ eſt ualidum in foro eccleſiæ & quantum ad iudicium illius, maxime ſi ſequatur copula carnalis, tunc enim præſumitur, quòd tollitur conditio, vt dicũt aliqui, de quo dicemus ſtatim, & ſic Syluester dicit, pro matrimonio iudicabitur, ſi alter tantum apponat conditionem: & in alio loco dicit, quòd in hoc caſu tenet matrimoniũ ſaltim quo ad eccleſiã.

¶ Ad rationem dubitandi deſumptã ex illo cap. aliquando reſpondendum eſt. Et omiſſa ſolutione Adrian. quam impugnat Couarru. vbi ſupra, dicendum eſt, quòd ex illo cap. non colligitur aliquid contra noſtram ſententiam. Et vt ho explicetur, litera textus hic conſtituenda eſt, quæ ſic habet. Aliquando eouſque peruenit hæc libidinoſa crudelitas vel libido crudelis, ut etiã ſterilitatis venena procuret, & ſi nihil ualuerit, conceptus fetus intra viſcera aliquo modo extinguat, aut fundatur: volendo ſuã prolem potius interire, quam viuere, aut ſi in utero viuat, occidi antequã naſci. Si ambo tales ſint, coniuges non ſunt: & ſi ab initio tales fuerunt, non ibi per connubium, ſed per ſtuprum potius conuenerunt. Si autem ambo non ſint tales, audeo dicere, aut illa quodammodo eſt mariti meretrix, aut ille adulter vxoris. Hoc ſuppoſito dicendũ eſt, quòd textus iſte in illis verbis, Si ambo tales ſint, & in illo, ſi autem ambo, loquitur quando matrimonium à principio fuit cõtractum pure abſque aliqua conditione cõtraria ſubſtãtiæ matrimonij, & in hoc caſu verum fuit matrimoninm. Dicit tamẽ textus, quòd ſi poſtea ambo coniuges operantur ad hoc, ne fætus concipiatur, aut ut fætus conceptus fundatur, aut formatus extinguatur, cõiuges non ſunt: ideſt; iura coniugii non obſeruant, vt optimè explicat ibi gloſſa, ſed ſunt adulteri reputandi, quia more adulterorum operantur & ſe habent, ut dicit etiam gloſſa ibidem. Si autem ambo non ſunt tales, ſed vnus illorum, ille talis non ſeruat iura coniugii: quòd ſi vir fuerit, habet ſe ad modum adulteri vxoris, ſi autẽ mulier, habet ſe ad modum meretricis. Et

A iſte eſt legitimus ſenſus, nec ſignificatur in his verbis, quod matrimonium non ſit ualidum. Verum eſt, quod in illis verbis textus, Et ſi ab initio tales fuerunt, &c. conſtituit textus alium caſum diſtinctum, videlicet, quando ab initio in ipſomet contractu matrimonii fuit appoſita conditio contra ſubſtantiam matrimonii, nempe de procurandis uenenis ſterilitatis aut de extinguẽdo fætum: in quo caſu dicit textus, quod matrimonium eſt nullum, & quod nõ per connubium, ſed per ſtuprum cõuenerunt. Et quamuis textus in illis uerbis, etſi ab initio loquatur, quando ambo contrahẽtes

B in ipſo contractu appoſuerunt prædictam conditionem, tñ ſine dubio id ipſum dicendum eſt, qñ unus tantum appoſuit eam: & hæc eſt legitima interpretatio illiꝰ textus.

¶ Sed adhuc dubium eſt, an qñ apponitur conditio illa ab uno tantum, & aduenit copula carnalis & conſummatur, ſit validũ matrimonium? Ratio dubitandi deſumitur ex hoc. Tunc per copulam carnalem ille qui poſuit conditionem videtur recedere à conditione, ac ſubinde purè contrahere: ergo validum eſt matrimonium. Conſequentia eſt bona. Antecedens probatur ex capit. per tuas: de conditionibus appoſitis: ubi cap. per tuas. de condit. appoſ.

C diffinitur, quòd qui ſub conditione honeſta ſponſalia contrahunt, & ante conditionis euentum copulantur carnaliter, videntur à conditione recedere, atque adeò ambo purè conſentire in matrimonium. Et ita in hoc caſu habebit locum ſententia illorũ Doctorum, qui iam citati ſunt in ſolutione huius argumenti.

¶ Nihilominus reſpondetur, quòd etiã ſi contrahentes peruenerint ad conſummationem matrimonii, adhuc eſt nullum, ut conſtat ex ſuprà dictis: nam matrimonium fuit contractum cum conditione contraria ſubſtantiæ matrimonii: ergo nullum eſt.

D ¶ Ad rationem dubitandi reſpondetur, quòd illa ratio procedit in iure antiquo, quia poſt Concil. Triden. Seſſio 24. c. 1. de reformatione matrimonii non hẽt locum: nã copula carnalis adueniens non facit matrimonium, imo in iure antiquo illa ratio non procedit, quia illud quòd dicitur in dicto cap per tuas procedit, quoties pendente conditione contrahentes copulantur carnaliter, tunc enim præſumitur, quòd recedunt a conditione & contrahere purè & ſine

fine conditione ipſum matrimonium: & ſic illud caput habet locum quãdo præceſſerunt ſponſalia ſaltem conditionata vel matrimonium conditionatum: in noſtro verò caſu quando vnus contrahit purè & alter cum conditione contraria matrimonio, nõ pendet contractus à conditione, ſed ſtatim fit nullus contractus, vnde etiam ſi poſteà commiſceantur carnaliter, non eſt cur præſumatur, quòd receſſerint à conditione, cũ non præceſſerint ſponſalia etiam conditionata, nec matrimonium conditionatum. Vide Couarru. loco ſuprà citato nu. 12.

¶ Ad nonum argumentum dubium ſextum eſt, an ſponſalia de futuro contracta cum conditionibus contrarijs matrimonio ſint valida. v. g. promitto tecum contrahere, ſi generationem prolis euites, aut ſi pro quæſtu te adulterãdam tradideris. Et uidetur quòd ſint valida propter argumentum factum, nam tales conditiones non contrariantur ſubſtantiæ ſponſaliorum: ergo contractus ſponſaliorum validus eſt. In huius rei expoſitionem aduertendum eſt, ꝙ illæ conditiones poſſunt referri ad tempus ante cõtractum matrimoniũ quod promittunt, & ad ipſum matrimonium promiſſum in hoc ſenſu quòd contrahens dicat, Contraham tecum ſi generationem prolis euites, id eſt, ſi in matrimonij contractu te obligaueris prolem vitare, aut ſi modo te obligas prolem vitare, poſtquam matrimoniũ fuerit contractum.

¶ Quo poſito fundamẽto dico primum. Si ſponſalia contracta ſub illis conditionibus contrahantur primo modo, ſponſalia iudicanda ſunt, ſicut alia ſponſalia contracta ſub aliis turpibus conditionibus, de quibus dicemus ſtatim: quia illæ conditiones non contrariantur matrimonio, cum nõ referantur ad tempus matrimonii.

¶ Dico ſecundò. Si ſponſalia contrahantur ſecundo modo vitiantur, & ſunt irrita & nulla. Hoc docet expreſsè Syluester, verbo, ſponſalia, quæſt. 5. vbi dicit, quòd ſi conditio ſit contra bona matrimonii, v. g. Si ſterilitatis venena procures, ſponſalia non contrahuntur. ¶ Et probatur hoc dictum. Sponſalia intrinſecè & eſſentialiter ordinantur ad matrimonium, vt iam ſupra dictum eſt: ergo quidquid contrariatur ipſi matrimonio, contrariatur ipſis ſpõſalibus, ac ſubinde conditio vitians & annullãs ma-

A trimonium propter conditionem contrariam, vitiat & annullat ſponſalia. ¶ Secundò. Sponſalia nihil aliud ſunt, quã promiſſio futurarum nuptiarum, vt conſtat ex diffinitione ſponſaliorum, ſed nuptiæ cum illis conditionibus non ſunt validæ, vt conſtat, ergo etiam promiſſio ipſa eſt nulla. ¶ Confirmatur argumentum. Iſti contrahentes cum huiuſmodi conditionibus promittunt quoddam impoſſibile, nempe matrimonium cum illis conditionibus: ergo talis promiſſio nulla eſt. Probatur conſequentia, quia nullus poteſt obligari ad impoſſibile, & ſic impoſſibilium non eſt obli-

B gatio, vt habetur l. impoſſibilium. de regulis iuris. l. impoſſibiliũ, ff. de reg. iur.

¶ Vnde ad argumentum reſpondetur, quòd illæ conditiones ſecundo modo poſitæ ſicut contrariantur ſubſtantiæ matrimonii, contrariantur etiam ſubſtantiæ ſponſaliorum, cum ſpõſalia intrinſecè dicant ordinem ad matrimonium tanquam ad obiectum promiſſum; & ita ſponſalia vitiantur & ſunt nulla.

Nunc de conditionibus honeſtis dicẽdum eſt. Et eſt ſeptimum dubium graue, an impleta cõditione de futuro, ſtatim fiat matrimoniũ ſine nouo cõſen-

C ſu. v. g. contrahit aliquis cum aliqua de præſenti dicendo, Contraho tecum ſi pater cõſenſerit: dubium eſt, an ſtatim atque pater conſentit, fiat verum matrimonium ſine nouo conſenſu filiæ. Et videtur, quòd ſtatim fiat matrimonium ſine nouo conſenſu.

¶ Primo arguit. Omnis alius contractus celebratus ſub conditione, impleta conditione habet puram & nudam obligationẽ ſine nouo conſenſu: ergo matrimonium celebratum ſub conditione, impleta conditione ſine nouo conſenſu habet valorem. Conſequẽtia videtur bona ex paritate rationis, antecedens vero conſtat, nam quilibet po-

D teſt trãsferre dominium rerũ ſuarum cum tali vel tali cõditione & nõ aliter. Confirmatur fortiſſimè hoc argumentũ. Ego poſſum trãsferre dominiũ alicuius rei ſub cõditione ita vt poſita cõditione ſtatim trãsferatur dominiũ ſine nouo cõſenſu: ergo & poſſum transferre dominium corporis mei ſine nouo cõſenſu adueniente cõditione, & non videtur quod ſit aliqua rõ quare non poſſit ita transferre dominiũ ſui corporis.

¶ Secundo arguit. Contractus matrimo-

nij

nij celebratus ſub cõd tione, impleta conditione habet nouam obligationem, & nõ habet obligationẽ ſpõſaliorũ de futuro, ergo inducit obl'onem matrimonii. Conſequentia eſt bona, maior probatur, quia certũ eſt ꝙ antea nõ habebat tantam obligationem ſicut impleta cõditione: ergo habet nouam obligationem. Minor probatur. Antequam poneretur conditio, erat obligatio ſponſaliorum: ergo modo eſt aliqua alia obligatio, ac ſubinde eſt obligatio matrimonii. Et ſi quis dicat, quòd eſt noua obligatio ſponſaliorum, quoniam antea erant ſponſalia conditionata, & modo abſoluta.

¶Tertiò arguitur cõtra hanc ſolutionẽ. Contractus nihil efficit, niſi ex intentione contrahentium, ſed contrahentes poſita cõditione non intendunt ſpõſalia de futuro, ſed matrimonium: ergo ſolum efficiũt matrimonium de præſenti. Cõſequẽtia eſt bona, & maior eſt manifeſta, minor verò probatur ex ipſorum intentione, & quia fit cõtractus per verba de præſenti. ¶Confirmatur argumentum. Si aliqui poſt Conc. Triden. contrahant de præſenti clandeſtinè, & intendãt facere matrimonium de præſenti non contrahunt ſponſalia de futuro, vt iam ſupra dictũ eſt, quoniam non intendebant facere illa: ſed iſti cõtrahentes de præſenti cum tali conditione non intendunt ſponſalia, ſed ſolum matrimonium: ergo non contrahunt ſponſalia.

¶Quarto arguitur. Maior eſt obligatio quando aliquis cõtrahit per verba de præſenti dicendo, Cõtraho tecum, quam quando contrahit per verba de futuro, dicendo, Cõtraham tecum ſub conditione de futuro: ſed quando cõtrahit per verba de futuro, adimpleta conditione, ſtatim ſunt ſponſalia ſine nouo cõſenſu: ergo contractus factus per verba de præſenti adimpleta conditione ſtatim fit matrimoniũ de præſenti, ſine nouo conſenſu. Cõſequentia eſt bona, nam maior obligatio inducitur per matrimonium de præſenti, quam per ſponſalia de futuro, & ſi vterque contractus eſt ſponſaliorum, non erit maior obligatio in vno quam in alio adimpleta conditione, cũ vterque iam ſit purus & abſolutus. Maior verò videtur nota, aliàs enim non eſſet diuerſus contractus iſte, Contraho tecum ſi dederis centum, ab illo, Contraham tecum ſi dederis centum. Minor eſt per ſe nota.

A ¶Quintò arguitur. Si Petrus contrahat cum Maria ad hunc modum, Contraho tecum ſi conſenſeris, in iſto caſu matrimoniũ pendet ex futuro conſenſu alterius, at verò illa conſentiente non eſt neceſſarius nouus conſenſus, vt conſtat manifeſtè: ergo adueniente conditione ſine nouo conſenſu fit matrimonium. Cõſequentia eſt bona, maior probatur, quia in iſto caſu ponitur conditio de futuro, ergo matrimonium pẽdet ex tali conditione.

B ¶Sexto arguitur. Matrimonium celebratum per procuratores habet valorem quando procuratores cõſentiunt ſine nouo conſenſu contrahentiũ, quoniam tunc conſentiunt contrahentes, ſed adimpleta conditione poſita, cõtrahentes verè conſentiunt: ergo impleta conditione ſine nouo conſenſu efficitur verum matrimonium.

¶Vltimò arguitur ex ca. de illis de conditionibus appoſitis, vbi diffinitur, quòd ſi quis iurauit alicui quòd illam accipiet in vxorem, ſi tale fecerit, non eſt compellendus, niſi conſenſerit de præſenti aut copula fuerit ſubſequuta, ſed in noſtro caſu conſentit de præſenti, ergo validum eſt matrimonium: & in capit. ſuper eo, eodem titulo, diffinitur expreſſe, quòd ille qui contrahit ad modum dictum in noſtro dubio, non eſt cogendus, niſi voluntas patris poſtmodum intercedat: ergo ſi voluntas patris intercedit, verum efficitur matrimonium. c. de illis, de cond. appoſitis. C c. ſuper eo. ibid.

IN oppoſitum eſt primò D. Tho. in hoc art. circa finem. vbi dicit, ꝙ tunc idem eſt iudiciũ de tali conſen'u, ſicut de cõſenſu qui fit per verba de futuro: vt de non facit verum matrimonium, ergo. Iſte tamẽ locus D. Thom. non ita clare conuincit, vt dicemus infra.

D ¶Secundò arguitur. Ad matrimonium requiritur expreſſio conſenſus de præſenti, ſed in noſtro caſu non eſt expreſſio conſenſus de præſenti, ergo non eſt matrimonium. Conſequentia eſt bona, maior eſt manifeſta, minor in qua eſt difficultas, probatur. Nõ exprimitur conſenſus de præſenti à principio cõtractus quando ponitur conditio de futuro, nam ipſa conditio quæ ponitur, facit, quòd cõſenſus pendeat in futurũ, & ita quod virtualiter ſit de futuro, nec etiã quando conditio impletur explicatur conſenſus de præſenti, quia euẽtus conditionis

perpetuum & indiſſolubile, cùm tale vincu A lum oriatur ex matrimonio, quod habet ve ram ratione matrimonii, hic autem contra ctus non habet veram rationem matrimonii, nec ſimpliciter induit illam, vt iam dictum eſt. ¶ Secundò ſequitur, quòd ſi quis contraxit cum vna ſub conditione, & ante aduentum conditionis cõtraxit purè, & ſine conditione cum alia, validum eſt ſecundum matrimoniũ: quod docet optimè Sylueſter, uerbo, matrimonium 3. q. 10. & uerbo matrimonium. 8. quæſt. 14 dicto. 7. Ratio eſt aperta: quia primum matrimonium ante aduentum conditionis non habuit ſim B pliciter & abſolutã rationẽ matrimonii: ergo diſſoluitur per matrimoniũ de præſenti quod habet ſimpliciter rationẽ matrimonii

¶ Secundò ſupponendum eſt, quòd ſi ali qui contrahant ſub conditione ſi pater con ſenſerit ad iſtum modum, Contraho tecum ſi pater cõſenſerit, & ſimul dat poteſtatem patri ut contrahat loco illius, uerum efficitur matrimonium eo ipſo quòd pater conſenſerit iuxta dicta ſuprà de matrimonio contracto per procuratores, nam ita ſe habet pater in iſto caſu ſicut procurator, ut manifeſtè conſtat: ergo ualidum erit matri C monium ſicut matrimonium quod celebra tur per procuratores.

¶ Item in hac quæſtione aliqua aduerten da ſunt. Primum eſt, quòd cũ matrimoniũ habeat duplicem rationem, uidelicet rationem contractus naturalis & rationem ſac ramenti, poſſumus loqui de matrimonio, & ut contractus quidam naturalis eſt, & ut ha bet rationem ſacramenti. ¶ Secundò aduer tendum eſt, quòd de matrimonio ſub utraque ratione poſſumus loqui ſtando purè in iure naturali & diuino ſupernaturali, & ſtã do etiam in iure poſitiuo Concil Trident. D Seſsio. 24. de reformatione matrimonij, c. 1 & prius dicendum eſt ſtando in iure natura li diuino ſupernaturali, & poſtea de illo ſtando in dicto iure poſitio.

Prima concluſio. Stãdo in iure natura li ſatis probabile eſt, quòd matrimonium celebratum ſub cõditione de fu turo adimpleta conditione eſt verum matrimonium, ſi antequam adimpleatur conditio non diſſentiat, etiã ſine nouo cõſenſu: ac ſubinde ſatis probabile eſt, quòd ſtando in iure diuino habet rationem ſacramenti. Hæc concluſio explicatur exemplo. Contrahit aliquis cũ aliqua ſub hac forma, Con traho tecum ex nunc ſi pater conſenſerit, ſa tis probabile eſt, quòd ſi pater cõnſenſerit, & ipſe non diſſentiat ante cõſenſum patris, eſt verum matrimoniũ in ratione cõtractus & etiã in ratione ſacramẽti ſine nouo cõſenſu.

¶ Hæc concluſio ſic explicata duas habet partes. Prima pars probatur argumentis primo loco, quæ ſatis probabilia ſunt, & autoritate grauiſsimorum doctorum qui illam tenent: quæ omnia argumenta cõfirmari poſſunt probabiliſſimo argumento. Nam ſtando in iure naturali per iſtum con tractum: Dono tibi rem hanc, ſi pater conſenſerit, poteſt transferri dominium rei patre conſentiente, & ille conſenſus de ſe eſt ſufficiens ad transferendum dominium: ergo erit etiam ſufficiens ad transferendũ do minium corporis. Patet conſequentia: quia tranſlatio dominii in utroque caſu debet fieri per conſenſum. ¶ Confirmatur. argumentum. Sponſalia de futuro (ut iam ſuprà dictum eſt) poſſunt fieri abſolute & pure, poſſunt etiam fieri ſub conditione: ergo cõtractus etiam matrimonialis poteſt fieri abſolute & ſine conditione, & etiam cum con ditione. Probatur conſequentia ex paritate rationis. & ſic impleta conditione ualidũ erit matrimonium.

¶ Secunda pars huius concluſionis probatur. Probabiliſſimum eſt (vt ſupra quæſt. 42. ar. 1. diximus) quod omne matrimoniũ quod ſimpliciter habet rationem matrimonii & contractus inter fideles baptizatos, habet rationem ſacramenti, nam Chriſtus Dominus nihil aliud fecit, quam eleuare ipſum cõtractum matrimonii ad rationem ſuper naturalem ſacramenti, ſed, vt dictum eſt in prima parte concluſionis, talis contractus impleta conditione ſine nouo conſenſu habet ſimpliciter rationem contractus matrimonii: ergo probabile ſatis eſt, quod habet veram rationem ſacramenti Videte dicta ibidem de contractu matrimonii qui fit per procuratores.

¶ Sed vt explicemus iſtam concluſionẽ & probabilitatem ſententiæ Iuriſperitorũ dubium eſt, an ſuppoſita prima parte concluſionis, videlicet, quod adimpleta conditione eſt ſimpliciter matrimonium ſecundum iſtam probabilem ſententiam, poſſimus dicere, quod nõ habet rationem ſacra menti, ſed tantum eſt contractus quidam

naturalis, ſicut quidam dicunt de matrimonio per procuratores.

¶ Et videtur quod poſſimus ita dicere. Primo. Nam (vt dicit Caietanus & dicunt multi) matrimonium per procuratores habet veram rationem contractus matrimonij, tamen non habet rationem ſacramenti: ergo etiam ille contractus poterit habere veram rationem cõtractus matrimonij adimpleta conditione, tamen non haberet rationem ſacramenti. Probatur conſequentia ex paritate rationis.

¶ Secundo arguitur & confirmatur argumentum præcedens. Aliqua inconuenientia, quæ ſequũtur ex hoc quo matrimoniũ per procuratores habeat verã rationẽ ſacramenti, ſequuntur ex hoc, ꝙ matrimoniũ habeat rationem ſacramenti in noſtro caſu: ergo ſicut propter illa inconuenientia aſſeritur ab aliquibus quod matrimonium per procuratores non habet ueram rationem ſacramenti, ita etiam dici debet in noſtro caſu. Conſequentia videtur bona, antecedens probatur, quia ſequitur, quod dormiens recipiat gratiam & quod peccet, quod eſt abſurdum, vt ibidem diximus. Sequela probatur. Nam quando ponitur conditio efficitur ſimpliciter matrimonium & ſacramentum ſecundum iſtam ſententiam, at poteſt eſſe, quod ſit dormiens quando ponitur cõditio, & ſi ſit in gratia recipit gratiam, cum recipiat verum ſacramentum: ſi vero ſit in peccato mortali, peccat mortaliter, cũ recipiat ſacramentum in peccato mortali: ergo.

¶ Tertio arguitur. Quando adimpletur conditio, nullum eſt ſignum ſenſibile quod habeat rationem ſacramenti: ergo tunc nõ eſt ratio ſacramenti. Conſequentia eſt bona, antecedens verò conſtat, quia nullum aliud ſignum eſt ſenſibile, niſi adimpletio conditionis, hæc autem non eſt in contrahente, ſed in patre conſentiente: ergo non eſt aliquod ſignum ſenſibile quod habeat rationem ſacramenti.

¶ Nihilominus tamẽ diceendũ eſt, quòd ſuppoſita prima parte concluſiónis, longè probabilius eſt, quòd habet rationem ſacramenti, quamuis oppoſitum non ſit omnino improbabile. Itaque illi qui dicunt, quòd in iſto contractũ adimpleta conditione eſt vera ratio contractus matrimonialis, non improbabiliter poſſent dicere, quòd nõ habet rationem ſacramenti ad eum modum quo

A dictũ eſt in loco citato de matrimonio per procuratores: & hoc probari poteſt argumentis immediate factis. Cæterum qui tenent, quòd ille contractus adimpleta conditione habeat verã rationem cõtractus matrimonialis ſine nouo conſenſu, longè probabilius dicunt, quòd etiam habeat rationẽ ſacramenti, vt probatur in argumẽto facto pro ſecunda parte cõcluſionis, & argumentis factis pro ſecunda cõcluſione quinti dubii poſiti in loco citato quæſt. 42. art. 1.

¶ Vnde ad argumenta immediate facta reſpondetur. Ad primum dicitur? quòd (ſicut ibidem dictum eſt) longe probabilius eſt, ꝙ matrimonium per procuratores habet rationem ſacramenti, & ſic dicendũ eſt

B hic, quod ſecundùm iſtam ſententiam ſicut ille contractus habet rationem contractus matrimonialis ſimpliciter loqendo: habet etiam rationem ſacramenti: & hoc eſt lõgè probabilius.

¶ Ad ſecundũ dicendum eſt ſicut ibidẽ dicitur ad tertium pro ſententia Caietani.

¶ Ad tertiũ explicandũ eſt quod nã ſit ſignum ſenſibile in hoc contractu quod habeat rationem ſacramẽti. Ad quod dico, ꝙ

C ex Chriſti inſtitutione ad rationem ſacramẽti matrimonii nihil amplius requiritur, quã quod requiritur ad rationẽ cõtractus nec aliquod aliud ſignum eſt neceſſarium. Vnde cum ad rationem contractus ſufficiat ille cõſenſus explicatus cum adimpletione cõditionis, hoc etiam ſufficiet ad rationem ſacramenti. Igitur in tali matrimonio ſic cõtracto ſignum ſenſibile habens rationem ſacramenti, erunt expreſſiones illæ cõtrahentium cũ conditionẽ, nõ utcunque, ſed quatenus illæ expreſſiones coniunctæ ſunt cum ipſis conditionibus, nam ut ſic, ſunt ſigna

D ſeſibilia interioris conſenſus de præſenti. Itaque ſi quis contrahit ad hunc modum Contraho tecum ſi pater conſenſerit, illa expreſſio cõſenſus nõ utcũque, ſed quatenus cõiungitur cum conſenſu partis, habet rõnem cõtractus matrimonialis abſoluti & rõnem ſacramenti. Et hæc eſt ſententia Iuriſperitorum quæ ſatis probabilis eſt.

¶ Sed ut illam amplius explicemus aliqua aduertenda ſunt, per quæ ſoluantur argumenta facta ſecundo loco, quæ militant contra illam, ſi quis voluerit illam defendere: nam hæc ſententia non ita mihi diſplicet, ſicut diſplicet aliis Theologis.

¶ Primo

¶ Primo aduertédum eſt, quod cum Diuus Thomas in hoc articulo & alibi dicit, quod idem eſt iudicium de tali conſenſu, ſicut de conſenſu qui fit per verba de futuro, vnde non facit matrimonium, loquitur de iſto contractu antequam adimpleatur conditio, vt manifeſte conſtat, & talis contractus quoniam pendet à futura conditione eſt ueluti conſenſus qui fit per verba de futuro, quia non inducit ſtatim obligationem matrimonii de præſenti, & ita non eſt matrimonium ſimpliciter & abſolutè: tamen adueniente conditione ſimpliciter eſt matrimonium, nec oppoſitum docet Diuus Thomas.

¶ Secundo notandum eſt, quòd iſte contractus matrimonialis ſecundum iſtam ſententiam non habet ſimpliciter & abſolutè rationem perfectam contractus matrimonialis ante aduentum conditionis, tamen aliquo modo habet illam. Conſiderandum enim eſt, quod eſt veluti contractus medius inter ſponſalia & matrimonium ſimpliciter & abſolute, & vocatur contractus matrimonialis conditionatus, & ſic participat utroque extremo & differt ab illo ſicuti medium: maiorem tamen habet coniunctionem cum matrimonio ſimpliciter. Conuenit quidem cum ſponſalibus, nam ſicut ſponſalia non explicant conſenſum de præſenti, ſed de futuro, ita talis contractus ante aduentum conditionis non explicat omnino conſenſum de præſenti, cum talis conſenſus referatur ad conditionem de futuro: nihilominus tamen differt à contractu ſponſaliorum, quia contractus iſte fit per conſenſum de præſenti, quamuis apponatur conditio de futuro, in quo conuenit cum matrimonio ſimpliciter: differt tamen a contractu matrimonii ſimpliciter, quoniam refertur ad conditioné de futuro.

¶ Ex hoc colligitur primo, quod iſte contractus ante aduentum conditionis non eſt contractus ſponſaliorum, ſed contractus matrimonialis conditionatus tamen, nam in hoc contractu explicatur conſenſus de præſenti, non vero in contractu ſponſaliorum. Hoc patet etiam exemplo. Nam aliud eſt dicere, vendo tibi domum ſi amico placuerit, aliud uero uendam tibi domum ſi amico placuerit: in primo enim eſt uenditio de præſenti conditionata tamen, & impleta conditione manet abſoluta: in

A ſecundo vero non eſt uenditio etiam impleta conditione, ſed tenetur vendere: non diſſimiliter in matrimonio.

¶ Ex quo colligitur ſecundo, quod conſenſum de præſenti pendere in futurū propter conditionem appoſitam, non eſt eſſe in virtute de futuro, vt conſtat manifeſte in eodem exemplo allato.

¶ Colligitur tertio, quod ille contractus illico habet vim obligandi antequam apponatur cōditio in vi matrimonii conditionalis, & contrahétes tenētur expectare euentum conditionis iuxta naturam contractus

B conditionalis. Vnde ſi ante adimpletam conditionem aliquis contrahat cum ſecunda ſine conditione, peccat mortaliter contra iuſtitiam contractus matrimonialis cōditionalis: & ſic ille conſenſus a principio præſtitus eſt ſufficiens ſicut in aliis contractibus, ſi contrahentes perſeuerent in illo conſenſu.

¶ Sequitur quarto, quòd ſecūdum iſtam ſententiam nulla conſtituenda eſt differentia inter contractum matrimonij & alios contractus, vt dicunt Theologi, ſed potius eſt idem de iſto contractu & aliis. Et

C ſicut alii contractus poſſunt fieri abſolutè & pure ſine aliqua conditione, & etiam cū conditione, ita contractus matrimonialis: quare ſi ante aduentum conditionis aliquis diſſentiret, poſſet compelli per cenſuras contrahere matrimonium, vt cōſtat ex cap. ex literis. 2. de ſponſalibus. cap. ex literis. 2. d ſponſal.

¶ Sequitur ultimo, quod ille textus in capit. ſuper eo. nihil facit contra iſtam ſententiam, tantum enim dicit, quod qui contraxit ſub conditione honeſta, non eſt compellendus contrahere ante euentum conditionis, non tamen inde recte infertur, quod

D poſt illius euentum ſit compellendus contrahere de nouo.

¶ Vltimo aduertendum eſt, ꝙ ſecundum iſtam ſententiā aliqui dicunt, ꝙ ſacramentū matrimonii differt ab aliis ſacramentis, quoniā eſt cōtractus quidā naturalis eleuatus a Chriſto ad ſignificandam & cauſandam gratiam, & hac ratione dicunt, quod poteſt celebrari ſub conditione. Hæc tamen non eſt bona ſolutio, nam (ut diximus) antequam apponatur conditio non eſt ſacramentum matrimonii, cum vero ponitur conditio nō celebratur ſub conditione, ſed abſolute. Vnde dicendum eſt, quod in illo caſu ſacra-

mentum matrimonii nõ celebratur ſub cõditione, ſicut nec alia ſacramenta, ſed ſacramentum matrimonii eſt expreſsio externa interioris conſenſus coniuncta cum adimpletione conditionis. Hæc ſententia ſic explicata eſt ſatis probabilis, & ex dictis optimè reſponderi poteſt ad argumenta oppoſitæ ſententiæ.

¶ Secũda concluſio. Stando in iure naturali & diuino longè probabilius eſt, quòd matrimonium celebratum ſub conditione de futuro etiam adimpleta conditione non eſt uerum matrimonium ſine nouo conſenſu, nec habet rationem ſacramenti Hæc concluſio probatur autoritate Doctorum qui illam tenent, argumentis factis ſecundo loco quæ longe probabiliora uidentur, & præcipuè argumentum quod deſumitur ex illo cap. ſuper eo ubi dicitur, quòd adueniente conditione eſt compellendus ad contrahendum, at uerò ſi matrimonium eſſet ualidum, adueniente conditione non eſſet compellendus ad contrahendum, ſed ad cohabitandum ſimul, ſicut aliàs fieri ſolet: ergo non eſt uerum matrimonium. ¶ Confirmantur illa argumenta. Nam ſecundũ probabiliorem ſententia omne matrimoniũ inter fideles baptizatos habet rationem ſacramenti, ſed in iſto caſu non poteſt commode explicari quomodo matrimonium etiam impleta conditione habet rationem ſacramenti, nam adimpletio conditionis nõ videtur ſignum ſenſibile contrahentis, ante adimpletam vero conditionem certum eſt, quod non habet rationem ſacramenti, cum non ſit contractus matrimonii abſolutus, ergo. ¶ Ex dictis in hac concluſione colligitur regula generalis quæ talis eſt. Quando matrimonium non ſit ſtatim, quicquid ſuccedat, ſiue copula carnalis, ſiue adimpletio conditionis, non facit verũ matrimonium ſinè nouo conſenſu.

Dict. c. ſup eo. de cõdi. appoſitis.

¶ Sed adhuc eſt difficultas ſtando in iure poſitiuo Concilii Tridentini Seſsio. 24. c. 1. de reformatione matrimonii, an prima ſententia habeat aliquam probabilitatem. Dixi in particulari de prima ſententia, nam ſecunda ſententia dicit, quod non eſt matrimonium nec ſacramentum ſtando in iure naturali & diuino etiam ante ius poſitiuũ Concilii Tridentini.

¶ Et uidetur, quod prima ſententia nullam habeat probabilitatem poſt Concilium Tridentinum. Nam poſt Concil. Tridentinum non ſufficit expreſſio mutui conſenſus etiam de præſenti, niſi adſint parochus & teſtes, quando ſit expreſſio, ſed hoc non habet locum in præſenti, nec ante adimpletam conditionem, nec poſt: ergo modo non habet probabilitatem, quòd ſit matrimonium.

¶ In oppoſitum eſt. Nam (vt dictũ eſt in prima concluſione) ſatis probabile eſt, quod iſte contractus conditionatus eſt verũ matrimonium, & quod habet rationem ſacramenti adimpleta conditione ſtando in iure naturali & diuino, ſed id quod determinauit Concilium Tridentinum poteſt optime obſeruari in tali matrimonio: ergo ſatis probabile eſt, quod modo erit matrimonium. Minor probatur. Quia poteſt eſſe præſens parochus & etiam teſtes non ſolum contractui conditionali, verum etiam adimpletioni conditionis quando completur ratio matrimonij.

¶ In hac difficultate Theologi qui exiſtimant probabilem primam ſententiam dicunt, quod poſt decretum illud Concilii Tridentini illa ſententia non eſt probabilis: imo Iuriſperiti qui tenent primam ſententiam dicunt, quod poſt decretum illud matrimonium contractum ſub conditione de futuro non ualet, etiam impleta cõditione ſine nouo conſenſu, ſed eſt neceſſarium, vt de nouo conſentiant coram parocho & teſtibus etiam ſi ab initio quando contractum eſt ſub conditione adfuiſſent parochus & teſtes. Ita docet Didacus Perez in l. 2. titulo 1. libro. 5. ordinationum & multi alii. l. 1. ti. 1. lib. 4. ordi.

¶ In huius rei expoſitionem ſit tertia cõcluſio. Certum eſt, quod matrimonium celebratum ſub conditione de futuro nullum eſt poſt concilium, etiam ſi adſint parochus & teſtes ipſi contractui conditionali, & non adſint ſimul impletioni conditionis, Hæc eſt communis ſententia Theologorum & Canoniſtarum.

¶ Hæc concluſio probatur. Primo. Ex tenore Concilii Tridentini cõſtat, quod præſentia parochi & teſtium requiritur quando contrahitur matrimonium quod eſt ſimpliciter & omnibus modis matrimonium, & quòd inducit uinculum indiſſolubile, ſed ante adimpletionem conditionis quando ſit contractus conditionalis non eſt matrimonium

trimonium ſimpliciter, nec inducit vinculum indiſſolubile, vt iam dictum eſt: ergo non ſufficit, quòd parochus & teſtes ſint præſentes contractui conditionali.

¶ Secundo probatur concluſio & explicatur argumentum præcedens. Nam intentio dicti Concilij eſt, quod matrimonium ad hoc vt valeat, celebretur coram parocho & teſtibus per ſigna de præſenti, quæ coram parocho & teſtibus efficiant matrimonium ſimpliciter, ſed in noſtro caſu matrimonium celebratur coram parocho & teſtibus ſub conditione, & non per verba uel ſigna, quæ efficiant matrimonium ſimpliciter de præſenti: ergo non eſt ualidum matrimonium. Conſequentia eſt bona, minor eſt manifeſta ex iam dictis, maior probatur, tum quoniam hoc conſtat ex verbis ipſius Concilii, tum etiam hoc colligitur euidenter ex eo quòd Concilium ipſum dicit, quod in hoc decreto voluit euitare adulteria, & grauia peccata q̃ oriri ſolebant ex matrimoniis clandeſtinis, nam qui prius in occulto contraxerat, poſteà contrahebat cum ſecunda, inuita prima, ut conſtat ex contextu: ſed eadem inconuenientia ſequuntur, ſi ad matrimonium ſufficeret ſola explicatio conſenſus ſub conditione de futuro coram parocho & teſtibus: ergo tale matrimoniũ nullum eſt. Minor probatur. Quia poterat eſſe, quod conditio adimpleret in occulto contrahentibus manentibus in eadem voluntate, & ſic matrimonium eſſet abſolutum & ſimpliciter matrimonium, & poſtea alter illorum forſan contraheret cum ſecunda, inuita prima. Igitur cum Cõcilium iſta adulterina coniugia vitare voluerit, dicendum eſt, quod matrimonium ſit cõtrahendum coram parocho & teſtibus quando eſt matrimoniũ ſimpliciter per verba de præſenti quæ obligẽt ſtatim in vi matrimonii ſimpliciter: & non ſufficit, quòd ſint præſentes matrimonio & contractui conditionato tantum.

¶ Sed adhuc eſt dubium ſuppoſita probabilitate primæ ſententiæ, an matrimoniũ celebratum ſub conditione, adimpleta conditione ſit verum matrimonium ſine nouo conſenſu, ſi parochus & teſtes ſint præſentes non ſolum contractui conditionali: verumẽt ſint præſentes quando adimpletur conditio: & hæc eſt maior difficultas.

¶ Quarta concluſio. In iſto caſu non videtur mihi improbabile dicere, quod eſt verum matrimonium, præcipue ſi conditio impleretur ſtatim poſt contractum conditionalem. ¶ Hæc concluſio probatur primo. Nam Concilium Tridentinum in dicto ſtatuto ſolum dicit eſſe neceſſariã præſentiam parochi & teſtium quando conficitur uerum & abſolutum matrimonium, vt conſtat ex contextu Concilii: ſed in hoc caſu parochus & teſtes ſunt præſentes contractui conditionali, & adimpletioni conditionis, ex quibus omnibus conficitur matrimonium purum & abſolutum: ergo validum erit matrimonium.

¶ Secundò probatur concluſio & confirmatur argumentum præcedens. Nam Concilium Tridentinum requirit præſentiam parochi & teſtium ad vitanda maxima inconuenientia, quæ ſequuntur ex matrimonio clandeſtino quæ iam dicta ſunt, ſed ſi parochus & teſtes ſint præſentes contractui conditionali, & etiam adimpletioni ipſius conditionis, non ſequuntur talia inconuenientia, nam iam tale matrimonium eſt publicum & probari poteſt in foro externo, vt conſtat: ergo.

¶ Confirmatur argumentum & explicatur. Nam Concilium Tridentinum ſolum irritauit matrimonia clãdeſtina quę in occulto fiunt, ut conſtat manifeſtè ex illo capitulo 1. Sed ſi matrimonium ſic celebratum eſt validum adimpleta conditione, non eſt clandeſtinum, vt conſtat, cum nod fiat in occulto, ſed coram parocho & teſtibus quantum ad omnia: ergo ualidum erit matrimonium. Sed quoniam nobis perſiſtendum eſt in ſecunda ſententia Theologorum, quam diximus eſſe probabiliorem, reſpondendum eſt ad argumenta facta primo loco, quæ militant contra illam.

AD primum argumentum Magiſter Sotus loco ſuprà allegato dicit, quod illud argumentum eſt imbecille, & nullius roboris & vigoris, mihi tamen difficillimum videtur, & propter illud mihi uidetur ſatis probabilis ſententia Canoniſtarum. Et ſolutio huius grauiſſimi Doctoris eſt, quòd in alijs contractibus iure præſumitur conſenſum ſemper in uirtute durare quouſque conditio ſuperueniat, & ideo licet ille fuerit de futuro, impleta

conditione confirmat contractum: ſecus verò in matrimonio vbi neceſſarius eſt conſenſus de præſenti. Hæc tamē ſolutio videtur mihi nullius roboris, nō enim adhibet rationem quare in alijs contractibus præſumatur, ꝙ duret cōſenſus vſque ad adimpletionem conditionis, non verò in matrimonio: item non reddit rationem quare in hoc contractu eſt neceſſarius conſenſus de præſenti ſine aliqua conditione, non verò in alijs contractibus. ¶ Magiſter Victoria ſapientiſſimus, in loco ſuprà citato, vidit difficultatem huius argumenti, & ita negā uit antecedens, & dicit, quòd etiam alii cōtractus celebrati ſub conditione de futuro, impletà conditione non ſunt validi ſine nouo cōnſenſu loquendo ex natura rei. Dicit tamen quòd leges diſpoſuerunt, quòd eſſent validi, & in matrimonio leges non diſpoſuerunt, nec potuerunt. Hæc tamen ſolutio difficillima eſt, nam hoc repugnat cum modo concipiendi, & cum veritate, quia communiter fiunt huiuſmodi contractus, & ex natura rei poſſum ego per meā voluntatem transferre dominium rei propriæ abſolutè & conditionaliter: & hoc docent Iuriſperiti in l. cedere diem. de verborum ſignificatione. & in l. hæc venditio. ff. de contrahenda emptione, vbi afferunt, ꝙ contractus conditionalis adueniente conditione ſtatim eſt validus, iſti verò autores non induxerunt nouum ius, ſed docent id quòd ex natura contractus habet uerum.

l. cedere diem ď uerb. ſigni. & in l hæc uēditio. ff. de cō trahen. empt.

¶ Vnde ſit tertia ſolutio aliorū, quæ maiorem habet uerofimilitudinem, quòd eſt maxima differentia inter illum cōtractum & alios contractus, ut iam diximus: alii enim contractus poſſunt fieri abſolutè & cum conditione, quoniam reſcindi poſſunt, & poſſunt transfere dominium ad tempus, matrimonium uero ſi ſemel habeat ualorem, nunquam poteſt reſcindi, & ideo ex natura rei non poteſt fieri ſub conditione, ſed ſi fit, abſolute debet fieri, & debet tradi dominium perpetuum: & ita ſicut differt ab aliis contractibus in aliis, differt etiam in hoc. Hęc ſolutio probabiliter diſſoluit argumē tum, quamuis ſemper maneat aliqua illis difficultas: diſſoluitur autem concedendo antecedens & negando conſequentiam propter rationem differentiæ aſſignatam ¶ Ad confirmationem reſpondetur omnino idem ſicut ad argumentum, ꝙ

A dominium aliarum rerum poteſt trāsferre ſub conditione de futuro: non uerò dominium proprii corporis.

¶ Ad ſecundum argumentum ut reſpondeamus, explicandum eſt, Quam obligationem inducat contractus matrimonialis ante adimpletam cōditionem, quam uerò poſtea. In cuius rei expoſitionem dico, quòd ille contractus hēt uim ſponſaliorum, nam (ut dicit optime ſapientiſſimus Magiſter Sotus, loco ſupra allegato) cōditio de futuro facit cōſenſum expreſſum per uerba de præſenti eſſe pendentem de futuro, & ideò

B ante adimpletam conditionem eſt de futuro in uirtute, quia pendet in futurum: cōditio enim de futuro adhibita uerbis de præſenti, proinde ſe habet, ac ſi adhibeatur uerbis de futuro, & ita talis conſenſus ita expreſſus nō eſt ſufficiens ad matrimonium: nec inducit obligationem contractus matrimonialis, ſed ſponſaliorum. Et ad argumentum dicendum eſt, quòd ſi ante implētam conditionem ille conſenſus non erat ſufficiens ad matrimoniū, adueniente conditione etiam non eſt ſufficiens, & ita ſemper ille contractus habet uim ſponſaliorū

C etiam impleta conditione: habet tamē maiorē uim & obligationem intra eandem rationem obligandi, quoniam ante cōditionem erant ſpōſalia conditionata: poſt adimpletā uerò ſunt ſponſalia abſoluta, cum iam poſita ſit conditio. Eſt optimum ſimile in uoto ſimplici, religionis conditionato, quòd quidem ante adimpletam conditionem eſt conditionatum: poſt adimpletam uerò conditionem manet uotum abſolutū religionis.

¶ Ad tertium argumentum (quod eſt replica contra ſolutionem ſecundi) Magiſter

D Victoria & Adrianus ubi ſuprà, dicunt, ꝙ quantumcunq; non habeant intentionem ſponſaliorum, ſed matrimonii, tamen in fauorem matrimonii ualet: & ita intelligitur illa ſententia: Si nō ualet, ut agitur, ualeat meliori modo quo poteſt. Hæc tamen ſolutio nulla eſt, nam nullus fauor uerſatur in hoc quod intelligāt ſponſalia cōtrahi præter intētionem contrahentium, imò maxime læditur libertas cōtrahentium quæ eſt neceſſaria in matrimonio: & actus agentiū non operantur ultra eorum intentionem, ut habetur l. non omnis. ff. ſi certū petatur. Reſpondet ergo, ꝙ iſti cōtrahētes intendūt

facere

facere contractũ matrimonii conditionalẽ, hæc autem eſt natura contractus conditionalis: quod etiam poſita cõditione obliget in vi ſpõſaliorum de futuro, vt iam dictũ eſt; & ſic ſicut ipſe cõtractus formaliter eſt per uerba de præſenti, virtualiter vero eſt de futuro, ita etiam ipſi contrahentes intẽdunt ſe obligare de futuro, non formaliter, ſed virtualiter iuxta naturã contractus: maxime cum ipſi contrahentes ſciant nõ poſſe efficere matrimonium ſecundum iſtam ſententiam etiam impleta conditione, & ita efficiũt ſponſalia ſaltem uirtualiter. Verum eſt tamen, quod ſi contrahentes ſolum uellent cõtrahere matrimonium de præſenti, putantes ꝙ matrimonium conditionatum impleta conditione purificatur, & fit cõtractus abſolutus, talis contractus conditionatus, nec haberet vim matrimonii, nec ſponſaliorum etiam impleta conditione, qa cõtractus nihil efficit, niſi ex intentione contrahentium, cum actus agentium non operentur vltra eorum intẽtionem: de quo in materia de matrimonio clandeſtino dicuntur plura. ¶ Ad confirmationem conceſſa maiori antecedentis, negatur minor. Ratio eſt: nam illi qui contrahunt clandeſtinè, ſolum intendunt facere matrimonium, & cũ matrimonium clãdeſtinum nihil valeat, & ſit irritum, & nullum, non ſequitur aliqua obligatio ſponſaliorum: at verò qui contrahunt conditionaliter, intendunt facere matrimonium conditionatum, natura verò cõtractus matrimonialis conditionati eſt, ꝙ obliget in vi ſponſaliorum etiam adimpleta conditione, iuxta iam dicta: & ita virtualiter intendunt ſponſalia de futuro.

¶Ad quartũ argumentũ reſpõdetur primò negãdo ꝙ cõſurgat maior obligatio ex illis verbis de præſenti cum conditione de futuro, quam ex verbis de futuro cum ſimili conditione. Ratio huius eſt. Nã, vt ſupra dictum eſt, quod verba ſint de præſenti vel de futuro, impertinens eſt; ſed ſolum eſt cõſiderandum in illis verbis, quòd explicent cõſenſum de pſenti vel de futuro. Et quoniam verba illa de præſenti propter appoſitionem conditionis explicant conſenſum de futuro; ideo nõ inducunt obligationem matrimonii, ſed ſponſaliorum. ¶ Secundò. Quòd, vt iam dictum eſt ante adimpletam conditionem erant ſponſalia conditionata, poſtea verò abſoluta, & ita intra rationem ſponſaliorum erit maior obligatio ueluti accidentalis, cum pertineat ad eandem rationem ſicut diximus de noto ad ſecundũ.

¶ Ad quintum argumentum, Magiſter Sotus dicit quod cõſenſus ille in uirtute cõtinuatur donec fiat mutuus adueniente cõſenſu alterius. Et ideo nõ eſt ſimile illi qui pendet à futura cõditione, aut de conſenſu alterius tertiæ perſonę putà parentis. Iſta ſolutio nõ uidetur ſoluere omnino difficultatem argumenti: nam ſimiliter poſſunt dicere Iuriſperiti, quod quãdo apponitur cõditio de futuro, durat in uirtute, & cõtinuatur conſenſus donec cõditio impleatur. Nihilominus tamen poſſemus dicere, quod ſi expectatur per aliquod tempus conſenſus Mariæ, non erit matrimonium, nam illa cõditio eſt de futuro: & ita requirit nouũ conſenſum in Petro. Cæterum ſi ponat̃ illa cõditio ſtatim ſine interuallo, ſunt ſimul moraliter loquendo: & non eſt de futuro in rigore. Et ita ualidum erit matrimonium, & hoc fortaſſis eſt ꝙ uoluit dicere Magiſter Sotus. Aduertendum enim eſt, quòd ut dicit optimè Syluester uerbo matrimonium. 3. dubio tertio, ſi in contractu matrimoniali ponatur cõditio neceſſario ſubintellecta, non facit illum conditionalem, etiamſi exprimatur: ut ſi dicat, contraho tecum, ſi ut xero. Ita habetur in l. hæc uerba teſtatoris. ff. de legib. & l. conditiones, l. aliquando, ff. de conditionibus, & demonſtr. Nam legatũ factũ ſub illa cõditione, ſi hæres adierit hæreditatem, non eſt conditionale, quia neceſſario ſubintelligitur. Vide Summam Angelicã, verbo, matrimonium. Vide etiã Syluestrum uerbo matrimonium. 8. quæſt. 14. §. 7. unde non eſt cõditionale matrimoniũ. Contraho cũ Maria ſi cõſentiat illa in me, uel cum ſimili conditione. Vide quæ dicuntur à Syluestro in primo loco, nam optima ſunt.

l. hæc uerba. ff. de legib. l. cõditiones, l. aliquando. ff. de cõditionib.

¶Ad ſextũ argumentũ reſpõdet̃. Quod ut dictũ eſt in ſecundo fundamento, ſi contrahẽs contrahat cũ conditione, ſi pater cõſenſerit, & ſimul det facultatem contrahendi loco illius, ualidũ erit matrimoniũ, aliàs minimè. Ratio differentiæ eſt: nã matrimonium factum per procuratores nõ eſt matrimonium conditionatum, ſed abſolutum & ita uerum eſt matrimonium; matrimonium uero, de quo loquimur, eſt matrimonium conditionatum.

¶Ad

¶Ad ſeptimum argumentum. Quãtum ad id quod attinet ex cap. de illis dicendu eſt, quod in noſtro caſu quãuis formaliter videatur conſenſus de pręſenti, tamen reuera eſt conſenſus de futuro virtualiter. Aduertẽdum tamẽ eſt circa illud caput, quod poſt Concilium Tridentinũ expreſſio conſenſus quãdo fit de præſenti debet fieri coram parocho, & teſtibus. Ex quo colligitur quòd iam non habet locum illud capitulum quantum ad id quod dicit de copula ſubſecuta, & idem dicendum eſt de cap. per tuas de conditionis appoſitis, in quo dicitur, quod ſi poſt matrimoniũ celebratũ ſub conditione de futuro ſequatur copula carnalis: iudicandum eſt verum matrimonium, ac ſi nõ dependeret à conditione. Ad cap. verò, ſuper eo, dicendum eſt quod potius ille textus fauet noſtræ ſententiæ: nam dicit quod poſt adimpletam conditionem cogendus eſt ad matrimonium, ex quo colligitur quod antea nõ erat matrimonium.

¶Circa ea quæ dicta ſunt dubio præcedẽti ſunt aliqua breuiſſima dubia coniũcta præcedenti. Aduertendum tñ eſt ante omnia quod omnia iſta dubia habẽt locum in omni ſententia. Nã in prima per adimpletionem conditionis fit verum matrimoniũ, in ſecunda verò per adimpletionem conditionis fiunt ſponſalia abſoluta, & habẽt maiorem obligationem, vt iam diximus. Primum dubium eſt quid dicendum eſt, ſi qs cõtrahat cum aliqua ſub iſta conditione ſi patri placuerit, & antequam pater conſentiat ille non vult contrahere. Et etiam eſt dubiũ de aliis pertinacibus ad iſtam conditionem. In huius rei expoſitionẽ, dico primum Si pater conſentiat, & ante eius conſenſum filius mutatur, nõ eſt verum matrimonium etiam ſecundum Iuriſperitos, debet tamẽ compelli vt cõtrahat. Prima pars huius dicti probatur, nam etiam in ſententia Canoniſtarum non eſt verum matrimonium, niſi duret conſenſus vſque ad adimpletionem conditionis, ſed in hoc caſu non durat, ergo nõ eſt matrimonium etiam impleta conditione. Secunda verò pars probatur, nã, vt iã dictũ eſt talis cõtractus vel tenet in vi matrimonii cõditionalis, vt dicunt Iuriſperiti, vel in vi ſponſaliorũ de futuro, ergo compellendus eſt, vt contrahat. Probatur conſequentia, nã in omni ſentẽtia tenetur de iuſtitia contrahere. Et hanc ſenten-

A tiam tenet Archidiaconus in ca. de illis, de deſponſatione impuberum. Dico ſecundo. Si reperiatur quod pater illo tempore erat mortuus non valet matrimonium nec, contractus ille conditionalis etiam in vi ſponſaliorum Ratio eſt. Nam talis conditio non poteſt adimpleri, nam mortui non eſt conſenſus nec beneplacitum, vt dicitur. cap. ſi gratioſe, de reſcriptis lib. 6. ergo talis contractus nullo modo eſt obligatorius. Verũ eſt quod aliqui Iuriſperiti, vt Ioannes Andræas, & alii cõſtituunt hic diſtinctionem, & dicũt, quod ille ſciebat patrẽ ſuum eſſe B mortuum illa conditio eſt impoſſibilis, & habetur pro non adiecta, vt dictũ eſt ſuprà loquendo de cõditionibus impoſſibilibus: ſi vero ignorabat cũ animus eius non eſſet contrahere de pręſenti, ſenſuum arbitrium conferre in alienum non fuit verum matrimonium.

c. ſi gratioſe, de reſcrip. lib. 6.

¶ Sed quid dicendum eſt ſi pater primò diſſentit, poſtea uerò conſentit? In qua quidem re ſunt uariæ ſententiæ. Aliqui enim dicunt non eſſe matrimonium, nec contractum abſolutum: nam conditio uerificari debet de primo cõſenſu patris Ita Ioannes C Andræas citatus à Syluestro uerbo matrimonium 3. dubio. 4. dicto. 3. & adducit pro ſe aliqua lege, uide ibi Et hanc ſententiã tenet etiã Summa Roſella. Sũma uero Angelica dicit, quod ſi aliã accepit nõ eſt m̃rimonium. Nihil uidetur dicendum, quod ſi cõtrahentes etiam poſtquam pater primò diſſentit perſeuerant in primo propoſito ueluti expectantes conſenſum patris, matrimonium ualidum eſt, ſi pater ſecundo conſentiat ſaltem in ui ſpõſaliorum abſolutorum. Ita tenet Archidiaconus in cap. ſuper eo de cõditionibus appoſitis. Ratio eſt: D nam tunc colligitur manifeſtè, quòd uoluntas contrahentium fuit quod pater conſentiret quomodocunque, ſiue primo, ſiue ſecundo. ¶Sed adhuc eſt maior difficultas ſi pater expreſſe non conſentit nec diſſentit contradicẽdo, an ſit matrimonium. In hac difficultate eſt prima ſentẽtia, quod eſt matrimonium, & contractus purus; quia taciturnitas habetur pro cõſenſu fauore matrimonij: & ita erit ſpeciale in matrimonio. Hanc ſententiã tenet Sũma Roſella, & Cardinalis in dicto c. ſuper eo. & Ioannes Andreas, & Hoſtienſis. Alij uero tenent, quod non eſt matrimonium, nec contractus pu-

rus

l.qui hę red.§.1. l.Hæres me⁹, ff. de cód. & demõ ſtrationibus.

rus & abſolutus. Ita tenet Summa Angelica & adducit pro ſe l.Qui hær.§.1. & l. Hæres meus,ff.de conditionibus & demonſtrationibus, ubi expreſſe dicitur quod cõditio debet impleri in forma ſpecifica, & ita requiritur quòd expreſſe conſentiat. Veritas eſt quod requiritur quod pater expreſsè conſentiat: & hoc conſtat manifeſtè ex cõditione appoſita in contractu.Aduertendũ tamen eſt quod ut dicit optimè Syluester loco immediatè citato dicto 4. aliquando tacendo poteſt expreſſe conſentire,aliquãdo uero diſſentire, & hoc conſtabit ex circunſtantiis. Poteſt enim aliquando tacere: quia ei maximè placet contractus, poteſt etiam tacere quia diſplicet. In dubio tamen dicit Syluester quod in foro externo iudicandum eſt pro matrimonio in fauorem illius.

¶Eſt aliud breue dubium præcedentib. coniunctum, quid ſit dicendum ſi Petrus contraxit cum Maria hac lege & cõditione quod det illi centũ, & antequam adimpleretur conditio contraxit cum alia eadem lege & conditione, & utraq; mulier eodem tempore dat illi cẽtum,taliter quod impletur conditio eodem tempore.In hac difficultate ante omnia ſupponendũ eſt quòd illa conditio eſt honeſta ut docet Sylu. uerbo matrimonium,3.q.5.ex Panor.ſuper c. de illis,de conditionibus appoſitis;nam dotis gratia poteſt uir aliquid exigere à muliere,Quo poſito fundamento, Prima ſententia aſſerit quod in iſto caſu nullum matrimoniũ ualet, & pro hac ſententia refert multos autores, Syluester loco immediatè citato,q. 6. Et hæc ſententia probatur primo.Incertitudo uitiat matrimoniũ ut communiter colligitur ex c.ex literis.2.de ſponſalibus:ſed in noſtro caſu eſt maxima incertitudo ut conſtat, ergo matrimonium nullum eſt.Secundo probatur hæc ſententia, ut iam dictum eſt contractus matrimonialis ſuſcipit robur ab impletione conditionis, ergo in illo caſu perinde ſe habet ac ſi cum duab.ſimul contraheret,ſed ſi cũ duabus ſimul contraheret,neutrum matrimonium eſſet ualidum ut conſtat, ergo nec in iſto caſu. Secũda ſententia eſt quod in iſto caſu primum matrimonium eſt ualidũ. Ratio huius ſententiæ eſt. Secundum matrimonium non potuit præiudicare,primo cum non ſit maius uinculum:ergo ſecundũ

ca.ex literis, 2. ď ſpõſal.

A matrimonium non ualet,ſed primum. Dicit tamen iſta ſententia ꝙ ſi aliquis eorum citius impleſſet cõditionem illud eſſet matrimonium. In hoc dubio aliter mihi uidetur dicendum in ſententia Theologorum, qui dicunt,ꝙ per adimpletionem conditionis ſolũ fiunt ſponſalia abſoluta & ſine conditione:aliter verò in ſententia Iuriſperitorum qui dicunt quòd adueniente conditione efficitur verum matrimoniũ,& ſimpliciter matrimonium. Et primo dicendum eſt ſtando in ſententia Theologorum, deinde ſtando in ſententia Iuriſperitorum.

B ¶Igitur eſt prima cõcluſio ſtando in ſententia Theologorum.Si ſimul & in eodem tempore ponatur conditio,primus contractus eſt validus in ratione ſpõſaliorum. Ratio eſt manifeſta:Nam quamuis matrimonium de præſenti reſcindat ſponſalia de futuro,quoniam eſt fortius vinculum,tamen ſpõſalia de futuro non reſcinduntur per ſecundum contractum ſponſaliorum, cũ ſint vincula eiuſdem ordinis & rationis: ſed in noſtro caſu contractus illi conditionati ſolum habent rationem ſponſaliorum de futuro etiam impleta cõditione:ergo primus

C contractus eſt validus & ſecundus non potuit præiudicare primo. Dubium tamẽ adhuc eſt in hac ſententia Theologorum: An ſi poneretur prius conditio ſecundi contractus celebrati ſub conditione, eſſet validus ſecundus contractus,an verò primus etiam in ratione ſponſaliorum.Ratio dubitandi à parte affirmatiua eſt,quãuis ſponſalia conditionata nõ poſſint reſcindi per alia ſponſalia quæ ſunt eiuſdẽ virtutis & obligationis, poſſunt tamen reſcindi ſponſalia conditionata qualia erant prima per ſpõſalia abſoluta qualia ſunt ſecunda poſita conditio-

D ne:nam habet maiorem virtutem & obligationem ſicut iam ſupra dictum eſt ꝙ ſponſalia conditionata poſita conditione manẽt abſoluta & habent maiorem vim,ergo. Cõfirmatur à ſimili. Per matrimoniũ de præſenti reſcinduntur ſponſalia de futuro,quoniã matrimonium eſt aliud vinculum, ſed in noſtro caſu poſita conditione ſunt ſponſalia abſoluta, quæ habent maiorem vim, ergo reſcindunt ſponſalia conditionata, qualia ſunt prima ſponſalia.

¶Nihilominus tamẽ ſit ſecũda cõcluſio. Stando etiã in hac ſententia Theologorũ primus contractus cõditionalis eſt validus;

quan-

quantumuis prius ponatur conditio ſecundi. Ratio huius eſt: nam vterque contractus habet rationem ſponſaliorum ac ſubinde promiſſionis: promiſſio verò non reſcinditur per aliam promiſſionem ſubſequêtem: ergo prima promiſſio ſuam habet uirtutẽ & obligationem quantumuis ſecũda ſit abſoluta. Vnde in iſto caſu compellendus eſt in foro conſcientiæ, & in foro externo ſtare priori contractui. Et ad rationem dubitandi dicendum eſt, ꝙ quamuis obligatio ſponſaliorum impleta conditione ſit maior vt optime probat argumentum, eſt tamen maior obligatio accidentaliter intra eãdem rationem promiſſionis: & ita ſecundus contractus non reſcindit primũ: matrimonium verò habet obligationem maiorem quam ſponſalia, quoniam eſt obligatio alterius ordinis & rationis, quoniam habet rationem traditionis, & ita matrimonium reſcindit ſponſalia, quæ ſolum habent rationem promiſſionis. Et per hoc reſpondetur etiam ad confirmationem ſtando in ſententia Iuriſperitorum.

¶Sit tertia concluſio. Ante adimpletam conditionem ſtandum eſt cõtractui primo matrimoniali & conditionali. Hæc concluſio eſt manifeſta: nam ſecundus contractus matrimonialis conditionalis nõ potuit habere vim vt conſtat. Etenim ſi ſecundus cõtractus ſponſaliorũ non poteſt habere vim niſi prius reſcindatur primus: multo minus ſecundus contractus matrimonialis conditionatus poterit habere uim ante adimpletam conditionem, ergo ſtandum eſt priori contractui matrimoniali. Et ita eſt compellẽdus in foro cõſciẽtiæ & in foro externo.

¶Quarta concluſio. Stando in eadem ſententia mihi uidetur dicẽdum quòd ſi ponitur conditio primi, & ſecundi matrimonij ſecundum erit validum, ſiue ponatur conditio ſecundi prius ſiue ſimul, quãuis peccet mortaliter ſic contrahens. Hæc concluſio probatur ad hoc ꝙ primum matrimonium eſſet validum impleta cõditione neceſſariũ erat vt diximus ꝙ ſic contrahens nõ diſſentiat antequam adimpleatur cõditio: nam ſi diſſentit in omni ſententia, nullum eſt matrimonium, ſed in noſtro caſu diſſentit in primo matrimonio, & veluti reſcindit illud eo ipſo quòd cõtrahit ſecundum, ergo primus contractus matrimonialis non eſt ualidus adimpleta conditione, ſed ſecundus.

A Dicimus tamen in concluſione ꝙ iſte talis ſic contrahens, peccat mortaliter, nam tenebatur ex iuſtitia commutatiua ſtare primo matrimonio, & nõ ſtat: & eſt res grauiſſima ut conſtat, ergo peccat mortaliter.

¶Eſt ſecundum dubium grauiſſimum & circa conditionem honeſtam de habentib. legitimum & canonicum impedimentum ad contrahendum. Vtrum iſti ſi contrahant cum cõditione ſi Papa diſpenſauerit diſpẽſatione obtenta, ſtatim abſque nouo cõſenſu ſit matrimonium. Et hoc dubium poteſt diſputari ſimul, de ſponſalibus & de matri-
B monio. Nam contractus conditionatus ut iam ſupra dictum eſt, poteſt fieri per verba de præſenti, contraho tecum ex nunc ſi Papa diſpenſauerit, poteſt etiam fieri per verba de futuro dicendo, cõtrahã tecum ſi Papa diſpenſauerit. Et quoniam argumẽta ſere ſunt eadem vtrinſque dubij, ideo vtrũq; dubium ſimul explicandum eſt. Itaque dubium eſt, an ſint ſponſalia in vno caſu, & in altero, an ſit matrimonium. Et videtur vera pars negatiua vtrinſque dubij.

¶Primo arguitur ex legib ciuilibus, nã l. 1. & l. ſtipulatio. & l. continuus, ff. de ver-
C borum obligatione, expreſſe dicitur, quòd conditio quæ pendet ex voluntate principis, cẽſetur impoſſibilis, & l. idem Iulianus, ff. de legatis dicitur, quod id quod non põt fieri ſine diſpenſatione principis cẽſetur in iure impoſſibile: ſed iſta conditio ſi Papa diſpenſauerit, pẽdet à voluntate principis, vt conſtat, ergo in iure cenſetur impoſſibilis. Tunc vltra. Cõditio impoſſibilis in iure habetur pro non adiecta, ut iam ſupra dictum eſt, ergo matrimonium vel ſponſalia ita ſe habent, ac ſi illa conditio nõ eſſet adiecta: ſed ſi matrimonium vel ſponſalia eſſent
D pura & ſine conditione, non haberent vim, vt conſtat manifeſtè, ergo non habent vim obligandi.

Le. 1. & l. ſtipula tio. l. cõ tinuus, ff. d ver bo. obl. l. idẽ Iu lian, ff. de lega.

¶Secundo arguitur etiam ex legib. ciuilibus, nam l. ſi ſtipuler. verſ. item quòd leges, ff. de verb. obligat. expreſſe probatur, quòd ſtipulatio de eo quod leges prohibẽt nulla eſt, & lex apponit exemplum, ſi quis ſtipuletur ſororem ſuã nupturam, & addit lex quòd hoc etiam eſt verum quãuis cauſa impedimenti non ſit perpetua, vt accidit in ſorore adoptiua, quæ quãuis fieri poſſit non adoptiua, per emancipationem, tamen ſi quis ſtipuletur cũ illa dum eſt adoptiua,

Le. ſi ſti pul. ver. itẽ, quid legis, ff. de verb. oblig.

illam

illam ſibi nupturam eſſe, nullius eſt momẽti ſtipulatio, & non oritur aliqua obligatio etiam ea emancipata, & ſublato impedimẽto. Et ſubdit textus rationẽ: quia illa ſtipulatio ab initio eſt cõtra bonos mores, ſed ſtipulatio q̃ fit in noſtro caſu, eſt de eo quod leges prohibent, vt conſtat, ergo talis ſtipulatio eſt nulla, nec inducit obligationẽ. Confirmatur primo ex l. inter ſtipulantem §. ſacram, ff. de verbor. obligatio. ubi probatur quod ſtipulatio de re ſacra vel publica, &c. nulla cenſetur, licet res ſacra poſſit fieri profana & res publica poſſit fieri priuata, & idẽ colligitur ex l continuus, cum aliis, ergo ſtipulatio in noſtro caſu nulla etiam eſt. Confirmatur ſecundo, ex dicta l. §. ſacrã, ubi ꝓbatur, quod non valet ſtipulatio hominis liberi aut rei ſacræ collata in tempus quo homo liber ſeruus aut res ſacra ꝓfana eſſe cœperit, ergo nec ualet ſtipulatio in noſtro caſu pro tempore quo fuerit ablatum impedimentum à Summo Pontifice.

A

l. inter ſtipulantem. §. ſacrã. ff de verbor. obliga.

B

¶ Tertio arguitur. Ex contractu qui improbatur in iure nulla oritur obligatio, ut diffinitur in l. cum lex, ff dẽ fideiuſſorib. & l. non dubium, C. de legibus; ſed tales cõtractus improbantur in iure, vt patet in Clementina 1. cum ſim. de conſanguinitate, & affinitate, ubi prohibẽtur contrahere cõſanguinei intra quartum gradum, ergo iſti cõtractus nulli ſunt, Confirmatur. Nã ſponſalia de futuro nihil aliud ſunt quã promiſſio mutua futurarum nuptiarum: ſed inter cõſanguineos iſtos nõ poſſunt eſſe nuptiæ: ergo nec promiſſio futurarum nuptiarum. Et idem argumentum poteſt fieri à fortiori de contractu matrimoniali cõditionato, qui habet rationem promiſsionis virtualiter, vt iam diximus, præcipue ante aduentum conditionis.

l. cũ lex. ff. de fideiuſſor. l. non dubiũ. C. de legib. Clemẽ. i cũ ſim. de cõsã. & affinit.

C

¶ Quartò arguitur. Matrimoniũ vel ſpõſalia celebrata inter perſonas illegitimas ſine cõditione, ſi Papa diſpẽſauerit, ſunt omnino inualida, nec inducũt aliquam obligationem, ergo etiam ſi apponatur talis conditio nõ erunt valida nec inducent obligationem. Antecedens conſtat ex Clementina citata, & omnes hoc fatẽtur, cõſequentia uerò probatur, nam illa conditio, ſiue apponatur, ſiue non apponatur ſemper intelligitur ſit eſt intrinſeca contractui cum alias nullũ ut matrimonium. Confirmatur argumẽtũ. Illi inter quos eſt canonicum, & legitimũ impedimentũ, ſunt materia inhabilis, & illegitima matrimonii, & ſponſaliorum, vt cõſtat, ergo illorum conſenſus quacunque cõditione fiat, eſt nullus, vtpote qui fertur ſuper materiam illegitimam.

D

¶ Quinto arguitur. Quando Papa diſpẽſat ſuper impedimento matrimonii tãtum dat facultatem contrahendi, non autem habet ratum quod antea factũ eſt, ergo in caſu quæſtionis quamuis obtineatur diſpẽſatio à Sũmo Pontifice non confirmatur per eã contractus antea celebratu, quacunque fiat conditione at talis contractus ſine tali diſpenſatione: fuit nullus, ergo etiam nũc eſt nullus, atq; adeo nec valet vt matrimonium, nec, vt ſpõſalia. Antecedens conſtat nam diſpenſatio reſpicit futura non præterita, ergo qui diſpẽſat non habet ratũ quod antea factum eſt. Conſequẽtia eſt bona, antecedens iterum probatur, nam lex reſpicit futura, non præterita, ut dicitur in c. cognoſcentes, & cap. fi. de conſtitut. ergo à fortiori diſpẽſatio reſpicit futura nõ præterita.

c. cognoſcẽtes, & ca. fin. de conſtit.

¶ Sexto arguitur. Si affinitas ſuperueniat promiſsioni mutuæ de futuro reſcinditur promiſsio, & ſponſalia nõ habent vim obligandi, etiam ſi facta ſint ſub conditione, vt diffinit in c. veniẽs, de eo qui cognouit conſanguineã vxoris, & in c. ſuper eo de cõſanguinitate, & affinitate, ergo ſi affinitas antecedat ſponſalia ꝓmiſsio erit nulla, nec obligabit in conſcientia quantumuis apponatur conditio, ſi Papa diſpẽſauerit. Probatur cõſequentia, nam facilius eſt ortum rei impedire quam rem iam exortam extinguere, ut habetur l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, uel alieni iuris.

c. ueniẽs de eo qui cognouit conſanguineã vxoris, & ca. ſup eo. de cõsã. & affinit.

l. patre. furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris.

¶ Vltimo arguitur. Regula eſt quod non fiat talis diſpenſatio, ut conſtat, diſpenſatio verò eſt extra regulã, at natura contractus non ex accidentibus, ſed ex his quæ per ſe, & regulariter ſunt, debet iudicari, ergo talis contractus non dẽt cenſeri obligatorius nec, ut matrimonium, nec, ut ſponſalia Cõfirmatur argumentum. Non debet attendi quod poteſt fieri iure ſpeciali, vt dicitur in l. 4. § 1. ff. de fideiuſſoribus, ergo in illo cõtractu nõ debet attendi quòd poſsit fieri contractus de iure ſpeciali, atque adeo nullo modo erit obligatorius.

l. 4. §. 1. ff. de fideiuſſorib.

¶ In oppoſitum eſt primò. Omnis actus prohibitus collatus in tẽpus habile, valet, ſed matrimonium, vel ꝓmiſsio mutua illius

lius

lius in caſu quæſtionis eſt actus prohibitus collatus in tempus habile ergo valet, & habet vim obligandi. Cõſequentia eſt euidẽs, & minor eſt manifeſta, nam tempus in quo debent cõtrahere eſt tempus habile. Maior probatur ex l. in tempus, de hæred. inſtit. ubi dicitur, in tempus capiendæ hæreditatis poſſe hæredem inſtitui beneuolentiæ eſt, vt ſiquis inſtituat hæredem Lucũ cum capere poterit. Idem eſt in legato, vt dicitur in l. Gallus. in principio, & in §. vt inſtituẽs, ff. de libe. & poſthu. & in aliis legibus, ergo. Confirmatur argumentum. Inſtitutio hæredis filii ſpurii valida eſt ſub conditione, ſi princeps eum legitimauerit: vt docent cõmuniter Iuriſperiti in dicto §. vt inſtituens de quo vide Couarru in allegata epitome. 2. par. cap. 8. §. 5. num. 12. ergo etiam ualet matrimonium uel mutua promiſſio quãdo contrahuntur inter perſonas illegitimas cũ conditione ſi Papa diſpenſauerit.

l. in tẽpus de hæred. inſtit.

l. Gallus. §. vt inſtituẽs ff. de liberis, & poſthu.

A

¶ Secundo arguitur. Aliquando expedit ad bonũ Reipublicæ quod talia matrimonia vel ſponſalia contrahantur, & nõ poſſunt commodè fieri niſi præcedant iſti contractus conditionales, ergo talis contractus eſt licitus, ac ſubinde obligatorius in conſcintia. Confirmatur argumentum. Quòd matrimonia uel ſpõſalia contrahantur iſto modo nullum eſt inconueniens, nec eſt ꝓhibitum, ergo tales contractus ſunt obligatorii. Antecedens conſtat, nam nullibi habetur prohibitio: & quod non ſit inconueniẽns conſtat, nam contractus illi ſunt de re bona, & poſſibili.

B

C

¶ Tertio arguitur. Quando eſt cõtrouerſia inter aliquos de aliquo beneficio, licitũ eſt quod unus illorũ promittat penſionem ſi Papa diſpenſauerit, & talis contractus eſt licitus & obligatorius in conſcientia, ut patet ex vſu totius eccleſiæ, tamen ſine illa cõditione contra ctus eſſet ſimoniacus, vt diffinitur in 2. 2. quæſt. 100. ergo ſimiliter in noſtro caſu cõtractus ſponſaliorũ uel matrimonialis cũ cõditione, ſi Papa diſpenſauerit inducit obligationem in cõſcientia.

D

¶ Quarto arguitur. Si aliquis promittat Deo aliquid ſi fuerit talis euentus miraculoſus talis promiſſio obligat in cõſciẽtia ẽt ſi illa conditio ſit impoſsibilis per naturam vt per ſe eſt notum in 2. 2. quæſt. 88. ergo quamuis cõditio quæ ponitur in huiuſmodi contractibus nõ poſsit poni niſi per Summum Pontificem tales contractus erũt validi, & obligatorii. Confirmatur argumentum. Nam quamuis epiſcopus qui hẽt curam animarũ non poſsit tranſire ad religiõnem ſine licentia Summi Pontificis, ſi tamẽ faciat uotum tranſeũdi ad religionem ſi Papa conceſſerit licentiam, tale uotum eſt ualidum, & obligat in conſcientia, ergo ſimiliter in noſtro propoſito iſti contractus erũt ualidi.

¶ Quinto arguitur. Si quis cõtraheret cũ infideli ad hunc modum, contraho tecũ vel contraham tecum hac lege, & conditione, ſi baptizata fueris, contractus iſte eſt obligatorius, vel, vt matrimoniũ, vel, ut ſponſalia, et ſi illa baptizata fuerit, obligat illũ, quod patet in l. 4. tit. 4. par. 4. & idem docet Magiſter Sotus in 4. diſt. 39. quæſt. vnica. ar. 2. ad ſecundum, tamen Chriſtianus, & infidelis ſunt inhabiles ad contrahendum matrimonium, ut dicemus infra, ergo ſimiliter in noſtro propoſito.

l. 4. tit. 4. par. 4.

¶ Sexto arguitur. Poteſt quis ſtipulari quòd ſibi detur res ſua ſub hac cõditione, ſi ſua eſſe deſierit, & impleta cõditione talis contractus eſt obligatorius, quis factus pure, & ſine conditione eſſet inutilis, ergo idem erit in noſtro caſu. Conſequẽtia uidetur bona ex paritate rationis, antecedens verò probatur ex l. Si rem meam. 31. & l. nemo rem. 82. ff. de verbor. obligat.

l. Si rẽ meã, 31. & l. nemo rẽ. 82. ff. de verbor. obligat.

¶ Septimo arguitur ex l. quidam relegatus. ff. de rebus dubiis, ubi approbatur legatũ à teſtatore in hunc modũ: ſi aliquis ex meis hæredibus vel amicis reſtitutionẽ mihi impetrauerit ab Imperatore, & ante diſceſſero quam ei gratias egerim, uolo ei dari tot aureos, poſtea vero unus ex hæredib. impetrauit ei reſtitutionem, & antequam id ſciret teſtator, deceſsit, & reſpondet Iuriſconſultus, quod ei debetur legatum. Tũc eſt argumẽtum, Valet legatum relictũ ſub conditione quæ pendet à voluntate principis, etiam in his quæ per principem non ſolent facile concedi, qualis eſt reſtitutio relegati, ne facilitate veniæ darẽt via delinquẽdi, vt dicitur l. cum lex, ff. de legibus, & impleta conditione legatum debetur, ergo cõditio quæ pẽdet ex uoluntate principis nõ cẽſetur impoſsibilis, ac ſubinde in caſu q̃ſtionis cõditio illa, ſi Papa diſpenſauerit pẽdẽs à uoluntate principis, non eſt cenſenda impoſsibilis. Cõfirmatur. Si q̃s inſtitueret hære-

l. quidã relegatus. ff. de reb⁹ dub.

l. cum, lex, ff. de legib.

hæredem Mariam ſub conditione ſi nupſe rit Petro eius conſanguineo intra quartum gradum ex diſpenſatione Papæ, nemo dubi taret quin conditio valeret, etiamſi Maria eſſet conſobrina Petri, in quo gradu diffici lis eſt diſpenſatio, licet pendeat iſta cõditio ex voluntate principis, ergo idem erit in noſtro caſu.

¶Vltimò. Ex oppoſita ſententia ſeque retur, quòd contrahentes in caſu quæſtio nis, peccarent mortaliter, cõſequens eſt fal ſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur, nam iuxta oppoſitam ſententiam faciunt rem prohibitam, & in graui mate ria, ergo peccant mortaliter: falſitas conſe quentis probatur, nam duriſſimum videtur dicere, quòd in tali caſu contrahentes pec cent mortaliter: Confirmatur argumẽtum & augetur difficultas. Ex oppoſita ſenten tia ſequitur etiã, quòd perſonæ illegitimæ contrahentes ſub prædicta cõditione in gra dibus illius Clementinæ vnicæ de conſan guinitate & affinitate, incurrant excommu nicationem, de qua ibi, conſequens eſt ab ſurdum, ergo. Sequela probatur: nam ſecun dum oppoſitam ſententiam illa conditio cenſetur impoſſibilis, & ita reijcitur ab illo contractu, ac ſubinde remanet matrimoniũ purum & abſolutum: ſed ſi contraherent ſine conditione illa, ſi Papa diſpenſauerit incurrerent excommunicationem, ergo.

PRopter hæc argumenta pro vtraq; par te poſita, ſunt variæ ſentẽtię inter Do ctores Theologos & Iuriſperitos. Prima sẽ tentia eſt quæ aſſerit, quòd talis cõtractus ſic celebratus nullam inducit obligationem in conſcientia: itaque ſi eſt contractus per verba de futuro, non habet ueram rationẽ ſponſaliorum: ſi verò celebretur per verba de præſenti, cum tali conditione, non habet rationem contractus matrimonialis, nec ſponſaliorum. Et in vtroque caſu etiam ſi ponatur conditio, nulla eſt obligatio in con ſcientiã. Hãc ſententiam tenet inter Theo logos ſapientiſſimus Magiſter Victoria, in Summa, titulo de matrimonio. num. 258. & Magiſter Sotus in 4. diſt. 29. q. 2. ar. 1. ubi di cit, quòd hæc ſententia eſt communis. Ean dem ſententiam tenet Sylueſter verbo ma trimonium, 3. q. 9. Et Innocentius, & Pan. ſuper ca. ſuper eo, de conditionibus appoſi tis. Hanc etiam ſententiam ſequuntur alij quamplures qui citãtur à Syluest. & à Co

A uar. in dicta epitome par. 2. ca. 8. § 5. num. 12. ¶Secunda ſententia eſt huic oppoſita, ſ. quod talis contractus ſic celebratus, habet vim & obligat in conſcientia ex iuſtitia. Et ſi contractus eſt per uerba de futuro, indu cit ille contractus obligationem ſponſalio rum, ſi autem ſit per verba de præſenti, in ducit obligationem matrimonii conditio nalis, & quod poſita conditione eſt verum matrimonium ſine nouo conſenſu. Hanc ſententiam quãtum ad id quòd attinet ad ſponſalia, tenent multi Theologi. Adrianus in 4. in materia de matrimonio, q. 10. & ſi militer eam tenet Magiſter Canus ut com

B muniter refertur, & Summa Angelica. uer bo, matrimonium: & eam communiter modo ſequuntur diſcipuli D. Thom. Hanc enim ſententiã ſequuntur multi Iuriſperi ti. Couar. in loco immediatè citato, & Aco ſta lib. 1. Select. cap. 8. num. vlt. & Summa Roſella, ut refert Sylueſter, loco iam citato. Et ex conſequenti omnes iſti autores tenẽt hanc ſententiã quantum ad matrimonium conditionatum, ſaltem quòd obligat in ui ſponſaliorum, etiam poſita conditione, iux ta dicta in primo dubio, non tamen ut ma trimonium etiam adueniente conditione. Alii uerò tenent quòd obligat ut matrimo

C nium, & quòd adueniente conditione effi titur uerum matrimonium ſine nouo con ſenſu, ut dicunt omnes Iuriſperiti, qui exi ſtimant hanc conditionem ſi Papa diſpen ſauerit, eſſe honeſtam & poſſibilem. ¶Ter tia ſententia aſſerit, quòd quamuis in caſu noſtræ difficultatis ille contractus celebra tus ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, ualeat ut matrimonium, nec ut ſponſalia obtenta diſpenſatione, ut dicit prima ſentẽ tia; tamen qui contraxit ſub prædicta con ditione, conceſſa diſpenſatione tenetur ex lege iuſtitiæ contrahere cum altero. Hanc ſentẽtiam tenet quidam Ioſephus Angles

D in ſuis Floribus, materia de matrimonio. quæſtione, de conſenſu conditionato. ar. 2. Et prima pars huius ſententiæ probatur ar gumentis factis primo loco. Secunda verò probatur ab illo, Quoniam ſimplex promiſ ſio in re graui qualis eſt matrimonium, ob ligat de iuſtitia ſub mortali, vt dicunt ali qui autores, & inter illos Magiſter So tus, lib. 7. de iuſt. & iure, quæſtio. 2. articu lo 1. ergo.

¶Sed vt veritatẽ explicemus de iſtis opi nionibus

monibus dicendum eſt quid ſentiamus, & iudicandum eſt de illis, & vt á clarioribus procedamus, dicendum eſt primo, & ante omnia de iſta tertia ſententia.

¶Prima Concluſio. Hęc tertia ſententia non videtur mihi vera quantum ad ſecundũ quod aſſerit, quòd illa promiſſio obligat ex iuſtitia & non vt ſponſalia, nec vt matrimonium. Hęc concluſio probatur. Primo Nã vt diffiniunt communiter Theologi præcipue Thomiſtæ in 2.2. quæſt. 88. ar. 1. promiſſio ſimplex ſi non ſit mutua, & habeat rationem ſtipulationis ex genere ſuo non obligat ad peccatum mortale, præcipuè ex iuſtitia, quoniam talis promiſſio pertinet ad veracitatem & fidelitatem, quæ ſolum obligant ſub veniali, & non ex iuſtitia, ſed ex veracitate & fidelitate, quantumuis materia ſit grauis: ſed in iſta ſententia ſolum eſt promiſſio ſimplex, & nullo modo mutua, cum non habeat rationem matrimonii nec ſponſaliorum, ergo non obligat ſub mortali ex iuſtitia.

¶Secundò arguitur contra hanc ſententiam. Talis promiſſio vel eſt de re impoſſibili, vel de re quæ improbatur iure, ergo ex tali promiſſione nulla oritur obligatio. Cõſequentia eſt euidens, quoniam promiſſio de re impoſſibili vel quæ improbatur in iure, non obligat; antecedens vero probatur etiam ad hominem nam iſti autores dicũt quòd ſponſalia, & matrimonium nullum habent valorem quando ſunt de re impoſſibili, & quæ improbatur in iure, ergo ſimiliter promiſſio ſimplex in illo caſu eſt de re impoſſibili, & quæ improbatur in iure, ac ſubinde non obligat in cõſcientia ¶Tertio arguitur ſupponendo quòd vterque cõtrahens promiſit alteri quòd contraheret cum illo adueniente diſpenſatione. Tunc ſic. In iſto caſu vterque tenetur ex iuſtitia ſub mortali ſtare promiſſioni vt docet iſta ſententia, ergo talis contractus habet vim ſponſaliorum ſaltem. Probatur conſequentia, nam obligatio ſponſaliorum nihil aliud eſt quam obligatio de iuſtitia ad contrahẽdum. Confirmatur argumentum: nam ſi ſemel tenentur ex iuſtitia contrahere, cur non dicemus, quod eſt obligatio ſponſaliorum inter illos? Hac igitur reiecta ſententia.

¶Sit ſecunda concluſio. Prima ſentẽtia eſt probabilis Hæc concluſio probatur au-
A toritate Doctorum qui illam tenent & argumentis factis primo loco, quæ ſatis probabilia ſunt. Et eſt aduertẽdum ad explicationem huius ſententiæ quod ſtãdo in hac ſententia dicendum eſt, quod quotieſcunq; eſt inhabilitas & incapacitas in cauſa efficiẽte, non valet actus talis cauſæ etiam ſi conferatur in tempus habile, vt dicunt multi Iuriſperiti, & communiter omnes ita tenẽt in l. cam quam, nu. 48. C. de fideicom. &c. & ſit vnicum exemplum pro Theologis. Nam ſi mulier conſentiret alienationi rei dotalis, conferendo alienationem in tempus ſoluti matrimonii, talis actus etiam ſoluto poſtea matrimonio non valeret vt di-
B cunt Iuriſperiti, & ita in caſu noſtræ diſputationis non valet actus etiam ſi conferatur in tempus habile, nam eſt inhabilitas, & incapacitas in cauſa efficiente. Nam cognati. v.g. & alij habentes ſimile impedimẽtum ſunt cauſa efficiens matrimonij, quòd ſi conſideretur ut contractus ſunt cauſa efficiens principalis, ſiue vt ſacramentũ ſunt cauſa inſtrumentaria & miniſterialis, & iſti omnes ſunt inhabiles, & ita etiam ſi promittant futuras nuptias referendo in tempus habile diſpenſationis actus nullum habet valorem. Ex quo infertur cum Magiſtro Soto vbi ſupra, quòd perſonæ illegiti-
C mæ contrahentes matrimonium vel ſponſalia, etiam ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, intendentes facere matrimonium vel ſponſalia, peccant mortaliter ex natura rei, niſi ignorantia, & bona fides eos excuſet. Et grauius peccatum erit ſi iuramentum adhibeant. Ratio huius eſt: Nam talis contractus eſt iure prohibitus, ac ſubinde eſt peccatum mortale, & iuramentum cadit ſuper materiam prohibitam. Dicit tamẽ Magiſter Sotus, quòd ſi iſti non cogitent nec intendant ſponſalia vel matrimonium facere, ſed intendant ſe obligare ex honeſta-
D te, ne expenſæ incaſſum fiant, vel alia iuſta cauſa, nullum peccatum erit etiam id iurare. Alii vero Doctores dicunt, quòd etiam ſtando in hac ſententia, non eſſet licitum id iurare: nam iam non intendunt ſe obligare ex honeſtate, ſed ex neceſſitate: & iuramentum cadit ſuper rem prohibitam. Poſſet forte dici ſtando in prædicta ſententia, quod quamuis peccarent iurando prædicta ſponſalia, vel matrimonia, tamen impleta conditione, tenerentur iuramen-

l. eã q̃. nu. 48. C. de fidei.

tum

tum implere, cum poſſet ſeruari ſine pecca A
to: & omne iuramentum quod ſeruari po-
teſt ſine peccato ſeruandum eſt, vt diffini-
c. cũ contigat, de iureiuran. tur in cap. cum contingat, de iureiurando.
Sed adhuc dubitatur iuxta iſtam ſentẽtiã.
An ſi expenſæ diſpenſationis factæ ſunt, te
neatur eas in totum ſoluere ille qui adue-
niente diſpenſatione non vult de nouo cõ
ſentire. Reſpondetur quod non, ſed quili
bet ſoluet ſuam partem. Eſt enim onus cõ
mune, nec ex eo quod alter vtatur iure ſuo
non conſentiendo de nouo eſt compellen-
l. nullus. 59. ff. de regul. iuris. dus totas ſoluere. Et hoc probat. l. nullus,
56. ff. de regulis iuris, & ita dicit Magiſter B
Sotus ubi ſupra, ſicut quando cognati paci
ſcuntur ſuper matrimonio intendentes ſe
obligare ex honeſtate, & faciunt expenſas
pro obtinenda diſpenſatione, & poſtea al-
ter non vult contrahere non tenentur ipſe
totas expenſas ſoluere. Imo ſi diſpẽſatio pe
tatur ad inſtantiam unius tantum ipſe ſol-
uet expẽſas totas. Et ſecundum iſtam ſentẽ
tiam facillime ſoluerentur argumenta in
oppoſitum. Primum enim ſoluitur ex di-
ctis in notabili poſito immediate, & ſimili-
ter ſoluitur confirmatio. Secũdum verò cũ
ſua confirmatione ſoluitur aſſerendo quod C
non expedit ad bonum publicum quod ta-
lia matrimonia uel ſponſalia cõtrahantur,
nam hoc eſt prohibitum. Tertium verò ar-
gumentum ſolui poteſt dicendo, quod quã
do imponitur penſio in illo caſu nõ impo-
nitur à parte, ſed ab ipſo Summo Pontifice
de conſenſu partis, & ita manet obligatus
non ex vi conuentionis quæ tantũ fuit qui
dam contractus de conſentiendo penſioni,
ſed ex vi impoſitionis penſionis factæ à Pa
pa de conſenſu partis: unde conſtat quod
iſti nihil prohibitũ fecerũt, in noſtro verò
caſu cõtractus fuit de re ꝓhibita. Quartũ D
argumẽtũ ſimiliter diſſolui põt dicẽdo ꝙ
in illo caſu argumẽti non eſt inhabilitas in
cã efficiẽte, homo enim nõ eſt inhabilis ad
vouẽdũ aliqd Deo ſub tali cõditione, in no
ſtro verò caſu cõtrahẽtes (q hẽnt rõnẽ cau
ſæ efficiẽtis) sũt inhabiles ad cõtrahẽdũ ſpõ
ſalia vel mrimoniũ. Et ad confirmationẽ di
ci põt ꝙ quis antecedens ſit verũ cõſequẽ-
tia nihil valet. Ratio differẽtiæ eſt: nã epi-
ſcopus nõ eſt abſolutè, & ſimpliciter prohi
ca. licet, de regularib. bitus ingredi religionẽ nec eſt inhabilis ad
hoc, ſed nõ põt ingredi religionẽ ſine licen
tia Papæ, ut dr̃ in c. licet. de regularibus, &

A ideo poteſt vouere religionem ſi Papa võ-
luerit. Eſt optimum ſimile in caſu l. ſi quis
officium, de ritu nuptia. Officialis alicuius l. ſi quis off. de ritu nup.
prouinciæ ad tempus, qui eſt prohibitus
ducere vxorem aliquam inde oriundam,
vel ibi domicilium habentem poteſt ſpon-
ſalia contrahere, & promittendo contra-
here poſt officium depoſitum, quia iſte nõ
eſt ſimpliciter impeditus ſed pro tempore
officij: at verò in noſtro propoſito non eſt
eadem ratio: nam cognati v.g. & alij ſimi-
les ſunt ſimpliciter inhabiles ad matrimo-
nium & ſponſalia, atq; adeo in ipſa perſo-
B na contrahente deeſt ſimpliciter fundamẽ-
tum. Quintum etiam argumentum diſſol-
uunt aliqui aſſerendo ꝙ ille contractus fa-
ctus cum infideli non eſt validus, & dicunt
ꝙ illa lex ciuilis non potuit aliquid ſtatue
re contra matrimonium. Melius tamen di
ceretur iuxta dicta, ꝙ in illo caſu non eſt
inhabilitas ſimpliciter ad contrahendum
cum infideli, ſed ſolum eſt inhabilitas pro
tempore quo manet in infidelitate. In no-
ſtro verò caſu eſt inhabilitas ſimpliciter.
Sextum ẽt ſoluitur dicendo ꝙ in illo caſu
non eſt inhabilitas & impedimentũ in cau
C ſa efficiente, ſed in obiecto, in noſtro verò
caſu eſt impedimentum in cauſa efficiente,
videlicet, in ipſis contrahentibus. Septimũ
etiam argumentum habet facilem ſolutio-
nem ex dictis. Nam in caſu illius legis non
erat inhabilitas & incapacitas in ipſo teſta-
tore. Et idem dicendum eſt ad confirma-
tionem. Vltimum verò argumentum iam
eſt ſolutũ in corollario, ꝙ infertur ex hac
ſecunda concluſione vbi diffinitum eſt ꝙ
perſonæ illegitimæ cõtrahentes ſub illa cõ
dĩone, ſi Papa diſpẽſauerit, peccãt mortaliter
ſi intẽdãt facere ſpõſalia, ſeu matrimoniũ.
D ¶Sed circa confirmationem vltimi argu
menti eſt dubium in hac ſententia. An per
ſonæ inhabiles ſub prædicta conditione cõ
trahentes incurrant excommunicationem
quæ habetur in Clementina vnica, de con- Clemẽ. vnica, de conſang. & affinita.
ſanguinitate & affinitate. Et ratio dubitan-
di eſt quæ ponitur in ipſa confirmatione.
Ad hoc dubium dicendum eſt, quòd non
incurrunt excommunicationem ita contra
hentes: nam illa excommunicatio lata eſt
contra perſonas, de quibus ibi, contrahen-
tes matrimonium de facto. Qui autem
contrahunt ſub conditione ſi Papa diſpẽſa-
uerit, non contrahunt de facto, ut conſtat,

& ita non incurrunt excommunicationem etiam impleta conditione, Ita docet gloſſa in prædicta Clementina, & eius doctrina recipitur communiter ut dicit doctiſſimus Couarruuias in dicta epitome, capit. 6. Et hęc ſententia probari poteſt ex l. Pœnæ, ff. de pœnis, & etiam ex Regula. odia. lib. ro ſexto. Ratio huius eſt: nam ante adimpletam conditionem non contrahunt matrimonium, cum dependeat ex impletione conditionis, poſt impletam vero conditionem, iam non ſunt perſonæ inhabiles, ergo non incurrunt prædictam excommunicationem: Et ad rationem in oppoſitum primo dicere poſſumus quòd illa conditio nō reijcitur tanquam impoſſibilis, ut conſtat ex dictis in hac concluſione. Secundo poſſumus dicere, quod quamuis illa conditio reijciatur ab illo contractu tanquam impoſſibilis ut dicebant multi Doctores, adhuc cōtrahentes in caſu dicto non incurrerent excommunicationem: quia vt dictum eſt ſupra, ex eo quod conditio impoſſibilis habetur pro non adiecta, non ſequitur, quòd de facto uelint contrahere.

l. Pœnę, ff. de pœ. Regula Odia. li. 6.

¶Sed adhuc eſt dubium circa hanc concluſionem etiam tenendo iſtam ſententiam. An idem dicendum ſit quando duo inter quos eſt impedimentum non dirimens, ſed tantum impediens, contrahunt matrimonium uel ſponſalia ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, v. g. Petrus fecit uotum caſtitatis & ait Mariæ, contraho vel contraham tecum ſi Papa diſpenſauerit. Dubium eſt an talis contractus habeat rationem matrimonii uel ſpōſaliorum. Et ratio dubitandi à parte negatiua eſt. Nā ſi ſit impedimentum dirimens non ſunt ſponſalia per matrimonium, ergo nec quando eſt impedimentum quod tantum impedit. Ad hoc dubium bene poſſemus dicere iuxta iſtam ſententiam quod ille contractus non habet uim ſponſaliorum, uel matrimonii quoniam talis conditio cum dependeat ex uoluntate principis cenſetur impoſſibilis, & non adiecta; Nihilominus tamen probabilius dicitur, etiam ſtando in illa ſententia quod ſi impedimentum tantum habet impediens, ille contractus habet uim ſponſaliorum vel matrimonii. Ratio huius eſt, Nā ut diximus in notabili huius concluſionis quando non eſt inhabilitas, & incapacitas in cauſa efficiente, ſed ſolum prohibetur

A actus, talis contractus habet ualorem; in præſenti verò iſti non ſunt inhabiles ad cōtrahendum, ſed ſolum prohibiti, ergo. Aduertendum tamen eſt, quòd qui fecit votū caſtitatis & contraxit ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, non tenebitur petere diſpēſationem etiamſi habeat iuſtam cauſam ad eam petendam. Et ratio eſt: Quia etiam ſi nullum feciſſet votum caſtitatis, & contraxiſſet cum aliqua ſponſalia de futuro, poſſet emittere votum ſimplex caſtitatis, & nō teneretur ſponſalia ſeruare, iuxta probabiliorem ſentētiam: de quo dictum eſt ſupra

B q. 43. ergo etiam ille qui cum prius feciſſet votum ſimplex caſtitatis, contraxit ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, poteſt nō petere diſpenſationem. Si tamen Papa diſpenſauerit, tenebitur contrahere, nam iam non habet votum, niſi velit de nouo votū emittere. In alijs tamen impedimentis non dirimentibus, tenebitur qui contraxit ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, & petere diſpenſationē, & obtenta diſpenſatione contrahere. Eſt enim maxima differentia in voto caſtitatis ſimplici, nam illa pertinet ad perfectiorem ſtatum. Denique aduertendū

C eſt iuxta iſtam ſentētiam, vt docet Syluest. verbo Luxuria. quęſtione quinta, quòd ſi conſanguinei dederunt ſibi fidem de contrahendo matrimonio, ſi Papa diſpenſauerit, & illa propter hanc fidem fecit illi copiam ſui corporis, tenetur eam ducere, & non ſatiſfacit dotando illam. Itaque in iſto caſu tenetur procurare diſpenſationem & contrahere, non quidem ratione ſponſaliorum vel matrimonij, ſed propter detrimentum datum. Hęc ſententia ſic explicata probabilis eſt, & qui voluerit illam defendere, debet ita ſoluere argu-

D menta.

¶Nihilominus tamē ſit tertia cōcluſio. Tertia ſentētia eſt longe probabilior quantū ad hoc quod talis cōtractus, ſiue fiat de præſenti, ſiue de futuro, habet valorem ſaltē in ratione ſponſaliorū: & cū certis limitationibus hæc concluſio explicanda eſt. Diximus enim in præcedenti dubio, quòd quāuis ſit probabile, quòd contractus matrimonialis ſub conditione honeſta habet rationem matrimonij ſine nouo conſenſu impleta conditione; longè tamen probabilius eſt oppoſitum; videlicet, quòd ſolum habet vim ſponſaliorum etiam impleta

ta conditione. Igitur in noſtra concluſione A dicimus quòd illa conditio, ſi Papa diſpenſauerit, iudicanda eſt tanquam honeſta, & ita probabile erit ſecundum ſententiam Iuriſperitorum, quòd eſt contractus matrimonialis ſi fiat de præſenti: & quòd adueniente conditione eſt verum matrimoniũ iuxta ibi dicta. At vero ſecundum ſententiam Theologorum, quæ longe probabilior eſt, dicendum eſt quòd ille contractus ſiue fiat de futuro, ſiue de præſenti, habet vim ſponſaliorum etiam impleta conditione. Et hæc concluſio ſic explicata, probatur authoritate Doctorum qui illam tenent, & B argumentis factis in oppoſitum quæ longè probabiliora ſunt, & nobis perſiſtendum eſt in hac ſententia.

¶Sed vt illam explicemus, explicandæ ſunt aliquæ limitationes quæ ſunt neceſſariæ: & vt illas explicemus, aduertendum eſt, quòd impedimentum duplex eſſe poteſt. Aliud quidẽ quòd prouenit quia perſonæ ſunt illegitimæ & inhabiles ad contrahendum matrimonium, vt ſunt conſanguinei intra quartum gradum: aliud eſt, non quia perſonæ ſunt illegitimæ: ſed quia non poſſunt contrahere ſine mortali, ut ſi C habeant uotum ſimplex religionis, & ita diſpenſatio dupliciter eſt neceſſaria, ſcilicet, vel ad tollendum primum impedimentum vel ad tollendum ſecundum, quo ſuppoſito fundamento.

¶Prima limitatio eſt. Si impedimentum ſit tale in quo non ſolet fieri diſpenſatio vt in primo gradu tranſuerſali; talis contractus etiam cum cõditione, ſi Papa diſpenſauerit, non habet valorem vllum, ſiue fiat de præſenti, ſiue de futuro: nam in iure cõditio impoſſibilis habetur pro non adiecta, vt iam dictum eſt: ſed illa conditio, ſi Papa D diſpenſauerit, regulariter & communiter eſt impoſſibilis in tali caſu: quia communiter & regulariter non fit diſpenſatio in tali gradu, ergo habetur pro non adiecta. Tunc ultra, ſed ſine illa conditione contractus eſſet nullus, ergo nec cum illa. Hanc limitationem efficaciter probant argumenta facta in principio. ¶Secunda limitatio eſt. Si impedimentum eſt tale in quo ſolet fieri diſpenſatio ex rationabili cauſa, ſed ille qui contrahit cum illa conditione non habet illam cauſam rationabilem, talis promiſſio vel contractus conditionalis nullam inducit obligationem in conſcientia. Ratio eſt aperta: Nam tale matrimonium non poteſt fieri ſine diſpenſatione & ipſi non poſſunt petere diſpenſationem, nam peccant mortaliter petendo illam ſi non habent rationabilem cauſam, ergo talis promiſſio vel contractus non obligat, aliàs enim obligaret ad peccatum mortale, ſiquidem obligaret ad petendam diſpenſationem ſine rationabili cauſa. Cæterum ſi impedimentum ſit tale in quo ſolet fieri diſpenſatio ex rationabili cauſa, & contrahentes habent illam cauſam rationabilem, talis promiſſio ſiue contractus habet uim obligandi ut ſpõſalia, ſiue contractus fiat de præſenti, ſiue de futuro. Et quoniam debemus perſiſtere in hac ſententia, reſpondendum eſt ex profeſſo ad argumenta facta primo loco quæ militant contra illam.

Ex dictis ſequitur, quòd ſi quis promittat infideli futuras nuptias ſi conuertatur ad fidem, talis promiſſio eſt ualida, & habet veram rationem ſponſaliorum, & ſi alius conuertatur ad fidem tenetur adimplere promiſſionem.

¶Ad primum argumentum ſunt uariæ ſolutiones. Prima ſolutio eſt, quod illæ leges intelliguntur quando contractus eſt abſolutus non conditionatus. Hæc tamen ſolutio quamuis adhibeatur ab aliquibus Doctoribus, nulla eſt. Nam in ipſis legibus fit expreſſe mentio de contractibus conditionatis, & de illis loquuntur clarè, ut conſtat ex illis, ergo hæc ſolutio nihil ualet. Vnde fit ſecunda ſolutio, quòd illæ leges intelliguntur, quando diſpenſatio non ſolet fieri in tali gradu, tunc enim talis conditio cenſetur non adiecta, quoniam impoſſibilis eſt. Et ita ex tali contractu nulla naſcitur obligatio. Aduertendum tamen eſt, quod etiam ſi Papa de facili non ſoleat diſpenſare ut in ſecundo gradu conſanguinitatis, tamen matrimonium contractum ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, eſt obligatorium: iſtæ enim conditiones in his in quibus non ſolet de facili fieri diſpenſatio, magis continent difficultatem quam impoſſibilitatem, ut recte docet Couarruuias ubi ſupra. Et ita in his conditionibus non intelliguntur prædictæ leges.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod illæ leges procedunt quando eſt ſtipulatio, & promiſſio abſoluta non conditionata;

ditionata: in noſtro uerò caſu non eſt ſtipulatio abſoluta, & ita non prohibetur in iure. Ad primam confirmationem reſpondetur, quod ideo in illo caſu non valet ſtipulatio rei ſacræ aut publicæ, aut hominis liberi etiamſi conferatur ſub conditione ad tempus, quo homo liber cœperit eſſe ſeruus, aut res ſacra profana, & publica res priuata; quia illud expectare eſſet inciuile, & triſte, ut ibi ait textus, & Iaſon ibi nu. 13. non enim eſt expectandus triſtis euétus, vt habetur l. cum tale, in principio ff. de conditione, & demonſtra. Secundò reſpondetur, quod illæ leges fortaſſis loquuntur de ſtipulatione abſoluta non conditionata. Et ex dictis reſpondetur ad ſecundam confirmationem argumenti.

l. cũ tale. ff. de condit. & demõſtra.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur, quod promiſſio conditionata non prohibetur in iure, ſed promiſſio abſoluta, ſicut ue contractus abſolutus. Ad confirmationem reſpondetur, quod inter conſanguineos non poſſunt eſſe nuptiæ nec matrimonium ſine diſpenſatione Papæ; & ita inter illos non poſſunt eſſe ſponſalia abſoluta, poſſunt tamen eſſe ſponſalia conditionata, & ſimiliter matrimonium conditionatum habens uim ſponſaliorum.

¶ Ad quartum argumentum, quòd ſi conditio ponatur formaliter uel uirtualiter, ut aliquando poni poteſt ex tacita contrahentium uoluntate, contractus erit ualidus. Dicimus tamen, quod non ſemper in matrimonio, uel ſponſalibus ſine conditione celebratis ponitur implicite talis conditio, ſicut cum contrahuntur ſpõſalia, uel matrimonium purè, & abſolutè inter perſonas illegitimas non ponitur implicitè talis conditio. Ad confirmationem reſpondetur concedendo antecedens, & negando conſequentiam: nam quamuis illi inter quos eſt Canonicum impedimentum ſint materia inhabilis matrimonii, & ſponſalium, tamen quando contrahunt ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, eſt obligatio in ordine ad tempus habile. Hæc enim eſt natura cõditionis, ut ſuſpendat actũ, & eius abſolutam obligationem in tempus impletæ conditionis, ut dicitur in dicta l. cedere diem. §. ſub cõditione, de verborum obligationibus. Atque adeo conſenſus illegitimarum perſonarum quæ contrahũt matrimonium uel ſponſa-

l. cædere. ff. de verbor. obligat.

A lia ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, nõ cadit ſupra materiam illegitimam, quia nõ contrahit pro nunc, ſed pro tunc.

¶ Ad quintum argumentum reſpondetur, quod quamuis Papa dum diſpenſat tãtum det facultaté contrahendi; non tamen habet ratum quòd antea factum eſt, cæterũ in caſu quæſtionis impleta conditione diſpẽſationis ſub qua matrimonii vel ſponſaliorum conſenſus fuerat præſtitus, videtur durare ille conſenſus uirtualiter vſque ad tempus impletæ conditionis, & ita fit matrimonium uel ſponſalia abſoluta, iuxta

B iam dicta.

¶ Ad ſextum argumentum reſpõdetur, quòd multa quæ ſuperueniunt dirimunt ſponſalia, quæ non dirimunt ſi antecedunt. Vt ſi ſponſa fornicetur, vel contrahat lepram dirimuntur ſponſalia, tamen ſi hæc antecederent non dirimũtur. Ita ſoluit hoc argumentum Adrianus loco ſuprà citato. Contra hanc ſolutionem arguũt aliqui. Si hæc antecederent ſponſalia ſponſus ſciret, & ita eſt voluntarius: nam cum ſciret illas maculas adhuc voluit cõtrahere, iſtæ enim maculæ impediunt ſponſalia ſi ſponſus eas

C ignoraret, & hac ratione vellet cõtrahere: at vero cognationis impedimẽta, & ſimilia ſunt impedimenta iure poſita, atque adeo irritant ſponſalia etiamſi contrahentes uelint, ergo à fortiori irritant futura. Vnde fit ſecunda ſolutio, quòd argumentum cõcludit quandó contractus iſte fieret ſine illa conditione, ſi Papa diſpenſauerit, non verò quando fit cum tali conditione.

¶ Ad vltimum argumentum reſpondetur, quod natura contráctus ex his quæ per ſe inſunt, & regulariter debet iudicari, niſi aliud conſtet ex voluntate contrahentium: & ita contingit in propoſito. Et per hoc re-

D ſpondetur etiam ad confirmationem.

¶ De conditionibus turpibus eſt vnicum dubium. Vtrum ſit validum matrimonium factum ſub conditione turpi. v. g. Dicit quis contraho tecum ſi occideris patrem tuum. Dubium eſt an ſit verum matrimoniũ: Et uidetur vera pars negatiua. Primò. Ad rationem matrimonii requiritur conſenſus de præſenti, ſed ille conſenſus non eſt de præſenti, cum dependeat ex conditione de futuro, ergo nõ efficit verum matrimonium. Confirmatur argumentum. Illa fœmina, à qua exigitur conditio turpis

non

non tenetur adimplere illam conditionem quantumcunque promittat: nam illa conditio eſt illicita, ergo matrimonium eſt nullum ſiquidem ex illo nulla oritur obligatio.

¶Secundò arguitur. Si aliqua ratione matrimonium eſt ualidum in hoc caſu maximè quia conditio eſt turpis, & talis conditio habetur pro non adiecta, ut dicitur in illo capitulo finali: hæc autem ratio eſt nulla, ergo. Minor probatur, nam qui contrahit ſub turpi conditione, non vult contrahere purè & abſolutè vt conſtat, nam non habet purum, & abſolutum conſenſum, ſed relatam in euentum conditionis, quæ non eſt impoſſibilis, ergo nulla eſt talis ratio.

¶Tertiò arguitur contra eandem rationem. Si conditio turpis, vel etiam impoſſibilis habetur pro non adiecta ſequitur ꝙ cõtrahentes ſub cõditione turpi vel etiam impoſſibili in gradibus prohibitis, incurrant excommunicationem quę habetur in Clementina vnica, de conſanguinitate & affinitate, conſequens videtur durum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nã iſtæ conditiones reijciuntur de matrimonio, ergo remanet matrimonium purum, & abſolutum, ac ſi fieret ſine aliqua conditione, ſed ſi fieret ſine conditione incurrerent illã excommunicationem, ergo etiam cum conditione.

¶Vltimò. Si conditio turpis habetur pro non adiecta in matrimonijs, ſequitur ꝙ ét habeatur pro non adiecta in ſponſalibus. Conſequens autem eſt falſum, ergo. Sequela probatur: nam ſponſalia ſunt præuia ad matrimonium. Falſitas conſequentis probatur: nam illud ꝙ dicitur in illo c. fi. eſt odioſum, & loquitur de matrimonio, ergo reſtringendum eſt ad matrimonium.

c. fin. de cond. appoſitis.

¶In oppoſitum eſt capitulum finale de conditionibus appoſitis, in quo Gregorius IX. ſicut diffinit ꝙ conditio impoſſibilis habetur pro non adiecta, ita etiam diffinit ꝙ conditio turpis habetur pro non adiecta: ſed ſi non apponeretur talis conditio, validum eſſet matrimonium, ergo cum conditione etiam eſt validum.

¶In hoc dubio ſupponenda ſunt omnia quæ dicta ſunt ſupra in principio huius articuli de conditione impoſſibili. Supponendum etiam eſt ꝙ conditio turpis duplex eſſe poteſt, quædam enim conditio eſt contra ſubſtantiam matrimonij & bonũ illius, vt ſi quis dicat contraho tecum ſi ſumpſeris venena ſterilitatis. Et loquendo de hac conditione certum eſt ex ſupradictis ꝙ nõ efficitur verum matrimonium, ſed illa conditio deſtruit illud, ita D. Tho. in articulo & Magiſter Sotus, diſtinctione 29. quæſtione 2. articulo tertio. & omnes. Alia eſt conditio turpis quæ non eſt contra ſubſtantiam matrimonii nec contra bona eius, vt ſi quis dicat, contraho tecum ſi furata fueris, & de hac conditione diſputatur in præſenti.

¶Hoc poſito fundamento, ſit prima concluſio. Quando matrimonium fuit contractum cum illa conditione turpi de futuro, tamen ſine conſenſu contrahentis, nullum eſt matrimonium in foro conſcientiæ. Hanc concluſionem docet expreſſe. Couarru. in epitome ſuper quartum Decretalium, part. 2. cap. 3. §. 2. numero 4. vbi infert quòd matrimonium contractum ſub cõditione turpi uel impoſſibili, ſi conſenſus coniugalis deficit in contrahente eſt nullum. Ita etiam Adria. in 4. quæſt. 7. de matrimonio & Paluda. in 4. diſtinctione 29. quæſtione 2. articulo quinto, concluſione 5. & Ioannes de Medina de contractibus, quæſtione 23. & hanc ſententiam debent omnes tenere. Et probatur. Nam ut conſtat ex iam dictis ad matrimonium requiritur conſenſus, ſed in præſenti caſu non eſt conſenſus, ut ſupponimus, ergo non eſt verum matrimonium.

¶Secunda concluſio. Quando ille qui cõtraxit ſub conditione turpi de futuro noluit aliter ſe obligare niſi ſub illa conditione, non eſt ualidum matrimonium de præſenti. Hanc concluſionem etiam debent tenere qui tenent primam concluſionem & probatur. Nam vt dictũ eſt ad matrimoniũ requiritur conſenſus de pręſenti, ſed ut cõſtat iſte non habet conſenſum de præſenti: nam reuera ſuſpendit conſenſum uſque ad euentum conditionis, ergo reuera non eſt validum matrimonium de præſenti. ¶Sed circa iſtam concluſionem dubium eſt, an talis contractus conditionatus habeat uim & valorem contractus matrimonialis conditionati uel etiam ſpõſaliorum, taliter, quòd inducat obligationem de iuſtitia: & adueniente conditione teneatur contrahere Et

ratio dubitandi à parte negatiua eſt, illa conditio eſt illicita cum ſit turpis,ergo nul la oritur obligatio in contrahentibus. De hoc tamen dicemus ad argumentum ultimum huius dubii. Pro nunc dicendum eſt ꝙ talis contractus habet uim obligandi, Nam illa obligatio nõ cadit ſupra turpem conditionem, nec cadere poteſt, ſed ſupra rem honeſtam ſuppoſita conditione turpi: ſicut ſi quis faciat uotum ſi tale peccatum commiſerit tale uotum eſt obligatorium: quia cadit ſupra rem bonam ſuppoſita con ditione mala.

¶Tertia concluſio. Quando ille qui con traxit ſub conditione turpi de futuro habuit uerum conſenſum de præſenti, ſed illam conditionem appoſuit ioco,ualidũ eſt matrimonium de præſenti. Hanc ſententiam debent tenere omnes Doctores citati & probatur. Primò. In iſto caſu fuit uerus conſenſus de præſenti, & non fuit ſuſpẽſus per illam conditionem ut conſtat: nam nõ fuit ex animo poſita,ergo validum eſt matrimonium. Secundo probatur concluſio. Turpis conditio ſicut etiam impoſſibilis habetur pro non adiecta: itaque ſecundum ueriorem expoſitionem ualor talis matrimonii non debet penſari ex prædicta conditione,ſed aliunde: ſed reiecta conditione ab ipſo contractu ualidum eſt matrimonium ut conſtat, ergo ſimpliciter & abſolute tale matrimonium eſt ualidum in tali caſu.

¶Quarta concluſio. In caſibus duarum primarum concluſionum in foro etiam eccleſiæ matrimonium iudicabitur nullum: in caſu vero tertiæ iudicabitur validũ. Hæc concluſio duas habet partes. Primam partem tenet Couarr. loco immediatè citato; ubi dicit quod in foro iudiciali in illis caſibus ſi conſtat conſenſum coniugalem defeciſſe,nullum erit matrimonium. Idem docet Adria. in 4. q. 6. de matrimonio,& in q. 7. dicit, quod quando ex coniecturis poteſt colligi conſenſum coniugalem defeciſſe, in foro externo eſt nullum. Et probatur hæc pars tali ratione. Ad matrimonium requiritur conſenſus ut iam ſæpe dictum eſt, ergo ſi in foro externo conſtet quod contrahens non habuit uerum cõſenſum,erit nullum matrimonium etiam in foro externo. Secunda uero pars concluſionis probatur. In illo caſu habuit uerũ conſenſum de præſenti ut conſtat, ergo iudicandũ eſt etiã in foro externo quòd illud matrimonium eſt validum.

¶Quinta concluſio. Matrimonium contractum ſub turpi conditione de futuro æſtimando tamen quod eſſet honeſta,non tenet de præſenti,nec poteſt dici pure contractum,v. g. Cõtrahit aliquis cum aliqua ſub hac conditione, ſi coniugale debitum mihi non negaueris,in quocunque dubio exiſtas an licitã ſit inter nos carnalis copula, nam quidam exiſtimant licitè poſſe tunc vxorẽ debitum reddere viro,alij verò oppoſitum ſentiunt, credit tamen contrahens id licitũ eſſe omnino. In hoc caſu non eſt matrimonium purè contractum. Hanc ſententiam tenet Couarr. vbi ſupra,nume 6. & Adrianus,quæſt. 7. de matrimonio. vbi apponit illud exemplum,& probatur concluſio. Ille non exiſtimat turpem conditionem, ergo ſuſpendit conſenſum in futurum ſicut quã do apponitur conditio honeſta, ac ſubinde non efficitur purum matrimonium & abſolutum.

¶Sexta concluſio. Quando conditio turpis eſt de præſenti vel de præterito ſtante conditione validum eſt matrimonium, ſin autem non eſt validum. Hæc concluſio ex dictis ſupra conſtat; & eſt etiam ratio pro illa: Quoniã in iſto caſu nullus inuitatur ad peccandum per talem cõditionem cum ſit de præſenti vel de futuro,nec ipſe actus ſuſpenſus eſt. Et ita D.Thom. in hoc articulo intelligi debet de conditione turpi de futuro,non verò de præterito uel præſenti. Et idem eſt de illo cap. finali,de conditionibus appoſitis. Conditio enim turpis de præterito vel præſenti,non debet haberi pro non adiecta,v.g. Contrahit aliquis matrimoniũ cum aliqua ad hunc modũ, contraho tecũ ſi Petrum occidiſti,talis conditio nõ debet haberi pro non adiecta. Ex hac cõcluſione infertur quòd eſt maxima differẽtia in hac re inter conditionem turpem & impoſſibilem; nam turpis conditio ſi eſt de præterito vel de præſenti non tollitur ab actu,ſed uel ſtatim tenet matrimoniũ vel non tenet ex conditionis euentu vel defectu. Sed conditio impoſſibilis etiam ſi ſit de præterito vel de præſenti,ſemper eſt reiicienda & cõtractus ipſe manet purus: vt ſi quis dicat fœminæ,contraho tecũ ſi heri non fuit ortus ſol. Hoc corollarium conſtituit Couar. ca. fi. de cond. ap poſitis.

vbi

vbi ſuprà.numero 2. ex Paludano in 4.di- A ſtinctione, 29. quæſtione 2. articulo 5. Et ratio huius differentiæ aſſignari poteſt ex hoc quod conditio impoſsibilis reiicitur à contractu matrimonii propter impoſsibilitatem, & ſemper eſt eadem impoſsibilitas, ſiue ſit de præſenti, ſiue de præterito, ſiue de futuro, & ita ſemper reiicitur à matrimonio. Conditio verò turpis reiicitur à matrimonio, propter turpitudinem, & quoniam nõ debet aliquis inuitari ad delinquẽdum, & non eſt eadem turpitudo quando eſt de præterito vel de præſenti, & quando eſt de futuro; etenim, ſi eſt de præterito vel B præſenti nõ inuitatur aliquis ad delinquẽdum, nam iam eſt ipſa turpitudo uel fuit, quando uerò eſt de futuro per talem contractum cum tali conditione inuitatur aliquis ad turpitudinem, & ad delinquendum & ita non eſt eadẽ ratio. His poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principio.

¶ Ad primum argumentum reſpondetur, quod in foro conſcientiæ iudicandum eſt iuxta confeſsionem contrahentis, cui credendum eſt: etſi dixerit non habuiſſe verum conſenſum, iudicandum eſt non eſſe verum matrimonium; in foro verò eccle- C ſiaſtico agendum eſt coniecturis, & aliis externis, vt iam dictum eſt. ¶ Ad confirmationem reſpondetur: quod hoc quod eſt eſſe validum matrimonium non dependet ex eo quòd illa teneatur adimplere conditionem, immo tenetur non adimplere, cum ſit turpis: ſed attendendum eſt ad conſenſum quẽ habuerunt iuxta ſupradicta, quod explicabitur amplius in ſolutione ad ultimum.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, iuxta dicta quod qui contrahit ſub turpi conditione, ſi non vult contrahere purè & abſolutè ſed conditionaliter, non efficit verum matrimonium uſque ad euentũ conditionis. D

¶ Ad tertium argumẽtum, Dubium eſt breue. Vtrum contrahẽtes in gradibus prohibitis in illa Clementina de conſanguinitate, & affinitate, ſub conditione turpi vel impoſsibili, incurrant excommunicationẽ quæ habetur in illa Clemẽtina contra illos qui contrahũt abſolutè, & purè in gradib. prohibitis. Ratio dubitandi a parte affirmatiua eſt quæ ponitur in illo argumento. Conditio turpis vel impoſsibilis habetur pro nõ adiecta, & ita remanet cõtractus purus, & ſine conditione; ſed ſi contraheret abſolutè, & ſine cõditione incurrerẽt excommunicationẽ, ergo. In oppoſitũ eſt. Nã ſi in fauorẽ matrimonii cõditio impoſsibilis aut turpis habetur pro non adiecta, vt dicit illud capitulum finale: ergo abſurdum eſt dicere quòd in noſtro caſu tollatur conditio, cum ipſum purum, & abſolutum matrimonium nullius valoris futurum ſit in propoſito. cũ ſit inter perſonas inhabiles, ac ſubinde ceſſat ualor matrimonii.

IN hac difficultate ſunt diuerſæ ſententiæ doctorũ. Prima ſẽtẽtia aſſerit ꝙ contrahentes matrimoniũ ſub cõditione turpi uel impoſsibili in gradibus prohibitis in illa Clementina, ligantur illa excõmunicatione, cũ iſtæ cõditiones de matrimonio reiiciãtur, & conſequẽter cõtractus remanet purus. Ita docet Adria. quæſt. 11. de matrimonio, & Couarr. in dict. §. 2. nu. 8. & ponunt exemplum, ut ſi dicerent, contraho tecum ſi in quarto gradu, in quo ſumus, licitum eſt contrahere, Quod exemplum debet accipi quando contrahentes ſciebant non eſſe licitum de iure contrahere matrimoniũ in quarto gradu, ut explicat Adrianus ubi ſtatim, aliàs enim talis conditio nõ eſſet habenda pro non adiecta, ſed potiùs eſſet conditio iuſtificans. Et hæc ſententia debet etiam intelligi quod illa pœna habet locum in illo caſu niſi conſẽſus coniugalis omnino defeciſſet, ut dicit etiã Couarru. ex Adrian. in loco citato. Secunda ſẽtẽtia eſt huic oppoſita propter argumẽtum in oppoſitum, qđ in illo caſu non incurritur pœna excõmunicationis illius textus. Hãc ſententiam tenet Coſta lib. 1. ſelectio. ca. 8. num. fi. & alii autores.

¶ In huius rei expoſitionẽ dico primò. Si contrahẽtes in gradibus prohibitis in dicta Clementina ſub turpi, uel impoſsibili conditione habent animum contrahẽdi de præſenti, & apponunt talem conditionem loco uel quia aliàs reijciunt illam de cõtractu, incurrunt prædictam excommunicationem. Ratio eſt aperta. Nam in tali caſu purè, & abſolutè cõtrahunt in gradibus ꝓhibitis in illa Clementina, ergo.

¶ Dico ſecundo. Si illi contrahentes apponentes talem conditionem intendunt ſuſpendere cõſenſum uſque ad tempus impletionis conditionis, non in incurrunt ſta-

tim excommunicationem. Ratio eſt mani-
feſta. Iſti tales ſic contrahentes non contra-
hunt abſolute, & purè in gradibus prohibi
tis, vt conſtat, at vero ad incurrendum il-
lam excõmunicationem requiritur quod
ſit contractus purus, & abſolutus de præ-
ſenti, vt iam dictum eſt: ergo non incurrũt
ſtatim excommunicationem. Sed dubium
eſt an incurrant illam quando adimpletur
conditio turpis.

¶ Dico tertiò. In ſententia Canoniſta-
rũ ſtatim atq; ponitur conditio turpis in-
curritur excommunicatio, non verò in opi-
nione Theologorum ſi non ſit nouus con-
ſenſus. Prima pars concluſionis conſtat.
Nam Iuriſperiti dicũt quòd ſtatim atque
adimpletur cõditio ſine nouo conſenſu, fit
matrimoniũ purum, & abſolutum: ſed per
matrimonium purum, & abſolutum inter
illos conſanguineos incurritur excommu-
nicatio, ergo. Secunda pars conſtat. Nam
Theologi dicunt quod ſine nouo conſen-
ſu non fit matrimonium purum, & abſolu
tum, ergo non incurritur excommunica-
tio. Confirmatur. Nam qui contrahunt ſpõ
ſalia in illis gradibus prohibitis non incur-
runt excommunicationem, et poſtea dice-
mus, ſed in opinione Thologorum etiam
poſita conditione ſolum habet contractus
ille vim ſpõſaliorum de futuro, ergo in opi
nione illorum non incurritur excommuni
catio. Et per hoc reſpondetur ad tertium
argumentum.

¶ Ad quartum argumentum eſt dubiũ,
An conditio turpis habeatur pro non adie
cta in ſponſalibus de futuro, & non ſolum
in matrimonio, & idẽ eſt de conditione im
poſſibili. Et uidetur quod nõ habeatur pro
nõ adiecta. Primo arguitur argumento ibi
facto, Illud quòd diffinitur in illo cap. fina-
li eſt odioſum, & loquitur de matrimonio,
ergo reſtringendum eſt ad matrimonium
tantum. Secundo arguitur, & confirmatur
argumentum præcedẽs, Nulla deciſio exor
bitans à iure communi eſt extendenda vl-
Reg. tra terminos, in quib. loquitur, vt patet in
Odia, li. regula, quæ à iure cõmuni. & regula. Odia,
6. lib. 6. Sed id quod diffinitur illo cap. fina.
ca. Iura- eſt exorbitans à iure communi, vt conſtat,
uit, de p & loquitur in matrimonijs tãtum, ergo nõ
bationi- eſt extendendum ad ſpõſalia. Tertiò, Spõ
bus, & c. ſalia non ſunt in iure fauorabilia ſicut ma-
Series. trimonium, vt habetur, c. Iurauit, de proba

A tionibus, & cap. Series, & cap. Cum in tuã. & c. cũ in
de teſtibus, ergo deciſio inducta in matri- tuã, de
monio propter eius fauorem non eſt extẽ- teſtibus.
denda ad ſponſalia.

¶ In oppoſitum eſt. Primò, Nam ſponſa
lia ſunt aliquid præuium ad matrimoniũ
vt iam dictum eſt, ergo ſi conditio turpis,
vel impoſſibilis habetur pro non adiecta
in matrimonio etiã habetur pro non adie-
cta in ſponſalibus. Secundo. Prima pars il-
lius c. fin. intelligitur non ſolũ de matrimo
nio, verum etiam de ſponſalibus, ut iã dixi-
mus, itaque ſi apponatur cõditio cõtra ſub
ſtantiã matrimonij nulla ſunt ẽt ſponſalia,
ergo. Similiter ſecunda pars illius capitis in
B telligitur non ſolũ de matrimonijs, verum
etiam de ſponſalibus. Tertio. Hoc habetur l. fi. tit. 4.
expreſſe in iure regio, in l. fina. tit. 4. parti. part. 4.
4 ergo.

PRopter hæc argumẽta ſunt diuerſæ ſen-
tentiæ inter Doctores, præcipuè Iuri-
ſperitos. Prima eſt cõmunis inter illos,
quòd conditio turpis vel impoſſibilis habe
tur pro non adiecta, non ſolum in matrimo
nio, ſed ẽt in ſponſalibus. Itaquè illa condi
tio habetur pro non adiecta etiã in ſponſa-
C libus, & dicendum eſt de ſponſalibus, ſicut
de matrimonio in quo ponit talis cõditio
iam dictum eſt. Secũda ſententia eſt huic
oppoſita quod illa conditio non habet pro
non adiecta in ſpõſalibus ſed ſolum in ma-
trimonijs. Hãc tenent modo quidã moder
ni Theologi doctiſſimi ex ſchola Salmanti-
na, & mouentur argumẽtis factis primo lo
co: & dicit iſta ſententia quòd non eſt multũ
curandũ de illa lege Regia adiecta in tertio
argumento in oppoſitum, cum miſerit fal
cem in meſſem alienam, qualis ſunt ſponſa
lia, quæ cum ordinentur ad matrimoniũ,
D pertinet ſolum ad forum eccleſiaſticum, vt
dicũt communiter Doctores in c. 2. de iudi. c. 2. de

¶ Ad hoc dubium dicendum eſt, quod ſe iudic.
cunda ſententia eſt probabilis, prima vero
longè probabilior uidetur. Prima pars pro
batur autoritate Doctorum qui illam tenẽt
& argumentis factis primo loco quæ ſunt
probabilia. Secunda verò pars probatur au
toritate Doctorum qui illam tenẽt, & argu
mentis factis ſecundo loco quæ ſunt longe
probabiliora, & facile eſt reſpondere ad ar-
gumenta pro contraria ſententia, & per hoc
patet ad ultimum argumentum. ¶ Ad argu
mentum in oppoſitum reſpondetur ex di-

ctis

ctis ſuprà de conditione impoſsibili. Ibi.n. declarauimus illum textum quãtũ ad illud quod dicit quod conditio turpis vel impoſſibilis habetur pro non adiecta.

¶Ex dictis in hoc dubio reſoluitur aliud, videlicet. quid dicẽdum ſit de ſponſalibus de futuro cõtractis ſub illa conditione turpi, ſi permiſeris coitũ, de quo vide Syluest. verbo matrimoniũ 3. q. 7. & uerbo ſpõſalia q. 5. Nauar. in Manual. c. 22. nu. 65. Couar. loco ſæpe citato num. finali.

Concil. Tri. ſeſ. 44. c. 1. de reformatione mrimonii.

¶Denique aduertendum eſt quòd cum hodie poſt Concilium Triden. ſeſſio 24. de reformatione matrimonii, c. 1. neceſſarium ſit contrahere matrimoniũ coram parocho & teſtibus, ratiſſime cõtinget in praxi quòd in matrimoniis apponãtur turpes conditiones vel impoſſibiles, ſi tamen aliquando contigerit quod apponantur corã eis, procedendũ eſt iuxta iam dicta, & hæc dicta ſint de iſto articulo.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrum aliquis præcepto patris poſſit compelli ad matrimonium contrahendum.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur, quòd aliquis præcepto patris poſſit compelli ad matrimonium contrahendum. Dicitur enim ad Col. 3. Filij obedite parentibus veſtris per omnia, ergo & in hoc etiam obedire tenentur.

¶ 2 *Præterea. Gene. 28. Iſaac præcepit Iacob quod non acciperet vxorẽ de filiabus Chanaan, nec præcepiſſet niſi de iure præcipere potuiſſet, ergo in hoc tenentur obedire patri.*

¶ 3. *Præterea. Nullus debet promittere præcipuè per iuramentum pro illo quem non poteſt cogere ad ſeruandum: ſed parentes promittunt futura matrimonia pro filijs, & etiam iuramento firmant, ergo poſſunt præcepto cogere filios ad implendum.*

A ¶ 4 *Præterea. Pater ſpiritualis, ſcilicet Papa, poteſt compellere præcepto ad matrimonium ſpirituale, ſcilicet, ad epiſcopatum accipiendum ergo poteſt & pater carnalis ad matrimoniũ carnale.*

SED contrà. Patre imperante matrimonium, filius poteſt ſine peccato religionem intrare, ergo non tenetur ei in hoc obedire. Præterea. Si teneretur obedire, ſponſalia per parentes contracta abſque conſenſu filiorum eſſent ſtabilia: ſed hoc eſt cõtra iura, ergo, &c.

De deſpõſatio impub. c. 1.

B *RESPONDEO dicendum, quòd cum in matrimonio ſit quaſi quædam ſeruitus perpetua, pater non poteſt cogere filium ad matrimonium per præceptum, cum ſit liberæ conditionis: ſed poteſt eum inducere ex rationabili cauſa: & tunc ſicut ſe habet filius ad cãm illam, ita ſe habet ad præceptũ patris: vt ſi cauſa illa cogat de neceſſitate, vel de honeſtate, & præceptum ſimiliter cogat, aliàs non.*

*AD primum ergo dicendum, quòd verbum Apoſtoli non intelligitur in il*C *lis in quibus eſt liber ſui: ſicut pater, & huiuſmodi eſt matrimonium, per quòd etiam filius fit pater.*

AD ſecundum dicendum, quod Iacob aliàs tenebatur ad faciendum hoc quod mandabat Iſaac tum propter malitiam illarum mulierum, tum quia ſemen Chanaã de terra pellendũ erat, quæ ſemini patriarcharũ promittebatur: & iõ Iſaac præcipere poterat.

*AD tertium dicendum, quòd non iuratur niſi illa conditione ſubintellecta, ſi illis placuerit, & ipſi obligantur*D *ad eos bona fide inducendum.*

*AD quartum dicunt quidam, quòd Papa nõ poteſt præcipere alicui quod accipiat epiſcopatum, quia conſenſus debet liber eſſe. Sed hoc poſito, periret eccleſiaſticus ordo niſi enim aliquis poſſet cogi ad ſuſcipiendum regimen eccleſiæ, eccleſia conſeruari non poſſet: quia quãdoque illi qui ſunt idonei ad hoc, nolũt ſuſcipere niſi coacti. Et idiò dicendum, quòd

quod non eſt ſimile hinc inde, quia non eſt aliqua corporalis ſeruitus in matrimonio ſpirituali ſicut in corporali: eſt enim ſpirituale matrimoniū ſicut quoddam officium diſpenſandæ Reipublicæ: prima Corinthior. quarto, Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros, &c.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Pater non poteſt cogere filium ad matrimoniū per præceptū. Rō eſt: nā filius eſt liberæ conditionis. ¶ Secunda concluſio. Pater poteſt filium inducere ex rationabili cauſa ad matrimoninm. Tertia concluſio quæ ſequitur ex ſecunda. Sicut ſe habet filius ad cauſam illam, ita ſe habet ad præceptum patris, ut ſi cā illa cogat de neceſſitate, vel de honeſtate & ſimiliter præceptū cogat, aliàs non. Itaque filius pro rationabili cauſa tenetur patri obedire circa matrimonium.

¶ In hoc articulo ſunt duo dubia. Primū eſt, an conſenſus patris ſit ita neceſſarius ad matrimonium, quod ſine illo non poſſit fieri matrimoniū etiamſi conſentiat filius, & an ſufficiat conſenſus patris ſine filij conſenſu, Et videtur quod conſenſus patris ſit neceſſarius.

¶ Primò arguitur ex iure canonico cap. aliter 30 quæſt. 5. vbi expreſſe dicitur, aliter legitimum non ſit cōiugium niſi ab ijs, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & à parētibus & propinquioribus ſpōſetur, &c. Ergo ſaltem filia ſine cōſenſu patris non efficit legitimū matrimonium, Et c. Noſtrates. ibidem, loquendo de matrimonio dicitur, fœdera quoq; conſenſu eorum qui hæc contrahunt, & eorum in quorū poteſtate ſunt celebrentur: vbi idē ſignificatnr de filiis. Et in c. videtur nobis. titulo qui matrimonium accuſare poſſunt, vbi dicitur de parentibus, ita vt ſi nō interfuerint, & cōſenſum non adhibuerint ſecnndum leges nullum fiat matrimonium, quo nihil clarius dici poteſt, ergo.

c. aliter. 30. q. 3. — c. noſtrates. ibidem. — ca. uidetur nobis. titu. qui mri moniū accuſare poſſunt.

¶ Secūdò arguitur, ex legibus ciuilibus. Nam leges ciuiles exigunt conſenſum patris in filia nubente, imo etiam in filiis cōtrahentibus matrimoniū. Ita habetur in l.

A ea quæ patris. ff. de ſponſa. in quā exigitur conſenſus patris, in filia quæ cōtrahit matrimonium, ēt ſi filia vidua ſit, & extra patriam poteſtatem, modo ſit intra viceſimū quintum ætatis annum. Et idem habetur in l. viduæ, & l. in cōiunctione. C. de nuptiis. & l. 2. de ritu nuptiarū. Iſtę enim leges exigunt parentum conſenſum in nuptiis filiorum qui patrię poteſtati ſubditi ſunt ergo.

l. ea quę pris. ff. de ſponſal. — l. viduæ l. in coniunctione. C. de nuptiis. l. 2. de ritu nupt.

¶ Tertio arguitur ratione. Pater eſt cuſtos per naturā corporum filiorum & præcipue filiæ vt dicūt omnes Theologi in materia de dominio, itaq; hēt ius iuſtitiæ reſpectu illorū, & ita Caiet. in 2. 2. q. 154. art.
B 6. dicit, quod qui corrūpit virginem iniutiā infert parenti ſub cuius tutela eſt: ergo matrimonium fieri non poteſt ſine conſenſu parentum. Probatur conſequentia: nā non poteſt transferri domi niū corporis ſine voluntate eius qui habet ius iuſtitiæ ad illud hac enim ratione diximus ſupra quod non poteſt fieri matrimoniū ſine voluntate cōtrahentis, quia habet ius iuſtitiæ ad proprium corpus.

¶ Quartò arguitur ad probandum quod ſufficiat ſolus conſenſus parentum ſine cōſenſu filiæ vel filij. Nam 32. quæſt. 2. c. vltimo dicitur de filiis. Nec extra voluntatem
C parentum vel ſuam cogantur maritos accipere: vbi diſiunctiuè ponitur voluntas propria vel parentum: ergo conſenſus ſolus parentum ſufficit ad matrimonium. Et in c. 1. de deſponſatione impuberum. dicit. Pōt autem filium nō adultum (voluntas cuius diſcerni non poteſt) pater cui vult matrimonio tradere, & poſtquam filius peruenerit ad perfectā ætatē, omnino debet hoc adimplere, ergo ſaltem ſufficit cōſenſus parentū in filiis non adultis, in quibus voluntas diſcerni non poteſt.

32. q. 2. ca. fin. — ca. 1. de deſpon. impuberum.

¶ Quintò arguitur ad idem. Profeſſio ſolennis fit ex ſola voluntate & conſenſu pa-
D rentum, ergo etiam matrimonium. Probatur cōſequentia ex paritate rationis, nam utrobique eſt vera traditio. Antecedens vero probatur ex c cum virum. de regularibus, vbi fuit propoſita difficultas Pontifici, Vtrum ea, quæ intra diſcretionis annos, à parentibus monaſterio tradita, habitū religionis induens, benedictionem accepit, & exiens poſtmodum ſe cuidam militi copulauit ad monaſteriū redire rogatur? & reſpondet Pontifex, Cōſultationi tuæ taliter reſpon-

ca. cum virū. de regularibus.

reſpondemus, quod cum iuxta Concil. Tolentani cenſuram monachũ aut paterna de uotio, aut propria profeſſio faciat quicquid horum fuerit allegatum tenebit, reuertedi ad ſæculum aditu penitus interdicto: ergo ſola deuotio & uoluntas patris ſufficiens eſt ad ſolennem profeſſionem.

¶ Sexto arguitur ad idem. Filius poteſt trãsferre dominium ſui corporis eo quod eſt cuſtos per naturam ſui corporis, quamuis non habeat dominium illius, vt dicitur in materia de dominio: ſed pater etiam eſt cuſtos per naturam filii, & corporis eius, vt dicitur ibidem, & in loco allegato in tertio argumento, ergo etiam pater ſolus poteſt transferre dominium ſui corporis. ¶ Confirmatur argumentum. Pater poteſt iuſta de cauſa tradere filium in ſeruitutem perpetuam, vt dicunt omnes Iuriſperiti & Theologi: & habetur l. 2. C. de patribus. ergo multo magis in matrimoniũ. Probatur conſequentia. Nam grauius vinculum eſt, vinculum ſeruitutis.

¶ In hac difficultate Couarruuias in epitome ſuper quartum Decretalium, cap. 3. § Octauo. nume. 1. refert ſententiam cuiuſdam autoris aſſerentis, quod matrimonium contractũ à filia ſine conſenſu patris, nullum eſt. Imò refert ſententiam aliorum aſſerentium, quod in vniuerſum, matrimoniũ contractum à filiis abſque parentum conſenſu nullum eſt omnino. Refert etiam ſententiam alterius Doctoris dicentis, quòd matrimonium contractum a filiis ſine conſenſu parentis, poteſt reſcindi ſententia, modo carnis commixtio ſequuta non fuerit.

¶ In huius rei expoſitionem ſit prima cõcluſio. Certum eſt quod conſenſus parentum non eſt ita neceſſarius ad matrimoniũ quod ſine illo non poſſit fieri matrimoniũ, itaque ſi filius contrahat matrimonium ſine conſenſu patris, vel etiam repugnante, validum eſt matrimonium. Hanc ſententiã tenent omnes Iuriſperiti, vt refert Couarruuias vbi ſupra, & etiam omnes Theologi, vide Sotum in 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 8. & Cordubam in ſuo Quæſtionario, quæſt. 71. Et probatur concluſio primo ex diffinitione Pontificum. Honorius Summus Pontifex cap. 1. de deſponſatione impuberum: hoc videtur ſignificare. Et hoc diffinitur expreſsè in capit. veniens, 1. de ſponſalibus & matrimoniis. & clarius 27. quæſt. 2. capit. ſufficiat. vbi dicitur: ſufficiat ſolus ſecundũ leges conſenſus eorum de quorũ quarũcunq; conſenſu & coniunctionibus agitur. Et idem diffinitur expreſsè cap. cum cauſa. de raptoribus. vbi dicitur: Raptor dici non debet cum habuerit mulieris aſſenſũ, & c. licet parentes reclamarent. Ex quibus verbis colligitur apertè, quòd matrimonium ſine conſenſu parentum eſt validum inter filios, ergo. Couarr. loco citato adducit diffinitionem Concili Tridentini circa hanc rem quæ quidem habetur in Seſsio. 24. c. 1. de reformatione matrimonii. vbi dicitur, quòd falſò affirmant aliqui aſſerentes matrimonia à filiis familias ſine parentũ cõſenſu cõtracta, irrita eſſe, & parẽtes ea rata vel irrita facere poſſe, & cõdemnat eos anathemate. Secũdò probatur concluſio. Vt ſupra dictum eſt, conſenſus eſt neceſſarius in contrahentibus, quoniam matrimonium eſt vinculũ perpetuũ, & quoniã nullũ violentũ eſt perpetuũ requiritur cõſenſus: ad hoc autem ſufficit conſenſus ipſorum contrahentium, & non eſt neceſſarius conſenſus parentum: nam in vinculo illo ſolum connectuntur filii, ergo conſenſus parentum non eſt neceſſarius, taliter, qđ ſine illo nõ fiat matrimonium. Confirmatur hæc ratio & explicatur ex diffinitione matrimonii. Matrimonium eſt coniunctio viri & fœminæ, maritalis inter legitimas perſonas indiuiduam vitę conſuetudinem retinens, ergo ſufficit, quòd ipſę perſonæ indiuiduæ quæ contrahunt, & coniunguntur illo vinculo, conſentiant, & nõ eſt neceſſarius conſenſus parentum. Tertiò. In hac cõiunctione qua vir coniungitur mulieri, veluti diuiditur filius à patre, & ſeparatur ab illo, & ita dicitur Geneſ. 2. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adherebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnè vna, ergo ad iſtam diuiſionem & ſeparationem non videtur quòd ſit neceſſarius conſenſus parentum. Aliæ multæ rationes & congruentię poſſent adduci, iſtæ pro nunc ſufficiant. Quarto pbatur concluſio de mrimonio inquantũ ſacrm. Miniſtri huius ſacramẽti ſũt ipſi contrahẽtes tantũ, ut ſupra diximus, & nullo mõ parentes, ergo ſufficit intentio ipſorum cõtrahentiũ, & nõ requiritur intẽtio & conſenſus parentũ. Confirmatur hæc omnia ex uſu eccleſiæ quæ iudicat uera matrimonia ſine conſenſu parentum.

cap. 1. de deſpõ. ĩpuberũ. cap. veniens. 1. de ſpon. & matrim. 27. q. 2. ca. ſufficiat. c. cũ cauſa. de raptoribus Gene. 2.

¶ Secunda

¶ Secunda concluſio. Conſenſus parentum ſine conſenſu filij non ſufficit ad matrimonium. atque quantumcunque conſentiat pater, ſi filius diſſentiat, vel non conſentiat, nullum eſt matrimonium. Hæc concluſio etiam eſt certiſſima, & probatur primo ex decretis Pontificum. Hoc enim diffinitur in cap. illo, 1. de deſponſatione impuberum, vbi quæritur, Vtrum poſſit fieri matrimonium a parente pro filio ſine voluntate filii adulti: & reſpondet Summus Pontifex, Si aliquo modo nō conſentit filius, fieri nō poſſe. Hoc etiam diffinitur expreſſe capit. vnico. de deſponſatione impuberum, in 6. vbi expreſſe dicitur, quod etiam ſponſalia cōtracta a parentibus pro filiis, nullius ſunt roboris, niſi ipſi filii aliquo modo conſentiant. Idem dicitur in cap. Sufficiat, ubi dicitur, Sufficiat ſolus ſecundum leges conſenſus eorum de quorum quarumque coniunctionibus agitur: qui ſolus ſi defuerit cætera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrātur: cum ergo inter iſtos conſenſus interceſſerit (qui ſolus matrimoniū facit) patet hos coniuges fuiſſe. Idem dicitur cap. ueniens 1. de ſponſalibus, & 31. quæſt. 2. cap. 1. 2. & 3. vide iſta capita, ergo. Secundo probatur, Vt diximus, matrimonium eſt vinculum perpetuum & indiſſolubile in ipſis contrahentibus, ergo quantumcunque velint parentes, ſi non conſentiant ipſi filii, non erit verum matrimonium. Confirmatur argumentum. Nam aliàs poſſet fieri matrimonium per ſolum conſenſum parentum, contra voluntatem ipſorum cōtrahentium, & ita per uiolentiam & coactionem: quod maximè repugnat eſſentiæ matrimonii, vt iam ſupra dictum eſt. Tertio Matrimonium eſt coniunctio viri, & fœminæ, indiuiduam vitæ cōſnetudinem retinens, ergo tale matrimoniū & talis coniunctio fieri debet ex voluntate ipſorum contrahētium, & nullo modo ſufficit conſenſus paternus. Quaitò probatur concluſio de matrimonio inquantum eſt ſacramentum. Pater non eſt miniſter huius ſacramenti, ſed ſolum ipſi contrahentes, ergo ſi ipſi filii non habent intentionem contrahendi & conſentiant in matrimonium quātumcunque conſentiant parentes, non erit validum matrimonium. Aduertendum tamen eſt, vt dicit Couarru. loco iam citato, quòd contractus matrimonialis ſine cōſenſu filii nullus eſt, quantumuis conſentiat pa-

. vnico. e deſpō mpu. in ſ.

A ter, (ſine conſenſu inquā filii tacito vel expreſſo) quod quidē ſignificatur in illo cap. 1. de deſpōſatione impuberum, vbi dicitur, quod matrimonium nullū eſt ſi aliquo modo non cōſentiant filii, aliquo modo, ideſt, ſaltem interpretatiuè & tacitè, & in cap. 1. de deſpōſatione impuberum in 6. §. porro, hoc expreſſe dicitur, vide ibi. Ex hac concluſione & præcedenti colligitur apertè, quam falſæ ſint illæ ſententiæ citatæ, præcipue illa quæ aſſerit quòd matrimonium nō conſummatum, factum ſine conſenſu parētum, reſcindi poteſt ſententia iudicis. Nam ſi matrimonium ſemel eſt validū (vt re vera eſt etiam ſine conſenſu parentum) non poteſt reſcindi per iudicem, imo nec per aliquam poteſtatem humanam, vt dicemus.

B

¶ Tertia concluſio. Maximè honeſtum eſt & conueniens, & Reipublicæ maximè vtile, quòd filii & præcipue filiæ in matrimoniis contrahendis parentum conſenſum exigant. Hæc concluſio probatur primo ex decretis citatis in primo argumento poſito in principio. Nam vt optimè dicit Couar. vbi ſupra, illa decreta ad honeſtatem & conuenientiam referuntur; de quo dicemus in

C ſolutione ad primum. Confirmatur hoc argumentum ex legibus citatis in ſecūdo argumento, quæ idē ſignificant: ergo, Secūdò probatur ex D. Ambr. l. 1. de Abraham. c. 9. & refertur 32. q. 2. cap. honorantur. vbi dicitur. Honorantur parentes Rebeccæ muneribus, conſulitur puella, non de ſponſalibus, illa enim iudicium expectat parentum: nō eſt enim virginalis pudoris eligere maritū. Et adducit ibi Ambr. dictum cuiuſdā Philoſophi in perſona mulieris dicentis. Sponſaliorum meorum pater meus curā ſubiit, hoc enim non eſt meum. Ergo (inquit Ambroſ.) quòd & ipſi Philoſophi mirati ſunt 32. q. 2. ca. honorantur.

D ſeruate virgines. Idē docet Tertulliā. lib. 2. ad uxorem, ita dicēs. Nam nec in terris filii ſine cōſenſu parentum rite & iure nubent. Vide etiam Baſili. can. 28. 41. & 42. de quo vide Couarruuiam ubi ſupra, nume. 2. ergo. Tertiò. Filius eſt aliquid patris, & non eſt aliquid omnino diuerſum ab illo, & ita non eſt iuſtitia commutatiua inter patrem & filium, vt dicūt philoſophi, & Theologi in 2. 2. quæſt. 57. & 58. ergo honeſtum eſt & conueniens, & Reipublicæ maximè vtile quod filius non contrahat matrimonium ſine cōſenſu parentum. Confir. argumētum.

Par entes

Parentes ſunt cuſtodes filiorum per naturã & hoc maxime habet verum reſpectu filiæ: ergo ad honeſtatẽ pertinet, quod filius nõ contrahat matrimonium ſine voluntate parẽtum. Et ideo diximus quod hoc maxime habet verũ in filia, cuius pater habet maiorem cuſtodiam; & quoniam vt dicit Ambroſius, non eſt virginalis pudoris eligere maritum. Et denique, quoniam parẽtes debent prouidere filiæ de dote neceſſaria ad matrimonium contrahendum.

¶ Ad argumenta facta in principio huius dubii, reſpondetur. Ad primum argumentum reſpondetur cum Couarru. vbi ſupra, quod in omnibus illis decretis ſignificatur quod eſt maxime decẽs, & honeſtum quod filii & præcipue filiæ, non contrahant matrimonium ſine conſenſu parentum iuxta dicta in vltima cõcluſione, non tamen ſignificatur, quod conſenſus parentum, ſit ita neceſſarius quod nullo modo fiat matrimonium ſine illo. Et hoc ſignificatur cum dicitur; quod matrimonium celebratum à filiis ſine conſenſu parentum, nõ eſt legitimum: quoniam non eſt conueniens, nec ſecũdum leges honeſtatis. Ad vltimum vero textum qui habet difficultatem, reſponderi poteſt dupliciter. Primò, quod in illis verbis adhibetur ratio, quare parentes poſſunt teſtificari in matrimonio, & rationes quæ adducuntur in deciſionibus non infallibiliter continẽt verũ. Secũdo, quod forte ſecundũ leges antiquas matrimonium celebratum a filiis ſine conſenſu parentum nullum erat, modo uero illæ leges abrogatæ ſunt, & ita ualidũ eſt matrimonium.

¶ Ad ſecundum reſpondetur ſimiliter, quod leges ciuiles exigunt conſenſum parentum in matrimoniis filiorum ex honeſtate, & decentia, non tamen ex neceſſitate: taliter quod nullum fit matrimonium ſine tali conſenſu.

¶ Ad tertium reſpondetur, quod illud argumentum conuinceret quod matrimonium fieri non poteſt ſine conſenſu reipublicæ: nam etiam reſpublica eſt cuſtos omnium ciuium. Vnde ad argumentum dicendum eſt, quod pater eſt cuſtos per naturam ipſius filii, aliter quam ipſemet filius: nam pater eſt cuſtos ueluti extrinſecus, non ita intimus. Sunt enim pater & filius duo indiuidua diſtincta naturæ humanæ, quę habẽt diſtinctas volũtates: & ita filius poteſt trãſferre dominiũ ſui corporis per ſuam voluntatem ſine patris conſenſu; nam cum pater nõ habeat tam intimam cuſtodiam filii, nõ eſt neceſſarius eius conſenſus, ad transferendum dominium.

¶ Ad quartum quod militat contra ſecũdam cõcluſionẽ reſpõdetur. Ad primum locũ, & textũ ibi adductũ, dicendũ eſt, quod ibi loquitur textus de virginibus quæ ſolẽt celebrare matrimonium de cõſenſu expreſſo parentum: iſtæ enim non debent cogi ad matrimonium, niſi voluntatem propriam explicent expreſſe, vel ſaltem pater loco ipſarum, nec vult dicere, quod erit validum matrimonium de ſolo cõſenſu filiæ vel patris. Ad alium vero textũ reſpõdetur, quod ex ipſo textu colligitur aperte quod matrimonium factum ſine conſenſu filii per ſolũ conſenſum paternum non eſt validum: nam ibi ſolum diffinitur, quod filius cum peruenerit ad perfectã ætatem debet adimplere promiſſionem patris, factam antequam filius eſſet adultus. non tamen erit validum matrimonium, ſi nolit adimplere.

¶ Ad quintum reſpondetur negando antecedens, ſcilicet, quod ſolennis profeſſio facta per ſolum cõſenſum paternum ſit ualida: & ad probationem deſumptam ex illo textu ibi adducto, reſpondetur, quod ibi fuit tacita voluntas & cõſenſus implicitus: & ita dicitur ibi. Non enim videtur illa monaſticæ profeſſionis à ſe poſſe iugum excutere, cum eam non conſtet euidenter contradixiſſe: cum benedictionem accepit, &c. Ex quibus clarè colligitur, quod fuit in illa mulieie tacitus conſenſus.

¶ Ad ſextum conſtat ex dictis ad tertiũ. Ad confirmationem vero reſpondetur concedendo antecedens, & negando conſequẽtiam. Eſt enim maxima differentia inter cõtractum matrimonii, & ſeruitutem: nam in cõtractu matrimonii (qui ordinatur ad procreationem prolis & bonam educationem illius, & mutuũ obſequiũ inter coniuges) ſi fiat contra voluntatem contrahentiũ, non ſequitur iſte effectus, nec natura conſequitur finem intẽtum: & ideo fieri non poteſt contractus matrimonialis ſine mutuo conſenſu utriuſque, at uero in ſeruitute ſequitur ſemper idẽ effectus, ſiue tradatur a patre, ſiue ipſe filius ſe tradat, ſcilicet, deſeruire alteri. Itaquè ad ſeruitutẽ ſufficit, quod ſeruus faciat ex metu id ad quod tenetur:

ad

ad matrimonium vero requiritur mutuus amor, & ita in matrimonio requiritur conſenſus, non vero in ſeruitute etiã perpetua.

¶ Eſt ſecundum dubium in hoc articulo, An pater poſsit compellere filium præcepto ad matrimonium contrahendum. Et videtur vera pars negatiua dubii. ¶ Primò arguitur autoritate D. Thom. in hoc articulo qui expreſsè, dicit quod pater non poteſt filium compellere ad matrimonium præcepto: ait enim, quòd cum in matrimonio ſit quædam ſeruitus perpetua, pater non poteſt cogere filium ad matrimoniũ per præceptum, cum ſit liberæ conditionis. Et idẽ docet in omnibus ſolutionibus argumentorum, vide illas, ergo. Confirmatur ratione D. Tho. Filius eſt liberæ conditionis, & matrimonium debet eſſe maximè voluntariũ, ergo pater nõ poteſt filium compellere ad matrimoniũ, per præceptũ & mandatum.

¶ Secundò arguitur. Pater quãuis ſit cuſtos per naturam, filii, non tamen eſt ſuperior ueluti princeps uel prælatus filii: ergo non poteſt filium compellere per præceptum ad matrimonium. Antecedens eſt notum, cõſequentia verò probatur. Compellere per pręceptum eſt proprium ſuperioris, uidelicet, principis uel prælati, ut docet D. Tho. in 2.2. q. 104. art. 2. & ita uirtus obedientiæ (cuius proprium obiectum eſt præceptum) propriè & in rigore eſt reſpectu ſuperiorum & non reſpectu parentum.

¶ Tertiò arguitur, Filius p matrimoniũ veluti exit à patria poteſtate, ſecundum illud, Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori, ergo in patre non eſt poteſtas ad compellendum filiũ per præceptum vt contrahat matrimoniũ. Probatur conſequentia. Poteſtas prælati non poteſt compellere per præceptũ ſubditum ut exeat à ſua poteſtate & tranſeat ad aliam religionem, quoniam illud eſt ueluti extra rationem ſuæ poteſtatis, ergo ſimiliter in noſtro propoſito pater non poterit per præceptum compellere filium, ut contrahat matrimonium, cum hoc ſit exire à patria poteſtate.

¶ Quartò arguitur. Pater per præceptũ non poteſt compellere filium ut aſſumat ſtatum religionis: nã ſtatus ille cum ſit maximæ perfectionis & ſanctitatis, & perpetuus dẽt eſſe & maxime uoluntarius, ergo ſimiliter non poteſt filium compellere per

A præceptum, vt contrahat matrimonium. Probatur conſequentia. Nam eadem ratio eſt de matrimonio atq; de ſtatu religionis.

¶ In oppoſitum eſt primò. Nam Diuus Thomas expreſsè dicit in articulo, quòd ſi ex rationabili cauſa pater inducat filiũ ad matrimonium, præceptum patris ex neceſſitate cogit filium, ita ut teneatur contrahere matrimonium, ergo pater poteſt cõpellere filium per præceptum ad matrimonium ſecundùm ſententiam D. Thom. Confirmatur argumentũ. Quamuis homo ſit liberæ conditionis, nihilominus per præceptum

B poteſt compelli ad alia multa, imo ad actũ liberum amoris, ergo ſimiliter poterit compelli per præceptum à patre vt cõtrahat matrimoniũ quantumuis matrimoniũ ſit maxime voluntarium.

¶ Secundò arguitur. Pater per præceptũ poteſt compellere filium ad perpetuam ſeruitutem, cum poſsit illum cogere ad illam & illum vendere ſi ſit compulſus neceſsitate, ſaltem ſecundum leges antiquas. C. de patribus l. 2. ergo quamuis in matrimonio ſit quædam ſeruitus perpetua, poterit pater compellere filium præcepto, ad contra- c.de patribus.l 2.

C hendum matrimonium. Ac ſubinde ratio D. Tho. in articulo non eſt bona.

¶ Tertiò. In cap. 1. de deſponſatione impuberum, expreſsè diffinitur, quòd pater poteſt filium nondum adultum (voluntas cuius diſcerni non poteſt) matrimonio cui vult tradere, & ſubdit, quòd poſtquam filius peruenerit ad perfectã ætatẽ, omnino debet hoc adimplere, ergo tenetur in hoc obedire patri, ac ſubinde pater poteſt filiũ cõpellere per præceptũ ad matrimonium. Cap. 1. de deſpõ. impub.

¶ Quartò. Vt dicemus ſtatim, Princeps & iudex propter neceſsitatem Reipublicæ

D poteſt præcipere ſubdito & compellere illum præcepto vt contrahat matrimonium, ergo ſimiliter pater propter bonum domeſticum poterit filium compellere per præceptum vt contrahat matrimonium. Probatur conſequentia ex paritate rationis.

¶ Quintò ex oppoſita ſententia ſequitur, quod filius qui contrahit contra voluntatem parentum, nõ peccet mortaliter. Cõſequens antem eſt falsũ, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela eſt manifeſta, nã ſi pater nõ poteſt filiũ cõpellere per præceptũ ad contrahendũ: filius nullo præcepto tenetur cõtrahere, ac ſubinde nõ peccabit mortaliter:

liter:nam peccatum mortale debet eſſe cō tra aliquod præceptum. Falſitas cōſequentis probatur. Nā aliàs leges humanæ quæ puniunt eos qui contrahunt contra voluntatem parentum,& priuant fœminam hærediate, no eſſent iuſtæ,quod eſt abſurdū. Sequela probatur :nam puniūt grauiſsima pęna id quod non eſt peccatum mortale.

¶ In hac difficultate ſupponendum eſt ex iam dictis, quòd pater vel quæcūq; alia poteſtas humana nō poteſt compellere filium vel ſubditum ad matrimoniū, taliter quod fiat matrimonium ſine conſenſu filij, vel ſubditi:ſed ſolum diſputamus, an pater B præcepto poſſit compellere filium, vt habeat verum conſenſum, & efficiat verum matrimonium, & vt à clarioribus procedamus,ſit.

¶Prima concluſio. Pater per ſe & abſolute loquendo,non pōt cōpellere per præceptum filium,vt contrahat matrimonium & vt aſſumat ſtatum matrimonialem .Hęc concluſio fortaſſis eſt Diui Thomæ in hoc articulo : nam hæc eſt vna interpretatio illius, vt dicemus in ſolutionibus argumentorum. Probatur hæc concluſio rationibus. Primò.Nam per ſe & abſolute loquendo libere poteſt tranſire ad religionem, & aſſumere ſtatum maioris pfectionis (qualis eſt ſtatus religionis):ergo per ſe & abſolute loquendo, pater non poteſt eum compellere, vt contrahat matrimonium. Et hoc fortaſſis eſt quod dicit D.Th. quod filius eſt liberæ conditionis,quod debet intelligi quantum ad hoc quod eſt aſſumere ſtatū. Confirmatur. Filius poſtquam contraxit matrimonium ante conſummationem illius liber eſt ad hoc vt poſſit tranſire ad religionē:ergo multo magis antea, ac ſubinde nō pōt compelli ad matrimonium per præceptū patris. Et hoc eſt quod dicit Hieronymus epiſtola 1.ad Heliodorum : licet ſparſo crine & fuſis veſtibus vbera quibus te nutrierat,mater oſtendat,licet in limine pater iaceat,per calcatum perge patrem ſiccis oculis,ad vexillum crucis euola,ſolum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem. Secundò probat̄ hæc concluſio tertio & quarto argumento facto primo loco, illa enim duo argumēta hanc concluſionem conuincunt.Aduertendum tamen eſt,quod in concluſione diximus per ſe loquendo, & communiter & regulariter.nam in aliquo caſu A propter neceſſitatem patris nōn ſolum filius tenebitur,non ingredi religionē vt dicunt omnes Doctores, ſed debet permanere in ſæculo ad ſubueniendū tali neceſſitati,verum etiam tenebitur cōtrahere matrimonium, ſi talis contractus eſſet mediū ad ſubueniendum neceſſitati paternæ: vt ſi filius contraheret cū muliere prædiuite quę poſſet ſubleuare neceſſitatem parentum. & tunc pietas paterna obligaret illum ad contrahendum.

¶Secunda concluſio. Regulariter & per ſe loquendo,ſi filius debet contrahere matrimonium illud debet facere ex uolūtate parentum, & ſi non faciat, peccat mortaliter,præcipue ſi pater inducat filium ad aliquod matrimonium ex rationabili cauſa. Hanc concluſionem docet D.Th.in hoc articulo Couarru vbi ſupra. Nauarro in manuali,cap.14.num.25. & idem docent omnes Doctores tam Theologi, quā Iuriſperiti,& probat̄ concluſio.Primò. Si non contrahat iuxta voluntatem paternam rationabilem,eſt maxima irreuerentia quæ fit patri,& in re grauiſſima,nulla enim alia grauior poteſt eſſe in filio reſpectu patris:ergo C eſt peccatum mortale.Probatur conſequentia.Nā filius ex quarto præcepto Decalogi tenetur debitam reuerentiam exhibere patri. Confirmatur argumentum. Per matrimoniū filius qui eſt aliquid patris,& de ſubſtātia illius diuiditur & ſeparatur quodammodo ab ipſo patre,ſecundū illud: Propter hāc relinquet homo partē & matrem, & adhæreb it vxori ſuæ:ergo maxima irreuerētia eſt quod filius contrahat matrimonium & diuidat ſe à patre contra illius uolūtatem. Secundo probatur concluſio. Pater debet prouidere filijs de omnib. neceſD ſarijs ad matrimonium, vt de dote,& alijs ſimilib.hoc autem commode fieri non poteſt ſi matrimonium celebretur ſine voluntate parentum, vel contra illorum voluntatem:ergo filius non debet contrahere contra voluntatem parentum.Tertiò. Omnes nationes quantumuis barbaræ deteſtantur eos qui contrahunt matrimonium ſine uoluntate parentum, & exiſtimāt eſſe irreuerētiam grauiſſimā,ergo, Vltimò probatur concluſio argumentis factis in oppoſitum quę hanc concluſionem conuincunt, præcipue primo, tertio,& vltimo : & hoc habetur expreſsè in iure, capit. aliter, 30. quæſtione

c. aliter. 30. q. 5. c. honorantur. 32. q. 1. ca. 1. de deſpon. impub.

ſtione. 5. & capitulo honorantur. 32. quæſtio. 1. & cap. 1. de deſponſatione impuberum, ergo. Aduertendum tamen eſt, quòd in cõcluſione diximus per ſe & regulariter & ſi adſit rationabilis cauſa: nam caſus poteſt contingere in quo pater inducat filium ad contrahendum matrimonium cum aliqua muliere ſine cauſa rationabili, ſed potius filius ex rationabili cauſa renuat matrimonium cum tali muliere cõtrahere, & tunc filius non peccabit non contrahendo iuxta voluntatem parentum, & ita dixit D. Thom. in articulo, quòd pater poteſt inducere filium ad matrimonium contrahẽdum ex rationabili cauſa: & tũc ſicut ſe habet filius ad cauſam illam, ita ſe habet ad præceptum patris, vt ſi cauſa illa cogat de neceſſitate, vel de honeſtate, & ſimiliter præceptum cogat, aliàs non. Quando vero cauſa non eſt rationabilis, non cogit de neceſſitate, vt conſtat, ergo non peccat filius non contrahendo.

¶ Tertia cõcluſio. Quamuis filius teneatur contrahere iuxta voluntatem paternã, nihilominus tamen propriè & in rigore loquendo, pater non poteſt imponere præceptum filio contrahendi etiam cum hac uel cum illa. Explicatur concluſio. Filius tenetur ex reuerentia debita patri, & ex virtute pietatis contrahere iuxta voluntatẽ patris ſi contrahit, & ſi contrahat ſine eius uoluntate peccat mortaliter, vt diximus, tamen hoc peccatum non eſt contra obedientiam debitam patri in rigore loquẽdo, nec contra præceptum. Nam pater non habet virtutem præceptiuam, nam in rigore obedientia non eſt erga parentes, ſed peccat cõtra virtutem pietatis quæ eſt ſuperior quã obedientia. Et ita quando filij dicuntur inobedientes contra parentes nõ eſt propria & rigoroſa loquutio. Hæc concluſio ſic explicata probatur argumentis factis in principio, præcipue primo, nã fortaſſis D. Th. ita intelligitur, vt ſtatim dicemus. Et etiam hoc probatur ſecundo argumento ibidem facto, quòd hoc conuincit: nam pater non eſt princeps nec ſuperior, ergo proprie & in rigore non poteſt ponere præceptum.

¶ Quibus poſitis reſpondendum eſt ad argumenta facta pro utraque parte, nam quæ ponuntur primo loco, procedunt contra ſecundam concluſionem, quę vero ponuntur ſecundo loco, procedunt contra pri-

A mam & tertiam. Ad argumenta facta primo loco, quatenus procedunt contra ſecundam concluſionem reſpondetur. Ad primũ ex D. Thoma duplex eſt ſolutio. Prima eſt quòd Diuus Thomas loquitur per ſe, & regulariter loquendo. Itaque ſenſus eſt, quòd pater abſolutè & per ſe loquendo non poteſt compellere præcepto filium vt contrahat matrimonium, nam poteſt aſſumere altiorem & eminẽtiorẽ ſtatum religionis. Et rato D. Tho. quæ ibi adducitur uidetur eſſe ad propoſitũ: Nã dicit, quòd homo eſt liberæ cõditionis: quòd intelligi debet quãtum ad hoc quòd eſt aſſumere ſtatum perpetuum religionis, vel quantũ ad hoc quòd

B

eſt conuolare ad religionem. Secunda explicatio eſt, quòd D. Tho. loquitur iuxta tenorem vltimæ cõcluſionis, videlicet, quòd propriè & in rigorẽ pater non poteſt impo nere præceptum filio, ſed illum inducere ex rationabili cauſa. Vide dicta in illa concluſione. ¶ Ad confirmationẽm reſpondetur, quod homo eſt liberę conditionis quãtum ad hoc quòd eſt aſſumere ſtatũ, ut iam diximus. Et ad illud quòd dicitur, quòd matrimonium debet eſſe maxime uoluntariũ,

C dicendum, eſt quòd ex hoc quòd filius teneatur contrahere matrimonium ex uirtute pietatis, non colligitur quòd matrimonium non ſit uoluntarium. Eſt optimum ſimile. Nã amor dẽt eſſe maxime volũtarius & liber, ut conſtat, tñ ex hoc ꝙ hõ ex charitate teneatur Deum diligere, nõ ſequitur, quòd actus dilectionis non ſit uoluntarius.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd illud concludit ꝙ filius propriè & in rigore, non obligatur ex præcepto patris, cum nõ habeat rationem ſuperioris, obligatur tamen ex uirtute pietatis. Vnde etiam ſi pa-

D ter nihil præcipiat filio: contrahere contra eius uoluntatem eſt peccatum mortale, contra uirtutem pietatis.

¶ Ad tertium reſpondetur, quòd illud cõcludit ꝙ pater abſolutè & per ſe loquendo, non poteſt filium obligare vt cõtrahat matrimoniũ. Quod ſi in aliquo caſu filius obligatur, vt diximus in prima concluſione dicendum eſt, quòd filius tunc tenetur exire à patria poteſtate, propter bonum patris, & ad ſublenandam eius neceſſitatem, ſicut aliquando Deus præcipit vt à diuina contemplatione recedamus, vt prouideamus neceſſitati pauperis.

¶ Ad

¶ Ad quartum reſpondetur, quòd illud conuincit quòd pater abſolute & per ſe, nō poteſt obligare filium vt aſſumat ſtatū matrimonii, quod ſi poteſt in aliquo caſu: dicē dum eſt ad argumentum quod non poteſt obligare filium ad ſtatum religionis in aliquo caſu. Ratio differentiæ prima eſt, quoniam ſtatus religionis eſt altior & eminentioris perfectionis quā ſtatus matrimonialis, & ita quamuis pater poſſit obligare filium vt contrahat matrimonium, non tamen poteſt illum obligare vt aſſumat ſtatū religionis. Secunda ratio differētiæ eſt; nam ſtatus matrimonialis, poteſt eſſe medium ad ſubleuandam paternam neceſſitatē, cum ſit temporalis, ſtatus vero religionis, in quo eſt profeſſio paupertatis, & eſt ſpiritualis; non poteſt eſſe medium ad illum finem, & ita non eſt eadē ratio in vno atque in alio.

¶ Ad argumenta facta ſecundo loco, quatenus procedunt contra primam & tertiam concluſionem reſpondetur. Ad primum reſpondetur, quòd filius aliquando tenetur contrahere matrimonium cum hac vel cum illa, iuxta voluntatem paternā, ex rationabili cauſa: non tamen poteſt pater præcipere filio vt abſolutè contrahat matrimonium, imo propriè & in rigore non poteſt apponere præceptum. ¶ Ad confirmationem reſpondetur ex iam dictis, quod D. Thom. dicit, quòd homo eſt liberæ conditionis quātum ad hoc quod eſt aſſumere ſtatum perpetuitatis: nam vt optimè concludit argumentum ex libertate non colligitur optime quod homo non poſſit compelli præcepto.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quod pater proprie & in rigore non poteſt compellere filium per præceptum vt contrahat matrimonium; & ita proprie non poteſt compellere per præceptum ad ſeruitutem, quāuis aliquando teneatur filius ex pietate redigere ſe in ſeruitutem propter paternā neceſſitatem, ſicut tenetur etiam contrahere.

¶ Ad tertium reſpondetur, quod concludit ſecundam concluſionem: nihil tamen conuincit contra primam, vel tertiam.

¶ Ad quartum argumentum reſpōdetur quod loquendo de præcepto proprie & in rigore neganda eſt conſequentia. Ratio eſt, quoniam princeps & ſuperior cum habeat ſuperioritatem, poteſt proprie & in rigore aponere præceptū, & exigere obe-

A dientiā: pater vero cum proprie non ſit ſuperior reſpectu filii, non poteſt proprie compellere per præceptum, ſed inducere filium ex cauſa rationabili ad cōtrahendum matrimonium.

¶ Ad ultimum argumētum reſpondetur negando conſequentiā: nam quamuis pater non poſſit filium per præceptum proprie compellere ad matrimonium, nihilominus tamen ipſe filius ex pietate naturali & propter reuerentiam debitam parentibus, tenetur contrahere iuxta voluntatem parē tum, & ſi non contrahat iuxta illorum vo-
B luntatem, peccat mortaliter cōtra pietatem & contra quartum præceptum Decalogi.

¶ Circa iſtud argumentum dubium eſt. An leges humanæ, quæ puniunt eos qui cō trahūt contra voluntatem parentum. & priuat fœminam éxæreditate, ſint iuſtæ & poſſint exequutioni mandari. Quod quidem dubium proponitur propter leges huius regni quæ priuant fœminam paterna hæreditate, ſi contrahant contra voluntatem parētum. Ita habetur l. 49. Taur. & l. 1. & 4. lib. 4. ordinationum Regalium. vide alias leges quas adducit Magiſter Sot. diſt. 29. quæſt.
C 2. artic. vltimo. vide etiam Couarru. in loco ſupra citato cap. 3. § 8. num. 5. 6. & 7. & Nauar. in manuali, cap. 14. nu. 15.

l. 49. Taur. & l. 1 & 4. li. 4. ordi. rega.

¶ In hac difficultate ſunt duæ oppoſitæ ſentētiæ iter Doctores. Prima aſſerit, quod illæ leges ciuiles non habent vim legis, nec poſſunt exequutioni mandari, nec pater poteſt exhæredare filiam quæ contraxit contra eius voluntatem. Hanc ſentētiam ſequitur Couarru. & alii, quos ipſe citat: Et hæc ſententia fundatur in hoc quod matrimonium debet eſſe maxime liberum & voluntarium, cum ſit perpetuum, & ita po-
D tius permittenda eſt hæc iniuria & irreuerentia, quæ patri fit, quam quod libertas matrimonii impediatur. Et ad leges ciuiles adductas, & ad alias quā plurimas quas adducit iſte grauiſſimus author, dicendum eſt, vt ipſe dicit, quod non habent vim legum quatenus inferunt pęnas contrahentibus matrimonium ſine parentum cōſenſu: Nam iure canonico ſublatæ ſunt, & quod principes ſęculares nihil poſſint ſtatuere quod matrimonii liberum cōſenſum impediat, vnde pater in cōſcientia non poterit filiam contrahentem contra eius volūtatem exhæredare. Secunda ſententia eſt huic oppoſita,

poſita,videlicet, quod leges illæ ſunt iuſtæ & ſanctæ, & habent vim legum, & principes Hiſpaniarum eas iuste tulerunt ad illā honeſtatem perſuadēdam, quæ conſiſtit in exigendo parentum conſenſu. Nam cum contrahere matrimonium contra voluntatem parentum, ſit peccatum contrarium legi naturæ, & pacis perturbatiuum, vt conſtat experientia: iuſtum eſt vt publica authoritate puniantur. Nec obſtat quod cauſæ matrimoniales pertinent ad forum eccleſiaſticū, quia aliud eſt decernere de ſubſtantia matrimonij,& aliud vitia punire. Hoc docet Magiſter Sotus vbi ſupra, qđ uerò iſtæ leges ſint iuſtæ,explicatur:nam ponuntur cōtra peccatum irreuerentiæ & impietatis quòd committitur contra parentes:& reges potuerunt optimè illud facere. Nam ſecundum leges humanas & illarum beneficio ſtatutum eſt, vt tota ſubſtantia patris excepta quinta parte tranſeat in legitimos hæredes:eadem autem poteſtas potuit excipere iſtum caſum & alius abſque alicuius iniuria: & ita optimè fecerunt Reges Catholici eam poteſtatem tribuentes patribus. Explicatur alio exemplo. S. pater vltra legitimam ſortè legaret filiæ mille aureos, ſi nupſerit tantum de voluntate matris & fratrum,illa legatio eſt legitima:& ſi contra faciat,legatum amittit, ergo ſimiliter leges quæ diſponunt hæreditatem prouenire filiis, eam conditionem potuerunt apponere. Aduertendum tamen eſt, quòd ſecundum iſtam ſententiam confeſſores debent parentes admonere,quòd in vtēdis huiuſmodi pœnis multa moderatione vtantur,niſi fuerit grauiſſima irreuerentia. Primò, quoniam iſtæ leges ſunt maximè rigoroſæ. Secundò, quoniam parentes ſæpiſſimè id faciunt ex odio. Tertio, quoniam ut ſæpe dictum eſt, matrimonium debet eſſe maximè liberum & ſecundum ius naturale,& ſecundum ius Canonicum: at uerò ſi iſtæ leges ad viuum reſecarētur eſſet repugnantia ipſi libertati matrimonii,ergo.Maior cōſtat, & quidem quòd ex iure naturali matrimonium ſit liberum conſtat manifeſte: quòd uero etiā debeat eſſe maxime liberum ſecūdum ius Canonicum, conſtat ex ſupra dictis de matrimonio facto ꝑ metum cadentem in virū conſtantem, conſtat etiam ex duobus capitibus iuris Canonici, cap. Gema.de ſponſal.& matrim.vbi pater *c.Gēma de ſpōſ. & matr.*

A abſoluitur à pœna impoſita ſibi, ſi filius nollet perficere matrimonium à ſe promiſſum propter libertatem filii in contractu matrimoniali:& in cap.fin. de ſecundis nuptiis. vbi vidua quæ intra annum lugubrē contraxit matrimonium, abſoluitur ab infamia quā notata erat per leges ciuiles, ut patet l. 1.C.de ſecundis nuptiis.Iſtā ſententiā tenet Magiſter Sotus vbi ſupra, & aliis quam plurimi authores Theologi & Iuriſperiti.Et utraq; ſententia ſuam habet probabilitatem. *c.fin. de ſecūdis nuptiis.* *l.1.C. de ſecundis nuptiis.*

¶ Eſt aliud dubiū annexum præcedenti. An iudex & princeps poſſint compellere ſubditum ad matrimonium. ¶ Prima concluſio. Princeps & iudex propter neceſſitatem Reipublicę,poſſunt compellere per præceptum ſubditum ut contrahat matrimonium. Ratio eſt aperta. Nam princeps & iudex tenentur procurare bonum commune ex iuſtitia, ſed aliquando expedit maxime ad bonum commune, quòd quis contrahat matrimonium, ergo princeps & iudex poſſunt præcepto compellere ad contrahendum matrimonium. B

¶ Secunda concluſio. Princeps & iudex, ui & iuſto metu poteſt compellere aliquādo hominem, ut ducat uxorem.v.g.violauit quis uirginem per uiolentiam, poteſt illum compellere ut ducat illam in uxorem. Hæc concluſio diffinitur in l. continet. ff. de eo quòd metu fit: & nos diffiniuimus ſupra, quòd matrimonium celebratum per metum iuſtum,non irritat matrimonium. C *l. continet.ff.đ eo qđ metu fit*

¶ Circa omnia dicta aduertendum eſt, quòd Concilium Tridentinum Seſſion.24. cap.9.de reformatione,in omnibus aliis caſibus præcipit ſub ſententia excommunicationis latæ ſententiæ, quæ ipſo facto incurritur,quòd nullus compellat ad matrimonium. Ait enim Cōcilium. Quare cum maxime nefarium ſit matrimonii libertatem violare,& ab eis iniurias naſci,à quib. iura expectantur: præcipit ſancta Synodus omnibus cuiuſcunq; gradus & conditionis exiſtant,ſub anathematis pœna quam ipſo facto incurrant, ne quouis modo directe vel indirecte ſubditos ſuos, vel quoſcunq: alios cogant,quo minus libere matrimonia contrahant. D *Concil. Triden. Seſ. 24. ca. 9.de refor.*

QVAE-

QVAESTIO XLVIII.

De obiecto conſenſus.

DEinde conſiderandum eſt de obiecto conſenſus. Circa quod quæruntur duo. Primo, vtrum conſenſus qui facit matrimonium ſit conſenſus in carnalem copulam, Secundo, utrum conſenſus in aliquem propter cauſam in honeſtam faciat matrimonium.

DE hac materia Doctores in 4. diſtinctione 29.

VMMA ARTICVLI.

¶ Vtrum conſenſus qui facit matrimoniū, ſit conſenſus in carnalem copulam.

Th. 4. diſtin. 28. artic. 4. 3. pa. q. 29. arti. 2. Habetur d. 27. ca. vouentibus. & 17 q. 1. ca. uouentibus.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod conſenſus qui facit matrimoniū ſit conſenſus in carnalem copulam. Dicit enim Hiero ꝙ uouentibus virginitatem non ſolum nubere, ſed uelle nubere, damnabile eſt: ſed non eſſet damnabile niſi eſſet virginitati contrarium, cui nuptiæ non contrariantur niſi ratione carnalis copulæ: ergo conſenſus uoluntatis qui eſt in nuptiis eſt in carnalem copulam.

¶ 2 *Præterea, Omnia quæ ſunt in matrimonio inter uirum & uxorem, poſſunt eſſe licita inter fratrem & ſororem. excepta carnali copula: ſed non poteſt fieri licite inter eos conſenſus matrimonialis: ergo conſenſus matrimonialis eſt conſenſus in carnalem copulam.*

¶ 3 *Præterea, Si mulier dicat viro. conſentio in te, vt non cognoſcas me,* A *non eſt conſenſus matrimonialis: quia eſt ibi aliquid contra ſubſtantiam prædicti conſenſus: ſed non eſſet niſi dictus conſenſus eſſet in carnalem copulam, ergo, &c.*

¶ 4 *Præterea, In quilibet re initium conſummationi reſpondet: ſed matrimonium conſummatur per carnalem copulam: ergo cum initietur per conſenſum, videtur quòd conſenſus ſit in carnalem copulam.*

¶ *SED contra. Nullus conſentiens* B *in carnalem copulam eſt virgo mente & carne: ſed beatus Ioan. Euang. conſenſum nuptialem fuit virgo mente & carne: ergo non conſenſit in carnalem copulam.*

¶ *Præterea. Effectus reſpondet cauſæ: ſed conſenſus eſt cauſa matrimonij: cum ergo de eſſentia matrimonij non ſit carnalis copula, uidetur quod nec conſenſus qui matrimonium, cauſat ſit in carnalem copulam.*

RESPONDEO dicendum, ꝙ C *conſenſus qui matrimonium facit eſt conſenſus in matrimonium, quia effectus proprius voluntatis eſt ipſum volitum. Vnde ſicut carnalis copula ſe habet ad matrimonium, ita conſenſus qui matrimonium cauſat eſt in carnalem copulam. Matrimonium autem (vt dictum eſt) non eſt eſſentialiter ipſa coniunctio carnalis, ſed quædam aſſociatio viri & vxoris in ordine ad carnalem copulam, & alia quæ ex conſequenti ad uirum & vxorem* D *pertinent, ſecundum quod eis datur poteſtas inuicem reſpectu carnalis copulæ, & hæc aſſociatio coniugalis copula dicitur. Vnde patet quod bene dixerunt illi qui dixerunt quod conſentire in matrimonium eſt conſentire in carnalem copulam implicite, non explicite: non enim debet intelligi, niſi ſicut continetur effectus in cauſa: quia poteſtas carnalis copulæ in qua conſentitur, eſt cauſa carnalis copulæ: ſicut poteſtas vtendi re ſua, eſt cauſa uſus.*

In argu. 1. in oppoſitum falſi. huius arti.

De differentiis Topicis: lib. 2.

¶ *AD primum ergo dicendum, Quod conſenſus in matrimoniū ideo eſt damnabilis poſt votum virginitatis, quia per talem conſenſum datur poteſtas ad id quod non licet: ſicut peccaret qui daret poteſtatem accipiendi illud alteri, quod ipſe in depoſito habet non ſolum in hoc, quod ei actualiter traderet de conſenſu autem beatæ Virginis infra dicetur.*

¶ *AD ſecundum dicendum, quod inter fratrem & ſororem non poteſt eſſe poteſtas inuicem ad carnalem copulam, ſicut nec licite carnalis copula, & ideo ratio non ſequitur.*

¶ *AD tertium dicendum, quod illa conditio explicita non ſolum actui, ſed poteſtati contrariatur copulæ carnalis: & ideo eſt contraria matrimonio.*

¶ *AD quartum dicendum, quod initiatum matrimonium reſpōdet conſummato, ſicut habitus vel poteſtas actui qui eſt operatio. Rationes autem in contrarium oſtendunt, ꝙ non ſit conſenſus in carnalem copulam explicite, & hoc eſt verum.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima cōcluſio. Cōſenſus, qui facit matrimoniū eſt conſenſus in ſubſtātiam & eſſētiam matrimonii. ¶ Secūda concluſio. Ad matrimonium nō eſt neceſſarius conſenſus explicitus in copulam carnalem; bene tamen implicitus. Ratio harū concluſionum eſt. Nam effectus voluntatis eſt ipſum volitum, vt conſtat, vnde ſicut copula carnalis ſe habet ad matrimoniū ita conſenſus qui matrimonium cauſat eſt in carnalē copulam: matrimonium uero eſſentialiter conſiſtit in coniūctione viri & fœminæ, poteſtas uerò ad copulam carnalem cōtinetur in matrimonio ueluti implicite, & in ſua cauſa: ergo cōſenſus qui matrimoniū facit eſt cōſenſus in eſſentiam matrimonii, in copulam uerò carnalem implicitè.

¶ Poſtquam D. Tho. in præcedentibus declarauit conſenſum eſſe neceſſariū ad matrimonium, in hoc articulo uult explicarē conſenſum per obiectū ſecundū doctrinam eiuſdē. D. Tho. 1. p. q. 77. art. 3. vbi dicit ꝙ potētiæ per actus, & actus per obiecta debet

A explicari & definiri. Et vt rē iſtam amplius explicemus, & ſimul D. Thomæ doctrinā.

¶ Aduertedum eſt primò Quod ſine dubio ad ſubſtantiā & eſſentētiam matrimoii requiritur cōſenſus in ſubſtātiam & eſſentiā matrimonii. Hoc docet expreſsè D. Thom. in prima concluſione. Hoc docent omnes Doctores, de quo uide Couar. in epitome ſuper quartum Decretalium, parte ſecunda ca. 1. nu. 1. & cap. 3. nu. 1. vbi plura de hoc dicit. Et ratione probatur. Nā matrimoniū ut dictum eſt fit per conſenſum contrahentium, matrimonium verò ſtare non poteſt

B ſine eius ſubſtantia, & eſſentia: ergo requiritur conſenſus in ſubſtantiā, & eſſentiam matrimonii. Confirmatur. Hac ratione in præcedendi quæſt. 5. diffiniuimus, quòd quādo ponitur conditio contra ſubſtantiām, & eſſentiam matrimonii in ipſo contractu nullum eſt matrimonium, quoniā nō datur cōſenſus in ſubſtantiā, & eſſentiam matrimonii: ergo talis cōſenſus eſt neceſſarius. Eſſentia autem matrimonii conſiſtit in ſocietate coniugali diuinitur inſtituta, & in mutua traditione corporū, ut conſtat ex diffinitione matrimonii. Et ita ad matrimoniū re-

G quritur conſenſus in ſocietatē cōiugalē diuinitus iuſtitutam, & in mutuam traditionē corporum, & ſine tali conſenſu non poteſt ſtare matrimonium. Secundò aduertendū eſt, quòd ad matrimoniū requiritur ſaltem conſenſus virtualis reſpectu propriarū paſſionū matrimonii, & reſpectu eorum quæ cōſequntur ad illud. Huiuſmodi paſsiones ſunt perpetuitas, & indiſſolubilitas matrimonii, poteſtas ad copulā carnalē, & tria illa bona dicta proles, fides, & ſacramentū. Et ita uirtualiter, & implicitē debet cōſentire, & habere horū conſenſū uirtualē & implicitū. Hoc eſt apertū nam ipſa eſſentia

D & ſubſtātia matrimonii claudūtur intriſecè eius propriæ paſsiones: ergo qui conſentit in eſſentiam uirtualiter, debet cōſentire in proprias illas paſsiones. Cōfirmatur hac ratiōe: Supra loco allegato in præcedēti notabili diximus, quòd ſi matrimoniū celebretur cum conditione contraria paſsioni matrimonii nullum eſt matrimonium, ergo. Itaq; in matrimonio debet eſſe conſenſus in poteſtatem ad copulam carnalē. Cum enim traditur dominiū alicuius rei, traditur poteſtas utendi re illa. Et in hoc cōueniūt omnes doctores ſupra citati, imò omnes. Tertiò.

tiò. Aduertendum eſt, quòd non eſt neceſſarius conſenſus expreſſus & explicitus in carnalem copulam. Hoc aduertit D. Tho. in hoc articulo & in 4. diſtin. 28. quæſtione 1. articulo 4. Et Paludanus ibidē. Quæſtione. 1. & Caietan. tom. 2 opuſculorum quæſtione. 3. de matrimonio. & doctores Iuris Canonici ſuper capit. Commiſſum. de ſpōſalibus. vide Couarru. capit. 3. citato. §. 1. vel num. 1. Et ratio eſt manifeſta. Nam poteſt eſſe vera eſſētia, & ſubſtantia matrimonii, ſine copula carnali, vt iam ſupra dictum eſt, & poteſt eſſe vera traditio corporum, ſine coitu, cum actus ille ſit merum accidens reſpectu matrimonii: ergo ad matrimonium non requiritur expreſſus & explicitus cōſenſus in carnalem copulam. Sed vt hæc omnia perfecte & complete explicentur, & ſimul doctrinam D. Thom. explicemus.

EST dubium difficile circa ſecundam concluſionem Diui Thomæ. Vtrùm in matrimonio ſit neceſſarius conſenſus implicitus in copulam carnalem. Et videtur vera pars negatiua.

¶ Primò Vt dictum eſt in ſecundo notabili, ad matrimonium eſt neceſſarius conſenſus implicitus in poteſtatem copulæ carnalis: ergo ſi ad matrimonium eſt neceſſarius conſenſus in implicitus in copulā carnalem, ſequitur quòd eodē modo ſit neceſſarius conſenſus in copulam ipſam carnalē, & in poteſtatem ad copulam, conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam ſicut reſpectu poteſtatis ad copulam eſt neceſſarius conſenſus implicitus, ita etiam reſpectu ipſius copulæ. Falſitas verò conſenquētis conſtat: nam poteſtas ad copulam magis intrinſeca eſt ipſi matrimonio, quā ipſa copula (ſi quidem copula ipſa eſt accidens reſpectu matrimonii) & ita nō contiētur in ipſo matrimonio in uirtute: at vero poteſtas ad copulam eſt propria paſsio, quæ in uirtute continetur in eſſentia matrimonii.

¶ Secundò arguitur. Copula carnalis eſt merum accidens reſpectu matrimonii, ſicut actu ridere uel intelligere eſt merū accidēs reſpectu hominis, quòd quidē iam ſupra explicatū eſt ergo, ad matrimoniū nō requirit. cōſenſus implicit⁹ in copulā carnalē. Probatur cōſequentia. Copula carnalis nullo modo continetur in eſſentia matrimonii, ſicut nec accidens continetur in principiis eſſentialibus ſubiecti: & ſicut poteſt quis quidditatiuè & cōprehēſiuè cognoſcere aliquod ſubiectum, abſque eo quòd cognoſcat accidens illius, ita etiā poteſt uelle & cōſentire in eſſentiam alicuius ſubiecti, abſq; eo quòd cōſentiat in accidēs illius. Cōfirmatur & explicatur argumentum ex doctrina D. Tho. in articulo. Sicut copula carnalis ſe habet ad matrimonium ita conſenſus qui matrimonium cauſate habet ad copulam carnalem: ſed copula carnalis merè accidentaliter ſe habet ad matrimonium, ergo etiam conſenſus in matrimonium merè accidētaliter ſe habet ad copulam carnalē, ac ſubinde cōſenſus neceſſarius ad matrimoniū, non eſt conſenſus implicitus copulæ carnalis.

¶ Tertio arguitur, etiam ſi copula carnalis ſequeretur ex matrimonio. Qui uult aliquam rem, non neceſſario uult etiam implicite id quod ſequitur ex tali re: ergo ex eo quod aliquis conſentiat in matrimoniū, non ſequitur quod conſentiat implicite in carnalem copulam, quæ ſequitur neceſſario ex matrimonio. Conſequentia eſt bona & antecedens probatur. Deus vult ſubſtantiam actus peccati ad quam neceſſario ſequitur deformitas, tamen nō vult deformitatem, & Deus vult producere creaturam, ex productione uero creaturæ neceſſario ſequitur peccabilitas & defectibilitas, tamē non uult peccabilitatem, & defectibilitatem: ergo. Cōfirmatur, Qui uult antecedēs bonæ conſequentiæ, non neceſſario vult cōſequens quod conſequitur ad tale antecedens: ergo qui uult matrimoniū nō neceſſario uult copulam, etiam ſi neceſſario ſequatur ad matrimoniū. Cōſequentia eſt bona, & antecedens probatur Hæc eſt bona conſequentia, conteror: ergo peccaui, tamen qui uult antecedens, ſcilicet, contritionem non vult conſequens, videlicet, peccaſſe.

¶ Quarto arguitur. Stat optime quod aliquis velit trāſferre poteſtatem ſui corporis & quod nō ſequatur vſus, ergo poteſt quis habere cōſenſum in matrimoniū, & in hoc quod eſt transferre poteſtatē ſui corporis, abſq; eo quod ſit cōſenſus implicitus in copulā. Conſequentia eſt bona, & antecedēs probatur. Deus poteſt efficaciter velle aliquem hominem eſſe riſibilē, & habere potentiā ad ridēdum, & uelle abſolutè quod nunquam efficaciter rideat. Cōfirmatur ar-

gumētū: Optimè ſtat quòd homo velit tradere poteſtatē ad aliquod opus, tamē efficaciter velle quod nō ſequatur illud opus: ergo ſtat velle tradere poteſtatē in matrimonio, & uelle ꝙ nō ſequatur copula carnalis.

¶ Quintò arguitur. Ex oppoſita ſentētia ſequitur quòd matrimonium & conſenſus in illud cōtrarietur voto perpetuæ uirginitatis, cōſequēs eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur, cōſenſus in matrimonium habet implicitum cōſenſum in carnalem copulam, at uerò quincunq; cōſēſu in copulam carnalē aduerſatur voto uirginatis: ergo. Falſitas conſequētis probatur. Quoniam B. Virgo habuit votū virginitatis, tamen verè cōſenſit in matrimoniū, ergo talis conſenſus in matrimoniū non aduerſatur voto uirgintatis, alias enim Beata Virgo peccaret mortaliter cōtrahendo matrimonium, & conſentiendo in illud.

¶ In oppoſitū eſt id quòd dicit D. Thom. in ſecunda concluſione, quòd ad matrimonium eſt neceſſarius conſenſus implicitus in copulam carnalem; ergo.

¶ In huius rei expoſitionem notādū primo. Quòd copula carnalis dupliciter poteſt accipi primò pro poteſtate ipſa ad carnalē copulam, & obligatione ad reddendū debitū, quæ dici poteſt copula carnalis (quoniā in matrimonio coiungūtur corpora ad carnalem cōmixionē & cum ordine ad illā) & ita D. Tho. in articulo dicit, quòd in matrimonio eſt quædam aſſociatio viri & uxoris in ordine ad carnalē copulā & alia quę ex conſequenti ad virū & uxorem pertinēt, ſecundū ꝙ eis datur poteſtas adinuicē reſpectu carnalis copulę: & hæc aſſociatio coniugalis copula dicitur. Secundo modo accipit copula carnalis proactuali ipſa cōiūctione corporis, & pro ipſo vſu matrimoniali, quæ dicitur cōſumatio matrimonii accidentalis. Secundò notandū eſt quòd eſt maxima differentia inter copulam carnalē acceptam primo modo, & ſecundo. Nam copula carnalis accepta primo modo eſt ꝓpria paſſio matrimonii: nam eſt ipſa poteſtas reſpectu carnalis copulæ, & ita cōtinetur in eſſentia matrimonii actu, uirtualiter tamen, ſicut riſibilitas actu, cōtinetur in eſſentia hominis, tamen continetur virtualiter ueluti in principio & radice. Ceterū copula carnalis accepta ſecundò modo, non eſt propria paſſio, ſed actus quidam propriæ paſsionis, & poteſtatis: ſicut ridere eſt actus proprię paſsionis hominis, & ita copula carnalis cōtinet in eſſentia matrimonii ueluti actus quidā talis potētiæ, ac ſubinde nō cōtinetur actu ſed in potētia: ut videtur dicere D. Tho. circa finem corporis. Qui quidē ita intelligendus eſt. Eſt optimū ſimile logicum in potētia generis & eius poteſtate, quæ continet ipſas differentias in potentia non actu.

¶ His poſitis fundamentis, eſt prima concluſio. Ad matrimoniū neceſſarius eſt conſenſus actualis ſaltim implicitus in copulam carnalem accipiendo copulam carnalem primo modo. Itaque actualiter debet conſentire in copulam carnalem, & in hoc quod eſt tradere poteſtatem ſui corporis, quamuis implicite, Hęc cōcluſio ſic explicata conſtat ex dictis in ſecundo notabili poſito ante hoc dubium, in quo probauimus quod eſt neceſſarius conſenſus ſaltem implicitus in poteſtatem ad copulam. Et hoc amplius probatur. Nam vt dicit Ariſt. 1. Poſte. qui habet aſſenſum præmiſſarum, neceſſario habet aſſenſum concluſionis, ſaltem implicitum: quoniam concluſio continetur in principiis uirtute: ergo ſimiliter qui conſenſit in matrimonium cōſentit in copulam carnalem acceptā primo modo, ſcilicet, in poteſtatem ad copulam. Probatur conſequentia. Copula carnalis illo primo modo continetur implicite virtualiter in eſſentia matrimonii: cum ſit propria paſſio illius. Confirmatur. Nam vt dicunt cōmuniter Theologi, ea, ad quę inclinat natura, non poſſunt eſſe mala: quoniam oriuntur ex principiis ipſius naturæ, & continentur in ipſa ueluti in radice & cauſa, & ita ſicut natura eſt uolita Deo: ita etiam inclinatio ipſius, & ea ad quæ inclinat: ergo ſi matrimonium eſt volitum à contrahente. etiam eſt uolita copula carnalis primo modo: nam continetur in eſſentia matrimonii veluti in cauſa & radice. Diximus in concluſione, quod debet eſſe conſenſus actualis quamuis implicitus. Quod probatur. Nā ut dicit D. Thom. in artic. Sicut carnalis copula ſe habet ad matrimonium: ita conſenſus, qui matrimonium cauſat, eſt in carnalem copulam, ſed carnalis copula accepta primo modo, ſcilicet, pro ipſa poteſtate cōtinetur in ipſo matrimonio actualiter quāuis implicite (nam propria paſſio actualiter continetur in eſſentia quamuis uirtualiter

ter) ergo conſenſus in copulam carnalem ſic acceptam eſt conſenſus actualis. Confirmaẽ,qui aſſentit præmiſſis implicite aſſentitur concluſioni, actualiter tamen(quoniã concluſio actualiter continetur in præmiſſis quamuis implicite) ſed copula carnalis ſic accepta actualiter continetur in matrimonio(cum ſit propria illius paſſio): ergo, qui conſentit in matrimonium, actualiter conſentit in copulam carnalem ſic acceptã.

¶ Secunda concluſio. Neceſſarius eſt ad matrimonium conſenſus ſaltem implicitus in copulam carnalem acceptam. Secundo modo,non quidem actualiter:ſed in potentia, & potentialiter, uel reſpectu copulæ non actualis,ſed in potentia vel potentialis Hæc concluſio hẽt duas partes.Prima pars eſt D.Thom.in hoc art. circa finem.& domini Caietani in opuſc. 17. reſponſionũ,reſponſione 2. Probatur & ſimul explicatur. Copula carnalis etiã ſecũdo modo accepta continetur in potentia in ipſa eſſentia matrimonij, veluti in cã & in radice: nam in ipſa eſſentia matrimonii continetur potentia ad copulã carnalem & poteſtas ad illã, ergo qui vult ipſum matrimonium, vult ẽt copulam carnalem implicite,prout ipſa copula carnalis cõtinetur in matrimonio. Et hic eſt literalis ſenſus D.Thom.in corpore art.circa finem. Et hæc pars amplius explicabitur in ſolutione ad vltimum. Secunda pars concluſionis videtur etiam eſſe D.Th. circa finem art.Dicit enim, quòd poteſtas carnalis copulæ in qua cõſentitur,eſt cauſa carnalis copulæ: ſicut poteſtas vtẽdi re ſua eſt cauſa vſus, poteſtas vero continet vſum in potentia tantùm.Et idem docet Caie.in loco immediatè citato. Primò probaẽ hæc pars primo argumento & ſecundo factis in principio quæ euidẽter conuincunt iſtam partem.Secundò probatur. Copula carnalis accepta ſecundo modo ſolum continetur in potẽtia in matrimonij eſſentia,vt cõſtat,ergo conſenſus implicitus in illam non debet eſſe actualis, ſed ſufficit in potentia. Conſequentia probatur. Nam vt dicit D. Thom.in artic. ſicut carnalis copula ſe habet ad matrimonium:ita conſenſus qui matrimonium cauſat, eſt in carnalem copulã. Confirmatur hæc ratio. Quoniam copula carnalis ſecundo modo accepta,non eſt ita intrinſeca matrimonio ſicut accepta primo modo,nam primo modo eſt propria paſſio

A matrimonij: ſecundo verò modo eſt actus propriæ paſſionis, ergo non eſt neceſſarius eodẽ modo conſenſus reſpectu vnius,ſicut reſpectu alterius: ſed reſpectu copulæ carnalis primo modo, eſt neceſſarius cõſenſus implicitus actualis(vt diximus)ergo reſpectu copulæ carnalis acceptæ ſecũdo modo, non eſt neceſſarius conſenſus actualis: ſed ſufficit in potentia. Eſt itaque conſiderandum,quòd ipſa copula actualis, & conſummatio matrimonij nõ eſt omnino merum accidens reſpectu matrimonii, ſed accedit aliquo modo ad rationem propriæ paſſio-

B nis: nam eſt actus propriæ paſſionis, & ita requiritur ad matrimonium aliqualis conſenſus in copulam carnalem, non tamen requiritur actualis, ſed potentialis,cũ non ſit propria paſſio, nec contineatur in propria paſſione niſi in potentia.Quæ omnia amplius explicabuntur in ſolutione ad ultimum. His poſitis,reſpondetur ad argumenta facta in principio.

¶Ad primum argumentum reſpõdetur ex dictis in his concluſionibus,negando ſequelam: nã quamuis ſit neceſſarius ſaltim conſenſus implicitus in poteſtatem ad co-

C pulam,& in ipſam actualem copulã,diuerſi mode tamen.Nam in poteſtatẽ requiritur conſenſus implicitus actualiter,in copulam verò carnalem eſt neceſſarius conſenſus implicitus in potentia, uel reſpectu copulæ in potentia non actualiter.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur:quod quãuis copula ipſa carnalis ſecundo modo accepta ſit accidens reſpectu matrimonii,habet tamẽ quandam affinitatem cum propria paſſione illius, cum poteſtate ad copulam carnalem: nam eſt complementum,& conſummatio illius,& actus ta-

D lis poteſtatis,& ita continetur in ipſo matrimonio in potẽtia. Vnde neceſſarium eſt conſentire implicite in copulam carnalem in potentia ſaltem; ſi conſentit in matrimonium.Ad confirmationem reſpõdetur, iuxta iam dicta: quòd copula carnalis accidẽtaliter ſe habet ad matrimonium,continetur tamen in potentia in ipſa poteſtate quæ traditur in matrimonio.

¶Ad tertium argumentum quod procedit contra utramque concluſionem reſpõdetur,quod D. Thom. ſolum dicit, quod quando aliquis vult aliquam rẽ,in qua cõtinetur alia in uirtute, & tãquam in cauſa:

neceſſariò vult illam, quę cõtinetur ſaltem implicite & ſicut continetur, præcipue ſi illa ſit perfectio & conſummatio alterius. Quod quidem contingit in matrimonio. Nam copula carnalis primo modo ſumpta eſt propria paſſio matrimonij perficiens illud, & quæ conſequitur ad illud, copula verò carnalis ſecundo mō ſumpta eſt cõſummatio, & perfectio matrimonii, non tamen continetur in illo niſi in potentia. Vnde ad tertium argumentum in forma negatur antecedens ſi vere ſequatur ex tali re, & contineatur in illa in virtute. Et ad probationem antecedentis reſpõdetur quòd ad ſubſtantiam actus peccati, prout eſt volita, & producta à Deo, non ſequitur deformitas peccati, nec illa deformitas continetur in virtute in illa ſubſtantia, prout eſt à Deo. Et idem dicendum eſt ad aliud, quod peccabilitas, & defectibilitas non cõtinetur in virtute in re producta ab ipſo Deo, præcipue prout eſt à Deo. Ad cõfirmationẽ rñdetur quòd Diuus Thomas non dicit, ꝙ qui vult antecedens, dẽt velle conſequens quod inde ſequitur, ſed ſolum dicit, ꝙ qui vult aliquid, debet velle id quod cõtinetur implicite, & in virtute in illo, præcipue ſi velit illud, prout eſt principium, & cã talis rei. Secundò rñdetur quod qui vult antecedens, debet velle conſequens quod continetur implicite, & in virtute in anteced̃ti, nõ uerò conſequens, ꝙ non cõtinetur implicite & in uirtute in antecedenti: ſed ſolũ eſt quid neceſſario prærequiſitũ: vt in nr̃o propoſito, peccaſſe eſt neceſſario prærequiſitum ad contritionem, non tamen eſt aliquid neceſſario contentum implicite & in uirtute in contritione.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur quòd bñ ſtat, quod aliquis uelit transferre poteſtatem ſui corporis, & quòd non ſequatur uſus, non tamẽ ſtat, quòd aliquis uelit transferre poteſtatem ſui corporis, & quod non uelit ipſum uſum, ut continetur in ipſa poteſtate, ſcilicet, in potentia & implicite, ut in exemplo ibi adducto. Nam ſi Deus efficaciter uult hominẽ eſſe riſibilem debet uelle ipſum actum huius potentiæ implicite & in potentia. Quod amplius explicabitur in ſolutione ad ultimũ. Et idẽ reſpondetur ad confirmationem.

Circa quintum argumentum eſt dubium affine & coniũctum præcedenti: ut conſummare, & perfecte explicentur omnia iſta. Vtrum conſenſus neceſſarius in matrimonio contrarietur uoto perpetuæ uirginitatis, & eadem difficultas eſt de uoto abſoluto caſtitatis. Et uidetur uera pars negatiua.

A ¶ Primò arguitur argumento quinto facto. Beata uirgo habuit uotum perpetuæ uirginitatis, tamen reuera habuit neceſſariũ conſenſum ad matrimonium, cum fuerit re uera matrimoniũ inter Beatam Virginẽ & Ioſeph, ergo conſenſus neceſſarius ad matrimonium non aduerſatur uoto perpetuæ uirginitatis.

B ¶ Secundo arguitur quarto argumento facto in dubio præcedenti. Poteſt eſſe optime quod aliquis uelit transferre poteſtatem ſui corporis, & quod uelit non ſequi uſum, ut ibi probauimus, ergo pōt eſſe conſenſus neceſſarius ad mrīmoniũ ſine aliqua contrarietate ad uotum perpetuæ uirginitatis. Probatur conſequentia. Nam conſenſus neceſſarius ad matrimonium eſt conſenſus in poteſtatem, iſte uero conſenſus non cõtrariatur uirginitati, ſed conſenſus in ipſam copulam actualẽ. Confirmatur & explicatur difficultas. Stat optimè quòd aliquis efficaciter uelit tradere poteſtatẽ ſui corporis, & ꝙ efficaciter uelit, quod nunquam ſequatur ipſa copula carnalis, ergo conſenſus neceſſarius ad matrimoniũ non contrariatur uoto perpetuæ uirginitatis.

C Conſequentia eſt bona, & conſtat ex probatione facta in hoc argumento. Antecedẽs uero conſtat. Nam pōt aliquis habere animum contrahendi, & contrahere uere, & uelle transferre poteſtatem ſui corporis: tamen habere animum, & firmũ propoſitum non conſummandi matrimonium, ſed tranſeundi ad religionem, cum ſit licitũ, ergo.

D ¶ Tertiò arguitur. Qui conſentit in matrimoniũ, non conſentit in copulam carnalem niſi in potentia: ſicut ipſa copula carnalis in potentia continetur in matrimonio, ſed conſenſus in copulã carnalem in potentia non contrariatur uoto perpetuæ uirginitatis, ergo cõſenſus neceſſarius ad matrimoniũ non cõtrariatur uoto perpetuæ uirginitatis. Conſequentia eſt bona, minor in qua eſt difficultas probatur. Nam conſentire in copulam carnalem in potentia, eſt cõſentire ſecundũ quid, & id quod cõtrariatur ꝑpetuæ uirginitatis uoto eſt ipſa actualis

lis copula carnalis, & conſenſus in actualem copulam carnalem. A

¶ Quarto arguit. Conſenſus neceſſarius ad matrimonium non contrariatur propoſito perpetuę virginitatis, ergo nec contrariatur voto perpetuæ virginitatis. Conſequentia eſt bona: nam votū nihil aliud eſt niſi promiſſio de perpetua virginitate, ſuper quam cadit propoſitum. Antecedens verò conſtat ex cap. commmiſſum, de ſponſal. ubi diffinitur, quòd mulier quæ habet firmum propoſitum tranſeundi ad religionē, & ſeruandi perpetuam caſtitatem, & iuramento firmauit matrimonium, prius contrahat, & poſtea tranſeat ad religionē, ergo matrimonium nō contrariatur illi propoſito ſeruandi perpetuam virginitatem. B

c. cōmiſſum, de ſponſalibus.

¶ Vltimò arguitur ex doctrina D. Tho. in 4. diſt. 30. q. 2. quęſtiūcula 2. ad tertium. vbi docet, quod copula carnalis cecidit implicitè ſub conſenſu B. Virginis, ſicut actus implicite continetur in potentia: potentia autem ad carnalem copula non cōtrariatur virginitati niſi ratione actus: qui quidē nū quam fuit in propoſito B. Virginis, ergo in doctrina D. Tho. cōſenſus neceſſarius ad matrimoniū nō cōtrariatur voto uirginitatis. C

¶ In oppoſitum eſt primò. Nam D. Th. in corpore articuli dicit, quòd cōſenſus neceſſarius ad matrimoniū implicitè includit conſenſum in copulā carnalem, ergo cōtrariatur uoto perpetuæ virginitatis. Probatur conſequentia. Nā conſenſus quicunque in copulam carnalem cōtrariatur voto uirginitatis. Quod ſi quis dicat, quod in matrimonio cōſenſus neceſſarius, eſt in copulam carnalem in potentia, & ſecundum quid non in actu; iſte uerò conſenſus copulę in potentia non contrariatur uoto perpetuæ virginitatis, ſed ſolum conſenſus in copulam carnalem actu. D

¶ Secundo arguitur fortiſſimè contra hanc ſolutionem. Conſenſus neceſſarius ad matrimonium implicite includit conſenſum in copulam carnalem in potentia, ad iſtum ſenſum, quod tradit alteri poteſtatē, & vult alteri tradere poteſtatem ad copulā carnalē: ita, ut illa poteſtas ſit veluti in manu, & voluntate alterius, & non in voluntate contrahentis. Hoc aūt manifeſte contrariatur uoto virginitatis perpetuæ, vt cōſtat: ergo conſenſus neceſſarius ad matrimoniū manifeſtè aduerſatur uoto uirginitatis.

A Tertiò arguitur ex ipſo iure, c. vouentibus. diſt. 27. ubi dicitur ex D. Aug. ca. 9. de bono uiduitatis. Vouentibus virginitatem nō ſolum nubere, ſed etiam uelle damnabile eſt. Vbi clare, & apertè dicitur, quod cōſenſus neceſſarius ad matrimonium contrariatur uoto perpetuæ virginitatis. Et in ca. ſi nupſerit virgo, in eadē diſt. dicitur ex D. Hieron. lib. 1. contra Iouinianum. Si nupſerit virgo non peccat non illa uirgo quæ ſemel cultui diuino dedicauit, harum enim quæ nupſerit habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit) ergo cōſenſus neceſſarius ad matrimonium manifeſtè cōtrariatur voto virginitatis.

c. uouentibus. d. 27.

c. ſi nupſerit virgo, in eadem diſt.

B ¶ Quarto arguitur ex doctrina D. Tho. Nam in hoc art. in ſolutione ad primum expreſſè dicit, quod conſenſus in matrimoniū eſt damnabilis poſt uotū uirginitatis, quia per talē conſenſum datur poteſtas ad id quod nō licet, &c. Et in quarto loco citato in vltimo argumēto pcedētiū ad primū expreſsè dicit, quòd poſt votū virginitatis abſolutè factū, non poteſt aliquis in matrimonium conſentire ſine peccato, & ſtatim quòd peccant contrahentes poſt votū ſimplex, C & hac ratione docet quod votum B. Virginitatis de ſeruāda virginitate nō fuit abſolutū, ſed ſub cōditione. Et idem docet in 3. part. quæſt. 29. art. 4. in corpore, ergo in doctrina D. Tho. cōſenſus neceſſarius ad matrimonium contrariatur voto abſoluto virginitatis.

¶ In hac difficultate, & propter hæc argumenta pro vtraque parte poſita ſunt uariæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſententia eſt quod conſenſus neceſſarius ad matrimonium eſt cōtrarius uoto abſolute facto de perpetua virginitate, & ita dicunt conſe D quenter, quod eſt peccatum mortale cōtrahere poſt tale uotum abſolutè factum. Hāc ſententiam uidetur tenere D. Tho. hic, & in locis citatis in hoc ultimo argumēto, & infra quæſt. 53. art. 1. circa finem. Syluester, uerbo, matrimoniū. 7. quæſt. 5. ubi pro hac ſententia allegat Archidia. & Ricardū. Hāc etiam ſententiam tenet Magiſter Sotus in 4. diſt. 30. quæſt. 2. ar. 2. & diſt. 38. quæſt. 2. artic. 1. Summa Tabien. uerbo, impedimentum. 2. nu. 5. & Nauarro in manua. cap. 22. nu. 73 & D. Antoni. 3. part. titul. 1. ca. 4. & hanc ſententiam ſequuntur multi expoſitores D. Thomæ.

¶ Secunda

¶ Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quod cõſenſus neceſſarius ad matrimonium non eſt contrarius voto perpetuæ virginitatis abſolutè facto. Vnde cõſentire in matrimoniũ, & contrahere poſt tale uotum non eſt peccatum mortale. Hãc ſententiam tenet Scotus in 4. diſt. 30 q. 2. Caiet. in opuſ. 17. reſponſionum, reſponſione. 2. & in verbo, matrimonium, c. 1. poſt medium, & Syluest. loco citato allegat ꝓ hac ſententia Calderin. & Summã Angelicam: & illã ſequũtur multi expoſitores D. Tho. Verũ eſt quod iſti authores fatẽtur, quod quando aliquis poſt votũ ſimplex virginitatis abſolutum, uel etiam caſtitatis contrahit matrimoniũ, & conſentit in illud cũ animo cõſummãdi peccat mortaliter. Dixi vel etiam caſtitatis: nam quantum ad hoc idẽ eſt de uoto caſtitatis.

IN huius rei expoſitionem ſit prima cõcluſio Secunda ſententia eſt probabilis: prima verò probabilior. Hæc concluſio habet duas partes. Prima pars probatur argumentis factis primo loco, quæ ſunt probabilia, & authoritate Doctorum qui illam tenent. Secunda uero pars probatur authoritate Doctorum qui illam tenẽt, & præcipuè tenẽda eſt hæc ſentẽtia propter authoritatem D. Tho. probatur etiam argumẽtis factis ſecundo loco, quæ probabiliora ſunt. Quæ omnia confirmantur. Primò. Nã ille per tale matrimoniũ præbet alteri facultatem, ad id quod ſibi non eſt licitum, ſcilicet ad actum matrimonii: ergo cõſenſus ille neceſſarius ad matrimoniũ eſt cõtrarius virginitati, & caſtitati: ac ſubinde peccat, qui poſt tale uotũ virginitatis, uel caſtitatis cõtrahit. Conſequentia eſt bona, antecedens probatur exemplo alicuius depoſitarii; qui quidem non ſolum peccat, quando tradit alteri rem alienam actu, ſed etiã quãdo tradit alteri facultatem accipiendi rem. Cõfirmatur ſecundo: Ille, qui ſic vouit per matrimonium, & eius conſenſum neceſſarium obligat ſe ad actum incompoſſibilem cum obligatione uoti: nam obligat ſe ad actum matrimonialem, ſi alius uoluerit: ergo talis conſenſus eſt cõtrarius tali uoto. Confirmatur tertio. Quoniã ſi ille qui cõſentit in matrimonium expreſsè haberet intẽtionẽ conſummandi matrimonium, talis conſenſus eſſet ſine dubio contrarius uoto uirginitatis, vel caſtitatis: ergo ẽt ſi non habeat expreſsè talem intentionem. Probatur cõſequẽtia. Nam in cõſenſu neceſſario ad matrimonium includitur intrinſecè intentio tradendi alteri facultatem ad illum actum. Iſtæ etiam ſententiæ diuerſæ, & oppoſitæ poſſunt conciliari per ſequentes concluſiones. ¶ Et ad explicationem huius conciliationis aduertendum eſt, quod ſicut dicere ſolemus, quod aliquid eſt neceſſarium ſecundum ordinem naturæ dupliciter: uno modo regulariter, ſicut eſt neceſſarium, quod in vere ſint tonitrua, alio modo ſimpliciter, ſicut eſt neceſſarium ſimpliciter, ſecundum curſum, & ordinem naturæ, quod homo ſit riſibilis; ita etiã dicere poſſumus, quod de cõſenſu neceſſario ad matrimonium poſſumus loqui dupliciter, uno modo de cõſenſu neceſſario regulariter, & communiter, alio modo de conſenſu neceſſario ſimpliciter.

¶ Secunda concluſio. Conſenſus neceſſarius ad matrimoniũ regulariter, & cõmuniter cõtrariaſ uoto uirginitatis ſeu caſtitatis. Vnde regulariter loquendo, cõtrahere poſt votũ virginitatis, uel caſtitatis, eſt peccatũ mortale. Hãc cõcluſionẽ cõcedimus primæ ſñiæ, & argumẽtis factis ſecũdo loco: & hoc vult dicere D. Th. in locis ibi citatis: & omnia illa argumenta cõfirmãtur. Nã cõſẽſus neceſſarius ad matrimoniũ regulariter, & cõmuniter eſt ille, qui conſentit in trãſlationẽ poteſtatis, & ex conſequenti in actũ, (cum poteſtas ſit propter actum) & regulariter loquẽdo ille, qui cõſentit in matrimonium non poteſt formaliter excipere actũ. Iſte autem conſenſus cõtrarius eſt voto virginitatis, & caſtitatis (vt conſtat) ergo conſenſus neceſſarius ad matrimonium regulariter, & communiter eſt contrarius tali uoto. Itaque qui contrahit regulariter, & cõmuniter, neceſſariò debet cõſentire ſaltem implicitè in copulam carnalem, & non debet illam excipere formaliter, ac ſubinde talis conſenſus contrarius eſt virginitatis, & caſtitatis uoto: & conſequenter peccatum mortale eſt contrahere regulariter poſt talẽ uotum.

¶ Tertia concluſio. Cõſenſus neceſſarius ad matrimonium ſimpliciter loquendo nõ contrariatur uoto virginitatis, aut caſtitatis, ac ſubinde aliquando contrahere matrimonium cum tali conſenſu non erit peccatum mortale. Hanc concluſionem concedimus

mus autoribus ſecundę ſententiæ, & argumentis factis primo loco: quæ hoc uidetur conuincere. Quæ omnia confirmãtur primò. Nam conſenſus neceſſarius ſimpliciter ad matrimonium eſt ille, quo vult aliquis tradere alteri poteſtatem ſui corporis, quã uis efficaciter velit, quòd non ſequatur copula carnalis, ſed iſte conſenſus non contrariatur uoto virginitatis, uel caſtitatis, ergo conſenſus ſimpliciter neceſſarius ad matrimonium nõ contrariatur voto virginitatis vel caſtitatis. Conſequentia eſt bona: minor eſt manifeſta. Nam ad hoc quòd conſenſus ſit contrarius tali uoto eſt neceſſariũ, quod conſentiat in ipſam copulam carnalem in actu exercito. Maior verò conſtat. Nam licitum eſt, vel ex lege vel priuilegio poſt matrimonium contractum tranſire ad altiorẽ ſtatum religionis ante conſummationem, & licitum eſt aliquando contrahere cũ animo tranſeundi ad religionem (vt diffinitur in illo ca. Cõmiſſum.) ergo conſenſus ſimpliciter neceſſarius ad matrimoniũ eſt ille, quo aliquis vult tradere poteſtatẽ ſui corporis: quamuis efficaciter velit, quòd nõ ſequatur actus. Confirmatur ſecũdo. Qui cõſentit in tranſlationem poteſtatis, ex conſequenti conſentit in actũ: niſi excludat actũ formaliter: ſed formaliter poteſt excludere actum ille, qui contrahit, cũ poſſit poſt cõtractum tranſire ad religionem, ergo. Plura de hoc dicentur infra quæſt. 53. ar. 1. Quibus poſitis reſpondendum eſt ad argumenta facta pro utraque parte: nam quæ ponũtur primo loco, habent vim contra ſecũda concluſionem, quæ vero ponuntur ſecundo loco, militant contra tertiã. Igitur ad argumenta facta primo loco, quatenus militant contra ſecunda concluſionẽ reſpondetur.

¶ Ad primum argumentum D. Tho. in locis ſuprà citatis, & ferè omnes Theologi reſpondent, quod B. Virgo ante contractũ matrimonium nõ emiſit abſolute votũ uirginitatis (aliàs enim conſentire in matrimonium eſſet peccatũ) emiſit autem illud ſub conditone hac, niſi Deus aliud iuberet. Cõtra hanc communem ſolutionem arguunt aliqui authores. In omni voto ſiue ſimplici, ſiue ſolemni intelligitur illa conditio, niſi Deus aliud iuſſerit, ergo illa cõditio expreſſe poſita non tollit, quod uotum ſit abſolutũ. Paludanus, & alii reſpondent, quod quamuis implicitè illa conditio ponatur in omni voto, perfectius tamen eſt illam exprimere. Hoc autem non diſſoluit difficultatem. Nam ſi illa conditio non mutat naturã uoti, nihil refert, quod illa conditio exprimeretur. Item, nam argumentum intendit, quod ſicut modo poſt abſolutũ uotum non licet matrimoniũ contrahere nõ obſtante conditione implicita poſita in illo uoto: ita non fuit licitum B. Virgini contrahere: quãuis expreſsè poneretur conditio. Magiſter Sotus loco ſupra citato dicit ad hoc argumentum, quod eſt maxima differẽtia inter uotũ abſolutum, quod implicitè continet illã cõditionẽ (ſi Deus uoluerit) & uotum B. Virginis ante matrimoniũ factum. nam modo non licet poſt uotum ſimplex nuptias contrahere ſine diſpẽſatione. Quoniam per contractum matrimonii ille qui uouit, concedit facultatem alteri coniugi ſui corporis: Vnde licet includatur conditio niſi Deus aliter iuſſerit, intelligitur tñ per diuinas leges, quod Deus non aliud iubet, niſi quod uotum ſeruetur. Votũ uero B. Virginis ante contractum matrimonii dicitur conditio natum, eo quod nõ fuerit firmatum. Nunquam enim abſolutè dixit uoueo. Quare non tam uotum dicendum eſt, quam deſiderium uoti. Vnde inquit Sotus, quod D. Auguſt. non dicit, quod uouit, ſed quod propoſuit. Vnde inferunt Doctores, quod ante matrimonium nõ uouit abſolute. Et hoc uidetur dicere D. Tho. 3. parte. quæſtion. 28. articulo. 4. cum dicit. Mater Dei, non creditur antequam deſponſaretur Ioſeph, abſolutè uirginitatem uouiſſe: ſed licet eam in deſiderio habuerit, ſuper hoc tamen uoluntatem ſuam Domini commiſit arbitrio. Itaque cum D. Tho. dicit, quod ante matrimonium non uouit uirginitatẽ abſolute; ſolum ſignificat quod habuit propoſitum, & deſiderium: tamen uotum abſolutum de præſenti explicatum per uerbum, uoueo, non habuit. Et ibidem in ſolutione ad tertium idem dicit.

¶ Secunda ſolutio eſſe poteſt, quæ mihi nõ diſplicet. Quod quãuis B. Vigo habuerit abſolutum uotum uirginitatis ante matrimoniũ, nihilominus tamẽ potuit habere cõſenſum neceſſariũ ad matrimoniũ. Na cõſenſus neceſſarius ad matrimoniũ regulariter, & cõmuniter cõtrariatẽ uirginitati, & uoto uirginitatis: cæterũ cõſenſus neceſſarius ſimpliciter nõ contrariatur tali uoto

(ut

vt diximus,) nam non eſt conſenſus in copulam carnalem niſi in potentia. Potuit.n. B. Virgo formaliter ſeu implicite conſentire in tráslationem poteſtatis,& formaliter excludere actum carnalis copulæ: quoniã ex priuilegio propter diuinam reuelationem ſciebat, quòd non eſſet futura copula carnalis inter illos. Et ita D. Tho. 3. par. q. 29. art. 2. dicit, quod B. Virgo,& Ioſeph cõſenſerunt in copulam coniugalem: non autem expreſſe in copulam carnalem niſi ſub conditione ſi Deo placeret. Vide Caiet. loco ſupra citato.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd regulariter, & communiter non ſtat, quòd aliquis velit transferre poteſtatem ſui corporis,& quòd velit quòd nõ ſequatur vſus; bene tamen in caſu, quando licitum eſt ex priuilegio vel ex communi lege vt iam dictum eſt. Et ita conſenſus neceſſarius ad matrimoniũ regulariter, & cõmuniter eſt contrarius voto virginitatis, vel caſtitatis; non tamen conſenſus neceſſarius in aliquo caſu. Ad Confirmationem reſpondetur ex dictis in argumenti ſolutione. & explicabitur amplius in ſequenti ſolutione.

¶Ad tertium argumentum reſpõdetur, quòd qui conſentit in matrimonium per conſenſum neceſſarium, regulariter cõſentit in copulam carnalẽ aliquo modo actualiter,& non ſolum in potentia: & ita talis conſenſus neceſſarius regulariter contrariatur voto virginitati, uel caſtitatis. Quod ut explicemus, aduertendum eſt; ꝙ ille, qui ita contrahit, tradit alteri poteſtatem ſui corporis, taliter quod ipſe non habet poteſtatem ſui corporis, ſed alius ut dicit D. Pau. 1. Corint. 7. Mulier non habet poteſtatem ſui corporis &c. Vnde ex vi translationis talis poteſtatis in alterum obligatur coniux ad copulam carnalem, quando alter uoluerit; & ita conſentit aliquo modo in copulam carnalem non ſolum in potentia: ſed aliquo modo in actu. Quoniã illa poteſtas iam non eſt in ſeipſo, ſed in manu,& poteſtate alterius. Etenim ſi illa poteſtas eſſet in ipſo contrahente, taliter quod ipſe contrahens poſſet reddere debitum,& poſſet licitè non reddere: nõ eſſet conſentire in copulam carnalem actu, & poſſet eſſe, quòd vellet transferre actu poteſtatem: & quod vellet efficaciter quod nõ ſequeretur actu.

1. Cor. 7

A Cæterum non poteſt non reddere debitũ, quoniam manet obligatus ad hoc, nec poteſt efficaciter uelle quod non ſequatur actus, ſi tradit poteſtatem. Ex quo colligitur aperte, quod non eſt eadem ratio atq; de Deo, qui dat poteſtatem ad ridendum, vel intelligendum. Nam Deus ſicut dat talem poteſtatem, ita etiam efficaciter poteſt impedire ipſum actum ut conſtat, & ita poteſt velle tradere talem poteſtatẽ, & velle efficaciter, ꝙ non ſequatur vnquam actus talis poteſtatis. Cæterum contrahẽs eo ipſo quod contrahit, non habet poteſtatem ſui coporis: ſed manet alteri obligatus

B & ita non poteſt regulariter uelle tradere poteſtatem, & uelle efficaciter quod non ſequatur actus.

¶Ad quartum argumentum reſpondetur, quod conſenſus neceſſarius ſimpliciter ad matrimonium nõ contrariatur propoſito uirginitatis,& religionis, & conſequenter nec uoto, ut optimè conuincit argumentum: bene tamen conſenſus neceſſarius regulariter,& communiter.

¶Ad quintum argumentum reſpondetur quod conuincit idem.

¶Ad argumenta facta ſecũdo loco, quæ militant contra tertiã concluſionem, & ut

C militant contra illam reſpondetur. Ad primum reſpondetur quod loquendo de conſenſu ſimpliciter neceſſario ad matrimoniũ, optimè dictum eſt in ipſo argumento.

¶Ad ſecundum argumentum, quod eſt replica contra ſolutionẽ ibi poſitam, dicendum eſt: quod quamuis contrahẽs tradat alteri poteſtatem, nihilominus ex priuilegio, vel lege poteſt habere firmum propoſitum nunquam reddendi debitum: & poteſt velle efficaciter quòd nõ ſequatur copula carnalis. Quoniam id licitum eſt ſi vult tranſire ad religionem.

¶Ad tertium argumentum reſpõdetur,

D quòd illa iura intelligũtur iuxta tenorem ſecundæ concluſionis.

¶Ad quartum argumentum reſpondetur, quod D. Tho. in omnibus illis locis loquitur de conſenſu regulariter neceſſario ad matrimonium. Plura de hac quæſtione dicentur infra q. 53. ar. 1. Ex dictis in hoc dubio ſoluitur ultimum argumentum dubii præcedentis.

¶In argumento primo, Sed cõtra D. Th. uidetur ſupponere, ꝙ illæ nuptiæ, de quibus

bus dicitur Ioann. 2. quòd fuerunt nuptiæ Ioannis Apoſtoli. Quæ ſententia obtinet uim autoritate multorum autorum, & ad illud, quòd ſequutus eſt ſtatim Dominum, dicitur. Quod illud factum eſt, ut deſignaret priuilegium, ꝙ conceditur religioſis: & ideo vocatus eſt a nuptiis ad Apoſtolatū. Alii non credunt Dominum ſtatim diſſoluiſſe matrimonium. Hæc tamen ratio non conuincit: quia ſicut ſua præſentia multum contulit matrimonio, & etiam primo miraculo; ſic etiam ad oſtendendum ꝙ maioris perfectionis eſt ſtatus religionis, uocauit illum. Non tamen ſunt audiendi, qui dicūt, vxorem in illis nuptiis fuiſſe Mariā Magdalenam. Vnde ablato ſponſo uoluit ſe deliciis dare; quod tamen eſt irriſoriū quia Dominus illi contuliſſet gratiam etiam ſi tolleret ſponſum, & non erant æqualis ſtatus Ioannes piſcator, & domina magna; unde illud eſt merè figmentum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm matrimonium poſſit eſſe ex conſenſu alicuius in aliquam propter cauſam inhoneſtam.

di.30.q.1.ar.3.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd matrimonium non poſſit eſſe ex conſenſu alicuius in aliquam propter cauſam inhoneſtam. Vnius cauſæ vnica eſt ratio: ſed matrimonium eſt vnum ſacramentum, ergo non poteſt fieri ex alterius finis intentione, quam illius ad quem à Deo inſtitutum eſt, ſcilicet ad procreationem prolis.

de cōdi. appoſi. c.ſi conditiones.

¶ 2 Præterea. Coniunctio matrimonij eſt à Deo, vt patet Matth. 19. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet: ſed coniunctio quæ fit propter turpes cauſas non eſt à Deo, ergo non eſt matrimonium.

de differentiis Topicis. lib. 2.

3 Præterea. In alijs ſacramentis ſi non ſeruetur intentio eccleſię non eſt uerum ſacramentum, ſed intentio eccleſiæ in
A *ſacramento mutrimonij non eſt ad aliquam turpem cauſam, ergo ſi ex aliqua turpi cauſa matrimonium contrahatur, non erit uerum matrimonium.*

¶ 4 Præterea. Secundum Boetium, cuius finis eſt bonus, ipſum quoque bonum eſt: ſed matrimonium ſemper eſt bonum, ergo non eſt matrimonium ſi propter malum finem fiat.

¶ 5 Præterea. Matrimonium ſignificat coniunctienem Chriſti & eccleſiæ:
B *ſed ibi non cadit aliqua turpitudo, ergo non poteſt matrimonium contrahi propter aliquam turpem cauſam.*

SED contra eſt, quòd qui baptizat alium intentione lucrandi, uerè baptizat, ergo & qui contrahit cum aliqua intentione lucri, verum eſt matrimonium. ¶ Præterea. Hoc idem probant exempla & antoritates, quæ ponuntur in litera.

RESPONDEO dicendum. Quòd cauſa finalis matrimonij poteſt accipi
C *dupliciter, ſ. per ſe, & per accidens: per ſe quidem cauſa matrimonij eſt ad quā matrimonium eſt de ſe ordinatum, & hæc ſemper bona eſt, ſcilicet, procreatio prolis & uitatio fornicationis: ſed per accidens cauſa finalis ipſius eſt hoc ꝙ contrahentes intendunt ex matrimonio. Et quia hoc quod ex matrimonio intenditur conſequitur ad matrimonium, & priora non uariantur ex poſterioribus, ſed econtra ideo ex illa cauſa non recipit matrimonium bonitatem,*
D *uel malitiam, ſed ipſi contrahentes quorum eſt finis per ſe: Et quia cauſæ per accidens ſunt infinitæ, ideo infinitæ tales cauſæ poſſunt eſſe in matrimonio, quarum ſunt quædam honeſta, & quædam inhoneſta.*

AD primum ergo dicendum. Quòd verum eſt de cauſa per ſe & principali: ſed quod habet unum finem per ſe, & principalem: poteſt habere plures ſecundarios per ſe, & infinitos per accidens.

AD tertium dicendum. Quòd coniunctio

iunctio poteſt accipi pro ipſa relatione, quæ eſt matrimonium, & talis ſemper eſt à Deo, & bona eſt à quacunque fiat cauſa: uel pro actu eorum qui coniungũtur, & ſic eſt quandoque mala, & non eſt à Deo, ſimpliciter loquendo: nec eſt inconueniens quòd aliquis effectus ſit à Deo, cuius cauſa eſt mala, ſicut proles quæ ex adulterio ſuſcipitur: non enim eſt ex illa cauſa inquantum eſt mala, ſed inquantum habet aliquid de bono ſecundum, ꝙ eſt à Deo, quamuis non ſimpliciter ſit à Deo.

AD ſecundum dicendum. Quòd intentio eccleſiæ quæ intendit ſacramentum tradere, eſt de neceſſitate cuiuslibet ſacramenti, ita quòd ea non obſeruata, nihil in ſacramentis agitur: ſed intẽtio eccleſiæ quæ intendit utilitatem ex ſacramento prouenientem, eſt de bene eſſe ſacramenti, & non de neceſſitate eius: unde ſi non obſeruetur, nihilominus eſt uerum ſacramentum. Sed tamen prætermittens hãc intentionem, peccat, ſicut ſi in baptiſmo nõ intendatur ſanitas mentis, quam eccleſia intendit. Et ſimiliter ille qui intendit matrimoniũ contrahere, quamuis matrimonium nõ ordinet ad illum finem quem eccleſia intendit, nihilominus uerum matrimonium contrahit.

AD quartum dicendum. Quòd ipſa unio eſt ſignum coniunctionis Chriſti et eccleſiæ, et non operatio unitorum: & ideo ratio non ſequitur.

SVMMA ARTICVLI.

IN hoc articulo D.Tho. diſputat de cauſa finali cõſenſus matrimonialis (nam cum ſit actus uoluntatis ipſe conſenſus debet habere aliquem finẽ) & ſupponit, ꝙ cauſa finalis talis conſenſus poteſt eſſe duplex, & per ſe, & per accidens.

Quo poſito fundamento, eſt prima concluſio: Cauſa finalis matrimonii per ſe bona eſt. Ratio huius concluſionis eſt. Nã matrimonium per ſe ordinatum eſt ab ipſa na-

A tura ad procreationem prolis, eſt etiam ordinatum ad uitationem prolis, quæ omnia per ſe bona ſunt, ergo.

¶Secunda concluſio. Cauſa finalis per accidens poteſt eſſe mala: ſed non tollit cõtractum. Prima pars cõcluſionis probatur, Nam contrahẽtes poſſunt ordinare ipſum matrimonium ad malum finem, ergo per accidens cauſa finalis, eſt mala hoc.n. non conuenit per ſe ipſi matrimonio. Secunda verò pars conſtat. Nam hoc ꝙ ex matrimonio intenditur conſequitur ad matrimoniũ priora uerò non uariantur ex poſteriorib.

B ſed ècontra, ergo cauſa per accidens nõ tollit contractũ. Aduertit tamen Doctor Angelicus ꝙ cauſæ per accidens ſunt infinitæ: & ita infinitæ tales cauſæ poſſunt eſſe in matrimonio, quarum quedam ſunt honeſtæ, quædam inhoneſtæ.

¶In ſolutione ad tertiũ aſſerit Doctor ſanctus quod duplex eſt intentio eccleſiæ in traditione ſacramentorum. Altera eſt, qua intendit ſacramentum tradere, & hæc eſt de neceſſitate cuiuslibet ſacramenti. Ita ut ea non obſeruata, nihil in ſacramẽtis agatur. Alia eſt intẽtio eccleſiæ, qua intẽdit uti-

C litatem ex ſacramentis prouenientem: & hæc intentio eſt de bene eſſe ſacramenti, & non de eius neceſſitate quæ, licet non obſeruetur eſt nihilominus uerum ſacramentum, prætermittens tamen hanc intentionem peccat: ſicut ſi in baptiſmo non intenderetur ſanitas mentis, quam intendit eccleſiaſtica. Et ſimiliter ille, qui intendit matrimonium contrahere quamuis matrimonium non ordinet ad finem intentum ab eccleſia, uerum conficit matrimonium. Notandum etiam eſt quod D.Tho. non reſpondet ad quartum. Quia ſolutio ad quar-

D tum eſt quæ poſita eſt ad quintum, vnde ad quartum reſpondet ex doctrina poſita in ſolutione ad ſecundum. De hoc articulo Magiſter Sot. in 4. diſt. 30. quæſt. 1. articulo ſecundo.

CIrca iſtum articulum eſt primum dubium. Vtrum contractus matrimonialis propter malum finem ſit aliquando irritus, & nullus. Videtur quod peruerſitas finis reddat matrimonium nullum.

¶Primo arguitur ex D.Augu. cuius ſententia refertur 32. quæſt. 2. capit. aliquando. ubi ait. Quod qui contrahũt eo animo, 32. q. 2. ca. aliqñ.

ut

vt vel filios non ſuſcipiant, aut ſuſceptos enecent non habeant, cõnubium:& ſi fuerit animus ſolũ ex vna parte ille eſt adulter vxoris, ergo ſaltem quando finis eſt contra bona matrimonii, uitiat ipſum matrimonium,& reddit illud nullum.

¶ Secundo arguitur. Supponamus quòd aliquis intẽdat ita peruerſum finem, quod nõ quærat in matrimonio niſi libidinẽ, aut diuitias, non vxorem, tunc ſic arguitur. In iſto caſu nullum eſt matrimonium: tamen non ob aliam cauſam niſi propter peruerſitatem finis, ergo peruerſitas finis aliquando irritat matrimonium. Conſequentia eſt bona: minor eſt manifeſta: maior probatur. Contra ueritatem ſacramenti, imo etiã cõtra naturam contractus eſt quod aliquis ſolum quęrat libidinem vel diuitias in matrimonio, ergo nullum eſt matrimonium.

¶ Tertio arguitur ſi quis cõtrahat matrimonium cum intentione ſeparandi ſe aliquando ab ipſo matrimonio, vel cum intẽtione non ſeruãdi fidem, vel prolẽ uitandi, iſte talis nõ conficit verũ matrimonium,& ſolum propter peruerſitatem intentionis: ergo peruerſitas intentionis aliquãdo anullat matrimonium. Conſequentia eſt bona: minor eſt manifeſta: maior probatur. Talis intentio eſt contra ſubſtantiam matrimonii, vel contra bona illius, ergo deſtruit matrimonium.

¶ Prima concluſio. Si quis intendat vinculum coniugale, & habeat conſenſum in illud, quantumuis ſit peruerſitas circa fines per accidens ipſius matrimonii non irritatur matrimoniũ: ut ſi ordinet ipſum matrimonium: tanquã ad finem per accidens ad furandum, vel occidendum, uel ad quid ſimile. Itaque ſalua intentione ſubſtantiali, & eſſentiali neceſſaria ad matrimoniũ (quãuis ſit peruerſitas circa alios fines) ſtat matrimonium. Explicatur concluſio. Ad rationem matrimonii ſtando in lege naturæ, ſatis eſt intendere vinculum coniugale, q̃uis non ſit formalis intentio ad bona matrimonii: Sed ſatis eſt virtualis. In omnib. eñ cõtractibus,& actionibus, ſatis eſt formaliter velle illud, quo eſt de ſubſtantia, & in tali volitione virtualiter includitur finis, ad quẽ per ſe ordinatus eſt ille contractus: ſicut qui miſeretur pauperis, & vult dare eleemoſynã nihil aliudcogitans, virtualiter vult ſuſtinere vitã eius, & ordinat in Deũ

A Et quoniam in lege noua ſacramenti ratio inſeparabiliter coniũcta eſt contractui naturæ, ſufficit ſecundum aliquos ad ſuſcipiẽdum ſacramentum formalis uolũtas ineundi contractum. Hac igitur intentione ſalua, quãtumuis ſit aliàs peruerſa intentio circa fines per accidens ualidum eſt matrimoniũ. Eſt optimum ſimile Theologicum. Secundum probabilem ſententiam ſi quis habeat aſſenſũ huius myſterii, Deus eſt Trinus, & unus, propter primã ueritatem reuelantẽ, & ordinet hunc aſſenſum ad inanẽ gloriã; talis actus eſt fidei ſupernaturalis (nam habet finem intrinſecũ quãuis ordinetur ad

B finem extrinſecũ uitioſum) ita in ꝓpoſito ſi in matrimonio ſit ſubſtãtialis,& eſſentialis intentio ad uinculũ matrimoniale; quãuis ab operante ordinatur ad finem extrinſecum malum, uerũ efficitur matrimoniũ: Hæc cõcluſio ſic explicata eſt omnium doctorum, eam tenet D. Tho. in hoc articulo. Magiſter Sotus loco ſupra citato. D. Bonauentura, in 4. diſt. 30. Et eam tenent multi alii autores, qui citantur à Syluestro, uerbo, matrimonium. 4. quæſt. 3. & eam tenet ipſe Syluester ibi. ¶ Probatur hæc concluſio. Primò ex cap. ſolet. 32. quæſt. 2. ubi ex preſsè diffinitur noſtra concluſio, ergo tale matrimonium non eſt irritum. ca. ſolet. 32. q. 2.

C ¶ Secundo probatur concluſio. Nam in iſto caſu reperiuntur omnia ſubſtantialia, & eſſentialia ad rationẽ matrimonii ex parte ipſorum contrahentiũ, ergo nõ eſt irritum matrimoniũ. Cõſequentia eſt euidẽs; & antecedens probatur. Nam contrahẽtes habent ſubſtantialem,& eſſentialem intentionem neceſſariam ad rationem matrimonii ergo. Confirmatur argumentum ex ratione D. Tho. in hoc articulo. Nam per

D matrimonium,& ex matrimonio intendũt illum peruerſum finem, ergo prius ſupponitur ipſum matrimonium, ac ſubinde eſt ualidum.

¶ Tertiò probatur concluſio, Omnes alii contractus ſunt ualidi ſi in illis reperiatur intentio ſubſtantialis, & eſſentialis ad illum contractũ, quantumuis fines per accidẽs ſint peruerſi; ut patet in illo, qui emit rem, & uult acquirere dominium illius, & trãsferre dominium pecuniarum, hac peruerſa intentione ut poſſit alloqui cum muliere quæ rem uendit: ergo ſimiliter contractus matrimonialis erit ualidus, ſi adſiṭ

ſub-

A ſubſtantialis intentio, quamtumuis peruerſa ſit intentio circa alios fines.

¶Quartò probatur concluſio de matrimonio in ratione ſacramenti. Baptiſmus ſuſceptus peſſima intentione eſt ualidus, ſi baptizatus habeat intentionem ſuſcipiendi baptiſmum:& idem eſt de confirmatione, & ordine, ergo ſacramentum matrimonii erit ualidum,ſi habeat contrahens intentionem ineundi uinculum coniugale:quantũuis ſit aliàs peruerſa intentio circa alios fines; Antecedens eſt notum. Conſequentia uero probatur ex paritate rationis.

B ¶ Secunda cõcluſio, Vt dignè,& fructuoſè hoc ſacramentum ſuſcipiatur, neceſſaria eſt recta fides,& pia intẽtio ad bona matrimonii ſaltem virtualis. Hanc cõcluſionẽ docet expreſſe D. Tho. hic ad tertium argumentum. Et hoc docent omnes Theologi:& probatur concluſio.

¶Primò. Nam generale eſt ad omnia ſacramenta dignè tractanda, & ſuſcipienda utriſque illorum.& in hoc ſacramento maximè habet uerum, in quo cõtrahentes nõ ſolum ſuſcipiunt,uerum etiam conferũt ſacramentum ut ſuprà diximus, ergo.

C ¶ Secundò probatur concluſio. Quãuis omnia ſacramenta conferant gratiam ex ui operis operati (ut dicitur in 3. par. quæſt. 6., de ſacramẽtis in genere) tamen omnia ſacramenta exigunt diſpoſitionem ex parte ſubiecti, quòd ſuſcipit ſacramẽtum; hæc autẽ diſpoſitio eſt recta fides, & pia intẽtio ad bona matrimonii ſaltem virtualis,ergo.

¶Aduertendum tamen,ꝙ nõ eſt neceſſarium uelle plem ſuſcipere formaliter loquendo,& alia huiuſmodi,ſed ſatis eſt uelle illa bona uirtualiter,& intendere facere quod facit eccleſia,quòd etiam in aliis ſacramentis regulariter ſufficit, D

¶Quibus poſitis, reſpondetur ad argumenta facta in principio. ¶Ad primũ argumẽtũ reſpõdetur,ꝙ ille textus intelligi põt quando intentio eſt contra bona matrimonii, & deducitur pactum (vt dicemus in ſolutione ad tertium.) Et iſte textus ſupra explicatus eſt quæſt.47.ar.5:

¶Ad ſecundum argumentum D.Bonauentura in 4 diſt. 30.docet,quod ſi aliquis non quæreret niſi libidinem aut diuitias, non uxorem;non eſſet matrimonium, nec ſacramentum. Et pro hac ſententia refert etiam Sylueſt.Summam Angelicam.Nam hoc eſſet contra ſacramenti ueritatem. Sylueſter tamen loco ſupra citato,uerbo matrimonium.4.quæſt.3.dicit eſſe impoſſibilè,quòd aliquis quærat ſolam libidinem p matrimonium, uel ex matrimonio,nã cũ uelit ad libidinem,uel diuitias pertingere per matrimonium, neceſſarium eſt quòd quærat matrimonium, tanquam medium ordinatum à contrahente ad talem finem; & ita dicit cum D.Th.& aliis authoribus, quos ibi citat quod hoc non uitiat contractum.Sed quòd tenet matrimonium, nam contrahẽtes intendunt.Et hęc ſententia Sylueſtri mihi videtur vera,& certa.

¶Ad tertium argumentum. Circa hoc argumentũ dubiũ eſt de intentione ita peruerſa in matrimonio, ꝙ eſt cõtraria ipſi matrimonio,vel bonis matrimonii (dubiũ inquam eſt)an talis intẽtio vitiet matrimonium;ita vt matrimoniũ ſit nullum.In huius rei expoſitionem ſupponendum eſt tanquam certum,quod ſi contrahens intendit finem cõtrarium matrimonio,vel bonis illius,& illum finem in pactum deducit, contractus eſt nullus:vt ſi aliquis diceret, contraho tecum vt fruamur voluptate abſque generatione prolis,vel ſi contrahat dicẽdo, contrahit tecum cum intentione ſeparandi aliquando matrimonium, vel cum conſenſu ad tempus,vel cum aliis ſimilibus intentionibus in pactum deductis,nullum eſt matrimonium.Ita docet Palud.in 4.diſtin.29. quæſt.1.art.3. & Sylueſter uerbo matrimonium.5.quæſt.5 & adducit pro hac ſententia multos autores.Ratio huius eſt:Nã quãdo deducitur in pactum induit rationem conditionis contrariæ matrimonio, vt conſtat, ſed quãdo conditio eſt contraria matrimonio reddit nullum matrimonium, & diſſoluitur ipſum,ut ſupra dictum eſt quęſtione præcedenti.art.5.ergo Et idem dicẽdum eſt quando intentio eſt cõtra bona matrimonii, & deducitur in pactum:ut ſi intẽtio ſit non ſeruandi fidem, & uitandi prolem. De quibus omnibus vide Sylueſtrum loco citato,quęſt.6. Et ratio eſt.Nam vt diximus,talis intentio, quæ deducitur in pactum,induit rationem conditionis, cõditio vero contra bona matrimonii reddit nullũ matrimonium,ut iam dictum eſt in loco citato,ergo.

TOta autem difficultas eſt de intentione matrimonii, quę habet puram rationem

tionem intentionis, & nullo modo conditionis, quia non deducitur in pactum, ſed retinetur in corde. Et dubiũ eſt. An talis intentio ſi ſit ita peruerſa, quod eſt contraria matrimonio, vel bonis matrimonii, irritet & annullet ipſum matrimonium, vt in exẽplis ſupra poſitis in fundamento præcedenti. Et videtur quod talis intentio nõ irritet matrimonium.

¶ Primo arguitur. Nam ut ſupra dictum eſt, cauſa matrimonii proxima & immediata eſt conſenſus ſignis ſenſibilibus expreſſus taliter quod nec ſigna ſine cõſenſu operantur, nec conſenſus ſine ſignis, ergo quæcunque conditio, uel intẽtio retenta in corde, quæ non annectitur ſignis ſenſibilibus (quantumuis contraria ſit matrimonio, vel bonis matrimonii) nihil operatur; ac ſubinde non annullat matrimonium.

¶ Secundo arguitur. Si quis conſentit in matrimonium hac ſola ratione, & intentione, vt poſſit abuti vxore non naturaliter, vel ut poſſit habere rem cũ ancilla vxoris, iſte talis habet intentionẽ contrariam ſubſtantiæ matrimonii, vel bonis matrimonij (vt conſtat) tamen contractus eſt validus, ergo intentio contraria ſubſtãtiæ matrimonij vel bonis illius nõ vitiat matrimonium, taliter quòd reddat nullum. Minor probatur. Nam ſtante tali intentione peſſima, poteſt ſaluari conſenſus in veram copulam cõiugalem, vt videtur, ergo ſtante illa conditione poteſt eſſe verum matrimonium.

¶ Tertio arguitur. Baptimus ſuſceptus peſſima intẽtione, imo contraria ipſi baptiſmo validus eſt, (vt ſi quis baptizaretur, vt melius poſſet ſeminare hæreſes) & idẽ eſt de ſacramento confirmationis & ordinis, ergo ſimiliter matrimonium contractum peſſima intentione & contraria ſubſtantiæ, & bonis matrimonij non annullat ipſum matrimonium.

¶ In oppoſitum eſt. Primo: Nã vt dictũ eſt in illo tertio argumento, talis intentio eſt contra ſubſtantiam matrimonii, vel ſaltem eſt contraria bonis illius, ergo talis intentio omnino deſtruit matrimonium.

¶ Secundò arguitur. Ad rationem matrimonii requiritur legitimus conſenſus in copulam coniugalem, vt per ſe eſt manifeſtum, ſed cum tali intentione contraria ſubſtantię matrimonii, vel bonis illius nõ ſtat legitimus conſenſus in copulam coniugalẽ

A ergo non eſt matrimonium. Conſequentia eſt bona. Minor probatur. Nam conſenſus eſt actus voluntatis, & ſimiliter intentio. Tunc ſic: Per intentionem vult aliquid contrarium ipſi matrimonio, ergo per conſenſum non vult ipſum matrimonium. Probatur conſequentia. Nam impoſſibile eſt ſimul velle efficaciter duo contraria.

¶ Tertiò arguitur, & confirmatur argumentum præcedens. Matrimonium ipſum non ſtat cum aliquo ſibi contrario (vt conſtat) nec cum aliquo contrario bonis illius, ergo nec conſenſus legitimus in

B matrimonium ſtat cum intentione contraria ipſi matrimonio, vel bonis matrimonii.

¶ In hac difficultate & propter hæc argumenta ſunt variæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſententia eſt, quòd intentio peruerſa & contraria ſubſtantiæ matrimonii, vel bonis illius, ſi non deducatur in pactũ: ſed retineatur in corde, non irritat matrimonium: vt ſi quis contrahat cum intentione aliquando ſe ſeparandi; ſeu cum conſenſu ad tempus, vel cum intentione non ſeruandi fidem, & euitandi prolem. Hanc ſententiam tenet Innocentius, & Panormita-

C nus vt refert Sylueſter verbo matrimoniũ 4. q. 5. & ipſe Sylueſter in eodem verbo q. 6. in dicto 3. expreſsè tenet iſtam ſententiam dicens. Ego autem dico, quòd ſecundum Sanctum Thomam omnis conditio, quæ eſt non ſolum contra ſubſtantiam, ſed etiam contra bona matrimonii illud vitiat, ſi deducatur in pactum ſic quòd exprimatur ab vtroque contrahentium. Quia dicta bona ſunt de ratione matrimonii ſecundum eum. Si verò non deducatur in pactũ, ſic ꝙ exprimatur ab vtroque contrahentium, etiam ſi teneatur in mentẽ non vitiat

D matrimonium. Et hanc dicit eſſe communem ſententiam Canoniſtarum, & mouetur primo argumento poſito primo loco. Verũ eſt, ꝙ ipſe dicit, quòd in hoc caſu ſtat matrimonium, modo ſit intentio cõtrahendi expreſſa. Et hanc ſententiam tenent aliqui Theologi.

¶ Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quòd matrimoniũ in hoc caſu nullo modo eſt validum, & quod talis intentio irritat matrimonium. Hanc ſententiam tenet Paluda. diſtinctio. 29. quæſt. 2. artic. 3. & Panor. vt citat Sylueſter in loco ſupra citato. Idem tenet ſumma Angelica, vt citat

idem autor ex Richardo in 4. diſt. 31. & idem tenent alij ibidem citati. A

¶Prima concluſio. Si intentio ſit ita per uerſa contra ſubſtantiam, vel circa ſubſtan tiam matrimonii, vel circa eius bona, vel contra, vt tollat conſenſum neceſſarium ad matrimonium, irritat omnino matrimonium. In hac concluſione omnes debent cõ uenire. Et ratio eſt aperta. Nam ad hoc ꝙ ſit validum matrimoniũ neceſſarius eſt cer tus cõſenſus, vt iam ſupra dictum eſt, ergo ſi cũ tali intentione peruerſa non ſtat talis conſenſus neceſſarius, non erit matrimonium. Sed explicandum eſt in particulari, B quando intentio peruerſa excludat conſen ſum nec. ſſarium ad matrimonium.

¶Ad cuius explicationem aduertendum eſt, quod conſenſus neceſſarius ad matrimoniũ eſt ſine quo non ſtat matrimoniũ, conſenſus in copulam coniugalem, & in uinculum matrimoniale; & etiam in tria bona matrimonij ſaltẽ implicite, & virtualiter, vt iam dictum eſt. Vnde ſi intentio eſ ſet ita peruerſa ꝙ cum illa non ſtaret talis conſenſus, talis intentio irritaret matrimonium v. g. Si quis contraheret, & haberet intentionem non transferendi dominium C ſui corporis vel poteſtatem, vel ſi intenderet vinculum matrimonii e ad tempus, & non perpetuum: vel intenderet non ſe obli gare ad copulam carnalem: talis intentio tollit conſenſum neceſſarium ad matrimonium (vt conſtat) & ita reddit nullum matrimonium, ẽt ſi illa intentio non deducatur in pactum. Hanc concluſionem concedimus autoribus ſecundæ ſententiæ.

¶Secunda concluſio. Quantumuis intẽtio ſit peruerſa circa ſubſtantiam, vel bona matrimonii, uel contra ſubſtantiam uel bo na matrimonii ſi non tollit conſenſum ne- D ceſſarium ad matrimonium, ſed ſtãt ſimul validum eſt matrimonium. Hanc concluſionem concedimus autoribus primæ ſententiæ. Et ratio pro hac concluſione eſt ma nifeſta Nam in prædicto caſu eſt conſenſus neceſſarius ad matrimonium, ergo validũ eſt matrimonium: Supponimus enim, ꝙ adſunt omnia alia neceſſaria, & quòd ſi ali quid deeſſet, eſſet conſenſus neceſſarius. Sed explicandum eſt in particulari, quomodo poſſit eſſe conſenſus neceſſarius ad matrimonium cum tali intentione ita peruer ſa, & contraria.

¶Ad huius expoſitionem aduertendum eſt, quòd poteſt aliquis habere conſenſum neceſſarium ad matrimonium: nam reuera conſentit in copulam coniugalem, & in vinculum illud ẽt perpetuum, & in tria bo na matrimonii, & uult tradere poteſtatem ſui corporis, & obligare ſe ad copulam carnalem: nihilominus tamen poteſt habere peruerſam intentionem circa matrimonii ſubſtantiam, uel contra matrimonii ſubſtã tiam, & circa bona matrimonii vel contra bona illius. Quoniã intendit non ſeruare illud ad quod voluit ſe obligare: intendit. n. ſe ſeparare à matrimonio. Item habet intẽ tionem non ſeruandi fidem, & non redden di debitum, & euitandi prolem. Eſt optimũ ſimile in illo, qui reuera uoluit profiteri re ligionẽ, & habuit animum ſe obligandi ad omnia, quæ ſpectant ad religionem: cæterum habuit peruerſam intẽtionem nõ ſeruandi illud, quod promittit. Hæc intentio eſt contra religionem, nihilominus nõ irri tat ipſam profeſſionem. Nõ diſſimiliter in noſtro propoſito intentio illa eſt cõtra bo na matrimonii, & contra ipſum matrimonium: non tamen deſtruit matrimonium. Quibus poſitis reſpondetur ad argumenta poſita pro utraque parte. nam quædã militant contra primam cõcluſionem, alia vero contra ſecundam.

AD argumẽta poſita primo loco qua tenus procedunt contra primã con cluſionem reſpondetur. Ad primũ argumentum, quo conuincitur Syluester, dicendum eſt, quòd ſi in ſolo cõſenſu inter no ſit defectus, etiamſi non exprimatur in ſigno externo, uitiat matrimoniũ, ſi ſit defectus eſſentialis: nam ſignum externũ non habet aliquam vim ad trãsferendum dominium, niſi inquantum eſt expreſſiuum con ſenſus interni. In propoſito uero illa inten tio in corde retenta efficit, quod cõſenſus non ſit ſufficiens: & ita reddit matrimoniũ nullum. Itaque intentio etiam in corde re tenta aliquando aliquid operatur, ſcilicet, quando deſtruit cõſenſum neceſſarium ad matrimonium. Idem dicendum eſt de con ditione in corde retenta, quidquid dicat Syluester.

¶Ad ſecundum argumentum reſponde tur, ꝙ ſi reuera ſaluetur conſenſus neceſſa rius ad matrimonium cum tali intentione, ut ſaluari poteſt in caſu poſito in illo ar gumento,

gumento, reuera ſtat matrimonium, ſi uero talis intentio deſtruat cōſenſum neceſſarium, deſtruitur etiam matrimonium.

¶Ad tertium argumentum reſpōndetur idem, quòd ſi cum tali peſſima intentione ſuſcipiendi baptiſmum ſaluatur voluntas ſuſcipiendi illud, quæ eſt neceſſaria ad hoc, quòd baptiſmus ſit ualidus (ut ſaluatur in caſu poſito in illo argumento) ualidus eſt baptiſmus, aliàs minimè; Idem dicendum eſt de matrimonio.

¶Ad argumenta facta ſecundo loco quę militant contra ſecundam cōcluſionem reſpondetur. Ad primum dicēdum eſt, quod B intentio contraria ſubſtātiæ matrimonii, uel bonis illius, nō deſtruit matrimonium. niſi deſtruat neceſſarium cōſenſum ad matrimonium. Item aduertendum eſt, quod ut diximus in ſecunda concluſione, illa intētio dicitur contraria ſubſtantiæ matrimonii, uel bonis illius, quoniam contrariatur obligationibus, quæ oriuntur ex matrimonio ipſo.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur ex dictis in ſecunda concluſione, ꝙ cū tali intentione contraria ſubſtantiæ matrimonii, vel bonis illius ſtat aliquando legitimus conſenſus in matrimonium.

¶Ad tertium argumētum, vt cōſummate, & perfecte omnia explicemus, dicendū eſt, quod antecedens eſt verum & negatur conſequentia. Ratio eſt: Nam, vt explicatū eſt, illa intentio non eſt contraria conſenſui neceſſario ad matrimonium; ſiquidem illa intentio ſtat ſimul cum conſenſu neceſſario ad matrimonium.

¶Eſt ſecundum dubium. An cōtractus matrimonii propter malum finem ſit aliquando peccatum, & quondam peccatum ſit. ¶Prima concluſio. Si quis principaliter D intendit aliquem finem impertinētem matrimonio, ſed ſaluo recto ordine, & uſu nō peccaret mortaliter, ſed ſolum venialiter v. g. Si quis principaliter contraheret propter delectationem aut diuitias. Hæc concluſio uidetur colligi aperte ex D. Aug. de bono coniugali. c. 10. Et quidem quòd ſit peccatum, conſtat. Nam peruerſitas eſt rem à proprio fine detrahere, aut quod minus principale eſt alteri præponere, ergo eſt peccatum. Quod uerò non ſit peccatū mortale probatur. Nam ſtante iſta prauitate ſeruatur ſubſtantia, & rectus ordo ad

A finem principalem, ergo non eſt peccatum mortale.

¶Secunda cōcluſio. Si quis applicatur ad contrahendū propter aliquod humanum, ſcilicet, propter diuitias vel pulchritudinē: taliter quod finis ille externus ſolum ſit motiuum ad applicandum intētionem, forte non peccat, ſicut accidit Iacob, qui propter Rachelis pulchritudinem potius cum illa contraxit quam cum ſorore eius. Ratio eſt: Nam ſtante illo motiuo ſtat finis debitus, ergo nullum eſt peccatum contrahere propter illud motiuū. Cōfirmatur argumētum. Nam ſi ſacerdos aliàs non celebraturus propter aduentum amici applicat ſe ad celebrandum, non peccat, ſimiliter canonicus uadens ad horas canonicas allectus diſtributione, nō peccat. Et denique ſi aliquis audiret concionem propter preces amici ſeruato debito fine, non committit aliquod peccatum, ergo nec ille qui contrahit propter aliquod motiuum humanum, ut iam diximus.

¶Tertia cōcluſio. Quādo finis peruerſus eſt mortaliter, cōtrahēs peccat mortaliter, ut ſi quis cōtraheret ut liberior eſſet ad ſeminādas hæreſes. Et hæc cōcluſio dēt intelligi ad illū modum, quod in illo caſu eſt duplex peccatū, & ſacrilegium: alterum quo indignè recipit ſacramentum, alterum quo abutitur re ſacra, ordinando illam in tam peruerſum finem. Et ratio pro hac concluſione eſt manifeſta ex dictis.

¶Quarta cōcluſio. Contrahere matrimonium propter aliquid contrarium ipſi matrimonio, vel fines illius excludendo, eſt peccatum mortale. Hæc concluſio probatur. 32. quæſt. 2. cap. ſolet. & cap. aliquando. 32. q̄ſt.
ubi talia matrimonia appellātur ſtupra, & 2. ca. ſo-
& non matrimonia. Et ratione conſtat hęc let. & c.
concluſio nam ſacrilegium eſt non uti ſa- aliquan-
cramētis ad finem ſtatutum, qui autē appo do.
nit finem contrarium matrimonio, abutitū ſacramento, ergo peccatum erit mortale. De his omnibus plura dicentur in quæſtione ſequenti, interim vide Gaietan. optimè loquētem in Summa, uerbo matrimoniū, & in quibuſdam quęſtionibus de ſacramento matrimonii, quæſ. 3. uide etiā Syluestrum uerbo matrimonium. 5. quæſt. 4. vbi optimè loquitur.

QVAESTIO XLIX.

De bonis matrimonii.

CONſequenter conſiderandũ eſt de bonis matrimonii. Circa quod quæruntur ſex. Primò, utrum debeant haberi aliqua bona ad excuſandum matrimonium. Secundo, utrum ſufficienter aſſignentur. Tertio, utrum bonum ſacramenti ſit principalius inter alia bona. Quartò, vtrum actus matrimonii per prædicta bona à peccato excuſetur. Quintò, utrum ſine eis aliquando à peccato excuſari poſſit. Sextò, utrum quando eſt ſine eis ſit ſemper peccatum mortale.

DE hac quæſtione diſputant Doctores ſcholaſtici cum Magiſtro in 4. diſt. 31. in principio diſtinctionis.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrũ haberi debeãt aliqua bona ad excuſandum matrimonium.

Tho. 4. diſt. 31. quæſt. 1. & 2. art. 1. & ſequent.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd matrimonium non debeat habere aliqua bona quibus excuſetur. Sicut enim conſeruatio indiuidui, quæ ſit per ea, quæ ad nutritiuam pertinent, eſt de intentione naturæ, ita conſeruatio ſpeciei quæ fit per matrimonium, & multo magis quanto melius & dignius eſt bonum ſpeciei quam bonum vnius indiuidui: ſed ad actum nutritiuæ excuſandum non indiget q̃s aliquibus, ergo

A nec ẽt ad excuſandum matrimonium.

¶ 2 Præterea. Secundum Philoſophũ in 8. Ethic. Amicitia quæ eſt inter virum & vxorem eſt naturalis, & claudit in ſe honeſtum, vtile, & delectabile: ſed illud quod de ſe eſt honeſtum nõ indiget aliqua excuſatione, ergo nec matrimonio deberent attribui aliqua excuſantia. — Aug. de nuptiis & concup. c. 11.

¶ 3 Præterea. Matrimonium eſt inſtitutum in remedium et in officium ut dicitur diſtinct. 26. quæſt. 2. arti. 1. ad 2.
B ſed ſecundum quòd eſt in officium non indiget excuſatione: quia ſic etiam in paradiſo excuſatione indiguiſſet, quod falſum eſt, ibi enim fuiſſent honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus: vt Aug. dicit. Similiter nec ſecundum quod eſt in remedium ſicut nec alia ſacramenta, quæ in remedium peccati ſunt inſtituta: ergo matrimonium huiuſmodi excuſantia habere non debet. — Super Geneſ. ad literam lib. 9. ca. 3.

¶ 4 Præterea. Ad omnia quæ honeſte fieri poſſunt uirtutes dirigunt: ſi ergo
C matrimonium aliquibus bonis poteſt honeſtari, non indiget aliis honeſtatibus, quam animi virtutibus, & ſic non debent matrimonio aliqua bona aſſignari quibus honeſtetur: ſicut nec aliis in quibus virtutes dirigunt.

SED contra. Vbicumque eſt indulgentia ibi eſt neceſſaria aliqua excuſationis ratio: ſed matrimonium conceditur in ſtatu infirmitatis ſecundũ indulgentiam, vt patet 1. Corint. 7. Ergo indiget per aliqua bona excuſari.

D ¶ Præterea. Concubitus fornicarius & matrimonialis ſunt eiuſdem ſpeciei quantum ad ſpeciem naturæ: ſed concubitus fornicarius de ſe eſt turpis, ergo ad hoc quòd matrimonialis non ſit turpis, oportet ei aliquid addi quod ad honeſtatem eius pertineat, & in aliam ſpeciem moris trahat.

RESPONDEO dicendum. Quòd nullus ſapiens debet iacturam aliquam ſuſtinere niſi pro aliqua recõpenſatione alicuius æqualis uel melioris boni: unde electio alicuius, ꝙ aliquã ia-

iacturam habet annexam, indiget alicuius boni adiunctione, per cuius recōpenſationem ordinetur, & honeſtetur: In coniunctione autem viri & mulieris rationis iactura accidit, tum quia propter vehementiam delectationis abſorbetur ratio, vt non poſſit aliquid intelligere in ipſa, ut Philoſophus dicit, tum etiam propter tribulationem carnis, quam oportet tales ſuſtinere ex ſolicitudine temporalium, vt patet 1. Cor. 7. & ideo talis coniunctionis electio non poteſt eſſe ordinata niſi per recompenſationem aliquorum, ex quibus dicta coniunctio honeſtetur: & hæc ſunt bona, quæ matrimonium excuſant, & honeſtum reddunt.

AD primum ergo dicendum. Quòd in actu comeſtionis non eſt tā uehemens delectatio rationem abſorbens, ſicut eſt in prædicta delectatione: tum quia uis generatiua per quam originale traducitur eſt infecta & corrupta, nutritiua autem per quam non traducitur, eſt corrupta & non infecta, tum etiam quia defectum indiuidui quilibet magis ſentit in ſeipſo quam defectum ſpeciei: vnde ad excitandum ad comeſtionem ſecundum quam defectui indiuidui ſubuenitur ſufficit ſenſus ipſius defectus: ſed ad excitandum ad actum quo defectui ſpeciei ſubuenitur, diuina prouidētia delectationem appoſuit in illo actu, quæ etiam animalia bruta mouet, in quibus non eſt ſimile.

AD ſecundum dicendum. Quòd iſta bona quæ matrimonium honeſtāt, ſunt de ratione matrimonij: & ideo non indiget eis quaſi exterioribus quibuſdam ad honeſtandum ſed quaſi cauſantibus in ipſo honeſtatem, quæ ei ſecundum ſe competit.

AD tertium dicendum. Quod matrimonium ex hoc ipſo quod eſt in officium vel in remedium, habet rationē vtilis & honeſti: ſed utrumque horum ei competit, ex hoc quod huiuſmodi bona habet, quibus fit & officium, & remedium concupiſcentiæ adhibens.

AD quartum dicendum. Quòd aliquis actus uirtutis honeſtatur uirtute quaſi principio elicitiuo, & circunſtantijs quaſi formalibus principijs ipſius: hoc autem modo ſe habent bona ad matrimonium, ſicut circunſtantiæ ad actus uirtutis, ex quibus habet quod uirtutis actus eſſe poſſit.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio eſt affirmatiua. Et ratio huius concluſionis eſt. Nā in vſu matrimoniali abſorbetur vſus rōnis propter vehementem delectationem. Itaq; matrimonium annexam habet aliquam iacturam, ergo haberi debent aliqua bona ad matrimonium excuſandum.

¶Secunda concluſio ad ſecūdum. Bona quæ honeſtant ipſum matrimonium ſunt intrinſece in ipſo matrimonio. Vide D. Th. ibi optimè loquentem, & etiam eſt uidendus in ſolutione ad primum.

CIrca modum loquendi D. Thomæ in hoc articulo eſt dubium, vtrum ſit bonus, videtur enim quod non. ¶Primò arguitur. Nam moralium operationum ſunt tria genera, quædā enim operationes ſunt quæ per ſe ſunt bonę, quædam quæ intrinſecam habent malitiam, aliæ uero ſunt indifferentes ex natura ſua. Tunc eſt argumentum. Vel matrimonium eſt intrinſece bonum, vel intrinſece malum, vel indifferens, ſi eſt intrinſece bonum, non magis indiget excuſatione, quam eleemoſyna, vel oratio, ſi autem eſt intrinſece malum, nulla ſufficit excuſatio, vt ſit bonum, ut in 2. diſt. 40. diffinitur, ſi eſt indifferens, etiam non indiget excuſatione, aliàs enim omnia indifferentia indigerent excuſatione, ut ambulare & loqui, quod tamen eſt falſum: nā non eſt in vſu Doctorum apponere talem excuſationem, ergo male dicitur ꝙ matrimonium excuſatur.

¶Secundò arguitur. Matrimoniū ipſum intrinſecè eſt bonum, & ſanctum, vt ſupra diffinitum eſt, ſiquidem natura ipſa inclinat ad illud, ergo matrimonium non indiget excuſatione. Probatur conſequentia: Nam illud quod eſt intrinſecè bonum, non indiget excuſatione, ſicut non indiget excu

ſatione actus dilectionis Dei, vel actus miſericordiæ.

¶Tertio arguitur. Matrimonium in ſtatu innocentiæ non indigebat excuſatione, vt per ſe eſt manifeſtum, ergo nec modo indiget excuſatione: quia eadem eſt ratio, ac ſubinde modus ille loquendi non eſt bonus.

¶In hoc dubio Scotus in 4. diſtinctione 31. quæſtione prima. impugnat iſtum modum loquendi D. Tho. & mouetur aliquibus argumentis factis.

¶Nihilominus tamẽ ſit concluſio in hac difficultate. Modus iſte loquẽdi D. Th. eſt optimus. Hanc ſententiam tenent communiter Doctores cum Magiſtro in allegata diſtinctione, qui quidem vtuntur iſto modo loquendi, & habet fundamentum in D. Aug. 9. lib. ſuper Geneſim ca. 7. & etiam in alijs autoribus; & ita Scotus non debuit ita faciliter fugere à communi modo loquendi doctorum. Et vt iſtum modum loquendi explicemus aliqua aduertenda ſunt.

¶Primò. Aduertendum eſt, quòd in matrimonio ſunt manifeſta quædam detrimẽta, non ſolum parui momenti, ſed quæ ſecundum rationem non videntur facienda niſi propter aliquod eximium bonum, illa autem detrimenta nõ ſunt mala culpæ, ſed pœnæ. Iſta autem detrimenta ſunt tria. Primo enim in ipſo matrimonio eſt perpetua ſeruitus libertati contraria, quam omnes ſecundum rectam rationẽ naturaliter appetunt, ſecundum illud Pauli 1. Cor. 7. alligatus es vxori, &c. & potiſſime videtur indecorum ex parte viri, qui perfectior eſt, & nobilior. Secundo in ipſo vſu matrimoniali eſt tanta voluptatis exuberãtia quòd abſorbetur in illo ratio. Et ita dicit Augu. lib. 14. de ciuitate capite 15. vt ea voluptas ſequatur, qua maior in corporis uoluptatibus nulla eſt, ita vt momento ipſo, tempore, quo ad eius peruenitur extremum pœnæ omnis acies, & quaſi vigilia cogitationis obruatur. Tertio eſt ſolicitudo placẽdi vxori, alendi familiam, quam Apoſtolus vocat diuiſionem mẽtis in loco ſupra citato. Et hac ratione in ipſo matrimonio ſũt multæ anguſtiæ, vt docet D. Baſilius homilia quarta, de virginitate. Et ex his omnibus colligitur quod ſtatus matrimonialis eſt ſtatus imperfectorũ. Et propter iſta detrimenta multi hæretici a principio dixerunt, ꝙ matrimonium, & actus matrimonialis habẽt rationem mali, & peccati (vt videre eſt in Alphonſo de Caſtro lib. de hæreſib. verbo nuptiæ. hære. prima.) & contra iſtos hæreticos dictum eſt in principio huius materiæ. Igitur Sãcti patres & Doctores Scholaſtici excogitauerũt aliqua bona in ipſo matrimonio, quæ in articulo ſequenti declarabũtur, vt propter illa bona excuſaretur matrimonium. Nam vt dicit D. Tho. in corpore, nullus ſapiens debet iacturam, & detrimentum ſuſtinere, niſi pro aliqua recõpenſatione alicuius æqualis, vel melioris boni. Iactura igitur, quæ eſt in matrimonio compenſatur maximis bonis quæ ſunt in illo.

1. Cor. 7

¶Secundò. Aduertẽdum eſt, quòd vt dicit D. Tho. ad ſecundum, iſta bona quæ matrimonium honeſtant & excuſant, ſunt de ratione matrimonij, & non ſunt extrinſeca ipſi; & ita non indiget eis quaſi quibuſdam extrinſecis ad honeſtandum, ſed quaſi cauſantibus in ipſo honeſtatem, & ita matrimonium intrinſece eſt bonum. Itaque matrimoniũ non eſt indifferens de ſe, & ſonãs in malum, ꝙ indiget honeſtari aliquo extrinſeco: ſicut occiſio hominis, vel occiſio innocentis, quæ ab extrinſeco honeſtatur, & ita per ſe non eſt bona.

¶Quibus poſitis, reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio. Vnde matrimonium dicitur excuſari, non quidem ab extrinſeco ex parte ipſius operantis ſicut excuſatur actus malus ex natura ſua, qui fit per ignorantiam inuincibilem operantis; Sed excuſari dicitur ex parte obiecti, & de ſe. Quia ex parte operantis & de ſe reſpicit tale obiectum cum omnibus illis bonis recompenſantibus detrimenta ipſius matrimonii.

¶Ad primum argumentũ. Aliqui Theologi reſpondent, quòd in moralibus præter illa tria genera operum eſt aliud genus operum, quod ſi nude aſpiciãtur, præſeferunt quandam turpitudinem, vt occiſio hominis, vel occiſio innocẽtis, & hæc indigẽt excuſatione: & ita dicunt, ꝙ matrimoniũ nudè conſideratum turpe quoddam videtur propter incommoda adiuncta, veruntamen ſi conſideretur veſtitum intrinſeco fine, & bonis conſequentibus, per ſe honeſtum eſt. Hęc ſolutio non videtur mihi vera. Nam ea quæ ſonant in malũ, & præſeferunt turpitudinem ſunt indifferentia, & niſi habeãt

cir-

circunſtantias debitas habent rationem ma li culpæ, & habent rationem boni ratione extrinſecę circunſtantiæ; matrimonium ve rò nō eſt aliquid indifferens, nec habet rōnem mali culpæ, nec eius bonitas eſt ei aduentitia. Vnde ad argumentum dicendum eſt iuxta iam dicta, quòd matrimonium habet quædam detrimēta adiuncta, quæ ſunt mala pœnæ, nō culpæ. Et ita, vt matrimonium eligatur ſecūdum rectam rationem, indiget excuſari aliquibus bonis, vt recompenſentur illa detrimenta.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd matrimonium ſine dubio aliquo eſt bonum morale. Nihilominus tamē habet aliqua detrimēta annexa, ut iam dictū eſt; & ita indiget aliquibus bonis, ut honeſtēt. Illa verò bona ſunt illi intrinſeca. Nec eſt eadem ratio de amore Dei, uel de actu miſericordiæ, nā huiuſmodi actus nullū detrimētum habent adiunctum, imo maxime perficiunt naturam ipſam, & eleuant illam ſupra ſeipſam; matrimonium uerò quodā modo deijcit hominem.

¶Ad tertium argumentum reſpondetur quòd matrimoniū in ſtatu innocentiæ nō indigebat excuſatione, quia in illo ſtatu nulla erant detrimenta. Eadem ratio eſt de matrimonio B. Virginis, in quo nulla fuerunt detrimenta. Verum eſt quod in ſtatu innocentiæ eſſent illa bona, quæ excuſant matrimonium, cum ſint illi intrinſeca (ut diximus) non tamen dicerētur excuſare matrimonium, quia in illo ſtatu non eſſent detrimenta. In matrimonio verò B Virginis fuerunt etiam illa bona, & dicuntur excuſare matrimonium, quia quamuis in tali matrimonio non fuerunt detrimenta, illud erat ueluti per accidens, cum illud matrimoniū eſſet eiuſdem rationis cum aliis. Hæc oïa amplius declarabunt in articulo ſequenti.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm bona matrimonii ſufficienter aſsignentur.

4. cōt. gētes. c. 78 AD SECVNDVM ſic proceditur. *Videtur quod inſufficienter bona matrimonÿ aſſignentur à Magiſtro Sententiarum,*

A *ſcilicet fides, proles, & ſacramentum. Quia matrimonium non ſolum fit in hominibus ad prolem procreandam, & nutriendam, ſed ad conſortium communis vitæ, propter operum communicationem: vt dicitur in 8. Ethi. ergo ſicut ponitur proles bonum matrimonÿ, ita debet poni communicatio operis.*

¶ 2 Præterea. Coniunctio Chriſti ad eccleſiam, quam matrimonium ſignificat perficitur per charitatem: ergo inter bona matrimonÿ magis debet poni charitas, quam fides.

B *¶ 3 Præt. In matrimonio ſicut exigitur quòd neuter coniugū ad alterius torum accedat, ita exigitur quòd vnus alteri debitum reddat: ſed primū pertinet ad fidem: vt Magiſter dicit, ergo deberet etiam iuſtitia propter redditionem debiti inter bona matrimonÿ computari.*

¶ 4 Præterea. Sicut in matrimonio inquantum ſignificat coniunctionem C *Chriſti, & eccleſiæ requiritur indiſſolubilitas, ita & unitas, ut ſit una vnius: ſed ſacramentum quod inter tria bona matrimonÿ computatur pertinet ad indiuiſionem: ergo deberet eſſe aliquid aliud quod pertineret ad unitatem.*

SED contra. Videtur quòd ſuperfluant: quia unica uirtus ſufficit ad unum actum honeſtādum: ſed fides eſt una uirtus: ergo non oportuit alia duo addere ad honeſtandum matrimoniū.

*¶Præterea. Nō ex eodem aliquid ac*D *cipit rationem vtilis & honeſti, cum vtile & honeſtum ex oppoſito bonum diuidant: ſed ex prole matrimonium accipit rationem vtilis: ergo proles nō debet computari inter bona quibus matrimonium honeſtatur.*

¶ Præterea. Nihil debet poni, vt proprietas vel conditio ſui ipſius: ſed hæc bona ponuntur ut quædam conditiones matrimonÿ, ergo cùm matrimonium ſit ſacramentum non debet poni ſacramentum inter bona matrimonÿ,

 Reſpondeo

RESPONDEO dicendum, quòd matrimoniū eſt in officium naturæ, & eſt ſacramentum eccleſiæ, inquantum ergo eſt in officium naturæ duobus ordinatur, ſicut, & quilibet alius uirtutis actus, quorum unum exigitur ex parte ipſius agentis, & hæc eſt intentio finis debiti,& ſic ponitur bonum matrimonij proles: aliud exigitur ex parte ipſius actus qui eſt bonus in genere, ex hoc quod cadit ſupra debitam materiam, & ſic eſt fides, per quam homo ad ſuam accedit, & non ad aliam, & ulterius habet aliquam bonitatem inquantum eſt ſacramentum, & hoc ſignificatur ipſo nomine ſacramenti. A B

AD primum ergo dicendum. Quòd in prole non ſolum intelligitur procreatio prolis: ſed etiam educatio ipſius, ad finem ordinatur tota communicatio operum, quæ eſt inter virum, & uxorem, inquantum ſunt matrimonio coniuncti: quia patres naturaliter theſaurizant filijs, vt patet 2. Corinthiorum 2. & ſic in prole quaſi in principali fine alius quaſi ſecundarius includitur. C

AD ſecundum dicendum. Quòd fides non accipitur hic, prout eſt virtus Theologica, ſed prout eſt pars iuſtitiæ, ſecundum quod fides dicitur ex hoc quòd fiant dicta in conſeruatione promiſſorum: quia in matrimonio cum ſit quidam contractus eſt quædam promiſſio per quam talis uir tali mulieri determinatur.

AD tertium dicendum. Quòd ſicut in promiſſione matrimonij continetur, vt neuter ad alium thorum accedat, ita etiam quod ubi inuicem debitum reddant. Et hoc etiam eſt principalius, cum ſequatur ex ipſa mutua poteſtate inuicem data: & ideò utraque ad fidem pertinet. Sed in litera ponitur quod eſt minus manifeſtū. D

AD quartum dicendum. Quod in ſacramento non ſolum intelligenda eſt indiuiſio: ſed omnia illa quæ conſequuntur matrimonium ex hoc quòd eſt ſignum coniunctionis Chriſti, & eccleſiæ. Vel dicendum, quod unitas quam obiectio tangit, pertinet ad fidem, ſicut, & indiuiſio ad ſacramentum. A

AD quintum dicendum. Quod fides non accipitur hic ꝓ aliqua virtute, ſed pro quadā cōditione uirtutis ex qua fides nominatur, q̄ ponit pars iuſtitiæ.

AD ſextum dicendum. Quod ſicut debitus vſus boni utilis accipit ratione honeſti, non quidem ex utili, ſed ex ratione quæ rectum vſum facit, ita etiam ordinatio ad aliquod bonum utile poteſt facere bonitatem honeſtatis ex vi rationis debitam ordinationem facientis: & hoc modo matrimonium ex hoc quod ordinatur ad prolem utile eſt, & nihilominus honeſtum inquantum debitè ordinatur. B

AD ſeptimum dicendum. Quod ſicut Magiſter dicit 31. diſtinctione. 4. Sententiarum, ſacramentum non dicitur hic ipſum matrimonium ſed inſeparabilitas eius, quæ eiuſdem eſt rei ſignū cuius, & matrimonium. Vel dicendū. Quod quamuis matrimonium ſit ſacramentum, tamen aliud eſt matrimonio, eſſe matrimonium, & aliud eſt ei eſſe ſacramentum: quia non ſolum ad hoc eſt inſtitutum ut ſit in ſignum rei ſed & vt ſit in officium naturæ. Et ideo ratio ſacramenti eſt quædam conditio adueniens matrimonio ſecundum ſe conſiderato, ex quo honeſtatem etiā habet: & ideo ſacramentalitas eius (ut ita dicam) ponitur inter honeſtantia matrimonium: & ſecundum hoc in tertio bono matrimonij, ſcilicet, ſacramento non ſolum intelligitur inſeparabilitas ſed etiam omnia quæ ad ſignificationem ipſius pertinent. C

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio eſt. Sufficiēter aſſignantur tria bona matrimonii ſcilicet, ples. fides, & ſacramentum.

¶ Circa iſtum articulū notandū primò, quod

quod (vt diximus in articulo præcedenti) tria detrimenta ſunt in matrimonio, ſcilicet, perpetua ſeruitus, & voluntatis exuberantia per quam abſorbetur ratio, & denique ſolicitudo: Et propter hæc tria detrimenta & mala pœnæ, ſancti patres, & ſcholaſtici excogitauerunt tria bona in matrimonio ad recompenſanda illa mala pœnæ, & hæc tria bona ponit D.Thom. in hoc articulo, ſcilicet, proles, fides, & ſacramentum, & hæc tria bona ponſitur in iure. 27.
c.Omne 27.q.2. quæſtione. 2. capitulo omne. vbi dicitur, Omne itaque nuptiarum bonum impletum eſt in ipſis parentibus Chriſti, proles, fides, & ſacramentum. Illa etiam bona re-
Cōc.Fl. tract. de ſacramē to matr. tenſentur in Concilio Florentino, tractatu de ſacramēto matrimonii. Et vt omnia iſta amplius explicentur. ¶ Secundo notandū, quod primum bonum ponitur proles. Nomine vero prolis non ſolum intelligitur generatio prolis, verum etiam educatio illius (vt dicit D.Thom. hic ad primum.) quicquid dicat Richardus in quarto, diſtinctione. 31. vt refert Syluester verbo matrimonium. 4. quæſtione. 6. qui dicit quod educatio prolis eſt aliquid accidentale matrimonio. Imo etiam intelliguntur omnes actus antecedentes, & conſequentes ipſam. Et ratio eſt. Nam qui dat formam ſeu finem, dat etiam omnia conſequentia ad finem. Cum igitur præcipuus finis ſit prolis generatio, & educatio, omnia obſequia, & omnia quæ pertinent ad procurationem cenſus reducuntur ad primum matrimonii bonum, & blanditiæ, quæ antecedunt ad conciliandum amorem coniugalem, & officia neceſſaria, quæ ſequuntur ad educandam prolem.

¶Sed circa iſtud primum matrimonii eſt dubium; Nam ſi proles eſt finis honeſtus matrimonii neceſſarius ad excuſandum matrimonium, ſequitur quod quando non eſt proles in matrimonio, quod ipſum matrimonium non excuſetur, ac ſubinde ſit peccatum, conſequēs eſt falſum, ergo. Sequela videtur eſſe manifeſta ex dictis. Falſitas conſequentis conſtat. Nam ſterilles, & etiam ſenes honeſte matrimonium contrahunt, & tñ in tali matrimonio non eſt proles, ergo. Item conſtat in matrimonio Dauid cū Sunamitide 3. Reg. 1. in quo non poterat eſſe proles, tamen erat matrimonium honeſtum, ergo.

A ¶Ad hoc dubium dicendum eſt, quòd in his matrimonijs ſaluatur etiam bonum prolis, nam reperitur proles in intentione contrahentium. Etenim ſicut medici non eſt ſemper ſenare, ſed intēdere ſanitatē medijs requiſitis, ſic etiam contrahentium non eſt ſemper generare prolem, ſed inire contractū, qui eſt à natura inſtitutus ad generationem prolis. Vnde eo ipſo quod contrahunt matrimonium ſecundum quòd eſt à natura inſtitutum, ſaluatur ipſa proles in intentione; quāuis non ſaluetur in executione. Aliqui etiam dicunt, ꝙ hæc bona poſſunt eſſe in matrimonio, & multoties inſunt, non ta-
B men eſt neceſſarium quòd in omnibus, tūc enim ſufficit ſecundarius finis matrimonij, ſcilicet, mutua obſequia, & officia, quæ poſſunt eſſe inter ipſos contrahentes etiam ſine prole. Tertiò notandū eſt: quod ſecundum bonum excuſans matrimonium ponitur fides. Fides verò vt dicit D.Th. ad ſecūdum nō accipitur hîc pro virtute Theologica, qua credimus myſteria ſupernaturalia; ſed pro vt eſt pars iuſtitiæ, ſecundum quod fides dicitur, ex hoc quòd fiant dicta in conſeruatione promiſſorum. In matrimonio enim cum ſit quidam contractus, eſt quędā promiſſio, per quam vnus alteri obligatur:
C & ita fides ſecundum iſtam acceptationē eſt virtus quædam naturalis, ſcilicet fidelitas, quæ pertinet ad iuſtitiam, & ad iſtā virtutē ſpectat, quòd coniuges teneantur adinuicem reddere debitum: ſicut obligati ſunt ex vi contractus, & ita ſi coniux non redderet debitum petenti, peccaret contra fidelitatē.

¶Circa hoc ſecundum bonum matrimonii ſunt duo dubia. Primum dubium eſt, ꝙ non eſt ita difficile, An ad iſtam fidelitatem pertineat, non ſolum reddere debitum alteri coniugi cum petitur, verum etiam non commiſceri alteri quām proprio cōiugi. Et
D videtur quòd hoc ſecundum non pertineat ad fidelitatem. Nam non commiſceri alteri videtur maxime accidentarium ad rationē fidelitatis, quæ ſeruari debet in matrimonio; nam ex vi contractus matrimonialis ſolum obligatur reddere debitum coniugi, ſi quidem tradit illi poteſtatem ſuper ſuum corpus, ergo non reddere alteri non pertinet ad talem fidelitatem.

¶In hac difficultate Richardus in 4. diſt. 31. (vt refert Syluester verbo matrimonium. 4. quæſt. 6.) dicit, quòd eſſētiale in bono fidei

dei eſt, non negare debitum coniugi petenti, acceſſorium verò fidei, & accidentale eſt non exhibere alteri quam ſuo coniugi vſũ ſui corporis. Ea idem dicit Summa Angelica ibidem citata à Syluestro.

¶Concluſio nihilominus ſit in hoc dubio. Certiſſimum eſt quòd ad fidelitatẽ in matrimonio eſſentialiter pertinet, non ſolũ non negare coniugi petendi debitũ: verum etiam non commiſceri alteri. Hanc concluſionem docet expreſsè D. Thom. in hoc articulo ad tertium cũ dicit, quod in promiſſione matrimonii continetur, ut neuter ad alium thorum accedat, & quòd ſibi inuicẽ reddant debitum. Idem etiam tenet Caietanus in Summa, verbo, matrimonii peccata. Syluester loco ſupra citato, vbi impugnat Richardum. Et magiſter Sotus in 4. diſt. 31. quæſtione prima, articulo ſecundo. Et idem tenẽt omnes Theologi, & Iuriſperiti. Et probatur hæc concluſio. Primo. Ex illo cap. Omne, 27. q. 2. vbi expreſſe diffinitur, quòd in matrimonio B. Virginis fuit fides. Quia ibi nullum fuit adulteriũ, quãuis ibi non fuerit nuptialis concubitus. Ex quo aperte colligitur, quod pertineat ad fidem debitam in matrimonio non commiſceri alteri, & quòd adulterium ſit contra fidem ſeu fidelitatem debitam in matrimonio, ergo. Secundo probatur concluſio. Nã per fidem datã in matrimonio, & per promiſſionem factã in illo contractu vnus cõiux tradit alteri dominium, & poteſtatem ſui corporis, ergo contra fidelitatem illam eſt, quòd alteri commiſceatur. Probatur cõſequentia. Nam ex ex vi talis promiſſionis ſolus coniux poteſt uti tali corpore, & nullus alius. Eſt ſimile, nam ſi quis habet dominium, & poteſtatem alicuius rei, ſolus ille, & nullus alius poteſt vti tali re ex vi talis dominij, & ex vi talis poteſtatis. Tertio probatur concluſio. Quoniam aliàs adulterium non eſſet ſpeciale peccatum habens ſpecialem deformitatem contra fidelitatem debitam in matrimonio, quod eſt contra omnes Theologos. De quo in 2. 2. qu. 154. ar. 8. ergo. Dicendum eſt ꝙ non ſolũ pertinet ad fidelitatem, vt debitum petenti reddatur, ſed etiam quòd nõ commiſceatur alteri. Et ad rationem dubitandi dicendum eſt, quòd non commiſceri alteri non eſt accidentarium fidelitati. Nam ex vi contractus matrimonialis non ſolum obligatur ad reddendum debitum alteri; verum etiam tenetur non commiſceri alteri. Itaque in fidelitate duo includuntur, primum eſt vt debitum petenti reddatur, tanquam vſus propriæ rei, quoniam vir non habet poteſtatem ſui corporis. Secundum eſt, vt proprium corpus fideliter conſeruetur, nec alteri concedatur: aliàs enim ſi quidpiam horum defuerit violatur fides, & iuſtitia.

27. q. 2. c. omne.

A

¶Eſt ſecundum dubium circa iſta dicta, quodnam horum duorum ſit principalius in matrimonio, & in eius fidelitate reddere debitum coniugi, vel non commiſceri alteri. Et videtur quòd hoc ſecundum ſit principalius.

B

¶Primo arguitur. Si eſſet principalius in fidelitate matrimonij reddere proprio viro quam non commiſceri alteri, ſequitur quòd grauius peccatum ſit, non reddere debitum proprio viro, quam non commiſceri alteri: conſequens eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam non reddere debitum proprio coniugi eſt contra id, ꝙ eſt magis principale in fidelitate matrimonii, ergo eſt grauius peccatum. Falſitas conſequentis conſtat. Nam grauior iniuria eſt alteri commiſceri in æſtimatione omnium hominum.

C

¶Secundo arguitur & confirmatur argumentum præcedens. Quoniam, vtrumque peccatum eſt contra fidelitatem matrimonij (vt iam diximus in dubio præcedẽti) & contra eius formalem rationem, ergo ſi reddere debitum eſt magis intimum & principale in fidelitate matrimonij, quam non commiſceri, nõ reddere debitum erit contra id, quod eſt magis principale in fidelitate, ac ſubinde erit grauius peccatum, cum grauitas peccati ſumatur ex contrarietate ad virtutem.

D

¶Tertio arguitur ad probandum quòd ſaltem illa duo æqualiter ſint in fidelitate matrimonij. Nam ex contractu matrimonil æqualiter oritur obligatio ad vtrũq;: ergo vtrũq; ſe habet æqualiter ad fidelitatem matrimonii. Conſequẽtia eſt bona, & antecedens probatur. Nam ex contractu matrimoniali oritur poteſtas ſuper corpus alterius, & dominium illius, ſed ad hoc dominium, & poteſtatem æqualiter pertinet reddere proprio coniugi debitum, & ꝙ alienus non vtatur proprio corpore, ergo.

¶Quarto arguitur & confirmatur argumentum

mentum præcedēs. Nam reſpectu uirtutis iuſtitiæ æqualiter ſe habent nō reddere ali cui ſuum, cum aliquis reddere tenetur, & auferre ab illo rem ſuam, vt conſtat, & illud docet Caie. in 2. 2. quæſt. 62. articul. 2. ergo reſpectu virtutis fidelitatis, & iuſtitiæ, quæ eſt in matrimonio, æqualiter ſe habent nō reddere debitum coniugi proprio, & conce dere proprium corpus alteri. Probatur con ſequentia ex paritate rationis.

¶ Prima concluſio. Principalius eſt, & magis proprium reſpectu fidelitatis debitæ in matrimonio reddere debitum proprio coniugi, quam nō commiſceri alieno. B Hanc concluſionem tenet expreſſe Diuus Thomas in hoc articulo ad tertium argumentum. Hoc etiam debet tenere Richardus citatus dubio præcedenti, qui aſſerit, q̃ reddere debitum proprio viro eſt eſſentia le fidelitati, non cōmiſceri alteri eſt acceſſorium & accidentarium. Et hanc concluſio nem tenent cōmuniter Doctores. Et probatur hæc concluſio. Primo, Ex ratione An gelici Doctoris in illa ſolutione. Nam ex ipſa poteſtate mutua inuicem data in matri monio, principalius, & intimius ſequitur reddere debitum, quam non commiſceri al- C teri, ergo ex fidelitate & iuſtitia matrimoniali principalius ſequitur redditio debiti proprio coniugi. Conſequentia eſt bona, & antecedens probatur. Nam ex tali poteſtate principalius, & magis intimè naſcitur, quòd coniux poſſit vti re ſua quam quòd alius non vtatur tali re, ergo reddere debitum mutua proprio coniugi, eſt magis principale & intimum: quam non commiſceri alteri. Confirmatur argumentum. Non commiſceri alteri oritur ex eo, quòd tenetur reddere debitum proprio coniugi, qui habet poteſtatem ſupra tale D corpus: & non commiſceri alteri, ordinatur ad hoc, quòd reddat debitum proprio coniungi, ergo reddere debitum proprio coniugi, principalius pertinet ad fidelitatem, & eſt illi magis intimum, & propriū. Secundò probatur concluſio. Reſpectu charitatis principalius, intimius, & magis proprium eſt diligere Deum, quam non odire. Nam hoc ſecūdum ordinatur ad primum, & illi veluti diſeruit Et idem eſt in omnibus alijs virtutibus, ergo in fidelitate, quæ eſt bonum matrimonij, principalius, & intimius, & proprius includitur reddere debitū

A proprio coniugi, quàm non commiſceri alteri.

Hinc tamen oritur maius dubium, q̃ petitur etiam in argumentis. Quod nam magis opponitur fidelitati, nō reddere debitum proprio viro, an reddere alteri: ac ſubinde dubitatur quod nā ſit gra uius peccatum. Nam ſi eſt magis intimum & principale reddere debitū; quā non alte ri cōmiſceri: magis opponitur non reddere debitum, quam alteri commiſceri: ac ſubinde eſt grauius peccatum. In hac difficultate propter hanc rationē aliqui moderni Theo logi dicunt, quòd magis opponitur fidelita ti matrimonij non reddere debitū proprio viro, quàm reddere alieno, propter argumē ta facta. Et conſequenter tenentur dicere, q̃ eſt maius peccatum non reddere debitum proprio coniugi, quàm commiſceri alteri.

¶ Nihil minus tamen ſit ſecunda concluſio in huius expoſitionem. Magis opponitur fidelitati matrimonii commiſceri alieno, quam non reddere debitum proprio cō iugi; ac ſubinde eſt grauius peccatum. Explicatur co nclusio. In virtute charitatis, cui magis opponitur odium Dei, quam non di ligere Deum, quando homo tenetur illum diligere. Et grauius peccatum eſt odio proſequi Deum, quam non diligere illum, quā de tenetur ex præcepto Deū diligere: quāuis principalius, & magis proprium ſit reſpectu charitatis diligere Deum, quàm non habere odium illius. Hæc concluſio ſic explicata probatur. Primò. Nam intra idem genus maius peccatum eſt, & magis contrariatur virtuti peccatum commiſsionis, quā peccatum omiſsionis. Sed alteri commiſceri eſt peccatum commiſsionis, non reddere debitum proprio, cum tenetur, eſt peccatū omiſsionis, ergo magis contrariatur fidelitati debitæ in matrimonio alteri commiſceri, & eſt grauius peccatum. Conſequentia eſt bona: minor eſt manifeſta. Maior probatur inductione. Nam grauius peccatum eſt odire Deum, quam eum no diligere, cum tene mur. Et idem eſt de aliis uirtutibus, ergo. Secundò probatur concluſio. Quoniam fidelitas, quæ eſt in matrimonio, ordinatur ad bonum prolis, (cum ipſum matrimonium ex natura ad hoc ipſum ordinetur) ſed alte ri commiſceri magis eſt contra bonum pro lis, quam non reddere debitum proprio cō iugi, ergo alteri commiſceri eſt magis cōtra fidelitatem

fidelitatem debitā in matrimonio, ac ſubinde eſt grauius peccatum. Conſequentia eſt bona: maior eſt manifeſta. Minor vero probatur. Nam qui non reddit debitum, ſolū lædit prolem vno modo, uidelicet, quia nō ſequetur proles: qui uero alteri commiſcetur peccat contra bonum prolis, tum quia ad bonum prolis eſt neceſſarium per ſe loquendo copulentur matrimonio: tū etiam quia impedit bonum prolis alienæ. De quo D.Thom. in 2.2. quæſt. 154. arti. 8 ergo. Et ad rationem dubitādi dicetur in ſolutionibus argumentorum.

¶ Quibus poſitis reſpōdetur ad argumēta facta in principio. ¶ Ad primum argumētum reſpondetur, quòd magis principale, & magis proprium eſt matrimonii reddere debitum proprio coniugi, quam non reddere alieno. Nam primus actus eſt immediatior, & ad primū actum, qui eſt reddere debitū proprio coniugi, ordinatur alia negatio, ſcilicet, non commiſceri alteri. Sed loquendo de oppoſitione ad ipſam fidelitatem matrimonii, aliter res ſe habet. Nam commiſceri alteri magis diſtat à proprio actu fidelitatis, & ita colligitur eſſe magis contrarium commiſceri alieno, quam non reddere proprio coniugi. Sed ut hoc magis explicetur aduertendum, quod commiſceri alteri magis diſtat a proprio actu fidelitatis debitæ in matrimonio, qui quidem actus eſt reddere debitum proprio coniugi. Nam includit negationem illius actus poſitiui, & addit aliquid aliud poſitiuum. Itaque tunc etiam non reddit proprio, & commiſcetur alieno, ſed non reddere proprio coniugi tātum dicit negationem. Quod explicabitur amplius in ſolutione ad ſecundum.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod commiſceri alteri eſt etiam contra id, quod eſt principale in fidelitate debita in ipſo matrimonio. Nam vt diximus includit etiam negationem illius actus poſitiui.

¶ Ad tertiū argumentū reſpōdetur negādo antecedens, videlicet, ꝙ ex matrimonio æqualiter oriatur obligatio ad vtrumq;, ſed principalius ad hoc quod eſt reddere debitū. Et ad probationē antecedētis negatur minor. Nam ad poteſtatem ſupra corpus alterius non ſequuntur æqualiter illa duo.

¶ Ad quartum argumētum, conceſſo antecedenti, negatur cōſequentia. Ratio differentię eſt, nam in antecedenti vterq; actus

A eſt commiſſionis. Nam non reddere alicui rem ſuam cū reddere tenetur moraliter loquendo etiam eſt commiſſionis peccatum contra præceptum negatiuum: ſicut auferre alienum, & ita habent æqualem grauitatem. Cæterum nō reddere debitū cum tenetur, eſt peccatum omiſſionis. Alteri verò commiſceri eſt peccatum commiſſionis, & ita non æqualiter ſe habent in ratione oppoſitionis ad virtutem fidelitatis. Et ex eadem ratione etiam colligitur, quòd magis principale, & proprium eſt reſpectu virtu-

B tis fidelitatis reddere debitum proprio coniugi: quam nō commiſceri alieno. Nā actus poſitiuus præſtantior eſt, & principalior, quam negatiuus.

¶ Vltimò aduertendum eſt in hoc articulo, ꝙ tertium bonum excuſans matrimoniū eſt ſacramentū. Sacramentū verò, ut eſt tertium bonum matrimonii dupliciter poteſt accipi. Primò modo propriè, prout eſt commune ad omnia alia ſacramenta. Et ſic contractus naturæ perficitur per rationem ſacramenti, & eleuatur ad altiorem rerum ordinem. Ita ut non ſolū ſit opus honeſtū,

C & meritorium, verum etiā ſit gratiæ collatiuum, ſicut alia ſacramēta. Et hæc ratio ſupernaturalis ſacramenti accidētaria eſt ipſi contractui naturali. Itaque matrimonium in noua lege gratiæ, habet hoc optimum bonum, quòd eſt eſſe ſacramentum continens & cōferens gratiam ex opere operato, quò maxime excuſatur matrimonium. Et ut ſupra quæſt. 42. diximus, maximè eleuatur per iſtam ſupernaturalem rationem. Secundo modo ſumitur pro ipſa firmitate & inſeparabilitate matrimonij, quæ quidem aliquo modo eſt effectus ipſius ſacramenti.

D Nam quamuis ipſum vinculum matrimoniale ex natura ſua ſit firmum, & indiſſolubiles, tamen ex ratione ſacramenti adiuncta habet quandam maiorem firmitatem, & indiſſolubilitatem, vt ſuprà quæſt. 44. dictum eſt. Nam ex eo quòd ſignificat indiſſolubilem illam vnionem, & coniunctionē Chriſti cum Eccleſia, perfectius, & firmius vinculum cauſat, vinculum quidem dilectionis & charitatis, & non ſeruitutis (iuxta illud Pauli) Viri, diligite vxores veſtras. Igitur cum ſacramentum annumeratur inter bona matrimonij vniuerſaliter loquendo accipitur iſto ſecundo modo, non primo.

Ratio

Ratio eſt aperta, nam iſta tria bona matrimonij ſemper perſeuerant, cum ipſo matrimonio, cum ipſa detrimenta ſemper ei ſint coniuncta. Ratio vero ſacramenti in priori ſenſu non perſeuerat, ſed tranſit cum ipſo contractu, manet verò ipſa firmitas vinculi: igitur ſecundo modo accipiendum eſt ſacramentum. Hoc etiam conſtat ex illo cap. omne 27. quæſt. 2. vbi dicitur, quòd in ma- c. omne 27. q. 2.
trimonio B. Virginis fuit ſacramentum, & ſubdit rationem, quia in illo nullum fuit diuortium. Vbi aperte ſignificatur quòd ſacramentum ſignificat indiſſolubilitatem. Et idem conſtat ex capit. quanto. de diuortijs. vbi dicitur, quòd matrimonium inter fideles ratum exiſtit. Et ſubdit rationem, quia ſacramentum fidei, quòd ſemel eſt admiſſum, numquam amittitur, ſed ratum efficit coniugij ſacramentum, vt ipſum in coniugibus illo durante perduret. Hoc ipſum docet D. Tho. in hoc art. in ſolutione ad quartum. vbi ait, quòd in ſacramento nō ſolum intelligēda eſt indiuiſio, ſed omnia illa quæ conſequuntur matrimonium ex hoc quòd eſt ſignū coniunctionis Chriſti cū eccleſia.

c. quanto, de diuortijs.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum ſacramentum ſit principalius inter bona mr̄imonii.

AD TERTIVM ſi proceditur. Videtur quòd ſacramentum non ſit principalius inter bona matrimonij, Quia finis eſt potiſſimum in vnoquoque: ſed proles eſt matrimonij finis: ergo proles eſt principalius matrimonij bonum.

¶ 2 Præterea, Principalius in ratione ſpeciei eſt differentia quæ complet ſpeciem quam genus, ſicut forma quā materia in conſtitutione rei naturalis: ſed ſacramentum competit matrimonio ex ratione ſui generis. proles autem & fides ex ratione differentiæ inquantum eſt tale ſacramentum: ergo alia duo ſunt magis principalia in matrimonio quam ſacramentum.

*¶ 3 Præterea. Sicut inuenitur matrimonium ſine prole & fide, ita inueni*A *tur ſine inſeparabilitate, ſicut patet quando alter coniugum ante matrimonium conſummatum ad religionem tranſit: ergo nec ex hac ratione ſacramentum eſt in matrimonio principalius.*

¶ 4 Præterea. Effectus non poteſt eſſe principalior ſua cauſa: ſed conſenſus qui eſt cauſa matrimonij frequenter immutatur: ergo & matrimonium ſolui poteſt, & ſic inſeparabilitas non ſemper comitatur matrimonium.

¶ 5 Præterea. Sacramenta quæ habent effectum perpetuum imprimunt B *characterem: ſed in matrimonio non imprimitur character, ergo non adeſt ei inſeparabilitas perpetua: & ideo ſicut eſt matrimonium ſine prole, ita poteſt eſſe ſine ſacramento, & ſic idem quod prius.*

SED contra, Illud quod ponitur in definitione rei eſt ſibi maxime eſſentiale: ſed indiuiſio quæ pertinet ad ſacramentum ponitur in definitione de ma- q. 44. ar. 3. libr. 4. diſt. 27.
C *trimonio data, non autem proles vel fides: ergo ſacramentum inter alia eſt in matrimonio eſſentialius.*

¶ 6 Præterea. Virtus diuina quæ in ſacramentis operatur eſt efficacior quam virtus humana: ſed proles & fides pertinent ad matrimoniū ſecundū quod eſt in officium naturæ humanæ, ſacramentum autem ſecundum quod eſt ex inſtitutione diuina: ergo ſacramentum eſt principalius in matrimonio quam alia duo.

D *RESPONDEO dicendum. Quòd aliquid dicitur in re aliqua principalius duobus modis, aut quia eſſentialius, aut quia dignius. Si quia dignius ſi omnibus modis ſacrametum eſt principalius inter tria bona coniugij, quia pertinet ad matrimonium in quantum, eſt ſacramentum gratiæ: alia vero duo pertinent ad ipſum in quantum eſt quoddā naturæ officium, perfectio autem gratiæ eſt dignior perfectione naturæ. Si autem dicatur principalius quod eſt eſſentialius, ſic diſtinguendum eſt: quia*

fides

A *fides & proles poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo in ſeipſis, & ſic pertinent ad uſum matrimonij per quem & proles producitur & pactio coniugalis ſeruatur: ſed indiuiſibilitas quam ſacramentum importat, pertinet ad ipſum ſecundum ſe matrimonium: quia ex hoc quod per pactionem coniugalem ſui poteſtatem ſibi inuicem in perpetuũ coniuges tradunt, ſequitur quod ſeparari non poſſint, & inde eſt quod matrimonium nunquam inuenitur ſine inſeparabilitate, inuenitur autem ſine fi-*
B *de, & prole, quia eſſe rei non depẽdet ab vſu ſuo, & ſecundum hoc ſacramẽtum eſt eſſentialius matrimonio quam fides & proles. Alio modo poteſt conſiderari fides & proles ſecundum quod ſunt in ſuis principijs, ut pro prole accipiatur intentio prolis, & pro fide debitum ſeruandi fidem, ſine quibus etiam matrimonium eſſe poteſt: quia hac in hoc matrimonio ex ipſa actione coniugali cauſan-*
C *tur: ita quod ſi aliquid contrarium huius exprimeretur in cõſenſu, qui matrimonium facit, non eſſet verum matrimonium: & ſic accipiendo fidem, & prolem, proles eſt eſſentialiſſimum matrimonio, & ſecũdo fides, et tertio ſacramẽtum ſicut etiam homini eſt eſſentialius eſſe natura quam eſſe gratia, quãuis eſſe gratia ſit dignius.*

AD primum ergo dicendum, quod finis ſecundum intentionem eſt primum in re, ſed ſecundum conſecutionem eſt ultimum, & ſimiliter proles ſe habet in-
D *ter matrimonij bona, & ideo quodammodo eſt principalius, & quodammodo non.*

AD ſecundum dicendum, quod ſacramentum prout ponitur tertium matrimonij bonum pertinet ad matrimonium ratione ſua differentia: dicitur enim ſacramentum ex ſignificatione huius rei ſacra determinata quam matrimonium ſignificat.

de bono coniug. cap. 24. tom.6.

AD tertium dicendum, quod nuptiæ ſecundum Auguſt. ſunt bona mortalium, vnde in reſurrectione neque nubent neque nubentur, ut dicitur Matth. 22. Et ideo uinculum matrimonij non ſe extendit vltra vitam, in qua cõtrahitur: & ideo dicitur inſeparabile, quia non poteſt in hac uita ſeparari, ſed per mortem ſiue corporalem poſt carnalem coniunctionem: ſiue ſpiritualem poſt ſpiritualem tantum.

AD quartum dicendum, quod quãuis conſenſus qui facit matrimonium non ſit perpetuus materialiter: id eſt quantum ad ſubſtantiam actus quia ille actus ceſſat, & poteſt contrarius ſuccedere: tamen formaliter loquendo eſt perpetuus, quia eſt de perpetuitate vinculi, aliàs non faceret matrimonium. Non enim conſenſus ad tempus in aliquam, matrimonium facit: & dico formaliter ſecundum quod actus accipit ſpeciem ab obiecto, & ſecundum hoc matrimonium ex conſenſu inſeparabilitatem habet.

AD quintum dicendum, quod in ſacramentis in quibus imprimitur character traditur poteſtas ad actus ſpũales, ſed in matrimonio ad actus corporales: vnde matrimonium ratione poteſtatis, quam in ſe inuicem coniuges accipiũt, conuenit cum ſacramento in quo character imprimitur, & ex hoc habet inſeparabilitatẽ, vt Magiſter dicit: ſed differt ab eis in quantum poteſtas illa eſt ad actus corporales, & propter hoc non imprimit characterem ſpiritualem. lib.4.diſtin.30.

SVMMA ARTICVLI.

PRimo ponit fundamẽtum, quod quidem tale eſt, Aliquid dicitur in re aliqua principalius dupliciter, aut quia eſſentialius, aut quia dignius. ¶ Quo poſito fundamento. Prima concluſio. Si attendatur principalitas penes maiorem dignitatẽ, ſic ſacramentum eſt principalius inter illa bona. Itaque ſacramentum dignitate præſtat alijs bonis. Ratio huius cõcluſionis eſt: nam perfectio gratiæ eſt dignior perfectione naturæ (vt conſtat): ratio verò ſacramẽti pertinet ad ipſum matrimonium, inquantũ

eſt

eſt eleuatum, vt ſit collatiuum gratiæ: alia vero duo bona pertinent ad ipſum, inquantum eſt in officium naturæ, ergo præſtat ratio ſacramenti in dignitate. A

¶ Secunda concluſio. Si principalitas attendatur ſecũdum id quòd eſt magis eſſentiale: ſic ſacramentũ aliquo modo eſt principalius prole, & fide: & altero modo eſt minus principale. Explicatur concluſio. Nam ſi proles & fides conſiderentur, ſecundum quòd ſunt in actu, aliquid principalius eſt ſacramentum. Nam matrimonium in actu non poteſt eſſe ſine ſacramento, ſeu firmitate, & indiſſolubilitate: poteſt tamen eſſe ſine prole, & fide in actu. Si vero proles & fides accipiantur in ſuo principio & veluti in intentione: ſic proles & fides ſunt aliquid principalius, idest, eſſentialius. Itaque ſecundum iſtam rationem proles eſt eſſentialiſsimum in matrimonio, ſecũdo fides, & tertio ſacramentum: ſicut etiã homini eſt eſſentialius eſſe naturæ quam eſſe gratiæ. Ratio eſt. Nam proles & fides iſto vltimo modo ex ipſa actione coniugali cauſantur. B

Circa iſtam vltimam cõcluſionem dubiũ eſt de ſecũda parte illius, in quã dicitur, quòd ſi proles accipiatur in ſuo principio eſt eſſentialiſsimum in matrimonio, nã videtur hoc falſum. Et ratio dubitandi eſt. Nam aliqua ratione proles ſic accepta eſſet eſſentialiſsimum omnium, maxime quoniam omnia alia quæ ſunt in matrimonio, vt fides & ſacramentum ordinantur ad prolẽ (neceſsitas enim fidei, & indiſſolubilitatis in matrimonio ex ipſa prole deſumitur) ſed hæc ratio nulla eſt, ergo. Minor in qua eſt difficultas probatur. Nam ſi fides & ſacramentum ordinãtur ad prolem in ipſo matrimonio, ſequitur quòd proles non ſolum ſit eſſentialiſsimum, ſed etiam dignisſimum omnium, quæ ſunt in matrimonio. Conſequens autem eſt falſum (nam vt diximus in prima concluſione D. Tho.) ſacramentum eſt aliquid dignius & excellentius. Sequela probatur. Nã id ad ꝙ aliud ordinatur excellentius eſt, quam id quod ordinatur ad illud: hac enim ratione finis eſt aliquid excellentius, quam mediũ. Quoniam medium ordinatur ad finem. Igitur ſi fides & ſacramentum ordinatur ad prolẽ in matrimonio, proles erit digniſsimum omnium, & non ſolum eſſentialiſsimum. C D

¶ Nihilominus tamen dicẽdũ eſt, quod doctrina D. Tho. in illa concluſione eſt optima. Ad cuius expoſitionem aduertẽdum eſt, quòd in hac concluſione non loquitur D. Tho. de intentione contrahentium, nam de neceſsitate ſacramẽti aut contractus nõ eſt, quod contrahentes intendãt formaliter prolem, fidem, aut ſacramentum, etiamſi habeãt intentionem contrariam effectui, ſed ſufficit, quòd conſentiant in viculum coniugale. Loquitur igitur de intẽtione inſtituentis matrimonium, & reſpectu huius principalius (idest) eſſentialius eſt proles quam fides, & ſacramentum, ſeu inſeparabilitas. Quia ex intentione inſtituentis omnia, quæ ſunt in matrimonio ordinãtur ad prolem, veluti ad finem. Itaque ideo matrimonium eſt inſeparabile, quia ſic eſt neceſſariũ ad prolem, & ita magis eſſentialis eſt proles ad quam omnia ordinantur. Conſiderandum enim eſt, quòd ſicut actus ſumit ſpeciem, & eſſentiam ab obiecto & fine, in quem tendit: ita matrimonium inquantum contractus humanus ſpeciem & eſſentiam habet à prole intenta à natura, & ita proles eſt illi eſſentialis: ſicut de ratione potentiæ eſt actus ad quem ſuapte natura ordinatur, & à prole ſumitur neceſsitas fidei ſeruandæ, & ratio vinculi perpetui, vt iam ſupra dictum eſt.

¶ Vnde ad rationem dubitandi dicẽdum eſt, quòd maior eſt vera: & ratio ibi adducta optima. Vnde negatur minor. Et ad probationem minoris negatur ſequela, ſcilicet, quòd proles ſit etiam digniſsimum omniũ, quæ ſunt in matrimonio. Nam quãuis omnia ordinentur ad prolem, tamen quædam ordinantur vt media ad finem vltimum, & hæc ſunt minus perfecta, vt conuincit argumentum. Sacramentum verò ordinatur ad prolem non tanquam medium ad finẽ: ſed tanquam aliquid perfectius, & ſuperius ad perficiendum id quod eſt inferius. Et ita ratio ſacramẽti perfectior eſt in matrimonio quam proles. Aduertendum enim eſt, quod aliquando ea quæ excellentiora ſunt ordinantur ad minus perfecta, non tãquam medium ad finem, ſed tanquam cauſa perficiẽs ad id, quod perficitur. Et ita dicunt Theologi in materia de incarnatione, quòd Chriſtus Dominus, qui eſt perfectiſsimus ordinatur ad noſtram ſalutem & iuſtificationẽ, non tanquam medium ad finem: ſed tanquã cauſa

cauſa ſuperior perficiens. Et D. Thom. in 2.2. quæſtione 81. artic. 5. ad primum dicit, quòd charitas ordinatur ad virtutem religionis. Quoniam charitas perficit ſubiectum, & purificat cor, vt debite colat Deũ. Ordinatur itaq; tanquam aliquid ſuperius perficiens. Non diſſimiliter in propoſito ſacramentum, quod includit aliquid ſupernaturale, ordinatur ad prolem tanquam dignius, & perfectius perficiens ipſum bonum prolis. Verum quòd ſi fieret ſermo de indiſſolubilitate naturali, conuinceret argumentum, quod eſſet dignior proles. Quoniam talis indiſſolubilitas ordinatur ad prolem tanquam ad finem. Hæc dicta ſint de hoc articulo.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm actus matrimonii excuſetur per bona prædicta.

AD QVARTVM *ſic proceditur. Videtur quod actus matrimonij non poſſit excuſari per bona prædicta vt non ſit omnino* C *peccatum. Quia quicunque ſuſtinet damnum maioris boni propter minus bonum, peccat: quia inordinate ſuſtinet: ſed bonum rationis quod læditur in ipſo actu coniugali, eſt maius quam hæc tria coniugij bona: ergo prædicta bona non ſufficiunt ad excuſandum coniugalem concubitum.*

¶ 2 *Præterea. Si bonum malo additur in genere moris, totum efficitur malum, non autem totum bonum, quia vna circunſtantia mala facit actũ malum,* D *nõ autẽ vna bona facit ipſum bonum: ſed actus coniugalis ſecundum ſe eſt malus aliàs excuſatione non indigeret: ergo bona matrimonij adiuncta non poſſunt ipſum bonum facere.*

¶ 3 *Pręterea. Vbicunque eſt immoderatio paſſionis ibi eſt uitium in moribus: ſed bona matrimonij non poſſunt efficere quin delectatio illius actus ſit immoderata: ergo non poſſunt excu-* A *ſare quin ſit peccatum.*

¶ 4 *Præterea. Verecundia non eſt niſi de turpi actu ſecundum Damaſcenum: ſed bona matrimonij non tollunt erubeſcentiam ab illo actu. ergo non poſſunt excuſare quin ſit peccatum.* lib. 2. ortho. fid. 15.

¶ SED *contra. Concubitus coniugalis non differt à fornicario niſi per bona matrimonij: ſi ergo hæc non ſufficerent excuſare ipſum, tunc matrimonium ſemper illicitum remaneret, quod eſt contra id quod habitum eſt ſupra.*

B ¶ *Præterea. Bona matrimonij ſe habent ad actum eius ſicut circunſtantiæ debitæ (ſicut dictum eſt) ſed circunſtantiis tales ſufficienter faciunt quod actus aliquis non ſit malus: ergo & hæc bona poſſunt excuſare matrimonium, vt nullo modo ſit peccatum.* 4. diſt. 41 ar. 3. ad 4. & 5. Quæſt. hac art. 1. ad 1.

RESPONDEO dicendum, ꝙ actus dicitur excuſari dupliciter. Vno modo ex parte facientis, ita quod non imputetur facienti in culpam quamuis ſit malus, vel ſaltem non in tantam culpam, ſicut ignorantia dicitur excuſare peccatum in toto vel in parte. Alio modo poteſt excuſari actus ex parte ſui, ita, ſcilicet, quòd non ſit malus, & hoc modo prædicta bona dicuntur excuſare actum matrimonij: ex eodem autem habet actus aliquis quod non ſit malus in genere moris, & quod ſit bonus: quia nõ eſt aliquis actus indifferens, vt in 3. libro dictum eſt. dicitur autem aliquis humanns actus bonus dupliciter. Vno modo bonitate virtutis, & ſic habet actus quod ſit bonus ex his quæ ipſum in medio ponunt: & hoc faciunt in actu matrimonij fides & proles, vt dictum eſt. Alio modo bonitate ſacramenti ſecundum quod actus non ſolum bonus, ſed etiam ſanctus dicitur, Ar. 2. huius qſt. & hoc art. *& hanc bonitatem habet actus matrimonij ex indiuiſibilitate coniunctionis, ſecundum quam ſignificat coniunctionem Chriiſti ad eccleſiam: & ſic patet quod prædicta bona ſufficienter actum matrimonij excuſant.*

AD

AD primum ergo dicendum, quod per matrimonii actum non incurrit homo in damnum rationis quantum ad habitum, ſed ſolum quantum ad actum, nec eſt incōueniens quod quādoque aliquis actus, qui eſt melior ſecundum genus ſuum, interrumpatur pro aliquo minus bono actu. hoc enim ſine peccato fieri poteſt, ſicut patet in eo qui ab actu cōtemplationis ceſſat, ut interdictum actioni vacet.

AD ſecundum dicendum, quod ratio illa procederet ſi malum quod inſeparabiliter comitatur concubitum eſſet malum culpæ: nunc autem non eſt malum culpę, ſed pœna tantum. quæ eſt inobedientia concupiſcentiæ ad rationem, & ideo non ſequitur,

AD tertium dicendum, quod ſuperabundantia paſſionis, quæ facit vitium, non attenditur ſecundum quantitatem ipſius ad intenſionem, ſed ſecundum proportionem ad rationem: vnde tunc ſolum paſſio reputatur imoderata quando limites rationis excedit. Delectatio autem quæ fit in actu matrimoniali quamuis ſit intenſiſſima ſecundum quantitatem, non tamen excedit limites ſibi a ratione præfixos ante principium ſuum, quāuis in prædicta delectatione ratio eos ordinare non poſſit.

AD quartum dicendum, quod turpitudo quæ ſemper eſt in actu matrimoniali & erubeſcentiam facit eſt turpitudo pœnæ, & non culpæ: quia de quolibet defectu homo naturaliter erubeſcit.

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio eſt affirmatiua Et dicit D. Thom. quòd actus matrimonialis ſumit bonitatem virtutis ex his, ex quibus ponitur in medio. Sumit autem bonitatē indiſſolubilitatis, & ſanctitatis ex ratione ſacramenti. Vide literam Diui Thomæ quæ eſt optima, & maximè neceſſaria pro tota iſta quæſtione.

¶ Circa iſtum articulum eſt adhuc dubium. Vtrùm vſus, & actus matrimonialis A taliter excuſetur per hæc tria bona, quòd nullo modo ſit malus: ſed potius bonus ex ſuo genere, & meritorius. Videtur vera pars negatiua.

¶ Primò arguitur argumēto deſumpto ex capit. Vir cūm propria. 33. quæſt. 4. vbi D. Gregorius dicit, quòd vir cum propriā vxore dormiens, niſi lotus aqua eccleſiam intrare nō debet: in quibus verbis ſignificare videtur, ꝙ actus matrimonialis cum propria vxore nō eſt omnino excuſatus, ergo. c. vir cū propria. 33. q. 4.

¶ Secundò arguitur. Qui ſuſtinet detrimentum in bonis potioribus, & excellētioribus B propter minora bona peruerti ordinem rationis, ac ſubiende peccat: ſed in vſu coniugali homo ſiſtinet detrimentum in bonis excellentioribus propter minora bona: ergo peruertit ordinem rationis ac ſubinde peccat. Conſequentia eſt bona, maior eſt manifeſta. Nam minora bona ordinantur ad maiora tanquam ad finē, & non ècontra. Et ita rectus ordo eſt, quod aliquis patiatur detrimētum in bonis inferiori ordinis propter excellētiora bona, & non ècō tra. Minor verò probatur. Nam in vſu matrimoniali patitur homo, & ſuſtinet detrimentum C in bono rationis propter illa tria bona; bonum autē rationis excellentius eſt quam illa bona, vt conſtat: ergo. Confirmatur argumentum. Nā ſi quis ſuſtineret detrimentum in bonis naturalibus, vt in vita vel in fama propter cenſum, perudrtit ordinem, & peccat. Quoniam bona naturalia, & fama. ſunt excellētiora bona, ut conſtat: ergo ſimiliter ille, qui patitur detrimentum in bono rationis propter illa bona.

¶ Tertio arguitur. Nam bonum (etiā ſi adhibentur malo, & coniūgatur illi) nunquam efficit illud bonum: bonum enim ad D hibitum mendacio, nō efficit mendacium bonum: Nam mendaciū habet intrinſecā malitiā, quæ ab illo ſeparari non poteſt: Sed actus coniugalis de ſe eſt malus cū ſit in illo detrimētum rationis: ergo per nullum bonum excuſari poteſt, ac ſubinde remanet malum. Confirmatur argumentum. Nam quodcunque malum ſit in actu; vitiat totum actum. Quæcunque enim circunſtātia mala inficit totum actū: ergo ſi in actu coniugali eſt aliquod malū, quantūcunque adhibeantur alia bona ſemper erit malus.

¶ Quartò arguitur. Quoniam illa omnia bona adhibita non poſſunt efficere, quo mi-

nus delectatio in illo actu ſit immoderata, nec poſſunt tollere eius verecundiam, quæ omnia ad malum pertinent: ergo omnia bona, quæ ſunt in matrimonio, non excuſant actum matrimonialem: ſed ille actus remanet malus.

¶ In hac difficultate D. Bonauent. in. 4. diſtin. 31. artic. 3. quæſt. 1. refert aliquos, qui dixerunt, quod actus matrimonialis nunquam fieri poteſt ſine aliquo peccato ſaltem veniali. Quod etiam tenet Hugo Iuriſperitus ſuper illud cap. Vir cũ propria. citatò in primo argumento. His non obſtantibus.

¶ Concluſio ſit, certiſſimum eſt, quod illa tria bona ſufficienter excuſant actum matrimonialem: taliter quod actus matrimonialis ſit abſque culpa aliqua. Et hæc concluſio eſt certa ſecundum fidem: & probatur: Primò. Nam ſi actus matrimonialis non eſſet abſque culpa; ſequitur quod nec ipſum matrimonium ſit licitum, & abſque culpa. Conſequens autem eſt hæreticũ (vt diffinimus in principio huius materiæ): ergo illud ex quo ſequitur. Sequela ꝓbatur. Nam ipſum matrimoniũ ex natura ſuã ordinatur ad uſum, & actum matrimonialem: ſicut potentia ordinatur ad actum: ergo ſi actus ipſe matrimonialis non eſt abſq; culpa, nec matrimonium ipſum, in quo datur poteſtas ad talem actũ erit abſque culpa. Secundo probatur concluſio. Nam hoc eſſet derogare gratiæ ſacramentali, etenim, ſi opus ipſum ſubſequutum ex matrimonio ad quod ipſum matrimonium ordinatur ex natura rei, eſt malum: quorſum datur gratia in ipſo matrimonio? ergo ipſe actus coniugalis excuſatur a culpa. Tertio probatur concluſio. Actus coniugalis cum illis bonis eſt actus virtutis, ergo bonus & excuſatus a culpa. Conſequentia eſt bona. Antecedens probatur. Nam generalis ratio virtutis conſiſtit in hoc, quod opus in mediocritate conſiſtat, ſed actus matrimonialis conſiſtit in mediocritate ratione fidei, & prolis, & ſacramenti, quæ rectificant actũ generãdi: nam hac ratione actus generandi diſtinguitur à fornicatione, & conſequenter in ſpecie virtutis collocatur, ergo actus coniugalis cum illis bonis eſt actus virtutis, & excuſatur ab omni culpa. Quarto probatur concluſio. Talis actus cõiugalis pertinet in ſpeciali ad virtutẽ iuſtitiæ, nam coniuges ex iuſtitia & fidelitate

A tenẽtur reddere debitũ: ergo talis actus ita excuſatur in particulari, quod eſt actus uirtutis iuſtitiæ. Quinto probatur concluſio. Nam opus ipſum eſt ſanctum. Quoniã in ipſo matrimonio reperitur ratio ſacramenti, in quo datur gratia ad actum cõiugungalẽ & ſignificat coniunctionem Chriſti cum eccleſia: imo ratione actus & conſumationis matrimonij ſignificat coniunctionem verbi cum natura humana, ut ſupra diximus ergo talis actus excuſatur in particulari ab omni culpa: taliter quod eſt actus bonus. Vide D. Auguſt. libro 1. de nuptijs, & concupiſcentia cap. 4.

B ¶ Quibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principio huius dubij. Ad primum argumentum reſpondetur, quòd Gregorius non dixit illud propter culpam aliquam, quæ ſit in ipſo vſu matrimoniali, (alias enim talis culpa non abſtergeretur, aqua) ſed dicit illud propter indecentiam quandam, & quia ille actus reddit aliquo modo hominem inhabilem ad ſpiritualia & diuina. Et quòd hæc ſit legitima interpretatio conſtat ex his quæ ibi dicuntur, nam ſubdit ſtatim. Nec hoc dicentes culpandum putamus eſſe coniugium: ſed quia ipſa licita admixtio coniugis ſine voluptate carnis

C fieri non poteſt, &c.

¶ Ad ſecundum argumentũ prima ſolutio eſt, quòd quamuis in vſu matrimoniali ſit aliquod detrimentum in bono rationis, quod eſt ſupremũ in homine, eſt tamen detrimentum per modum tranſeuntis, & non per modum permanentis: illa vero bona ſunt per modum permanentis. Et ita nõ eſt inconueniens ſuſtinere illam iacturam, & detrimentũ in illo bono perfectiori propter bona minora permanentia. Aduertendum enim eſt, quòd aliquando eſt licitum ſuſtinere detrimentum in bonis excellentioribus propter minora bona, ſi iactura &

D detrimentum in bonis excellentioribus eſt parui momenti, vel non eſt tanti momenti minora vero bona ſunt maximi momenti. Poſſet enim quis ſuſtinere detrimẽtum in fama, vel honore, ſi illud detrimentum eſt paruum propter bona fortunæ ſi ſunt alicuius momẽti. Et ita in ꝓpoſito poteſt quis ſuſtinere detrimentũ bono rationis, (paruum inquam detrimentum & per modum tranſeuntis) propter illa bona permanẽtia, Et ita in ſolutionibus argumentorum D.

Thom.

A Thom. dicitur, quòd non eſt inconueniens quòd aliquando prætermittatur actus, qui tex.ī ſuo genere: eſt nobilior ꝓ aliquo breui tempore, vt aliquis det operam minus bono ex ſuo genere: ſicut cum aliquis intermittit actum contemplationis propter aliquam externam actionem. Item aliquando interrumpuntur actiones optimæ propter sōmnum. Quoniam ſomnus eſt neceſſarius ad conſeruationem indiuidui: ita etiam nō eſt inconueniens, quòd in vſu matrimoniali priuetur homo vſu rationis per aliquod tempus breue: quoniam ille actus eſt maximè neceſſarius ad bonum commune, ſcilicet, ad bonum ſpeciei & eius conſeruationem. B Secunda ſolutio ſit, quòd maius bonū eſt conſeruatio ſpeciei humanæ, in qua etiā inuenitur bonum rationis: & ita non ſuſtinet homo detrimentum rationis propter minora bona, ſed propter maius bonum. Et ex dictis reſpondetur ad confirmationem,

¶ Ad tertium argumentum reſpōdetur, quòd vt conſtat ex ſolutionibus argumentorum D. Tho. illud malum, quòd eſt priuari vſu rationis in uſu matrimoniali, non eſt malum culpæ, ſed pœnæ. Quod quidem malum nihil aliud eſt, quam quędam inobedientia concupiſcentiæ ad rationem: etenim C ſi in tali vſu eſſet malum culpæ, per nullū bonum honeſtari poſſet: vt optime conuincit argumentum. Et per hęc reſpondetur etiam ad confirmationem.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur, quòd delectatio, quæ eſt in vſu matrimoniali non eſt immoderata (cum ſit ſecundum regulas rectæ rationis) nec ex eo quòd illa delectatio intenſiſſima ſit: colligitur ꝙ in ea ſit malum culpæ. Nam paſſiones non induunt rationem culpæ propter intenſionem: ſed quia exeunt limites rectæ rationis. D Et ita quāuis delectatio, quæ eſt in matrimonio, & in vſu illius ſit maximè intēſa, non eſt mala: quia non exit limites rectæ rationis; quia ante eius inceptionem præfixus eſt terminus à recta ratione. Idem dicendum eſt de erubeſcentia, quæ conſequitur ad actum matrimonialem. Solum enim habet rationem mali pœnæ. & idem etiam eſt de turpitudine, quæ eſt in illo actu.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum actus matrimonialis excuſari poſſit ſine bonis matrimonii.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quod actus matrimonialis excuſari poſſit etiā ſine bonis matrimonij. Qui enim à natura tantum mouetur ad actum matrimonij, non uidetur aliquod bonum matrimonij intendere: quia bona matrimonij pertinent ad gratiam vel virtutem: ſed quando aliquis ſolo appetitu naturali mouetur ad actum prædictum, non videtur eſſe peccatum, quia nullum naturale eſt malum. cum malum ſit præter naturam & præter ordinem: vt Dion. dicit: ergo actus matrimonij excuſari poteſt etiam ſine bonis matrimonij.

¶ 2 *Præterea, ille qui vtitur coniuge ad fornicationem uitandam non videtur aliquod bonum matrimonii intendere: ſed talis non peccat, vt videtur, quia ad hoc eſt matrimonium conceſſum humanæ infirmitati, vt fornicatio vitetur: vt patet primæ Corint. 7. ergo etiam ſine bonis matrimonii poteſt actus eius excuſari.*

¶ 3 *Præterea. Ille qui vtitur re ſua ad libitum, non facit contra iuſtitiam, & ſic non peccat, vt videtur: ſed per matrimonium vxor efficitur res viri, & ècontrario: ergo ſi ſe inuicem ad libitum vtuntur libidine mouente non videtur eſſe peccatum: & ſic idem quod prius.*

¶ 4 *Præterea. Illud quod eſt bonum ex genere, non efficitur malum niſi ex mala intentione fiat. Sed actus matrimonialis quo quis cognoſcit ſuam, eſt ex genere bonus: ergo nō poteſt eſſe malus niſi ex mala intentione: ſed poteſt bona intentione fieri etiā ſi non intendat aliquod*

quod bonum matrimonij, puta cum quis ſalutem corporalem per hoc intendit ſeruare, aut conſequi. ergo videtur quod etiam ſine matrimonio bonis actus ille poſſit excuſari.

SED contra. Remota cauſa remouetur effect⁹: ſed cauſa honeſtatis actus matrimonialis ſunt matrimonij bona: ergo ſine eis non poteſt actus matrimonialis excuſari.

¶ Præterea. Non differt actus prædictus ab actu fornicario niſi in prædictis bonis: ſed concubitus fornicarius ſemper eſt malus: ergo ſi non excuſatur prædictis bonis, etiã matrimonialis actus ſemper erit malus.

RESPONDEO dicendum. quod ſicut bona matrimonij ſecundum quod ſunt in habitu faciunt matrimonium honeſtum & ſanctũ: ita etiã ſecũdum quod ſunt in actuali intẽtione faciunt actum matrimonij honeſtum, quantum illa duo bona matrimonij quæ ipſius actum reſpiciunt: Vnde quando coniuges conueniunt cauſa prolis procreandæ, vel vt ſibi inuicem debitũ reddant, quę ad finem pertinem, totaliter excuſantur a peccato ſed tertium bonum non pertinet ad caſum matrimonij: ſed ad eſſentiam ipſius vt dictum eſt. Vnde facit ipſum matrimonium honeſtum, non autem actum eius, vt per hoc actus eius abſque peccato reddatur: quia cauſa alicuius ſignificationis conueniunt: & ideo duobus ſolis modis coniuges abſq; omni peccato conueniunt, ſcilicet. cauſa procreandæ prolis, & debiti reddendi: aliàs autem ſemper eſt ibi peccatum, ad minus veniale.

AD primum ergo dicendum, quod proles prout eſt bonum ſacramenti addit ſupra prolem prout eſt bonum intentum à natura: Natura enim intendit prolem prout in ipſa ſaluatur bonum ſpeciei: ſed in prole ſecundum quod eſt bonum ſacramenti matrimonij, vltra hoc intelligitur vt proles ſuſcepta vlterius ordinetur in Deum: & ideò oportet quòd intentio naturæ quæ prolem

A intendit, referatur actu non habitu ad intentionem prolis prout eſt bonum ſacramenti: aliàs ſtaretur in creatura, quòd ſine peccato eſſe non poteſt: & ideò quando natura tantum mouet ad actũ matrimonii, non excuſatur a peccato omnino, niſi inquantum motus naturæ ordinatur actu vel habitu vlterius ad prolem ſecundum quod eſt bonũ ſacramenti: nec tamen ſequitur quod motus naturæ ſit malus, ſed quod ſit imperfectus niſi ad aliquod bonũ matrimonij vlterius ordinetur.

B AD ſecundum dicendum, quod ſi aliquis per actum matrimonij intendit vitare fornicationem in coniuge, non eſt aliquod peccatum, quia hæc eſt quædam redditio debiti, quæ ad bonum fidei pertinet: ſed ſi intendit vitare fornicationem in ſe, ſic eſt ibi aliqua ſuperfluitas, & ſecundum hoc eſt peccatum veniale, nec ad hoc eſt matrimonium inſtitutum, niſi ſecundum indulgentiã, quæ eſt de peccatis venialibus.

AD tertium dicendum quod vna debita circunſtantia non ſufficit ad hoc quod
C actus ſit bonus: & ideo non oportet quod qualitercunq; quis re ſua vtatur vſus ſit bonus, ſed quando vtitur re ſua vt debet ſecundum omnes circunſtantias.

AD quartum dicendum, quod quamuis intendere ſanitati conſeruatione non ſit per ſe malum, tamen hæc intentio efficitur mala, ſi ex aliquo ſanitas intendatur, quod non eſt ad hoc de ſe ordinatum: ſicut qui ex ſacramento baptiſmi tantum ſalutem corporalem quæreret, & ſimiliter etiam eſt in
D propoſito in actu matrimonij.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Illa tria bona ſecundum habitum honeſtãt matrimonium.

¶ Secunda concluſio. Illa duo bona, ſcilicet, fides, & proles, quæ reſpiciunt actũ matrimonij, honeſtant ipſum actum matrimonij, & non honeſtatur talis actus à ſacramento

mento

mento;na m tertium bonum,ſcilicet,ſacramentum, non pertinet ad uſum matrimonij:ad eſſentiam ipſius.

Tertia concluſio. Quando conueniunt coniuges,uel gratia generationis,uel ad reddendum inuicem debitum,nullo modo peccant, aliàs uerò ſemper peccant ad minus uenialiter.

Circa ſecundam concluſionem, & ſolutionem ad primum D. Thom. eſt primum dubiũ breue. An ſi aliquis accederet ad propriam uxorem, ut expreſſè ſignificaret ſolum coniunctionem Chriſti cum eccleſia; peccaret uenialiter. Videtur uera pars negatiua. Nam licitũ eſt uti coniũcto in eum finem ad quem ordinatur ſed coniugium inquantum eſt ſacramẽtum ordinatur ad ſignificandum cõiunctionem Chriſti cum eccleſia, ergo non eſt peccatum accedere propter talem finem.

¶ In contrarium eſt. Qoniam D. Tho. in præcicta concluſione dicit, quòd per nullam ſignificationem excuſatur actus ille: ergo actus ille eſt peccatum. Confirmatur. Nam in tertia concluſione dicit Doctor ſanctus, quòd coniuges ſemper peccant adminus venialiter in actu coniugali, niſi illum faciant gratia generationis, uel ad reddendum inuicem debitum: ſed iſte talis non accedit ad propriam uxorem propter aliquẽ finem iſtorum,ut conſtat,ergo peccat.

¶ Ad hoc dubium dicendum eſt, ꝙ actus ille matrimonialis non excuſatur propter aliquam ſignificationem. Hæc eſt mens Doctoris ſancti in hoc articulo. Hoc etiam docet Paludan. in.4.diſt.31.q.2.artic.1. Dicit enim, quòd ſicut ſi aliquis baptizaretur ſolum ad ſignificandam Chriſti ſepulturam, non caret culpa: ita etiam non caret culpa, qui accedit ad propriam uxorem propter ſolam ſignificationem. Verùm eſt ꝙ ſi aliquis non excludens alios fines in actu cõiugali intenderet hoc ſignificare, non peccaret uenialiter. Nam ſi quis non excludens alios fines baptiſimi intẽderet repræſentare mortem Chriſti,non peccaret, ergo etiã non peccaret in noſtro caſu.

¶ Et rationem dubitandi dicendũ eſt, quòd quamuis ſacramenta ſint ſacra ſigna, potiſsimum tamen inſtituta ſunt ad efficiẽdum (nam ſunt ſigna practica)& ideo qui ſolum uteretur ſacramento ad ſignificandũ non haberet rectum uſum Item dicendum

A eſt, quòd ratio ſacramenti non pertinet ad vſũ matrimonij, ut dicit. D.Tho.in corpore: & ita non honeſtat illum.

¶ Et omnia, quæ dicenda ſunt in hoc articulo, melius explicentur aduertendum eſt, quod multis modis poteſt maritus accedere ad uxorem,uel è contra uxor ad maritum. Primo modo ad generandi prolem. Secundo modo ad reddendum ſibi debitum. Tertio modo ad euitandam fornicationem,uel in ſeipſo, uel in altero coniuge. Quarto. & ultimo modo propter delectationem tantum. Et certa res eſt quòd eſt licitum accedere ad uxorem,uel uxor ad

B maritum duobus prioribus modis, ſcilicet,gratia generandi prolem,& reddendi debitum ſine aliquo peccato. De quarto uero modo diſputatur articulo ſequenti,& ita in hoc articulo ſolũ eſt explicandum, an ſit licitum accedere tertio modo, ſcilicet, gratia uitandi fornicationem in ſe ipſo,uel in altero: & hoc tangitur à D. Thom. in ſolitionibus argumentorum.

EST igitur ſecundum dubiũ circa tertium modum, & circa ſolutionem D. Thom. ad ſecundum. An liceat marito

C accedere ad uxorem petendo debitum ab illa propter uitandam fornicationem uxoris; & idem eſt de uxore reſpectu mariti. Videtur quòd non ſit licitum.

¶ Primò arguitur ex doctrina Doctoris Angelici in tertia concluſione, ubi expreſſe dicit, quòd quando conueniunt coniuges uel gratia generationis, uel ad reddẽdum inuicem debitum, nullo modo peccant: aliàs uerò ſemper peccant ad minus uenialiter: ſed in iſto caſu non accedunt generationis cauſa,nec ad reddendum debitum ergo peccatũ eſt. Minor uidetur nota. Quòd ſi quis

D dicat cum D.Thom. ad ſecundum quòd de illo caſu uirtualiter eſt quædã redditio debiti:& ita licitum eſt.

¶ Secundo arguitur contra hanc ſolutionem. Nam ex illo ſequitur, quòd coniux in illo caſu tenebitur ex iuſtitia, & fidelitate accedere ad alterum coniugem, & quòd aliàs peccabit mortaliter: conſequens uerò duriſsimũ uidetur: ergo Sequela eſt manifeſta. Nam coniux ex iuſtitia,& fidelitate tenetur reddere debitũ, taliter quòd ſi nõ reddit peccat mortaliter. ſed in illo caſu eſt additio debiti ſecundum. D. Tho. ergo.

¶ Tertio arguitur. Ipſe coniux ad uitandam

dam propriam fornicationem non poteſt licitè accedere ad alterũ. (de quo in dubio ſequenti), ergo nec ad vitandam fornicationem alterius. Probatur conſequentia ex paritate rationis. Nam ſicut coniux tenetur prouidere bono ſpirituali alterius coniugis: ita etiam tenetur prouidere bono ſpirituali proprio.

¶ Prima concluſio ſit: Certiſsimum eſt, quòd eſt licitum accedere ad alterum coniugem propter vitandam fornicationem in illo. Hanc concluſionem docet expreſsè D. Thom. hic ad ſecundum. Primò probatur ex Diuo Auguſtino libro de bono con iugali. capit. 7. & capit. 10. Vbi hoc expreſſe docet: & idem docet Beda ſuper epiſtolam primam ad Corinthios capit. 7. Vide etiam Magiſtrum Sotum diſtinctio. 31. quæſtione 1. articulo 3. & 4. vbi hoc etiam docet: ergo. Secundò probatur concluſio ratione. In illo caſu virtualiter, & interpretatiuè alter coniux petit debitum, & ita in altero coniuge petiti o debiti potius eſt red ditio debiti: redditio verò debiti in omñi ſentẽtia eſt licita: ergo licitum eſt in illo caſu accedere ad alterum coniugem propter vitandam fornicationem. Et aduertendum quòd hoc potiſsimum habet locum in vxore, quæ præ verecũdia ſæpiſsimè non audet petere debitum. Sed adhuc eſt dubium: an coniux in tali caſu teneatur petere debitũ ad vitandam illam fornicationem.

¶ Secunda concluſio, vt hoc explicemus. Si maritus in ſimili caſu aduerteret periculum vxoris, teneretur petere debitum, imo tenetur ex fidelitate; & iuſtitia. Prima pars, ſcilicet, quòd teneatur eſt grauiſsimorum doctorum, & probatur. Nam maritus tenetur prouidere bono ſpirituali vxoris quando commodè poteſt: ſed in illo caſu periclitatur bonum ſpirituale vxoris, & ipſe maritus poteſt commodè ſubuenire petendo debitum formaliter: ergo tenetur petere. Secunda pars, ſcilicet quòd teneatur ex iuſtitia & fidelitate probatur. Primò argumento facto. Maritus ex iuſtitia tenetur prouidere bono ſpirituali vxoris ſi commodè poteſt, nam aliter tenetur quam reſpectu alterius proximi: ſed commodè poteſt in illo caſu petendo debitum: ergo tenetur ex iuſtitia.

¶ Secundò probatur hæc pars ex prima concluſione. Quoniam ad bonum fidei

A & iuſtitiæ pertinet, quòd reddatur debitum coniugi, non ſolum quando expreſſe petierit, verum etiam quãdo interpretatiuè: ſed quando eſt periculum in coniuge, eſt implicita petitio: ergo tenebitur ex iuſtitia & fidelitate ad illã accedere, ac ſubinde ſi non accedat, erit peccatum mortale contra iuſtitiam & fidelitatem. Diximus in concluſione, ſi maritus aduertat periculum, nam ſi non aduertit excuſabitur.

AD argumenta facta in principio reſpõdetur. Ad primum argumentum, quòd ibi optimè dictum eſt ex D. Thom. quòd in illo quamuis formaliter

B & metaphyſicè loquendo videatur petitio debiti: tamen virtualiter & interpretatiuè & moraliter, eſt redditio debiti, quæ quidem licita eſt, vt docet noſter Doctor in eadem concluſione. Eſt optimum ſimile Theologicum. Nam vt dicunt Theologi in 2. 2. quæſtione 64. articulo 7. aliquando aliquis actus formaliter & metaphyſicè loquendo eſt aggreſsio, tamen virtualiter, & mortaliter loquendo, eſt defenſio: vt ſi homo incluſus ſit in aliqua domo & obſenſſus ab inimico, qui ſolum expectat exitum, tunc licebit præuenire, & occidere inimicum: cum non habeat aliud re-

C medium: & in illo caſu moraliter & virtualiter eſt defenſio, non aggreſsio. Idem dicendum in noſtro propoſito.

¶ Ad ſecundũ argumentum, quod eſt replica contra ſolutionem primi, reſpondetur ex dictis in ſecunda concluſione.

¶ Ad tertium verò reſpondetur pro nũc negando conſequentiam, vt eam negat D. Thom. in illa ſolutione ad ſecundum. Et ratio differentiæ eſt. Nam in caſu antecedentis non eſt redditio debiti: ſed petitio etiam virtualiter & moraliter: & ita nõ licet. In caſu verò cõſequẽtis eſt redditio debiti mora

D liter & virtualiter: & ita eſt licitũ. Quod explicabitur ampliùs dubio ſequenti.

EST tertium dubium, circa eũdẽ tertium modum. Vtrùm ſit licitum vni coniugi accedere ad aliũ petendo debitũ propter vitandam propriã fornicationẽ. Et videtur quòd ſit licitum & nullo modo peccatum. ¶ Primò arguitur ex D. Paul. 1. Corint. 7. vbi expreſſè dicit, Quod vnuſquiſque propter fornicationem, ſuam vxorem habeat. Et loquens ſtatim de mulieribus, quæ contineri non poſſunt, dicit. Melius

lius eſt nubere quam vri, vbi expreſsè Diuus Paulus dicit, licitum eſſe cõtrahere matrimonium ad vitandam fornicationem, ergo licitum etiam eſt, vti matrimonio ad vitandam fornicationẽ. Probatur conſequentia. Nam quando potẽtia eſt licita propter aliquem finem, vſus & actus potentiæ licitus eſt propter eundem finem. Confirmatur argumentum. Illi cõiugi, qui vtitur, uel eſt conſulendum, vt ducat uxorem propter vitandam fornicationem vel non, ſecũdum eſt contra D. Paulum, qui conſulit vt ducat vxorem: ſi autem dicamus primum, ergo licitum eſt, & ſanctum illud, quod conſulitur, ac ſubinde licitum eſt vti matrimonio ad vitandam propriam fornicationem.

¶Secundò arguitur. Matrimonium poſt naturam lapſam inſtitutum eſt à Deo non ſolum ad generationem prolis, & multiplicationem generis humani: ſed etiam in remedium concupiſcentiæ, ut dicunt omnes ſancti patres, & nos illud definiuimus ſuprà ergo licitum erit contrahere matrimoniũ, & illo vti in remedium concupiſcentiæ & ad vitandam fornicationem. Probatur conſequentia. Nam licitum eſt vti medio ordinato à Deo ad aliquem finem.

¶Tertiò. Copula carnalis coniugum de ſe non eſt mala, nec illicita, ut conſtat maniſeſtè, ergo ſi ordinetur ad bonum finem, & de ſe licitum, non erit mala. Tunc vltra. Sed vitare fornicationem non eſt malus finis, ut conſtat, ergo accedere ad propriam uxorẽ propter iſtum finẽ licitum eſt & ſanctum.

¶Quartò arguitur & confirmatur argumentum præcedens. Licitum eſt, vti re propria in bonum finem coniugum, ſed res propria viri eſt vxor, & uitare fornicationem non eſt malus finis, ergo licitum erit illa uti ad vitandam propriam fornicationem. Cõfirmatur. Nam ex oppoſita ſententia ſequeretur, quòd ſenes & ſteriles & vxores prægnantes non poſſent licitè petere debitum. Conſequens autem eſt maximè abſurdum, ergo. Sequela probatur. Nam iſti non poſſunt habere alium finem niſi uitare propriam fornicationem.

¶Quintò arguitur. Quoniam licitus eſt vſus matrimonii ad vitandã fornicationem alterius, vt diximus dubio præcedẽti: ergo à fortiori licitum etiã erit vti matrimonio ad vitandam propriam fornicationem. Probatur conſequentia. Nam magis tenetur homo prouidere bono ſpirituali proprio, quã bono ſpirituali uxoris.

A

¶In oppoſitum eſt primò ex illo Diui Pauli 1. Corinthiorum 7. ubi loquens de coniugibus inquit. Quod ad tempus uacẽt orationi, ſed quòd poſtea reuertantur ad vſum matrimonij. Et ſubdit hoc autem dico ſecundum indulgentiam, & non ſecundum imperium. Indulgentia autem non eſt de bono, ſed de malo, ergo præſupponit D. Paulus, quòd ille actus factus propter incõtinentiam ſit illicitus, ſaltem uenialiter.

B

¶ Secundò arguitur. Vſus matrimonialis ex natura ſua non ordinatur ad iſtum finem, ſed ad procreationem prolis, & ad ſeruandam fidelitatem in matrimonio, ergo peccatum ueniale eſt ordinare actum coniugalem ad uitandam fornicationem. Conſequentia eſt euidens, antecedens probatur. Nam ad uitandam fornicationem ſunt alia media per ſe ordinata, ut pœnitentia, virgilia, oratio.

C

¶ Tertiò arguitur & confirmatur argumentum præcedens. Vti medio inordinato ad aliquem finem eſt peccatum, hac enim ratione pollutio propter ſanitatem eſt peccatum, ut conſtat, ſed qui vtitur actu matrimoniali ad uitandam fornicationem, utitur medio inordinato, ut probauimus, ergo talis actus erit illicitus & peccatum.

¶ Quartò arguitur. Ille actus matrimonialis propter fornicationem uitandam nõ habet bona, quę excuſant ipſum actum matrimonialem, uidelicet, fidem & prolem: ergo ille actus eſt malus & illicitus. Probatur conſequentia. Nam homo in tali actu patitur detrimentum in bono rationis ſine aliquibus bonis honeſtantibus ipſum (ut conſtat.) Antecedens uero eſt manifeſtũ. Confirmatur argumentum. Eligere medium, cui annexa ſunt maiora detrimenta, eſt contra rationem: ſed actui coniugali ſunt annexa maiora detrimẽta quam aliis mediis, ſcilicet uigiliæ, & orarioni, ergo eligere illud aliis neglectis, eſt contra rationem.

D

¶Quintò arguitur. Nam homini eſt indictum bellum contra concupiſcentias) ut dicit Paulus ad Galatas cap. 6.) quibus reſiſtere debet non credere: ſed qui propter iſtum finem exercet actum coniugalem, cedit cõcupiſcentiæ vñ, ut conſtat peccat, nec ſtrenuè pugnat in militia Chriſtiana. Confirmatur argumentum. Nam qui accedit

ad vxorem ad vitandam fornicationem neglectis alijs remedijs, quæ ſunt (ut diximus) accedit propter delectationem; ſed accedere propter delectationem eſt peccatum veniale, ut dicemus articulo ſequenti, ergo non eſt licitum.

PRopter hæc argumenta pro utraque parte poſita ſunt diuerſæ ſententiæ doctorum. Prima ſententia eſt veluti extrema, quæ aſſerit, quòd accedere ad alterum coniugem petendo debitum propter vitandam propriam fornicationem nullum eſt peccatum etiam veniale. Pro hac ſententia Magiſter Sotus in 4. diſtinct. 31. quæſtione 1. articulo 4. adducit quam plures authores. Eam tenet Altiſidior. quarto ſuæ Summæ, capit. 4. quæſtione 2. Hugo ſuper Eccleſiaſten. in illud, Tempus amplexandi. Sotus tenet hanc ſententiam in 4. diſtinctio 26. circa finem. Durandus diſtinction. 31. quæſt. 4. Syluest. verbo, debitum coniugale. §. 6. circa finem. Dicit tamen Magiſter Sotus vbi ſupra. Quod Syluester deceptus fuit putans eſſe ſententiam Diui Thomæ. Et allegat pro hac ſententia Caieta. in ſumma cap. de vſu matrimonij, & eam tenet in 2. 2. quæſtione 88. articulo 2. dubio quinto circa finem. Nauarro in manuali capit. 26. numero 32. Et expoſitores Diui Thomæ communiter ſequuntur iſtam ſententiam.

¶ Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quòd non eſt licitum accedere ad propriam vxorem petendo debitum ab illa propter vitandam propriam fornicationem: ſed eſt peccatum veniale. Pro hac ſententia Magiſter Sotus loco citato adducit Diuum Auguſtinũ loco immediate citato in prima concluſione dubij præcedentis, & adducit D. Gregor. Bedam, & alios multos Doctores. Et hãc ſentẽtiam videtur tenere Doctor Angelicus, in hoc articulo in corpore, & clarius in ſolutione ad ſecundum, vbi dicit. Sed ſi intendit uitare fornicationem in ſe, ſic eſt ibi aliqua ſuperfluitas, & ſecundum hoc eſt peccatum veniale, néc ad id eſt matrimonium inſtitutum niſi ſecundum indulgentiam, quæ eſt de peccatis venialibus.

¶ Tertia ſententia eſt veluti media inter has duas extrema, & conciliat illas. Ad cuius expoſitionem aduertendum eſt. Quòd dupliciter poteſt contingere quòd aliquis petat debitum propter uitandam forni-

A cationem. Primò modo quando non eſt medium ſimpliciter neceſſarium ad uitandam fornicationem, quoniam poteſt uti multis aliis mediis. v. g. pœnitentia, abſtinentia, vigilia, oratione. Secundò mõ quando moraliter cenſetur medium neceſſariũ ad vitandam fornicationem. Quo ſuppoſito hæc ſententia duo dicit. Primum dictũ eſt, quòd eſt peccatum veniale petere debitum ad vitandam fornicationem propriam in primo caſu, videlicet, quando ſunt alia media moraliter loquendo, & quòd in hoc caſu debet intelligi ſecunda ſententia. Et

B probant iſtam ſententiam quantũ ad iſtud dictum. Quia cum ſint alia media proportionata ad iſtum finem, aliqua inordinatio eſt vti medio de ſe ordinato ad generationem prolis, & ad ſeruandam fidelitatem ad illum finem conſequendum.

¶ Secundum dictum huius ſententiæ eſt, quòd nullum eſt peccatũ etiam veniale in ſecundo caſu, videlicet, quando non eſt aliquod aliud medium moraliter loquendo. Et in hoc dicunt, quod habet verum prima ſententia. Et ratio huius eſt. Quia in tali caſu verum habet quod eſt medium vnicum

C moraliter loquendo ad illum finem conſequendum, ergo ſicut finis non eſt malus ét venialiter, non erit malum medium venialiter. Hãc ſententiam & concordiã ſequuntur multi moderni Theologi, & tribuunt hanc ſententiam Paludano in 4. diſtinctio. 31. quæſt. 3. & Capreolo ibidem.

¶ In huius rei expoſitionem concluſio ſit. Duæ priores ſententię ſunt ſatis probabiles: tertia verò omnium probabiliſſima. Hæc concluſio virtualiter habet tres partes Prima pars (videlicet) quòd prima ſẽtẽtia ſit ſatis probabilis probatur argumentis fa-

D ctis primo loco, quæ ſunt ſatis probabilia: & authoritate grauiſſimorum Doctorum qui illam tenent. Et qui voluerit iſtam primam ſeneentiam defendere, debet dicere quòd in tali caſu ſaluatur bonum fidei, ad quam pertinet, quòd proprium corpus caſte cuſtodiatur coniugis & ad hunc finẽ vtitur vxore ſibi conceſſa, ne diuertat ad alienam. Secũda pars (videlicet) quòd ſecunda ſententia ſit ſatis probabilis conſtat argumẽtis factis ſecundo loco, quę ſunt ſatis probabilia: & authoritate doctorũ, qui illã tenent, præcipue authoritate D. Tho. qui videtur illam expreſſe ducere. Et ſecundũ iſtam ſententiam

tentiam dicendũ eſt,quod in moralibus nõ eſt ſatis,ut opus ſit bonũ, quod ordinetur in debitum finem.ſed oportet quòd tali fini ſit debitè proportionatum. Nam mediũ ſe habet ad finem ſicut ſpecies ad genus; In naturalibus autem ſpecies non collocantur in quolibet genere: ſed in eo cui ſubordinantur:ita in moralibus non eſt aptum medium ad quemcunque finem voluerit ordinare, ſed oportet habere proportionem ad illum. Ad propoſitum verò,actus cõiugalis per ſe ordinatus eſt uel ad prolem vel ad fidem, & cum his habet proportionem. Vnde ſi velis ordinare ad ſedandum appetitum libidinis non eſt finis legitimus. Tertia pars,uidelicet,quòd tertia ſententia ſit omnium probabiliſſima conſtat argumentis factis pro illa,quæ ſunt omnium probabiliſſima. Et quoniam ſecundum iſtam ſententiam conciliantur aliæ duæ ſententiæ:& ſaluatur doctrina D.Tho. & quoniam hæc ſententia eſt omniũ probabiliſſima,reſpondẽdum eſt ad argumenta facta pro utraq; parte:nam quædam militant contra primũ dictum huius ſententiæ, quædam verò contra ſecundum dictum.

AD argumenta igitur facta primo loco, quatenus procedunt contra primum dictum reſpondetur. Ad primum ar argumentum quòd in illo teſtimonio loqtur Diuus Paulus. Quando matrimonium & eius vſus eſt medium vnicum ad uitandam fornicationem:taliter quod moraliter loquendo nõ poteſt aliter eã uitare. Et idẽ dicendum eſt ad confirmationẽ argumẽti.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur. quòd matrimoniũ inſtitutum eſt poſt naturam lapſam in remedium concupiſcentiæ,quando non eſt aliud remedium, & ꝓ tempore quo moraliter loquẽdo nõ adeſt aliud medium.Nam ſi adeſt aliud remediũ, & utitur iſto,peccato venialiter.Quoniã eligit medium quod habet maiora detrimenta adiuncta.

¶ Ad tertium argumentum dicendũ eſt, ꝙ ſi adſunt alia remedia, ipſa copula carnalis,quæ habet adiũctã iacturã vſus rationis, eſt mala,cũ non honſtetur aliquib.bonis.

¶ Ad quartum argumentum reſpõdetur quod licitum eſt uti re propria quando talis uſus non habet detrimentum adiunctũ, in bonis excellentioribus,in propoſito uero uſus vxoris habet detrimentum adiunctum: & ita niſi honſtetur illis bonis iã dictis nõ, eſt licitus ſi adſunt alia media. Ad confirmationẽ reſpondetur, ꝙ ſenes & ſteriles,& uxores prægnantes non poſſunt licite petere debitum ad vitandam fornicationem ſolum,ſi adſunt alia remedia; ſed erit peccatum veniale, ſi tamẽ ſolũ ſit unicum remedium,ſcilicet, vſus matrimonialis,nullum erit peccatum petere debitum.

¶ Ad quintum argumentum reſpondetur negando conſequentiam. Nam quando utitur quis matrimonio ad uitãdam fornicationẽ alterius, eſt ibi virtualiter redditio debiti,vt diximus: & ita talis actus honeſtatur per fidelitatẽ ipſam. In noſtro uero caſu ſi adeſt aliud remedium,non eſt aliquid, per quod talis actus honeſtetur: & ita ſemper ille actus erit illicitus venialiter.

¶ Ad argumenta facta ſecundo loco quatenus militant contra ſecundum dictum ultimæ ſententiæ reſpõdetur. Ad primum argumentum ex D. Paulo reſpondetur, quòd (vt iam dictum eſt ſupra) illud uerbum indulgentia, non ſignificat condonationem peccati: ſed tantum ſignificat Paulus, quod ille ſtatus ſit ſtatus imperfectorum impeditiuus maioris boni, & in remedium concupiſcentiæ,& ita conceſſus eſt talis ſtatus per modum indulgentiæ.

¶ Ad ſecundum reſpondetur,quòd matrimonium,& eius vſus non eſt mediũ inordinatum ad uitãdum fornicationem præcipuè quando eſt vnicum medium moraliter loquendo. Imo ex diuina inſtitutione poſt naturam lapſam ordinatur in remediũ concupiſcentiæ. Secundo reſpõdetur quod quando non eſt aliud medium in tali actu ſaluatur bonũ fidei, ad quã pertinet quod proprium corpus caſtè proprio coniugi cuſtodiatur,& ad hunc finem vtitur vxore cõceſſa,ne diuertat ad alienam.

¶ Ad tertium argumẽtum reſpondetur, quod,vt diximus, matrimoniũ,& eius vſus eſt medium per ſe ordinatum ad uitãdam fornicationem poſt naturam lapſam,præcipuè quando nõ eſt aliud remedium moraliter loquendo. Vnde non eſt idem de pollutione propter ſanitatem. Quoniam talis pollutio per ſe ordinatur ad conſeruationem ſpeciei,& ita quando ordinatur ad cõſiſtentiam indiuidui, ordinatur cõtra ſuam naturam,& eſt peccatum mortale.

¶ Ad quartum argumentum reſpõdetur ſicut

ſicut diximus in ſecunda ſolutione ſecundi
argumenti, ꝙ ibi ſaluatur bonum fidei.Ad
cõfirmationẽ reſpondetur ꝙ illud argumẽ
tum cõuincit, quando adſunt alia media,
nõ uero quãdo talis actus eſt mediũ vnicũ.

¶ Ad quintum argumentum reſpondetur,
quòd quando non eſt aliud medium,
qui exercet actum coniugalem ad uitandã
fornicationem,non cedit concupiſcentiæ,
ſed potius uincit illam: bene tamen ſi ſint
alia remedia.¶ Ad confirmationem reſpon
detur, quod quando ſunt alia remedia, &
reiicit illa, qui ſic accedit ad uxorem pro-
priam,operatur propter delectationem, &
ita dicat venialiter, ſi tamen non ſit aliud
medium non operatur propter delectatio-
nem ſed propter bonum fidei,ut caſte cu-
ſtodiat proprium corpus.

EST quartum dubium; Vtrùm ſit pec
catum veniale accedere ad propriam
vxorem petendo debitum ad uitan-
dã infirmitatem,& propter propriam ſalu-
tem corporalem,uel conſequendam,uel cõ
ſeruandam, & ad pellendam infirmitatem
corporalem.Dixi de veniali. Quoniam cer
tum eſt apud omnes authores,quòd acce-
dere ad propriam vxorem nũquam eſt pec
catum mortale,niſi apponatur malus finis
extrinſecus mortaliter malus, vel mala cir-
conſtantia.Et uidetur quòd nullum ſit pec
catum in tali actu.

¶ Primò arguitur. Ille actus coniugalis
dẽ ſe non eſt malus(ut conſtat)& intende-
re ſanitatem non eſt finis malus, ut eſt per
ſe notũ, ergo nulla eſt rõ quare talis actus
ſit peccatum ueniale. Probatur conſequen
tia.Nam non hẽt vnde ſit peccatũ veniale.

¶Secundò arguitur.Licitum eſt inebria
re ſe,quãdo eſt medium ad ſalutem corpo-
ralem neceſſarium, vt definiunt Theologi
in 2.2.queſtiones.150.artic.2.(Vide ibi Ca
ietan.& in ſumma,verbo,ebrietas) ergo ẽt
erit licitum accedere ad propriam uxorem
propter ſanitatem : quando eſt mediũ ne-
ceſſarium ad illam.Probatur conſequentia
ex paritate rationis.

¶ Tertiò arguitur. Qui accedit ad pro-
priam uxorem propter ſanitatem, habet
bonum,quo honeſtetur talis actus ſcilicet,
generatio prolis, ergo talis actus omnino
eſt licitus.Conſequentia eſt euidens.Ante-
cedens uerò probatur.Nam intendere uita
re infirmitatem reducitur ad generationẽ

A prolis. Nam ſi maritus ſit infirmus, non po
terit vacare generationi prolis.

¶Quartò arguit.Satis probabile eſt (ut
diximus dubio præcedenti) quod eſt lici-
tum accedere ad propriam uxorem ad ui-
tandam fornicationem propriam: ergo lici
tum etiam erit accedere ad propriam uxo
rem propter ſanitatem, uel ad uitandam
infirmitatem.Probatur cõſequentia ex pa-
ritate rationis.Et hæc argumenta præcipue
habent uim quando nõ eſt aliud medium
ad acquirendam ſanitatem, uel ad uitandã
infirmitatem.

B ¶In oppoſitum eſt primò.Nam D.Tho.
hic in ſolutione ad quartum, expreſſè do-
cet quod talis actus: matrimonialis ꝓpter
ſanitatem acquirendam, uel infirmitatem
uitandam eſt malus,ergo.

¶Secundò arguitur.Actus matrimonia-
lis non ordinatur ad ſalutem corporis, ſed
ad generationem prolis: ergo de ordinatio
erit in hoc actu matrimoniali,ſi ordinetur
ad ſalutem corporis.Cõſequentia uidetur
bona, & antecedens probatur. Nam actus
matrimonialis ordinatur ad cõſeruationẽ,
& nullo modo ad conſiſtentiam indiuidui:
C ſumptio enim cibi ordinatur ad conſiſtẽ-
tiam indiuidui,ut conſtat,ergo.

¶Tertiò arguitur.Peccatum eſſet, quod
aliquis aſſumeret baptiſmi ſacramẽtũ pro
pter ſalutem corporalem, uel ad euitandã
infirmitatẽ tantum: ergo etiam erit pecca-
tũ cõtrahere matrimoniũ,& uti ille ꝓpter
iſtum finẽ.Antecedens eſt notũ.Conſequẽ
tia vero probatur ex paritate rationis.

IN hac difficultate,& propter hæc argu
mẽta pro vtraq; parte poſita ſunt va-
riæ ſententiæ inter Doctores.Prima ſẽ
tẽria eſt,quæ aſſerit quòd accedere ad pro
D priã uxorem propter ſalutem, uel ad uitan
dam infirmitatem non eſt peccatum uenia
le, ſed res licita.Hæc ſentẽtia tribuitur Al
berto Magno,& Maiori, in 4.diſt. 31.Hãc
tenet Magiſter Canus ſuper iſtum articu-
lũ,& ſequuntur eũ aliqui diſcipuli D. Tho.
Sed ut explicemus iſtam ſentẽtiam aliqua
aduertenda ſunt:

¶ Primo. Aduertendum eſt, quod hæc
ſententia intelligitur ab iſtis authoribus,
cum quadam moderatione dubii præceden
tis, uidelicet, quando non eſt aliud mediũ
ad conſequendam ſalutem; uel repellendã
infirmitatem: nam ſi ſit aliud mediũ dicit
hæc

hæc ſententia, quod eſt veniale, exercere il lum actum propter talem finem. Et dicũt ꝙ D. Thom. in ſolutione citata intelligitur quando non eſt aliud medium ad comparandam ſanitatem.

¶Et vt ſoluant rationes in oppoſitum. Secundo aduertunt iſti authores, quòd licet actus coniugalis non ſit primario, & principaliter ordinatus ad conſequendam ſalutem corporalem, eſt tamen ordinatus ſecundario. Et ita quando non eſt aliud medium conueniens licitum erit vti tali medio. Et ita Sãcti & Doctores, qui videntur dicere oppoſitum, dicunt iſti authores, quòd loquuti ſunt de principali fine actus matrimonialis, & de bonis principalibus ipſius matrimonii: qualia ſunt generatio prolis, & conſeruatio fidelitatis. Nihilominus tamen præter hæc principalia bona ſunt alia bona veluti ſecundaria matrimonii, & huiuſmodi ſunt vitare propriam fornicationem, & infirmitatem corporalem. Et hæc bona ſecundaria dicunt ꝙ reducuntur ad primaria bona, & principalia. Nam vitare propriam fornicationem (vt diximus dubio præcedenti) reducitur ad fidelitatem matrimonii. Nam qui intendit propriam fornicationem vitare, intendit ſeruare fidelitatem alteri coniugi: vitare verò infirmitatem reducitur ad generationem prolis: nam ſi maritus ſit infirmus non poterit vacare generationi prolis. Et denique dicunt iſti authores, quod eſt maxima differentia inter baptiſmum, & actum matrimonialem. Nam actus matrimonialis, licet non primario & principaliter ordinetur ad ſanitatem corporalem, ſecundario tamẽ, & minus principaliter ordinatur ad illam, quando non eſt aliud medium ad iſtum finem. Baptiſmi verò ſacramentum nullo modo ordinatur ad ſalutem corporalem, nec primario nec ſecundario. Et eſt etiam alia differentia. Nam matrimonium & habet rationem contractus, & habet rationem ſacramenti, & ita actus matrimonialis ea parte qua eſt actus cuiuſdã contractus ciuilis ſine vllo inconuenienti ordinari poteſt ad ſalutem corporalem. Hoc autem nullo modo dici poteſt de baptiſmate: nam baptiſmus ſolum habet rationem ſacramenti.

¶Secunda ſententia eſt, quòd eſt peccatum veniale. Hanc ſententiam tenet D. A Thom. hic ad quartum, & aliqui citant pro hac ſententia D. Bonauen. in 4. diſtinctio. 31. Et illi authores qui tenent, ſecundam ſententiam dubii præcedentis, neceſſario debent tenere iſtam ſententiam. Nam magis ordinatur vſus matrimonii ad vitãdam fornicationem, quam ad vitandam infirmitatem. Et hanc ſententiam tenent multi interpretes D. Thom.

¶In huius rei expoſitionem ſit, prima concluſio. Quando coniux accedit ad alterum coniugem, ſi intendat generationem prolis, & ſimul concomitanter in- B tendat propriam ſanitatem, vel vitare infirmitatem, licitum eſt, & bonum, & nullum eſt peccatum, etiam veniale. In hac cõcluſione debent cõuenire omnes Theologi: & probatur concluſio. Primò. In tali caſu nõ eſt aliquid vnde vitietur talis actus, ergo nullum eſt peccatum. Conſequentia eſt bona, antecedens conſtat. Nam talis actus honeſtatur per generationem prolis, quæ eſt bonum ipſius matrimonii. Secundo probatur concluſio. Nam actus matrimonialis per ſe ordinatur ad generationem prolis, & concomitanter poteſt habe- C re rationem medij ad conſequendam ſanitatem, vel vitandam infirmitatem: ergo ſi quis accedat ad alterum coniugem, & ſimul concomitanter intendat propriam ſanitatem, vel vitare infirmitatem, nullum erit peccatum. Probatur conſequentia. Nam exercet actum cum illa intentione, & in ordine ad illum finem qui conuenit ei ex natura ſua.

¶Secunda concluſio. Quando coniux accedit ad alterum coniugem ſolum propter ſalutem corporalem propriam, & eſt aliud medium ad illam peccatum eſt ve- D niale. In hac concluſione conueniunt omnes Doctores vtriuſque ſententiæ. Et hanc concluſionem probant argumenta facta ſecundo loco, quæ omnia confirmantur. Accedere ad propriam vxorem ad vitandam propriam fornicationem eſt peccatum veniale, quando moraliter loquendo eſt aliud medium: vt diximus in præcedenti dubio ſecundum ſententiam probabiliorem: ergo ſimiliter in noſtro caſu. Imo à fortiori: nã vſus matrimonialis magis ordinatur ad vitandam fornicationem propriam, quam ad ſalutem corporalem, vel vitandam infirmitatem corporalem.

¶Tota

¶Tota autem difficultas eſt, quando non eſt aliud medium ad acquirendam ſanitatem, vel uitandam infirmitatem.

¶In huius expoſitionem fit tertia concluſio. Probabilis eſt prima ſententia, quæ aſſerit ꝙ in iſto caſu accedere ad propriam vxorem propter ſolam ſanitatem corporalem, non eſt peccatum veniale, probabilius tamen eſt oppoſitum. Hæc concluſio habet duas partes.

¶Prima pars probatur argumentis factis primo loco, & authoritate doctorum, qui illam tenēt. Et explicanda eſt ad illum modum quo illam declarauimus.

B ¶Secunda uero pars probatur authoritate Doctorum, qui illam tenēt, præcipuè authoritate D. Thom. Et eam etiam ſequitur Magiſter Sotus, vt probabiliorem loco ſupra citato. Probatur etiam argumentis factis ſecundo loco, quæ ſunt longe probabiliora. Quæ omnia confirmantur ratione D. Thom. Nam actus coniugalis nullo modo ordinatur ad conſeruationem indiuidui: ſed ad conſeruationem ſpeciei, ergo aliqua inordinatio eſt ordinare illum actum coniugalem ad conſeruationem indiuidui: ac ſubinde erit peccatum ueniale. Et hæc eſt differentia inter ſumptionem cibi, & potus, & actum coniugalem: nam ſumptio cibi, & potus, ordinatur ad conſeruationem indiuidui: & ita nulla eſt inordinatio ſumere cibum, vel potum in maxima quantitate, etiam vſque ad ebrietatem ſi ſit medium neceſſarium ad conſeruationem, actus uero coniugalis nullo modo ordinatur ad conſeruationem indiuidui, & ita nunquam eſt licitum ordinare illum ad iſtum finem tantum. Et quoniam debemus perſiſtere in hac ſententia tanquam in probabiliori, reſpondendum eſt ad argumenta facta primo loco.

¶Ad primum argumentum reſpondetur, cum D. Tho. ad primum, quod quamuis intendere conſeruationem ſanitatis nō ſit per ſe malum, tamen hæc intentio efficitur mala, ſi ex aliquo ſanitas intendatur, quod non eſt ad hoc de ſe ordinatum: & ſic contingit in propoſito. Nam actus matrimonialis de ſe non eſt ordinatus ad ſanitatem: & ita aliqua inordinatio eſt ordinare illum ad ſanitatem, ac ſubinde erit peccatum ueniale.

A ¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur negando conſequentiam. Ratio differentiæ eſt. Nam ſumptio potus de ſe eſt ordinata ad conſeruationem indiuidui, & ita etiam ſi ſequatur ebrietas licitum eſt ſumere potum, ſi eſt medium neceſſarium ad ſanitatem. Actus uero coniugalis non ordinatur ad conſeruationem indiuidui: ſed ad conſeruationem ſpeciei, & ita inordinatio eſt ordinare illum ad ſanitatem, & conſiſtentiam indiuidui.

¶Ad tertium argumentum reſpondetur negando antecedens, & ad probationē antecedentis reſpondetur quod illud argumentum conuincit, quod actus coniugalis propter ſanitatem, uel ad uitandam infirmitatem ordinatur multum remotè ad generationem prolis, & non primo & per ſe: cum tamen talis actus primo & principaliter ordinetur ad generationem prolis. Vnde aliqua inordinatio eſt ordinare talem actum remotè ad generationem prolis, ac ſubinde eſt peccatum ueniale: ſicut eſſet aliqua inordinatio ordinare ſumptionem cibi, & potus ad generationem prolis, ſed immediate debet ordinari ad conſiſtentiam indiuidui.

C ¶Ad quartum argumentum reſpondetur negando conſequentiam. Ratio diſcriminis eſt (ut iam diximus) nam actus coniugalis magis ordinatur ad uitandam fornicationem: quam ad ſanitatem corporalem.

D ¶Aduertendum tamen eſt circa iſtud dubium, & reſolutionem illius, quod ad cauenda hæc inconuenientia optimum remedium eſt, quod coniuges accedant propter ſanitatem corporalem, & ſimul, & principaliter intendant generationem prolis quantum eſt ex parte ſua. Et ita nullum erit peccatum, & poterunt conſequi ſanitatem. Sed ut referunt homines fide digni, & experientia teſtatur, accedere ad fœminam uel uoluntariè emittere ſemen, potius nocet ſaluti. Nam quando natura indiget tali expulſione ipſa in ſomnis vel alia via curat hanc expulſionem.

ARTI-

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum cognoſcens uxorem non intendens aliquod bonũ matrimonii, ſed ſolam delectationem, mortaliter peccet.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd quãdocunq; aliquis uxorem cognoſcit non intendens aliquod bonum matrimonij, ſed ſolum delectationem, mortaliter peccet. Quia ſicut Hieronym. dicit & habetur in litera: Voluptates quę de meretricum amplexib. capiuntur, in uxore damnandæ ſunt: ſed non dicitur eſſe damnabile niſi peccatum mortale: ergo cognoſcere vxorem pro ſua voluntatem ſolam, eſt ſemper peccatum mortale. 32. q. 4. ca. libero

¶ 2 Præterea. Conſenſus in delectationem eſt peccatum mortale: ut in 2. lib. dictum eſt: ſed quicunque cognoſcit vxorem ſuam cauſa delectationis conſentit in delectationem: ergo mortaliter peccat.

¶ 3 Præterea. Quicunque vſum creaturæ non refert in Deum, creatura fruitur, quod eſt peccatum mortale: ſed quicunque uxore propter ſolã delectationem utitur, hunc uſum non refert in Deum: ergo mortaliter peccat.

¶ 4 Præterea Nullus debet excommunicari niſi pro peccato mortali: ſed aliquis vxorem ſola libidine cognoſcens ab introitu eccleſiæ arctatur, ut in litera dicitur: quaſi ſit excommunicatus: ergo omnis talis peccat mortaliter. Li. 4. d. 31.

SED contra. Quia ſecundum Auguſtin. talis cõcubitus ponitur inter peccata quotidiana, pro quibus dicitur, Pater noſter, &c. vt habetur in litera: ſed talia nõ ſunt peccata mortalia: ergo, &c. In ſermone de bono nuptia.

¶ Præterea qui cibo utitur ad delectationem tantum, non peccat mortaliter: ergo pari ratione qui utitur vxore, tantum cauſa libidinis ſatiandæ.

A

RESPONDEO dicendum. Quod quidam dicunt quòd quandocunque ad actum coniugalem libido principaliter mouet, eſt peccatum mortale, ſed quando mouet ex latere tunc eſt peccatum ueniale. Quãdo autem omnino delectationem deſpicit, & diſplicet ei, tunc eſt omnino ſine ueniali peccato: ut ſic delectationem in illo actu quærere ſit peccatum mortale, delectationem oblatam acceptare ſit peccatum veniale: ſed eã odire ſit perfectionis. Sed hoc non poteſt eſſe, quia ſecundũ philoſophũ in 10. Ethico. idem iudiciũ eſt de delectatione & operatione, quia operationis bonæ eſt delectatio bona, & malæ mala. Vnde cum actus matrimonialis non ſit per ſe malus, nec quærere delectationem eſſet peccatum mortale ſemper. c. 2. & 4.

B

ET ideo dicendũ, ꝙ ſi delectatio quæratur vltra honeſtatem matrimonij, ut ſcilicet aliquis in coniuge non attendat quòd coniux eſt, ſed ſolum quòd mulier, paratus idem facere cum ea ſi non eſſet coniux, eſt peccatum mortale, & ideo talis dicitur ardẽtior amator vxoris, quia ardor ille extra bona matrimonij fertur. Si autem quæratur delectatio infra limites matrimonij, ut ſcilicet talis delectatio in alia non quæreretur quam in coniuge, ſic eſt ueniale peccatum.

C

AD primum ergo dicendum, quòd tunc uoluptates meretrices uir in uxore quærit, quando nihil aliud in ea attẽdit quã quod in meretrice attenderet.

D

AD ſecundum dicendum, quod conſenſus in delectatione cõcubitus qui eſt peccatum mortale, eſt peccatum mortale: non autem talis delectatio eſt matrimonialis actus.

AD tertium dicendum, quod quãuis delectationem non referat actu in Deum, non tamen ponit in ea ultimum delectationis finẽ aut voluptatis, aliàs eam vbicunque indifferenter quæreret; & ideo non oportet quòd creatura fruatur

fruatur. ſed utatur creatura propter ſe, ſe autem habitualiter propter Deum, quamuis non actu.

AD quartum dicendum, quòd hoc nõ dicitur propter hoc ꝙ peccato homo excommunicationem mereatur, ſed quia ſpiritualibus ſe reddit inhabilem propter hoc quod efficitur in actu illo totus caro.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Accedere ad propriã uxorem propter delectationem, taliter quod ſolum intendatur delectatio extra limites matrimonii, ita ut reſpiciat propriam uxorem, non ut vxorem ſed, ut fœminam quandam: & eſt paratus idem facere cum qualibet alia, peccat mortaliter, Nã ardor ille delectationis extra bona matrimonii fertur.

¶ Secunda concluſio. Quando illa delectatio quæritur intra limites matrimonii: ita, ut coniux non intẽderet talem delectationem niſi cum propria uxore, peccat tantum venialiter.

IN hoc articulo eſt primum dubium, An quando alter coniux accedit ad alterum propter ſolam delectationem, ſed intra limites matrimonii peccet, & quodnam ſit peccatum; Ratio dubitandi à parte negatiua eſt. Nam aliàs ſequitur, quòd ſi vir velit accedere ad vxorem propter ſolam delectationem, quod vxor reddẽdo debitum peccet ſaltem venialiter. Nam cõſentit petitioni, quæ eſt peccatum ueniale, ergo. Cõfirmatur argumentum. Nam non eſt licitum reddere gladium furioſo (etiam ſi ſit proprius dominus illius) ut ſic caueatur detrimentum corporale, quòd ſibi vel alteri poſſet inferre, ergo nec licet reddere debitum. Quoniam ſibi in fuit detrimentum, cum peccet.

¶ In hac difficultate Magiſter Sotus diſtin. 31. quæſt. 1. artic. 3. refert tres ſententias huius rei, & duæ illarum ſunt extremæ, & unica eſt media. Prima extrema eſt, quòd eſt peccatum mortale. Secunda extrema eſt, quod nullum eſt peccatum Tertia uero media eſt, quod eſt peccatum ueniale.

¶ In huius rei expoſitionem cõcluſio ſit,

A Certiſſimum mihi uidetur, quod hæc tertia ſententia eſt uera. Hanc ſententiã tenet D. Tho. hic, & eã docent ferè omnes Theologi. Hæc concluſio uirtualiter continet aliquas partes. Prima pars eſt, qđ talis actus non ſit peccatum mortale. Probatur hoc. Delectatio de ſe nec eſt bona, nec mala, ſed ſequitur cõditionem operationis illius, cui eſt annexa, & coniuncta: ſed illa operatio acceſſus ad propriam coniugem de ſe non eſt mala, ergo delectatio ei coniuncta non eſt mala, ac ſubinde talis delectatio nõ erit peccatum mortale. Secunda pars, ſcilicet,

B quod ſit peccatum veniale, probatur primo ex D. Auguſt. lib. de bono coniugali. cap. 6. & lib. de nuptiis, & concupiſcentia, ca. 4. & in Euchirid. ca. 78. vbi hoc expreſſe docet. Cã. Vir.
Hoc etiam dicit Addã ſuper c. 7. 1. ad Cor. us. q. 4.
ꝙ Gregor. in Canone. Vir cum ꝓpria 33. quæſt. 4. Et idẽ docet Richardus: & multi, alii Theologi, quos refert, & ſequitur Magiſter Sotus. diſtin. 31. quæſtio. 1. artic. 3. 1. Cor. 7.
ergo. Secundò probatur hæc pars ex Diu. Paulo 1. Corint. 7. Vbi D. Paulus propter ſolam incontinentiam vitandam permittit, vt unuſquiſque ſuam vxorem habeat, ergo

C propter ſolam delectationem capiendã. Tertiò probatur hęc pars. Ille actus propter ſolam delectationem nõ eſt bonus, ergo eſt malus. Conſequentia eſt bona. Nam in doctrina Doctoris Angelici in 1. 2. q. 18. non datur actus indifferens in indiuiduo. Antecedens patet. Nam ſi ille actus eſt bonus, ſequitur qđ ſi ille actus fiat in gratia Dei, ſit meritorius, ꝙ eſt incredibile. Qm̃ apud Deum non poteſt eſſe meritorium, accedere ad propriam vxorem propter ſolam delectationem. Igitur eſt malus, & nõ malus mortaliter (vt probauimus in prima parte

D cõcluſionis) ergo eſt malus uenialiter. Quartò probatur hæc pars ratione fundamẽtali. Natura inſtituit actum coniugalem ad finẽ generationis, & ad ſeruandam fidelitatem, & ad hunc finem ordinauit delectationem, & ipſa delectatio adiuncta eſt ipſi operationi propter ipſam operationem: nam ſi non eſſet coniuncta talis delectatio, homines deſiſterẽt ab actu cõiugali, ergo ordinare operationem ad delectationem, inordinatio eſt, ac ſubinde peccatum veniale. Confirmatur. Ille actus propter ſolam delectationem nõ ordinatur ad finem uel bonum honeſtum, ſed tantum ad bonũ delectabile, ut cõſtat,

ergo

ergò non habet rationem liciti,& honeſti: ac ſubinde peccat venialiter.

¶Ex dictis in hac concluſione facile eſt iudicare de alijs exemplis communib.omnibus hominibus, nempe de ſumptione cibi, & potus,quando ſumitur propter ſolam delectationem. Nã certè hæc ſumptio non eſt ſine deordinatione naturæ. Ipſa enim natura ordinauit cibum & potum, non ad delectationem vt ad finem,ſed ad conſeruationem indiuidui.Vnde quando illa sũptio nõ ordinatur ad nutritionem vel ad robur corporis,vel ad alium honeſtum finem,ſed ad ſolam delectationem non erit abſque peccato veniali propter illam inordinationem.

¶Ad rationem dubitandi reſpondetur negando conſequentiam. Et ad probationem dicendum eſt. Quod in illo caſu mulier reddendo debitum non peccat nec venialiter. Nã ille actus ex parte mulieris habet bonum,quo honeſtetur:Nam eſt redditio debiti, quæ pertinet ad fidelitatem, & non conſentit malo viri ſed ſoluit debitum viro. Sicut depoſitarius,qui reddit pecuniã depoſitam proprio domino quem ſcit eam petere ad ſumptus prodigos, non cenſetur conſentire peccatò petentis,ſed ſoluere debitum.Ad confirmationem, quæ eſt veluti replica contra hanc ſolutionem, reſpondetur,negando conſequentiam. Ratio differẽtię eſt. Quia malum ſpirituale poteſt vitari à quolibet per ſuam libertatem adiunctã diuino auxilio,ſecus autem eſt de detrimẽto corporali,ꝙ ſæpe poſſumus & tenemur vitare in proximis,& ad hunc finem aliquãdo debemus retinere rem alienam pro aliquo tempore,de quo in 2. 2. quæſt. 62. & in aliis locis.

Est ſecundum dubium. An in aliquib. alijs caſibus poſſint coniuges in acceſſu coniugali peccare uenialiter, vel mortaliter. Et in ſpeciali:an quando habẽt acceſſum extra legitimum uas. Secundo quando effundunt ſemen extra vas.Tertio, an quando eſt acceſſus intra legitimum vas poſſit eſſe peccatum mortale. Quarto an amplexus, oſcula,& alii tactus inter coniuges,quando non habent copulam carnalem ſint peccata mortalia.

¶In huius rei expoſitionem ſit prima concluſio. Quantum ad primum certũ eſt, quòd quando coniuges ſe cognoſcunt extra vas legitimum, ſit peccatũ mortale grauiſſimum.Ita docet Caiet.2.2.quæſt.154. art.1.& Magiſter Sotus.diſtin. 31.quæſtio. vnica,ar.4.ad finem. Et ratio huius eſt clariſſima: quoniam ille actus eſt contra naturam,& impedit generationem naturalem, ergo eſt peccatum mortale grauiſſimum. Et ita merito leges ciuiles imponunt pœnam ignis.

¶Sed circa iſtam concluſionem dubium eſt.An cognoſcere ſe extra uas ſit grauius peccatum inter coniuges:quam inter alios ſolutos.Magiſter Sotus in loco immediatè citato tenet,quod grauius peccatum eſt inter coniuges:quam inter alios ſolutos. Et ratio illius eſt deſumpta ex fide, quam ſibi mutuo debent.

¶In oppoſitum uidetur eſſe. Ille actus tam in coniugato quam in ſoluto eſt peccatum contra naturam,ergo non eſt grauius peccatum in cõiugato,quam in ſoluto.Antecedens eſt notum. Conſequentia probatur.Nam eſt æquale in vtroque. Nihilominus tamen dicendum eſt, ꝙ ille actus eſt grauius peccatum in coniugato, quam in ſoluto; & quod ille actus aliquo modo eſt contra fidelitatem inuicem ſeruandam. Nã vt dicit Caietanus ĩ loco citato,talis actus non eſt coniugati ut ſic cum uxore,quoniã non eſt uxor eius ad huiuſmodi actum, & ita eſt contra fidelitatem. Eſt optimum ſimile ſi aliquis accederet ad propriam uxorem propter delectationem, idem facturus cum qualibet alia fęmina peccat contra fidelitatem debitam uxori,quoniam non accedit ad illam vt ad uxorem. Idem dicendum in propoſito. Vnde ad argumentum in oppoſitum reſpondetur,ꝙ non eſt æquale peccatum: quoniam quamuis in vtroq; ſit contra naturam,in coniugato eſt contra fidelitatem debitam in matrimonio, non uero in ſoluto.

¶Secunda concluſio quantum ad ſecundum. Coniuges peccant mortaliter quãdo uoluntarie effundunt ſemen extra legitimum uas. Hanc cõcluſionem docent Caietan.& Magiſter Sotus,vbi ſuprà.Et ratio pro concluſione eſt aperta. Nam illud etiã eſt peccatum contra naturam, ergo eſt peccatum mortale.

SEd dubium eſt etiam circa iſtam concluſionem. An uoluntaria effuſio ſeminis extra legitimum uas, ſit grauius peccatum in

in coniugato, quam in ſoluto. Dicendum uidetur ex dictis quod eſt grauius peccatũ in coniugato, ſiquidem aliquo modo eſt cõtra fidelitatem & non ſolum contra naturam. Nam ille actus non eſt coniugati vt ſic. Et quoniam non caſtè ſeruat propriũ corpus vxori, cum tamen ex virtute fidelitatis debitæ teneatur illud caſtè cuſtodire.

¶ Aduertendum tamẽ eſt circa iſtam cõcluſionem cum Magiſtro Soto vbi ſupra, ꝙ licet ex genere ſuo ſit peccatum mortale grauiſſimum, ſeminare extra legitimum vas, poteſt tamen contingere aliquando ꝙ ſit peccatum veniale ex paruitate materiæ & ponit exemplum Magiſter Sotus quando eſt parua diſtillatio ſeminis extra vas.

¶ Tertia concluſio etiam quantum ad ſecundum. Aliquando poteſt contingere effuſio ſeminis extra legitimum vas in magna quantitate inter coniuges, & ꝙ nullũ ſit peccatũ. Hoc etiam docet Magiſter Sotus vbi ſupra, & ponit exemplum quando ipſe vir intẽdit accedere ad propriam vxorem legitime, & ſeminare intra vas, tamen ſeminat extra vas præter ſuam voluntatẽ. Ratio huius concluſionis eſt. Nam talis ſeminatio non eſt illi aſcribenda, nec voluntati eius, ſed ipſi naturę. Idem etiam forte poteſt dici ex parte fœminæ, quæ in ſimili euentu citius ſeminaret extra vas.

¶ Quarta concluſio quantum ad tertiũ quando coniuges ſe cognoſcunt intra legitimũ vas aliquando poſſunt peccare mortaliter. v.g. Quando vir in ſimili caſu haberet acceſſum intra vas legitimum: ſed nollet ſeminare, cum aliàs poſſet Hæc concluſio aſſeritur à Caie. vbi ſupra. Ratio huius concluſionis eſt. Vir non ſolum tenetur accedere ad propriam vxorem, ſed etiã effundere ſemen (aliàs, enim impeditur generatio naturalis ad quam ordinatur talis coitus ex natura rei) & ita eſt contra finem naturalem ipſius actus.

¶ Quinta concluſio etiam quantum ad tertium. Si ex aliqua impotentia temporali quando vir accedit ad fœminam non ſeminaret: quia non poſſet, nullum eſſet peccatum: Ratio eſt. Nam ille agit quãtum eſt ex ſe id, quod poteſt: & quantum eſt ex ſe intendit effundere ſemen. Hanc concluſionem ponit Caietan. in loco citato, & ponit exemplum in viro, qui contraxerat prius cum vna muliere & generauerat, poſtea ve-

A rò contraxit cũ ſecunda, & non generabat: quia non poterat effundere ſemen, & accedebat ad ſecundam vxorem ex conſilio virorum prudentium, & tãdem poſt aliquot annos generauit. Hic enim nullum commiſit peccatum.

¶ Sexta concluſio ſimiliter quantum ad tertium. Coniugati cognoſcendo ſe intra legitimum vas, & ſeminãdo poſſunt peccare mortaliter, quando ex aliqua arte vel induſtria impediretur generatio, ſine illa induſtria apponeretur ex parte viri, ſiue ex parte fœminæ. Hanc concluſionem ponit Ca- B ieta. vbi ſupra. Et exemplum eſſe poteſt, ſi poſt illum actum ſtatim vxor ſumeret potum aquæ, qui (vt fertur) impedit generationem, vel ſi ſumeret aliquid ſimile. Ratio eſt nam ille actus ex natura ſua ordinatur ad generationẽ prolis, ergo peccatum erit mortale impedire iſtum finem.

¶ Circa iſtam cõcluſionem breuiter pro nunc eſt aduertendum, quòd Sixtus V. in quodam motu proprio, qui incipit effrænatam, excommunicat eas omnes, qui ad committẽdum hoc delictum opem, conſilium, fauorem, potionem, vel alia cuiuſcunq; ge- C neris medicamenta ſcienter dederint, iuuerint, aut conſuluerint. Et hæc excommunicatio eſt latæ ſententiæ reſeruata Summo Pontifici. Explicare vero illum motũ proprium non pertinet ad iſtum locum, de illo enim dicetur alibi commodius. Audiui tamen à viris fide dignis, ꝙ ille motus prorius iam nõ habet vim. Quoniã Summus Pontifex Gregorius XIIII. reduxit illum ad ius commune, & iſti viri dicunt quod viderunt reductionem.

¶ Septima concluſio. Quando in poſitione corporum non ſeruatur ordo naturalis, D quando ſe cognoſcunt etiam in vaſe naturali, nunquam eſt peccatum mortale: dũmodo non ſe exponant periculo effundendi ſemen extra vas, & impediendi generationẽ: peccant tamen venialiter grauiter. Ponit exemplum Caie. in loco citato, vel quando fœmina eſt ſuper virum vel ſe cognoſcunt ſtantes, vel ſedentes, vel retro ad modũ brutorum: quamuis in vaſe legitimo. Hæc concluſio eſt contra aliquos autores. Sed eam tenet Caiet. & Magiſter Sotus vbi ſupra. Et tribuitur Alberto Magno in 4. diſt. 31. Et D. Thom. ibidem in expoſitione literæ Magiſtri, tenet illam. Et ſupplementum Ga-

briel

briel diſt.31.q.vnica ar.2.conclu.6. Sylueſter verbo debitum coniugale,q.4. Nauar. in Manuali,cap.16.num. 42.& Victoria in Summa.num.244.Et Syluester refert Summam Angelicam & Roſellam, & idem dicunt multi medici. Et probatur concluſio, tali ratione fundamentali.

¶Ratio itaque fundamentalis hæc eſt. Nam ſemen ſecundum Philoſophiam non ingreditur matricem fœminæ,vbi fit conceptio,per proiectionem,uel deſcendēdo,ſed per attractionem mediātē uirtute naturali attractiua,quæ eſt in ipſa matrice: ſicut eſt uirtus naturalis attractiua in ſtomacho reſpectu cibi,ergo quæcunque poſitio corporum ſeruetur non impedit generationē,ſi caueatur ne fundatur ſemen:ac ſubinde ſeruatur finis matrimonii.& ita non erit peccatum mortale. Et in huius confirmationē adducit Syluester,quod vt attrahatur ſemē in matrice, nō eſt neceſſarium,quod membrum uirile ingrediatur clauſtrū fœminæ. Nam aliquando contingit in balneis fœminas concipere:quia uiri ibi ſemē effundūt. Et D. Thom. adducit optimum exemplū ad hoc,quodlib.6.ar.18.de quadam filia uirgine,ſed iam grandæua,quæ propter honeſtatem in eodem lecto erat cum proprio patre, quo polluente ſe in ſomnis ſine alio ſpeciali acceſſu ad filiam:filia concepit ſine apertione clauſtri uirginalis per ſolam attractionem ſeminis.Et (vt diximus) hæc concluſio eſt contra aliquos autores. Nam ut fertur eſt contra Paludanū, &.Henricū Iuriſtam,& contra Abulenſem, qui putant eſſe peccatum mortale,quia exiſtimant ꝙ impeditur generatio. Sed controuerſia ſolum manet in ratione, & nos exiſtimamus longe probabilius quod non impeditur generatio, ut communiter dicunt Doctores.

¶Quod uero ſit peccatū ueniale, & graue,& reprehenſione dignum,conſtat. Quia fit præter ordinem naturæ,& more brutorum,ergo erit peccatum ueniale graue.

¶Octaua concluſio quantum ad quartū. Amplexus,oſcula,& alii tactus inter coniuges cū periculo pollutionis extra uas,ſunt peccata mortalia. Sed quando fiunt ſine tali periculo,& fiunt ut magis excitentur ad actum coniugalem,uel in ſignum amicitię, non ſunt peccata,nec uenialia. Quando aūt ſolum fierent propter delectationem eſſent peccata uenialia.Hęc concluſio eſt Caie.& Magiſtri Soti lococitato. Prima pars probatur. Effuſio ſeminis extra uas eſt contra naturam,cum impediat generationem, ergo actus facti cum tali periculo ſunt peccata mortalia.Secunda pars probatur. Ipſemet actus copulæ nullum eſt peccatum, quando dirigitur ad generationem, ergo etiam illi actus ordinati ad illum finē non erunt peccata.Tertia uerò pars probatur. Quia ipſe actus copulæ propter ſolam delectationem eſt peccatum ueniale, ergo etiam illi actus.

QVAESTIO L.

De impedimentis matrimonij in generali.

DEinde conſiderandum eſt de impedimentis matrimonii. Et primo in generali.Secundo in ſpeciali.

DE hac materia diſputant Doctores Scholaſtici cum Magiſtro in 4. diſt. 34.& Summiſtæ, uerbo,matrimonii impedimenta.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum matrimonio conuenienter impedimenta aſſignentur.

AD PRIMVM ſic proceditur.Videtur quòd matrimonio inconuenienter impedimenta aſſignentur.Matrimonium enim quoddam ſacramentum eſt contra alia diuiſum: ſed aliis non aſſignantur impedimenta: ergo in matrimonio aſſignari non debent.

¶ 2 *Præterea. Quanto aliquid eſt minus perfectum tanto paucioribus modis impediri po teſt: ſed matrimonium inter alia ſacramenta eſt minus perfectum: ergo nulla uel pauciſſima impedimenta ei aſſignari debent.*

¶ 3 Præterea. Vbicunque eſt morbus eſt neceſſarium remedium morbi: ſed concupiſcentia in cuius remedium matrimonium eſt indultum, eſt in omnibus: ergo non debet eſſe aliquod impedimentum quod aliquam perſonam illegitimã faciat penitus ad cõtrahendũ.

¶ 4 Præterea. Illegitimum dicitur quod eſt contra legem: ſed huiuſmodi impedimenta quæ in matrimonio aſſignantur non ſunt contra legem naturæ, quia non ſimiliter inueniuntur in quolibet ſtatu humani generis: plures enim gradus conſanguinitatis inueniũtur eſſe prohibiti uno tempore quam alio. Lex autem humana non poteſt (ut uidetur) matrimonio impedimenta præſtare, quia matrimonium non eſt ex inſtitutione humana ſed diuina, ſicut & alia ſacramenta: ergo matrimonio non debent aliqua impedimenta aſſignari: quæ faciãt perſonas illegitimas ad contrahendum.

¶ 5 Præterea. Legitimum & illegitimum per hoc, quod eſt contra legem uel non contra legẽ, differunt, inter quæ non cadit medium, cum ſint oppoſita ſecundum affirmationem & negationẽ: ergo non poſſunt eſſe aliqua matrimonij impedimenta quibus perſona media inter legitimas conſtituantur.

¶ 6 Præterea. Coniunctio viri, & mulieris non eſt licita niſi in matrimonio: ſed omnis coniunctio illicita dirimi debet: ergo ſi aliquid matrimonium cõtrahendum impediat hoc dirimet contractum de facto, & ſic non debent aliqua impedimẽta matrimonio aſſignari quæ impediant contrahendum, & non dirimant contractum.

¶ 7 Præterea. Nullo impedimento poteſt à re aliqua remoueri quod in definitionẽ ipſius cadit: ſed indiuiſibilitas cadit in definitione matrimonij, ergo nõ poſſunt eſſe aliqua impedimenta, quæ matrimonium contractum dirimant.

SED contra videtur, quod debeant eſſe infinita matrimonij impedimenta, quia matrimoniũ quoddam bonum eſt
A *ſed infinitis modis eſt defectus boni, ut dicit Dion. 4. c. de diui. nomi. ergo infinita ſunt matrimonij impedimenta.*

¶ Præterea. Impedimenta matrimonij accipiuntur ſecundum conditiones particularium perſonarum: ſed conditiones huiuſmodi ſunt infinitæ: ergo & matrimonij impedimenta.

RESPONDEO dicendum quod in matrimonio ſunt quædam quæ ſunt de eſſentia matrimonij, & quædam quæ ſunt de ſolemnitate eius. ſicut et in alijs
B *ſacramentis: quia remotis his quæ ſunt de ſolemnitate eius in alijs ſacramentis adhuc manet uerum ſacramentũ: ideo impedimenta quæ contrariantur his, quæ ſunt de ſolemnitate ſacramenti, nõ efficiunt quin ſit uerum matrimonium & talia dicuntur impedire matrimonium contrahendum, ſed non dirimũt contractum: ſicut prohibitio eccleſiæ, & tempus feriarum: unde uerſus: Eccleſiæ uetitum, necnon tempus feriatum, Impediunt fieri, permittunt iuncta te-*
C *nerit. Impedimenta autem quæ contrariantur his quæ ſunt de eſſentia matrimonij, faciunt ut non ſit uerum matrimonium: & ideo dicuntur non ſolum impedire contrahendum, ſed dirimere iam contractum, quæ his uerſibus continentur.*

Error, condĩõ, votũ, cognatio, crimẽ,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas.
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis.
Hæc ſocianda vetant, connubia fa-
D cta retractant.

Horum aũt numerus ſic accipi põt. Põt n. matrimoniũ impediri aut ex parte contractus matrimonij, aut ex parte cõtrahentiũ. Si primo modo: cũ cõtractus matrimonij fiat ꝑ uoluntariũ cõſenſũ, qui tollitur ꝑ ignorãtiã et ꝑ uiolentiã, erũt duo impedimẽta matrimonij. ſ. uis, i. coactio, & error ex parte ignorantiæ. Et ĩõ de iſtis duob. impedimentis Magiſter determinauit, ubi agebatur de cauſa matrimonij: nunc autem agit de impedimentis quæ accipitur ex parte

te perſonarum contrahentium, quæ ſic diſtinguuntur: Pōt enim aliquis impediri a matrimonio cōtrahendo vel ſimpliciter, uel reſpectu alicuius pſonæ. Si ſimpliciter, ut cū nulla poſſit matrimoniū contrahere, hoc non pōt niſi q̃a impeditur à matrimoniali actu, ꝙ quidē contingit dupliciter. Primò, q̃a non pōt de facto, ſiue quia omino nō poſſit, & ſic ponitur impedimēto impotentiæ coeūdi: ſiue q̃a nō liberè poſſit: & ſic ponitur impedimentū ſeruitutis conditio. Secūdò, quia non licitè pt, & hoc ſecundum ꝙ ad continentiā obligatur, qđ contingit dupliciter. Vel quia obligatur ex officio ſuſce to, & ſic eſt impedimentū ordinis, uel ex uoto emiſſo, & ſic impedit uotū. Si aūt aliquis impeditur à matrimonio non ſimpliciter, ſed reſpectu alicuius perſonæ, uel propter obligationem ad alteram perſonam: ſicut qui uni matrimonio iūctus eſt: non poteſt alteri cōiungi: & ſic eſt ligamē matrimonij: uel quia deficit proportio ad alteram perſonam: & hoc propter tria. Primò quidē propter nimiā diſtantiam ad ipſum, & ſic eſt diſparitas cultus. Secūdo propter nimiū propinquitatē, & ſic ponitur triplex impedimentū ſcilicet cognatio, q̃ importat propinquitatem duarum perſonarum ratione tertiæ matrimonio cōiunctio, & publicæ honeſtatis, in qua eſt propinquitas duarum perſonarum reſpectu tertiæ per ſponſalia iuncta. Tertio, ꝓpter indebitā coniunctionē ad ipſū primò factā, & ſic impedit crimē adulterij prius cum ipſa commiſſi.

AD primū ergo dicēdum, ꝙ ēt alia ſacramenta impediri poſſunt ſi aliquid quod ſit de eſſentia uel ſolennitate ſacramēti ſubtrahatur ut dictum eſt. Sed tamen magis matrimonio q̃ alijs ſacramentis impedimēta aſſignātur propter tres rationes. Primò, quia matrimonium conſiſtit in duobus: & ideo pluribus modis pt impediri q̃ alia ſacramēta q̃ uni pſonæ cōpetūt ſingulariter. Secundò, q̃a matrimoniū hēt in nobis cauſam & in Deo, ſed alia q̃dam ſacramē

In corpore.

A *ta ſolū in Deo. Unde, & pœnitētia q̃ hēt tam in nobis, aliquomodo magiſter ſupra q̃dā impedimēta aſſignauit: ut hypocriſim, ludos, & huiuſmodi. Tertio, q̃a de alijs ſacramentis eſt ꝓceptū uel cōſilium. ſicut de bonis perfectiorib. ſed de matrimonio eſt indulgentia ſicut de bono minus pfecto: & iō ut detur occaſio ꝓficiē di ī melius, plura impedimēta aſſignātur m̄rimonio q̃ alijs ſacramētis.* lib.4.diſt. 16.

AD ſecundū dicendum, ꝙ pfectiora plurib. modis impediri poſſunt inquantum

B *ad ea plura requirūtur. Si autem ſit aliquod imperfectū ad ꝙ plura req̃runtur, illud ēt habebit plura impedimenta, & ſic eſt de matrimonio.*

AD tertium dicendum, ꝙ ratio illa procederet ſi non eſſent alia remedia q̃bus etiam poſſet efficacius morbo cōcupiſcentiæ ſubueniri, quod falſum eſt.

AD quartum dicendū: ꝙ perſonę illegitimæ ad matrimoniū contrahendū dicūntur ex eo ꝙ ſunt cōtra legem qua matrimoniū ſtatuitur. Matrimonium

C *aūt inquātum eſt in officiū naturæ, ſtatuitur lege naturæ, inq̃tum eſt ſacramētum, ſtatuitur iure diuino: inquantum eſt in officium communitatis, ſtatuitur lege ciuili. Et iō ex quolibet dictarū legū pt aliqua perſona effici ad matrimoniū illegitima. Nec eſt ſimile de alijs ſacramentis q̃ ſunt ſacramēta tantū; Et quia lex naturalis, ſecūdū diuerſos ſtatus reſpicit determinationes diuerſas, et ius poſitiuū uariatur ēt ſ͂dum diuerſas hominū cōditiones in diuerſis tēpo-*

D *rib. iō Magiſter ponit in diuerſis tēporibus diuerſas pſonas illegitimas fuiſſe.* lib.4.diſt. 34.

AD quintū dicendum, ꝙ lex pōt aliquid prohibere uel uniuerſaliter, uel in parte quātū ad aliquos caſus, & iō inter eſſe totaliter ſc̃d m legem & eſſe totaliter contra legem, q̃ ſunt cōtrariè oppoſita & nō ſecundū affirmationem & negationem, cadit medium aliqualiter ſ͂dum legem: et aliqualiter cōtra legē, & propter hoc ponuntur quædam perſonæ media inter ſimpliciter legitimas, & inter ſimpliciter illegitimas.

AD ſextum dicēdum, quod illa im pedimenta quæ non dirimunt matrimonium contractum, impediunt quandoq; contrahendum, non ut non fiat, ſed vt non licitè fiat: & tamen ſi fiat, matrimonium contractum eſt, quamuis contrahens peccet: ſicut ſi aliquis conſecraret poſt comeſtionem peccaret contra ſtatutum eccleſiæ faciens, nihilominus verum ſacramentum perficeret, quia ieiunium conſecrantis non eſt de neceſſitate ſacramenti.

In corpor. art. *AD ſeptimum dicendum, quòd impedimenta prædicta non dicuntur dirimere matrimonium contractum quaſi ſoluentia verum matrimonium, quod ritè contractum eſt, ſed quia ſoluunt matrimonium quod contractum, eſt de facto, & non de iure. Unde ſi impedimentorum aliquod matrimonio ritè facto ſuperueniat, matrimonium ſoluere non ualet.*

AD octauum dicendum, quod impedimenta quibus aliquod bonum per accidēs impeditur ſūt infinita, ſicut & omnes cauſæ per accidēs: ſed cauſæ corrūpentes aliquod bonum per ſe ſunt determinatæ: ſicut etiam cauſæ conſtituētes: quia cauſæ deſtructionis, & conſtructionis alicuius rei ſunt oppoſitæ, uel eædem contrario modo ſumptæ.

AD nonum dicendum, quod conditiones particularium perſonarum in ſingulari ſunt infinitæ, ſed in generali poſſunt reduci ad certum numerum: ſicut in medicina patet, & in omnibus artibus operatiuis quæ ſunt particularium, in quibus, & actus conſiderantur, & conditiones.

SVMMA ARTICVLI.

COncluſio eſt. Impedimēta matrimonii conuenientiſſimè aſſignantur. Vide literam D. Thomæ, qui apponit optimas congruentias.

CIrca iſtum articulum ſupponendū eſt cū D.Thom. in hoc articulo, qđ quędā ſunt de eſſentia matrimonii, quædam verò de ſolēnitate ſacramenti. Sicut etiam contingit in aliis ſacramentis. Vnde colligit D.Thomas quòd illa impedimēta matrimonii quæ tantum contrariantur his, quæ ſūt de ſolēnitate matrimonii, non inualidant matrimoniū. Et iſta impedimenta dicuntur impedire matrimonium fieri, non tamen dirimunt contractū. Alia uerò impedimenta ſunt, quæ contrariantur his, quæ ſunt de eſſentia matrimonii. Et iſta ſunt impedimēta, quæ nō ſolū impediunt, ſed etiam dirimunt contractum. Vbi clare D.Tho. ponit differentiam inter hæc duo genera impedimētorum. Et de primis quidem agunt Doctores variis in locis. D.Antoni.3.part.titulo 15. Syluester de impedimentis in generali agit verbo matrimoniū. 6. ſed de impedimentis, quæ impediunt, & non dirimunt verbo matrimonium 7.& 8. Caiet. in Summa, verbo matrimonium, capite.1. agit de impedimentis. Couarru. 4. Decretal. parte.5.c.6 agit de omnibus iſtis impedimentis. Magiſter Sotus, diſtin 34. quæſt.1. articulo 1. agit de materia huius articuli.

CIrca illū articulum eſt prima difficultas illaq; grauiſſima. Vtrum poteſtas humana, et eccleſiaſtica poſſit conſtituere impedimenta matrimonii: ſiue quæ impediūt matrimoniū, ſiue quæ impediunt, & dirimunt ſimul. Videtur vera pars negatiua.

¶ Primò arguitur. Id, quod autoritate ſuperioris cōceſſum, & firmatum eſt, nō poteſt ab inferiore poteſt vel reſcindi, uel impediri (vt per ſe eſt notum) ſed uinculū matrimonii conceſſum, & firmatum eſt authoritate diuina, ut conſtat, ergo inter illas perſonas, inter quas non eſt impedimētum iure diuino, poteſtas ciuilis non poteſt conſtituere impedimentum, ſaltem dirimens matrimonium. Confirmatur, & explicatur argumentum. Nam ſtando in iure diuino illud matrimonium eſt validum, vt conſtat, ergo nulla poteſtas humana poteſt facere, quod non ſit validum.

¶ Secūdo arguitur de matrimonio in ratione ſacramenti. In omnibus ſacramentis non ſolum materia, & forma ſunt à principio definitæ, uerum etiā ipſa ſubiecta, quæ debent ſuſcipere ſacramenta, ergo ſicut poteſtas humana non poteſt mutare materiā & formam ſacramentorum, nec etiam ipſos ſuſcipientes. Patet conſequentia ex paritate ra-

ſe rationis. Tunc vltra, ergo poteſtas humã na non poteſt facere de perſonis legitimis illegitimas, vel ècontra. Aliàs enim mutantur ſuſcipientes, ergo.

¶Tertio arguitur. Nam hæc poteſtas cõſtituendi impedimenta, vel cõuenit Reipublicæ iure euangelico, vel iure naturali, non iure euangelico, aliàs enim in lege veteri non poſſent eſſe impedimẽta matrimonij, quod eſt falſum, vt conſtat. Si iure naturali conuenit hæc poteſtas, ergo hæc poteſtas potius cõpetit Reipublicę ciuili, quam Reipublicæ Chriſtianæ. Nam ius naturale etiã reperitur in Republica ciuili, imo illi vt ſic conuenit.

¶In oppoſitum eſt doctrina D. Tho. in hoc articulo, præcipuè in ſolutione ad quartum. Vbi dicit, ꝙ per ius humanum potuerunt impedimenta conſtitui.

IN hac difficultate, & ad explicationem doctrinæ huius articuli aduertendũ eſt & ſupponendũ primo, quòd aliqua sũt impedimẽta de iure naturali, quæ dirimũt ipſum matrimonium, et ſunt illa, quæ ſtando in iure naturali impediunt ne transferatur dominium, aut ne poſſit ſequi actus cõiugalis, aut ne legitimè ſequatur. Ratio aũt primæ partis eſt: Nam matrimonium ſecũdum ſubſtantiam, eſt voluntaria dominij trãſlatio, ergo vbi fuerit aliquod contrariũ eius in translatione, iure naturali impedit matrimoniũ. Vñ error, & coactio, quæ omnino tollit libertatẽ, iure naturali impedit matrimonium, nam aufert voluntarium. Item qui contraxit cũ vna, aut ſe perpetuo tradidit religioni, iure naturali non poteſt cõtrahere matrimoniũ, quia non põt trãsferre dominium ſui corporis, quia iam abdicauit à ſe dominium illius: & ita non põt in alteram transferre. Secunda pars etiam conſtat: quia quamuis actus coniugalis nõ ſit de eſſentia matrimonij, tamen facultas ad illum actũ conſequitur eſſentiam matrimonij. Quando autem actus ſequi non poteſt, aut non poteſt ſequi legitimus, nulla traditur poteſtas in lege naturæ, ergo. Et ita impotẽtia perpetua ad maritalia officia iure naturali dirimit matrimonium. Itẽ inter parentes, & filios non poteſt iure naturali conſtare matrimonium. Nã repugnat actus coniugalis, in quo requiritur æqualitas, quæ eſſe non poteſt, inter iſtos, cum parentibus debeatur maxima reuerẽtia. Nec

A eſt idem de voto continentiæ, quando præcedit: quia quamuis actus ſit illicitus, eſt per accidens ratione obligationis aduenientis. De quibus omnibus dicitur infra in particulari.

¶Secundò. Aduertendum & ſupponendum eſt, quod ſtando in iure diuino, impedimenta, quæ impediunt iure naturali, dirimunt veluti ex conſequenti rationem ſacramenti: & adhuc illa quæ ſunt contraria rõni ſacramenti. Prima pars probatur. Nã cõtractus naturalis (vt ſæpè dictum eſt) eſt eleuatus ad rationem ſacramenti, & in ipſo

B contractu fundatur ratio ſacramenti, ergo eo ipſo, quòd dirimitur contractus iure naturali, iure diuino deſtruitur ipſũ ſacramentum. Confirmatur hoc & explicatur. Forma aliqua dupliciter poteſt corrumpi, primo modo à ſuo contrario, alio modo: quia corrumpitur ſubiectum cui ineſt, deſtructo enim ſubiecto deſtruuntur accidentia, quæ illi inhærent. Vnde quidquid contrariatur ſubiecto, contrariatur ex conſequenti formæ, quæ illi inhæret. Ratio autem ſacramenti in cõtractu naturali fundatur & ſubiectatur: & ita quidquid iure naturali de-

C ſtruit contractum, iure diuino deſtruit ſacramentum. Secũda pars conſtat. Ex Chriſti inſtitutione matrimoniũ eleuatum eſt ad ſacramentorum dignitatem, ergo quod tollit rationem ſacramenti iure diuino, deſtruit matrimonium. Hinc infert Magiſter Sotus in loco citato art. 1. quod impedimẽtum bigamiæ eſt de iure diuino. Et quidẽ ſi intelligatur viuente vxore, illud impedimẽtum iure etiam naturali impedit. Nam (vt diximus) corpus ſemel traditũ vni, non poteſt transferri in poteſtatẽ alterius abſq; diuina diſpenſatione. Verum eſt, quòd etiã

D contrariatur dignitati ſacramẽti, quod quidem ſignificat indiſſolubilitatem, & coniſictionem Chriſti cum eccleſia. Secundo colligitur quod cõtractus fidelis cum infideli iure diuino videtur irritus. Nam cum infidelis non poſſit recipere aliquod eccleſiæ ſacramentum ante baptiſmum, & iſtud ſacramentum recipi non poſſit niſi a duobus quando alter eſt ineptus, neuter poterit ſuſcipere. Non loquimur hic de iſtis impedimentis, in quibus non poteſt eſſe diſpenſatio. Sed dubium eſt an Reſpublica poſſit de nouo conſtituere impedimenta, etiam dirimentia matrimonium.

¶Prima concluſio. Certum eſt lumine naturali, quòd poteſtas humana per legem humanam poteſt conſtituere impedimenta, etiam dirimentia matrimonium. Certū autem eſt ſecundum fidem quòd Eccleſia poteſt conſtituere etiam huiuſmodi impedimenta. Hæc concluſio habet duas partes. Prima pars probatur. Primò. Iure naturali conſtat, eſſe neceſſarium humanæ reipublicæ, vt matrimonii impedimenta per legem humanam conſtituantur, ergo lumine naturali conſtat, quod poteſtas humana poteſt conſtituere huiuſmodi impedimenta. Conſequentia eſt bona, Antecedens probatur. Nam lumine naturali conſtat, eſſe neceſſarium generi humano, quòd aliquando plura, aliquando pauciora ſint impedimenta dirimenta matrimonii. A principio enim naturæ, quando multiplicanda erat ipſa natura, pauciora debebant eſſe impedimenta. Poſtea verò natura multiplicata neceſſariū erat ꝙ eſſent plura impedimenta, ut amicitiæ diffunderentur inter homines. At uerò hæc uarietas eſſe non poſſet, ſi hæc omnia impedimenta conſtituerētur à natura: nam ea quæ ſunt naturalia, ſunt immutabilia & inuariabilia, ergo lumine naturali cōſtat ꝙ poteſtas conſtituendi impedimenta relicta eſt Reipublicæ. Secundò probatur hæc pars. Publica poteſtas debebat iudicare de matrimoniis, an eſſent legitima uel nō (quoniā ex matrimonio conſtat uita domeſtica & ciuilis) ſed nō poſſet commodè iudicare de illis, niſi ſubderetur legibus humanis, ergo matrimonium ſubditur humanis legibus, etiam quantum ad irritationē matrimonii. Tertiò probatur hæc pars. Nā maximè expediebat reipublicæ, ut inter aliquas perſonas non eſſent matrimonia, & propter publicam honeſtatem, & propter dilatanda pacis fœdera: ſed ea eſt natura huius contractus, ꝙ ſi ſemel ualidus fit, reſcindi non poſſit, ergo neceſſarium fuit ut poteſtas humana haberet poteſtatem conſtituendi impedimenta, etiam dirimentia matrimonium.

¶Secunda pars concluſionis probatur, ex diffinitione Eccleſiæ in Concil. Triden. ſeſſione 24. canone 3. & præcipuè 4. Vbi ſic dicitur. Si quis dixerit, Eccleſiam non potuiſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, uel in his conſtituendis erraſſe, anathema ſit, ergo. Confirmatur argumentum. Supra diffiniuimus tanquam de fide, quòd Eccleſia potuit matrimonia clandeſtina irritare, ergo. Secūdo probatur hæc ſecunda pars: Eccleſia eſt quædā Reſpublica ad cuius bonum ordinatur matrimonium, & inquantum Eccleſia habet aliquid naturale, & matrimonium eſt contractus quidam naturalis, ordinatur ad bonū illius naturale, at uero inquantum ſacramentum eſt, ordinatur ad bonū ſupernaturale Eccleſiæ, ergo Eccleſia conſtituere poteſt impedimenta etiam dirimentia pertinentia ad utramque rationem. Tertio probatur hæc ſecunda pars. Nam quòd aliquæ perſonæ nō ſint impeditæ non eſt de iure naturali præceptiuè, & poſitiuè, ſed ſolum negatiuè; ut ſupra diximus cum ageremus de matrimonio clandeſtino, ergo Eccleſia habet poteſtatem, & autoritatem determinandi hoc.

Concil. Tri. ſeſſ. 24 can. 3. & canon 4.

¶Secunda concluſio. Quamuis poteſtas conſtituendi impedimenta etiam dirimentia conueniat etiam poteſtati ciuili: iuſtè tamen uſurpauit illā poteſtas Eccleſiaſtica. Prima pars probatur argumētis factis pro præcedenti concluſione, præcipuè pro prima parte concluſionis: quæ omnia confirmantur. Primo. Matrimonium ordinatur ad bonum Reipublicæ ciuilis, ergo poteſtas ciuilis poteſt conſtituere impedimenta, qñ fuerit neceſſarium ad bonum naturale eiuſdem Reipublicæ ciuilis. Confirmatur ſecundo. Poteſtas ciuilis habet pro fine bonum intra limites naturæ: ad hoc autem bonum ordinatur ipſum matrimoniū, ergo Reſpublica ciuilis poteſt conſtituere impedimenta etiam dirimentia matrimonium.

¶Secunda pars concluſionis eſt Magiſtri Victoriæ in relectione de matrimonio, parte ſecunda. nu. 12. Vide etiam Paludanum diſt. 26. quæſt. 6. art. 3. Et probatur primo. Poteſtas Eccleſiaſtica eſt altioris ordinis, quam poteſtas ciuilis (nam reſpicit finem magis eleuatum, ſcilicet, finem ſupernaturalem) ſed maxime impedit ad hunc finem ſupernaturalem quod Eccleſia uſurpet ſibi hanc poteſtatem, ergo iuſte & ſanctè poteſt illud facere. Minor probatur. Nam in contractu matrimonii fundatur ratio ſacramenti, quæ ſuperior eſt, & excellentior, & ordinatur ad finem ſupernaturalem, ergo. Conſequentia uero probatur. Nam Reſpublica Eccleſiaſtica quoniam ſuperior

eſt

eſt, poteſt reſtringere Rempublicam ciuilẽ quando expedierit ad finem ſupernaturalẽ ſicut poteſtas regia poteſt reſtringere poteſtatem alicuius prætoris.

¶Secundo probatur hæc pars. Ad Eccleſiaſticam poteſtatem directa pertinet conſtituere ritus ſacramentorum, & diſcernere, qui nam ſunt digni ad ſuſcipiẽdum. Sed illegitimare perſonas in ordine ad contractum pertinet ad ſacramentales ritus poſt Chriſti inſtitutionem, ergo.

¶Tertio Ad Eccleſiæ decorem maximè pertinet diſtinctio ſtatuum, ſed per matrimoniũ conſtituuntur fideles in ſtatu Eccleſiaſtico, ergo ad poteſtatem Eccleſiaſticam maximè pertinet conſtituere impedimenta dirimẽtia matrimonium. Ex quo colligitur, quod quamuis olim per ius Cæſareum aut plura fuerint, aut pauciora impedimenta; nunc per ius canonicum omnia reuocata ſunt: niſi quæ conſtituuntur per illud, & ſi quid uellent reges de eis diffinire, nihil facerent: quoniam reſtricta eſt illorum poteſtas.

¶Ex his concluſionibus colligitur, Primo, quod eſt modo diſcrimen de facto inter principem ſæcularem Chriſtianum, & infidelem. Quod princeps ſæcularis infidelis poteſt etiam modo, condere leges inhabilitãtes perſonas ſibi, ſubditas ad contrahẽdum matrimonium: ita vt ſi attentent illud contrahere nihil faciant. Sed princeps ſæcularis Chriſtianus modo non poteſt, huiuſmodi leges annullãtes matrimoniũ facere: quia hoc ſibi reſeruauit Eccleſia. Ratio eſt. Quia apud infideles matrimonium non habet rationem ſacramenti, ſed tantum rationem contractus. Stando autem in lege naturæ quæ eſt communis infidelibus, princeps ſæcularis habet autoritatem cõdendi leges, quæ inualid[ẽ]t hoc uel illos contractus iuxta vtilitatem Reipublicæ, ergo ita poterit circa cõtractum matrimonii. At uero apud Chriſtianos ſuprà rationem contractus induit matrimonium rationem ſacramẽti nouæ legis: unde pertinet ad poteſtatem ſpiritualem ipſius Eccleſiæ, ſicut reliqua ſacramenta. Et ideo merito eadem Eccleſia ſibi reſeruauit prædictas leges inualidãtes hæc uel illa matrimonia, inhabilitando has, uel illas perſonas. Vide Magiſtrũ Victoriã ubi ſupra. ubi hoc expreſsè dicit.

¶Secũdo colligitur, quod omnes gradus

A qui in Leuitico prohibentur, potuerunt cõſtitui à legiſlatore, etiam ſi diuina autoritate nõ fungeretur. Ratio eſt. Quia facultas naturæ, & etiam ciuilis ad hoc ſe extẽdebat ut dictum eſt.

¶Quibus poſitis reſpõdetur ad argumẽta facta in principio huius dubii. ¶Ad primum argumentum reſpondetur, quòd à ſuperiori poteſtate dupliciter aliquid conceditur. Vno modo abſolute, abſque ulla dependentia, alio modo dependenter ab inferiori poteſtate. In matrimonio itaque cuique hominum ratione utẽtium hæc facultas

B ab autore naturæ cõceſſa eſt, ut ſolo libero cõſenſu poſſit matrimonio coniungi: & in hoc à nullo inferiore depẽdet, nec aliquis inferior illud limitare poteſt. At uero quod attinet ad perſonas inter quas contrahendum eſt vinculum, autor naturæ ſingulis facultatem conceſſit eligendi, dependenter tamen à publica poteſtate. Quia ſic expediebat generi humano. Et ideo publica poteſtas utitur facultate ſibi cõceſſa à ſuperioris poteſtate, cum illegitimat perſonas contrahentes matrimonium. Per hæc dicta facile reſponderi poteſt ad confirma-

C tionem.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur concedendo totam conſequentiam. Et ratio eſt. Quia poteſtas humana non poteſt mutare materiam, aut formam ſacramentorum: nec etiam ſuſcipientes. Nam autoritate diuina illi poſſunt ſacramẽtum ſuſcipere qui tamquam legitimi reputantur ab Eccleſia. Quare autem illa poteſtas fuerit cõmiſſa Eccleſiæ circa hoc ſacramẽtũ, & nõ in aliis, ratio eſt in prõptu. Quia alia ſacramẽta de nouo fuerunt inſtituta quantũ ad omnia; iſtud autem ſacramentum quantum ad ſubſtantiã accepit Chriſtus à natura in-

D ſtitutum. Et ideo relinquit eandem potentiam Reipublicæ, quam antea habebat.

¶Ad tertium argumentum reſpondetur ex dictis in ſecunda concluſione.

EST ſecũda difficultas. Vtrũ detur aliquod aliud impedimentum dirimẽs, & annullãs matrimonium præter ea quæ aſſignat D. Tho. Et eſt ſpecialis difficultas de raptu, an dirimat matrimonium contractum inter raptam & raptorem.

¶Ad hoc dubium reſpondetur, quod de hoc aliter dicendum erat iure antiquo, & aliter iure nouo. Nam ſtando in iure anti-

quo optimè dicit Diuus Thomas in 2. 2. quæſtione 154. articulo ſexto ad tertium, quòd raptus tantum prohibet matrimonium, ſed non dirimit. Vnde dicit, quòd capitulū placuit 36. quæſtione ſexta. (ubi dicitur) quod raptus inualidat matrimonium, derogatum eſt per Diuum Hieronymum in capitulo, tua. eadem cauſa, & quæſtione. Sed ſtando in iure nouo dicendum eſt, quod raptus pro aliquo tempore inualidat matrimonium, & ſic eſt impedimentum dirimēs pro illo tempore. Et hoc non habet verum propter rationem Martini de magiſtris, qui vt refert Caietanus in dicto articulo 6. adducit pro ratione. Quod cū iure antiquo raptor maneret excōmunicatus, ſimiliter manebat inhabilis ad matrimonium propter illam excōmunicationē. Sed rectè hæc ratio impugnat ibi à Caietano. Primo. Nam in iure antiquo non manebat excommunicatus raptor, ſed erat excōmunicandus. Secundo. Quia quāuis eſſet excōmunicatus, non inde ſequitur quod eſſet nullum matrimonium etiam in ratione ſacramenti. Nam ſi excōmunicatus confirmetur, uel ordinetur. Sacramentum validum eſt, ergo idem erit de ſacramento matrimonii. Igitur ratio quare ſit impedimentum dirimens habetur ex definitione Concilii Tridentini ſeſſione 24. De reformatione matrimonii capitulo 6. Vbi dicitur quòd inter raptorem, & raptam, quādiu ipſa in poteſtate raptoris māſerit, nullum poteſt conſiſtere matrimonium. Itaque ſunt inhabiles ad contrahendum pro illo tēpore: ergò ſaltem pro illo tempore raptus erit impedimentum dirimens. De excommunicatione autem, quam de facto incurrunt, & raptor & alii, qui præbuerint conſilium, vel auxilium, dicitur in 2. 2. dicto articulo 6. & etiam de aliis pœnis aſſignatis in Concilio Tridētino: & an incurrant illas ante iudicis declarationem, & ſententiam.

c. placuit 36. q̄ſt. 6. c. tua, eadē cauſa. & q.

Tertia difficultas eſt. An ſit peccatum mortale contrahere matrimonium, quando eſt aliquod iſtorum impedimentorum ſiue prohibens, ſiue dirimens matrimonium. Et uidetur quod ſic. Nā leges iuſtæ, & ſanctæ obligant ſub mortali in materia graui: ſed huiuſmodi leges, quæ conſtituunt impedimenta in matrimonio ſunt iuſtæ, & ſanctæ (ut conſtat) & materia eſt grauis, ergo qui contrahit, quando eſt

A impedimentum quodcūque, peccat mortaliter.

¶In huius rei explicationē ſit prima cōcluſio. Contrahere ſcienter cū impedimento quocūq; etiā per legem humanā cōſtituto, eſt peccatum aliquod. Hæc concluſio eſt certiſſima, & eſt omnium Doctorū. Et primo probatur concluſio: Leges iuſtæ, & ſanctæ obligant in foro conſcientię, ſed leges quæ impediunt matrimonium ſunt iuſtæ, & ſanctæ, ergo facere contra illas, aliquod peccatum eſt. Secundo probatur concluſio. Omnis actus humanus, qui fit ſicut non oportet, eſt peccatum, ſed qui contrahit

B cum impedimento, facit matrimonium ſicut non oportet, ut conſtat, ergo eſt peccatum.

¶Secunda concluſio. Certum eſt, quod eſt peccatum mortale ſcienter contrahere matrimonium cum impedimento dirimente: ut ſi quis religioſus, uel clericus ordine ſacro initiatus, uel conſanguineus intra quartum gradum attētaret cōtrahere. Hęc concluſio probatur. Primo. Iſte facit contra leges iuſtas, & ſanctas & in re grauiſſima, qualis eſt iſta, ergo peccat mortaliter. Secundo probatur. Nam facit contractum deluſorium, & in re grauiſſima, vt conſtat,

C ergo peccat mortaliter contra iuſtitiam alterius partis.

¶Aduertendum tamen eſt circa iſtam cōcluſionem, quòd aliqui grauiſſimi exiſtimant quòd iſte talis peccat etiam contra religionem Sacramenti matrimonii, taliter quod in illo actu eſt duplex malitia. Altera cōtra legem, & iuſtitiā, alia uero ſacrilegii. Quoniā irrogat maximam iniuriam ſacramēto matrimonii, & annullat ipſum ſacramentum. Et hæc ſententia eſt ſatis probabilis: non tamen uidetur improbabile quod non ſit peccatum mortale ſacrilegii. Nam (ut ſæpe diximus) in hoc differt matrimo-

D nium ab aliis ſacramentis, quod alia ſacramēta habent maximè determinatam materiam, & formam, ſacramentum vero matrimonii non habet ita determinatā materiā, ſed ueluti in generali & in cōmuni, conſenſus inter legitimas perſonas: & ita cum in hoc caſu non ſint legitimæ perſonæ, nō uidetur ſacrilegium contra rationem ſacramenti.

¶Tertia concluſio. Aliquandò eſt etiam peccatum mortale contrahere matrimonium

nium cum impedimento prohibente, non A dirimente, vt cum quis poſt ſponſalia facta cum prima, contrahit matrimonium de præſenti cum ſecunda. Similiter cum poſt votum ſimplex caſtitatis.

¶ Et ratio huius concluſionis eſt. Quoniam in primo caſu eſſet peccatum contra iuſtitiam, & in ſecundo contra uirtutem religionis: ſed obligatio iuſtitiæ & religionis ex ſuo genere eſt ſub mortali, ergo eſt peccatum mortale. In ſecundo intelligendum eſt, quando contrahit cum animo conſumandi matrimonium. Nam ſi contrahit cum animo nō conſumandi matrimonium, B ſed tranſeundi ad religionem eſt aliud, de quo dicetur alibi.

¶ Quarta concluſio. Etiam eſt peccatum mortale aliquando contrahere cum impedimento tantum prohibente, quod ſolet vocari prohibitio vel interdictum eccleſiæ.

¶ Ad huius expoſitionem aduertendum eſt, quòd interdictum eſt multiplex. Primum eſt perſonale, & particulare quando lite pendente inter aliquas perſonas circa aliquod matrimonium, interdicitur perſona, ne contrahat: & ſi quis cum hoc impedimento contrahat, peccat mortaliter. C Nam in capitulo finali de matrimonio contracto contra interdictum, præcipitur, quòd talis excommunicetur, quoniam contemnit iudicium Eccleſiæ, ergo ſignum eſt, quòd eſt peccatum mortale. Nam excōmunicatio non poteſt ferri, niſi propter peccatum mortale. Confirmatur. Quia facere contra ſententiam iuſtam iudicis, & in re graui, eſt peccatum mortale. Quia ſententia iuſta eſt quædam lex particularis, ergo. Secundum interdictum eſt generale loci. Et de hoc interdicto per ordinem ad ſolemnitatem matrimonij aliqui viri docti D non ita rectè loquuti ſunt, aut non ita diſtinctè, & clarè. Nam concedunt tempore interdicti generalis localis licitum eſſe contrahere matrimonium de præſenti ſine ſolemnitate nuptiarum, dicunt tamen ſolemnitatem nuptiarum non eſſe licitam tempore interdicti, & allegant capit. Capellanus, de ferijs. Sed non videtur ad propoſitum. Nam ibi tantum dicitur, eſſe conſuetudinem Eccleſiæ Romanæ, vt quocūque tempore fiat matrimonium per legitimum conſenſum de præſenti, recipitur, hoc autem nihil aliud eſt dicere, niſi quòd erit

c. fin. de mt̄rimonio contracto cō tra interdictum.

c. capellanus, de feriis.

validum quocumque tempore anni fiat. An vero ſemper fiat licite, vel non: nihil ibi dicitur. Item hoc capitulum nullam mentionem facit de tempore interdicti localis. Igitur dicendum eſt, quòd modo, & etiam iure antiquo, ſemper eſt, & fuit licitum contrahere matrimonium de præſenti, tempore interdicti localis: vt diffinitur in materia de interdicto, & eſt ſententia multorum Doctorum. Ita tenet Syluester, uerbo, interdictum 5. quæſtione ſeptima, ubi dicit, quòd eo tempore eſt licitum contrahere matrimonium, etiam à perſonis interdictis. At verò de ſolennitate nuptiarum diſtinguendum eſt. Nam iure antiquo ante capitulum Alma mater, de ſententia excommunicationis in 6. non erat licita ſolennis benedictio nuptiarum, quia tunc non omnia officia diuina licebant. At poſt cap. alma. licita eſt talis benedictio, etiam tempore interdicti localis: dūmodo ſeruetur moderatio eiuſdem capituli. Vnde ſi illi ſponſi, qui benedicuntur ſolenniter cum illa moderatione, habent priuilegium aſſiſtendi diuinis officiis, licite tunc poſſunt recipere benedictionem nuptialem. Quia poſt illud cap. omnia diuina officia ſunt licita cum illa moderatione, ſed ante illud cap. etiam ſi ſponſi haberent priuilegium aſſiſtendi diuinis, non poſſent licite recipere ſolennem benedictionem nuptialem etiam cum illa moderatione. De hoc plura in materia de interdicto. Ex quo colligitur, quod non eſt curandum de perplexitate, quam in hoc puncto exhibuit Syluester variis in locis. Nam Syluester eſt ſibi contrarius, cum verbo, interdictum, 5. quæſtione ſeptima, exceptione 5. dicat, ꝙ non eſt licita benedictio nuptialis. & ibidē. quæſtione 2. dicto 3. dicat expreſsè, quòd eſt licita talis benedictio. Tertium interdictum Eccleſiæ in ordine ad matrimonium eſt, quo deſignantur aliqua anni tempora, in quibus prohibentur velationes, vel ſolennitates nuptiarum. Sed hæc tempora aliter deſignabantur in iure antiquo, quam in nouo: nam in iure antiquo deſignabantur ab Aduentu Domini vſque ad Epiphaniam, & à Septuageſima vſque ad Paſcha, & eius octauam, & à tribus diebus Litaniarum vſque ad octauam poſt Pentecoſten. Ita Nauarro in Manuali, capite 22. numero 7. Vide capit. non oportet, 2. 33. quæſtione

c. Alma mater d̄ ſentētia excōmunicationis in 6.

c. nō oportet. 33. q. 4.

Concil. Triden. Seſ. 24. c. vlt. de reform. matrim. ſtione. 4. At verò in Concilio Tridentino. ſeſſione. 24. de reformatione matrimonij, capite vltimo. tantum ponitur ab Aduentu Domini vſq; ad Epiphaniã, & à Feria IIII. Cinerum vſque ad octauã Paſchæ incluſiue, in quibus temporibus præcipit ſancta Synodus, vt ab omnibus obſeruentur antiquæ prohibitiones circa ſolemnitatem nuptiarum. Vnde in his temporibus poſitis a Concilio Tridentino ſolemnitas nuptiarũ eſſet peccatum mortale. In quò quidẽ omnes conueniunt: nam eſſet contra præceptũ Eccleſiæ in re grauiſſima. Sed quid eſt intelligendum nomine ſolemnitatis nuptiarum. Reſpondetur cum Caietan. verbo nuptiarum peccata intelligi tria. Primo intelligitur benedictio nuptialis. Secundo traductio ſponſæ in domum ſponſi. Tertio celebritas conuiuij. Reliqua omnia ſunt licita, & ſic licebit illis temporibus contrahere ſponſalia de futuro: Imo etiam contrahere matrimonium de præſenti, ſine dicta ſolemnitate. Ita Caieta. in loco ſupra citato. & Nauarro in dicto numero 71. Vnde male dicunt aliqui moderni Theologi, eſſe peccatum veniale cõtrahere matrimonium de præſenti, etiã ſine ſolẽnitate. Et ſimiliter deficit. Paludanus qui in quarto diſtinctione 32. quæſtione quintam dicit, quod eſt prohibitum. Et eius ratio eſt. Nam tale matrimonium nõ debet eſſe clandeſtinum ſed debet fieri in facie Eccleſię, ergo eſt prohibitũ ob publicitatem, quæ requiritur, vt fiat in facie Eccleſiæ. Sed ſine ſcrupulo tenendum eſt contrarium propter rationem Caiet. Quia pœnæ ſunt reſtringendæ; ſed cõtrahere matrimonium coram parocho, & teſtibus requiſitis, quod ſufficit, vt cõtrahatur in facie Eccleſiæ: non eſt ſolemnitas nuptiarum, vt manifeſte conſtat, ergo. Et ſic ſoluitur ratio Paludani. Quod ſi quis adducat in contrariũ cap. nec vxorem 33. quęſt. 4. Vbi Summus Pontifex dicit. Nec vxorem ducere Quardrageſimali tempore fieri poſſe arbitramur, ergo prohibetur matrimonium de præſenti, Reſpondetur quòd ibi per ducere vxorem, nõ intelligitur pręciſe contrahęre matrimonium de præſenti ſed contrahere cum ſolita ſolẽnitate: quia hoc eſt perfecte ducere vxorem: Quod colligitur aperte ex tribus capitulis immediate præcedentibus: vbi dum ſit mentio ſimilis prohibitionis, ſermo eſt de ſo- (cap: nec vxorem 33. q. 4.)

A lẽnitate nuptiarum. Et Caietanus loco ſupracitato aduertit, quòd non euadit prohibitionem illius legis, qui Sabbatho ante Dominicam primam Aduentus ſumit benedictionem ſolemnem, & poſtea in Dominica Aduentus addit alia duo, ſcilicet traductionem ſponſæ, & celebre conuiuium. Ratio huius eſt. Quia primum ſcilicet, benedictio nuptialis prohibitum eſt adiunctum aliis duobus. Vnde præcipuè ſunt illa duo prohibita tali tempore. Sunt enim carnalia, primum vero ſpirituale eſt. Hæc ſunt præcipua interdicta Eccleſiæ. Nam de alio quarto quo interdicitur, & prohibetur matrimonium clandeſtinum, iam cõſtat ex ſupradictis, quod
B potius eſt impedimentum dirimens matrimoniũ poſt Cõcil. Triden. ſi nõ fiat coram parocho & duobus teſtibus. Similiter de quinto interdicto quo ꝓhibet Eccleſia, ne aliquis contrahat ſine præmiſſis denunciationibus. Et denique de ſexto, quo interdicitur ne aliquis poſt contractum matrimonium illud conſummet, ante ſolemnem benedictionem: ſatis etiam conſtat ex ſupradictis.

C ¶ Vltima concluſio. Contrahere cũ omnibus aliis impedimentis, præter ſupra dicta nõ eſt peccatum mortale: etiam ſi fiat abſque diſpenſatione. Hanc concluſionem tenet Caietan. verbo matrmonii contractus: contra Syluestrum verbo matrimonium 7. Quãuis idem Syluester in principio videatur tenere oppſitum. Hæc concluſio probatur. Nam huiuſmodi impedimẽta non exiſtimãtur ab Eccleſia eſſe magni momenti (vt conſtat) ex eo quòd tranſgreſſores nõ puniuntur à prælatis, leges autem de leui materia non obligant ad mortale, ergo con-
D trahere cum huiuſmodi impedimentis non eſt peccatum mortale. Aduertendum tamẽ eſt, quòd ad cauendum peccatum veniale, quòd committitur, quando contrahitur cũ huiuſmodi impedimentis neceſſarium eſt, petere diſpenſationem à prælato. Hanc autem diſpẽſationem in caſibus in quibus ſolum eſt peccatum veniale contrahere cum impedimentis, poteſt epiſcopus concedere ſecundum probabiliorem ſentẽtiam, & hoc ratione leuitatis & communis materiæ.

¶ Ad rationem dubitandi propoſitam in principio reſpondetur, quòd ſicut lex naturalis aliquando præcipit in materia neceſſa-

tia virtutis, & tamen propter paruitatem materiæ, aut imperfectionem actus obligat ſolum ſub peccato veniali, ita etiam dicendum eſt de Eccleſiaſtica lege, quantumuis iuſta, quæ propter materiæ paruitatem in aliquibus caſibus iam dictis ſolum obligat ſub peccato veniali.

QVAESTIO LI.

De impedimento erroris.

DEinde cōſiderandum eſt de impedimētis matrimonii in ſpeciali. Et primò de impedimento erroris. Circa quod quæruntur duo. Primò, vtrum error de ſui natura matrimonium impediat. Secundò, quis error.

DE hac materia Magiſter, & Doctores in 4. diſtinction. 30. Iuriſperiti de errore perſonæ 29. quæſtione 1. capite vnico. & de errore conditionis ibidem, quæſtione 2.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum error conuenienter ponatur impedimentum matrimonij.

Th. 4. d. 30: q. 1. art. 1. & 2.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod error non debeat poni matrimonij impedimentum per ſe. Conſenſus enim qui eſt cauſa matrimonii impeditur, ſicut & voluntarium: ſed voluntarium ſecundum philoſophum, in 3. Ethic. poteſt impediri per ignorantiam quæ non eſt idem quod error, quia ignorantia nullam cognitionem ponit, ſed error ponit: eo quòd approbare falſa pro veris ſit error: ſecundum Auguſt. ergo non debuit hic poni impedimentum matrimonij error: ſed magis ignorantia. lib. 9. de Trin. c. 11. 10. 3.

A

¶ 2. Præterea. Illud poteſt impedire matrimonium de ſui natura, quod habet contrarietatem ad bona matrimonij: ſed error non eſt huiuſmodi: ergo error de ſui natura non impedit matrimonium.

¶ 3. Præterea. Sicut conſenſus requiritur ad matrimonium, ita intentio requiritur ad baptiſmum. B *Sed aliquis baptizat Ioannem & credit baptizare Petrum, nihilominus vere baptizatus eſt: ergo error non excludit matrimonium.*

¶ 4 Præterea. Inter Liam & Iacob fuit verum matrimonium: ſed ibi fuit error: ergo non excludit matrimonium. Hoc argumentum hēt Gratia.

SED contra eſt, quod in Digeſtis dicitur: Quid tam contrarium eſt conſenſui quam error? ſed conſenſus requiritur ad matrimonium: ergo error matrimonium impedit. C cā. 29. q. 1. de iuriſdictione omnium iudi. l. ſi per errorē.

¶ Præterea. Conſenſus aliquid voluntarium nominat, ſed error impedit voluntarium: quia voluntarium ſecundum philoſophum & Greg. Nyſſenum & Damaſcen. eſt cuius principium eſt in aliquo ſciente ſigularia, in quibus eſt actus quod erranti non competit: ergo error matrimonium impedit. lib. 3. eth. c. 1. lib. 5. ca. 3. li. 2, c. 24.

RESPONDEO dicendum quod quicumque impedit cauſam, de ſui natura impedit & effectum ſimiliter, D *conſenſus autem eſt cauſa matrimonij vt dictum eſt: & ideo quod euacuat conſenſum euacuat matrimonium. Conſenſus autem voluntatis eſt actus qui præſupponit actum intellectus: deficiente autem primo, neceſſe eſt defectum contingere in ſecundo: & ideò quando error cognitionem impedit, ſequitur etiam in ipſo conſenſu defectus, & per conſequens in matrimonio, & ſic error de iure naturali habet quòd euacuet matrimonium.* Queſt. 45. ar. 1.

AD

AD primum ergo dicendum, quod ignorantia differt ſimpliciter loquendo ab errore: quia ignorantia de ſui ratione non importat aliquem cognitionis actum ſed error ponit iudicium rationis peruerſum de aliquo: tamen quantum ad hoc quod eſt impedire voluntarium, non differunt utrum dicatur ignorantia vel error. Quia nulla ignorantia poteſt impedire voluntarium, niſi quæ habet errorem adiunctum, eo quod actus volũtatis præſupponit æſtimationem ſiue iudicium de aliquo in quod fertur: vnde ſi eſt ibi ignorantia oportet ibi eſſe errorem: & ideo etiam ponitur error quaſi cauſa proxima.

AD ſecundum dicendum, quod quamuis non contrarietur ſecundum ſe matrimonio, contrariatur ei tamen quantum ad cauſam ſuam.

AD tertium dicendum, quod character baptiſmi non cauſatur ex intentione baptizantis directe: ſed ex elemento materiali exterius adhibito. Intentio autem operatur ſolum vt dirigens elementum materiale ad effectum proprium: ſed vinculum coniugale ex ipſo conſenſu cauſatur directe, & ideo non eſt ſimile.

AD quartum dicendum, quod ſicut Magiſter. 30. diſt 4. Sententiarum dicit: matrimonium quod fuit inter Liam & Iacob non fuit perfectum ex ipſo concubitu, qui eis errore contigit, ſed ex conſenſu qui poſtmodũ acceſſit, vterque à peccato excuſetur, vt patet in eadem diſtinctione.

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio huius articuli eſt affirmatiua. Ratio huius cõcluſionis eſt. Nam error impedit cognitionem, ac ſubinde tollit conſenſum, qui eſt cauſa matrimonii. Vnde conuenienter ponitur impedimentum matrimonii. Ex quo colligitur cum D. Tho. ad ſecundum, quòd error quamuis nõ contrarietur ſecundum ſe matrimonio: tñ contrariatur ei, quantum ad ſuam cauſam

A & ita conuenienter ponitur impedimentũ matrimonii. Vnde ſolutionem ad tertium D. Thom. quæ eſt maximè aduertenda: in illa enim conſtituit differentiam inter intẽtionem miniſtri neceſſariã ad baptiſmum, & conſenſum neceſſarium ad matrimoniũ. Nam character baptiſmalis non cauſatur ex intentione baptizantis directè, ſed ex elemento materiali exterius adhibito: & intentio ſolum operatur, vt dirigẽs elemẽtum materiale ad effectum proprium. Cõſenſus vero per ſe & directe cauſat uinculum matrimoniale: quoniam contrahẽs
B reſpectu matrimonii in ratione contractus non ſe habet, vt inſtrumentum, ſed vt cauſa principalis: miniſter verò in baptiſmate habet ſe mere ut inſtrumentum.

¶Circa iſtum articulum, & totam quæſtionem ſupponendum eſt tanquam certum, quòd error ſignificat iudicium falſum intellectus, & ignorantiam prauæ diſpoſitionis.

SEd dubium eſt cur dicatur error & nõ ignorantia. v. g. dicitur error perſonæ, vel conditionis, non dicitur ignorantia. Et ratio dubitandi eſt. Nam vt dictum
C eſt error intrinſecè, & eſſentialiter includit ignorantiam.

¶Ad hoc dubium reſpondet D. Thom. hic in ſolutione ad primum. Et dicendum eſt, quòd quantum attinet ad inualidãdum matrimoniũ, nihil referre, ſiue dicatur ignorantia, ſiue error. Nam quidquid illud ſit, tollit cauſam matrimonij, ſcilicet, conſenſum: ſed quo ad proprietatem loquẽdi merito dicitur error. Et ita vocatur error ab omnibus Doctoribus. Nam cum matrimonium fiat ex conſenſu præſupponit neceſſario aliquod iudicium, & hoc quando eſt
D falſum, in proprietate ſermonis dicitur error: & ſi eſt falſum circa perſonam dicitur error perſonæ, & ſi eſt falſum circa conditionem, dicitur error conditionis. Ignorantia verò non tam propriè diceretur. Quia ignorantia de ſe ſolum dicit negationem puram, & non iudicium poſitiuum. Vnde ad rationem dubitandi dicendum eſt, quòd error includit ignorantiam coniunctam cum falſo iudicio.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum omnis error matrimonium impediat.

*AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod omnis error matrimonium impediat, & non ſolum error conditionis
aut perſonæ, vt in litera dicitur. Quia
Lib. 4. ſen. diſt. 30. quod conuenit alicui ſecundum ſe, conuenit et ſecundum totum ſuum ambitum. Sed error de ſui natura habet, quod matrimoniū impediat, ut dictum eſt. ergo omnis error matrimonium impedit.*

¶ 2 Præterea. Si error inquātum huiuſmodi matrimoniū impedit, maior error magis debet impedire: ſed maior eſt error fidei qui eſt in hæreticis nō credētibus hoc ſacramentū quā error perſonæ: ergo magis debet impedire quam error perſonæ.
Ar. præcc.

¶ 3 Præterea. Error non euacuat matrimoniū niſi ī quantū tollit volūtariū, ſed ignorantia cuiuſlibet circunſtantiæ voluntarium tollit, vt patet in 2. Ethicorum: ergo non ſolum error conditionis & perſonæ matrimonium impediunt.

Cap. 1. *¶ 4 Præterea. Sicut conditio ſeruitutis aliquid eſt annexū accidēs perſonæ, ita qualitas corporis aut animi: ſed error conditionis impedit matrimoniū: ergo eadē ratione error qualitatis aut fortunæ.*

¶ 5 Præterea, Sicut ad conditionem perſonæ pertinet ſeruitus & libertas, ita nobilitas vel ignobilitas, aut ſtatus dignitatis & priuatio eius, ſed error conditionis libertatis uel ſeruitutis impedit matrimonium: ergo & error aliorum dictorum.

¶ 6 Præterea. Sicut conditio ſeruitutis impedit, ita etiam diſparitas cul-
Quæſt. *tus, & impotentia coeundi, vt infra di-*

A *cetur: ergo ſicut error conditionis ponitur matrimonij impedimentum, ita error circa alia huiuſmodi deberet impedimentum matrimonij poni.* 52. ar. 2. & q. 58. ar 1. & q 59. ar. 1

SED contra videtur, quod nec error perſonæ matrimonium impediat. Quia ſicut emptio eſt quidam contractus, ita etiam matrimonium: ſed in emptione & vēditione ſi detur aurum æquiualens pro alio auro nō impeditur venditio: ergo nec matrimonium impeditur ſi pro vna muliere alia acci-
B *piatur.*

¶ Præterea. Poteſt contingere quod per multos annos iſte error detineatur, et filios & filias generēt ſimul: ſed graue eſſet dicere, quod tunc eſſent diuidendi: ergo primus error non fruſtrauit matrimonium.

¶ Præterea. Poteſt contingere quod frater viri in quem conſentire credit mulier offeratur ei, & cum eo cōmiſceatur carnaliter, & tunc videtur quod non poſſit redire ad illum in quem con-
C *ſentire ſe credidit, ſed debeat ſtare tā quam cū fratre eius: & ſic error perſonæ non impedit matrimonium.*
Simile argu. ponit Gratiā. cā. 19. q. 1. poſt med.

RESPONDEO dicēdum. Quod ſicut error ex hoc quod in uoluntarium cauſat, habet excuſare peccatum, ita habet quod matrimonium impediat ex eodem: error autem non excuſat a peccato niſi ſit illius circumſtantiæ, cuius appoſitio vel remotio facit differentiam liciti & illiciti in actu: Si enim aliquis percutiat patrem baculo ferreo,
D *quem credit ligneum eſſe, non excuſatur à toto, quāuis forte à tanto: ſed ſi credat quis percutere filium cauſa diſciplinæ, & percutiat patrem excuſatur a toto adhibita diligentia: vnde oportet quod error qui matrimonium impedit, ſit alicuius eorum quæ ſunt de eſſentia matrimonij. Duo autem includit ipſum matrimonium, ſcilicet, perſonas duas quæ coniunguntur, & mutuam poteſtatem inuicem in qua matrimonium conſiſtit. Primum autem tollitur per errorem perſonæ. Secun-*

dum

perſonas duas, quæ coniunguntur & mutuam poteſtatem inuicem, in qua matrimonium conſiſtit, ſed primū tollitur per errorem perſonæ, ſecundum verò per errorem conditionis ſeruitutis. Quia ſeruus non poteſt poteſtatem ſui corporis libere alteri tradere ſine conſenſu ſui domini, ergo.

¶ Tertia concluſio. Alii verò errores non impediunt, nec inualidant matrimonium videlicet, error qualitatis circa bona fortunæ: vt ſi quis contrahat cum aliqua exiſtimans, quòd eſt diues: & eſt pauper, & exiſtimans quòd eſt virgo, & eſt corrupta: Nam hæc omnia non pertinēt ad eſſentiam matrimonii.

¶ Quarta concluſio. Error qualitatis ſi refundatur in perſonam, tollit matrimonium. v. g. Mulier nobilis filia Ducis contrahit cum aliquo exiſtimans eſſe filium Comitis, & ille eſt de media plebe: talis error refunditur in perſonam, & deſtruit matrimonium. Hanc concluſionem conſtituit D. Tho. in ſolutione ad quintum argumentum.

¶ Circa iſtum articulum & totā quæſtionem notandum, & ſupponendum eſt, quòd poteſt eſſe error in quadruplici differentia (vt colligitur ex cap. 1. 29. quæſt. 1.) circa matrimonium. Primus error eſt circa perſonam ipſam. Vt ſi quis exiſtimet quòd contrahit cum Petro, & cōtrahit cum Paulo. Secundus error eſt circa conditionem ſeruitutis, vt ſi exiſtimet contrahere cum libera, contrahendo, cū ancilla. Tertius error eſt circa qualitatem perſonæ, vt ſi quis exiſtimat contrahere cum diuite, & contrahat cum paupere. Vltimus error eſt circa qualitatem perſonæ in bonis naturæ, vt ſi quis exiſtimat contrahere cū virgine, & contrahat cū corrupta. Ad iſtū errorē reducitur error nobilitatis: vel ignobilitatis: de quo meminit D. Tho. in hoc arti. ad 5. & ad hūc etiā reducitur error pulchritudinis, vel turpitudinis. Quo poſito fundamento.

Ex. c. 1. 29. q. 1.

EST primum dubium in hoc articulo: Vtrū omnes iſti quatuor errores annullent matrimoniū ¶ Concluſio ſit. Duo tantū errores annullant matrimoniū (ſcilicet) error perſonæ, & error cōditionis quā tum ad ſeruitutē. Hæc cōcluſio eſt D. Tho. in hoc artic. & eam tenēt omnes Doctores Vide Conar. in epithome ſuper 4 decr. par. 2. c. 3. §. 7. nu. 1. Et hæc cōcluſio habetur ex

A preſſe in iure, 29. q. 1. c. 1. §. ad hæc, Vbi dicitur, ꝙ error perſonæ & conditionis conſenſum coniugis nō admittit: error vero fortunæ, & qualitatis cōſenſum nō excludūt. Et ratio D. Tho. & cōmunis eſt. Nā error perſonæ, & conditionis ſunt circa ea, quæ ſunt de eſſentia matrimonii. Error enim pſonæ verſatur circa ipſas perſonas, quæ ſunt ſubſtantialiter contrahēte: error vero cōditionis verſatur circa mutuā poteſtatē cōiugū, in qua eſſentialiter conſiſtit matrimonium ſed error fortunæ & qualitatis, nō verſatur circa eſſentialia m̄rimonii, ſed circa extrinſeca; ergo duo tantum errores annullāt matrimonium. Cōfirmatur hæc ratio ex capitulo citato quantum ad hoc, ꝙ duo priores errores deſtruant matrimoniū, & præcipuè primus. Nam in illo c. dicitur, quòd ſi quis faciat contractū cum Marcello, qui vendit illi aliquē agrum: & poſtea Paulus accedat fingens ſe eſſe Marcellū: & contrahat cum illo nomine Marcelli, ille contractus nullus eſt, quoniam venditor nunquam fecit contractum cum Paulo, ſed cū Marcello: & ita non intendit vendere Paulo hæreditatem. Ex quo ſic arguitur. Nam error perſonæ inualidat alios contractus ciuiles, ergo multo magis inualidat matrimoniū. Probatur conſequentia. Nam perſona contrahens in ipſo matrimonio eſt magis intrinſeca cōtractui, cum per talem cōtractum tradatur dominium corporis ipſius cōtrahentis. Explicandum tamen eſt an iſti duo errores inualident matrimonium iure naturali, an verò ſolum iure poſitiuo. Et quidē de errore cōditionis ſeruitutis, dicemus quæſtione ſequenti. Hic dicendū eſt de errore perſonæ.

29. q. 1. capite. 1.

B

C

EST ſecundum dubium, illudque grauiſſimum circa hoc, Vtrum error perſonæ in matrimonio iure naturali deſtruat matrimonium. Videtur vera pars negatiua.

D

¶ Primo arguitur de matrimonio inquātum ſacramentum. Si ſacerdos baptizet aliquem, v. g. Petrum, exiſtimans ex errore eſſe Paulum, vere baptizat Petrum. Et idem dicendum eſt de Epiſcopo ordinante vnum exiſtimans eſſe alium, ergo ſi quis contrahat cum Ioāna putans ex errore eſſe Mariam, vere contrahit cum Ioāna, & eſt validum matrimoniū ſtando in iure naturali. Probatur cōſequentia ex paritate rationis. Antecedens verò eſt manifeſtum.

¶ Secun-

¶ Secundo arguitur ad idem. Qui contra A hit cum aliqua, tenetur habere iſtum animum, & conſenſum, volo contrahere cum iſta quæcũque illa ſit (quamuis ex errore putet eſſe aliam) ſed, ſi habeat hunc animũ validum eſt matrimonium ſtando in iure naturali, ergo. Conſequentia eſt euidens. Minor probatur. Nam ſi habeat illum animum & conſenſum, vere conſentit in iſtam præſentem, ergo verum efficit matrimoniũ cum iſta, licet erret. Item probatur minor. Qui baptizat cum errore perſonæ verum efficit baptiſma, quia cũ ſe applicat ad operandum vult baptizare illum, qui eſt præſens quicũque ille ſit, ergo idẽ erit de matrimonio. Maior vero probatur. Nam epiſcopus cũ ordinat, peccat peccato mortali ſacrilegii, ſi non habeat animum ordinandi iſtum, quicũque ille ſit, & idem eſt de baptizãte, ergo qui contrahit tenetur habere animum, & conſenſum contrahendi cum iſta, quæcumque illa ſit.

¶ Tertio arguitur de matrimonio in ratione cõtractus. Si quis vẽdat Petro equũ putans eſſe Paulum, & vendat iuſto pretio ſtando in iure naturali validus eſt contractus, & verum transfert dominium in Paulum, quãuis ſit error circa perſonam, ergo ſtando in iure naturali, qui contrahit cum Maria putans eſſe Ioannam, verum efficit matrimoniũ. Antecedẽs videt notũ. Cõſequẽtia vero probatur ex paritate rationis.

¶ Quarto arguitur de matrimonio etiã in ratione contractus. Si quis vendat ſericũ Toletanum pro Granatẽſi, vel vinum Metinenſe pro Madrigalenſi, ſi ſit eiuſdem vtilitatis, & ualoris ualidum efficit contractũ ſtando in iure naturali, vt diffinitur in 2.2. quæſt. 77. quamuis ille; qui emit, errat circa ſubſtãtiam rei, & velit emere ſericum Granatenſe, & uinum Madrigalenſe, ergo iure naturali matrimonium eſt validum, quãuis contrahens errat in perſona, quæ eſt de ſubſtantia matrimonii. Probatur conſequẽtia ex paritate rationis.

¶ Quinto arguitur. Error circa perſonã non contrariatur matrimonio, ergo nõ efficit irritum matrimonio ſtando in iure naturali. Antecedens videtur notũ, non enim apparet unde habeant cõtrarietatem. Conſequentia vero probatur. Nam ſi aliqua ratione error circa perſonam iure naturali irritat matrimonium, eſt propter cõtrarietatem. Quod ſi quis dicat, quod quãuis talis error non contrarietur matrimonio, contrariatur tamen cauſæ contractus, & matrimonii, ſcilicet, conſenſui: & ex conſequenti contrariatur matrimonio. Cõtra hãc ſolutionem arguitur. Nam non quidquid contrariatur cauſæ, & deſtruit illam deſtruit effectum, ergo nõ quidquid deſtruit cõſenſum deſtruit matrimonium. Conſequentia eſt bona. Antecedẽs probatur. Ignis eſt cauſa caloris, & pater filii: tamen non quidquid deſtruit ignẽ, vel patrem, deſtruit calorem vel filium.

B ¶ Vltimo arguitur. Nam ex oppoſita ſententia ſequitur, quòd non fuit uerum matrimonium inter Iacob & Liam: conſequens autem eſt aperte falſum (ut conſtat) ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam Iacob habuit errorẽ circa Liam, ut conſtat ex ſacris literis, ergo.

¶ In oppoſitum eſt D. Tho. qui in art. 2. expreſſe uidet ſignificare, quod error perſonę iure naturali impediat matrimoniũ: & idẽ uidetur dicere in art. 1. in fine corporis.

¶ Concluſio certiſſima ſit. Error perſonę iure naturali deſtruit matrimoniũ. Hãc cõcluſionẽ tenẽt oẽs diſcipuli D. Tho. Vide C Syluest. verbo matrimoniũ 8. in principio. & Nauarro in manuali cap. 22. nu. 32. & ſequentibus. Et probatur concluſio. Primò. Error perſonæ tollit conſenſum neceſſariũ ad matrimonium, ergo deſtruit matrimonium iure naturali. Conſequentia eſt euidens. Nam ſtando in iure naturali ad matrimonium eſt neceſſarius conſenſus. Antecedens uero probatur. Nam error perſonæ facit, quòd conſenſus non ſit voluntarius circa ſuam perſonã in particulari, ut dicit D. Tho. in 1. 2. quæſt. 6. artic. 8. & ita qui errat, l. ſi per errorẽ. ff. de iuriſ. om. iud.
D non conſentit, vt dicitur l. ſi per errorem. ff. de iuriſdictione omnium iudicum & errantis voluntas nulla eſt, vt dicitur l. cum teſtamentum C. de iur. & fac. igno. & ibidem l. non idcirco, dicitur, quòd errantis conſenſus nullus eſt. Et ratio eſt aperta. Nã error perſonæ remouet cognitionem perſonæ, quæ eſt cauſa conſenſus, & omnium actuũ voluntatis (dicente Auguſt. 5. de Trinita.) quòd inuiſa diligere poſſumus, incognita nequaquam. Quod ſi quis dicat, quòd ignorantia concomitans non cauſat inuoluntarium, nam ſi ſciret multo melius contraheret. Contra. Nam ignorantia concomitans

ſaltem

ſibrem cauſat non voluntarium, vt dicit D. Tho.ibidem,ergo hæc ignorantia iure natu rali deſtruit matrimonium.Probatur cõſequentia:Nam ſtãdo in iure naturali ad ma trimonium requiritur voluntariũ poſitiuè

Secundò probatur concluſio. Nam matrimonium verſatur circa perſonam particularem ſecundum indiuiduam conditionem, & ita dicitur in definitione matrimonii, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, ergo ſi non ſit conſenſus circa particularem perſonam, iure naturali erit nullũ matrimonium. Confirmatur argumentum Nam matrimonium verſatur circa perſonã in particulari tradendo alteri poteſtatem, & dominium illius, & accipiendo dominiũ alterius,ergo ſi non ſit conſenſus circa perſonam in particulari,nõ erit matrimonium ſtando in iure naturali:error vero perſonæ, tollit huiuſmodi conſenſum circa perſona in particulari,vt conſtat, ergo iure naturali deſtruit matrimonium. Tertio probatur cõcluſio. Nam error circa perſonam eſt error circa ſubſtantialia & eſſentialia matrimonii(ſi quidem perſona indiuidua & particularis eſt de eſſentia matrimonii) ac ſubinde tollit conſenſum circa eſſentialia matrimonii,ergo iure naturali deſtruit matrimoniũ Probatur conſequentia. Nam ad matrimonium iure naturali requiritur conſenſus in eſſentialia matrimonii. Quartò probatur ex illo capit. unico,29.quæſt.1. vbi diffinitur,quod error perſonæ annullat matrimonium, & adducit exemplum. Sicut ille qui ordinatur ab eo, quem putat epiſcopum eſſe,& adhuc eſt laicus, errat, nec vocatur ordinatus,&c.ſic iſta errans nulli eſt copulata coniugio.Sed iſte talis in omni iure non manet ordinatus, ergo nec alia copulata cõiugio. Confirmatur ex exemplo in eodem cap.adducto cũ ca medium. Si quis promitteret ſe venditurum mihi aurum,& pro auro offeret aurichalcum, non co nſenſi in aurichalcum,ergo nec alius in tali matrimonio.Sed contractus ille nullus eſt iure naturali,ergo nec matrimonium. Itaque illa definitio iuris eſt explicatio iuris naturalis. Vide alias rationes D.Tho.

¶ Ad explicationem concluſionis, & ad argumentorum ſolutionem aduertendum primo,quod ad rationem matrimonii & ad eius firmitatem & valorem, requiritur voluntarium,& eſt neceſſarius conſenſus. Et

A idem eſt in aliis cõtractibus, donationibus, & collationibus.Ad videndum vero quando contractus donatio,vel collatio eſt valida,firma,& voluntaria hæc debet eſſe regula optima:Cõtractus, donatio, vel collatio habet firmitatem,& ualorem, & per ſe loquendo habet rationem voluntarii ex fine uirtutis,ad quam immediate,& per ſe ordinatur & etiã ex bono publico ad quod mediate ordinatur.Sit exemplum. Collatio baptiſmi ꝓ ſe ſpectat ad virtutẽ religionis,& ideo ex hac uirtute habet firmitatem,& ualorem & eſt voluntaria per ſe loquendo.

B Vnde ſi quis baptizet Petrum putans eſſe Paulum,per ſe loquendo,verum confert baptiſmum, & eſt uoluntaria talis collatio per ſe,quamuis erret in perſona: quoniam ſpectat ad uirtutẽm religionis Virtus autem religonis expoſtulat, quòd qui baptizat habeat animum baptizãdi præſentem, quicunque ille ſit. Quoniam aliàs exponit ſe periculo committẽdi ſacrilegium. Et ita ſi non habeat talem animum,peccabit peccato ſacrilegii contra uirtutem religionis,& tunc baptiſmus non erit ualidus, per accidens tamen propter ſacrilegam intentionem quam habet:nam ſi haberet inten-

C tionem quam debebat habere,per ſe loquẽdo,& quam expoſcit uirtus religionis, per ſe loquendo,baptiſmus eſſet validus.Idem eſt de ordinante. Secundum exemplum eſt in contractu emptionis & venditionis, qui ſpectat per ſe ad iuſtitiam cõmutatiuam; in qua requiritur æqualitas, & ita ex virtute iuſtitiæ ſumenda eſt firmitas, & ualor contractus,& per ſe loquendo,eſt voluntarius talis contractus, dum non læditur iuſtitia commutatiua,ad quam pertinet æqualitas. Et ita ſi quis uẽdat unam rem pro alia

D eiuſdem vtilitatis & commoditatis emptori,ualidus eſt contractus, & per ſe loquendo voluntarius: quoniam non læditur iuſtitia commutatiua,ad quam pertinet æqualitas. Tertium exemplum eſt in collationibus beneficiorũ. Collatio enim facta etiam indigno,valida eſt; & eſt voluntaria per ſe loquendo:quoniam illa collatio per ſe ordinatur ad bonũ publicum Reipublicæ Chriſtianæ: eſt autem maxime neceſſarium ad bonum publicum quod talis collatio ſit firma,& ualida, alias enim ſacramenta ab illo collata eſſent irrita:Et ita ſi Epiſcopus haberet iſtam intentionem,uolo conferre bene-

ficium huic,ſi dignus eſt,ſi tamen indignus A eſt,nolo:collatio nulla eſſet,ſi eſt indignus, per accidens tamen propter malam intentionem Epiſcopi, quæ lædit bonum publicum,nam bonum publicum oppoſitam intentionem exigebat per ſe loquendo.

¶ Secundo.Quod quamuis matrimoniũ ſpectet in ratione contractus ad uirtutem iuſtitiæ, ſicut alii contractus,eſt tamen maxima differẽtia inter matrimonium & alios contractus.Nam ad matrimonium nõ ſufficit cõſenſus in communi, ſed requiritur cõſenſus determinatus circa perſonam indiuiduam in particulari. Nam matrimoniũ eſt B unius ad unam in particulari. In definitione enim matrimonii ponitur illa particula indiuiduam uitæ,&c.In contractu uero emptionis & uenditionis non requiritur tanta determinatio in particulari: ſed ſecundum. quod ſeruatur æqualitas inter rem uẽditã & pretium à quocunq; reddatur pretium. Nam ad uenditionem per accidẽs ſe habet qui dat pretium.Item in ratione ſacramenti hæc eſt differẽtia inter matrimonium, & alia ſacramenta, quod matrimonium uerſatur circa perſonã indiuiduã in particulari. ſecundum indiuiduam conditionem,ratio- C ne materialis ſacramenti matrimonii, ſcilicet,ratione contractus, alia uero ſacramẽta licet uerſentur circa perſonam in particulari,non ita reſpiciunt conditiones indiuiduãtes perſonæ: ſed potius cõſiderant conditiones & qualitates neceſſarias ad rationem ſacramenti, & ad recipiendum ſacramentum ipſum. Omnia amplius explicabuntur in ſolutionibus argumentorum.

¶Vnde ad primũ argumẽtũ reſpõdetur, negando conſequentiam. Nam qui baptizat vel ordinat,per ſe loquẽdo,debet habere intentionem baptizandi, vel ordinandi D iſtum præſentem,quicunque ille ſit:& hoc ex poſtulat virtus religionis ad quam pertinet talis collatio, quod ſi determinat intentionem ad iſtum,v.g. Petrũ,taliter quod ſi non eſt Petrus,non vult illum ordinare,vel baptizare,peccat peccato ſacrilegii: & ſi nõ eſt Petrus,non eſt valida collatio: per accidens tamẽ ,propter ſacrilegam intentionẽ: & hoc eſt neceſſarium per ſe & regulariter dico regulariter.Quoniã ſi epiſcopus vellet aliquẽ in particulari cõſecrare ſacerdotem, & ſimul conferre beneficium intuitu talis perſonæ,quam perſpectam habet: ſi aliquis ſupponeretur, nec ordines, nec beneficium recipit, communiter tamen & regulariter debent intendere ordinare accedentes. Et ita quãuis generaliter proteſtentur, ſe nolle ordinare excommunicatum,aut illegitimum,poſtea tamen, ſi quis talis ſe ingeſſit, manet ordinatus.Quia tu particulari omnibus accedẽtibus voluit conferre ordines, & hãc intentionem debet habere per ſe. In matrimonio verò qui contrahit,non debet habere animum contrahendi cum iſta præſenti, quæcũq; illa ſit:nec hoc expoſcit virtus ad quam pertinet matrimoniũ .Sed debet habere animum contrahendi cum Maria in particulari,& non cum alia. Quod ſi habeat animum contrahendi cum præſenti quæcunque illa ſit, validum erit matrimonium propter imprudentem intentionem, quam habet,& per accidens.Eſt etiam alia, differentia.Nam vt diximus in ſecũdo notabili,alia ſacramenta reſpiciunt perſonas particulares,reſpiciũt tamen illas ſecundũ diſpoſitiones,& qualitates neceſſarias ad talia ſacramenta:non ſecundum indiuiduam conditionem particularem. Matrimonium verò reſpicit perſonam ſecundũ indiuiduã & ſingularem conditionem.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd qui contrahit,non debet habere animum contrahendi cum præſenti, quæcunque illa ſit: ſed cum Maria in particulari.Nec eſt eadem ratio de alijs ſacramentis & de matrimonio(vt iam diximus)nam in alijs illud expoſcit virtus religionis,non verò in matrimonio.

¶Ad tertium argumentum reſpondetur negando conſequentiam.Quoniam iuſtitia ad quam ſpectat contractus emptionis, & venditionis, ſolum expoſcit æqualitatem inter rem uenditam, & pretiũ.Quòd uerò pretium redatur à Petro , uel à Paulo impertinens eſt ſtando in iure naturali.Quòd ſi haberet iſtum animum,nolo uẽdere rem meam niſi Petro,nulla eſſet uenditio, eſſet tamen per accidens propter imprudentem intentionem.At uerò in matrimonio requiritur determinatio perſonæ in particulari. Verum eſt quòd in illo cap.unico,29. quæſtione 1. adducitur pro exemplo,ſi quis paſciſceretur, ſe uẽditurum agrum Marcello, & poſtea ueniret Paulus dicens ſe eſſe Marcellũ:dicit quòd iſte contractus eſt nullus. Et ita ſecundum iſtam reſolutionem negãdum 29. q. 1. c. unico.

dum eſſet antecedens. Nihilominus tamen dicendum eſt, quòd fortaſsis exemplorum non requiritur veritas. Cõcluſio itaque eſt diffinitio capituli.

¶ Ad quartũ argumentum aliqui authores negant antecedens. Magiſter tamen Sotus 6. de iuſtitia, quæſtio 3. articul. 2. tenet, quòd talis vẽditio eſt ualida, ſi res ſit æqualis utilitatis in uſu ipſi emptori. Et non eſt eadem ratio de matrimonio. Nam matrimoniũ requirit conſenſum determinatum circa talẽ perſonam in particulari. Cõſiſtit enim in traditione corporum: cõtractus uero emptionis, & uenditionis per ſe reſpicit uſum & commoditatem rei.

¶ Ad quintum argumentum reſpondetur, quòd quidquid deſtruit cauſam ſecundum quòd cauſat, & ſecũdum quòd influit in effectum, deſtruit ipſum effectum. Qui uerò deſtruit cauſam, non ſecundum quod cauſat: ſed materialiter loquẽdo nõ deſtruit effectum. Nam ſecundum illam rationem non hẽt cauſare. Cauſæ uerò uniuocæ non ſemper influunt in effectum: nã ſolum ſunt cauſæ quantum ad fieri, & ita effectus poteſt conſeruari ſine influxu cauſæ. Vnde deſtructo patre, uel igne, manet filius, uel calor. Ratio uero D. Thomæ procedit de conſenſu, ſecundum ꝙ eſt cauſa matrimonii, & ut cauſat illud. Nam matrimonium manet in dormientibus quando nõ eſt conſenſus. Itaque loquitur D. Th. de conſenſu à principio quando influit, & cauſat matrimoniũ nam matrimonium tunc depẽdet à conſenſu in fieri, nõ tamen in conſeruati, per uolũtatem enim contrahentium non poteſt matrimonium diſſolui.

¶ Ad ultimum argumentum reſpondetur, ex illo cap. Vnico, 29. quæſtio, quòd cõſenſus præcedens, quo cõſenſit Iacob in Rachel, non fecit matrimonium cum Lia: tũc enim fuit error perſonæ, qui inualidat matrimoniũ iure naturali: ſed conſenſus, quem habuit poſt carnalem copulam cum Lia in particulari: & tunc non fuit error perſonæ, nec talis concubitus fuit fornicarius. Quoniam habuit ignorantiam inuincibilem.

Tertium dubium eſt. Vtrũ error qualitatis, & fortunæ deſtruat mrĩmoniũ. Et uidet̃ uera pars affirmatiua.

¶ Primò arguitur. Error qualitatis, & fortunæ deſtruit conſenſum & uoluntarium: ergo deſtruit matrimonium etiam iure naturali.

A Conſequentia eſt bona, ut conſtat ex D. Thom. & ex dubio præcedenti. Antecedens uero probatur. Qui contrahit cũ aliqua putans eſſe diuitem, & uirginem, & reuera eſt pauper, uel corrupta: non contraheret, ſi illud ſciret: ergo eſt inuoluntarius, & non cõſentit. Confirmatur. Ad conſenſum requiritur cognitio, ſed iſte nõ cognoſcit hãc mulierem, niſi ut diuitem, uel uirginem: ergo non conſentit cum illa niſi ſub illa ratione. Maior conſtat. Nam nihil eſt uolitum niſi prius cognitũ: ergo ea ratione qua aliquid eſt cognitum eſt uolitum.

B ¶ Secundò arguitur. Simulator, qui fingit ſe pauperem cũ reuera ſit diues, & ſub hac rõne acquirit eleemoſynas, non acquirit uerum dominium eleemoſynarum, ut uidetur manifeſtum, nam fraude acquirit eleemoſynas. Sed mulier pauper, quæ fingit ſe diuitem uel corrupta, quæ fingit ſe uirginem fraude & dolo contrahit, ergo nõ acquirit dominiũ corporis uiri. Minor eſt manifeſta. Cõſequentia uero probatur ex paritate rationis.

¶ Tertiò arguitur. Contractus emptionis, & uenditionis, quando eſt læſio in qualitate, eſt inualidus. ergo etiam contractus matrimonii eſt inualidus, quando eſt læſio,

C in qualitate. Conſequentia uidetur bona. Nam apparet utrobique eadem ratio. Antecedẽs uero probatur, ſi quis uendat equũ infirmum, uel mancum pro ſano, uenditio eſt nulla (ut conſtat) tamen ſolum eſt læſio in qualitate. ergo contractus emptionis, & uenditionis eſt nullus, ſi ſit læſio in qualitate.

¶ Quarto. Si error fortunæ, aut qualitatis non deſtruit matrimonium, maximè quia non eſt error circa ea, quæ ſunt de eſſentia matrimonii, (hæc enim eſt ratio D. Thom. in hoc articulo,) ſed hæc ratio eſt

D nulla: ergo. Conſequentia eſt bona. Minor in qua eſt difficultas probatur. Nam ſi duo habiles ad matrimonium contrahant, & alter illorum exiſtimet, quòd eſt impedimentum dirimens inter illos: iſte talis ſolum habet errorem circa ea, quæ ſunt accidentalia matrimonio (ut conſtat) tamen non eſt matrimonium, nam non uidetur quòd poſſit conſentire in matrimonium, qui exiſtimat eſſe impedimentum dirimẽs inter illos.

¶ Prima concluſio. Error qualitatis, &

fortunæ,

fortunæ, ſi præciſe ſit qualitatis & fortunæ, non deſtruit matrimonium iure naturali, vel humano. Hanc concluſionem docet ex preſsè Doctor ſanctus in hoc articulo. Et quidem quòd non deſtruat matrimonium iure naturali, conſtat ratione.

¶ Nam contractus iſte matrimonii per ſe terminatur ad perſonam ſecundum indiuidualem eius rationem: ergo ſi non ſit error in perſona, ſed in qualitate, non deſtruitur matrimonium. Confirmatur hæc ratio: Qualitas vel fortuna in perſona, non pertinet ad indiuiduam rationem perſonæ. ergo error in qualitate, vel fortuna iure naturali non deſtruit ipſum matrimonium.

B

¶ Quod vero talis error nō deſtruat matrimonium iure humano, imo nec aliquo iure, docent omnes Doctores: Couarr. ſuper quartū Decretalium, par. 2. capit. 3. §. 7. numero. 1. Syluester, verbo matrimonium, 8. Nauarro in Manuali, cap. 22. numer. 32. Magiſter Sotus ubi ſupra. Probatur ex ipſo iure. Nam 29. quæſtio. 1. cap. Vnico. expreſſe diffinitur, & adhibetur ibi ratio. Quia error in qualitate, vel fortuna nō impedit cōſenſum in illam fœminam, qui conſenſus coniugalis eſt. Quia error tunc impedit actum, quando eſt circa ea quæ ſunt de eſſentia actus. Vide prædictos authores in locis citatis.

29. q. 1. ca. Vnico.

C

¶ Aduertendum tamen eſt circa iſtam concluſionem, quòd ſi quis haberet hanc intentionem, Nolo contrahere cum iſta ſi paupere ſit, aut corrupta, & ita eſſet, à parte rei, nullum eſſet matrimonium, per accidens tamen propter malam intentionem. Nam per ſe eius intentio, & conſenſus non debebat ferri in qualitatem, ſed in perſonam. ¶ Ex hac concluſione colligitur, quòd dolus contingens in contractu matrimonij circa qualitatem perſonæ, vel circa fortunam illius, ſi præciſe ſit circa qualitatem vel fortunam, non vitiat ipſum contractum, etiam ſi det cauſam ipſi contractui. Hoc docet Couarruuias loco imediatè citato, numer. 3. Vide illum. Ibi enim adducit multos Doctores, & textus ad probandū corollarium. Ratio eſt aperta, & deſumpta ex dictis: Nam error circa qualitatem, vel fortunam, non vitiat matrimoniū, vt diffinitum eſt: ergo etiam ſi contingat dolus cauſans iſtum errorem, nō vitiat matrimoniū, nā eſt dolus circa ea, quæ accidētaria ſunt ipſi matrimonio.

D

A

¶ Secunda concluſio. Error qualitatis vel fortunæ quando refunditur in perſonam, iure ēt naturali deſtruit matrimoniū. Hanc concluſionem docet D. Thom. in hoc articulo ad quintum argumentum. Eā docent Syluester, & Nauarro loco immediatè citato. Et probatur primò: Error pſonæ etiam iure naturali deſtruit matrimoniū, vt deffinitum eſt dubio præcedenti, ſed talis error refunditur in perſonam, ut dicimus: ergo talis error etiā iure naturali deſtruit matrimonium.

¶ Secundo probatur. Quando error qualitatis & fortunæ refunditur in perſonam, eſt error circa ea, quæ ſunt eſſentialia matrimonio, vt conſtat: ergo talis error etiam iure naturæ deſtruit matrimonium. Confirmatur argumentum. Nam hic non conſentit in hanc perſonam indiuiduam: ergo matrimonium illud nullum eſt etiam iure naturali. Sed explicandum eſt, quando error qualitatis & fortunæ refundatur in perſonam.

¶ Ad cuius expoſitionem aduertendum eſt quòd D. Tho. in illa ſolutione ad quintum conſtituit regulam, quæ talis eſt. Si cōſenſus. v. g. mulieris feratur in hanc perſonam directè, error nobilitatis ipſius nō refunditur in perſonam, nec deſtruit matrimonium: ſi autem directè intendit conſentire in filium, v. g. regis; quicunque ſit ille, & indirectè tendit in perſonam, tūc ſi alius præſentetur ei, quam filius Regis, eſt error qualitatis, & fortunæ, qui refunditur in pſonam, & deſtruit matrimonium, etiam iure naturali.

¶ Aduertendum etiam eſt, quòd aliud eſt dicere, quòd aliquis contrahat cum conditione, ideſt, cum conſenſu conditionali conditionis fortunæ, vel qualitatis, & aliud contrahere cum errore qualitatis, vel fortunæ: Nam in errori caſu dicendum eſt, quòd ſtante conditione, ſtat matrimoniū, & non ſtante, non ſtat. Ratio eſt: Quia non conſentit aliter. In ſecundo uero caſu uerum eſt matrimonium propter ſupra dicta. Quando tantum eſt error qualitatis vel fortunæ niſi refundatur in perſonam, nam ſi refunditur tollitur etiam cōſenſus neceſſarius, vt iam dictum eſt.

¶ Denique aduertendum eſt, quòd etiā

ſi error

ſi error qualitatis & fortunæ refundatur in perſonam, ſi tamen quando actu contrahit conſentit abſolute in præſentem, quicũque ſit ille, verum efficit matrimonium: vt opti me docet Nauarro loco ſupra citato, Et ratio eſt aperta. Quoniam tunc habet conſẽ ſum ſufficientem & neceſſarium ad matrimonium.

¶ His poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principio. Ad primum argumentũ reſpondetur, quod talis eſt maxime voluntarius. Quia per ſe loquendo debet habere intentionem contrahendi cum Maria, ſiue virgo ſit, ſiue corrupta, ſiue diues, ſiue pauper: quoniam contractus matrimonii verſatur circa indiuidualem conditionem. Ad confirmationem reſpondetur, quod licet non cognoſceret illam ſub illa ratione, nihilominus conſenſus eſſet abſolutus ad hanc perſonam in particulari: ſtat enim optime quod cognitio ſit connotatiua, & quod voluntas ſine aliqua connotatione feratur. In hoc enim ſtatu cognoſcimus Deũ: per conceptus connotatiuos, vt docet D. Thom. 1. par. quæſtione 13. tamen voluntas fertur in Deum, prout in ſe eſt: Et hac ratione actus voluntatis circa Deum in hoc ſtatu excellentior eſt: quam actus intellectus. Sic in propoſito actus intellectus poteſt terminari ad aliquam mulierẽ per ordinem ad qualitatem: tamen voluntas & conſenſus poteſt ferri abſolute, & ſecundum ſe in perſonam illam.

¶ Aduertendum tamen eſt circa hoc argumentum, quod quando eſt error perſonæ, deſtruit conſenſum ſimpliciter, qui quidem eſt neceſſarius ad matrimonium: & ita deſtruit matrimonium. Sed quando eſt error fortunæ, vel qualitatis, qui non tranſit in errorem perſonæ: quamuis faciat inuolũtarium ſecundum quid, non tamen facit inuoluntarium ſimpliciter. Et ita ſimpliciter loquendo relinquit voluntarium ſufficiens ad matrimonium.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur dupliciter. Prima ſolutio eſt, quod collatio eleemoſynæ in illo caſu valida eſt, & trãsfertur dominium per illam in eum, qui fingit ſe pauperem: licet aliqui oppoſitum ſentiant. Noſtram tamen ſententiam tenet Magiſter Sotus libro 9. de iuſtitia quæſt. 7. artic. vltimo. Et ratio illius eſt regula poſita dubio præcedenti. Nam ad miſericordiam ſpectat dare eleemoſynã nomine Chriſti, & nihil aliud reſpicit. Vnde ſecundum iſtã ſolutionem ad argumẽtum negatur maior illius. Secunda ſolutio eſt, quod quãuis illa donatio non eſſet valida, matrimonium in caſu dubii eſſet validũ. Quoniam matrimonium verſatur circa indiuiduam conditionem perſonæ; non vero circa qualitatẽ vel fortunã: eleemoſyna verò reſpicit qualitates perſonæ. Nam ad miſericordiã pertinet ſubleuare miſeriam pauperis. Vnde ſecundum iſtam ſolutionem neganda eſt conſequẽtia. Et ratio differentiæ eſt aſſignãda.

¶ Ad tertium argumentum reſpõdetur, quod emptio & venditio per ſe ordinatur ad vtilitatẽ emptoris. Quãdo uero eſt deceptio in qualitate, quæ maxime facit ad vtilitatem emptoris nulla eſt venditio, & ita eſt in exemplo adducto. Tunc enim veluti refunditur in ſubſtantiam rei venditæ: matrimonium verò conſiſtit in traditione corporum, non in uſu & commoditate. Et ita non eſt eadem ratio. Et aduertẽdum eſt ꝙ contractus in quo eſt læſio in qualitate ſi abſit fraus, & dolus validus eſt aliquando. Vt ſi quis emat agrum, & putat eſſe fertilẽ, & reuera eſt ſterilis: talis cõtractus validus eſt, vt dicitur in illo cap. vnico. 29. quæſt. 1. c. unico.
circa finem capitis. Et huiuſmodi ſunt alii 39.q. 2.
multi contractus.

¶ Ad ultimum argumentum reſpõdetur quod ratio ibi adducta eſt optima: unde cõceſſa maiori, negãt minor. Et ad probationem minoris pro nunc dicendum eſt, quod matrimonium in illo caſu eſt validum, & quod ille talis potuit habere conſenſum ſufficiẽtem ad matrimonium. Nam (ut ibi dicitur) error ille non eſt circa eſſentialia matrimonio. De hoc tamen diſputabitur infra, cum dicetur de aliis impedimentis in particulari.

QVAESTIO LII.

De impedimento conditionis ſeruitutis.

Deinde cõſiderandum eſt de impedimento conditionis. Circa quod quæruntur quatuor.

Primò. Vtrùm conditio ſeruitutis matrimonium impediat. Secundò, vtrùm ſeruus ſine conſenſu domini poſſit matrimonium contrahere. Tertiò, vtrùm aliquis poſtquam uxoratus eſt poſſit ſe ſeruum facere ſine conſenſu uxoris. Quartò, vtrùm filii debeant ſequi conditionem patris vel matris.

De hac materia Doctores in 4. diſtin. 35. & 36. Iuriſperiti titulo de coniugio ſeruorum, & in decreto 29. q. 2.

Th. 4. d. 36. q. vnica. ar. 1. & ſeq.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quod conditio ſeruitutis non impediat matrimonium. Nihil enim impedit matrimonium niſi, quod habet aliquam contrarietatem ad ipſum: ſed ſeruitus non habet aliquam contrarietatem ad matrimonium alias inter ſeruos non poſſent eſſe coniugia: ergo ſeruitus non impedit matrimonium.

¶ 2 *Præterea. Illud quod eſt contra naturam nõ poteſt impedire illud quod eſt ſecundum naturam: ſed ſeruitus eſt contra naturam: quia ſicut dicit Greg. Contra naturam eſt hominem homini velle dominari: & etiam patet ex hoc & homini dictum eſt, vt preſit piſcibus maris, &c. non autem ut præſit homini: ergo nõ poteſt impedire matrimonium, quod eſt naturale.*

In paſt. parte 2. c. 6.

¶ 3 *Præterea. Si impediat, aut hoc eſt de iure naturali, aut de iure poſitiuo non de iure naturali: quia ſecundum ius naturale omnes homines ſunt æquales: vt Gregor. & Boetius dicunt: & in principio Digeſtorum dicitur, quòd ſeruitus non eſt de iure naturali, vt Tullius dicit: ergo ſecundum ius nullum matrimonium ſeruitus impedire poteſt:*

In paſt. parte 2. ca. 6. In Dig. veteri. li. 1. ti. 1. l. 4.

¶ 4 *Præterea. Illud quod impedit matrimonium æqualiter impedit, ſiue*

A *ſciatur, ſiue ignoretur, vt patet de conſanguinitate: ſed ſeruitus vnius cognita ab altero non impedit matrimoniũ: ergo ſeruitus quantum in ſe eſt, non habet quod impediat matrimonium, & ita non deberet poni per ſe matrimonij impedimentum ab alijs diſtinctum.*

¶ 5. *Præterea. Sicut contingit eſſe errorem circa ſeruitutem, vt putetur liber qui ſeruus eſt, ita poteſt eſſe error de libertate, vt putetur ſeruus qui eſt liber: ſed libertas non ponitur matrimonij impedimentum: ergo nec ſeruitus deberet poni.*

B

¶ 6 *Præterea. Magis facit grauem ſocietatem matrimonij: et plus impedit prolis bonum morbus lepræ, quam ſeruitus: ſed lepra non ponitur impedimentum matrimonij: ergo nec ſeruitus debet poni.*

SED contra eſt quod in decre. dicit de coniugio ſeruorum, quia error conditionis impedit contrahendum matrimonium, & dirimit contractum. Decr. li. 4. ti. 8. c. 1. Li. 4. ti. 9. cap. 2. & 4.

C ¶ *Præterea. Matrimonium eſt de bonis per ſe expetendis inquantum habet honeſtatem: ſed ſeruitus eſt de per ſe fugiendis: ergo matrimonium, & ſeruitus ſunt contraria, & ſic ſeruitus matrimonium impedit.*

RESPONDEO dicendum quod in matrimonij actu obligatur vnus coniugum alteri ad debitum reddendum: & ideò ſi ille qui ſe obligat eſt impotens ad ſoluendum, ignorantia huiuſmodi impotentiæ in eo cui ſit obligatio tollit contractum, ſicut autem per impotentiam coeundi efficitur aliquis impotens ad ſoluendum debitum, ut omnino nõ poſſit ſoluere, ita per ſeruitutem, ut libere debitum reddere non poſſit: & ideo ſicut impotentia coeundi ignorata impedit matrimonium, non autem ſi ſciatur, ita conditio ſeruitutis ignorata impedit matrimonium, non autem ſeruitus ſcita.

Aug. li. 32. contra Fau. & libro de bono coniuga li. ca. 6. to. 6. In Decre. li 4. titu. 15. c. 1. Ibi i De cre. li. 4. ti. 9. c. 4.

D

AD primum ergo dicendum, quod ſeruitus cõtrariatur matrimonio quantum ad actum ad quem quis per matrimonium

monium alteri obligatur, quem non poteſt libere exequi, & quantum ad bonũ prolis quæ peioris cõditionis efficitur ex ſeruitute parentis: ſed quia quilibet poteſt in eo quod ſibi debetur ſponte detrimentum aliquod ſubire: ideo ſi alter cõiugum ſcit alterius ſeruitutem, nihilominus tenet matrimonium. Similiter etiam quia in matrimonio eſt æqualis obligatio ex utraque parte ad debitum reddendum, non poteſt aliquis requirere maiorem obligationem ex parte alterius quam ipſe poſſit facere: & propter hoc etiam ſeruus ſi contrahit cum ancilla quam credit liberam, non propter hoc impeditur matrimonium: & ſic patet, quòd ſeruitus non impedit matrimonium niſi quando eſt ignorata ab alio cõiuge, & ſi ille ſit liberæ cõditionis & ideo nihil prohibet circa ſeruos eſſe cõiugia, uel inter liberũ, & ancillam.

AD ſecundum dicendum, quod nihil prohibet aliquid eſſe contra naturam quantum ad primam intentionem ipſius, quod non eſt contra naturam quantum ad ſecundam intentionem eius: ſicut omnis corruptio, & defectus & ſenium eſt contra naturam, ut dici-
Tex. 37. *tur in ſecundo de Celo, quia natura intẽdit eſſe & perfectionem, non tamen eſt contra ſecundam intentionem naturæ: quia ex quo natura non poteſt conſeruari in uno eſſe, cõſeruatur in altero quod generatur corruptione alterius: & quãdo natura non poteſt perducere ad maiorem perfectionem, inducit ad minorẽ, ſicut quando non poteſt facere maſculũ facit fœminam, quæ eſt mas occaſionatus: ut dicitur in 16. de animalib. Similiter etiam dico, ꝙ ſeruitus eſt contra primam intentionem naturę ſed non eſt contra ſecundam, quia naturalis ratio ad hoc inclinat et hoc appetit natura, ut quilibet ſit bonus. Sed ex quo aliquis peccat, natura etiam inclinat ut ex peccato pœnam reportet, & ſic ſeruitus in pœnam peccati introducta eſt: nec eſt inconueniens aliquod naturale per hoc ꝙ eſt contra naturam hoc modo impedi-*

A *ri: ſic enim matrimonium impeditur per impotentiam coeundi, quæ eſt contra naturam modo prædicto.*

AD tertium dicendum, quod ius naturale dictat ꝙ pœna ſit pro culpa infligenda, ꝙ nullus ſine culpa puniri debeat: ſed determinare pœnam ſecundũ conditionem perſonæ & culpæ, eſt iuris poſitiui: & ideo ſeruitus quæ eſt pœna determinata a iure poſitiuo, & à naturali proficiſcitur ſicut determinatum ab indeterminato, & eodem iure poſiti-
B *uo determinatè eſt factum ꝙ ſeruitus ignorata matrimonium impediat, ne aliquis ſine culpa puniatur: eſt enim quædam pœna uxoris quod habeat uirum ſeruum; & econtrario.*

AD quartum dicendum, quòd aliqua impedimenta ſunt quæ faciunt matrimonium illicitum: ſed quia uolũtas noſtra non facit licitum aliquid uel illicitum, ſed lex cui uolũtas ſubdi debet: ideo ignorantia talis impedimenti quæ uoluntarium tollit, uel ſcientia nihil fa-
C *cit ad hoc ꝙ matrimoniũ teneat, & tale impedimentum eſt affinitas, uel uotum, & huiuſmodi. Quædam aũt impedimenta ſunt quæ faciunt matrimoniũ inefficax ad ſolutionem debiti, & quia in uoluntate noſtra conſiſtit debitũ nobis relaxare: & ideò talia impedimenta ſi ſint cognita matrimonium nõ tollunt, ſed ſolum quando ignorantia uolũtarium excludit, & tale impedimentũ eſt ſeruitus & impotentia coeundi: & quia etiam de ſe habent aliquam ratio-*
D *nem impedimenti, ideo ponũtur ſpecialia impodimẽta præter errorem: nõ aũt perſonę uariatio ponitur ſpeciale impedimentũ præter errorẽ, quia perſona alia ſub introducta non habet rationẽ impedimẽti niſi ex intẽtione contrahẽtis.*

AD quintum dicendum, ꝙ libertas nõ impedit matrimonij actũ, unde libertas ignorata nõ impedit matrimoniũ.

AD ſextum dicendum, ꝙ lepra non impedit matrimonium. quantum ad primum actum ſuum, quia leproſi debitum reddere poſſunt liberè, quam-

uis aliqua grauiſſima matrimonij infe rant quantum ad ſecundos effectus, & ideo non impedit matrimonium ſicut ſeruitus.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio affirmatiua. Quod ſicut naturalis impotentia coeundi tollit facultatem reddendi debitum, & ſi ſit ignorata, annullat matrimonium: ita conditio ſeruitutis tollit facultatem reddendi debitum, & ſic ignorata, annullat matrimonium. Secunda concluſio. Sicut impotentia coeundi cognita non annullat matrimoniũ, ita nec ſeruitus cognita. Tertia concluſio. Si aliquis ſeruus contrahat cum ancilla putans eſſe liberam, ualidum erit matrimonium. Ratio eſt: Nam nullus debet exigere maiorem poteſtatem, quam ipſe habeat. Hæc concluſio habetur in ſolutione ad primum. ¶ Quarta concluſio in ſolutione ad tertiũ. Error ſeruitutis vel ſeruitus ignorata, iure humano annullat matrimoniũ. Ratio huius concluſionis eſt: ne aliquis ſine culpa puniatur: nã eſt quædam pœna vxoris, quod habeat ſeruum virum.

¶ Circa iſtum articulum, ſupponendum eſt tamquam certum, quod error conditionis ſiue ſeruitus ignorata, annullat matrimonium ſaltem iure humano. Ita diffinitur cap. 2. de coniugio ſeruorum, & in capit. Licet, & idem habetur 29. quæſt. 2. ca. Si quis liber, ca. Si quis ancilla, cap. Si quis ingenuus. Et hãc ſententiam tenent omnes Doctores. Magiſter Sotus, diſtinct. 35. quæſtione vnica, articulo ſecundo. Syluester verbo matrimonium. 8. præcipue quæſtione 2. Couarru. ca. 3. citato. § 7. numero 1. Nauarro. in Manuali cap. 22. nu. 32. 33. & deinceps. Et hoc definit D. Thom. in prima concluſione. Vnde eius prima concluſio certiſſima eſt. Secunda etiam concluſio D. Tho. diffinita eſt in cap. Si quis liber, cap. Si quis ancillam, cap. Si quis ingenuus. 29. quæſt. 2. & cap. Propoſuit, ca. Ad noſtram. de coniugio ſeruorum. Vide doctores citatos. Tertia etiam concluſio D. Thom. habetur in dicto cap. Si quis liber, cum aliis præcipuè capit. ſi fœmina. ibidem.

Ca. 2. de cõiugio ſeruorũ, & in ca. Licet. Et ẽt habẽt 29. q. 2. c. Si qs liber. ca. Si quis ancilla, c. Si quis ingenuus. cap. Prõ poſuit, c. Ad noſtrã, de coniug. ſeru.

¶ Circa primam, & vltimam concluſionem eſt primum dubium grauiſſimum, Vtrum error ſeruitutis, ſiue ſeruitus ignorata, iure naturali annullet matrimonium, an vero ſolo iure humano. Et videtur quod iure naturali.

A ¶ Primo arguitur ex doctrina Angelici Doctoris in hoc articulo, vbi comparat impedimentum ſeruitutis cum naturali impotentia: ſed naturalis impotẽtia iure naturali dirimit matrimonium, vt infra dicemus: ergo etiam ſeruitus ignorata ſicut impotentia coeundi ignorata. Confirmatur primo argumentum, ex ratione D. Thom. ibidem. Nam ſicut per impotentiam coeundi efficitur aliquis impotens ad ſoluendum debitum: ita per ſeruitutẽ: ergo ſicut per impotentiã coeundi ignoratam deſtruitur matrimonium iure naturali: ita etiam p ſeruitutem ignoratam. Confirmatur ſecundo. Nam (vt dicit Doctor Sanctus, in ſolutione ad primũ) ſeruitus cõtrariatur matrimonio quantum ad actũ, ad quem quis per matrimonium alteri obligatur, & quãtum ad bonum prolis, ergo ſeruitus ignorata iure naturali deſtruit matrimonium. Probatur cõſequentia. Nam id, quod contrariatur matrimonio, iure naturali deſtruit ipſum matrimonium.

B

C ¶ Secundo arguitur. Error ſeruitutis eſt contra eſſentiam matrimonii, & contra eſſentialia illi, ſicut error perſonæ: ergo iure naturali deſtruit matrimonium, ſicut error perſonæ. Conſequentia eſt bona. Antecedens vero probatur ex doctrina D. Thom. quæſtione præcedenti, articulo. 2. Vbi dicit, quod error, qui matrimonium impedit, debet eſſe alicuius eorum, quæ ſunt de eſſentia matrimonii. Et ſubdit. Duo autẽ includit ipſum matrimonium, ſcilicet, perſonas duas, quæ cõiungũtur, & mutuam poteſtatem inuicem, in qua matrimonium cõſiſtit.

D Primum tollitur per errorem perſonæ, ſecundum per errorem conditionis: quia ſeruus non poteſt poteſtatem ſui corporis libere alteri tradere, &c. Itaque eſt cõtra mutuam poteſtatem, ergo cõtra eſſentiam matrimonij: ac ſubinde tollit matrimonium, iure naturali.

¶ Tertio arguitur. Error ſeruitutis ſiue ſeruitus ignorata, tollit conſenſum, ſicut error perſonæ: ergo iure naturali deſtruit matrimonium, ſicut error perſonæ. Conſequẽtia eſt euidens. Antecedens, in quo eſt difficultas, probatur: Nã ſi ſciret, quod mulier

eſt ancilla, non contraheret cum illa, ut aperte conſtat ergo talis conſenſus tollit cōſenſum neceſſarium ad matrimonium.

¶Quarto arguitur. Si quis cōtrahat hac lege & conditione, vt cohabitet cum muliere, & reddat debitum, ſolum quādo dominus ſuus voluerit:tale matrimonium eſt irritum, & nullum iure naturali (quia hæc conditio aduerſatur ſubſtantiæ, & eſſentiæ matrimonii) ſed hæc conditio virtualiter ponitur à ſeruo cōtrahente,vt cōſtat. Nam alius habet dominium illius, & ita non poteſt cohabitare, & reddere debitum, niſi quando dominus voluerit:ergo tale matrimonium eſt irritum iure naturali.

c. propoſuit, de cōiugio ſeruorũ.

¶ Quinto arguitur: Alexander Tertius in ca. Propoſuit,de coniugio ſeruorũ,præſupponit, quòd error ſeruitutis annullat matrimonium : ſed hoc non præſupponit tamquam ex aliqua lege Eccleſiaſtica cōſtituta ab aliquo ſummo Pontifice:ergo illud præſupponit ex lege naturali.

¶Propter hæc argumenta aliqui Doctores exiſtimant, quod error conditionis ſeu ſeruitus ignorata, annullat matrimonium iure naturali. Hanc ſententiam tenet expreſſe, Syluester,uerbo, matrimonium,6. quæſt. 1. vbi dicit, error perſonæ uel conditionis,impedit matrimonium iure naturali, & verbo matrimonium,8.quæſt. 1.dicto 1.ubi dicit,error circa conditionem ſeruilem aliquando dirimit matrimonium ex ſua natura : quia ſcilicet, repugnat poteſtati quæ traditur in matrimonio. Hanc etiam ſententiam tenent aliqui moderni Theologi allegantes pro ſua ſententia Durand. & alios authores.

¶Prima igitur cōcluſio ſit.Error ſeruitutis ſeu ſeruitus ignorata,nō annullat matrimonium ſtando in iure naturali.Hanc concluſionem docet D.Thom. expreſsè in hoc articulo, in ultima concluſione, ubi dicit, quod eſt impedimētum ex ſolo iure humano.Hanc tenet Magiſter Sotus diſtinct.35. quæſt.vnica,artic.2.& Palud. in 4.diſt. 35. quæſt. 1.Et idem tenent communiter omnes diſcipuli D.Tho.Et probatur.

¶ Primò.Seruitus ex natura rei non cōtrariatur matrimonio : ergo iure naturali nō deſtruit matrimoniũ.Conſequentia eſt euidēs.Nam illud ſolum deſtruit matrimonium ſtando in iure naturali, quòd contrariatur illi. Antecedens uerò conſtat ex ſen-

A tentia omniũ Theologorum. Cōſtat etiam ratione. Nam ſi contrariatur matrimonio, ſequitur quòd ſeruitus quando nō ignoratur,inualidet matrimonium,quòd eſt contra diffinitionem Eccleſiæ,vt diximus. Nā quòd aliquid ſciatur,uel ignoretur,impertinens eſt ad contrarietatem.

¶Secundò probatur concluſio,& confirmatur argumentum præcedens.Nam ſtando in iure naturali illæ perſonæ ſunt habiles ad contrahendum, & aliàs habent uerũ conſenſum (ita enim ſupponimus) ergo ſtando in iure naturali,validum erit matri- B monium: nihil enim aliud requiritur ad hoc quòd matrimonium ſit ualidum.

¶ Tertiò probatur concluſio. Quod coniuges non poſſint reddere debitum niſi certis temporibus,non eſt contra eſſentiā matrimonii:ſed ſeruus ſolum habet hoc quòd non poſſit reddere debitum certis temporibus, ergo ſeruitus etiā ignorata iure naturali non impedit,& dirimit matrimoniũ. Conſequentia eſt bona:maior & minor videntur certæ. Confirmatur. Lepra,vel aliqua alia īfirmitas magis impedit uſum matrimonii quam ſeruitus: ſed lepra,& infir- C mitas non dirimit matrimonium iure naturali, ut conſtat, ergo nec ſeruitus.

¶Quarto ꝓbatur concluſio. Error qualitatis ſtando in iure naturali,non annullat matrimonium,ut diffinitum eſt quæſtione præcedenti,ergo nec error ſeruitutis. Probatur conſequentia. Quia ſicut error qualitatis non tollit conſenſum, nec eſſentiam matrimonii: ita nec error ſeruitutis. Confirmatur.Error ſeruitutis etiam pertinet ad errorem qualitatis, ergo ſicut error qualitatis non annullat matrimonium iure naturali, ita nec error ſeruitutis.

D ¶ Secunda concluſio. Ius humanũ, quo irritatur matrimonium contractum cum errore ſeruitutis, quando is qui contrahit, eſt liber, habet maximum fundamentum in iure naturali.Hanc etiam concluſionem docent authores citati pro concluſione præcedenti. Et probatur primò. Ius humanum irritauit matrimonium cum errore ſeruitutis celebratum, ut tolleretur iniuria irreparabilis. Nam ille, qui liber eſt, concedit plenam facultatem ſui corporis:ſeruus uero non concedit plenā facultatem ſui corporis: & ita eſſet inæqualitas maxima in tā graui contractu,ergo hoc ius huma-

humanum maximum fundamentum habet in iure naturali.

¶ Secundò probatur cōclſio. Nam hoc ius conſtitutum eſt, ut tolleretur iniuria prolis, quoniam talis proles non ita commodè educari poteſt, cum non poſſit eſſe perpetua cohabitatio coniugum, quæ neceſſaria eſt ad commodam educationē prolis, ergo hoc ius humanum maximum fundamentum habet in iure naturali.

¶ Vltimò probatur omnibus argumentis factis in principio dubii, quæ omnia euidenter probant iſtam concluſionem. Itaque in iure naturali habet maximum fundamentum: tamen ſuum vltimum complementum habet per legē humanam. Et ſicut ſupra diximus, quòd matrimonium contractum per metum cadentem in virum conſtantem, ualidum eſt iure naturali: tamē eſt irritum per humanum ius, quòd habet maximum fundamentum in iure naturali, ut tolleretur iniuria irreparabilis: ita etiam dicendum eſt in propoſito.

¶ Quibus poſitis ad argumenta facta in principio reſpondetur, quatenus procedūt contra primam concluſionem. Ad primum argumētum reſpondetur, quod de impedimento naturalis impotentię dicemus infra quæſt. 58. Pro nūc dicendum eſt, quòd D. Tho. nòn comparat omnino ſeruitutem naturali impotentiæ. Nam (vt ipſe dicit) per impotentiam coeundi efficitur aliquis impotens ad ſoluendum debitum, ut omnino non poſſit ſoluere, per ſeruitutē vero non efficitur impotens omnino ad ſoluendum ſed, ut liberè debitum ſoluere non poſſit. Vnde in doctrina etiam D. Tho. nō eſt omnino eadem ratio de impotentia naturali, & de ſeruitute ignorata. Et ita rō illa Doctoris Angelici eſt cōgruentia optima ſuppoſita lege humana. Et eſt optima ratio ad hoc, quod ius humanū irritauerit tale matrimonium. Ad primam confirmationem conſtat ex dictis ad argumentum. Ad ſecundā confirmationem reſpondetur, quòd Diuus Thomas nō dicit, quòd ſeruitus cōtrariatur omnino matrimonio quātum ad actum, ad quem quis per matrimonium alteri obligatur. Sed dicitur cōtrariari (ut ipſe dicit) quia non poteſt omnino ita liberè exequi. Et hoc eſt aliqua contrarietas, non ſimpliciter, quæ tollat matrimonium: ſed cum qua non ſtat bene matrimonium,

A Et ita iure naturali non deſtruitur matrimonium, quamuis in iure naturali ſit fundamentū, ut annulletur per ius poſitiuum. Eſt optimum ſimile. Nam ſupra diximus, quòd conſenſus extortus per metum cadentem in uirum conſtantem, non deſtruit matrimoniū ſtando in iure naturali. Quoniam non contrariatur omnino ille conſenſus matrimonio: ſed aliquod modo cōtrariatur. De quo ibi. Idem dicendum eſt de bono prolis, quod non contrariatur omnino illi.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, negando antecedens. Et ad probationem ex Doctore Angelico, reſpondetur, quòd etiam in doctrina illius non eſt eadem ratio de errore perſonæ, & de errore ſeruitutis quātum ad hoc, quod eſt contrariari eſſentialibus matrimonii. Nam error perſonæ ſimpliciter contrariatur eſſentialibus; error vero ſeruitutis nō ſimpliciter, & omninò: Quamuis enim contrarietur aliquo modo poteſtati, quia (ut dicit D. Thom.) ſeruus non poteſt liberè tradere poteſtatem ſui corporis: poteſt tamen abſolutè illā tradere: aliàs enim etiam ſi ſciretur ſeruitus, eſſet nullū matrimonium. Et ita non eſt eadem ratio de errore perſonæ, & de errore ſeruitutis, primum enim deſtruit matrimonium iure naturali, non verò ſecundum.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur, negando antecedens. Error enim ſeruitutis non tollit conſenſum: quia contrahens ſimpliciter habet conſenſum in talem perſonam. Et ad probationem dicendum, quòd etiam ille, qui contrahit cum aliqua, putans eſſe diuitem, vel virginem, & reuera eſt pauper, uel corrupta: non contraheret ſi illud ſciret: tamen reuera habet conſenſum neceſſarium ad matrimonium.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur primo, quòd argumentum illud etiam habet uim, quando ſeruitus nō ignoratur. Tamen certum eſt, quòd quando ſeruitus non ignoratur matrimonium eſt ualidum iure naturali, & humano: nam ſciēti, & uolenti, nulla fit iniuria. Secundo reſpondetur, quòd ſeruitus non impedit redditionem debiti, & ita non deſtruit matrimoniū ſtando in iure naturali: ſed ſolum impedit ne coniuges tam facile reddant debitum. Tertio reſpondetur, quod dominus nō poteſt

tcſt impedire redditionem debiti rationabilem,& ſine rationabili cauſa(vt infra dicemus)& ita ſeruitus nō impedit redditionem debiti rationabilem, quæ pertinet ad eſſentiā matrimonij. Vnde,ad formam argumenti reſpondetur conceſſa maiore negando minorem. Nam ſeruus non ponit aliquam conditionem formaliter,vel virtualiter, ſed ſolum ſupponitur illud,quod eſt intrinſecum ſeruituti, videlicet, ꝙ non reddat debitum, quando ex rationabili cauſa impeditur à domino. In caſu verò maioris aliquid implicatur, quod eſt contra eſſentiam matrimonij.

¶Ad vltimum argumentum reſpondetur,quòd Alexander III. in cap.citato,ſine dubio præſupponit,matrimonium eſſe nullum ex vi legis eccleſiaſticę,non verò ex vi legis naturalis. Nam lex eccleſiaſtica, lata fuit ante Alexandrum III. à Zacharia ſummo Pontifice,qui eſt antiquior illo,in cap. Si quis liber.29.q.2. Vnde male aliqui moderni dicunt, hanc legem vniuerſalem, ꝙ ſeruitus ignorata annullet matrimonium, receptam eſſe ab Eccleſia, ſed nullibi poſitam, cum in dict. cap. ſi quis liber, & aliis eiuſdem quæſtionis reperiatur. Similiter non placet : quia dicunt, quòd Syluester non tenet primam ſententiam, cum clarè & aperte reperiatur in illo, vt iam diximus.

ca.Si qs libe.29. q.2.

¶Circa eandem primam concluſionem, D.Thom. aduertendum eſt,quòd quando dicit in illa, quod error ſeruitutis annullat matrimonium,debet intelligi, quādo liber contrahit cum ſeruo ignorata ſeruitute, nā ſi ſeruus cōtrahit cum ancilla, quam putat liberam,validum eſt matrimonium, vt dicit Doctor noſter ad primum. Quamuis enim hoc non ſit expreſſum in iure, eſt tamen communiter receptum à Doctoribus vt eſt videre in ipſis in locis ſupra citatis, & colligitur ex ipſo iure in loco citato capit. Si quis liber,capit. Si ingenuus cum ancilla. Ad denotandum enim, quòd matrimonium annullatur tantum, quando liber contrahens cum ancilla ignorat ſeruitutē, dicitur: ſi quis liber, ſi quis ingenuus. Et ratio huius eſt: Nam in tali caſu nulla fit iniuria. Sunt enim eiuſdem conditionis,& ſicut vnus non ita facile, & liberè poteſt reddere debitum:ita etiam nec alter. Illa verò iura, quæ annullant matrimonium, facta

ca.Si qs liber.ca. ſi in genuus.

A ſunt ad tollendum iniuriam. Ex quo colligitur aperte, ꝙ ſi ſeruus putat ſe contrahere cum ancilla, & contrahit cum libera: verum efficitur matrimonium. Nam parti ignoranti nulla fit iniuria. Putat enim,ꝙ contrahit cum coniuge peioris cōditionis, & contrahit cum coniuge melioris conditionis.Ille verò,qui ſcit, non patitur aliquā iniuriam. Nam nemo patitur iniuriam ſciens & volens.

EST ſecundum dubium circa idem. Quando aliquis liber contraxit cum ancilla,quam à principio exiſtimauit

B liberam,& reuera non erat(in quo caſu certum eſt quòd non erat validum matrimonium)& illo ignorante poſtea manumittitur à domino, Dubium(inquam eſt)Vtrū ille qui cum ea contraxit debeat habere nouum conſenſum, vt ſit validum matrimonium: an vero ſufficiat,ꝙ ille ad illam accedat affectu maritali, quamuis maneat in priori ignorantia.

¶In hac difficultate eſt prima ſentētia, quæ aſſerit,ꝙ tunc non eſſet validum matrimoniū. Hanc tenet Magiſter Sotus diſt. 35.q 1.art.2. & pro hac ſententia citat ca.

C ſi quis ingenuus,29.q.2. Et hanc ſententiā ſequuntur multi moderni Theologi.Ratio huius ſententiæ eſt: Illud matrimonium à principio fuit nullum propter defectum conſenſus: quia fuit ignorantia circa conditionem ſeruilem: ſed adhuc perſeuerat eadem ignorantia, ergo illa copula cum affectu maritali non efficit verum matrimonium.

¶Secunda ſententia, eſt huic oppoſita, quam ſequuntur aliqui ex diſcipulis D.Thom.

D ¶Ad huius rei expoſitionem ſupponendum eſt,quòd in hac difficultate eſt maxima differentia ante Concilium Tridentinum, & poſt illud.

¶Hoc poſito fundamento,ſit prima concluſio. Ante Concilium Tridentinum prima ſententia erat maximè probabilis: ſecunda etiam habebat ſuam probabilitatē. Quod prima ſententia ſit probabilis,maximè conſtat authoritate Doctorum qui illā tenent:& argumento facto pro illa. Quod vero ſecunda etiam habeat probabilitatē, conſtat authoritate Doctorum, qui illam tenent,& etiam ratione:Nam ſi ille accederet cum affectu maritali, haberet verū conſenſum,

ſenſum,& aliàs per ſonæ eſſent habiles, ergo verum efficitur matrimonium. A

¶ Secunda concluſio. Poſt Concilium Tridentinum certiſſimum eſt, quòd matrimonium eſt nullum. In hac concluſione debent omnes conuenire. Nã poſt Concilium matrimonium; quod non fit coram parocho,& duobus vel tribus teſtibus, nullum eſt. Hoc autem fit ſine parocho, & teſtibus, ergo nullum eſt. Et per hoc reſpondetur ad dubium, & ad arguméta facta pro iſtis ſententijs.

¶ Ex reſolutione huius dubii reſoluitur aliud, quod tale eſt. Vtrum liber qui contraxit cum errore ſeruitutis, & poſtea ſcit ſeruitutem illius:& accedit ad illam affectu maritali,& reddit debitum: verum efficiat matrimonium. In qua difficultate certum erat in iure antiquo, quòd erat validũ matrimonium. De quo vide Couarruuiam capit.3.citato.§. 7.in principio. Et hoc ſignificatur in capit. vltimo. de cõiugio ſeruorum.vbi dicitur. Itaque poſtquam intellexit conditionem ipſius, nec facto, nec uerbo conſenſerit, &c. Et idem ſignificatur in cap. ſi quis ingenui. Et idem dicit Sylueſter verbo, matrimonium 8. quæſtione 3. Et hoc cõfirmat lex Regia 11. tit.2.part.4. Et huius ratio eſt. Quia lex humana intendit cauere iniuriam alterius partis: ſed quãdo ſcit conditionem,& accedit affectu maritali nulla fit iniuria,ergo tunc validum erat matrimonium.

(l.11.ti.2. parti.4.)

¶ Dicendum tamen eſt nunc poſt Concilium Tridentinum, quòd matrimonium in hoc caſu eſt nullum, niſi de nouo explicet conſenſum coram parocho & teſtibus. Hoc enim exigit ipſum Concil. tamquam aliquid neceſſarium, ſine quo non ſtat matrimonium.

¶ Dubium tamen eſſe poſſet circa hæc dubia immediatè præcedentia: quando matrimonium primo eſt contractum in facie eccleſiæ cum impedimento erroris coram parocho & duobus teſtibus, & poſtea cognita ſeruitute vult contrahere: dubium (inquam) eſt. An ſit neceſſarium, quòd poſtea, quando non adeſt impedimentum, celebretur contractus coram parocho & duobus teſtibus. Ad hoc dicendum eſt, quòd neceſſarium eſt ꝙ celebretur coram parocho & duobus teſtibus, ſicut dictum eſt ſupra de matrimonio celebrato per metum cadentẽ in virum conſtantem. Vide quæſt. 47.art.3. circa finem.

EST tertium dubium, Vtrum quando dominus ſerui vel ancillæ tradit eam nuptui viro libero, ignorantem tamen quòd ſit ancilla, ſit validum matrimonium.

¶ Concluſio ſit. In illo caſu validum eſt matrimoniũ. Pro hac concluſione citant aliqui capit.ad noſtram, de coniug. ſeru. nihil tamen ad hoc propoſitum dicitur ibi. Hanc tamen ſententiam tenet gloſſ. ſuper illud c. ad finem Couar.loco iam citato, & allegat alios autores. Sylueſt. verbo, matrimonium, 8.q.2.dicto 5. Idem docet Magiſter Sotus, artic.2.citato,& allegat Panorm. Nauar.in Manua.cap. 22.num. 33.34. Et ratio huius concluſionis eſt optima. Quoniam eo ipſo quòd dominus tradit ancillam nuptui viro libero,tenetur eam manumittere, & concedere ei libertatem,vt ſit æqualitas in contractu matrimonij. Imò refert Magiſter Sotus ex Panormitano vbi ſupra, quòd ſi aliquis homo liber contraheret cum aliqua ancilla ſciente domino,& non contradicente,cenſeretur eam manumittere. Nam qui tacet,conſentire videtur. Cæterum ſi verus dominus traderet ancillam nuptui alicui ſeruo,non cenſeretur libertatem illi donare, tunc enim eſſet æqualitas in contractu, & nulla iniuria.

(c.ad noſtram,de coniug. ſeruor.) B C

¶ Hinc colligit Magiſter Sotus à fortiori,quòd ſi proprius dominus duceret ſuam ancillam in vxorem,cenſeretur illam libertate donare. Et hoc definiunt leges noſtri regni l.1.titulo 13. parte 4.& l.5. titulo 22. part. 4. vbi etiam habetur, quòd ſi ſciente domino & non contradicente ſeruus ducat vxorem liberam, ille manet liber. Etècontra ſi ancilla ſciente, & non contradicente domino nubat alicui viro libero, manet libera. De his omnibus vide Sylueſtrum in locis citatis,& precipuè Couarruuiam, vbi ſupra. Et de aliis, quæ ſpectant ad iſtam materiam vide iuris peritos, quoniam illa non pertinet ad Theologum: & ſi aliqua pertinent, ſunt parui momenti, & videnda, ſunt in Magiſtro Soto,& Syl ueſtro.

(l.1.titu. 13.p.4.l. 5.ti.22. par.4.) D

AR-

ARTICVLVS SECVNDVS.

¶ Vtrùm ſer uus poſſit contrahere matrimonium ſine conſenſu domini.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd ſeruus matrimonium contrahere nō poſſit ſine cōſenſu domini. Nullus enim poteſt alicui dare quod eſt alterius, ſine conſenſu ipſius: ſed ſeruus eſt res domini: ergo non poteſt contrahendo matrimonium dare poteſtatem corporis ſui vxori ſine conſenſu domini.

2 Præterea. Seruus tenetur domino ſuo obedire: ſed dominus poteſt ei præcipere quod in matrimonium non cōſentiat: ergo ſine conſenſu eius non poteſt matrimonium contrahere.

¶ 3 Præterea. Poſt contractum matrimonium ſeruus tenetur reddere debitum vxori, etiam præcepto iuris diuini: ſed eo tempore quo uxor debitum petit poteſt dominus aliquod ſeruitiū ſeruo imponere, quod facere non poterit, ſi carnali copulæ uacare velit: ergo ſi ſine conſenſu domini poſſet ſeruus contrahere matrimonium, priuaretur dominus ſeruitio ſibi debito ſine culpa, quod eſſe non debet.

¶ 4 Præterea Dominus poteſt uendere ſeruum in extraneas regiones, quò uxor ſua non poterit eum ſequi, vel propter fidei periculum imminens: puta ſi vendatur infidelibus: uel etiam domino uxoris non permittente ſi ſit ancilla, & ſic matrimonium diſſoluetur, quod eſt inconueniens: ergo non poteſt ſeruus ſine conſenſu domini matrimonium contrahere.

¶ 5 Præterea Fauorabilior eſt obligatio qua homo diuinis obſequijs ſe mãcipiat, quam illa qua homo ſe vxori ſubijcit: ſed ſeruus ſine conſenſu domini non poteſt religionem intrare, uel ad ordines promoueri: ergo multo minus poteſt ſine eius conſenſu: matrimonio iungi.

A *SED contra Galat. 4. In Chriſto Ieſu non eſt ſeruus neque liber: ergo ad matrimonium contrahemdum in fide Chriſti Ieſu, eadem eſt libertas liberis & ſeruis.*

¶ Præterea. Seruitus eſt de iure poſitiuo: ſed matrimonium de iure naturali & diuino: cum ergo ius poſitiuum nō præiudicet iuri naturali aut diuino: uidetur quod ſeruus abſque domini conſenſu matrimonium contrahere poſſit.

B *RESPONDEO dicendum, quod ius poſitiuum (vt dictum eſt) progreditur à iure naturali: & ideo ſeruitus quæ eſt de iure poſitiuo, non poteſt p̄iudicare his quæ ſunt de iure naturali: ſicut autem appetitus naturæ eſt ad operationem indiuidui, ita eſt ad conſeruationem ſpeciei per generationem: unde ſicut ſeruus non ſubditur domino, quin liberè poſſit comedere, & dormire, & alia huiuſmodi facere quæ ad neceſſitatem corporis pertinent, ſine quibus natura conſeruari non poteſt,* C *ita non ſubditur ei quantum ad hoc quod non poſſit liberè matrimonium contrahere, etiam domino neſciente aut contradicente.*

AD primum ergo dicendum, quòd ſeruus eſt res domini quantum ad ea quæ naturalibus ſuper adduntur: ſed quantum ad naturalia, omnes ſunt pares, unde in his quæ ad actus naturales pertinent ſeruus poteſt alteri inuito domino ſui corporis poteſtatem per matrimonium præbere.

D *AD ſecundum dicendum, quòd ſeruus domino ſuo tenetur obedire in his quæ dominus licite poteſt percipere: ſicut autem licitè non poteſt dominus præcipere ſeruo quòd non comedat vel dormiat, ita etiam nec quòd à matrimonio cōtrahendo abſtineat. Intereſt enim ad legislatorē qualiter quilibet re ſua vtatur: & ideò ſi dominus præcipiat ſeruo, quòd non contrahat matrimonium, ſeruus non tenetur domino obedire.*

AD

AD tertium dicendum, quòd ſi ſeruus nolente domino matrimonium contraxerit, tūc debet prætermittere ſeruitium domini imperantis, & reddere debitum uxori, quia per hoc quòd dominus conceſſit ut matrimonium ſeruus contraheret, intelligitur ei conceſſiſſe omnia quæ matrimonium requirunt. Si autem matrimonium ignorante, uel contradicente domino eſt contractum, nō tenetur reddere debitum, ſed potius domino obedire, ſi utrumque eſſe non poſſit: ſed tamen in his multa particularia conſiderari debent, ſicut & in omnibus humanis actibus: ſcilicet periculum caſtitatis imminens uxoris, & impedimentum quòd ex redditione debiti ſeruitio imperato generatur, et alijs huiuſmodi: quibus omnibus ritè penſatis iudicari poterit cui magis ſeruus obedire teneatur, domino uel uxori.

AD quartum dicendum, quòd in tali caſu dicitur ꝙ dominus cogendus eſt nè ſeruum uendat taliter quòd faciat onera matrimonij grauiora, præcipue cum nō deſit facultas ubicunq; ſeruum ſuum uendendi iuſto pretio.

AD quintum dicendum: quòd propter religionem & ordinis ſuſceptionē aliquis obligatur diuinis obſequijs quātum ad totum tēpus: ſed uir tenetur debitum reddere uxori nō ſemper, ſed cōgruis temporibus, & ideo nō eſt ſimile. Et propterea ille qui intrat religionē, & ſuſcipit ordinē, obligat ſe ad aliqua opera q̄ ſunt naturalib. ſuperaddita, in quib dominus poteſtatē eius habet, & nō in naturalibus, ad quæ obligat ſe per matrimonium: unde poſſet continentiam uouere ſine conſenſu domini.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio: Seruus habet ius ad contrahendum matrimonium: ſine cōſenſu domini. Ratio huius concluſionis eſt. Nam ius poſitiuum deriuatur à iure naturali, ut conſtat: ergo ſeruitus, quæ eſt de iure poſitiuo, non poteſt præiudicare iuri naturali, quod eſt de matrimonio contra- A hendo. Et explicat hanc rationem Angelicus Doctor. Quoniam ſicut in his, quę pertinent ad conſeruationem indiuidui, ſeruus habet ius ab ipſa natura, vt ad ſumendum cibum, & potum, ita habet ius naturale ad conſeruationem ſpeciei: ergo ſicut non poteſt impediri ſeruus in ſumptione cibi, & potus: ita nec in matrimonio, quod ordinatur ad conſeruationem ſpeciei.

¶ Secunda concluſio, ad ſecundum. Dominus non habet ius ad præcipiendum ſeruo, ne contrahat matrimoniū. Quod ſi pręcipiat ſeruus obedire non tenetur. Et iterū B adducit exemplum. Nam ſicut licitè non poteſt dominus præcipere ſeruo, quòd non comedat vel dormiat: ita nec quòd à matrimonio contrahendo abſtineat.

¶ Tertia concluſio, ad tertium. Si ſeruus volente domino matrimonium contraxerit, tunc debet prætermittere ſeruitium domini imperātis, & reddere debitum vxori. Ratio huius concluſionis eſt. Nam per hoc, quòd dominus conceſſit, vt matrimonium contraheret eius ſeruus, intelligitur conceſſiſſe omnia, quæ matrimonium requirit.

¶ Quarta concluſio in eadē ſolutione. Si C matrimonium ignorante domino, vel contradicente eſt contractū, non tenetur reddere debitum: ſed potius domino obedire: ſi vtrumque eſſe non poſſit. Vide illam ſolutionem.

¶ Quinta cōcluſio ad quartum. Poſtquā ſeruus contraxit matrimonium ſine domini conſenſu, non dēt dominus vendere ſeruum in regiones longinquas, vbi non poſſit vxor commode cum illo adire. Nam tunc faceret onera matrimonii grauiora.

¶ Vltima concluſio, ad quintum. Non poteſt tamē ſeruus ſine cōſenſu domini re D ligionē ingredi, aut ordines ſuſcipere. Ratio huius concluſionis eſt. Quia per religionem, & ſuſceptionē ordinis aliquis obligatur diuinis obſequiis quantum ad totū tēpus. Et ita non eſt idem, atque de matrimonio. Nā in matrimonio vir nō tenetur reddere debitum vxori ſemper: ſed cōgruis tēporibus. Item eſt alia differentia optima, quę ibi ponitur à D. Thom. Vide illam.

CIrca iſtum articulum, ſupponendum eſt tanquam certum, quod ſeruus ex volūtate ſui domini poteſt optimè contrahere matrimonium: & tunc dominus, qui concedit talem facultatem, uirtualiter,

tualiter, & interpretatiuè concedit omnia, quæ ad matrimonium requirũtur, vt dicit Doctor noſter in ſolutione ad tertium: ac ſubinde ſeruus liberè poteſt reddere debitũ vxori. In hoc conueniunt omnes Doctores. Vide Magiſtrum Sotum in dicta diſt. 35. q. vnica art. 1. Et eãdem ſententiam tenet Syl ueſter verbo, matrimoniũ 6. q. 1. & verbo. ſeruus ſeu ſeruitus. quæſt. vltima. Nauarro. in Manuali, cap. 22. nu. 34. Et hoc diffinitur expreſſe Cano. Dictũ eſt, 29. q. 2. ubi dicitur. Nobis viſum eſt; vt cõiugia ſeruorũ nõ dirimantur, etiam ſi diuerſos dominos habeant, ſed in vno coniugio permanentes, dominis ſeruiãt ſuis. Et hoc in illis obſeruãdũ eſt ubi legalis coniunctio fuit & per voluntatem dominorum. Vbi diffinitur talia matrimonia eſſe valida imo licita, & ꝙ debent permanere in coniugio. Et ratio eſt aperta. Quia tunc nihil eſt quòd matrimoniũ ſeruorum reddat nullum, vel illicitum, ergo.

can. dictũ eſt 29. q. 2.

QVo poſito é prima difficultas in hoc articulo. Vtrum ſeruus poſſit contrahere ſine voluntate veri domini, vel illo contradicente. vel ignorante. Et videtur vera pars negatiua.

¶Primo arguitur. Auferre rem alienam inuito domino, eſt peccatum mortale, (hac enim ratione furtum eſt peccatum mortale) ſed ſeruus qui contrahit inuito domino, & illo contradicente accipit rem alienam inuito domino: cum diſponat de ſeipſo inuito domino, ergo peccat mortaliter.

¶Secundò arguitur & confirmatur argumentum præcedẽs. Quoniam dominus habet poteſtatem, & dominium ſupra ipſum ſeruum, ergo ſeruus per matrimonium nõ poteſt tradere dominium & poteſtatem ſui corporis coniugi ſine voluntate veri domini. Probatur conſequentia. Nam aliàs auferret dominium, & poteſtatem à ſuo domino illo inuito: non enim poſſunt duo habere dominium & poteſtatem eiuſdem corporis. Confirmatur. Si ſeruus eſſet traditus vni per ſeruitutem, non poſſet alteri ſe tradere ſine licentia prioris domini, ergo nec in matrimonium ſe poteſt tradere ſine licentia illius. Probatur conſequentia. Nã in matrimonio eſt maior traditio.

¶Tertiò arguitur. Matrimonium à ſeruo contractum præcipuè ſine licentia ſui domini, cedit in iniuriã prolis naſcituræ (vt A manifeſtè conſtat) ſed matrimonium, quod eſt contra bonum prolis, eſt illicitum: ut ſi quis leproſus contraheret, ergo tale matrimonium eſt illicitum.

¶Quartò. Matrimonium celebratum à ſeruo contra voluntatem ſui domini, non eſt validum, ergo tale matrimonium eſt illicitum. Conſequentia eſt euidens. Antecedens vero probatur ex cap. dictum eſt, 29. quæſtione 5. vbi cauetur, quòd coniugia ſeruorum non dirimantur, cum per voluntatem dominorum ſuorum fuerunt coniuncta: quòd diffinitur ex illo, Quos Deus cõiunxit homo non ſeparet, aſſerendo. Nobis B viſum eſt, vt coniugia ſeruorum non dirimantur, &c. Et hoc in illis obſeruãdum eſt, vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem dominorum, ergo ſine voluntate ueri domini matrimonium contractũ dirimendum eſt, & non eſt permanendum in illo.

c. dictũ eſt 29. q. 2.

¶Quintò arguitur. Si aliqua ratione eẽt licitum quòd ſeruus contraheret contra voluntatem ſui domini, maxime propter rationem Diui Thomæ, videlicet, quoniam ſeruitus, quæ eſt de iure poſitiuo, non poteſt præiudicare ijs, quæ ſunt de iure naturali, cuiuſmodi eſt matrimonium: ſed hæc C ratio nulla eſt, ergo non eſt licitum. Conſequentia eſt bona Maior eſt manifeſta. Minor uerò in qua eſt difficultas probat̃. Ius naturale de matrimonio cõtrahendo (ut ſupra diximus) non obligat pro ſemper, ergo pro illo tẽpore, quo nõ tenetur iure naturali, ſeruitus habebit ſuum effectum: taliter quòd ſeruus nõ poterit contrahere ſine uoluntate domini. Confirmatur argumẽtum & explicatur. Ius naturale matrimonii ſolum obligat pro tempore neceſſitatis. & nõ modo, quando iam genus humanum propagatum eſt, ergo ſi modo ſeruitus impediret matrimonium, non eſſet contra ius naturale: ac ſubinde modo non poteſt ſeruus con- D trahere ſine uoluntate domini. Ex quo colligitur, quòd non eſt eadem ratio, atque de iure, quod habet homo ad comedendum & dormiendum. Nam illud obligat quotidie, cum quotidie ſit neceſſarium comedere, & dormire ad conſeruatitionem indiuidui.

¶In hac difficultate ſupponendum eſt, quòd hic non loquimur de peccato, quòd committit ſeruus contrahens cum libera, uel ècontra: quando alter ignorat cõditionem, & ſeruus decipit illum. In iſto enim

caſu

caſu res eſt certiſſima, quod iſte talis peccat mortaliter. Nam facit contra iuſtitiam in re grauiſſima decipiendo alterũ. Et hoc colligitur aperte ex ſupradictis. Item: nam in hoc caſu eſt nullum matrimonium. Hic autem ſolum eſt difficultas, an ſit peccatũ in ordine ad dominum: quia contrahitur ſine licentia. Itaque dubium eſt. An ſeruus ita ſit traditus domino ſuo per ſeruitutem, quod non poſſit contrahere ſine licentia illius, nec transferre poteſtatem ſui corporis. A

¶In cuius rei expoſitionẽ ſit prima concluſio. Matrimonium contractum a ſeruo contra voluntatẽ ſui domini, validũ eſt, & reuera tenet. Aduertendum enim eſt, ꝙ olim talia matrimonia irrita erant per ius ciuile, vt conſtat in l. cũ ancillis. C. de inceſt. & de inut. nup. Nihilominus tñ valida ſunt. Et hoc tenent autores citati in principio art. Et probatur primò, ex iure Canonico cui ſtãdum eſt in hac parte. Iſta enim matrimonia legitima cenſet, vt patet in cap. 1. de coniugio ſeruorum, vbi dicitur. Sane iuxta uerbum Apoſtoli ad Galatas 3. in Chriſto Ieſu neque liber, neque ſeruus eſt à ſacramentis eccleſiæ remouendus: ita nec inter ſeruos matrimonia debent vllatenus prohiberi. Et ſi contradicentibus dominis, & inuitis contracta fuerint, nulla ratione ſunt propter hoc diſſoluenda: ergo ualida ſunt. B (l. cũ ancillis. C. de inceſ. & inuti. nup.)

¶Secundò probatur. Nam (ut dicemus in concluſione ſequenti) ſeruus non ſubditur domino niſi in ordine ad ciuilia obſequia: in his autem quæ pertinent ad officia naturæ, ſunt ſui iuris, ergo ſerui poſſunt cõtrahere ſaltem taliter, quod matrimonia ſint valida, & nullo modo irrita. C

¶Tertiò probatur concluſio. In his quæ pertinent ad officia naturæ, maius ius habet pater ſupra filium quam Dominus ſupra ſeruum: nam dominus nullum ius habet in his, pater verò eſt cuſtos per naturã corporis filii. Sed matrimonium contractũ à filio contra voluntatem patris validum eſt, vt diffiniuimus ſupra: ergo ſimiliter matrimonium contractum à ſeruo contra voluntatem ſui domini. Hæc concluſio amplius probabitur in ſequenti. D

¶Secunda cõcluſio. Seruus poteſt etiam licitè contrahere inuito domino, vel ignorante. Hanc etiam concluſionem docent autores citati in hoc articulo, & in locis ibi citatis; & hoc docet D. Tho. expreſſe hic, Hæc concluſio probatur.

¶Primò ex ipſo iure 29. q. 2. per multa capita, vbi hoc aperte ſignificatur. Et in ca. 1. de coniugio ſeruorum, dicitur, quòd hæc matrimonia non debent prohiberi. At vero ſi illicita eſſent, & peccata, poſſent, & deberent prohiberi: ergo licita ſunt talia coniugia. (29. q. 2. c. 1. de cõiugio ſeruorum.)

¶Secundò probatur concluſio, ratione D. Tho. in hoc articulo. Illud, quod eſt de iure poſitiuo, non debet præiudicare his, quæ ſunt de iure naturali: nam ius poſitiuum deriuatur à iure naturali: ergo ſeruitus, quæ eſt de iure poſitiuo non debet contrariare, nec præiudicare matrimonio, ꝙ eſt de iure naturali. Hæc ratio D. Thom. euidenter conuincit, quòd quando matrimonium eſt in præcepto naturali, & pro tempore quo eſt in præcepto naturali ſeruitus, quæ eſt de iure poſitiuo, non poteſt impedire matrimonium: aliàs ius poſitiuũ eſſet contrarium iuri naturali. Sicut impedimenta, quę impediunt matrimonium de iure poſitiuo, non habent vim pro tẽpore, quo obligat ius naturale ad contrahendum matrimonium. Cæterum explicandum eſt quo modo hæc ratio procedat pro tempore, quo non obligat præceptum iuris naturalis. Tũc enim ſeruitus, quæ eſt de iure poſitiuo, etiam ſi nõ poſſet eſſe licitum matrimonium ſine voluntate domini, non eſſet contra ius naturale, quòd non poſſit fieri matrimoniũ inter cõſanguineos intra quartum gradũ, ꝙ eſt de iure poſitiuo. Nihilominus tamen dicendum, quòd illa ratio D. Thom. non ſolum procedit in illo caſu neceſſitatis: ſed in omni caſu. Ratio verò Angelici Doctoris ad hunc modum procedit. Nam homo etiam ſi ſeruus ſit, ab ipſa natura habet ius circa ipſa naturalia, & ad diſponendum de ſeipſo circa naturalia: cum ſit cuſtos per naturam ſui ipſius circa naturalia, vt diffinitur in materia de dominio. Itaque per naturam habet ius, vt diſponat de ſe ipſo circa naturalia: ergo iſtud ius non poteſt tolli per ſeruitutem, quæ eſt de iure poſitiuo, aliàs enim ius poſitiuum præiudicaret iuri naturali. Et ad hoc propoſitum adducit D. Tho. illud ſimile de cõſeruatione indiuidui. Nã ſicut homo à natura habet ius circa naturalia,

ralia,quæ pertinent ad indiuiduum, vt poſſit comedere,& bibere, & hoc ius non poteſt impediri per ſeruitutem,quæ eſt de iure poſitiuo: ita etiam non poteſt impediri ius,quod habet circa naturalia, quæ pertinent ad conſeruationem ſpeciei.

¶Tertiò probatur concluſio ratione affini præcedenti. Quia vt diximus ſeruus nō ſubditur domino niſi in ordine ad ciuilia obſequia,& nō in ordine ad naturalia, quæ pertinent ad officia naturæ: nam nō habet ius in ordine ad naturalia,ergo optimè poteſt ſeruus contrahere domino ignorante, vel contradicente.

¶Ex hac concluſione infertur, quod dominus poteſt punire ſeruum propter matrimonium contractum contra volūtatem illius: & eſſet peccatum illud facere. Hoc docent authores citati in principio articuli. Et ratio huius eſt. Nam ut dictum eſt, in hoc non eſt ſubditus domino:ergo. Confirmatur. Quoniam talis ſeruus non læſit legitimam ſui domini poteſtatem, ſuo iure eſt vſus: ergo. Verum eſt,quòd ſi dominus ſerui aliàs erat benignus,& ſuauis in ordine ad ipſum ſeruum i ipſe ſeruus ratione obſeruantiæ debebat ab illo licentiam petere, per ſe autem loquendo non peccat, ſi oppoſitum faciat.

¶Quib.poſitis, reſpondetur ad argumenta facta in principio.

¶Ad primum argumentum reſpondetur,ex dictis, quòd ibi non eſt acceptio rei alienæ. Nam ſeruus quantum ad hæc officia naturalia,non ſubditur domino, nec eſt illius. Et ita nullum eſt peccatum.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd dominus habet poteſtatem, & dominium ſupra ſeruum in ordine ad obſequia ciuilia, non verò in ordine ad officia naturalia. Et ita ſeruus per matrimonium poteſt tradere facultatem,& dominium alteri cōiugi in ordine ad naturalia ſine præiudicio poteſtatis,& dominii, quod habet dominus ſupra ſeruū. Ad confirmationem reſpondetur,concedendo antecedens,& negando conſequentiam, ratio differentiæ eſt. Nam ſi ſe traderet alteri per ſeruitutem, non poſſet fieri ſine præiudicio prioris domini, ille enim habet ius iuſtitiæ ad obſequia ciuilia, & ita iniuria fieret illi, ſi traderet ſe alteri in ſeruitutem ad illa obſequia. In matrimonio uerò tradit ſe ad officia naturalia, ad quæ non habet ius dominus.

¶Ad tertium argumentum reſpōdetur, quòd quamuis proles patiatur aliquod detrimentum quantum ad libertatem,ſi naſcitur,ex ancilla:nā ut ſtatim dicemus partus ſequitur uentrem,hoc tamen non obſtante licitum eſt ſeruo contrahere matrimoniū, etiam cum ancilla. Quia filius naſciturus nullum ius habet ad uitam,niſi mediante uoluntate patris, pater uero dum contrahit,aut generat,utitur iure ſibi à natura cōceſſo: & ita nulli facit iniuriam,nec domino,nec proli. Item. Nam melius eſt filio naſcituro habere eſſe rationale, quam omnino non eſſe: non poteſt autem naſci niſi ſub his conditionibus, & ſub ſeruitute. Et ita non infertur iniuria aliqua proli.

¶Ad quartum argumentum reſpondetur,negando antecedens,ut iam diximus in prima concluſione. Et ad probationem ex illo textu reſpondetur, quod illic non inſinuatur, quòd ſi matrimonia fuerint contracta contra uoluntatem parentum diſſoluātur: ſed quòd tunc debet ſeruus nihilominus deſeruire domino, & quòd non poteſt tam libere cum uxore commanere, & hoc ſignificatur in dicto textu.

¶Ad quintum argumentum, cum ſua confirmatione reſpondetur, ex dictis in ſecunda probatione ſecundæ concluſionis. Ex illis enim facile colligitur ſolutio.

¶Sed circa hoc ſunt duo dubia præcedenti coniuncta,primum dubium eſt. Quādo ſeruus ſine uoluntate domini contraxit an poſſit dominus ſine peccato mortali eū uendere in regiones longinquas, ubi propria uxor non poſſit illum ſequi, uel non ita commodè. Et de hoc diſputat etiam D. Thom. in ſolutione ad quartum huius articuli. In qua quidem re certum eſt, quòd dominus poteſt uendere ſeruum. Nam eſt res propria, & æſtimabilis pretio. Tota autem difficultas eſt in ordine ad matrimonium,quādo uendit illum in terram nimis diſtantem, ita ut mulier non poſſit illum ſequi. In qua re Nauarro in Manuali,cap. 22.numero 34.dicit,quod non peccat mortaliter dominus uendendo illum, & quod hæc eſt communis ſententia Doctorum in cap.1.de coniugio ſeruorum. Alii uero diſtingunt de peccato contra charitatem, & cōtra iuſtitiam, & dicunt, quod loquendo

c.1.de cōiugio ſeruorum.

de peccato contra iuſtitiam ſatis probabile eſt, qnòd non ſit peccatum mortale. Ratio eſt. Quia dominus habet verum dominium illius ſerui: ergo poteſt illum ſine iniuria, ita vendere. Loquendo tamen de peccato contra charitatem, dicunt, quod peccabit mortaliter. Quia moraliter loquendo poſſet illum uendere in aliam regionẽ, vbi uxor poſſet illum ſequi. Iſti tamen anthores non uidentur attingere punctum difficultatis.

¶Tota enim difficultas eſt, an talis dominus peccet mortaliter contra iuſtitiam in prædicto caſu, quia eſt in cauſa q̃ vxori non reddatur debitum. Et ratio dubitandi à parte negatiua eſt. Nam vt diffinitur in c. 1. de coniugio ſeruorum, ſerui propter matrimoninm contractum etiam contra voluntatem domini non minus debẽt conſueta, & debita ſeruitia proprii dominis exhibere: ſed ſi non eſſet contractum matrimonium poſſet dominus illum vendere in regiones longinquas: ergo etiam poſt contractum matrimoninm. Confirmatur ſicut ſeruus vtitur iure ſuo contrahendo matrimonium contra voluntatem veri domini, ita etiam dominus vtitur iure ſuo vendendo illum tali nenditione, ergo non peccat contra iuſtitiam.

ca. 1. de cõiugio ſeruorũ.

¶In oppoſitum eſt. Quoniam (vt dictũ eſt) in officijs naturæ pertinentibus ad matrimonium ſeruus non ſubditur domino, ergo dominus nullo modo poteſt illum diuendere in regionem longinquam, vbi uxor non poſſit illum ſequi.

¶In huius dubii expoſitionem ſit prima concluſio. Si dominus ſeruum vendat in religionem longinquam, ubi uxor non poſſit illum ſequi, peccat peccato mortali contra iuſtitiam, ſi ſine neceſſitate faciat. Dixi ſi ſine neceſſitate faciat. Quoniam dominus poteſt optimè illum uendere in proximas regiones, & moraliter loquendo inueniet emptorẽ. Hæc cõcluſio uidetur eſſe ad mẽtem doctoris Nauarro. Nã dicit, quod non eſt peccatum mortale, ſaltem quando commode in nicinas regiones uendere nõ poſſet. Et hoc uidetur docere Angelicus Doctor ad quartnm & Magiſter Sotus in ar. 1. citato. Et probatur primo argumẽto facto in oppoſitum: Confirmatur. Nam tunc dominus priuat cõiuges uſu matrimonii ſine neceſſitate, ut conſtat, ergo peccat mortali-

A ter contra iuſtitiam. Cõſequentia eſt bona. Antecedens conſtat. Nam ipſi habent ius iuſtitiæ ad uſum matrimonii.

¶Secundo probatur cõcluſio. Quia hoc eſſet in fraudem matrimonii, & uſus illius, quod quidem dominus prohibere non poteſt, nec habet ius ad prohibendum, ergo peccat mortaliter, etiam contra iuſtitiam. Confirmatnr argumentũ. Vxor habet ius iuſtitię ad hoc, quod reddatur illi debitum talis autem uenditio priuat illam iſto inre, quod habet, ergo peccatum etiam contra iuſtitiam. Et hæc concluſio mihi uidetur certa.

B ¶Secunda concluſio. Quando ſeruus cõtraxit contra noluntatem domini, & dominus compellitur urgente neceſſitate. probabile eſt, quòd dominus poteſt illum uendere in regiones lõginquas: probabile etiam eſt oppoſitum. Dixi in concluſione, quando ſeruus contraxit contra uoluntatem domini: nam ſi contraxit cum noluntate eius, & de licentia illius, non eſt licitum. Tũc enim debet cõcedere omnia neceſſaria ad matrimonum, nt ſtatim dicemus. Dixi etiam ſi compellitur urgente neceſſitate, v. g quia C non poteſt illum uendere in uicinas regiones, nec inueniſit pretium illius. Hæc concluſio ita explicata duas habet partes.

¶Prima pars probatur argumẽtis factis primo loco. Confirmantur. Matrimonium contractum à ſeruo contra domini uolũtatẽ, nõ debet eſſe in cauſa quo minns re ſua poſſit vti, ergo. Et ad argumenta in oppootum dicendum, qnòd ſibi imputet ſeruus, qui contraxit ſciens eſſe ſeruũ. Quod ſi qs dicat, quare peccat mortaliter dominus, quando vendit ita ſerunm ſine neceſſitate: non uerò quando cum neceſſitate. Reſpon- D detur: Quoniam tunc poteſt optimè uti re ſua, & inre ſuo ſine detrimẽto matrimonii. Et ita detrimentum illud impntatur domino. Cæterum quando uendit coactus neceſſitate, utitur iure ſuo, & detrimentum, quod ſequitur in matrimonio, non debet illi imputari.

¶Secunda pars probatur argumento facto in oppoſitum, & argumentis factis pro prima concluſione, & ex illis facile ſoluet argumenta cõtraria, qui uoluerit ſuſtinere iſtam ſententiam. Vide Syluestrum verbo, ſeruus, quæſtione ultima, qui hanc tenet.

¶Circa omnia dicta aduertendum, qnòd

(ut dixi-

(vt diximus) ſeruus prætextu matrimonii non debet deeſſe domino in officiis neceſſariis. Hoc enim diffinitur expreſſe in ca. illo. 1. de cõiugio ſeruorum. Et illa diffinitio eſt explicatio iuris naturalis. Nam ſicut ſeruitus non debet eſſe contraria matrimonio, nec contrariari poteſt: ſiquidem eſt de iure poſitiuo, & id quod eſt de iure poſitiuo, nõ cõtrariatˀ iuri naturali, quale eſt ius de matrimonio; ita etiam matrimoniũ non debet habere cõtrarietatem ad ſeruitutẽ propter eandem omnino rationem.

¶ Secundum dubium eſt. Quid debet facere ſeruus, quando eſt neceſſarius domino ſuo in officiis debitis, & aliàs vxor eius petit debitum. ¶ Diuus Thomas in ſolutione ad tertium definit expreſsè, quòd ſi ſeruus volente domino matrimonium contraxerit, debet reddere debitũ, quando non ſimul compatitur cum ſeruitio domini. Ratio huius eſt: Nam cum dominus voluerit matrimonium ſui ſerui, tenetur velle illud, quod ad matrimoniũ ſubſequitur; reddere verò debitum ſequitur ad matrimonium, ergo debet in illo caſu reddere debitum. In hoc conueniunt omnes Doctores ſuprà citati, præcipue verbo, ſeruitus, ſeu ſeruus, quæſtione vltima.

¶ Dubium tamen eſt quando contraxit ſine volũtate domini an debeat reddere debitum, an verò inſeruire domino, quando vtrumq; eſt incõpatibile. Et uidetur quòd debeat reddere debitum. Nam quando cõtrahit cum volũtate domini tenetur reddere debitum, ſed voluntas domini eſt impertinens, quòd attinet ad hoc, ergo etiã quãdo contraxit contra voluntatem veri domini teneť reddere debitum. Conſequentia eſt bona. Maior cõſtat ex dictis. Minor probatur. Nam (vt dictum eſt) in hóc quod eſt contrahere matrimonium, ſeruus nõ ſubditur domino, ergo quòd dominus cõſentiat, vel diſſentiat eſt impertinens. Cõfirmatur: In hoc quòd eſt contrahere matrimonium non dependet ex volũtate veri domini, nec ſubditur illi (vt dictũ eſt) ergo nec in redditione debiti, quæ conſequitur ad ipſum matrimonium.

¶ Concluſio D. Tho. ad tertium in hoc dubio eſt. Quod matrimonium eſt contractum ignorante, uel cõtradicente domino, non tenetur reddere debitũ ſed potius domino obedire, ſi utrumque eſſe non poſſit.

A Hoc etiã docet Syluester loco immediate citato, & pro hac ſententia citat multos autores. Et ratione conſtat. Nam vt iam dictũ eſt matrimonium non debet eſſe contrariũ ſeruituti, nec debet eſſe in fraudem ſeruitutis, ergo. Aduertendum tamen eſt, quod nõ poteſt diffiniri certa regula in hac difficultate, & ſi aliqua cõſtitui poteſt, hæc eſt. Debent conſiderari pericula ex utraque parte, & pro ea parte qua fuerit maius periculũ, proferenda eſt ſententia. Itaq; ſi fuerit maius periculum incõtinentiæ uxoris, in eam partem declinandum eſt, ſi uero fuerit maius detrimentum in non impendendo debi-
B tum ſeruitium domino, declinandum eſt in fauorem illius. Hæc regula habet fundamẽtum in doctrina noſtri Doctoris ad tertiũ. Vnde ad rationem dubitandi cum ſua confirmatione dicendum eſt, quod non eſt eadem ratio, quando contrahit ſeruus ex uoluntate domini, & quando contrahit ſine eius voluntate. Nam quando cõtrahit cum eius volũtate interpretatiue, & uirtualiter concedit, quod poſſit libere uti matrimonio: cæterum quãdo non contrahit cũ eius voluntate minime. Matrimonium verò cõtractum à ſeruo de ſe habet, quod non poſſit ita libere debitum reddere (vt iam dixi-
C mus) & cum contractum ſit ſine voluntate domini, non poteſt ita libere reddere debitum: ſed tenetur etiam domino inſeruire, vt dicitur in illo capite primo. de coniugio ſeruorum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm ſeruitus in matrimonio poſſit ſupe ruenire.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ſeruitus matrimonio nõ poſſit ſuperuenire, ut uir ſe
D *alteri in ſeruum vendat. Quia quod in fraudem & præiudicium alterius factum eſt ratum non debet eſſe: ſed uir ſe qui in ſeruum uendit facit hoc quandoque in fraudem matrimonij, et ad minus detrimẽtum uxoris: ergo non debet ualere talis venditio ad ſeruitutem inducendam.*

¶ 2 *Præterea. Duo fauorabiliora præiudicant vni non fauorabili: ſed matrimonium, & libertas ſunt fauorabiliora, & repugnant ſeruituti quæ non eſt fauorabilis in iure; ergo talis ſeruitus debet penitus annullari.*

¶ 3 *Præterea. In matrimonio uir & vxor ad paria iudicantur: ſed vxor non poteſt ſe in ancillam dare nolente marito: ergo nec vir in ſeruum, nolente vxore.*

¶ 4 *Præterea. Illud quod impedit rei generationem in naturalibus, deſtruit etiam rem generatam: ſed ſeruitus viri neſciente vxore impedit matrimonium cõtractum ante quam fiat, ergo ſi poſſet matrimonio ſuperuenire deſtrueret matrimonium, quod eſt inconueniens.*

SED contra: Quilibet poteſt dare alteri quod ſuum eſt: ſed vir eſt ſui iuris, cum ſit liber: ergo poteſt dare ius ſuum alteri.

¶ *Præterea, Seruus poteſt nolente domino vxorem ducere, ut dictum eſt: ergo eadem ratione vir poteſt domino ſe ſubijcere nolente vxore.*

RESPONDEO dicendum, quòd vir ſubditur vxori ſolum in his quæ ad actum naturæ pertinent in quibus ſunt æquales: ad quæ ſeruitutis ſubiectio ſe non extendit: & ideò vir nolente vxore poteſt ſe alteri in ſeruum dare, non tamen ex hoc matrimoniũ diſſoluetur, quia nullum impedimentum matrimonio ſuperueniens poteſt diſſoluere ipſum, vt dictum eſt.

AD primum ergo dicendum, quòd fraus bene poteſt nocere ei qui fraudem fecit, ſed non poteſt alteri præiudicium generare, & ideò ſi vir in fraudem vxoris alteri det ſe in ſeruum, ipſe reportat damnum inæſtimabile bonum libertatis amittens: ſed uxori nullum poteſt ex hoc præiudicium generari, quin teneatur reddere debitum petenti, & ad omnia quæ matrimonium requirit, non enim poteſt ab his retrahi domini ſui præcepto.

A *AD ſecundum dicendum, quòd quantum ad hoc, quòd ſeruitus matrimonio repugnat, matrimonium ſeruituti præiudicat, quia tunc ſeruus tenetur vxori debitum reddere, etiam nolente domino.*

AD tertium dicendum, quod quamuis in actu matrimoniali, & in his quæ ad naturam ſpectant, ad paria vir & uxor iudicentur, ad quæ conditio ſeruitutis ſe non extendit: tamen quantum ad diſpenſationem domus, & alia
B *huiuſmodi ſuperaddita, vir eſt caput uxoris, & debet corrigere eam, non autem econtrariò: & ideò uxor non poteſt ſe dare in ancillam nollente viro.*

AD quartum dicendum quod ratio illa procedit de rebus, in quibus etiam multa impediunt generationem, quæ non ſufficiunt ad deſtruendum rem generatam: ſed in rebus perpetuis poteſt impedimentum præſtari, ne res talis eſſe incipiat, non autem vt eſſe deſiſtat: ſicut patet de anima rationali, & ſi-
C *militer etiam eſt de matrimonio, quod eſt perpetuum vinculum, præſenti uitam anente.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio, Maritus etiam poſt contractum matrimonium poteſt ſe tradere alicui in ſeruitutem etiam nolente uxore. Ratio huius concluſionis eſt. Nã uir ſubditur vxori ſolum in his, quæ ad actum naturæ pertinent, ſeruitus vero, nõ
D ſe extendit ad officia naturæ.

¶ Secunda concluſio ad primum & ſecũdum: Nihilominus talis vir tenebitur reddere dubiũ vxori etiam nolẽte domino. Ratio eſt. Quoniam hòc expoſcit matrimoniũ ex natura ſua, ergo ſeruitus ſuperuaniens non poteſt illud impedire.

¶ Tertia concluſio ad tertium. Vxor nõ poteſt ſe tradere ſeruituti ſine mariti volũtate. Ratio eſt: Quia, vir eſt caput mulieris.

CIrca iſtum articulum dubium eſt de prima concluſione; uidetur enim quòd ſit falſa. ¶ Primo arguit. Nã vt docet D. Tho. in tertia concluſione) mulier

mulier non poteſt ſeipſam uendere repugnante viro, ergo nec uir repugnante vxore. Probatur cōſequentia: Nam vterque habet æqualem poteſtatem ſupra corpus alterius, & æquale ius ad redditionem debiti. Quod ſi quis dicat cum D. Thom. ad tertium, quòd quãuis in actu matrimoniali, & in his, quæ ad naturam ſpectant, ad paria vir, & vxor iudicentur, ad quæ conditio ſeruitutis non ſe extendit, tamen quantum ad diſpenſationem domus, & alia huiuſmodi ſuperaddita, vir eſt caput vxoris, & ideo vxor non poteſt ſe dare in ancillam nolente viro.

¶Secundo arguitur contra hanc ſolutionem. Ex illa ſequitur, quòd vxor tradendo ſe in ancillam nolente viro, non peccat contra iuſtitiam, & fidelitatem debitam in matrimonio, cōnſequens eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur: Nam ut dicit Angelicus Doctor in his, quæ ad naturam ſpectant, uir & uxor ad paria iudicantur, ergo ſi uir non peccat contra iuſtitiam, & fidelitatem debitam in matrimonio, nec uxor. Falſitas conſequentis probatur: Nam non apparet contra quid aliud peccet uxor in illo caſu.

Tertio arguitur. Mulier ex eo, quòd uir tradat ſe in ſeruitutem ſine illius uoluntate, patitur maximum detrimentum in his, quæ ad matrimonium ſpectant, ergo non eſt licitum. Conſequētia eſt euidens: Nam (ut diximus) uir & fœmina in his quæ attinent ad matrimonium ſunt æquales. Antecedens uerò conſtat. Quoniam, uir antequam ſe tradat ſeruituti, poterat omnino liberè ei reddere debitum, at uero poſtquã ſe tradit ſeruituti, non poteſt liberè reddere debitum: nam debet inſeruire domino, ergo mulier patitur maximũ detrimentũ.

¶His non obſtantibus concluſio ſit, Doctrina Diui Thomæ in illa concluſione eſt ueriſſima. Et ratio adducta pro illa concluſione eſt optima. Hanc ſententiam tenent omnes Doctores ſupra citati. Et cōſtat hęc concluſio ex cap. Perlatum 29. q. 2. vbi dicitur, qđ ſi ſeruitus matrimonio ſuperuenit ex parte viri, quòd nihilominus matrimonium tenet. (c. perlatum 29. q. 1.)

¶Ex hac concluſione ſequitur, quòd ſeruitus matrimonio ſuperueniēs regulariter loquendo non eſt ſufficiens cauſa diuortii. Ita diffinitur in cap. Perlatum. citato. Notandum tamē quod ſeruitus dupliciter poteſt aduenire matrimonio. Vno modo per violentiam, vt cum expugnata ciuitate victi rediguntur in ſeruitutem. Et tunc temporis quia ſeruitus ſuperuenit abſque culpa, coniux relictus nullo modo poteſt iure petere diuortium, & regulariter in tali caſu non tenetur ſequi conditionem captiui. Quia cum tanto detrimento non tenetur reddere fidē, ſed ſufficit, ꝙ iuxta vires det operam, vt in libertatē veniat. Et hoc maxime locũ habet in fœmina, cuius caſtitas ex diſcurſu periclitaretur. Secundo poteſt ſeruitus accidere ex voluntate coniugum. In quo caſu (vt diximus) vir poteſt in ſeruitutem ſe tradere, non tamen vxor, ſicut nō poteſt vxor ſine cōſenſu viri votum emittere. Quod ſi vir in fraudem matrimonij ſe vendat in ſeruitutem, grauiſſimè peccat cōtra fidem illius, & in illo caſu ius haberet vxor petendi diuortium quantum ad cohabitationem. Deniq; ſi iuſta ſit cauſa, vt vir ſe tradat in ſeruitutem, tenetur mulier patienter expectare: ſicut in alijs cauſis iuſtæ abſentiæ. Nã in tali caſu vir vtitur iure ſuo, & ita mulier non haberet iuſtã querelam. Multa alia dicentur in ſolutionib. argumētorum. Vnde ad argumenta reſpondetur. (c. perlatũ citato) (A) (B) (C)

¶Ad primum argumentũ reſpondetur, ꝙ ibi aſſignata eſt optima ſolutio.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd ex natura ipſius matrimonij naſcitur, ꝙ vir ſit caput vxoris, vt dicit Diuus Paulus ad Eph. ca. 5. cum ait: mulieres ſubditæ ſint ſuis viris. Et ita contra ipſum matrimonium eſt, ꝙ vxor de ſeipſa diſponat contra voluntatem viri. Et ita ad argumentum negatur ſequela. Et ad probationē dicendum eſt, quod quamuis vir, & fœmina æqualiter ſe habeant in ordine ad redditionem debiti, quæ debet eſſe æqualis: non tamen quantum ad alia, vt cōſtat. Et per hoc reſpondetur ad argumentum. (Ad Eph. c. 5.) (D)

¶Ad tertium argumentum reſpōdetur, quòd illud detrimentum cōſequitur ex ſe: Nã ex natura ipſius matrimonij naſcitur, ꝙ vir poſſit diſponere de ſeipſo ſine vxoris volũtate, ſi adſit rationabilis cauſa. Verum eſt, quod ſi nō eſſet cauſa rationabilis, peccaret mortaliter, propter illam rationem. Vnde colligitur, quod aliquando peccat vir contra iuſtitiam, & fidelitatem debitã uxori, tradendo ſe in ſeruitutem, & non eſt illi

'icitum: tum propter periculum uxoris, tum etiam quoniam tenetur ex iuſtitia, & fidelitate reddere debitum. Et ita vir non poteſt per multum tempus proficiſci ad manendum, apud Indos ſine uxoris uoluntate.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm filij debeant ſequi conditionem patris.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd filij debeant ſequi conditionem patris. Quia denominatio fit a digniori: ſed pater in generatione eſt dignior quam mater, ergo &c.

¶ 2 *Præterea. Eſſentia rei magis deſcendit à forma quam à materia: ſed in generatione pater dat formam, mater materiam: vt dicitur 16. de animalibus: ergo magis debet ſequi proles patrem quàm matrem.* Li.2.c.4

¶ 3 *Præterea. Illud præcipuè debet aliquid ſequi, cui magis aſſimilatur: ſed filius plus ſimilatur patri quam matri, ſicut, & filia plus matri: ergo ad minus filius plus debet ſequi patrem & filia matrem.*

¶ 4 *Praetrea. In ſacra Scriptura non computatur genealogia per mulieres, ſed per viros: ergo proles magis ſequitur patrem quam matrem.*

SED contra. Si quis ſeminat in terra aliena, fructus ſunt eius cuius eſt terra, ſed venter mulieris reſpectu ſeminis viri, eſt ſicut terra reſpectu ſementis, ergo &c.

¶ *Præterea. In animalibus hoc videmus quæ ex diuerſis ſpeciebus naſcuntur, quod partus magis ſequitur matrẽ quam patrem: vnde muli qui naſcuntur ex equa & aſino, magis aſſimilantur equabus, quam illi qui naſcuntur ex aſina & equo: ergo ſimiliter debet eſſe in hominibus.*

RESPONDEO dicendum quod ſecundum leges ciuiles, partus ſequitur ventrem, & hoc rationabiliter. Quia proles habet à patre complementum formale, ſed à matre ſubſtantiam corporis: ſeruitus autem corporalis conditio eſt, cum ſeruus ſit quaſi inſtrumẽtum domini in operando: & ideo proles in libertate, & ſeruitute ſequitur matrem, ſed in his quæ pertinent ad dignitatem ſecundum quod eſt ex forma rei ſequitur patrem, ſicut in honoribus B *& municipijs & hæreditate, & alijs huiuſmodi: & huic etiam concordant Canones, & lex Moyſi, vt patet Exo. 21. In quibuſdam tamen terris, quæ iure ciuili non reguntur, partus ſequitur deteriorem conditionem, vt ſi ſit pater ſeruus quamuis mater ſit libera erunt filij ſerui: non tamen ſi poſt peractum matrimonium pater ſe in ſeruum dedit nolente vxore, & ſimiliter ſi ſit econtrario. Si autem vterque ſit ſeruilis cõditionis, & pertineant ad diuerſos dominos, tunc diuidũt filios ſi plures ſint:* C *vel ſi vnus tantum, vnus alteri recompenſabit de pretio: & accipit prolem natam in ſui ſeruitium: tamen non eſt credibile, quod talis conſuetudo poſſit eſſe ita rationalis, ſicut illud, quod multorum ſapientum diuturno conſilio determinatum eſt. Hoc etiam in naturalibus inuenitur, quod receptum eſt in recipiente per modum recipientis, non per modum dantis: & ideo rationabile eſt, quod ſemen receptum in muliere ad conditionem ipſius* D *trahatur.* In decr. li.4. ti 9. c. 3. licet

AD primum ergo dicendum, quod quamuis pater ſit dignius principium, tamen mater dat ſubſtantiam corporalem ex parte cuius attenditur conditio ſeruitutis.

AD ſecundum dicendum, quod in his, quæ ad rationem ſpeciei pertinent, magis ſimilatur filius patri, quam matri, ſed in materialibus conditionibus magis debet ſimilari matri quam patri: Quia res habet à forma eſſe ſpecificum,

cificum, ſed conditiones materiales à materia.

AD tertium dicendum, quòd filius ſimilatur patri ratione formæ quã quam habet in ſuo complemento, ſicut & pater: & ideò non eſt ad propoſitum.

AD quartum dicendum, quod honor magis eſt ex patre quam ex matre: ideò in genealogijs in ſcripturis, & ſecundum communem conſuetudinem magis nominantur filij à patre quam à matre, tamen in his quæ ad ſeruitutem ſpectant magis matrem ſequuntur. B

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Secundum leges ciuiles partus ſequitur ventrem. Itaque ſi mater eſt ancilla, filii ſunt ſerui, licet pater ſit liber: & econtra ſi mater eſt libera, quamuis pater ſeruus ſit, filij ſunt liberi. Ratio huius concluſionis eſt. Nam proles habet à matre ſubſtantiam corporis, ſeruitus autem conditio corporalis eſt (cum ſeruus C ſit quaſi inſtrumentum Domini ad operãdum) à patre verò habet complementũ formale. Item nam in naturalibus inuenitur, quod receptum eſt in recipiente per modũ ipſius recipientis non per modum dantis, ergo, rationabile eſt, quod ſemen receptum in muliere, ad conditionem ipſius trahatur.

¶ Secunda concluſio. In aliquibus terris, quæ non gubernãtur iure ciuili, partus ſequitur deteriorem cõditionem ſiue ex parte uiri, ſiue ex parte fœminæ. ¶ De doctrina huius arti. vide Sylueſtrũ, uerbo, ſeruus. D ſed ſeruitus. quæſtione 4. & Iuriſperitos, qui citantur ab illo.

IN hoc articulo dubium eſſe poſſet, an ſit peccatũ, quod ancilla vel ſeruus cõtrahat matrimoniũ. Et ratio dubitandi eſt. Nã ex tali matrimonio ſequitur detrimentum proli, ſi quidem proles naſcitur cũ ſeruitute. Nihilominus tamen dicendũ eſt (ut iam diximus in art. 2. huins quæſtionis in ſolutione ad quoddam argumẽtũ) quòd eſt licitum. Nam melius eſt proli ita eſſe, quam omnino non eſſe.

¶ Circa hunc articulum poſſet diſputari de impedimento ętatis. Nam Magiſter Sotus, diſt. 35. queſtione unica, impedimentum ſeruitutis coniungit cum impedimento ætatis. Cæterum D. Thom. diſputat de impedimento ætatis infra quæſtione 58. art. 5. & ita ibi diſputabitur de illo impedimento.

QVAESTIO LIII.

De impedimento uoti, & ordinis.

DEinde conſiderandum eſt de impedimento uoti & ordinis. Circa quod quærũtur quatuor. Primò, utrum uotum ſimplex matrimonium dirimat. Secundò, utrum uotum ſolenne. Tertiò, utrum ordo matrimonium impediat. Quartò utrum aliquis poſt matrimonium ſacrũ ordinem ſuſcipere poſſit.

DE hac materia Magiſter in 4 diſt. 28. & ibi Doctores Scholaſtici. Magiſter Sotus ibidem. Sylueſter, verbo, matrimonium, 6. quæſt. 5. Nauarro in Manuali, cap. 22. nu. 35. & deinceps, & nu. 52. & nu. 73. Couarr. in epitome ſuper quartum Decretalium, cap. 6. §. 3.

ARTICVLVS PRIMVS

¶ Vtrùm per obligationem voti ſimplicis matrimonium contractum dirimi debeat.

AD PRIMVM proceditur. Videtur quod per obligationem voti ſimplicis matrimonium contractum dirimi debeat. Tho. 4. diſt. 38. q. 1. art. 3. q. 2. & 3. *Fortius enim vinculum debiliori præiudicat: ſed vinculum voti eſt fortius, quam vinculum matrimonij: quia hoc fit*

ſit homini, illud autem Deo : ergo vinculum voti præiudicat uinculo matrimonij.

¶ 2 Præterea: Præceptum Dei non eſt minus quam præceptum eccleſiæ: ſed præceptum Dei adeò obligat, quod ſi cõtra ipſum matrimonium contrahatur, dirimitur: ſicut patet de illis qui contrahũt in aliquo gradu cõſanguinitatis ab eccleſia prohibito: ergo cũ ſeruare uotum ſit præceptum, videtur quòd qui cõtra uotum diuinum matrimonium contrahit quod ex hoc matrimoniũ ſit dirimendum.

¶ 3 Præterea. In matrimonio poteſt homo vti carnali copula ſine peccato: ſed ille qui facit votum ſimplex, nunquam poteſt carnaliter uxori commiſceri ſine peccato: ergo uotum ſimplex matrimonium dirimit. Probatio media, conſtat quod ille qui poſt uotum ſimplex continentiæ matrimonium contrahit, peccat mortaliter, quia ſecundum Hiero. virginitatem uouentibus
In decret. diſ. 27. c. uouentib. *non ſolum nubere, ſed velle nubere dãnabile eſt: ſed contractus matrimonij nõ eſt contra uotum continentiæ niſi ratione carnalis copulæ: ergo quando primo carnaliter commiſcetur uxori, mortaliter peccat, & eadem ratione omnibus alijs uicibus, quia peccatum primò commiſſum non poteſt excuſari à peccato ſequenti.*

¶ 4 Præterea. Vir & mulier in matrimonio debent eſſe pares, præcipuè quantum ad carnalem copulam: ſed ille qui uotum ſimplex continentiæ facit, nunquam poteſt petere debitum ſine peccato, quia hoc eſt manifeſtè contra votum continentiæ, ad quam ex uoto tenetur: ergo nec reddere poteſt ſine peccato.

In decret. li. 4. tit. quod clerici vł uouẽtes. c. conſulunt.
SED contra eſt quòd Papa Clemens dicit: quod uotum ſimplex impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum, ut ex dictis patet.

RESPONDEO dicendum, quod per hoc res aliqua deſinit eſſe in
A *poteſtate alicuius, per quod tranſit in dominium alterius. Promiſſio autem alicuius rei non transfert eam in dominium eius cui promittitur. Et ideo non ex hoc ipſo quod aliquis rem promittit aliquam deſinit res illa eſſe in poteſtate ſua: cum ergo in uoto ſimplici non ſit niſi ſimplex promiſſio proprij corporis ad continentiam Deo ſeruandam facta, poſt uotum ſimplex, adhuc remanet homo dominus ſui corporis: & ideò poteſt ipſum alteri dare, in qua* Gratianus cauſa. 27
B *datione ſacramentum matrimonij conſiſtit, quod indiſſolubile eſt: & propter hoc uotum ſimplex quamuis impediat contrahendum, quia peccat contrahens matrimonium poſt uotum ſimplex continentiæ: tamen quia uerus contractus eſt, non poteſt matrimonium propter hoc dirimi.*

AD primum ergo dicendum, quod votum eſt fortius vinculum quam matrimonium, quantum ad id cui, & ad quod obligat: quia per matrimoniũ
C *homo ligatur vxori ad redditionem debiti: ſed per votum Deo ad continentiam: tamen quantum ad modum ligandi, matrimonium eſt fortius uinculum quã uotum ſimplex, quia per matrimonium traditur actualiter uir in poteſtatem mulieris uel uxoris, non autem per uotum ſimplex, ut dictum eſt. Potior autem eſt ſemper conditio poſſidentis: ſed quantum ad hoc ſimili modo obligat votum ſimplex ſicut ſponſalia, unde propter uotum ſimplex ſunt* In corpor.
D *ſponſalia dirimenda.*

AD ſecundum dicendum, quod præceptum prohibens matrimonium inter conſanguineos, non habet inquantum eſt præceptum Dei vel eccleſiæ, quod dirimat matrimonium contrahẽdum: ſed inquantum facit quod conſanguineæ corpus non poſſit tranſire in poteſtatem conſanguinei: hoc autem non facit præceptum prohibẽs matrimonium poſt votum ſimplex, ex dictis patet: & ideo ratio non ſequitur, ponitur enim pro cauſa quod non eſt cauſa, In corp. & ad primum.

AD

AD tertium dicẽdum, quod ille qui A
contrahit matrimonium per uerba de
præſenti, poſt uotum ſimplex, non poteſt
cognoſcere vxorem ſuam ſine peccato
mortali. quia adhuc reſtat ſibi facultas
implendi uotum continentiæ ante ma-
trimonium conſummatum, ſed poſt-
quam matrimonium conſummatum
eſt, ſibi iã factum illicitum eſt nõ redde
re debitũ vxori exigenti ex culpa ſua:
& ideo ad hoc obligatio uoti non ſe ex-
tendit, ut ex prædictis patet: tamen de-
B *bet lamentum pœnitentiæ recompenſa*
re pro cõtinentia non ſeruata.

In corp. art. *AD quartum dicendum, quod quã*
tum ad ea in quibus non eſt factus im-
potens vot um continentiæ ſeruare, ad-
huc poſt cõtractum matrimonium obli-
gatur ad ſeruandum: propter quod mor
tua uxore tenetur totaliter continere:
& quia ex matrimonij vinculo nõ obli
gatur ad debitum petendum, ideo non
poteſt petere debitum ſine peccato, quan
uis poſſit ſine peccato reddere debitum
C *exigenti, poſtquam obligatus eſt ad hoc*
per carnalem copulam præcedentem:
hoc autem intelligendum eſt ſiue mu-
lier expreſſe petat, ſiue interpretatiuè,
ut quando mulier verecunda eſt, & vir
ſentit eius uoluntatem de redditione de
biti, tunc enim ſine peccato reddere po-
teſt, & præcipue ſi ei timet de periculo
caſtitatis. Nec obſtat quod non ſunt pa-
res in matrimonij actu, quia quilibet po
teſt hoc quod ſuũ eſt, abrenũciare. Qui-
dam tamen dicunt quod poteſt petere
D *& reddere, ne nimis oneroſum redda-*
tur matrimonium vxore ſemper exi-
genti: ſed ſi recte inſpiciatur, hoc eſt exi
gere interpretatiuè.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Votum ſimplex caſti-
tatis impedit contrahendum, non ta-
men dirimit cõtractum. Ratio huius
concluſionis eſt. Nam per uotum ſimplex
ſolũ fuit facta promiſſio: per matrimoniũ
verò eſt traditio, ergo matrimonium tenet
non obſtante illa promiſſione: ac ſubinde
A quãmuis votũ ſimplex impediat matrimo-
nium, non tamen dirimit cõtractum. Itaq;
matrimonium eſt fortius vinculum, quam
votum ſimplex. Quia per matrimoniũ tra-
ditur æqualiter in poteſtatem vxoris, non
verò per uotum ſimplex.

¶Secunda cõcluſio ad primum. Votum
ſimplex caſtitatis dirimit ſpõſalia de futu-
ro. Ratio huius eſt: Nã intra rationem pro
miſſionis fortius uinculum eſt promiſſio
Deo facta.

¶Tertia concluſio ad tertium. Qui poſt
votum ſimplex continentiæ contraxit ma-
B trimonium, peccat mortaliter in vſu matri
monij, prima ſcilicet vice, petendo vel red-
dendo. Ratio eſt: Quia adhuc ante conſum
mationẽ matrimonii poterat implere ſuũ
votũ. Sed ſecunda vice non peccat, redden-
do debitũ. Quia iam ad illud non ſe exten-
dit obligatio voti.

¶Quarta concluſio ad vltimũ. Qui con-
trahit matrimonium, & conſummat illud
poſt votum caſtitatis, tenetur reddere debi
tum; non tamen petere, mortua uero vxo-
re tenetur integrè ſeruare caſtitatem. Et ra
tio eſt: Nã tenebitur implere ſuum votum
C in his, quæ poterit. Aduertit tamen D. Th.
quòd petitio debiti ex parte vxoris poteſt
eſſe nõ ſolum formalis, verum etiam inter-
pretatiua: quia vxor præ pudore non audet
petere debitum. Et vtroque modo tenetur
reddere debitum.

¶Circa iſtũ articulũ notandũ eſt primo,
& ſupponendum, quòd Doctor noſter in
hoc articulo interrogat de voto ſimplici in
communi, & eius reſponſio eſt de voto ſim
plici caſtitatis in particulari: & non videtur
facere mentionẽ de alijs uotis ſimplicibus
quæ impedire poſſunt matrimoniũ, vt ſta-
D tim videbimus.

¶Secundo notandũ eſt & ſupponendũ,
quòd de triplici voto ſimplici poteſt eſſe
quæſtio in præſenti. Primum eſt uotum ca
ſtitatis, quod includit obligationem nun-
quam experiendi venerea, & ſub præcepto
negatiuo ad id tenetur. Votum enim eſt ve
luti lex priuata. Secundum eſt uotum ſuſci
piendi ſacrum ordinem, quod hẽt uim affir
matiui præcepti, id eſt, uotum ſimplex aſſu
mendi ſtatum clericalẽ, cui poſtea erit caſti
tas annexa. Tertium eſt uotum ſimplex
religionis, quod etiam habet uim affirmatiui
præcepti, ſcilicet, aſſumẽdi ſtatum religio-
nis,

nis cui diuino iure annexa eſt renunciatio ſęculi Et iſta duo vltima diſtinguũtur à primo, quantum ad materiam immediatam. Nam duo vltima verſantur circa uirtutem religionis: primum uerò circa uirtutem ipſam temperantiæ.

¶ Tertio notandũ eſt & ſupponendum, ꝙ omnibus iſtis uotis eſt commune, ꝙ habeant rationem impedimenti ad contrahẽdum matrimonium, ut habetur 27. diſt. ca. uouentibus & 27. q. 1. cap. Nuptiarum. & titulo, qui clerici uel uouentes. cap. Rurſus. Quomodo uerò habeant rationem impedimenti, explicandum eſt in præſenti. Et quoniam D. Thom. loquitur in ſpeciali de voto caſtitatis, primo dicendum eſt de illo. Et circa primam concluſionem D. Tho. duo explicanda ſunt. Primum eſt circa primam partem, quomodo ſit impedimẽtum ad contrahendũ. Secundum eſt circa ſecundam partem: an dirimat contractum. Circa primum punctum.

27. d. ca. uouẽtibus. & 27. q. 1. cap. nuptiarũ. & ti. qui clerici uel uouentes. cap. rurſus.

EST primum dubiũ. Vtrum qui habet votum ſimplex caſtitatis, peccet mortaliter contrahendo. In qua quidem re certiſſimum eſt, quòd ille, qui contrahit, & habet animum conſummandi matrimonium, poſt tale votum, peccat mortaliter peccato ſacrilegii. Hoc conſtat ex capitulis citatis in ultimo notabili, in quibus uotum ſimplex caſtitatis ponitur impedimentum matrimonij, & quantũ ad hoc idẽ eſt de aliis duobus uotis. Et rõ eſt aperta. Nã quicunque ponit impedimentũ ne perſoluat rem Deo ꝓmiſſam, eſt ſacrilegus, ſed matrimonium maximè conſummatum eſt impedimentum ad omnia illa vota, ergo peccat cõtrahens & conſummãs matrimoniũ. Cõfirmatur: Nã cõſũmatio matrimonij eſt actus contrarius voto caſtitatis in ſpeciali, imò omnibus aliis uotis: quod autẽ aduerſatur voto, eſt peccatum mortale ſacrilegij, ergo.

¶ Difficultas autem eſt de illo, qui cõtrahit poſt uotum caſtitatis, & non habet animũ conſummandi matrimonium, ſed tranſeundi ad religionẽ. Et uidetur quòd ſic cõtrahere ſit peccatum mortale.

¶ Primo arguitur ex iure. Nã iura in locis ſuprà citatis expreſſe diffiniunt, quòd uotum ſimplex caſtitatis eſt impedimentũ ad contrahendum, & idem docent omnes Doctores, & in ſpeciali in capit. uouentibus. 27. q. 1. dicitur ex D. Hieron. uouentibus uirginitatem non ſolum nubere, ſed etiam velle nubere damnabile eſt, cap. conſuluit, & c. rurſus, & c. 1. de voto & uoti redemptione, in 6. ergo peccatum mortale eſt in noſtro caſu contrahere matrimonium.

c. conſuluit, & c. rurſus, cap. 1. de uoto, & votiredẽptione in 6.

¶ Secundo arguitur ex doctrina D. Th. in hoc articulo, vbi expreſse dicit, quòd votum caſtitatis impedit contrahendum, ergo peccatum mortale eſt contrahere, etiam ſi talem animum habeat. Nec ualet ſolutio aliquorum aſſerentium, ꝙ D. Tho. & illa iura citata in argumento præcedenti, loquũtur, quando contrahens habet animum cõſummandi matrimonium. Nam D. Tho. & illa iura non diffiniunt illud, quòd clariſſimum erat, videlicet, quòd copula carnalis aduerſatur uoto caſtitatis, ſed ſolum diffiniunt, quòd illud votum ſimplex eſt impedimentum ad cõtrahendum, ergo D. Tho. & iura loquuntur de impedimento ad cõtrahendum, & reſpectu matrimonii rati.

¶ Tertio arguitur ratione D. Tho. quam ponit ſupra, quæſtione 48. articul. 1. ad primum. Nam talis contrahens per tale matrimonium concedit alteri coniugi facultatem ad actum quẽ ſibi non licet exercere, ergo peccat mortaliter. Conſequentia eſt bona. Antecedens explicatur à D. Thom. exẽplo depoſitarii, qui quidem non ſolum peccat, quod actu tradit rem alteri: quam habet apud ſe depoſitam. ſed etiam quãdo tradit illi facultatem accipiendi rem.

¶ Quarto arguitur. Iſte talis per contractum matrimonii obligat ſe ad actum incompoſſibilem cum voto, ſcilicet, ad actum uenereum, ergo frangit fidem Deo datam. Conſequentia eſt bona. Antecedẽs uerò cõſtat. Nam actus venereus nõ ſe compatitur cũ matrimonio. Confirmatur: Si ille, quando contrahit matrimonium, haberet expreſſe animũ conſummãdi matrimonium, peccaret mortaliter, vt ſupponimus tãquã certum, ergo etiam peccat habendo intentionem tradendi facultatem ad talẽ actum, nam vult illum actum virtualiter.

¶ In oppoſitum eſt primo. Talis homo habet firmum propoſitum ſeruandi caſtitatem, nam uult tranſire ad religionem, & nõ facit votum non contrahendi, ergo non peccat mortaliter contrahendo. Patet conſequentia. Nam nõ facit aliquid contra tale uotũ Cõfirmatur argumentũ: Iſte talis neque cogitatione, neque opere facit aliquid contra

contra votum caſtitatis, vt probauimus. Nam iſte habet firmum propoſitum non conſummandi matrimoniū, ergo non peccat mortaliter contra illud votum.

¶Secūdo arguitur. Virgo quæ habet votum virginitatis, & contrahit animo nō cōſummandi matrimoniū, non peccat contra votum virginitatis, ergo nec in noſtro caſu contra votum caſtitatis. Conſequentia eſt euidēs. Nam quantum ad hoc, eadem eſt ratio de caſtitate, & de virginitate. Antecedens probatur. Illa quæ contraxit animo tranſeundi ad Religionē, manet virgo mēte, & corpore (vt patet) nam nihil fecit contra virginitatem, ergo. Confirmatur. Beata Vigo habuit uotum virginitatis, tamē contraxit matrimonium, ergo cōtrahere matrimonium non aduerſatur voto uirginitatis.

¶Tertio arguitur. Matrimonium contractū ſine animo conſummandi illud, non repugnat voto Religionis, ergo non repugnat voto caſtitatis. Conſequentia eſt bona ex paritate rationis. Nam (ut diximus) quantū ad hoc, quod eſt eſſe impedimentum matrimonii, eadem eſt ratio de uoto caſtitatis, & de uoto ſimplici religionis. Antecedēs uero probatur. Nā poſt matrimoniū cōtractum poteſt quis trāſire ad religionē, ut dicemus infra, ergo non repugnat uoto religionis.

¶ Quarto arguitur. Qui conſentit in matrimonium, ſolum cōſentit in copulam carnalē potentia; copula uero carnalis in potētia repugnat uoto caſtitatis, ut de ſe patet, ergo non peccat mortaliter ſic cōtrahēdo. Cōſequētia eſt bona. Maior ꝓbat̃ ex ſæpe dictis: Nā de eſſentia matrimonii ſolum eſt copula carnalis in potētia, & poteſtas ad illā.

¶ Propter hæc argumenta pro utraque parte poſita, ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſententia aſſerit, quod ille qui contrahit in noſtro caſu, peccat mortaliter; imo ponunt regulam generalem, quod in quocunque caſu poſt uotū caſtitatis, uel religionis de ſe loquendo, ſecluſa reuelatione, eſſet peccatum contrahere etiam cum animo tranſeundi ad religionē. Et citant pro hac ſententia D. Thom. in hoc articulo, & ſupra, quæſt. 48. articulo primo, ad primum. Hanc ſententiam tenet Syluester, uerbo, matrimonium 7. quæſt. 5. Nauarro in Manuali, cap. 22. num. 73. Magiſter Sotus etiam uidetur tenere iſtā ſententiam, diſt. 38. quæſt. 2. art. 1.

A ¶ Secunda ſententia eſt huic oppoſita, uidelicet, quod nullū eſt peccatum contrahere matrimonium poſt uotum ſimplex caſtitatis, uel religionis: ſi habeat animum tranſeundi ad religionem. Hanc ſententiā tenet Caiet. 3. par. q. 29. ar. 1. & in Summa, uerbo, matrimoniū. Et alii, qui etiam a Syl ueſtro loco immediatè citato, ut Calderi. & Sūma Angelica. Et multi Thomiſtæ exponentes D. Thom. hic, uel ſupra, quæſtione 48. articulo. Videnda ſunt, quæ diximus ibi.

¶ In huius rei declarationem ſit prima B concluſio. Certiſsimū, eſt ꝙ poſt quā quis vouit uotum ſimplex caſtitatis, regulariter & per ſe loquendo, peccat mortaliter contrahendo matrimonium. In hac concluſione conueniunt autores utriuſque ſentētiæ, & hæc concluſio probatur.

¶ Primo probatur argumentis factis primo loco. quæ hanc concluſionem euidenter conuincunt. Hac enim ratione uotum illud ponitur impedimentum matrimonii.

¶ Secundo probatur concluſio. Quia regulariter, & per ſe loquēdo, qui contrahūt, habēt animū, & intentionem conſummandi C matrimoniū, uel ſaltem exponūt ſe graui periculo cōſummandi illud, uel habendi aliquos tactus impudicos, ergo peccāt mortaliter regulariter & per ſe loquēdo. Et propter hanc rationem iura, & D. Thom. dicūt quod uotum ſimplex caſtitatis, uel religionis, habent rationem impedimenti ad contrahendum.

¶Secunda concluſio. In caſu noſtri dubii prima ſententia eſt probabilis. Secunda uero eſt longe probabilior. Hæc concluſio habet duas partes.

¶Prima pars probatur argumentis factis D primo loco, quæ illam reddunt probabilem: & autoritate Doctorum, qui illam tenent. Confirmātur illa argumenta. Nam iura, & D. Thom. abſolute definiunt, quòd uotum caſtitatis eſt impedimentum ad matrimonium. Et ſolutio aliorum: uidelicet, quod iura & Doctor Angelicus intelligun tur, quando ille, qui contrahit, habet animū uere conſummandi matrimonium: ſolutio (inquam) illa nō omnino ſatisfacit. Nam in iam dictis locis non definiunt id, quod erat clariſſimum, nempe quod poſt uotum ſimplex caſtitatis non eſt licitum habere copulam carnalem: Sed in eo ſenſu definiunt

illud

illud votum ſimplex eſſe impedimentum ad contrahendum, ſed non eſſe impedimentum dirimens: in quo ſenſu definiunt iura votum ſolēne caſtitatis dirimere matrimoniū. Certum autem eſt, quòd in iure definitur, quòd votum ſolenne caſtitatis dirimit quodcunque matrimonium, ſiue ſit cum animo conſummandi, ſiue non, & cū non dirimat copulā ſi forte ſubſequatur, apparet quòd dirimat vinculum matrimonij. Et ſi aliquis uoluerit tenere iſtam ſententiam, debet dicere ad argumenta in oppoſitum facta. Primò quòd qui fecit votum caſtitatis, licet, uerbis expreſſis, & formalibus & in actu ſignato non fecerit votū non contrahendi, illud tamen fecit uirtualiter, & æquiualenter. Quoniam eo ipſo, quòd ſimpliciter & abſolute, & ſine vlla conditione vouit caſtitatem, vouit virtualiter & implicite non contrahere. Nā voto caſtitatis nō ſolum repugnat actus copulę carnalis, ſed etiam obligatio ad talem actum. Dicēdum eſt ſecundo ex dictis, quòd ſi votum virginitatis ſit abſolutum, & nō conditionatum, matrimoniū contrariatur illi. Et cōſequenter eſt dicendum, quòd Beata Virgo ante matrimoniū contractum non habuit uotū abſolutum virginitatis, ſed tantū conditionatum. De quo D.Thom.in 3. part.quæſt. 29. Vnde qui contrahit poſt uotum caſtitatis, uel virginitatis abſolutum, non videtur ſtare fidei Deo datæ per uotum: quia præbet alicui poteſtatem ad uſum coniugalem incompoſſibilem cum tali uoto.

¶ Secunda pars concluſionis probatur argumentis factis ſecundo loco, quæ longe probabiliora ſunt, & præcipuè ultimo argumento, & autoritate Doctorum, qui illam tenent. Cōfirmantur argumenta illa ex c.Commiſſum.de ſponſalibus, ubi conſulitur habenti uotum religionis, quòd cōtrahat matrimonium, ut ſeruet fidem iuramenti, & poſtea ingrediatur religionē, ergo uoto religionis non contrariatur hoc, quòd eſt contrahere matrimonium. Quòd uero iſte haberet uotum religionis conſtat: Nam dicitur in illo cap. priuata lege ductus ad frugem melioris uitæ ſuſpirat. Votum autē ut dicunt Theologi, & Iuriſperiti eſt priuata lex. Quòd ſi quis dicat, quòd aliud eſt de uoto ſimplici religionis, aliud uerò de uoto caſtitatis. Nam qui uouit uotū ſimplex religionis, non uouit actu caſtitatem,

c.cōmiſſum de ſponſalibus.

A & ita contrahere matrimonium, & tradere poteſtatem ad copulam carnalem, non aduerſatur tali uoto, ſi habeat animum conuolandi ad religionē. Cæterum qui aſtringitur uoto caſtitatis, non pōt cōtrahere: quoniam dat poteſtatem ad copulam carnalem ſibi illicitam. Contra hanc ſolutionem arguitur contra autores oppoſitæ ſententiæ, qui ex ipſo iure exiſtimant, quòd conuincitur aperte oppoſita ſententia. Nam iura æqualiter dicunt, ꝙ uotum ſimplex religionis eſt impedimentum ad matrimonium, ſicut uotum ſimplex caſtitatis; at uero ex

B ipſo iure conſtat, ꝙ licitum eſt contrahere poſt uotum ſimplex religionis, ſi habeat animum tranſeundi ad religionē, ergo idē erit de uoto caſtitatis. Et hæc pars concluſionis maximè habet uerum, quādo eſt aliqua utilitas, uel neceſſitas cōtrahendi propter aliquod damnum, uel detrimentum, uel propter aliquod cōmodum: ut iam ſupra dictum eſt in materia de ſponſalibus. Quibus poſitis, reſpondetur ad argumenta facta primo loco, quæ militant cōtra iſtam partem.

C ¶ Ad primum argumentum reſpōdetur iuxta iam dicta in prima concluſione, ꝙ iura loquuntur regulariter, & per ſe loquendo, & ꝙ uotum caſtitatis eſt impedimentum ad contrahendum, ut communiter cōtrahitur cū animo conſummandi matrimonium, uel ſaltem cum periculo conſummādi illud. Et ita intelligitur Diuus Hieronymus: de quo ſatis dictum eſt ſupra quæſtione 48. art. 1.

¶ Ad ſecundum argumentum idem, reſpondetur uidelicet ꝙ D.Thomas intelligitur ſicut iura ipſa. Vnde ſolutio ibi aſſignata eſt optima. Et ad replicam ibi poſitam

D reſpondetur ꝙ nullum eſt inconueniens, ꝙ iura diffiniant id, quod clariſſimum eſt, nā ita ſæpiſſimè faciunt, & ita factam eſt in his iuribus citatis.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur quòd ille, qui contrahit, dat quidem poteſtatem ad copulam carnalem, habet tamen animum nunquam reddendi debitum, quoniam licitè pōt id facere poſt contractum matrimonium, & poteſt ſine ullo peccato non reddere debitum tranſeundo ad altiorem ſtatum. Exemplum uero & doctrina, quæ adducitur ex D. Tho. conuincit optimè communiter, & regulariter loquendo.

Quo-

Quoniam regulariter loquẽdo cõtrahitur, cum animo cõſummandi matrimonium.

¶Ad quartum cum ſua cõfirmatione reſpondetur ex dictis. Et uidenda ſunt, quæ diximus ſupra quæſt. 48.

¶Eſt ſecundum dubium magis difficile, Vtrũ ille, qui contrahit matrimonium poſt votũ caſtitatis, peccet mortaliter de nouo conſummando matrimoniũ, an uero licite poſſit illud facere, ſi petatur debitum, & quod medium debet habere in illo caſu, an teneatur trãſire ad religionem. Et videtur quòd non teneatur tranſire ad religionem nec peccet mortaliter cõſummando matrimonium.

¶Primo arguitur. Talis non tenetur ingredi religionem, nam non fecit uotum de ingrediendа religione, quod eſt bonum altius, quã ſeruare caſtitatẽ, & non eſt aliud medium ad ſeruandam caſtitatem, nã ſi manet in matrimonio non poteſt nõ reddere debitũm, ergo non tenetur ſeruare caſtitatem hoc mõ, ſed poterit conſummare matrimonium ſine peccato. Conſequentia eſt bona. Minor probatur. Quia poſt contractum matrimonium nõ eſt aliud medium ad ſeruandam caſtitatem, niſi profiteri religionem: nam ſi in matrimonio maneat tenetur debitum reddere.

¶Secundo arguitur: Si aliquis debeat alicui centum, non tenetur illa ſoluere cũ iactura omnium bonorũ, vt diffinitur in 3. 2. q. 62. de reſtitutione. Nam tunc reſtitutio moraliter loquendo cenſetur impoſſibilis, ergo qui non poteſt ſeruare caſtitatem niſi profitendo religionem, non tenetur ſeruare illam, ſed põt conſummare matrimonium. Nam tunc ſeruare caſtitatem cenſetur impoſſibile moraliter loquendo, cum non poſſit fieri niſi per profeſſionem, quæ includit iacturam omniũ bonorum, cum ſit totalis traditio.

¶Tertiò arguitur. Bona inferioris ordinis non ſunt reſtituenda cum detrimento bonorum ordinis ſuperioris per ſe loquendo, vt diffinitur in eodem loco: nõ enim debemus reſtituere bona fortunę cũ detrimẽto famæ vel honoris vel bonorũ naturaliũ. ergo neque debemus ſoluere votum caſtitatis cũ detrimento in rebus ſuperioris ordinis, in profeſſione. n. ſolenni fit detrimentum in rebus altioris ordinis. Confirmatur Religio non eſt medium ordinatũ ad ſeruã A dam caſtitatem, ergo qui contraxit poſt uotum caſtitatis, non tenetur profiteri religionem, ſed poterit cõſummare matrimonium. Antecedens probatur. Nam profeſſio religionis eſt quid excellentius, quam caſtitas, vt manifeſte conſtat, ergo profeſſio religionis non eſt medium ad caſtitatem. Res enim ſuperioris ordinis non poteſt habere rationem medii in ordine ad rem ordinis inferioris, ut per ſe eſt notum.

¶Quarto arguĩt. In ſtatu religionis obligãt homo ad relinquenda omnia bona ſua B tẽporalia ex vi voti paupertatis, & ad relinquendam propriam libertatem per votum obedientiæ, ergo quãdo tantum emiſit uotum vnius caſtitatis, ad eius obſeruationẽ non debet obligari homo ad relinquenda omnia bona, & libertatem, quæ obligatio eſt in ſtatu religionis.

¶In oppoſitum eſt primo. Nam aliàs ſequitur, quòd aliquis poſt uotum caſtitatis poſſit contrahere, & cõſummare matrimoniũ ſine peccato mortali, conſequens apertè eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela prpbatur: Nã (vt diffiniuimus in præ C cedenti dubio) ſecundum probabiliorem ſententiam, poteſt cõtrahere ſine peccato, ergo ſi poſt contractum matrimonium poteſt illud conſummare, poterit contrahere & cõſummare ſine aliquo peccato mortali.

¶Secundo arguitur. Si quis poſt votum caſtitatis non ſolũ contrahat, ſed conſummet matrimonium, reddit ſe in conſummatione impotentem ad ſeruandum uotum, ergo peccat mortaliter. Probatur conſequentia. Nã qui ſe impoſſibilitat ad ſeruãdum votũ emiſſum mortaliter peccat. Antecedens vero probatur. Nam ante conſum D mationem matrimonii poterat ſeruare uotum caſtitatis, poſt cõſummationem uero minime: nam ſaltem tenetur reddere debitum, ergo reddit ſe impotentem ad ſeruandum votum caſtitatis.

¶Tertio arguitur. Qui habet votum caſtitatis, & non põt ſeruare illud in ſæculo ſine periculo mortali, teneť ingredi religionem, (quia nõ habet aliud medium ad ſeruandum votum) ſed iſte de quo loquimur non poteſt ſeruare votũ caſtitatis, niſi ingrediendo religionem (vt conſtat) nam ſi non ingreditur, debet cõſummare matrimonium, ergo tenetur ingredi religionẽ.

¶ Propter

¶Propter hæc argumēta pro utraq; parte poſita ſunt duæ ſententiæ oppoſitæ. Prima ſententia eſt negatiua,uidelicet, ꝙ non peccat mortaliter conſummando matrimonium per redditionem debiti, & quòd non tenetur ingredi religionem ad ſeruandam caſtitatem. In hac ſententia dicitur fuiſſe Magiſter ſapientiſſimus Victoria. Eam tenet Magiſter Sotus in 4. diſt. 38. quæſt. 2. ar. 1. & eā ſequũtur multi diſcipuli D.Th. Et hæc ſententia tribuitur Angelo, & Cordubæ in quæſtionibus quæſt.136. puncto. 2.& allegat pro ea Veracruz in Appendice ad ſpeculum coniugiorum.

¶Secunda ſentententia eſt huic oppoſita uidelicet,ꝙ peccat mortaliter conſummando matrimonium,ēt per redditionem debiti, & ꝙ poſt contractum matrimonium tenetur ingredi religionem. Hāc ſententiā uidetur tenere Doctor Angelicus in hoc articulo.Palud.in 4.diſt.38.q.3. art.3. Syluester uerbo matrimonium 7. §. 5. ubi citat Calder.& Richardum Caiet.uerbo matrimonium.Nauarro in Manuali,capite 12. num.73. & cap. 22. nu.79. Et quidam dicunt ꝙ frater Petrus de Soto tenet hanc ſententiam, & tenent eam multi expoſitores D.Thom.

¶In huius rei expoſitionē fit prima concluſio.Certiſſimū eſt, quòd ſi ille qui poſt uotum caſtitatis contraxit matrimonium, non eſt aptus religioni,& quòd nō recipietur in aliquo monaſterio,nō tenetur ingredi religionē,ut ſeruet caſtitatem: ſed poterit conſummare matrimoniū reddendo debitum. Hæc concluſio eſt certiſſima apud omnes & clariſſima.Ratio illius eſt in prōptu.Quoniam tunc religio nō eſt medium poſſibile moraliter loquendo,& ita non tenetur ingredi religionem, & non eſt aliud medium ad ſeruādam plene caſtitatē,ergo.

¶Aduertendum tamen eſt, quòd in noſtra ſententia ſi iſte talis antequam contraheret,ſciebat, quòd nō erat aptus religioni mortaliter peccauit cōtrahendo.Quoniam contraxit cum animo conſummandi matrimonium.

¶Secunda concluſio.Certiſſimum eſt,ꝙ ſi ille,qui contraxit poſt uotum ſimplex caſtitatis aliqua ratione,& uia poteſt manere in matrimonio ſine eo,quòd conſummet illud,non tenetur ingredi religionem.V.g. ſi alter coniux, qui non uouit, cedit iuri ſuo

A ad petendum debitum,nō tenebitur ingredi religionem ad ſeruandā caſtitatem. Item quando alter coniux amiſit ius ad petendū debitum ante conſummationem matrimonii,uel quia incidit in fornicationē,uel alia de cauſa:in his enim caſib. non tenetur ingredi religionem. Ratio huius cōcluſionis eſt aperta.Nam tunc extra religionem hēt medium aptum ad ſeruandum uotum caſtitatis,ergo non tenetur ingredi religionē ad illam ſeruandam. Et in hac ēt concluſione omnes conueniunt. Tota autem difficultas eſt,quando ille, qui uouit nō hēt aliud
B medium ad ſeruandam caſtitatem, niſi ingredi religionem.

¶Tertia concluſio. Probabile eſt, quod in caſu huius dubii non eſt peccatum mortale,conſummare matrimonium, & ꝙ non tenetur tranſire ad religionem;probabilius tamen mihi uidetur oppoſitum. Hæc concluſio duas habet partes.

¶Prima pars probatur autoritate Doctorū, qui illam tenent, & argumentis factis primo loco,quæ ſunt probabilia. Quæ omnia cōfirmātur.Si ille teneretur ingredi religionem, ſequitur, quòd teneatur illam
C profiteri, (quod quidem concedit Caietanus loco citato),conſequens aūt eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur.Sequela probatur.Nam ſine perſeuerantia in religione,& profeſſione non datur medium ad ſeruādā caſtitatem. Nam ſi non facit profeſſionem ſtatim tenebitur redire ad matrimonium, & conſummare illud.Falſitas conſequentis probatur.Nā eſt difficile creditu, & duriſſimum:quod teneatur quis profiteri in illo caſu. Et hoc probatur ratione. Nam uotū caſtitatis præciſe non magis obligat in ordine ad religionem, quam ipſum formale
D uotum ſimplex caſtitatis: imo non obligat tantum,cum non ſit formaliter uotum religionis. Sed qui uouit formaliter religionē non tenetur ſemper facere profeſſionem,& in religione perſeuerare; nam ſecundum ius commune hēt ius ad probandam religionem,& ſi bona fide comperiat, quòd religio ſit ſupra uires illius, non tenetur profiteri, ergo uotum caſtitatis non obligat ad profeſſionem.

¶Et aduertendum eſt, quòd qui uoluerit tenere iſtā partem huius concluſionis, debet dicere,quòd ingredi religionem poſt contractum matrimonium licet ſit mediū

poſſibile, Metaphyſice loquendo, non tamen mortaliter eſt medium poſſibile propter maximam huius rei difficultatem? & ita non eſt obligandus ad hoc, licet ſit illi conſulendum, quoniam eſt medium altioris ordinis. Item dicendum eſt, quod ſi aliquis dum manet in ſęculo, non poteſt ſeruare votum caſtitatis, quod emiſit, non tenetur ingredi religionem propter maximam difficultatem. Quamuis tunc erit legitima cauſa, vt Summus Pontifex diſpenſet cum illo in uoto, ut contrahat matrimonium. Denique ſecundum iſtam ſententiam dicendum eſt, quod poſt uotum ſimplex caſtitatis peccatum eſt mortale contrahere matrimonium. Quoniam per hoc quod contrahit de obligaretur a uoto. Ex dictis ſoluuntur argumenta ſecundo loco poſita.

¶ Secunda pars concluſionis probatur autoritate. Doctorum, qui illam tenent, & præcipue autoritate D. Thom. & Caiet. & argumẽtis factis ſecũdo locundo, quæ ſunt probabiliora. Præcipue hoc conuincit primum argumentum in oppppoſitum ſuppoſita definitione dubii præcedentis. Et ita Angelicus Doctor in hoc articulo expreſſe dicit: quod conſummare matrimoniũ poſt votum caſtitatis eſt peccatum mortale de nouo. Vnde reſpondendum eſt argumenta facta primo loco: quæ militant contra iſtã partem concluſionis.

¶ Ad primum argumentum reſpõdetur quod in tali caſu tenetur ingredi religionẽ: non quia uouit religionem: ſed quia uouit caſtitatem, quam ſeruare non poteſt hic & nunc, niſi ingrediendo religionem. Itaque veluti obligatur per accidens ad ingrediendam religionem ratione voti caſtitatis. Sæpe enim contingit, quod vnum præceptum etiam excellentius obliget per accidens ratione alterius, ut præceptum de charitate, vel cõtritione poteſt aliquando obligare per accidens propter obſeruationem alterius præcepti inferioris. Etenim ſi aliquis eſt in periculo fornicãdi, & mortaliter non poteſt vincere tentationẽ, quia eſt extra gratiam Dei (quod poteſt cõtingere in aliquo caſu) tenebit conteri ꝑ accidẽs: & in eodẽ caſu tenebit ꝓcepto religionis ad orãdũ Nõ diſſimiliter in noſtro caſu ad ſeruãdã caſtitatem, q̃ uouit, per accidens tenebitur ingredi religionem, & profiteri.

A ¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur primo, quòd profiteri religionem non eſt detrimentum ſed potius eſt maximum bonum, & beneficium Dei: & ita nõ eſt eadem ratio. Secundo reſpondetur quod qui debet centum ex iniuſta acceptione debet illa reſtituere, etiam cum detrimento in bonis ſuis, qui uero contraxit poſt votũ caſtitatis ſecundum probabilem ſententiã, ſua culpa debet caſtitatẽ, & non poteſt hoc ſoluere hic & nunc, niſi ingrediẽdo religionem & ideo tenetur ſeruare caſtitatem per profeſſionem religionis, illud vero detrimẽtum (ſi detrimẽtum eſt) ſibi imputet. Prior
B tamen ſolutio eſt longe melior.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur quòd profeſsio religionis habet maximam affinitatem cũ uoto caſtitatis, & fere ſunt eiuſdẽ ordinis & rationis, & profeſſio ipſa religionis eſt medium per ſe ordinatum ad ſeruandam caſtitatem, & ideo aliquando tenetur quis ingredi religionem ſeruandam caſtitatem. Vẽdere vero ſeipſum uel aliud detrimẽtum in bonis naturæ uel famæ, vel honoris non eſt medium per in ordinatum ad reſtituenda bona fortunæ.

¶ Ad cõfirmationẽ reſpondetur, quod ſicut aliquando uirtus ſuperior eſt neceſſa-
C ria ad uirtutem inferiorem, ſicut charitas eſt neceſſaria ad religionem, quæ exhibet debitum cultum Deo. (Nã charitas purificat cor, vt docet D. Thom. in 2.2. quæſtio. 81. articulo. 6. eſt 1.) & tunc uirtus ſuperior non habet rationem medii omnino reſpectu uirtutis inferioris, ſed potius habet rationem cauſæ perficientis virtutem inferiorem, quæ adducitur ad eius perfectionẽ ita etiam dicendum eſt, quod profeſſio religionis in noſtro caſu non habet omnimodam rationem medii reſpectu uoti caſtitatis, ſed habet rationem cauſæ perficientis. Item dicendum eſt, quod uirtus ſuperior,
D & id, quod eſt excellentius per ſe loquendo non ordinatur ad inferiorem bene tamen per accidens & aliquo ſuppoſito.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur quod quamuis iſte talis ſolum emiſerit votum caſtitatis, & ex vi uoti ſolum teneatur ad ſeruandam caſtitatem, tamen per accidens, quia non poteſt aliter ſeruare caſtitem hic & nũc, tenetur emittere votũ religionis Sicut præceptum de non fornicando ex ui ſua ſolum obligat ad fornicandum,

dum,cæterum ſi non poteſt hoc adimplere niſi media oratione, tenebitur per accidens præcepto orationis,vt iam dictum eſt.

¶ Circa illa,quæ diffinita ſunt in his dubiis, ſunt etiam aliqua dubia breuiſſima annexa illis.Primum dubiũ eſt, An ille, qui poſt votum ſimplex caſtitatis contraxit matrimonium, & illud conſumauit prima uice ſiue petendo,ſiue reddendo debitum: (in quo quidẽ peccauit vt diximus) poſſit poſtea nõ ſolum reddere,ſed etiam petere. Ratio dubitãdi a parte affirmatiua eſt. Nã iſtud matrimonium eſt iam perfectum, & conſummatũ, de ratione uerò matrimonii eſt, quòd ſit ius ad petendum, & obligatio ad reddendum, ergo poterit iſte talis non ſolum ponere,ſed etiam reddere.

¶ In oppoſitum eſt. Nam iſte talis habet obligationem voti caſtitatis, quæ pertinet ad uirtutem religionis, & antecedit ipſum matrimonium,ex vi vero uoti obligatur ad hoc quod eſt non habere actum venereũ,ergo ex vi uoti nec petere, nec reddere põt.

IN hac difficultate aliqui Doctores exiſtimãt,quod iſte talis poteſt petere, & reddere deb tum abſolute, & quòd poteſt uti matrimonio ſine aliqua limitatione. Ita tenet Hoſtienſis, & Cardinalis, ſuper cap. rurſus qui clerici uel uouenes.atque alii, quos citat gloſſa ſuper cap. Siquis poſt uotum.27.quæſt.1.

ca. ſi qs poſtuotũ,27.q. 1.

¶ In huius rei expoſitionem ſit prima cõcluſio. Iſte talis tenetur reddere debitum, ſi petatur,quomodocunque petatur. Hæc concluſio eſt omnium Theologorum,& Iuriſperitorum: Et probatur.

c. quidã de cõuerſione cõiug. 1. Cor. 7. c. placet. eo.ti. ca. Trãsmiſſæ.de eo q cognouit cõſãguineã d uxoris.

¶ Primo. Ex capitulo,Quidam,de cõuerſione cõiugatorum, vbi expreſſe diffinitur cum dicitur, quòd nõ reddere debitum nõ eſt in poteſtate unius coniugis,ſed in poteſtate alterius, ſecundum illud 1. Corinth. 7. Vir non habet poteſtatem ſui corporis ſed mulier. Idem diffinitur in capit. Placet eodem titulo.& in cap. Tranſmiſſæ de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris, ubi diffinitur quod iſte talis tenetur reddere debitum,ergo.

¶ Secundo probatur concluſio ratione deſumpta ex dictis. Quoniam (ut dicit Paulus) uir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier,& ècontra, ergo ſi alter coniux petat debitum,alius te ietur ex iuſtitia, & fidelitate reddere debi.um.

A ¶ Aduertendum tamen eſt, quod diximus in concluſione quomodocunque petatur debitum.Nam ut dicit D. Tho. hic in ſolutione ad quartum, coniux poteſt petere debitum dupliciter uno modo formaliter,& expreſſe, alio modo interpretatiuè, ut quando mulier uerecunda eſt,& uir ſentit eius voluntatem. Tunc enim ſine peccato poteſt ad illam accedere. Nam quamuis uideatur petitio debiti, tamen reuera eſt redditio.

¶ Secunda concluſio. Certiſſimum eſt, quod iſte talis nõ poterit petere debitum. B Hæc eſt expreſſa ſententia D. Thom. hic, & Magiſtri Soto in 4.diſtin.38. quæſtione 2.articulo 1. imo eſt omnium Theologorum,& eſt cõmunis inter omnes Iuriſperitos. Et probatur

¶ Primo ex iuribus citatis pro cõcluſione,præcedit, in quibus expreſſe dicitur, quòd licitum eſt reddere debitum,nullo tamen modo petere,ergo.

¶ Secũdo probatur concluſio ratione clara. Iſte talis ratione uoti ꝑpetuæ caſtitatis tenetur ſeruare caſtitatẽ in eo, quod põt. Sed iſte talis poteſt ſeruare illam quantum C ad non petendum; nam ex ui obligationis matrimonialis non obligatur petere debitum,ergo tenetur non petere.Itaque ratione uoti non poteſt ita libere uti matrimonio, ſicut ille,qui non habet uotum. Nam cum illud uotum per matrimonium nõ ſit extinctum,habet,vim quãtum ad id, quod poteſt,ſcilicet,quantum ad hoc, quod non poſſit petere debitum.

¶ Aduertendum tamen eſt, quod iſte talis poſt conſummationẽ matrimonii poterit petere diſpenſationem ad petẽdum debitũ, ut dicit Magiſter Sotus in illo articu- D lo primo.& habet cauſam ad illam petendã propter periculum. Et dicit quod quando non eſt acceſſus ad Romanum Pontificem, & alii addũt,uel ad nũcium,poterit ordinarius diſpenſare ad cauendum illud periculũ incõtinentiæ. In quo caſu aliqui moderni dicunt, quòd ordinarius non poteſt diſpenſare: Quoniam eſt facilis aditus ad nunciũ, niſi ſit ita pauper,ut non habeat pecuniam quam mittat ad nunciũ.Et hac facta ſuppoſitione nõ dubiũ,quin ordinarius poſſit diſpenſare. Vide Nauarrum in Manu. capit. 16.numero.30. ubi citat alios autores pro hac ſententia. Aduertit tamen, quod per

hoc

hoc nō intelligitur, quòd alius à Romano Pontifice poſſit abſolute diſpēſare in uoto caſtitatis. Et ita ſi diſpēſent Nūcius, uel Ordinarius, vt petat debitum, mortua uxore tenebitur ſeruare caſtitatem. Vide Caietanum 1.2. quæſtione 97. articulo 4. & Sotum libro 1. de iuſtitia & iure quæſt. vlt. artic. vlt.

¶Ad rationem dubitandi, quæ militat contra ſecundam concluſionem reſpondetur ꝙ quamuis tale matrimonium ſit perfectum, & conſummatū, & cōſequenter talis, qui habet votum caſtitatis, habet ius iuſtitiæ ad petendum debitum, eſt tamen impeditus per tale votum, quod quidem modo habet vim, quantum ad id, quòd poteſt, & ita impedit petitionem debiti.

¶Ad rationē in oppoſitum, quæ militat contra primam concluſionem reſpondetur quòd ex vi uoti nullum actum venereum habere pōt. Nihilominus tamen quoniam talis non obſtante uoto tranſtulit dominiū ſui corporis in alterum; alius habet ius ad petendum, & qui habet uotum, poteſt, & tenetur reddere. Quoniam uotum quantū ad hoc eſt ueluti impeditum per tranſlationem dominij.

¶Secundum dubium coniunctum præcedentibus eſt. Si antequam duo contraherēt matrimonium, fecerant votum ſimplex caſtitatis; an poſt contractum licite poſſit quilibet illorum petere debitū. Et uidetur ꝙ poſſit. Nā alias in tali matrimonio uero nō poſſet eſſe petitio & redditio debiti, ergo.

¶Prima cōcluſio. In iſto caſu neuter poteſt licite petere. In hac cōcluſione conueniunt Theologi. Et ratio pro hac concluſione eſt. Nam iſti per uotum caſtitatis ſe obligarunt ad ſeruandam caſtitatem, & non obſtante matrimonio poſſunt illā ſeruare non petendo debitū; nā obligatio matrimonii non ſe extendit ad hoc, quòd teneātur petere debitum, ergo tenentur non petere. Et hoc conſtat ex concluſione ſecunda dubii præcedentis. Vnde ad rationem dubitandi dicendū eſt, quòd non eſt inconueniens, quòd in tali matrimonio nō poſſit eſſe petitio & redditio debiti propter impedimentum extrinſecum ad rationē matrimonii, quale eſt uotum caſtitatis: ſicut impeditur naturalis inclinatio lapidis ab extrinſeco per impedimentum extrinſecū, ita ut nunquam deſcendat.

A ¶Eſt tamen adhuc maior difficultas circa hoc. An ſi alter illorum petat debitū cōtra obligationem uoti, alter teneatur reddere. Ratio dubitādi à parte negatiua eſt. Nā iſte talis petendo debitum peccat mortaliter peccato ſacrilegii, imo in ipſo actu matrimoniali peccat tale peccatum, ut conſtat: ergo alius non debet reddere. Alias enim cooperaretur peccato alterius. Sylueſter, uerbo, matrimonium, 7. quæſtione quinta dicto ſexto docet, quòd iſte talis non tenetur reddere debitum, imo nec poteſt.

B ¶In huius rei expoſitionem ſit ſecunda concluſio. In tali caſu alter pōt licite reddere, ac ſubinde tenetur reddere. In hac concluſione conueniunt communiter Theologi. Ratio eſt. Nam quamuis alius petendo peccet contra uirtutem religionis, nihilominus tamen habet ius iuſtitiæ ad petendum. ergo alius ex iuſtitia tenebitur reddere quòd ſuum eſt. Confirmatur: Ille, qui reddit debitum in iſto caſu, non concurrit ad illicitam petitionem alterius, ſed ſolum ſoluit debitum ex iuſtitia, nam quamuis alius peccet contra religionem, non peccat contra C iuſtitiam, ergo alius tenetur reddere rē ſuam. Sit optimum ſimile: Si aliquis tibi debeat centum aureos, & modo ſit oppreſſus graui neceſſitate, ſi modo ab eo petas tuū debitum, cum alias cōmode excuſare poſſes peccabis quidem contra charitatem nō ſuccurrēdo graui neceſſitati proximi, cum poſſit, nō tamē peccabis contra ius iuſtitiæ quia habeas ius iuſtitiæ ad hoc. Vnde ad rationem dubitandi dicēdum eſt, quòd quamuis alius petendo debitum peccet mortaliter peccato ſacrilegii, tamen alias non cooperatur peccato illius, ſed ſolum reddit D debitum alteri. Conſulendum tamen eſt illis, vt ſtatim petant diſpenſationem propter periculum incontinentiæ.

¶Sed adhuc eſt difficilius dubiū. An quādo vterque coniux poſt matrimonium contractum vouēt caſtitatem, & alter illorum nihilominus petit debitum, an alius teneatur reddere. Et certa res eſt, ꝙ alter petendo debitum peccat mortaliter contra uirtutem religionis, & contra uotum. Et uidetur quòd teneatur reddere debitū. Quia in caſu præcedentis concluſionis tenetur reddere debitum, ergo etiam in iſto caſu. Probatur conſequentia ex paritate rationis. Nam

quòd uotum ſimplex caſtitatis antecedat, vel ſubſequatur, impertinens eſt ad iſtam obligationem. Confirmatur hoc argumentum & explicatur. In caſu ſecundæ cõcluſionis, ideo alius tenetur reddere debitum, quoniam alius petendo ſolum peccat contra religionem, non verò contra iuſtitiam, nam petit quòd ſuum eſt, ſed in iſto caſu ſolum etiam peccat contra religionem, nõ verò contra iuſtitiam, ergo tenebitur etiam reddere debitum.

¶ In oppoſitum eſt. Nam eo ipſo, quòd ex mutuo conſenſu emittunt uotũ caſtitatis, videntur cedere iuri ſuo, ergo alter non tenetur reddere debitum.

¶ In huius expoſitionem ſit tertia concluſio. Si uotum caſtitatis emiſſum poſt matrimonium non ſit factum mutuo conſenſu, ſed quilibet illorum facit illud ſeorſum, ſi alius petat debitum, alter tenebitur reddere. Si autem ex mutuo conſenſu ſit factum, non eſt improbabile, quòd ſi alter petat debitũ, alius tenebitur reddere, longe improbabilius videtur oppoſitũ. Hæc cõcluſio habet tres partes. Prima pars concluſionis intelligitur, ſi vterq; ſeorſum faciat uotũ caſtitatis quantum ad id, quod poteſt, uidelicet, quantum ad hoc, quod eſt non petere. Et probatur, hæc pars. Nam in iſto caſu habent uim argumenta facta primo loco, & tunc non currit argumentũ factum in oppoſitum, nam tunc non uidentur cedere iuri ſuo. Secunda pars probatur argumentis factis primo loco, quæ nõ ſunt omnino improbabilia. Tertia & ultima pars probatur argumento facto in oppoſitum, quod videtur magis probabile. Et ita cũ petens iam ſit viſus cedere iuri ſuo, non habet ius iuſtitiæ ad petendũ: & ita alius non tenebitur reddere, & conſequenter nec poterit. Alias enim ſua voluntate cooperabit peccato alterius. Quòd vero in iſto caſu cedat iuri ſuo moraliter loquẽdo uidetur manifeſtum. Nam ex mutuo conſenſu emittũt tale uotum: & ita eo ipſo, quòd ex mutuo conſenſu illud faciunt, uidetur eſſe contractus implicitus de non petendo debitũ, unde uidentur credere iuri ſuo. Quare hæc ſententia eſt probabilior.

¶ In hac etiam prima parte huius articuli explicandum eſt, quomodo alia duo uota ſimplicia, ſcilicet, uotum ſimplex religionis, & uotũ ſimplex aſſumendi ſtatum clericale habeant rationem impedimenti.

¶ Et ut hoc explicemus dubium eſt: An in ratione impediendi matrimonium ſit eadẽ omnino ratio de huiuſmodi uotis ſimplicibus: atque de uoto caſtitatis: ita ut omnia, quę dicta ſunt de uoto caſtitatis, dicẽda ſint de huiuſmodi uotis ſimplicibus. Et ratio dubitandi eſt. Nam hęc duo uota ſimplicia etiam habent rationem impedimenti matrimonij, ergo habent ſe eodem modo per omnia, atque uotum caſtitatis. In oppoſitum eſt. Nam iſta duo ultima uota diſtinguntur à uoto caſtitatis quantum ad materiam: nam uotum caſtitatis immediatè verſatur circa uirtutem temperantiæ, alia uerò duo uota verſantur immediatè circa uirtutem religionis.

¶ In huius rei declaratione ſit prima concluſio. Huiuſmodi duo uota ſimplicia in ratione impedimenti matrimonii aliquo modo habent eandem ratione cũ uoto caſtitatis, & aliquo modo diuerſam: & ita quantũ ad aliqua conueniunt cum uoto caſtitatis, & quantum ad aliqua differunt. Hæc cõcluſio probatur manifeſtè argumentis factis pro utraque parte. Argumentum enim propoſitum in principio cõuincit, quòd aliquo modo conueniant. Argumẽtum uerò factũ in oppoſitum cõuincit quòd aliquo modo differant. Quomodo uero conueniant, & quomodo differant, explicabitur in ſequentibus concluſionibus.

¶ Secunda concluſio. Huiuſmodi duo vota conueniunt cum uoto caſtitatis quãtum ad hoc, quòd ſi aliquis contrahet matrimonium cum animo conſummandi illud poſt uotum ſimplex religionis, uel aſſumẽdi ſtatum clericalẽ peccat mortaliter, ſicut dictũ eſt, quòd peccat mortaliter, qui contrahit cum animo conſummandi matrimonium, ille, qui habet votum ſimplex caſtitatis. Hæc concluſio eſt communis omnibus Doctoribus: & probatur primo. Ex iuribus ſupra citatis in tertio notabili; & fundamẽto poſito in principio huius artic. vbi huiuſmodi duo vota ſimplicia conſtituuntur impedimenta matrimonij, ſicut ponitur uotũ ſimplex caſtitatis, ergo peccatũ eſt mortale contrahere poſt huiuſmodi vota, ſicut eſt peccatum mortale contrahere poſt uotum caſtitatis.

¶ Secundo probatur concluſio. Qui ita contrahit ponit impedimentum, ne perſoluat

uat rẽ Deo promiſſam, ergo peccat mortaliter peccato ſacrilegii contrahendo cum animo conſummandi matrimoniũ. Conſequentia eſt euidens, & antecedẽs eſt per ſe notum. Nã poſt matrimonium conſummatum non poteſt quis aſcendere ad ſtatum religionis, uel ad ſtatum clericale.

Ex dictis colligitur aperte, quod regulariter & cõmuniter loquendo contrahere poſt huiuſmodi uota eſt peccatum mortale, ſicut contrahere poſt uotum ſimplex caſtitatis. Ratio eſt aperta. Nam regulariter, & communiter contrahitur matrimonium cum animo conſummandi illud.

¶ Secundo ſequitur ex dicta concluſione quod ſi quis contraxit poſt huiuſmodi duo uota ſimplicia, & conſummauit matrimonium, in ipſa conſummatione eſt peccatum mortale. Ratio eſt aperta. Nam in ipſa conſummatione reddit ſe impotentẽ ad adimpletionem talium uotorum, ergo tunc peccat mortaliter.

¶ Tertia concluſio. Certum eſt, quod nõ eſt peccatum mortale contrahere matrimonium cum animo tranſeundi ad religionem poſt uotũ ſimplex religionis, vel poſt uotum ſimplex aſſumendi ſtatum clericale. Et in hoc differunt huiuſmodi uota a uoto ſimplici caſtitatis. Nam non eſt certum, quod non ſit peccatum mortale contrahere poſt uotum ſimplex caſtitatis, etiam ſi contrahat cum animo tranſeundi ad religionem. Nam (vt diximus in hoc articulo dubio. 1.) probabile eſt oppoſitũ. Ratio huius concluſionis deſumitur eſt differentia, quæ eſt in materia horum uotorum. Nam uotum caſtitatis obligat ad non habendum actum venereum, in matrimonio verò datur poteſtas ad actum venereum, & obligatur contrahens ad illũ, & ita eſt probabile quod eſt peccatum contrahere poſt tale uotum, uotum uero religionis uel aſſumendi ſtatum clericalẽ non obligat ad caſtitatem, & ita quantumcunque detur poteſtas ad actum uenereum, non eſt mortale, ſi habeat animum tranſeundi ad religionem.

¶ Quarta concluſio Si poſt votum religionis aut ſtatus clericalis matrimonium fuerit conſummatũ, poſtea licitum eſt libere vti matrimonio tam petendo, quam reddendo debitum; in quo eriam differunt huiuſmodi vota à voto ſimplici caſtitatis. Hæc concluſio probatur. ¶ Quoniam hu-

A iuſmodi vota non habent maiorem obligationem, quã præceptũ affirmatiua, ſed poſtquam conſummatum eſt matrimoniũ ablata eſt facultas, & opportunitas implẽdi tale præceptum, ergo ad nihil tenetur. Confirmatur argumentum. Iſte talis non tenetur ad caſtitatẽ, niſi poſtquam eam in religione aut in ſacro ordine pmiſerit: ſed durante ſtatu matrimonij non tenetur illam profiteri, cum non ſit poſſibile, ergo nec ſeruare illam.

¶ Aduertendum tamen eſt, quòd ſi iuſtã cauſam haberet diuortii iſte talis, relicta

B uxore teneretur ad religionem, aut ſacros ordines tranſire. Quoniam votum obligat, & opportunitas & poſſibilitas adeſt. Si autẽ feciſſet votum non nubendi quanquam ſit negatiuum, poſt contractum matrimoniũ ad nihil aliud tenetur eo perſeuerante, niſi ad hoc, quod mortua uxore ſine nouo peccato non poterit cum ſecundo contrahere matrimoniũ. Hæc dicta ſunt de huiuſmodi votis ſimplicibus quantum ad primũ, ſcilicet, quantũ ad hoc ꝙ eſt impedire. Ex hoc manet explicata prima pars primæ cõcluſionis Doctoris Angelici in hoc articu-

C ¶ In ſecunda parte huius articuli explicanda eſt ſecunda pars concluſionis D. Tho. Et ut more ſolito procedam.

¶ Dubium eſt an huiuſmodi vota ſimplicia, ſcilicet uotum caſtitatis, religionis, & aſſumendi ſtatum clericalẽ dirimat matrimonium. Itaq; matrimonium poſtea factũ nullum ſit. Videtur vera pars affirmatiua. c. Rurſus. qui

¶ Primo arguitur ex cap. Rurſus. titulo. qui clerici vel vouentes, vbi expreſſè diffinitur, quod uotum ſimplex caſtitatis obſeruãdum eſt. Et reddit Summus Pontifex rationem dicendo. Quod cum ſimplex uo- clerici, vel vouentes.

D tum apud Deum non minus obliget quam ſolenne, &c. Tunc ſic, ſed uotum ſolemne propter ſuam obligandi vim non ſolum impedit matrimonium cõtrahendũ, ſed etiam dirimit contractum, vt conſtat & dicetur infra. ergo etiam uotum ſimplex non ſolũ impedit contrahendum, ſed etiam dirimit contractum.

¶ Secundo arguitur & confirmatur, explicaturque argumentum præcedens. Nam votum ſimplex, & votum ſolẽne ſunt eiuſdẽ ſpeciei, vt diffinitur in materia de voto, in 2.2.q.88. ac ſubinde obligatio vtriuſque voti eſt eiuſdem rationis & ſpeciei: ſed vo-

tum ſolenne ex ui ſuæ obligationis habet non ſolum impedire matrimoniũ, ſed etiã dirimere contractum, ut dicitur in illo loco, & nos dicemus infra: ergo ſimiliter uotum ſimplex, cum habeat eandem uim obligatoriam, non ſolũ impedit contrahendum ſed etiam dirimit contractum.

¶ Tertiò arguitur. Omnis illicita obligatio eſt irrita & nulla iure naturali, ut ſi quis obligaretur ad aliquod homicidium uel ſacrilegium, ſed obligatio qua quis obligatur ad matrimonium poſt illa uota ſimplicia, eſt illicita, & mala, & ſacrilega: nam ut dictum eſt, ſacrilegium eſt ita contrahere: ergo talis obligatio eſt irrita, & nulla iure naturali: ac ſubinde uotum ſimplex dirimit matrimonium.

¶ Vltimò arguitur ex quadam noua conſtitutione Gregorij XIII. data Anno Domini 1584 Vbi determinatur, quòd uotũ ſimplex caſtitatis in Societate Ieſu in aliquo ſpeciali caſu, nempe quando adiungitur aliis duobus uotis ſimplicibus obedientiæ, & paupertatis, poſt bienniũ probationis expletum, dirimit matrimoniũ poſtea factum, & inhabilitat perſonas ſic uouentes ad cõtrahendum, ergo aliquod uotum ſimplex dirimit matrimonium.

¶ In huius rei expoſitionẽ ſit prima concluſio. Certiſſimum eſt, quòd uotum ſimplex caſtitatis, & religionis, & uotum ſimplex aſſumendi ſtatum clericalẽ, non dirimunt matrimoniũ ex natura ſua, nec ex iure poſitiuo antiquo. Hæc eſt cõmunis ſententia omnium Theologorum, & Iuriſperitorum. Ita Doctor Sanctus hic, & oẽs eius diſcipuli: imo nullus eſt qui oppoſitum dicat. Vide Doctores in 4. d. 38. & ibi Magiſtrum c. 2. ubi conſtituunt differentiam inter uotum ſimplex, & ſolenne, ꝙ ſolenne ex natura ſua, & iure antiquo dirimit matrimonium, uotum verò ſimplex minimè.

¶ Probatur concluſio. Primo ex ipſo iure antiquo, titulo, Qui clerici, vel vouentes, cap. conſuluit, & cap. Rurſus, & in cap. unico, de voto, & voti redemptione in 6. & in c. Quidam, 27. diſt. in quibus omnibus expreſſe diffinitur, quòd votum ſimplex impedit contrahendum, non tamen dirimit contractum, ergo.

¶ Secundo probatur concluſio ratione deſumpta ex natura rei. Ad rationem matrimonij ex natura rei ſolũ requirit uera

A tranſlatio dominij in alterum, ut conſtat: ſed ſtante voto ſimplici põt eſſe vera tranſlatio dominij: ergo uotum ſimplex ex natura rei non dirimit matrimonium contractum. Minor probatur. Nã votũ ſimplex ſolum habet rationem promiſſionis, vt cõſtat: at uerò per ſolam promiſſionem non abdicauit à ſe dominiũ ſui: ergo poſt illam promiſſionem poteſt transferre uerum dominium ſui in alterum. Et hęc eſt potiſſima huius rei ratio.

¶ Secunda concluſio. Licet votum ſimplex ex natura ſua non dirimat matrimonium, ex iure tamẽ humano in aliquo caſu dirimit matrimonium, vt in caſu vltimi argumenti: in quo redduntur inhabiles ad matrimoniũ, qui emiſerunt illa vota in Societate Ieſu. Hæc concluſio conſtat ex illa noua conſtitutione citata in illo vltimo argumento, in qua expreſſe hoc determinatur. Etenim ſicut Summus Pontifex poteſt reddere aliquos inhabiles ad contrahendum: ità potuit reddere inhabiles illos, qui talia vota ſic emitterẽt. Et aliqui authores circa iſtam conſtitutionem multa dicũt & diſputant: ergo tamen omnia illa ex profeſſo omitto: quoniam non attinent ad noſtrum propoſitum, nec ſunt huius loci. Et ita hæc dicta ſufficiant, quæ ad iſtum locum pertinent. Quibus poſitis, reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio.

¶ Ad primum argumentum reſpõdetur, quòd illa verba, quæ adducta ſunt ex illo cap. Rurſus, intelligenda ſunt quantum ad ſpeciem obligationis. Nam vtrumque uotum obligat ex religione, & ſacrilegium eſt facere contra vtrumque uotum. non tamen quantũ ad quantitatem obligationis. Nam magis obligat ex religione votum ſolenne quam uotũ ſimplex, & grauius peccatum eſt facere cõtra uotum ſolẽne, quam facere contra uotum ſimplex. Eſt optimum ſimile. Nam ſupra dictum eſt, quòd matrimonium, & ſponſalia de futuro, quantum ad ſpeciem obligationis nõ differunt, nam uterque contractus obligat de iuſtitia commutatiua, tamẽ maior obligatio eſt in matrimonio, quã in ſpõſalibus, nõ diſſimiliter in propoſito. Et rõne maioris obligationis, quæ eſt in uoto ſolẽni, tale uotũ hẽt non ſolum impedire matrimoniũ, uerum etiam dirimere, non verò votum ſimplex.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur,

tur, ex dictis, quòd quamuis votum ſimplex, & ſolenne ſint eiuſdem ſpeciei, & ſimiliter obligationis: nihilominus tamen maior obligatio eſt in uoto ſolenni, ratione cuius dirimit matrimonium, non uero votum ſimplex, vt dicitur in materia de uoto. Nam in uoto ſolenni eſt traditio coniuncta vel imbibita: nõ tamen in voto ſimplici, ut dicetur alibi.

¶ Ad tertium argumentũ reſpõdetur, ꝙ obligatio poteſt eſſe illicita multipliciter: Primò quia eſt ſupra materiam repugnantem contractui, ut uenditio rerũ ſacrarum. Secũdo modo, quia ſecundum ſe ordinatur ad opus illicitum, vt cum ſit obligatio per contractum aliquem ad ſtuprum. Tertiò modo contingit illicitum eſſe contractum ab extrinſeco propter aliquod accidens, quòd aduenit perſonæ. Igitur ad propoſitum dicendum eſt, quòd quando obligatio eſt illicita primis modis, ipſo iure eſt irrita: non autem ſi ſit illicita tertio modo. Quia neque ex materia nec ex extrinſeco fine repugnantiam habet. Et iſto modo eſt illicita obligatio, qua aliquis obligatur, poſt votũ ſimplex caſtitatis, vel religionis, vel aſſumẽdi ſtatum clericalem. Vnde non diſſoluitur contractus matrimonialis, quia per ſe ad opus licitum ordinatur, per accidens tamẽ peccat contrahens ratione voti ſuſcepti.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur, ex dictis in vltima concluſione.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm uotum ſolẽne dirimat matrimoniũ iam contractum.

Lib.4.titu.5.c.6 Rurſus.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd nec uotum ſolenne matrimonium dirimat iam contractum: quia ſicut Decre. dicit: ꝙ quoad Deũ non minus obligat uotum ſimplex quam ſolenne: ſed matrimonium acceptatione diuina ſtat & dirimitur: ergo cum uotum ſimplex non dirimat matrimonium, nec uotum ſolnne dirimere poterit.

¶ 2 *Præterea. Votum ſolenne non* A *addit ita ualidum robur ſuper uotum ſimplex ſicut iuramentum: ſed uotum ſimplex etiam iuramento ſuperueniente non dirimit matrimonium contractum: ergo nec uotum ſolenne.*

¶ 3 *Præterea Votum ſolenne nihil habet quod non poſſit uotum ſimplex habere, quia uotum ſimplex poſſet habere ſcandalum, cum poſſit eſſe in publico ſicut & ſolenne; ſimiliter & eccleſia poſſet, & debet ſtatuere quod uotum ſimplex dirimat matrimonium iam cõtra-* B *ctum, ut multa peccata uitentur: ergo qua ratione uotum ſimplex non dirimit matrimonium, nec uotum ſolenne dirimere debet.*

SED contra eſt, quod ille qui facit uotum ſolenne contrahit matrimonium ſpirituale cum Deo, quod eſt multo dignius quam materiale matrimonium: ſed materiale matrimonium prius contractum dirimit matrimonium poſt cõtractum: ergo & uotum ſolenne.

¶ *Præterea etiam probari poteſt per* C *multas auctoritates q̃ ponũtur in litera*

RESPONDEO dicendum, quod omnes dicunt quod ſicut uotum ſolenne impedit contrahẽdum: ita dirimit iam contractum. Quidam autem aſſignant pro cauſa ſcandalum: ſed hoc nihil eſt: quia & ſimplex uotum, quandoque habet ſcandalum, cum ſit quandoque quodam modo publicum. Et prima inſolubilitas matrimonij eſt de veritate uitæ quæ non eſt propter ſcandalum dimittẽdũ. Et ideo alij dicunt quod hoc eſt pro- D *pter ſtatutum eccleſiæ: ſed hoc etiam non ſufficit, quia ſecundum hoc eccleſia poſſet etiam contrarium ſtatuere, quod non uidetur uerum. Et ideo dicendum eſt cum aliis, quod uotum ſolenne ex ſui natura habet quod dirimat matrimonium contractum, in quantum per ipſum homo ſui corporis amiſit poteſtatem, ſed Deo ad perpetuam continentiam tradens, ut ex dictis patet: & ideo non poteſt ſeipſum tradere in poteſtatem vxoris matrimonium contrahendo: & quia matrimonium quod ſequi-*

Lib. ſententia. ca. 3.

tut tale uotum nullum eſt: & ideo tale uotum dirimere dicitur matrimoniũ contractum. A

AD primum ergo dicendum, quod uotũ ſimplex quoad Deum dicitur nõ minus obligare quam ſolenne in his quæ ad Deum ſpectant, ſicut eſt ſeparatio à Deo per peccatũ mortale, quia mortale quia mortaliter peccat frangens uotũ ſimplex ſicut ſolenne, quamuis grauius ſit peccatum frangere uotum ſolenne, ſi comparatio in genere accipiatur, non in determinata quantitate reatus: ſed B *quantum ad matrimonium per quod homo homini obligatur, non oportet ꝙ ſit æqualis generis obligationis etiã in genere, quia ad quædam obligat uotum ſolenne, & non ſimplex.*

AD ſecundum dicendum, quod iuramentum plus obligat ex parte eius ex quo fit obligatio quã uotum, ſed votum ſolenne obligat quãtum ad modũ obligandi in quantum actualiter tradit hoc quod promittitur, quod non fit per iuramentnm, & ideo non ſequitur ra- C *tio.*

Artic. 1. huius q. *AD tertium dicendum, quod uotũ ſolenne habet actualem exhibitionem proprii corporis, quam non habet uotũ ſimplex ut eſt dictis patet: & ideo ratio ex inſufficienti procedit.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Votum ſolenne impedit contrahendum, & dirimit contractum. Et dicit D. Thom. quod in hac concluſione conueniunt omnes.

¶ Secunda concluſio. Votum ſolenne ex ſui natura habet, qđ dirimat matrimoniũ contractum. Ratio D. Thom. eſt: Nam per uotum ſolenne homo amiſit poteſtatem ſui corporis: ergo non poteſt ſeipſum tradere alteri per matrimonii contractum. Ex quo infert Sanctus Doctor quod quia matrimonium, quod ſequitur ad tale uotum nullum eſt, ideo dicitur, quod uotũ ſolemne dirimit cõtractum. Vide ſolutionem ad tertium, ubi D. Tho. dicit, quod uotum ſolenne habet actualem exhibitionem ſui corporis, quam non habet uotum ſimplex.

A ¶ In hoc articulo ſupponendum eſt tanquam certiſſimũ de fide in Eccleſia, quod uotum ſolenne religionis, non ſolum impediat matrimonium, ut uotum ſimplex, ſed etiam dirimat contractum. Ad cuius expoſitionem aduertendum eſt, ꝙ uotum ſolenne religionis habet antecedere, & ſubſequi ad matrimonium. Si uotũ ſolenne religionis antecedat matrimonium, eſt impedimẽtum annullans, & dirimens matrimonium: taliter, quod matrimonium ſubſequutum eſt nullum. Nõ ita, quod matrimonium antea eſſet ualidum, & poſtea non, ſed quoniã B eſt impedimentum annullans illud. Ita diffinitur 27. q. 1. in multis capitibus, & titulo. Qui clerici, uel uouentes per multa capita & in c. unico, de uoto & uoti redemptione in 6. & in Concil. Trid. ſeſſione 24. canon. 9. ponitur diffinitio Concil. Quando uerò ſubſequitur uotum ſolenne ad matrimonium, explicabitur infra, ubi erit ſpecialis difficultas de hoc. 27. q. 1. in multis ca. & titu. qui clerici vel vouẽtes per multa capit. c. vnico. de voto, & voti redẽptione in 6. Triden. ſeſſ. 24. can. 9.

EST tamen dubium in hoc articulo. An votum ſolẽne diſſoluat matrimonium ſubſequuto ex natura ſua. Et uidetur uera pars negatiua.

C ¶ Primò arguitur. Votum ſolenne habet dirimere matrimoniũ ratione ſolennitatis ſed ſolennitas conuenit uoto accidentariè, non ex natura rei: ſed ex iure humano: ergo uotum ſolenne hẽt dirimere matrimoniũ non ex natura rei, ſed ex humano ſtatuto. Conſequentia eſt bona. Maior eſt manifeſta. Nã uotum ſimplex ut dictum eſt, non dirimit matrimonium: ergo uotum ſolẽne ſolum drrimit matrimonium ratione ſolẽnitatis: Minor probatur, ex c. unico de uoto, & uoti redẽptione in 6. ubi Bonifacius VIII. hoc expreſsè dicit, cum ait. Nos igitur attendentes quod uoti ſolennitas ex ſo- D la conſtitutione eccleſiæ ſit inuenta: ergo.

¶ Secundò arguitur. Nam lex Eccleſiaſtica diſtinguitur à lege naturali & diuina: ſed uotum ſolenne dirimit matrimonium poſtea factum lege Eccleſiaſtica: ergo nõ dirimit illud ex natura rei nec iure diuino. Cõſequentia eſt bona. Maior eſt euidens. Minor (in qua eſt difficultas) probatur ex c. ut lex, 27. q. 1. ubi dicitur. Vt lex continentiæ in Eccleſiaſticis perſonis & ſacris ordinibus dilatetur, præcipimus, quatenus Epiſcopi, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, regulares canonici, monachi, atque conuerſi, c. ut lex 27. q. 1.

pro-

profeſſi, qui ſacrum tranſgredientes propoſitum,uxores ſibi copulare præſumpſerint, ſeparentur.Et reddit rationem dicens.Huiuſmodi nãque copulationem , quam contra Eccleſiaſticam regulam conſtat,eſſe contractam, &c. Quod ſi quis dicat, ut dicunt multi,quod Bonifacius in loco citato in primo argumento,loquatur de ſolennitate accidentaria uoti,nõ uero de eſſentiali, & idẽ dici poteſt ad ſecundum.

¶ Tertio arguitur fortiſſime contra hãc ſolutionem ex eodem Bonifacio , qui illo capit. conſtituit differentiam inter uinculum uoti ſolennis,& uinculum matrimonii;& dicit.Quod uinculum matrimonii ab ipſo Eccleſiæ capite,rerum omnium conditore,ipſum in paradiſo & in ſtatu innocentiæ inſtituente,unionem,& indiſſolubilitatem accepit,ſolennitas uero uoti ex ſola inſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta,quod accipi debet in eo ſenſu,in quo dicitur,uinculum matrimoniale eſſe a Deo:ergo clare colligitur, quòd intendat Papa , quod uinculum matrimonii non eſt ab Eccleſia, ſed a Deo, ſolennitas uero uoti non eſt immediate à Deo, ſed ab Eccleſia . Quod ſi quis adhbc dicat , quod Bonifacius non dicit,quod ſolennitas uoti non ſit de iure diuino , ſed dicitur inuenta ab Eccleſia:quia Eccleſia nobis reuelauit, Contra hanc ſolutionem arguitur eadem ratione. Nam idem diceret Summus Pontifex de matrimonio,ergo.

¶ Quarto arguitur. Votum ſimplex , & ſolenne non differunt ſpecie,ut dicũt Thomiſtæ,in 2. 2.quæſt. 88. & conſequenter habent obligationem,& uim eiuſdem ſpeciei, ut conſtat:ſed uirtus & efficacia uoti ſimplicis non ſe extẽdit ad hoc,quod dirimat matrimonium , ut iam diffinimus in articulo præcedenti,ergo nec etiam uirtus, & efficacia uoti ſolennis.Quod ſi quis dicat, quod uotum ſolenne habeat iſtam uirtutem ratione traditionis,quæ ſit in uoto ſolenni,ut uidetur dicere D. Thom.hic,cum dicit,quod per uotum ſolenne amiſit homo ſui corporis poteſtatem , & ideo ex natura ſua dirimit matrimonium poſtea factum.

¶ Quinto arguitur contra hanc ſolutionem.Traditio eſt accidentaria uoto ſolenni in ratione uoti ſolennis: ſiquidẽ in ratione talis uoti,habet totam ſuam rationẽ ſpecificam ſine traditione, ergo votum ſolẽne ex natura ſua non habet dirimere matrimo-

A nium.Probatur conſequentia. Nam habet dirimere matrimonium ratione traditionis,ut conſtat ex doctrina D. Tho. traditio autem eſt illi accidentaria,ergo ex accidenti,& non ex natura rei habet dirimere matrimonium.Confirmatur argumentũ. Corpus non habet ex natura rei diſgregare uiſum,quoniam licet habeat illud aliquando, illud habet ex albedine,quæ eſt illi accidentaria,ergo uotum ſolenne nõ habet dirimere matrimonium ex natura rei, ſed ex accidẽti: ſi quidem habet illud ratione traditionis,quæ adiungitur illi accidentaliter.

B ¶ Sexto arguitur contra eandem ſolutionem. Votum quodcunque etiam ſolenne, eſſentialiter habet rationem promiſſionis, ut conſtat ex ipſa definitione uoti, quod eſt promiſſio Deo facta , ergo impoſſibile eſt,quod uotum ſolenne habeat adiunctam rationem traditionis, etiam accidentaliter: ac ſubinde ratione traditionis non habet ex natura ſua dirimere matrimoniũ. Hæc ultima conſequentia per ſe eſt manifeſta: prima uero conſequentia probatur: Nam ratio promiſſionis & ratio traditionis ſunt rationes contrariæ: id enim quod trahitur,& donatur,non promittitur, nec promitti poteſt.Confirmatur argumentum,& explica-

C tur . Nam ſi in uoto ſolenni eſt eſſentialis traditio totius hominis , ergo nihil reſtat promittẽdum: ac ſubinde cum ratione promiſſionis non poteſt eſſe coniuncta ratio traditionis etiam accidentalis. Plura argumenta poſſent adduci , hæc ſufficiant modo : quoniam illa pertinent ad materiam de uoto.

¶In hac difficultate & propter aliqua argumenta iſtorum,aliqui Doctores exiſtimant, quod uotum ſolenne religionis non dirimit matrimonium poſtea factum ex natura rei,ſed ex iure humano Eccleſiaſtico, itaque eſt impedimentum dirimens matri-

D monium poſtea contractum iure humano, & ſicut uotum ſolenne ſacri ordinis habet dirimere matrimonium poſtea factũ iure humano poſitiuo:ita etiam uotum ſolenne religionis. Fundamentum huius ſententiæ eſt:Quia ſolennitas utriuſque uoti eſt de iure poſitiuo. Hanc ſententiam tenet Scotus in 4. diſtinctione 38. & idem docet Paludanus in eadem diſtinctione , & Durandus quæſtione 2. eiuſdem diſtinctionis. & Diuus Antoninus & alii quam plurimi Theo-

logi & Iuriſperiti qui ſolent citari in 2. 2. quæſtione. 98. articulo. 7. & 23. & eam tenet Caietan. ibidem, articulo 22. Itaque uotum ſolemne religionis ex natura ſua non habet uim, & efficaciam ad dirimendũ matrimoniũ ſubſequutum, ſed ex iure humano. Et hanc ſententiam tenent multi moderni Theologi, qui non ſunt ex ſchola Diui Thomæ. Et aduertendum, quod nos in præſentia non intendimus explicare omnia, quæ pertinent ad naturam uoti ſolennis, nec intendimus declarare an Summus Pōtifex poſſit in illo diſpenſare. Hæc enim omnia (ut conſtat) ſunt alterius loci. Solum igitur intendimus declarare ea, quæ pertinet ad iſtum locum, ſcilicet, an uirtus & efficacia ad dirimendum matrimonium conueniat uoto ſolenni ex natura ſua. Ita quod non ſolum habeat uirtutem & efficaciam ex natura ſua ad impediendum matrimonium, hoc enim etiã habet uotum ſimplex, uerum etiam ad dirimendum.

¶ Concluſio ſit. Certiſſimũ mihi uidetur ꝙ uotũ ſolẽne religionis, nõ ſolũ iure humano eccleſiaſtico, ſed iure dinino hẽt uirtutẽ, & efficaciã ad dirimendũ matrimoniũ poſtea factum. Itaque hoc conuenit illi ex natura rei iure naturali & diuino, & etiam iure humano. Hanc ſententiam renet expreſſe D. Thom. in hoc articulo, & in 2. 2. loco immediate citato, & Magiſter Sotus in 4. diſt. 38. quæſt. 2. arti. 2. D. Bonauen. diſt. præſenti circa finem, Syluester uerbo uotum. 4. quæſt. 5. & gloſſa in ca. cum 4. ad monaſterium, de ſtatu monachorũ, & alii quam plurimi, qui citantur a Magiſtro Soto ubi ſupra, & omnes diſcipuli D. Tho. Caietan. excepto in loco citato. Sed poſtea idẽ Caietan. in opuſculis quæſt. 26. in qua interrogat an Sũmus Pontifex poſſit diſpẽſare cum ſacerdote occidentalis Eccleſiæ, ut accipiat uxorem, quanuis teneat quod Summus Pontifex poteſt diſpenſare in uoto ſolenni religionis, dicit tamen, quod uotum ſolẽne religionis per ſe dirimit matrimonium poſtea contractum, in quo diſtinguit uotum ſolenne religionis a uoto annexo ordini ſacro, illud enim per accidens dirimit matrimoniũ poſtea factum. Hæc concluſio diligentiſſime probanda eſt.

c. Si quis ſacro. 27. q. 1. ¶ Primo probatur ex ipſo iure in cap. Si quis ſacro. 27. q. 1. Vbi Papa dicit, quod cõiugati poſt uotum ſolenne verbo Domini, ui, & autoritate Canonica ſeparantur. Ait enim: De iſtis, uerbo Domini, & Canonica authoritate in hac ſacra Synodo præcipimus, ut omnino ſeparentur: ergo non ſolum iure humano Canonico, ſed diuino iure, & mandato, matrimonium diſſoluitur per uotum ſolenne Religionis, quod antecedit. Et in ca. Ne aliqua, eadem cauſa & quæſtione, dicit Cyprianus, ꝙ talis eſt adulter Chriſto. Conſtat etiam hoc nouiſſime ex Concil. Trident. ſeſſione 24. Can. 9. vbi ſic diffinitur. Si quis dixerit clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, uel regulares caſtitatem ſolenniter profeſſos, poſſe matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel uero, &c. Vbi aduertendum, quod primum, ſcilicet, lege Eccleſiaſtica, ponit propter ſacros ordines, qui ex lege Eccleſiaſtica dirimunt matrimonium. Secũdum autẽ poſitũ eſt propter religioſos, quorum matrimonia irrita ſunt ex natura voti. Et Conciliũ condiſtinguit vnum ab alio; ergo votum ſolenne ex natura ſua dirimit matrimonium poſteà factum. c. ne aliqua. Concil. Triden. ſeſſ. 24. Can. 9.

¶ Secundò probatur concluſio, ex traditione Eccleſiaſtica. Votum ſolenne religionis ante omnem legem Eccleſiaſticam à tempore Apoſtolorum habet illam vim, & efficaciam diſſoluendi, ſeu dirimendi matrimonium: ergo credendum eſt, quòd hoc emanauit à Chriſto Domino: ac ſubinde quòd illud hẽt ex natura ſua iure diuino.

¶ Tertiò probatur concluſio. Nam caſtitas omnimoda & continentia eſt eſſentialiter annexa, & coniuncta cum religionis ſtatu, ita ut religio intrinſecè, & ex natura ſua includat continentiam omnimodam, ergo ex natura ſua & iure naturali diuino uotum ſolenne religionis habet dirimere matrimonium. Cõſequentia eſt bona. Antecedens verò conſtat. Nam religioſus totus ſe Deo conſecrat & immolat: ergo non poteſt partem ſui vxori dare, & eſſe diuiſum. Confirmatur argumentum. Quoniam (vt dicit Angelicus Doctor) in uoto ſolenni religionis ex natura rei fit traditio, & exhibito totalis corporis: hæc autem exhibitio repugnat ex natura rei cum ſtatu matrimoniali ergo iure naturali, & diuino dirimit matrimonium. Conſequentia eſt bona. Minor uerò eſt manifeſta.

¶ Quartò probatur hæc cõcluſio fortiſ-

ſimo

ſimo argumento. Si ex natura rei votum ſolenne non habet efficaciam ad dirimendũ matrimonium, magis quã uotum ſimplex, (vt dicunt authores contrariæ ſententiæ: ſed ſolũ ex Eccleſię ſtatuto, ſequitur, quod ſtante uoto ſolenni religionis poſſit ſtare ſimul matrimonium, conſequens autem eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Sit caſus, quòd Summus Pontifex non diſpenſet cum aliquo religioſo in voto ſolenni religionis: ſed quòd ſolum tollat impedimentũ illi cõiũctũ ad dirimendũ ꝗ quidẽ ſecundum authores oppoſitæ ſententiæ poteſt facere, cum ſit ex ſtatuto Eccleſiæ, & talis religioſus cõtrahat matrimonium. Tunc ſic. Etiam ſi ille talis religioſus peccet, ualidum eſt matrimonium contractum, ſicut valet matrimonium cõtractum poſt votum ſimplex, quamuis ſit peccatum contrahere. Falſitas conſequẽtis conſtat ex ca. Cum ad monaſteriũ, ubi expreſsè diffinitur, quod abdicatio proprietatis ſicut & cuſtodia caſtitatis adeò eſt annexa regulæ monachali, vt contra eam nec Summus Põtifex poſſit licentiam indulgere. Itaque ſtante religione non poteſt, non eſſe annexa continentia.

ca. cũ ad monaſterium, de ſtatu monachorum.

¶Quinto probatur concluſio optimo argumento. Votum ſolenne religionis non tantum dirimit matrimonium poſteà contractum (quod etiam facit uotũ clericale) uerũ etiam habet efficaciam ad dirimendũ matrimonium antea cõtractum, & ratum, modo non ſit cõſummatum (quod infra dicemus) ſed iſtam efficaciam ad dirimẽdum matrimonium iam contractum, non habet ex iure humano Eccleſiaſtico, ſed ex iure diuino uel iure naturali: ergo votum ſolenne religionis habet efficaciam ad diſſoluendũ matrimonium poſtea factum iure diuino, & naturali non ex natura rei. Cõſequentia eſt euidẽs: nam minor uis & efficacia requiritur ad dirimendum matrimoniũ conſequens: quam antecedens, vt patet in ordine ſacro dirimente conſequens, & non antecedens. Conſtat etiam ratione, nam magis eſt dirimere matrimonium iam cõſtitutũ, quam impedire illud ne efficiatur. Minor verò conſtat, nam aliàs Eccleſia haberet authoritatem ad diſſoluendum matrimoniũ ratum non cõſummatum, & ſemper quod diſſoluitur per ingreſſum religionis dirimeretur authoritate Eccleſiæ, & nõ iure diuino & ſupernaturali vel naturali, quod uidetur falſum, ut demonſtrabitur infra. Cõfirmatur argumentum. Nam huius efficaciæ, quæ eſt dirimere matrimonium ratum non dum conſummatum, non legitur aliquod initiũ in vllo Concilio, aut in aliqua lege Pontificia. Quinimo Pontifices, qui de re hac loquuntur, eam efficaciam referunt ad Chriſtum, vt patet cap. Verum, & cap. Ex publico. de conuerſione coniugatorum, & Canon. Scripſit, & cap. Deſponſatam, & ca. Decreta. 27. quęſt. 2. quod explicabitur infra: ergo indicium eſt apertũ, quod à Deo ortum habet iſta efficacia.

ca. uerũ. c. Ex publico. de conuerſione cõiug. & can. Scripſit. & can. Deſpõſata, & c. Decre. 27 quæſt. 2.

¶Sextò probatur concluſio. Votum ſimplex caſtitatis, uel religionis ex natura rei habet efficaciam ad diſſoluenda ſponſalia poſtea facta: fortius enim uinculum eſt promiſſio Deo facta, quam promiſſio facta hominibus, de quo iam ſupra dictũ eſt quæſt. 43. ergo uotum ſolenne religionis ex natura ſua diſſoluit, & dirimit matrimonium poſtea factum. Probatur conſequentia. Nã ſicut ſe habet votum ſimplex ad ſponſalia, ita etiam uotum ſolenne ad matrimonium poſtea factum: & ſicut tale uotum ſimplex eſt fortius vinculum, quam ſponſalia: ita etiam votum ſolenne eſt fortius vinculũ, quam matrimonium. Confirmatur fortiſſimè hoc argumentum. Si uotũ ſolenne religionis ex natura ſua nõ habet virtutem, & efficaciam ad dirimendum matrimonium poſtea factum, ſequenti quòd ex natura rei ſecluſo iure humano, & poſitiuo fortius uinculum ſit, quantum ad modum ligandi vinculum matrimonii: quam uoti ſolennis. Cõſequens autem videtur duriſſimum, & abſurdum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam ſtando in iure naturali, & diuino vinculum uoti ſolennis nõ dirimit matrimonium poſtea factũ: ſed ipſum matrimonium habet vim obligandi ſaltem ad reddendum debitum, non obſtante voto ſolenni continentiæ: ergo fortius vinculum eſt quantum ad modum obligandi matrimonium, quam uotum ſolenne. Probatur conſequentia. Nam hac ratione D. Th. ſupra articulo 1 docet, quod matrimoniũ quantum ad modum obligandi eſt fortius vinculum, quam uotum ſimplex, nam per matrimoniũ traditur actualiter in poteſtatem alterius, non autem per votum ſimplex: ſed promittitur, & ideo ualidum

eſt

eſt matrimonium poſt votum ſimplex.

¶ Itaque ſecundum noſtram ſententiã aſſerendum eſt, quòd votum ſolenne religionis ex natura ſua eſt fortius vinculum, quam uinculum matrimonii, eſt enim excellentioris ordinis. Matrimonium namq; eſt fortius uinculum, quam promiſſio ſeu votum ſimplex, quoniam quamuis votum ſimplex ſit altioris ordinis, cum ſit promiſſio facta Deo, eſt tñ tm̃ promiſſio, matrimonium uerò eſt traditio, & exhibitio proprii corporis. Cæterum votum ſolenne eſt etiam traditio, ſicut matrimonium, uel habet rationem traditionis, & illa tradiio fit Deo, in matrimonio verò fit traditio homini: & ita fortius vinculum eſt traditio voti ſolennis, & ipſum uotum ſolenne.

¶ Ex dictis colligitur, quod quamuis aliqui dicerent, quod Summus Pontifex poteſt diſpenſare in uoto ſolẽni religionis, (ut dicunt aliqui authores) nihilominus tñ debẽt dicere, quod uotum ſolenne religionis ex natura ſua dirimit matrimonium poſtea factum. Nam difficilius eſt dicere, quòd uotum ſolenne religionis non dirimit matrimonium poſtea factum ex natura rei, quã dicere quod Papa poteſt diſpẽſare in uoto ſolenni religionis. Nam qui dicit, quòd Sũmus Pontifex poteſt diſpenſare in uoto ſolenni religionis, dicit, quod illam poteſtatem habet iure diuino, ſicut habet authoritatem ad diſpenſandũ in voto ſimplici iure diuino. Qui vero dicit, quod uotum ſolenne religionis nõ dirimit matrimonium ex natura rei, debet concedere, quod cum uoto ſolẽni religionis poteſt ſtare matrimonium, quod eſt difficilimũ, vnde Caieta. in illo opuſculo citato tenuit, quòd Summus Pontifex poteſt diſpenſare in voto ſolenni religionis. Dicit tamen, quòd uotum ſolenne ex natura rei dirimit matrimoniũ poſtea factum. Itaque ſtatus matrimonialis ex natura ſua habet repugnãtiam cum voto ſolenni religionis.

¶ Ad argumẽta facta in principio reſpõdendum eſt maxima cum diligentia. ¶ Ad primum argumentum reſpondetur concedendo maiorem, uidelicet, quòd uotum ſolenne habet dirimere matrimonium ratione ſolennitatis. Vnde negatur minor. Et ad probationem minoris ex illo textu dicendum eſt, quòd ſunt multæ expoſitiones illius textus. Prima expoſitio eſt, quòd loquitur. Summus Põtifex de ſolennitate accidentali, & cæremoniali: non uero de ſubſtantiali & eſſentiali. Ad cuius expoſitionẽ aduertendũ, quòd vt dicitur in 2. 2. quæſt. 88. art. 7. duplex eſt ſolennitas in voto, alia accidentalis & cæremonialis, vt benedictio ſpiritualis, ſeu conſecratio exterior ſenſibilis: alia vero ſubſtantialis & eſſentialis, quæ pertinet ad ſubſtantiam & quidditatem ipſius rei, quæ eſt ipſa exhibitio & traditio ſui ipſius. Igitur Summus Pontifex in illo cap. loquitur de ſolennitate accidentaria, non uero de hac ſolennitate eſſentiali. Votum vero ſolenne ratione ſolennitatis ſubſtantialis non accidentalis habet dirimere matrimonium. Et ad replicam factam in ſecundo argumento poſito in principio contra hanc ſolutionem, quæ eſt tertium argumẽtum principale, dicemus ad tertium. Secunda expoſitio eſt, quod etiam ſi intelligatur de ſolennitate eſſentiali, loquitur Summus Pontifex de ea tantum, quæ eſt in voto ſolenni clericali, quæ quidem merè eſt de iure humano poſitiuo. Hæc tamẽ expoſitio non eſt ita ad mentem textus, ut facile eſt uidere in illo, Tertia expoſitio eſt, quod etiam ſi intelligatur de ſolennitate ſubſtantiali & eſſentiali voti: tamen verba Pontificis tantum habent, quòd talis ſolennitas ſit inuenta inſtitutione Eccleſiæ, id autem veriſſimum eſt. Quoniam ſola Chriſti Eccleſia a Spiritu ſancto edocta, & illuminata inuenit voti ſolennitatem etiam in uoto religionis. Itaque quòd a ſolo Deo factũ eſt, à ſola Chriſti Eccleſia inuẽtũ eſt. Illa ſiquidẽ ſola reperit, quòd uotum religionis ſolenne dirimat matrimonium ratum nõdũ cõſummatum. Et ad replicam, quæ fit cõtra hanc expoſitionem in tertio argumẽto dicemus ibidẽ. Quarta expoſitio eſt, quod in poteſtate Eccleſiæ eſt ſolenne etiam religionis uotum quãtũ ad hoc, quòd eſt hoc vel illo modo fieri. Quoniam vt dicitur in loco ſupra citato, votum ſolenne religionis quantum ad acceptationem dependet ab Eccleſia, & quantum ad hoc eſt de iure poſitiuo, & cõmittitur à Deo Eccleſiæ: cæterum nõ eſt in poteſtate Eccleſiæ, quòd iam ſemel emiſſum tald votuũ nõ inducat obligationem illam, & quod habeat efficaciam ad dirimendum matrimonium, ſed ex natura rei habet illud dirimere.

¶ Secundo reſpondet huic argumento

Caiet.

Caiet. in opuſculo citato, quòd quamuis ſo lemnitas per ſolam Eccleſiæ cõſtitutionem ſit inuenta, nihilominus tamen votum ſolemne ex natura rei dirimit matrimonium poſtea factum. Et apponit exemplũ. Quem admodum etiam conſecratio calicis nec in ſolo Eccleſiæ ſtatuto conſiſtit, ſed in diuina benedictione: ita etiam ſolemnitas voti eſt ex eccleſiæ conſtitutione, & etiam conſiſtit in diuina benedictione & conſecratione. Et ita ſicut calix ſemel conſecratus ex propria natura repugnat prophanis vſibus durante conſecratione, ſic profeſſus ſolemniter ex propria natura repugnat proprietati rerum, & actibus venereis, & alijs huiuſmodi, vt inquit Sanctus Doctor. 2. 2. q. 88. art. 11.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur ſicut dictum eſt ad argumentum præcedens. Item dicere poſſumus, quòd Eccleſiaſtica regula non ſolum appellatur illa, quæ ab hominibus eſt inuenta, ſed etiam illa, quæ ſeruatur in Eccleſia, vel ab Apoſtolis, & Chriſto inſtituta, vel ab aliis inuenta.

¶Ad tertium argumentum quo impugnatur prima expoſitio poſita in ſolutione ad primum argumentum reſpondetur, quòd Bonifacius in illo loco non conſtituit illam differentiam ibi aſſignatam, ſed aliã, videlicet, quòd votum ſolemne religionis (vt diximus) quantum ad acceptationem, dependet ex eccleſiæ inſtitutione, & conſequenter eius indiſſolubilitas quodam modo pendet ex tali inſtitutione: indiſſolubilitas verò & vinculum matrimonii, non pẽdet ex tali acceptatione. Item dicẽdum eſt, quòd etiam ſolutio ſecunda ibi aſsignata, eſt optima. Et ad replicam ibi factam dicendum eſt, quod non eſt eadem ratio de matrimonio. Nam indiſſolubilitas vinculi matrimonii non eſt inuenta nouiter in Eccleſia: ſed illa fuit & in lege veteri & in ſtatu innocentiæ, vt conſtat ex ſupra dictis: at verò vinculũ indiſſolubile voti ſolemnis adinuentum eſt per Eccleſiam, vt conſtat.

¶Ad quartum argumentum reſpondetur, quod in eodem argumento dictum eſt optimè, quòd votum ſimplex, & ſolemne non differunt ſpecie, (de quo diſputatur in illo art. 7. de voto) nihilominus tamen votum ſolemne ex natura ſua habet virtutẽ, & efficaciam ad dirimendum ſubſequens

A matrimonium ratione traditionis illi adiſſ tæ, non verò votum ſimplex. Eſt enim maximè aduertendum, quod quamuis aliqua duo ſint eiuſdem ſpeciei, nihilominus tamen ex parte materiæ aliquid poteſt eſſe intrinſecum vni, & non alteri: mulier enim & vir ſunt eiuſdem ſpeciei vt conſtat: tamẽ aliquid eſt intrinſecum uiro, & non fœminæ, & econtra. Similiter lux in ſole & in aere ſunt eiuſdem ſpeciei, tamen lux in ſole eſt illi intrinſeca, & propria paſſio illius: non verò in aere. Item in moralibus ſponſalia de futuro & matrimonium ſunt eiuſ

B dem ſpeciei in ordine ad virtutem iuſtitiæ: nam ſicut matrimonium eſt quidam contractus iuſtitiæ, ita etiam ſponſalia: nihilominus tamen maiorem uim obligandi habet contractus matrimonialis, qui inducit uinculum perpetuum, & indiſſolubile, quã ſponſalia, quæ inducunt uinculum diſſolubile. Non diſſimiliter in propoſito, uotum ſimplex ſolemne ſunt eiuſdem ſpeciei in ordine ad uirtutem religionis: nihilominus tamen uotum ſimplex non habet ex natura ſua dirimere matrimonium ſubſequens, uotum uerò ſolemne habet uirtu-

C tem, & efficaciam ad dirimendum matrimonium ſubſequens, & hoc ex natura ſua, ratione adiũctæ traditionis, quæ eſt intrinſeca uoto ſolemni, ut ſtatim dicemus: ſicut ſolis lux ex natura ſua habet uirtutem, & efficaciam ad lucem producendam, & eſt fons lucis, non uero lux aeris, & ſicut matrimonium ex natura ſua habet uirtutem & efficaciam ad diſſoluenda ſponſalia præterita, non uero contractus ſponſaliorum: quæ omnia ſtatim amplius declarabuntur.

D ¶Ad quintum argumentum, quod eſt replica contra ſolutionem præcedentis argumenti, reſpondetur, quod traditio quamuis ſit accidentaria uoto ſolemni in ratione ſpecifica uoti, non tamen eſt omnino extrinſeca, & accidentalis uoto ſolemni religionis, ut uotum ſolemne: ſed potius eſt intrinſeca, ut in exemplis poſitis aliquæ conditiones ſunt intrinſecæ uiro, quæ non ſũt intrinſecæ mulieri, & econtra: & luci ſolis aliquid eſt intrinſecum, ſ. ordo ad principia eſſentialia ſolis, quod tamen non eſt intrinſecum luci aeris. Et deniq; matrimonii contractui qui eſt eiuſdem ſpeciei cum contractu ſponſaliorum, aliquid eſt intrinſecum, ſcilicet,

ſcilicet, traditio, quæ tamen non eſt eſſentialis contractui ſponſaliorum nec intrinſeca: & ita votum ſolemne in ratione voti abſolutè totam ſuam ratione ſpecificam habet ſine ratione traditionis: non tamen omnẽ ſuam rationem ſine illa: & ita habet dirimere matrimonium ratione traditionis, quæ eſt illi intrinſeca, nam ratione illius traditionis habet repugnãtiam cum matrimonio. Eſt optimum ſimile Theologicum. Homo in ratione hominis abſolutè loquendo ſecundum ſuam rationem ſpecificam non habet repugnantiam cum peccato, nec ab illo procedit gratia per modum propriæ paſſionis: tamen eſt homo, ſcilicet, Chriſtus in ratione huius hominis, & ex ui huius hominis & ex natura illius habet repugnantiam cum peccato, & eſt veluti origo gratiæ per modum propriẹ paſſionis. Quoniã aliquid intrinſecum includit iſte homo in ratione huius hominis, quod non includit homo ſecundum ſuam ſpeciem. Non diſſimiliter in propoſito uotum ſolemne in ratione uoti abſolute, & ſecundum ſuam ſpeciem non includit aliquid, quod repugnet omnino matrimonio, ita vt deſtruat illud ex natura rei: cæterum uotum ſolemne in ratione uoti ſolemnis habet aliquid intrinſecũ, ratione cuius repugnat matrimonio: ita ut dirimat illud ex natura rei, & hoc, quod includit, eſt ipſa traditio. Et per hoc reſpondetur ad confirmationem huius argumenti.

¶Ad ſextum argumentum, quod eſt replica contra eandem ſolutionem, ut reſpõdeamus aduertendum eſt, quod in ſolemni religionis voto duo includuntur. Alterum eſt totalis traditio ipſius uouentis, per quã tradit ſe totum Deo, & conſequenter in ſe ipſo tanquam in principio & radice tradit omnia ſua, continentiam, paupertatem, obedientiam, & omnia opera, quæ ab ipſo religioſo deinceps ſunt facienda in toto uitæ proceſſu. Alterũ eſt promiſſio horum operum quæ poſtea facienda ſunt. Etenim quoniam illa opera ſunt in futuro tẽpore fienda & exhibenda in ſeipſis & in actu, ideo oportuit ꝙ poſt traditionem illorum operum iam factam in principio, & radice ſequeretur promiſſio eorundem in ſeipſis. Conſiderandum enim eſt adhuc, quod traditio & exhibitio propriè & in rigore non poteſt eſſe reſpectu rerum, quæ non

A ſunt actu. Homo enim non poteſt donare, & tradere, niſi quæ actu habet: reſpectu vero rerum, quæ actu non ſunt ſed ſolum in radice, & in potentia erit quidem promiſſio non donatio. Igitur in homine actu eſt corpus, liberum arbitrium, intellectus, voluntas & alia huiuſmodi, quæ ſunt radices quædam, quæ in virtute continent actus, & in voto ſolemni omnia iſta tradit ſtatim homo, etiam prout habent rationẽ principij reſpectu actuum & operationũ: cæterum ipſas operationes non tradit ſtatim, quoniam actu non habet illas, & ideo promittit illas, & reſpectu illarum eſt pro-
B miſſio: quamuis iſta promiſſio conſequatur quodam modo ad traditionem, qua traduntur principia illarum operationum: nã ibi erant traditæ, ipſæ operationes virtualiter. Et ita dicunt Theologi, quòd votum ſolemne regionis eſt traditio antecedenter & cauſaliter, non formaliter, ſi propriè loquamur. Nam illa traditio eſt cauſa illius voti & promiſſionis, & in illa cõtinetur veluti eminenter, & virtualiter tanquam in cauſa, & radice. Et ita traditio, quẹ eſt in voto ſolemni religionis non eſt alterius ſpeciei à promiſſione voti ſimplicis: nam traditio illa pertinet ad virtutem religionis
C formaliter loquendo, eſt enim quædam immolatio, & hoſtia Deo oblata. Quibus poſitis ad argumentum in forma conceſſo antecedenti, negatur conſequentia prima. Et ad probationem dicendum eſt, quod ratio traditionis & ratio promiſſionis ſi ſint reſpectu eiuſdem rei, habent repugnantiam: & ſi res aliqua traditur non promittitur, & econtra: cæterum promiſſio reſpectu vnius rei, & traditio reſpectu alterius, non repugnant. In propoſito verò traditio, & promiſſio (vt diximus) ſunt reſpectu diuerſorum. Nam eſt traditio reſpectu eorũ,
D quæ actu ſunt in homine, promiſſio verò reſpectu operationum quas actu non habet, ſed futuræ ſunt.

¶Ad confirmationem reſpondetur, ꝙ in voto ſolẽni eſt traditio totius hominis quãtum ad id, quòd actu habet, & ita manet locus promiſſioni, quantum ad id quod non habet actu: ſed eſt in potentia in ipſo homine, vt ſunt operationes.

¶Circa omnia dicta in hoc articulo aduertendum eſt, quod qui contrahit poſt votum ſolemne religionis, præter hoc quod

nihil

Clemẽti. unica de conſãguinitate.

nihil facit, & graue peccatum committit, A excommunicatus ipſo facto, ita habetur in Clementina vnica de conſanguinitate, & affinitate, quam explicat Caiet. verbo excõmunicatio, c. 47 de qua nos dicemus infra: & in alijs multis capitulis reperitur huiuſmodi excommunicatio.

ARVICVLVS III.

¶ Vtrùm ordo impediat matrimonium.

Th.4. d. 37.q. 1. arti. 1. & ſeq.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ordo non impediat matrimonium. Quia nihil impeditur niſi à ſuo contrario: ſed ordo nõ eſt contrarius matrimonio, cum verum ſit ſacramentum; ergo non impedit ipſum.

¶ 2 Præterea. Idem ordo eſt apud nos & apud Eccleſiam Orientalem: ſed apud Eccleſiam Orientalem nõ impedit matrimonium: ergo &c.

¶ 3 Præterea. Matrimonium ſignificat coniũctionem Chriſti & Eccleſiæ: ſed hoc præcipuè congruit ſignificari in his qui ſunt miniſtri Chriſti, ſcilicet, ordinatis: ergo ordo matrimonium non impedit.

¶ 4 Præterea. Omnes ordines ad ſpiritualia ordinantur, ſed ordo nõ põt impedire matrimonium niſi ratione ſpiritualitatis: ergo ſi ordo ĩpedit matrimoniũ, quilibet ordo impediet, ꝙ falſũ eſt.

¶ 5 Præterea. Omnes ordinati poſſũt eccleſiaſtica beneficia habere, & priuilegio clericali gaudere æqualiter. Si ergo propter hoc ordo matrimoniũ impediat, quia vxorati non poſſunt habere beneficium Eccleſiaſticum, nec gaudere priuilegio clericali, vt Iuriſtæ dicunt: tunc quilibet ordo impedire deberet, quod falſum eſt: ut patet per Decreta. Alexan. de cleri. coniugatis, & ſic nullus ordo (vt videtur) matrimonium impedit.

Decre. 13.ti.3. c.1.

SED contra eſt quòd Decre. dicit, ꝙ, q. in Subdiaconatu & alijs ſuperioribus ordinibus uxores accepiſſe noſcuntur, eos vxores dimittere compellatis, ꝙ non eſſet ſi eſſet uerum matrimoniũ.

¶ Præterea. Nullus vouens continentiam poteſt matrimonium contrahere; ſed quidam ordines ſunt qui habent uotum cõtinentiæ annexũ, ut ex litera patet, ego talis ordo matrimoniũ impedit. Lib.4.diſtin. 37.

RESPONDEO dicendum; quod ordo ſacer de ſui ratione habet ex quadam congruentia, quod matrimoniũ impedire debeat, B quia in ſacris ordinib. conſtituti ſacra uaſa & ſacramẽta tractant: & ideò decens eſt vt munditiam corporalem per continentiam ſeruent. Sed quod impediat matrimonium, ex conſtitutione Eccleſiæ habet, tamen aliter apud Latinos quam apud Græcos: quia apud Græcos impedit matrimonium cõtrahendum ſolum ex ui ordinis: ſed apud Latinos impedit ex ui ordinis, & vlterius ex uoto continentiæ, quod eſt ordinibus ſacris annexum C quod etiamſi quis uerbo tenus non emittat ex hoc ipſo quod ordinem ſuſcipit, ſecũdum ritum Occidentalis Eccleſię intelligitur emiſiſſe: & ideo apud Græcos & alios Orientales ſacer ordo impedit matrimonium contrahendum, non tamen matrimonij prius contracti uſũ: poſſunt enim matrimonio prius contracto uti, quamuis non poſſint matrimoniũ denuo contrahere: ſed apud Occidentalem eccleſiam impedit matrimoniũ & matrimonij vſum, niſi fortè ignorãte, D aut contradicente uxore uir ordinẽ ſacrum ſuſceperit quia ex hoc nõ poteſt ei aliquod præiudicium generari. Quomodo autem ordines ſacri diſtinguantur a non ſacris, nunc & in primitiua eccleſia dictum eſt.

Vide Decre. diſt. 31. c.15.

In Decre. diſt. 32.c.18. ſuper quæſt. 37.ar.3.

AD primum ergo dicendum, quod quamuis ordo ſacer non habeat contrarietatem ad matrimonium in quantũ ſacramentum, habet tamen repugnantiam quandam ad ipſum ratione actus ſui qui ſpirituales actus impedit.

AD ſecundum dicẽdum, quod obiectio

ctio procedit ex falſis Ordo enim ubiq; habet votum annexum.

AD tertium dicendum, quod illi qui ſunt in ſacris ordinibus ſignificãt Chriſtum nobilioribus. actibus prout ex dictis in tractatu de ordine patet, quam illi qui ſunt matrimonio coniuncti: & ideo ratio non ſequitur.

AD quartum dicendum, quod illi qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti, ex vi ordinis non prohibentur matrimonium contrahere: quia quamuis ordines illi deputent ad aliqua ſpiritualia, non tamen immediate habent acceſſum ad tractandum ſacra ſicut illi qui ſunt in ſacris ordinibus: ſed ſecundum ſtatum occidentalis eccleſiæ matrimonij uſus executionem ordinis non ſacri impedit propter ſeruandam maiorem honeſtatem in officijs eccleſiæ: & quia aliquis ex beneficio eccleſiaſtico tenetur ad executionem ordinis: & ex hoc ipſo priuilegio clericali gaudet, ideò hoc apud Latinos clericis vxoratis aufertur Et per hoc patet ſolutio ad ultimum.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Ordo ſacer ex natura ſua habet quãndam congruentium, vt impediat matrimonium. Ratio D. Thom. eſt. Nam illi, qui ſunt conſtituti in ſacris ordinibus, ſacra uaſa & ſacramẽta tractant: ad hoc autem impedit matrimonium cum requiratur munditia etiam corporalis, ergo.

¶ Secunda concluſio. Ordo ſacer ex ſtatuto Eccleſiæ habet, ꝙ de facto impediat, & dirimat matrimoniũ poſteà cotractum. Et in hoc eſt aliqua differentia inter ſacerdotes Orientalis, & Græcæ Eccleſiæ, & Eccleſiæ Latinæ.

¶ Tertia cõcluſio ad quartũ. Minores ordines nõ impediũt matrimoniũ. Nã quãuis illi ordines deputẽt homines ad aliqua ſpiritualia, nõ tamen immediate habent acceſſum ad tractanda ſacra, ſicut illi, qui ſunt in ſacris ordinib. De hoc artic. in 4 diſt. 37. & D. Tho. ibi, q. 1. art. 1.

¶ Circa iſtum art. ſupponendum eſt, ꝙ

A Angelicus Doctor diſputat in illo de ordine ſacro, quando antecedit ad matrimoniũ. Et certa res eſt, qđ ſi ordo ſacer antecedat matrimoniũ nullũ eſt matrimoniũ poſteà factum: nã perſona eſt inhabilis ad cõtrahẽdũ. Ita diffinitur in c. 1. & 2. Qui clerici, vel uouẽtes, & in c. 2. de clerico coniugato, & in Clementina vnica de cõſanguinitate, & affinitate: & nouiſſimè in Cõci. Trid. ſeſſ. 24. can. 9. vbi hoc diffinitur expreſſe. Imo aduertendũ, quod ille, qui cõſtitutus in ſacris ordinib. cõtrahit matrimoniũ, præter hoc ꝙ nihil facit, & cõtrahit matrimonium, eſt B excõmmunicatus ipſo facto, vt diffinitur in Clemẽtina illa vnica, de cõſanguinitate & affinitate. Imo qui ſic contrahit, eſt irregularis, ut patet c. 1. & 2. qui clerici vel uouentes, vt dicit Couarru. ſuper. 4. Decreta. par. 2. c. §. 3. nu. 1.

c. 1. & 2. qui clerici uel vouentes. & c. 2. de clerico. cõiugato Clemẽti. vnica, de cõſãguinitate & affinitate. Concil. Trid. ſeſſ. 24. Can. 9.

¶ Dubium tamẽ eſt circa primã, & ſecũdã concluſionẽ. An ordo ſacer impediat, & dirimat matrimoniũ iure naturali, & diuino, an uerò iure humano. Et uidetur qđ iure naturali diuino, & nõ ſolũ iure humanò.

¶ Primò arguitur, Quia ut diffinitũ eſt in articulo præcedenti, votũ ſolẽne religio C nis iure naturali, & diuino impedit, & dirimit matrimoniũ poſteà factũ, quoniam ex natura rei habet adiunctã traditionẽ ſui ipſius: ſed ordò ſacer ex natura ſua hẽt adiũctã traditionem ſui ipſius: nã per ordinẽ ſacrum homo tradit ſe ipſum ad cultũ Dei, vt cõſtat: ergo & impedit, & dirimit matrimoniũ ex natura rei. Cõfirmatur. Na ſi per ordinẽ ſacrũ homo tradit ſeipſum ad cultũ Dei, ergo ex natura rei repugnat traditio illa cũ traditione, qua traditur vxori in matrimonio: ac ſubinde dirimit matrimoniũ.

¶ Secundò arguitur & confirmatur argu D mentũ præcedẽs Bonifac. 8. in c. illi vnico. de uoto, & voti redẽptione in 6. æqualiter dicit, quod uotũ ſolenne dirimit matrimoniũ poſtea contractũ, ſiue ſolẽnizatum fuerit per ſuſceptionem ſacri ordinis, aut per profeſſionem: ergo ſignificat Sũmus Pontifex, quod habent ęqualẽ virtutẽ ad dirimẽdum matrimoniũ poſteà factũ. Sed votũ ſolẽne religionis ex natura rei iure naturali, & diuino dirimit matrimoniũ poſteà factũ, (vt iam diximus) ergo ſimiliter uotũ ſolennizatum per ſuſceptionem ſacri ordinis.

¶ Tertio arguitur ſaltem de ſtatu epiſcoporũ. Quoniã talis ſtatus ſtãdo in iure diui

no

no eſt perfectior, quam ſtatus religioſorũ ut per ſe eſt notũ: ſed ſtatus religioſorum iure diuino habet annexam continentiam, taliter quod ex natura ſua non ſolum impedit, uerum etiam dirimit matrimonium poſtea factum, ut diffinitum eſt in articulo præcedenti: ergo ſimiliter ſtatus epiſcoporum.

¶In hac difficultate aliqui autores exiſtimant, quod ordo ſacer impedit matrimonium iure naturali & diuino, imo etiam dirimit. Itaque ſicut uotum ſolemne religionis ex natura ſua impedit, & dirimit matrimonium: ita etiam ordo ſacer. Hanc ſententiam tenet Thomas Vualdenſis lib. de ſacramentis, cap. 128. & cap. 129. Hoc etiam tenet Clictoueus, lib. 2. propugnaculi. cap. 4. & 5. uſque ad 13. & Maioris in 4. diſtin. 24. quæſt. 2.

¶His non obſtantibus, ſit prima concluſio. Ordo ſacer non impedit, & dirimit matrimonium poſtea factum iure diuino, & ex natura ſua. Hæc eſt communis ſententia omnium Theologorum & Iuriſperitorum. Eam tenet in primis D. Th. in hoc articulo, & in 2. 2. q 88. ar. 7. ubi expreſsè dicit, quod ſolemnitas ordinis ſacri eſt de iure poſitiuo, eam tenet Caiet. ibidem, & in opuſculis in quæſito illo 24. ubi interrogat utrum Summus Pontifex poſſit diſpenſare cum ſacerdote occidentalis Eccleſiæ, ut accipiat uxorem. Hanc etiam ſententiam tenet Magiſter Sotus in 4. diſt. 38. art. 1. & lib. 7. de iuſtitia & iure q. ultima articulo ultimo, & omnes diſcipuli D. Tho. Couar. ſuper 4. Decret. part. 2. § 3. c. 6. Nauar. in Manua. c. 22. nu. 52. Sylu. verbo matrimonium 8. q. 12. & iſti autores allegant multos alios Doctores pro hac ſententia. Et probatur concluſio.

¶Primo. Quãuis in ordine ſacro ſit traditio, non tamen eſt totalis traditio, ſed tã tum ad cultum Dei & diuinum officium: ſed ex natura rei cum hac traditione compatitur matrimonium: ergo ordo ſacer iure naturali, & diuino non impedit, nec dirimit matrimonium. Conſequentia eſt bona, Minor probatur. Nam ille, qui contrahit, poteſt miniſtrare in officio diuino conſiderata natura rei, & ita fit in Eccleſia Orientali, & factum eſt in principio Eccleſiæ.

¶Secundo probatur concluſio. Ordo ſa-

A cer iure naturali & diuino non dirimit matrimonium antecedẽs: ergo nec ſubſequẽs. Probatur conſequentia. Nam ſi ordo ſacer ex natura rei haberet contrarietatem ad matrimonium, & cum matrimonio, dirimeret matrimonium antecedens: nam contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto Antecedens verò conſtat. Nam Sanctus Doctor articulo ſequenti docet, quòd ordo ſacer poteſt ſuperuenire matrimonio ex natura rei. Et ita multi coniugati ordinati ſunt, vt conſtat, ergo ordo ſacer iure diuino non dirimit matrimonium antecedens.

B ¶Tertiò arguitur pro hac concluſione. Nam in c. Diaconi 28. diſtin. conceditur, q̃ diaconi ducant vxores, ſi quando ordinati ſunt dixerunt tale habere propoſitum: tamẽ ſi ordo ſacer iure diuino dirimeret matrimonium, non poſſet Eccleſia talem conſtitutionem condere (vt conſtat) nam nihil poteſt ordinare contra ius diuinum: ergo ordo ſacer non impedit matrimonium iure diuino. c. diaconi. 28. d

¶Quarto probatur concluſio. Quando aliquod matrimonium eſt irritum, & nullum iure diuino, actus illius eſt incompoſſibilis: ſed actus matrimonialis non habet repugnantiam cum ordine ſacro: ergo ordo ſacer non dirimit matrimonium iure diuino. Conſequentia eſt bona, minor probatur. Nam modo de facto in Eccleſia Latina ſi aliquis accipiat ordines ſacros repugnante vxore, verum recipit ordinem, & poteſt actum matrimonialem exercere, ſi vxor petat ſuum debitum. Maior de ſe patet.

C

¶Quinto probatur concluſio. Votum ſolemne religionis, quia ex natura rei dirimit matrimonium, & habet contrarietatem cũ illo, nullo modo poteſt ſtare cum matrimonio, & ita dirimit matrimonium poſtea factum, & matrimonium antecedens: ſed ordo ſacer non dirimit matrimonium antea factum (vt conſtat ex iam dictis) ergo ex natura rei non habet contrarietatem ad matrimonium: ac ſubinde non dirimit matrimonium poſtea factum iure diuino. Itaque ſi ordo ſacer præciſè conſideretur ſecundum ea, quæ conueniunt ei ex natura ſua, nullo adiuncto, non habet efficaciam ad impediendum, & dirimendum matrimonium.

D

¶Secunda concluſio. Conuenientiſſimũ eſt & legi euangelicæ & naturali maximè con-

conſentaneum, quòd ordo ſacer impediat, A dirimat matrimonium poſtea factum: & quòd ita ordinati ſeruent continentiam. Itaque quamuis impedire, & dirimere matrimonium poſtea factum non ſit de iure diuino: habet tamen maximum fundamentum in iure diuino Euangelico, & habet maximam affinitatem cum illo. In hac concluſione conueniunt Doctores ſupracitati in eiſdem locis. Et quidem quòd ſit conuenientiſſimum legi Euangelicæ, & illi conſentaneum probatur.

¶Primo ſacerdotibus Leuiticis, & veteris teſtamenti propter puritatem, & dignitatem miniſterij præcipitur, vt ſeruent puritatem & munditiam, ſecundum illud B
Leu.11. Leuit.11. Sancti eritis, quoniam ego Sanctus ſum: ergo multo magis requiritur puritas, & continentia in miniſtris, qui ſunt initiati ſacris in nouo teſtamento. Nam in nouo teſtamento eſt maior puritas & ſanctitas, maiorque dignitas in miniſtro & in ſacrificio: ac ſubinde conſentaneum eſt legi euangelicæ, vt ordo ſacer impediat, & dirimat matrimonium poſtea factum. Et ita dicitur miniſtris noui teſtamenti Ioan.20. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, &c. accipite ſpiritum ſanctum. Confirmatur hæc ratio. Sacerdotes noui teſtamenti ſunt magis Angelici domini multo melius quam ſacerdotes veteris teſtamenti, quibus dici-
Mala.2. tur Malachiæ. 2. Angelus domini exercituum eſt, ſ. ſacerdos: ergo conuenientiſſimũ eſt legi Euangelicæ, vt vitam angelorum referant, & ſint in terris veluti in cœlo vbi
Mat.19. nec nubent, nec nubentur, vt dicitur Matthæ. 19.

¶Secundo probatur hæc pars. Quoniam hoc eſt maxime conſentaneum iſtis miniſtris ratione officii, in quo ſunt fere continue, vt tale miniſterium recte fiat. Quod probatur ſic. Nam ſacerdotes Leuitici tempore, quo miniſtrabant, abſtinebant ab vxoribus propter munditiam, & ſanctitatem
Lucæ.c.1. miniſterij, vt colligitur de Zacharia. Lucæ c.1. ſed ſacerdotes euangelici continue pertractant ſacra, vt conſtat. Nam noſtrum ſacrificium perpetuum eſt, cui multa ſacra miniſteria ſunt annexa, vt collationes ſacramentorum, & alia huiuſmodi: ergo maximè conueniens, & conſentaneum legi euãgelicæ eſt, vt iſti miniſtri ſeruent continentiam & non ſint coniugati.

¶Tertiò probatur hæc pars: D. Paulus 1. Corin. 7. coniugatis conſulit, vt aliquando ſeparentur, vt vacent orationi: ſed vita mi- Mat.18.
niſtrorum legis euangelicæ debet eſſe veluti quædam perpetua, & continua oratio, ſecundum illud Matthæ. 18. oportet ſemper orare, quòd præcipuè dicitur ſacerdotibus: ergo maximè conueniens eſt & legi euangelicæ conſentaneum, vt matrimonium impediatur, & dirimatur per ordinem ſacrũ. Confirmatur argumentum. In ordine ſacro quamuis non ſit totalis traditio, eſt tamen traditio facta Deo ad cultum illius: ergo maximè conueniens eſt, & conſentaneum legi euangelicæ, quod non poſſit iſte talis alteri ſe tradere.

Secunda pars, ſ. quòd ſit maximè conueniens & conſentaneum lumini naturali, & legi naturali probatur primo. Quia lumen ipſum naturale docet & dictat, quòd quanto res fuerint ſacratiores, tanto in maiori reuerentia habeantur: ſed ſacerdotium euãgelicum, & eius ſacrificium ſunt res omniũ ſacratiſſimæ, quas habet orbis: ergo lumen ipſum naturale dictat, quòd in maiori reuerentia habeantur. At vero in maiori re- C
uerentia habentur, ſi non committantur quibuſcunque, ſed illis, qui habent vitæ puritatem, ergo conſentaneum eſt lumini naturali, quòd miniſtri noui teſtamenti voueant caſtitatem, & ſint inhabiles ad matrimonium. Confirmatur argumentum. Pri- Ge.c.4.
mum, ſacerdos legis naturæ, cuius munera leguntur accepta Gene.4. nempe Abel perpetuam ſeruauit virginitatem, vt videlicet, in figura ſtatim à principio mundi oſtenderetur, quantum caſtitas ſacerdotio, & miniſterio ſacro conueniret: ergo multo magis in lege euangelica conſentaneum fuit D
lumini naturali, vt caſtitas coniungeretur cum ſacerdotio, & cum aliis miniſtris ſacris.

¶Secundo probatur hæc pars. Lumen naturæ dictat, quòd officia neceſſaria rei publicæ ſint committenda illis, qui poſſunt illa commodè exequi: ſed ſacra miniſteria ſunt officia maximè neceſſaria, & continentes ſunt maximè expediti ad exequutionem illorum: ergo conuenientiſſimum eſt naturali lumini, quòd qui illa exercent, ſint impediti ad contrahendum matrimonium.

¶Tertia concluſio. Ordo ſacer in Eccleſia

ſia Latina impedit & dirimit matrimoniũ iure humano eccleſiaſtico. Itaq; q̃uis hoc ſit maxime conſentaneũ iuri euãgelico diuino & iuri naturali, tñ vltimũ cõplementũ hẽt per ius humanũ poſitiuũ. Ad expoſitionẽ huius cõcluſionis aduertẽdũ eſt, ꝙ votũ caſtitatis, ꝙ emittunt ordinati ordine ſacro, ex natura ſua impedit matrimoniũ contrahendũ:cęteriſ illud votuni nõ eſt annexũ ordini ſacro ex natura rei, ſed ex iure humano poſitiuo. Itẽ inhabilitas ad cõtrahendum matrimonium, rõne cuius dirimit matrimonium poſteà factum, nõ conuenit ordini ſacro ex natura rei, nec iure diuino euãgelico, ſed iure humano poſitiuo, i quo diſtinguĩt ordo ſacer a voto ſolẽni religionis:nã(vt diximus) uotum ſolẽne religiõis ex natura rei includit uotum cõtinẽtiæ, & inhabilitatem ad contrahendum, & ẽt iure diuino. In hac cõcluſione ita explicata conueniunt oẽs doctores Theologi & iuriſperiti. Vide ſupra citatos pro prima concluſione. Et hæc concluſio probatur. Nam ut dictum eſt ſupra in principio huius art. ordo ſacer impedit, & dirimit matrimonum poſteà factum:ſed nõ impedit, & dirimit iure naturali uel diuino euangelico: ergo impedit iure humano poſitiuo Canonico. Et hoc definitur in iurib. citatis in principio huius art. diffinitur etiam ca. Si quis & ca. Erubeſcant. 32. diſt. Imo nũquam fuit licitum in Eccleſia contrahere poſt ſacros ordines, ſed ab initio naſcentis Eccleſiæ hoc fuit prohibitum. Quoniam hęc prohibitio erat maxime affinis iuri euangelico, & hoc cõſtat ex canonib. apoſtolorum ca. 25. cuius uerba ex Holoandri tranſlatione hæc ſunt. Ex his, qui cęlibes in clerum peruenerunt, iubem⁹ lectores tñ, & cantores ſi uelint, nuptias contrahant, & in c. Nullus, 28. diſt. præcipitur, quòd nullus ordinetur, niſi prius uouerit continentiam & 32. diſt. c. 1. & in multis capitibus illius diſt. Vide Alfonſum de Caſtro, lib. de hæreſib. uerbo ſacerdotium, & Michaelem de Medina libr. 2. de cæli batu, & Ioannem EKium contra Lutherum. ca. 19. Et quòd prohibitio hæc & inhabilitas ſit maximè antiqua, conſtat ex Calixto Papa in c. penult. 27 diſt. ubi agit de presbyteris, diaconis, & ſubdiaconis, & ſubdit. Contracta quoque matrimonia ab huiuſmodi perſonis diſiungi iuxta ſacrorum canonum diffinitionem iudicamus. Vbi ſignificatur

Ca. ſi qs. c. Erubeſcant, 32 diſt.

Can. 25. in canonib. apoſtolicis.

Ca pen. 27. diſt.

A hoc eſſe ordinatum a principio naſcentis Eccleſiæ. De iſtis omnib. uide Doctores ſupracitatos ſpecialiter Couarruu. ubi ſupra, qui optimè loquitur. Et in particulari diſputat, an initiati ſacris ordinib. in Eccleſia orientali poſſint matrimonium cõtrahere, & contracto vti. Vide illum. Et idem diſputant alij autores. Hoc autem non eſt neceſſarium hic diſputare, nec plura dicere ptinẽt ad iſtum locũ:ſed ad materiã de uoto.

¶ Ex hac concluſione colligitur aperte quòd Summus Pontifex poteſt diſpenſare cum eo, qui eſt in ſacris conſtitutus, ut

B contrahat matrimonium. Ratio huius eſt. Quoniam illud impedimentum quamuis aliquale fundamentum habeat in iure naturali & euangelico, tamen eius complementum eſt de iure humano poſitiuo (ut dictum eſt) at uerò Summus Pontifex poteſt diſpenſare ſuper ius humanum: ergo. Aduertendum tamen eſt, quòd cum ordini ſacro ſit annexum uotum continentiæ ex inſtitutione Eccleſiæ, (quod quidem conſtat ex multis capitibus ſupracitatis & ex uſu Eccleſiæ, nam in ordinatione emittitur uotum ſaltem implicite) ad hoc:quòd

C diſpenſatio ſit ualida, ita ut non peccet diſpenſatus contrahendo, debet eſſe legitima cauſa. In quo differt ab aliis impedimentis hoc impedimentum. Ratio huius eſt: Nam Summus Pontifex non poteſt in uoto diſpenſare ſine rationabili cauſa. Dixi autem, ut non peccet diſpenſatus contrahendo. Quia quomodocunque diſpenſet ſuper inhabilitate ad contrahendum etiam ſine rationabili cauſa, ualidum erit matrimonium. Cæterum uotum continentiæ emiſſum habebit ſuam uim ſaltem quãtum ad hoc, quòd non poterit petere debitum.

D Quoniam diſpenſatio facta in uoto nulla fuit, cum non fuerit rationabilis cauſa ad diſpenſandum. Et hoc eſt maximè aduertendum, & conſiderandum in hac materia.

¶ Quarta concluſio. In minoribus ordinibus conſtituti ſemper licitè poterunt matrimonio copulari. Hanc concluſionem docent omnes Theologi, & Iuriſperiti. Vide ſupra citatos. Et probatur concluſio. Primo ex Canonibus Apoſtolorum Cano. 27. Vbi hoc expreſsè dicitur. Vide Sylueſtrum uerbo matrimonium. 8. quæſtione. 12. & uerbo clericus quæſtione. 4. Secundo probatur ex uſu, & more totius Eccle-

Can. 27. in canonib. apoſtolorũ.

ſiæ. Quia ſemper licitum fuit, & eſt, quòd illi, qui ſunt in minoribus conſtituti, contraherent matrimonium: ergo illud fieri poteſt. Tertiò probatur concluſio. Ordines minores ex natura rei iure naturali, vel diuino nec impediunt nec dirimunt; cum maiores ordines hoc non habeant ex natura ſua iure naturali vel diuino, & non eſt aliquod ius humanum per quod ordines minores impediant, aut dirimant matrimonium, ut conſtat: ergo ualidum eſt, & licitũ matrimonium ab illis contractum. Quartò probatur concluſio ratione. Et Magiſter Sotus in loco ſupra citato adhibet quandã rationem uidelicet, quòd ordines minores non habeant rationem ſacramenti, & ita poſſunt optime contrahere. Hæc tamen ratio non eſt bona. Non enim eſt certum inter Theologos, quod ordines minores non ſint ſacramenta, de quo in materia de ordine. Et ratio eſt. Nam miniſteria, ad quæ deputantur homines per huiuſmodi minores ordines, non ſunt adeo ſacra, ut cum officio coniugali ſtare non poſſint, & ita poſſunt coniugati illa miniſteria exercere. De quo in Concil. Trident. ſeſſione 23. per aliqua capita præcipue in 5. 6. & alijs, & ita D. Thom. in ſolutione ad quartum dicit, quòd conſtituti in ordinibus minorib. poſſunt matrimonium contrahere: quia quamuis ordines illi deputentur ad aliqua ſpiritualia, non tamen immediate habent acceſſum ad tractandum ſacra, in quo ſignificat, quòd miniſteria, ad quæ deputantur, non ſunt ita ſacra, ut non poſſint ſimul eſſe cum officio coniugali. Et hæc ratio eſt optima.

Cõcl. ſeſ. 23. ca. 5. & 6.

¶Quibus conſtitutis reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio. Ad primum argumentum reſpondetur, quod in ordine ſacro non eſt totalis, ſed partialis traditio ad aliquod miniſterium diuinum, ſcilicet, ad diuinum officium, & cum hoc miniſterio non habet contrarietatem matrimonium: in uoto uerò ſolẽni religionis eſt totalis traditio, & ideo ex natura rei habet contrarietatem ad matrimonium. Eſt enim impoſſibile, quod aliquis totaliter tradatur Deo, & quod totaliter tradatur coniugi, cæterum in ordine ſacro nõ totaliter traditur, ſed quoddam miniſterium diuinum: & ita non deſtruit matrimonium ex natura rei. Eſt optimum ſimile in impedi-

A mento ſeruitutis, quod quidem (vt iam diximus) non dirimit matrimonium iure naturali, quoniam in ſeruitute non eſt totalis traditio, ſed quodam modo partialis ad aliqua officia. Ad confirmationem reſpondetur, ex dictis ad argumentum.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod quamuis Bonifacius in illo capite quantũ ad apparentiam æqualiter videatur dicere, quòd votum ſolẽne dirimit matrimonium, ſiue ſit ſolemnizatum per profeſſionem religionis ſiue per ſuſceptionem ſacri ordinis, nihilominus tamen in rei ueritate eſt maxima diuerſitas inter vtrumq; B votum, quæ colligitur ex ipſa natura rei, & ſupponitur ab ipſo Summo Pontifice.

¶Dubium optimum eſt ad tertium argumentũ. Vtrum ſtatus epiſcopalis ex natura ſua iure naturali, & diuino impediat & dirimat matrimonium poſtea factum. Et videtur vera pars affirmatiua.

¶Primò arguitur tertio argumento facto in dubio præcedenti. Talis ſtatus ſecundum ius diuinum perfectior eſt, quam ſtatus religioſorũ, ut diffinitur in 2. 2. q. 184. potiſſimè art. 7. Sed ſtatus religioſorum ex C natura ſua iure naturali, & diuino impedit, & dirimit matrimonium poſtea factũ, ut diffinitum eſt, quia habet annexam continentiam iure diuino: ergo etiam ſtatus epiſcoporum.

¶Secundò arguitur & confirmatur argumentum præcedens. Status religionis ex natura ſua iure naturali & diuino impedit, & dirimit matrimonium poſtea factũ, quoniam religioſus totaliter traditur ipſi Deo (hæc enim ratio adducta eſt in præcedentibus) ſed in ſtatu epiſcopali ipſe Epiſcopus totaliter traditur ipſi Deo: ergo iure D naturali & diuino impedit, & dirimit matrimonium poſtea factum. Conſequentia eſt bona, minor probatur. In ſtatu religionis propter perfectionem ſtatus eſt traditio totalis, ſed perfectior ſtatus eſt ſtatus epiſcoporum: ergo Epiſcopus totaliter traditur ipſi Deo.

¶Tertio arguitur. Quia ſtatus epiſcoporum ex natura ſua iure naturali & diuino euangelico habet annexam ſolicitudinem omnium eccleſiarum ſibi ſubditarum, ſecũdum illud 1. Corin. cap. 12. præter ea, quæ 1. Cor. cap. 12. extrinſecus ſunt, ſolicitudo omnium eccleſiarum: ſed huic ſolicitudini repugnat ſta-

tus

tus matrimonialis: ergo ſtatus epiſcoporũ ex natura ſua iure diuino impedit, & dirimit matrimoniũ Cõſequẽtia eſt bona, minor probatur. Qui eſt cũ uxore, diuiſus eſt, & habet curam domeſticam, hæc autẽ omnia repugnant cum illa ſolicitudine: ergo.

¶Quartò arguitur. Epiſcopi iure diuino euangelico ꝓponunt populo Chriſtiano a Chriſto ueluti exẽplar, nõ ſolũ quãtum ad præcepta, uerum etiam quantum ad cõſilia & ita dicuntur ſal terræ & lux mũdi Matt. 5. at uerò coniugati non poſſunt eſſe exemplar uitæ perfectæ, & quantum ad conſilia, cum non ſeruent caſtitatẽ: ergo ſtatus epiſcopalis iure diuino euãgelico impedit, & dirimit matrimonium poſteà factum.

Matth. cap. 5.

¶Prima concluſio. Status epiſcopalis ex natura ſua iure diuino euãgelico nõ impedit, nec dirimit mrĩmonium poſteà factum. Hæc concluſio probatur primò. Si ſtatus epiſcopalis ex natura rei iure euangelico dirimeret matrimonium poſtea factum, illud eſſet, quia ex natura ſua iure Euangelico haberet cõtrarietatem ad matrimoniũ: ſed hoc non eſt uerum, ergo ſtatus epiſcopalis ex natura ſua iure Euangelico nõ dirimit matrimonium poſtea ſubſequutum. Conſequentia eſt bona, maior etiã eſt manifeſta. Minor uero probatur: Nam ſtatus epiſcopalis poteſt ſimul ſtare cum matrimonio, ergo non habent contrarietatem ex natura rei iure diuino. Cõſequẽtia eſt optima: nam contraria non poſſunt eſſe ſimul. Antecedens uero probatur. Nam a principio naſcentis Eccleſiæ multi cõiugati fuerunt aſſumpti ad ſtatum epiſcopalem, ut colligitur ex illo D. Pau. 1. ad Tim 3. Vnius vxoris uirum, & loquitur de epiſcopo, & D. Dionyſius Areopagita fuit coniugatus, ut legitur Acto. 17. tamen ut eius refert hiſtoria fuit epiſcopus Athenienſium, & fuit creatus a Diuo Paulo, & hoc legitur etiam de multis aliis.

1. ad Timotheũ. 3. Acto. 17.

¶ Secundo probatur concluſio. In ſtatu epiſcopali non eſt totalis traditio, ſed traditio ad aliqua officia & miniſteria, ergo ex natura ſua ille ſtatus non dirimit matrimonium poſtea factum. Hac enim ratione ordo ſacer non dirimit matrimonium poſtea factum quoniam in illo non eſt totalis traditio. Confirmatur argumẽtum. Quamuis in dignitate epiſcopali homo deputetur ad altiora miniſteria, quã in ordine facto, non

A tamen totaliter traditur: ſed præciſe ad illa miniſteria, ergo nõ dirimit matrimonium ex natura ſua.

¶ Tertiò probatur concluſio. Status epiſcopalis quãtumuis eleuatus ſit, & perfectus, non tamen habet ex natura ſua annexam continentiam, ergo ex natura ſua iure diuino non dirimit matrimonium. Conſequentia eſt euidens: antecedens vero probatur. Nã ſtatus epiſcopalis nõ habet annexã abdicationem proprietatis, nam poſſunt habere dominium, & reuera habẽt bonorum temporalium, ergo nec habent annexam cuſtodiam caſtitatis. Eadem. n. eſt ratio de abdicatione proprietatis, & de cuſtodia caſti-

B tatis. Confirmauit argumentum. Si eſſet annexa illi ſtatui epiſcopali eleuatiſſimo cuſtodia caſtitatis, illud eſſet, quia in illo ſtatu eſt totalis traditio: at uero ſi eſſet totalis traditio, etiam deberet eſſe annexa abdicatio proprietatis, ergo ſi in illo ſtatu non eſt annexa abdicatio proprietatis, nec etiã cuſtodia caſtitatis. Quare uero iſta ſint annexa ſtatui religioſorum, non uero ſtatui epiſcoporum, cum ſit ſtatus perfectior, dicetur infra in ſolutionib. argumentorum,

C ubi hæc concluſio amplius explicabitur.

¶Secunda concluſio. Legi Euangelicæ & naturali non ſolum eſt conſentanea & utiliſſima continentia epiſcoporum, uerum etiam maximè neceſſaria. Hæc cõcluſio eſt omnium Theologorum & Iuriſperitorũ, qui citati ſunt ſupra in præcedenti dubio. Itaque quamuis ſtatus ille epiſcopalis ex natura ſua iure euangelico non impediat, nec dirimat matrimonium: nihilominus tamen hoc eſt maximè neceſſarium in lege euangelica.

¶Et probatur cõcluſio primò argumen-

D tis factis pro ſecunda cõcluſione dubij præcedentis, quæ quidem a fortiori conuincunt de ſtatu epiſcoporum. Etenim ſi eſt maximè conſentaneum legi Euãgelicæ & lumini naturali, quòd ſacerdotes ſeruent continentiam, & quòd ordo quicunque ſacer habeat annexam continentiam: multo magis hoc habebit uerum de ſtatu epiſcopali, qui altior eſt, & in quo deputatur homo ad altiora miniſteria.

¶ Secundo probatur concluſio argumentis factis in principio huius dubij quæ hoc euidenter conuincunt, præcipuè tertio & quarto, quæ maiorem habent uim.

¶Tertia concluſio. Status epiſcopalis iure humano eccleſiaſtio impedit & dirimit matrimonium poſtea factum. Itaque quãuis hoc ſit maximè affine iuri euangelico, tamen ultimum complemẽtum habet à iure humano. Hæc concluſio eſt manifeſta ex ſupra dictis in dubio præcedenti. Nam ordo ſacer impedit, & dirimit matrimoniũ poſtea factum iure humano: ſed ſtatus epiſcopalis intrinſece & eſſentialiter habet annexum ordinem ſacrum in maxima perfectione, vt conſtat, ergo ille ſtatus epiſcopalis iure humano eccleſiaſtico impedit & dirimit matrimonium.

SED vt hæc concluſio, & præcedentes explicentur eſt adhuc dubium: An epiſcopus electus, & confirmatus per Summũ Pontificem, qui habet iuriſdictionem, non tamen eſt cõſecratus, nec ordinatus aliquo ordine ſacro, poſſit cõtrahere matrimoniũ. Itaque dubium eſt, an epiſcopatus tantum ratione ordinis ſacri habeat impedire, & dirimere matrimoniũ: an uero ratione iuriſdictionis, & dignitatis epiſcopalis. Ratio dubii eſt Nam ratione ſtatus epiſcopalis habet ſtatum perfectionis.

¶ Nihilominus tamen dicendũ eſt, ꝙ illud hẽt ratione ordinis. Nam ſi quilibet ordo ſacer impedit, & dirimit matrimoniũ poſtea factum, multo magis id habet ſupremus ordo ſacer. Itaque ſolus ordo ſacer ſufficit ad hoc, quãuis qui conſecratus eſt Epiſcopus maiorem obligationem habeat ad hoc. Ratio huius eſt. Quoniam in iure ſolũ habetur, ꝙ ordo ſacer impedit, & dirimit matrimonium poſteà factum, & nulla fit mentio de ſtatu Epiſcopali. Ex quo colligitur, quod Epiſcopus electus, & confirmatus per Summũ Pontificem, qui habet iuriſdictionem, non tamen eſt initiatus ſacris, non impeditur à matrimonio, nec eſt inhabilis ad illud. Et ita ſi contraheret factum teneret: nec oppoſitum inuenitur in iure.

¶ Aduertendum enim eſt, quod perfectio ſtatus & obligatio ad perfectionem in Epiſcopo oritur ex voluntaria aſſumptione paſtoralis officij, per conſecrationem tamẽ confirmata, ut dicitur in 2.2. quæſt. 184. artic. 5. Itaque in illa voluntaria aſſumptione ſtatus perficitur ſpirituale quoddam matrimonium inter Epiſcopum, & Eccleſiam, ut dicit Innocentius III. in capitulo licet. de translatione Epiſcop. ubi comparat

(ca. licet de tranſlatione epiſcop.)

A epiſcopatum matrimonio carnali, dicens: quòd hoc ſpirituale coniugium, quod eſt inter Epiſcopum, & eccleſiam electione inchoatur, confirmatione uerò ratum efficitur, at per conſecrationem conſummatur. Vnde prouenit quod tale matrimonium ſit indiſſolubile: & hinc oritur obligatio ad cohabitandum, & ad exequendum coniugalia munera, &c. Ex quibus omnibus colligitur aperte, quod eſt maximè cõſentaneum, & neceſſarium ſecundum ius diuinum euangelicum, quod cõtinẽtia ſit annexa epiſcopatus, quoniam Epiſcopus iam cõtraxit matrimonium ſpirituale cum Eccleſia.

B Cæterum ſtatus epiſcopalis impedit, & dirimit matrimoniũ iure humano poſitiuo, ut dictum eſt, ratione ordinis. Imo ẽt ſi ordo ſacer nõ impediret, & dirimeret matrimonium, propter perfectionẽ ſtatus Eccleſia ordinaſſet, quod epiſcopatus confirmatus & conſecratus impediret, & dirimeret matrimonium.

¶Quibus poſitis, reſpõdetur ad argumẽta facta in principio, ut procedunt contra primam concluſionem. Ad primum argumentum reſpondetur, quod ſine dubio ſtatus epiſcopalis perfectior eſt quam ſtatus religioſorum: nõ tamẽ inde ſequitur, quod

C ſicut ſtatus religioſorũ ex natura ſua iure diuino impedit, & dirimit matrimoniũ: ita ẽt ſtatus epiſcopalis. Sicut nõ ualet ſtatus epiſcoporum eſt perfectior, quam ſtatus religioſorum: ſed religioſi ex natura rei iure diuino ſunt incapaces dominij rerum temporalium, ut dicitur in cap. cum ad monaſteriũ. de ſtatu monachorũ, ergo etiam Epiſcopi. Itaq; vt dicitur in eodem ca. ſtatui religioſorũ ex natura rei iure diuino, eſt annexa continẽtiæ cuſtodia, & abdicatio proprietatis: non vero ſtatui epiſcopali.

(ca. cũ ad monaſterium de ſtetu monachorũ.)

SED explicandum reſtat cur hæc non

D ſunt annexa ex natura rei iure diuino ſtatui epiſcopali; cum ſit excellentior, perfectior, & eminentior in uirtute: tamen ſunt annexa ex natura rei ſtatui religioſorum. Ad hoc dubium dicendum eſt, quòd excelſitudinẽ & perfectionẽ ſtatus epiſcopalis colligitur aperte, quòd cuſtodia continentiæ & abdicatio proprietatis nõ eſt annexa ex natura rei epiſcopali ſtatui, & ex eo, quòd non eſt ſtatus ita eminẽs & perfectus ſtatus religioſorum, colligitur clare, ꝙ eſt neceſſario annexa ex natura rei cuſtodia

dia

dia caſtitatis,& abdicatio proprietatis ſtatui religioſorum. Et vt hoc explicemus cõſiderandum eſt,& maximè aduertendum. quòd in ſchola perſectionis euãgelicæ quidam ſunt diſcipuli:alij verò Magiſtri. Religioſi habent ſtatum diſcipulorum, Epiſcopi vero habent ſtatum Magiſtrorum, & ita dicuntur lux mundi,& ſal terræ. Ad perfectionem diſcipulorum neceſſaria eſt cuſtodia caſtitatis,& abiectio rerum omniũ temporalium,& quantum ad proprietatem, & quãtum ad dominium:& ita ex natura rei iure diuino hæc ſunt annexa illi ſtatui, vt dicitur in illo cap. Cum ad monaſterium. At verò ad perfectionem Magiſtri,non eſt neceſſaria cuſtodia caſtitatis, nec abdicatio proprietatis: & ita ex natura rei iure diuino euangelico hæc non ſunt annexa ſtatui epiſcopali.

ca. cum ad monaſteriũ de ſtatu monachorum.

¶Et ratio huius doctrinæ elegantiſſima eſt. Ideo enim cuſtodia caſtitatis & abdicatio proprietatis ſunt annexæ ſtatui monachali ex natura rei, nam actus coniugalis, & proprietas rerum temporalium videtur obſtare perfectioni,huiuſmodi enim res & actus alliciunt hominem à ſe plus nimio,& auocant hominem à rerum ſupernaturalium contemplatione, diſcipuli verò facilius ſolent auerti à diſciplina,quam Doctores à doctrina, & ideo ex natura ſtatus monachalis, & religioſi,ſequitur prohibitio actus coniugalis, & prohibetur etiam poſſeſſio rerum illis, quoniam impediunt perfectionem. Vnde illi ſtatui ex natura de iure diuino eſt annexa cuſtodia caſtitatis, & abdicatio proprietatis. Cæterũ epiſcopis ex natura ſua iure diuino non prohibetur iſta,nec eſt annexa cuſtodia caſtitatis, & abdicatio proprietatis, quoniã epiſcopi ſunt in ſtatu & culmine perfectionis,& ſunt magiſtri & Doctores virtutis, qui non ita faciliter dimouẽtur à perfectione,imo per vsũ matrimonialẽ, & proprietatem rerum,poſſunt maximũ meritum acquirere. Eſt optimum ſimile in naturalibus. Nobis enim melius eſt non intelligere res ſingulares,& res abiectas,quoniam cũ intellectus noſter finitus ſit, ſi daret operam, vt intelligeret huiuſmodi res ſingulares,& abiectas, neceſſarium eſſet, ꝗ impediretur à cognitione rerum ſuperiorum, cæterum magna perfectio eſt, in Deo intelligere res ſingulares quãlibet infimas,& abiectas. Quoniã cum

A intellectus Diuinus ſit infinitus, & omnia ſimul intelligat, non impeditur à contẽplatione ſuiipſius,& rerum ſuperiorũ:& idem dicendum eſt de angelis. Nõ diſſimiliter in propoſito religioſi,qui ſunt diſcipuli in virtute per actus coniugales,& proprietatem rerum,impediuntur a perfectione,non vero epiſcopi, qui ſunt magiſtri & Doctores in virtute. Cæterum per ius poſitiuum factũ eſt,ꝗ cuſtodia caſtitatis ſit annexa ordini ſacro,& epiſcopatui, non vero abdicatio proprietatis.

B ¶Sed vt hoc adhuc amplius explicetur, dubium eſt, cur annexa eſt ſecundum ius poſitiuum ordini ſacro & epiſcopatui cuſtodia caſtitatis,& non abdicatio proprietatis. Ratio dubitandi eſt: nam ſicut actus coniugales impediunt perfectionem,& diuidunt hominem:ita etiam proprietates & dominia rerum,ergo non debet eſſe magis annexa per ius poſitiuum cuſtodia caſtitatis,quã abdicatio proprietatis. Nihilominus tamen dicendum eſt, ꝗ magis conueniens fuit ꝙ eſſet annexa ordini ſacro cuſtodia caſtitatis,quàm abdicatio proprieatis. Quoniam vſus ipſe matrimonialis & omnia alia,quæ C ſequuntur ad matrimonium, magis impediunt perfectionem,& mentem diſtrahunt diuitiæ verò poſſunt eſſe inſtrumenta ad maximum meritum: de quo in materia de ſtatibus loco citato.

¶Ad ſecundum argumentum conceſſa maiori,negatur minor. Quoniam in ſtatu epiſcopali(vt diximus)non eſt totalis traditio, ſed ad aliqua officia,& miniſteria maxime eleuata. Et ad probationem minoris dicendum eſt,quòd in ſtatu religioſorum nõ eſt totalis traditio propter perfectionem ſtatus ſimpliciter loquẽdo,ſed propter per D fectionem ſtatus diſcipuli,ut dictum eſt in præcedenti ſolutione: epiſcopi vero ſtatus eſt ſimpliciter perfectus, & eſt ſtatus magiſtri,& ita non eſt in eo totalis traditio. Vide præcedentem ſolutionem.

¶Ad tertium argumentum reſpondetur negando minorem. Nam ex natura rei iure euangelico ſolicitudo omnium eccleſiarum bene poteſt ſtare cum matrimonio: præcipuè in uiro perfecto,qualis debet eſſe epiſcopus. Concludit tamen argumentum, quòd eſt maximè conſentaneum iuri euãgelico,& maximè neceſſarium,quòd epiſcopus non ſit coniugatus.

¶Ad quartum argumentum reſpondetur, quòd ex natura ſtatus epiſcopalis, & ſtando in iure diuino, quãuis epiſcopus debeat eſſe exemplar uirtutis, non tamen tenetur ſeruare omnia cõſilia, nec debet eſſe exemplar omnium conſiliorum. Aduertendum tamen eſt, quòd vt dicunt viri grauiſſimi, nunquam uiſum eſt in Eccleſia, quòd poſtquam aliquis eſt conſecratus epiſcopus matrimonio vteretur, & ita ſunt exemplar caſtitatis. Etenim vt diximus à principio naſcentis Eccleſiæ aliqui coniugati fuerũt ordinati epiſcopi & ſacerdotes. Veruntamẽ ꝙ poſtquam fuerunt aſſumpti ad epiſcopatum, matrimonii vſum habuerint, nuſquã legitur. Et hoc propter rationẽ adductam in quarto argumento. Vnde ſi aliquando in ueteribus canonibus inuenitur pœna poſita epiſcopis, & ſacerdotibus, qui prætextũ religionis uxores abiecerint, intelligẽdum eſt de illis qui abiiciebant quantum ad protectionem, & alimenta miniſtranda: non autem de illis, qui erant ſeparati quantum ad thorum. Et in hac parte Græci Latinos ſuperant. Nam apud illos ante multa ſæcula nullus aſſumebatur in epiſcopũ niſi poſt religionis profeſſionem, ut prius ſint diſcipuli, quam virtutis magiſtri, & Doctores.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm ordo ſacer matrimonio poſſit ſuperuenire.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd matrimonio ordo ſacer ſuperuenire non poſſit. Quia fortius præiudicat minus forti: ſed fortius eſt vinculum ſpirituale quam corporale: ergo ſi matrimonio iunctus ordinem ſuſcipiat præiudicium generabitur vxori, vt non poſſit debitum exigere, cum ordo ſit vinculum ſpirituale, & matrimonium corporale: & ſic videtur quod nõ poſſit aliquis ordinem ſacramentorum ſuſcipere poſt matrimonium conſummatum.

¶ 2 *Præterea. Poſt matrimonium* A *conſummatum vnus coniugum ſine conſenſu alterius non poteſt continentiam vouere: ſed ordo ſacer habet continentiam annexam: ergo ſi vir ordinem ſacrum inuita vxore acceperit, cogetur vxor inuita continentiam ſeruare, quia non poſſet alteri nubere viuente viro.*

¶ 3 *Præterea. Etiam ad tempus non poteſt uir vacare orationi conſenſu uxoris, vt habetur prima Corin. 7. ſed apud orientales illi qui ſunt in ſacris cõ*B *ſtituti, tenentur ad continentiam tempore quo exequuntur officium: ergo nec ipſi poſſunt ordinari ſine conſenſu vxoris, & multo minus Latini.*

¶ 4 *Præterea. Vir & vxor ad paria iudicantur: ſed ſacerdos Græcus defuncta uxore ſua non poteſt alteram ducere: ergo nec vxor defuncto viro: ſed non poteſt ſibi auferri facultas nubendi poſt mortem per viri actum: ergo vir non poteſt ſuſcipere ordines poſt matrimonium.*

C ¶ 5 *Præterea. Matrimonium quantum opponitur ordini, tantum econtrariò: ſed ordo præcedens impedit matrimonium ſequens, ergo &c.*

SED contra. Religioſi tenentur ad continentiam ſicut illi qui ſunt in ſacris ordinibus: ſed poſt matrimonium poteſt aliquis religionem intrare defuncta vel conſentiente uxore: ergo & ordinem ſuſcipere. Decr. li. 3. tit. 32 cap. 9.

¶*Præterea. Aliquis poteſt fieri ſeruus hominum poſt matrimonium: ergo* D *& ſeruus Dei per ſuſceptionẽ ordinis.*

RESPONDEO dicendum, quod matrimonium non impedit ordinis ſuſceptionem, quia ſi matrimonio iunctus ad ſacros ordines accedat etiam reclamante uxore, nihilominus, characterem ordinis ſuſcipit, ſed executione ordinis caret. Si autem nolente uxore, uel ipſa defuncta, recipit ordinem, & executionem.

AD primum ergo dicendum, quòd uinculum ordinis ſoluit uinculum matrimonij ratione redditionis debiti, ex

qua

qua parte habet repugnantiam ad matrimonium ex parte eius qui ſuſcipit ordinem, quia non poteſt petere debitum, nec vxor ei tenetur reddere: non tamen ſoluit ex parte alterius, quia ipſe tenetur vxori debitum reddere ſi non poſſit eam inducere ad continentiam.

AD ſecundum dicendum: quòd ſi vxor ſciat, & de eius conſenſu uir ordinem ſacrum ſuſceperit, tenetur perpetuam continentiam vouere: non tamen tenetur religionem intrare, ſi ſibi non timeat de periculo caſtitatis propter hoc quòd vir eius ſolēne uotum emiſit, ſecus autem eſſet ſi emiſiſſet uotum ſimplex. Si autem ſine eius conſenſu ſuſcepit, non tenetur; quia ex hoc ſibi nullum praiudicium generatur.

AD tertium dicendum, quod ſicut probabilius videtur, quamuis quidam contrarium dixerunt, quod etiam Græci non debent accedere ad ſacros ordines ſine conſenſu vxorum: quia ad minus tempore miniſterij ſui fraudarentur debiti redditione, quo fraudari non poſſunt ſecundum ordinem iuris, ſi eis contrahentibus aut ignorantibus viri ordines ſuſceperunt.

AD quartum dicendum, quod ſicut dicitur, eo ipſo ꝙ mulier cōſentit apud Græcos quod vir ſuus ordinem ſuſcipiat, obligat ſe ad hoc quod ipſa in perpetuum alteri non nubat: quia ſignificatio matrimonij non ſeruaretur quæ in matrimonio ſacerdotis præcipuè exigitur, ſi autem ſine conſenſu eius ordinatur, non videtur ad hoc teneri.

AD quintum dicendum, quòd matrimonium habet pro cauſa noſtrum conſenſum, non autem ordo, ſed habet cauſam ſacramentalem determinatā à Deo: & ideo matrimonium poteſt impediri ex ordine præcepti, quod non ſit verum matrimoniū, quod nō ſit uerus ordo: quia ſacramentorum uirtus eſt immutabilis, ſed actus humani poſſunt impediri.

A

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio eſt affirmatiua. Quoniam ille, qui iunctus eſt matrimonio ſi ad ſacros ordines accedat etiam reclamāte vxore, verum characterem ſuſcipit.

2 ¶Secunda concluſio. Si maritus ordinetur inuita vxore, & reclamante, ſuſcipit quidem characterem, tamen caret vſu characteris.

¶Tertia concluſio. Si maritus ordinetur conſentiente vxore ſuſcipit characterem, & vſum characteris.

B ¶In hoc articulo diſputādum eſt de matrimonio quando antecedit ordinem ſacrum. Et circa hoc ſupponendum eſt, ꝙ tres ſtatus hominis coniugati, qui ad ſacros ordines promouetur, excogitati poſſunt. Primus ſtatus eſt, quando matrimonium quidem ratum erat, ſed nōdū cōſummatum. In quo quidem caſu certum eſt, quòd tale matrimonium per uotum ſolenne ſacrorum ordinū non dirimitur. Et quāuis de hoc olim fuerit dubitatum in Eccleſia, nunc tamen certum eſt. Nam hoc aperte diffinitū eſt in quadam extrauaganti Ioānis. 22. de uoto, ubi aſſerit Summus Pontifex, quòd tale matrimoniū non diſſoluitur
C quia nec in iure diuino, nec in ſacris canonibus reperitur, quod diſſoluat matrimonium ante factum. Vnde priuilegiū diſſoluendi matrimonium ratum voto religionis ſolēni dum taxat conceſſum eſt, quia in illo eſt totalis traditio facta Deo, in ſacro vero ordine non eſt totalis traditio, ut iam diffinitum eſt in articulo præcedenti.

CIrca iſtum ſtatū eſt difficultas. Vtrū ille, qui ordinatus eſt ordine ſacro poſt matrimonium ratū, nondū conſummatū, teneatur ingredi religionem, &
D profiteri. Sed antequā hoc dubium explicemus, aliud veluti præuiū explicandū eſt, uidelicet, an ille, qui ordinatur ordine ſacro poſt matrimoniū ratum non conſummatū contradicente vxore, peccet mortaliter, ſi illud faciat cum animo tranſeūdi poſtea ad religionem. Dixi contradicente vxore. Nā conſentiente vxore iure & more, & licite poteſt quoſcunque ordines, & etiam ſacerdotalem ſuſcipere. Imo ſi mulier dedit cauſam diuortii, vt ſi adulterauit, poteſt vir ſacris initiari ſine licentia mulieris, & trāſire

c. 4. & 6. de conuerſione coniugatorum.

ad religionem. Hoc diffinitur in cap. 4. & 6. de Conuerſione coniugatorũ. De quo uide Magiſtrum Sotũ in 4. diſt. 38. art. 2. Et Couarru. ſuper. 4. decreta. parte. 2. §. 3. num. 3. Syluestrũ verbo matrimonium 8. impedimento 12. quæſt. 12. dicto 4. Nauarro in Manuali cap. 22. num. 52. Dixi etiam cum animo transeũdi poſtea ad religionem. Nã ſi ordinetur ſine tali animo, certa res eſt ꝙ eſt peccatum mortale grauiſſimum & ſacrilegium: quia iſte talis & vxori, & ſacris ordinibus eſt iniurius, ut dicunt autores ſupracitati. Item, nam iſte talis in ſuſceptione ſacri ordinis vouet votum caſtitatis abſolute & ſimpliciter, quod tamen ſeruare non poteſt ſi non tranſeat ad religionem, ergo peccat mortaliter. Vnde ꝑpetuo manet ſuſpẽſus ab exequutione ordinum. Imo vt dicit Ioãnes. 22. in Extrauaganti citata quæ incipit antiquæ, iſte talis non ſolum nõ poteſt miniſtrare in ordine ſuſcepto, uerum etiã nec ad alios ſacros ordines promoueri, quod eſt eſſe irregularẽ, nec aliquod beneficium aut officiũ eccleſiaſticum obtinere. Verum eſt quod matrimonium antea ratũ non dirimitur, vt iam diximus. Et ita uxor habet ius ad petẽdũ debitũ, & ipſe tenetur reddere debitũ, nõ tamẽ poteſt petere, nec ad id habet ius. Vnde etiã ſoluto matrimonio per mortem uxoris manet irregularis.

¶ Tota autẽ difficultas eſt quando ordinatur ordine ſacro contradicente vxore, tamen cum animo transeundi ad religionẽ, an tunc peccet mortaliter. Et uidetur uera pars negatiua.

¶ Primo arguitur. Maiorẽ oppoſitionem habet matrimonium ratum etiam ſi nõ ſit conſummatũ cum uoto ſimplici caſtitatis, quam ordo ſacer cũ matrimonio rato ſed poſt uotum ſimplex caſtitatis poteſt aliquis cõtrahere matrimonium cum animo tranſeundi ad religionem ut diffinitum eſt in art. 1. huius quæſtionis ſecundũ probabiliſſimam ſententiam, ergo ſimiliter poſt matrimonium ratum nondum conſumatum poteſt aliquis initiari ordine ſacro cũ animo tranſeundi ad religionem. Conſequentia eſt bona. Maior probatur. Quia matrimonium ex natura rei repugnat cum voto etiam ſimplici caſtitatis, ordo vero ſacer nõ habet repugnantiam ex natura rei, ſed ex ſtatuto Eccleſiæ.

¶ Secundo arguitur & confirmatur argu-

A mentum præcedens. Si ordo ſacer haberet aliquam repugnantiam cum matrimonio rato, ratione cuius eſſet peccatum mortale ordinari ordine ſacro, illa eſſet propter uotum caſtitatis, quod eſt annexum ordini ſacro ex Eccleſiæ ſtatuto, ſed illud uotum poteſt optime ſtare cum matrimonio rato non cõſummato, vt probatũ eſt in loco immediate citato in argumento præcedenti, ergo ordo ſacer nullam habet repugnantiã cum matrimonio rato, ac ſubinde nullũ eſt peccatum ordinari ordine ſacro cum animo tranſeundi ad religionem poſt matri-

B monium ratum.

¶ Tertio. Iſte talis, qui ſic ordinatur, nullam infert iniuriã uxori nec ordini ſacro, ergo nullo modo peccat. Cõſequentia eſt bona. Antecedens uerò probatur. Et quidem quòd nulla fiat iniuria vxori conſtat. Nam iſte talis habet ius ut tranſeat ad religionẽ & relinquat vxorem, ac ſubinde ex hoc ꝙ ordinetur ordine ſacro cũ animo trãſeũdi ad religionem, non infertur aliqua iniuria vxori. Quod uero non fiat iniuria ordini ſacro cõſtat etiam. Quoniam ordo ſacer nullam habet repugnantiam ex natura ſua

C cum matrimonio præcipuè rato, & non cõſummato, nec etiam habet repugnantiam ratione uoti adiũcti ex ſtatuto Eccleſiæ vt iam probauimus.

¶ Quarto probatur hoc & confirmatur argumentum præcedens. Nam non obſtante matrimonio rato nondum conſummato iſte talis, poteſt optime ordinari ordine ſacro ſine aliquo peccato, quod quidem conſtat. Nam ſi tranſeat ad religionẽ (quod poteſt licite facere) poterit optime ordinari ordine ſacro, vt poſtea dicemus, ergo à principio poterat id facere cũ animo tranſeũdi

D ad religionem. Probatur cõſequentia. Quoniam quod ordinetur mediate vel immediatè nihil videtur referre ad propoſitum, ꝑcipue quãtum ad iniuriam vxoris. Nam ſi ipſe habet ius vt ordinetur, & licite poteſt illud facere mediante religione, non eſt illi iniurioſum, quod fiat immediate cũ animo tranſeundi ad religionem. Confirmatur. Iſte talis poſt matrimonium nondum conſummatum poteſt vouere caſtitatem abſolute cum animo tranſeundi ad religionem, ergo uotũ caſtitatis annexum ordini ſacro non impedit, & ita poterit licite fieri cum animo tranſeundi ad religionem.

¶ In

¶ In oppoſitum eſt primo. In iure in locis ſupracitatis in principio articuli eſt prohibitum, ꝙ aliquis ordinetur ordine ſacro poſt matrimoniũ. Itaque ſicut ponitur impedimẽtum ad matrimonium in iure uotũ ſimplex caſtitatis, & ideo non eſt licitum contrahere etiam cum animo tranſeũdi ad religionem ante cõſummationem, ut diximus ſecundum probabilem ſententiam in loco iã citato: ita etiam ponitur impedimẽtum ad ordinẽ ſacrũ matrimoniũ iã contractum, ut conſtat ex ipſo iure, ergo peccatũ mortale erit ordinari ordine ſacro poſt matrimonium ratũ non conſummatum, etiam ſi fiat cum animo tranſeundi ad religionem

¶ Secundo arguitur. Secundum probabiliſſimam ſententiam ibi citatam matrimonium ex natura ſua repugnat cum uoto caſtitatis, ita ut ſit mortale contrahere poſt uotum illud, etiam ſi fiat cum animo tranſeundi ad religionem, quoniam in matrimonio datur facultas ad copulam, ergo ſimiliter erit peccatum mortale ordinari ordine ſacro propter uotũ caſtitatis adiunctum ex Eccleſiæ inſtitutione. Probatur conſequentia. Nam uouet abſolute & ſimpliciter id, quod non eſt in eius poteſtate, ſed in poteſtate alterius: ſicut peccaret mortaliter, qui uoueret caſtitatem abſolute, ſi uellet permanere in matrimonio.

¶ Tertio arguiť. Eccleſia in illis iuribus ſupra citatis manifeſte intẽdit, ꝙ ordo ſacer nullo modo ſit cum matrimonio ẽt rato, ergo peccatũ mortale erit ordinari ordine ſacro poſt matrimonium ratum; etiam ſi ordinetur cum animo tranſeundi ad religionẽ. Conſequentia eſt euidens, antecedens probatur. Quãdo ordo ſacer præcedit, Eccleſia inhabilem reddit perſonam, ita ut nõ poſſit celebrare matrimonium ratum, etiam ſi illud faciat cũ animo trãſeundi ad religionẽ, ergo ſignum manifeſtum eſt, quod in aliis iuribus uult, quod nullo modo ſtet ordo ſacer cum matrimonio rato, etiam ſi non ſit conſummatum.

¶ In huius rei explicationem ſupponẽda ſunt aliqua. Primo ſupponendum eſt tanquã certũ, ꝙ ſi aliquis poſt matrimoniũ ẽt cõſummatum ordineť ordine ſacro, uerũ ordinem ſuſcipit, & uerum ſacramentũ, & manet ordinatus. Hoc docet D. Tho. in articu. & omnes Doctores ſupra citati. Talis enim ordo eſt ſacramentum characterem imprimẽs. Itẽ. Nã ubi eſt legitima materia, & legitima forma, & intentio, uere cõficitur ſacramẽtũ ordinis, in pſenti uere omnia iſta adſunt, ergo uerũ eſt ſacramentũ ordinis. Secũdo ſupponendũ eſt tanquam certum, quod ſtãdo in iure diuino ordo ſacer (ut iam diximus) nullam habet repugnantiã cum matrimonio, & ita nullum eſt peccatum ſtando in iure diuino, ꝙ aliqs ordinetur ordine ſacro poſt matrimonium etiã cõſummatum.

¶ Quibus poſitis, ut hoc dubium explicemus, ſit prima cõcluſio. Probabile eſt, quod eſt licitum ordinari ordine ſacro poſt matrimonium ratum nondum conſummatum cum animo ingrediendi religionem: ſi præciſe attendamus ad rationem uoti caſtitatis adiũcti ex Eccleſiæ inſtitutione ordini ſacro. Hanc concluſionem debẽt tenere omnes illi autores, qui tenẽt, quòd poſt uotum caſtitatis licitum eſt cõtrahere cum animo tranſeundi ad religionem ante conſummationem. Et hanc concluſionem conuincunt argumenta facta primo loco. Quæ omnia confirmãtur. Nam eandem repugnantiam uel nõ repugnantiam habet uotum caſtitatis cum matrimonio rato, ſiue uotum præcedat matrimoniũ, ſiue ſubſequatur, loquẽdo ex natura uoti: & ita ſi unum eſt probabile, & aliud etiam erit probabile.

¶ Secunda concluſio. Abſolute loquendo certũ mihi uidetur, quod ordinari ordine ſacro poſt matrimonium ratum nõdum conſummatum etiam cum animo ingrediẽdi religionem eſt peccatũ mortale: ſi illud fiat contradicente uxore. Hæc concluſio probatur argumentis factis ſecundo loco præcipuè ultimo, quod quidẽ hoc uidetur euidenter conuincere.

¶ Et ut uim illius argumẽti explicemus aduertendum eſt, quod Eccleſia in illa prohibitione manifeſte intendit, quod ordo ſacer nullo modo ſit cum matrimonio etiã rato non conſummato, quod quidem conſtat ex hoc, quod quando præcedit ipſe ordo ſacer, inhabilem reddit perſonam ad contrahendum matrimonium, taliter, quod matrimonium poſtea factum nullo modo ſit ualidum: quando uero præcedit matrimonium, non potuit eccleſia facere, quod ordo ſacer poſtea ſubſequutus, diſſolueret matrimonium etiam non conſummatum. Nam quos Deus coniunxit, homo ſeperare non poteſt. Nec potuit facere, quod homo, qui con-

contraxit matrimonium, non eſſet habilis ad ſacros ordines. Et ita intēdit clare & manifeſte, quod ordo ſacer nullo modo ſtet cū matrimonio etiam non conſummato, quod explicabitur amplius in ſolutionibus argumentorum.

AD argumenta facta primo loco, quæ procedunt contra iſtam ſecundam concluſionem reſpondetur. Ad primum argumentum reſpondetur, ex iam dictis, ꝙ maiorem repugnantiam quodammodo habet ordo ſacer cum matrimonio, quam uotum ſimplex caſtitatis; quamuis repugnantia illius uoti ſit ex natura rei: repugnantia uero ordinis ſacri cū matrimonio ex ſtatuto Eccleſiæ. Quoniam Eccleſia in illa prohibitione intendit, quod nullo modo ordo ſacer ſit cum matrimonio, & hoc propter reuerentiam ordinis ſacri. Itaque quamuis ordo ſacer differat a uoto ſolenni religionis, quod tale uotum dirimit matrimonium ratum antea factum iure diuino, non uero ordo ſacer: tamen Eccleſia propter ſanctitatē ordinis prohibuit, quod non eſſet poſt matrimonium quodcunque. Itaque quodcunque matrimonium eſt impedimentum ad ſuſceptionē ſacri ordinis. Et vt hoc amplius explicetur, conſiderandum eſt, quod uotum ſimplex caſtitatis eſt impedimentum matrimonii ex natura ſua, nam quamuis iura dicant, quòd tale uotum eſt impedimentum ad contrahendū, illa iura nihil aliud faciūt quam explicare, & declarare ius naturale. Probabile uero eſt quod uotum caſtitatis non habet repugnātiam cum matrimonio rato non conſummato, & ita probabile eſt, quod non eſt peccatum poſt tale uotū contrahere matrimonium cum animo tranſeūdi ad religionem. Cæterum matrimoniū ex natura ſua non eſt impedimentum ad ordinem ſacrum, nec iure diuino, ſed ex ſtatuto Eccleſiæ. Eccleſia uero dicit matrimonium eſſe impedimentum ad ordinē ſacrū: & ita qui poſt matrimonium ratum ſacros ſuſciperet ordines etiam cum animo trāſeūdi ad religionem mortaliter peccaret, & incurreret cenſuras ſupradictas, ſi illud faciat contradicente uxore.

¶ Ad ſecundum argumentū reſpondetur, quod ordo ſacer non ſolū habet repugnantiam cum matrimonio ratione uoti caſtitatis adiuncti ex ſtatuto Eccleſiæ. Nam ſi ſolum haberet repugnantiam ex illa parte,

A optime conuincit argumentum eſſe probabile, ut diximus in prima cōcluſione, quod ſic contrahere non eſſet peccatum mortale, ſed repugnat ex prohibitione Eccleſiæ, quæ quidem intendit, quod ordo ſacer nullo modo ſit cum matrimonio, ut iam dictum eſt.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur quod illud argumentum conuincit, quod ſine dubio in illo caſu nulla fit iniuria uxori, nec ratione talis iniuriæ tunc eſt illicitū. Infertur tamē iniuria ordini ſacro propter prohibitionem Eccleſiæ. Nam quāuis ordo ſacer non repugnet cum matrimonio ex na-

B tura rei iure diuino, repugnat tamen ex ſtatuto Eccleſiæ.

¶ Ad quartum argumentum idem reſpōdetur. Et quāuis iſte talis poſſit ordinari licite poſt profeſſionem religionis, & diſſolutionem matrimonii, nō tamen manente matrimonio, quoniam hoc eſt prohibitum per Eccleſiam.

¶ Argumenta facta ſecundo loco dicēdum eſt, quòd illa conuincunt ſecundam cōcluſionem.

HOc ſuppoſito, eſt dubiū iam propoſitum an qui ordinatus eſt ordine ſa-

C cro poſt matrimonium ratum nondum conſummatum, tenatur ingredi religionē & profiteri: ſi illud faciat contra voluntatē vxoris. Dixi ſi illud faciat contra voluntatem uxoris; nam ſi ex conſenſu illius ordinetur, non tenetur ingredi religionem, vt poſtea dicemus.

¶ In hoc dubio concluſio ſit. Probabile eſt, quòd iſte talis non tenetur ingredi regionem: probabilius tamen eſt oppoſitum. Et in hoc dubio omnia dicenda ſunt, ſicut dictū eſt in articulo primo huius quæſtionis in ſecūdo dubio de illo, qui poſt vo-

D tū caſtitatis contraxit ante cōſumationem matrimonii. Vide omnia ibi dicta. Eſt tamē ſpecialis difficultas in hoc contra ſecundam partem concluſionis. Nam Summus Pontifex in illa Extrauaganti citata dicit, quod talis admonendus eſt a iudice ut religionē ingrediatur, non tamen dicit quòd eſt compellendus, ergo non tenetur ingredi religionem. Reſpondetur dupliciter. Prima ſolutio eſt, quod in hac parte ſunt opiniones & quidem probabiles, & ita non erat compellendus: ut ſequeretur tutiorem & probabiliorem, ſed ſolum admonendus. Secunda ſolutio eſt, quod quamuis in tali caſu ille talis

lis in foro conſcientiæ teneatur ingredi religionem, tñ per eccleſiaſticas cenſuras non ſunt fideles compellẽdi ad illud, niſi fuerit vrgens neceſſitas, aut manifeſta cauſa, & in multis iudicio conſciẽtiæ ſunt relinquẽdi. Etenim ſi quis habeat votum ſimplex religionis, non compellitur per cenſuras Eccleſiaſticas vt adimpleat illud, ſed admonetur à ſuperiore, quamuis in foro cõſcientię ſine dubio teneatur illud adimplere.

¶Certum tamen eſt, quòd ſi religionem intra certum tempus iſte talis ingredi noluerit, quòd tenetur matrimonium cõſummare, ad petitionem alterius, & ad hoc eſt compellendus. Nam aliàs fieret manifeſta iniuria uxori. Verum tamen ea mortua nõ poteſt exercere actũ ordinis niſi ingreſſus, & profeſſus fuerit religionem approbatã. Hæc enim omnia habentur in prædicta extrauaganti.

¶Secundus ſtatus eſt, quando poſt conſummationem de conſenſu uxoris ſacros ordines recipit.

¶In quo quidem caſu ſit prima concluſio. Poſt ſacros ordines ſuſceptos uterque coniux priuatur vſu matrimonij. Ita docent omnes Doctores ſupra citati. Vir priuatur ratione emiſſi voti, mulier uero rõne conſenſus præſtiti. Ita habetur 32. diſt. cap. Seriatim ubi dicitur, quod non licet aſcendere ad ordines ſacros poſt matrimonium niſi de conſenſu vxoris ſuæ, ut fiat de carnali deinceps ſpirituale coniugiũ nemine cogente eos: nec per hoc permittitur poſtea uxor iungi eidem marito ſuo carnaliter, nec cuiquam nubere iu uita, aut poſt mortem illius.

32. d.c. Seriatim.

¶Secunda concluſio. Vxor in tali caſu tenetur continentiam uouere, & ſi fuerit iuuenilis ætatis de cuius continentia timetur, tenetur religionem ingredi, & in clauſura manere. Ita diffinitur in capit 1. 4. & 6. de conuerſione coniugatorum. Idem intelligitur quando uir de conſenſu uxoris religionem ingreditur.

c. 4. & 6. de conuerſiõe coniugatorum.

¶Tertius ſtatus eſt, qñ poſt conſummationem uxore repugnante uir ſacros ordines recipit.

¶In cuius rei expoſitionem diſtinctione ſuppoſita eſt prima concluſio. Si uxor diuortij cauſam dedit, uir legitimè poteſt ea inuita ſacros ordines recipere, & religionẽ profiteri: ut ſi mulier adulterium commi-

A ſiſſet. Ratio eſt aperta. Nam tunc vir poterat manere in ſæculo uxore relicta, ergo multo magis poterit ad altiorem ſtatũ trãſire. Ita diffinitur in cap. conſtitutus, de cõuerſione coniugatorum. Vnde tunc temporis uir & ordines, & exequutionem ordinum recipit.

c. conſtitutus, de conuerſione cõiug.

¶Secunda concluſio. Si vxor erat innocens, & ea inuita ſacros ordines recipit nõ priuatur vxor iure exigendi debitum, ſed ille petere non poteſt quanquam reddere teneatur. Ita diffinitur in Extrauagãti illa citata. Addit tamen Doctor Sanctus ad pri B mum, quòd vxor in illo caſu non hẽt obligationem reddendi debitum.

¶Circa hoc poſſet eſſe dubiũ an uxor teneatur illo caſu reddere debitũ viro ſic ordinato petenti. Nã quamuis ipſe peccet petendo debitũ: nihilominus tñ ipſe hẽt ius iuſtitiæ ad petendum, & ita vr̃, ꝙ teneatur reddere debitum. Item. Nam in iure nõ eſt diffinitum, quòd vxor in eo caſu nõ teneatur reddere debitum: ſed ſolum habetur, ꝙ tunc in eius manet poteſtate ſeruare continẽtiam, uel habere vſum matrimonii. Itaq; ipſa uxor põt eligere, quòd voluerit. Nunquam tamen dicitur, quòd ipſa nõ tenetur reddere debitũ, ſi eligat matrimonii vſum, Et ita aliqui etiam diſcipuli D. Tho. dicunt quòd non eſt ita certum, quòd vxor non teneatur reddere debitum in illo caſu.

C

¶Nihilominus tamen D. Th. in illa ſolutione dicit, quòd uxor non tenetur reddere debitum. Et ratio eſſe poteſt. Nam eo ipſo, quod ordinatur cõtra voluntatem uxoris videtur cedere iuri ſuo implicite & uirtualiter. Vir tamen in caſu huius concluſionis manet irregularis, etiã defuncta uxore, ut habetur in illa extrauaganti. Vide plura de D re hac & in Magiſtro Soto, & in aliis citatis. Pro materia de matrimonio hæc ſufficiant. De uxoribus Græcorum duo dicit D. Tho. notanda in ſolutione tertii & quarti argumenti, uide illum.

QVAESTIO LIIII.

De impedimento conſanguinitatis.

DEinde conſiderãdum eſt de impedimento conſanguinitatis.

tatis. Circa quod queruntur quatuor. Primo, utrum conſanguinitas conuenienter à quibuſdam definiatur. Secundo, utrum conuenienter diſtinguatur per gradus & lineas. Tertio, utrum de iure naturali matrimonium impediatur ſecundum aliquos gradus. Quarto, utrum gradus impedientes matrimonium poſſint per ſtatutum Eccleſiæ determinari.

DE hac materia Magiſter in quarto diſtinctione quadrageſima. 41. & 42. & ibi Scholaſtici, Iuriſperiti, 35. quæſtione primà. uſque ad quæſtionem quintam, uel ſextam. & in Decretalibus. titulo de conſanguinitate & affinitate, & in Clementina unica. eodem titulo. Vide Magiſtrum Sotum in diſtinctione 40. quæſtione unica. Syluestrum, uerbo, matrimonium. 8. quæſtione ſexta. Nauarro in Manuali, capit. uigeſimoſecundo. numero quadrageſimoprimo. & ſequẽtibus. Couarruuias ſuper quartum Decretalium, parte ſecunda, capit. ſexto. per totum.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum definitio conſanguinitatis ſit competens.

Tho. 4. d. 40. q. vni. art. 1. & ſeq.

AD PRIMVM ſic proceditur. *Videtur quòd definitio cõſanguinitatis quã quidam ponunt ſit incompetens: ſcilicet Conſanguinitas eſt vinculum ab eodem ſtipite deſcendentium carnalis propagatione contractum. Omnes enim homines ad eodem ſtipite carnali propagatione deſcendunt: ſcilicet ab Adam, ſi ergo recta eſſet prædicta definitio conſanguinitatis*

A *tatis omnes homines eſſent adinuicem conſanguinei, quod falſum eſt.*

¶ 2 *Præterea. Vinculum non poteſt eſſe niſi aliquorum adinuicem conuenientium, quia vinculum vnit, ſed eorum qui deſcendunt ab vno ſtipite non eſt maior conuenientia adinuicem quam aliorum hominum, cum conueniant ſpecie & differant numero ſicut & alij homines, ergo conſanguinitas nõ eſt aliquod vinculum.*

¶ 3 *Præterea. Carnalis propagatio* B *fit de ſuperfluo alimenti: ſed tale ſuperfluum magis habet conuenientiam cũ rebus comeſtis, cum quibus in ſubſtantia conuenit, quam cum eo qui comedit cum ergo non naſcatur aliquod vinculum conſanguinitatis eius qui ex ſemine naſcitur ad res comeſtas, nec ad generantem ex carnali propagatione naſcetur aliquod propinquitatis vinculum.*

¶ 4 *Præterea. Geneſ 18. Laban dixit ad Iacob: Os meum & caro mea* C *es, ratione cognationis quæ erat inter eos: ergo talis propinquitas magis debet dici carnalitas, quam conſanguinitas.*

¶ *Præterea. Carnalis propagatio eſt communis hominibus, & animalibus: ſed in animalibus non contrahitur ex carnali propagatione conſanguinitatis vinculum: ergo nec in hominibus.*

RESPONDEO dicendum, quod ſecundum philoſophum. 8. Ethi. Omnis amicitia in aliqua communicatione cõ- c. 2. 11. 12.
D *ſiſtit, quia amicitia ligatio ſiue vnio quædam eſt: ideò communicatio quæ eſt amicitiæ cauſa, vinculum dicitur: et ideò ſecundum quamlibet communicationem denominãtur aliqui quaſi colligati adinuicem: ſicut dicuntur cõciues qui habent politicam communicationẽ adinuicem, & commilitones qui conueniunt in militari negotio: & eodem modo qui conueniunt in naturali communicatione dicuntur conſanguinei: & iõ in prædicta definitione ponitur quaſi cõſanguinitatis genus vinculum, quaſi ſubie-*

ſubiectum, perſonæ deſcendentes ab uno ſtipite, quartum ex huiuſmodi uinculum quaſi principium carnalis propagatio.

AD primum ergo dicendum, quod uirtus actiua non recipitur ſecundum eandem perfectionem in inſtrumento ſecundum quam eſt in principali agente: & quia omne mouens motum eſt inſtrumentum, inde eſt quod uirtus primi motoris in aliquo genere per multa media deducta, tandē deficit & peruenit ad aliquid quod eſt motum & non mouens. Virtus autem generantis mouet non ſolum quantum ad id quod eſt ſpeciei, ſed etiam quantum ad id quod eſt indiuidui ratione cuius filius aſſimilatur patri etiam in accidentalibus, & non ſolū in natura ſpeciei: nec tamē indiuidualis uirtus patris ita perfecte in filio eſt, ſicut erat in patre, & adhuc in nepote minus, & ſic deinceps debilitatur: & inde eſt quod uirtus illa quandoque deficit, ut ultra procedere non poſſit; & quia cōſanguinitas eſt inquantum multi communicant in tali uirtute ex uno in multos per propagationem inducta, paulatim ſe conſanguinitas dirimit, ut Iſidorus dicit: & ideo non oportet accipere ſtipitem remotū in diſtinctione conſanguinitatis, ſed propinquū, cuius uirtus adhuc maneat in illis qui ex eo propagantur.

Refert. 33. q. 4. ca. conſāguinitas.

In cor- por. art. & in ſolut. ad primum

AD ſecundum dicendum, quod iam patet ex prædictis, quod non ſolum conueniunt conſanguinei in natura ſpeciei, ſed etiam in uirtute propria ipſius indiuidui ex uno in multos traducta: ex qua contingit quandoque quod filius aſſimilatur non ſolum patri: ſed auo uel remotis parentibus, ut dicitur libro 8. de Animalibus.

AD tertium dicendum, quod conuenientia magis attenditur ſecundum formam ſecundum quam aliquid eſt actu, quam ſecundum materiam ſecundum quam eſt in potentia quod patet in hoc ꝙ carbo magis conuenit cum igne quam cum arbore vnde abſciſſus eſt. A Et ſimiliter alimentum iam cōuerſum in ſpeciem nutriti per uirtutem nutritiuam magis conuenit cum ipſo nutritio quam cum illa re, unde ſumptum eſt nutrimentum. Ratio autem procederet ſecundum opinionem illorum qui dicebant quod tota natura rei eſt materia, & quod formæ omnes ſunt accidentia, quod falſum eſt.

AD quartum, dicendum quod illud quod proxime conuertitur in ſemen eſt ſanguis: ut probatur 15. de Animalibus, B & propter hoc uinculum quod propagatione contrahitur carnaliter, conuenientius dicitur conſanguinitas, quam carnalitas: & quod aliquando unus conſanguineus dicitur eſſe caro alterius, hoc eſt inquantum ſanguis qui in ſemen uiri aut in menſtruum conuertitur eſt potentia caro, &c.

AD quintum dicendum, quod quidam dicunt quod ideo conſanguinitatis vinculum cōtrahitur inter homines ex carnali propagatione, & tamen non inter C alia animalia, quia quicquid eſt de ueritate humanæ naturæ in omnibus hominibus fuit in primo parente, quod non eſt de alijs animalibus: ſed ſecundum hoc conſanguinitas matrimonij nunquam dirimi poteſt: Prædicta autē poſitio in 2. lib. Diſt. 20. improbata eſt. Vnde dicēdum: quod hoc ideo contingit, quia animalia non coniunguntur ad amicitiæ vnitatem propagationem ꝓpter multorum ex vno parente proximo, ſicut eſt de hominibus, ut dictum eſt.

D

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio eſt affirmatiua. Conſanguinitas eſt vinculum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum. Explicat D. Thom. iſtam definitionem dicens, quod illa particula uinculum eſt ueluti genus, & ſubiectū, omnia uero alia habent locum differentiæ. Vide noſtrum Doctorē in ſolutionibus argumentorum in quibus optime dicit.

¶ Circa iſtam definitionem explicandū eſt ante omnia, quid conſanguinitas, & eius definitio eſt declaranda. Et aduertendū

primo

ſcendentium, diuerſos continens gradus: ſed nihil eſt aliud conſanguinitas quam collectio talium perſonarum, ergo linea cōſanguinitatis eſt idem quòd conſanguinitas, nihil autem debet diſtingui per ſeipſum, ergo conſanguinitas non conuenienter per lineas diſtinguitur.

¶ 2 Præterea. Illud ſecūdum quod diuiditur aliquid, commune non poteſt poni in definitione communis: ſed deſcēſus ponitur in definitione prædicta conſanguinitatis: conſanguinitas ergo non poteſt diuidi per lineam aſcendentium, deſcendentium, & tranſuerſalium.

Art. 1. huius q. arg. 1.

¶ 3 Præterea. Definitio lineæ eſt, quòd ſit inter duo puncta: ſed duo puncta non faciunt niſi vnum gradum, ergo vna linea habet tantum vnum gradum, & ita eadem ratione videtur quòd non debeat fieri diuiſio conſanguinitatis per lineas & per gradus.

¶ 4 Præterea. Gradus definitur eſſe habitudo diſtantium perſonarum qua cognoſcitur quanta diſtantia perſonæ inter ſe differunt: ſed cum conſanguinitas ſit propinquitas quædam, diſtantia perſonarum conſanguinitati opponitur magis quam ſit eius pars, ergo per gradus conſanguinitas diſtingui non poteſt.

¶ 5 Præterea. Si conſanguinitas per gradus diſtinguitur et cognoſcitur, oportet quòd illi qui ſunt in eodem gradu ſint æqualiter conſanguinei: ſed hoc falſum eſt, quia pro patruus & eiuſdem pro nepos ſunt in eodem gradu: non tamen ſunt æqualiter cōſanguinei: ut Decret. dicit, ergo conſanguinitas non rectè diſtinguitur per gradus.

¶ 6 Præterea. In rebus ordinatis quodlibet additum alteri facit alium gradum, ſicut qualibet vnitas addita facit aliam ſpeciem numeri: ſed perſona addita perſonæ non ſemper facit gradum alium conſanguinitatis quia in eodem gradu conſanguinitatis eſt pater & patruus qui adiungitur ergo non rectè per gradus conſanguinitas diſtinguitur.

35. q. 5. ca. porro.

A

¶ Præterea. Inter duos propinquos ſemper eſt eadem conſanguinitatis propinquitas, quia æqualiter diſtat unum extremorum ab alio, & econtrà: ſed gradus conſanguinitatis non inuenitur ſemper idem ex vtraque parte, cum quandoque unus propinquus ſit in tertio & alius in quarto gradu, ergo conſanguinitatis propinquitas non poteſt ſufficienter per gradus cognoſci.

B RESPONDEO dicendum, ꝙ conſanguinitas eſt quædam propinquitas in naturali cōmunicatione fundata ſecundum actum generationis qua natura propagatur. Vnde ſecūdum Philoſophū 7. Eth. iſta communicatio eſt triplex. Vna ſecundum habitudinem principij ad principiatum, & hæc eſt conſanguinitas patris ad filium. Vnde dicit quòd parentes diligunt filios vt ſui ipſius ad aliquid exiſtentes. Alia eſt ſecundū habitudinē principiati ad principium, & hæc eſt filij ad patrem: vnde dicit ꝙ filij diligant parentes ut ab illis exiſtentes. Tertia eſt ſecundū habitudinem eorum quæ ſunt ab vno principio adinuicem, ſicut fratres dicuntur ex eiſdem naſci, vt ipſe ibidem dicit: & quia punctus motus lineam facit, ei propagatione quodammodo pater deſcendit in filium: & ideò ſecundum tres dictas habitudines, tres lineæ conſanguinitatis: ſumuntur, ſcilicet, linea deſcendentium ſecundum primam habitudinem, linea aſcendentiū ſecundum ſecundam, linea tranſuerſalis ſecundū tertiam. Sed quia propagationis motus non quieſcit in vno termino, ſed vltra progreditur: ideò contingit quòd patris eſt accipere patrem, & filij filium, & ſic deinceps, & ſecundum hos diuerſos progreſſus, diuerſi gradus in linea inueniuntur: & quia gradus cuiuslibet rei eſt pars aliqua illius rei, gradus propinquitatis non poteſt eſſe ubi non eſt propinquitas, & ideo identitas & nimia diſtantia gradum con-

cap. 12

C

D

conſanguinitatis tollunt, quia nullus eſt ſibi ipſi propinquus, ſicut nec aliquis ſimilis: & propter hoc nulla perſona per ſeipſam, facit aliquem gradum, ſed comparata alicui perſonæ gradum facit ad ipſam. Sed tamen diuerſa eſt ratio computandi gradus in diuerſis lineis. Gradus enim conſanguinitatis in linea aſcendentium & deſcendentium cõtrahitur ex hoc, quod una perſona ex alia propagatur eorum, inter quos gradus conſideratur; & ideo ſecundum cõputationem canonicam & legalem perſona quæ primo in progreſſus occurrit uel aſcendendo, uel deſcendendo diſtat ab aliquo: puta à Petro in primo gradu, ut pater & filius: quæ autem ſecundo utrique occurrit, diſtat in ſecundo gradu, ut auus & nepos, & ſic deinceps. Sed conſanguinitas quæ eſt eorum, qui ſunt in linea tranſuerſali, contrahitur non ex hoc, quod unus ex alio propagatur, ſed quia uterque propagatur ex uno: & ideo debet gradus conſanguinitatis in hac linea cõputari per comparationem ad unum principium ex quo propagantur: & ſecundum hoc eſt diuerſa computatio canonica & legalis, quia legalis computatio attendit deſcenſum a communi radice ex utraque parte, ſed canonica tantum ex altera, ex illa, ſcilicet, ex qua maior numerus graduũ inuenitur. Unde ſecundum legalem cõputationem frater & ſoror, uel duo fratres attinent ſibi in ſecundo gradu, quia uterque a radice communi diſtat per unum gradum: & ſimiliter filij duorum fratrum diſtant à ſe inuicem in quarto. Sed ſecundum computationem canononicam duo fratres attinent ſibi in primo gradu, quia neuter eorum diſtat à radice communi niſi per vnum gradum: ſed filius vnius fratrũ diſtat ab altero fratre in ſecundo gradu, quia tantum diſtant à communi radice: & ideo ſecundum computationem canonicam quoto gradu diſtat quis ab aliquo gradu ſuperiori, toto diſtat à quolibet deſcendentiũ ab ipſo, & nunquã mi-

A nus: quia propter quod vnumquodq́; & illud magis. Vnde etſi alij deſcendentes à communi principio conueniunt cum aliquo ratione principij communis, non poſſunt propinquiores eſſe deſcendenti ex alia parte, quam ſit primũ principium ei propinquum. Aliquando tamen plus diſtat aliquis ab aliquo deſcendente à communi principio quam diſtet ipſe à principio, quia ille fortè plus diſtat à communi principio quam ipſe, & ſecundum remotiorem diſtantiam oportet conſanguinitatem compu-
B tari.

AD primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit ex falſis. Conſanguinitas enim non eſt collectio, ſed relatio quædam aliquarum perſonarum quarum collectio lineam conſanguinitatis adinuicem facit.

AD ſecundum dicendum, quòd deſcenſus communiter ſumptus attenditur ſecundum quamlibet conſanguinitatis lineam, quia carnalis propagatio ex qua vinculum conſanguinitatis
C trahitur, deſcenſus quidam eſt: ſed deſcenſus talis, ſcilicet, a perſona cuius conſanguinitas quæritur, lineam deſcendentium facit.

AD tertium dicendum, quòd linea dupliciter accipi poteſt. Aliquando proprie pro ipſa dimenſione, quæ eſt prima pars quãtitatis continuæ, & ſic linea recta cõtinet tantũ duo puncta in actu q̃ terminant ipſam, ſed in potentia infinita, quorum quolibet ſignato in actu li-
D nea diuiditur, & fiunt duæ lineæ. Aliquando uero linea ſumitur pro his quæ linealiter diſponuntur: & ſecundum hoc aſſignatur in numeris linea, & figura, prout unitas poſt unitatẽ ponitur in aliquo numero, & ſic qualibet unitas adiecta gradum facit in tali linea: & ſimiliter eſt de linea conſanguinitatis: vnde una linea continet plures gradus.

AD quartum dicendum; quod ſicut ſimilitudo non poteſt eſſe vbi non eſt aliqua diuerſitas, ita propinquitas non eſt vbi

ubi non eſt aliqua diſtantia, & ideo diſtantia qualibet non opponitur conſanguinitati ſed talis diſtantia quæ conſanguinitatis propinquitatem excludit.

A

AD quintum dicendum, quod ſicut albedo dicitur maior dupliciter: Vno modo ex intentione ipſius qualitatis. Alio modo ex quantitate ſuperficiei: & ita conſanguinitas dicitur maior uel minor: vno modo quaſi dimenſiue: & ſic quantitas conſanguinitatis menſuratur ex perſonis inter quas conſanguinitatis propagatio procedit, & hoc ſecundo modo gradus conſanguinitate diſtinguitur; & ideo contingit quo aliquorum duorum qui ſunt in eodem gradu conſanguinitatis reſpectu alicuius perſonæ unus eſt ſibi magis conſanguineus quam alius, conſiderando primam quãtitatem conſanguinitatis. ſicut pater & frater attinent alicui in primo gradu conſanguinitatis, quia ex neutra parte incidit aliqua perſona media. Sed tamẽ intenſiue loquendo magis attinet alicui perſonæ pater ſuus quam frater, quia frater non attinet ei niſi inquantum eſt ex eodem patre: & ideo quanto eſt aliquis propinquior communi principio a quo conſanguinitas deſcendit, tanto eſt magis conſanguineus, quamuis non ſit propinquior gradu & ſecundum hoc propatruus magis eſt conſanguineus alicui, quam pronepos eius quamuis ſint in eodem gradu.

B

C

AD ſextum, dicendum quod quanuis pater & patruus ſint in eodem gradu reſpectu radicis conſanguinitatis, quia uterque diſtat uno gradu ab auo; tamen reſpectu eius cuius conſanguinitas quæritur, non ſunt in eodem gradu, quia pater eſt in primo gradu, patruus autem non poteſt eſſe propinquior quam in ſecundo in quo eſt auus,

D

AD ſeptimum dicendum, quod ſemper perſonæ in æquali numero graduum diſtant a ſe inuicem, quamuis quandoque non æquali numero graduum diſtent a communi principio, ut ex dictis patet.

In corpor. art.

SVMMA ARTICVLVI.

PRima concluſio eſt affirmatiua. Hanc concluſionẽ optime declarat D. Tho. in articulo.

¶ Secunda concluſio. Competenter ponuntur tres lineæ conſanguinitatis. Prima per comparationem principii ad principiatum ſicut patris ad filium, quæ eſt linea deſcendentium. Secunda per comparationem principiati ad principium, vt inter filium & patrem, & hæc eſt linea recta aſcendentium. Tertia eſt tranſuerſalis, quæ ſumitur per comparationem plurium deſcendentium ab eodem principio, ſicut plures fratres dicuntur eſſe in linea tranſuerſali.

¶ Circa iſtum articulum ſupponendum eſt primo quid ſit linea: Linea uero in præſenti non accipitur proprie ſed improprie, & large & per quandã ſimilitudinem. Nã ſicut in linea ſunt multa puncta, ita in linea conſanguinitatis ſunt multi gradus. v. g. in linea recta deſendẽtium ſunt pater, filius, nepos, pronepos &c. Eſt autem linea ordinata collectio perſonarum conſanguinitate coniunctarum, diuerſos continens gradus: linea enim dicit habitudinem quandã ipſarum perſonarum conſanguinearum, ſecũdum quod diſtant inter ſe: nam ſi non eſt diſtantia, non poteſt eſſe conſanguinitas, ſicut non poteſt eſſe ſimilitudo, niſi ubi eſt aliqua diuerſitas. Vnde ſi recte & exacte definiatur linea, nihil aliud eſt, quam cõſanguinitatis collectio ordinata perſonarum conſanguinitate coniunctarum ab eodem ſtipite deſcendentium, quæ quidem habet ſuos gradus, ſicut populus eſt collectio plurium perſonarum ſub eiſdem legibus uiuentium. definitio lineæ.

¶ Ex quo colligitur, quod conſanguinitas, & linea conſanguinitatis non ſunt idem. Quia linea eſt collectio perſonarum, at uero conſanguinitas eſt ipſa habitudo inter ipſas perſonas in ordine ad ſanguinem.

¶ Secundo Supponendũ eſt, quod ut diximus, iſta habitudo inter ipſas perſonas poteſt eſſe duplex. Etenim eſt habitudo

 principii

principii ad principiatum, & ſic deſumitur linea recta deſcendentium, ſcilicet, patris ad filium, aui ad nepotem. Alia eſt habitudo principiati ad principium, & ſic deſumitur linea aſcendentium vt filii ad patrem, &c. Tertia habitudo eſt procedentium inter ſe, & hæc dicitur linea trãuerſalis. Vide ipſam arborem in titulo de conſanguinitate, & affinitate circa finem, non enim eſt neceſſarium hic illam conſtituere cum paſſim reperiatur.

¶ Tertiò ſupponendæ ſunt aliquæ regulæ ad cognoſcendum, in quo gradu diſtent conſanguinei inter ſe. Et prima regula eſt pro linea recta. Quãdo inter perſonas, quæ ſunt in linea recta, nulla alia perſona mediat, ſunt in primo gradu, ſicut pater & filius ſunt in primo gradu: quoniam nulla perſona mediat inter illos. Si uerò mediat aliqua perſona, tot gradus erunt, quot fuerint perſonæ numerando extremas, & medias vna ablata. v. g. inter auum & nepotem mediat aliqua perſona, & ibi ſunt tres perſonæ numerando extremas, ꝙ illam, quæ mediat: & ablata vna manent duæ, & ita ſunt in ſecundo gradu. Item filius eſt in primo gradu cum patre: quoniam ſunt duæ perſonæ & dempta vna, manet vnus gradus. Secunda regula pro linea trãſuerſali. Qui ſunt in linea tranſuerſali æqualiter in eo gradu in quo differunt ab ſtipite diſtant inter ſe v. g. filius, & filia eiuſdem patris, qui æqualiter ſunt in linea trãſuerſali, ſunt in primo gradu inter ſe, ſicut ſunt in primo gradu cũ patre, & cum ſtipite. In hac regula omnes in vniuerſum conueniunt. Vide gloſſam in arbore lib. 6. verſu. inter collaterales. Nam quamuis filius ſit magis coniunctus patri, quam fratri, non tamen inde ſequitur, quòd vnus ſit magis coniunctus patri, quã alter: & iõ eo gradu, quo vnus frater diſtat à patre, eodem dicantur fratres inter ſe diſtare, vt dicit Magiſter Sotus in diſtinctione cita ta, quæſtione vnica, articulo 2. Tertia regula etiam pro linea tranſuerſali. Qui ſunt in linea tranſuerſali ſi diſtãt inæqualitate, ab ſtipite attendendus eſt gradus remotior, & in quo gradu diſtat ab ſtipite remotior, eodem gradu diſtant inter ſe ipſi collaterales. v. g. inter nepotem Petri & auunculũ eius eſt diſtãtia in duobus gradibus lineæ collat teralis, quia cum inæqualiter ambo diſtent ab eodẽ ſtipite, ſcilicet à Petro, qui eſt auus

1. Reg. 2. Reg. 3. Reg.

A vnius, & pater alterius, nepos tamen eſt in remotiori gradu, iuxta quẽ debet regulari collateralis diſtãtia. Hæc regula præterquã quòd eſt D. Thom. habetur in capit. Vir. qui ab ſtipite, de cõſanguinitate & affinitate, vbi dicitur, quòd ſi uir diſtat ab ſtipite in quarto gradu, fęmina autem in quinto, poſſunt licite contrahere matrimonium ſecundũ regulam iam aſſignatam. Et ratio huius regulæ eſt, quia collaterales non habent inter ſe conſanguinitatem: niſi quam habent ratione primi ſtipitis, ac proinde nullus unius lineæ poteſt habere maiorem propinquitatem ad alium alterius lineæ, niſi quam habent ratione primi ſtipitis, & ad ſtipitem. Conſanguinitatis enim virtus quãto magis deſcendit, tanto magis debilitatur, ac denique extinguitur, ut habetur cap. Conſanguinitas 25. quæſt. quarta. Quemadmodum ramus, qui eſt proximior trunco, robuſtior eſt: alii uero rami quanto magis diſtant tanto ſunt debiliores, ut dicit Magiſter Sotus in 4. diſtinction. 40. quæſtione vnica, articulo primo. ergo perſona, quæ magis diſtat ab ſtipite, minorem habet uirtutem, & nexum conſanguinitatis: & ideò ſui gradus habenda eſt ratio cum alio: qui propinquior ſit ſtipiti.

B ca. conſanguinitas. 25. q. 4.

C

Circa iſtam regulam ſic explicatam dubium eſt, illudque grauiſſimum. An verum ſit, quòd ad obtinendam licitam & debitam diſpenſationem in ſimilibus gradibus ſufficiat gradum remotiorem tantum exprimere: an uero ſit neceſſarium vtrumque gradum declarare. Et uidetur eſſe neceſſarium utrumque exprimere, & ratio deſumitur ex ipſo iure: nam in illo rẽperitur, quòd ſi alter conſanguineorum diſtet in ſexto, uel ſeptimo gradu ab ſtipita, alter autem in ſecundo uel tertio, non poſſunt coniungi, ergo non ſufficit exprimere gradum remotiorem, ſed neceſſarium eſt exprimere utrumque gradum.

D

¶ In huius rei expoſitionẽ ſit prima concluſio. In ſimilibus caſibus ſufficit exprimere gradum remotiorem, & non eſt neceſſarium exprimere gradum magis propinquum. Hoc habetur expreſſe in capit. Vir de cõſanguinitate & affinitate, vbi ex hac doctrina diffinit Pontifex, quod ſi uir diſtet ab ſtipite in quarto gradu, fœmina autem in quinto gradu, poſſunt licite copulari. Idem habetur in conſtitutione Clementis

ca. Vir. de conſanguinita. & affinit.

mentis VI. quæ incipit Nuper: nondum typis excuſa, refertur tamē à Couaruuias ſuper quartum Decretalium. parte. capit. 6 §. 10. numero 12. ubi etiam tenet iſtam ſententiam, & eandem refert Philippus in captulum poſtulaſti.de reſcriptis. numero nono & decimotertio. Et hanc ſententiam tenet Diuus Thomas hic, & Sotus diſtinctione 40. quæſtione unica,articulo ſecundo.Syluester.verbo matrimonium 8.q.6. diſt. 6. vbi citat Abbatē. Et hęc cōcluſio cōſtat ratione deſumpta ex ultima regula.

¶Secunda cōcluſio.Si atendamus noua decreta aliquorum Pontificum, aliqua eſt varietas in hac parte. Vt héc concluſionem declaremus aduertēdū eſt quòd Pius quartus in quodam motu proprio expreſſe præcipit,vt declaretur vterque gradus, remotior,ſcilicet & propinquor ad obtinendam diſpenſationem, ſed poſtea Pius V. in alio proprio motu Anni 1566. vigeſimo die Auguſti expreſsè reuocauit illā clauſulam Pii IIII. & rem hanc reſtituir adius cōmune antiquum,vt ſufficeret gradum remotiorem exprimere.

¶Et aduertēdū primo circa hoc, ꝙ Pius V.expreſſe admonet, quod quādo propinquior gradus fuerit primus gradus,nō ſatis eſt gradum remotiorē exprimere, ſed ēt eſt exprimendus propinquior gradus. Et reddit rationē:quia nunquā intendit in primo gradu diſpenſare. Hoc intelligitur quando ſuppoſito, quòd vnus ſit in primo gradu lineæ tranſuerſalis,alter qui eſt in gradu remotiori ſit infra quartum gradū, nam ſi ſit vltra, vel extra quartum gradum, communiter doctores docent,nullam eſſe neceſſariam diſpenſationem ad licite contrahēdū. Ita docent plures moderni,& Syluester ubi ſupra.plures refert,& aſſerit ſeutentiā Hoſtienſis oppoſitū tenentis eſſe ſingularem. Semper tamen loquimur de conſanguineis in linea tranſuerſali:nam ſi ſint in eadem linea recta,iam dictum eſt, quòd nec Adam poſſet contrahere matrimonium.

¶Secundo notandū quòd Pius Quintus in illo motu proprio ponit hanc conditionem, ſcilicet, dummodo poſtea obtineantur literæ declaratoriæ ſuper gradu propinquiore iuxta cōſtitutionē Gregorij, & Clementis prædeceſſorum, quæ verba ſubobſcura videntur,& habēt hunc ſenſum;quòd in ſimili caſu neceſſariæ ſunt duplices lite-

A ræ,quædam diſpenſatoriæ,quædam autem tantū declaratoriæ. Literæ diſpenſatoriæ erunt ſufficientes, ſi exprimatur tātum gradus remotior.Hoc tamen non obſtante voluerunt prædicti tres Pōtifices, vt apponerentur poſtea literæ declaratoriæ circa gradum propinquiorem, quod forte factū eſt ad cauendum omne ſcandalum. Poterant, enim aliqui cognoſcere illam conſanguinitatem gradus propinquioris,& aduertentes ſolum eſſe dipenſatum in gradu remotiori poſſent pati ſcandalum, quaſi nullum eſſet illud matrimonium,& ideo fuit conueniēs vt apponerētur illæ literę declaratorię gra

B dus propinquioris.

¶Ad rationē vero dubitandi reſpōdetur ꝙ in iure reperitur ſimilis doctrina, debet intelligit tantum tali ſpeciali prouincia, vbi ſit ſimilis conſuetudo, quòd licet ablatum ſit impedimentum remotioris gradus non cenſeatur ablatum impedimentū propinquioris: in aliis autem prouinciis verū habet dictum c.vir,qui ab ſtipite.

¶Vltimo ſupponēdū eſt in hoc articulo, quòd iſti gradus lineæ tranſuerſalis, ita numerantur ſecundum diſpoſitione iuris ca-

C nonici, quæ quidem diſpoſitio obſeruanda eſt quantum ad id quod attinet ad noſtrū propoſitum. Ius autem ciuile aliter deſignat gradus tranſuerſales, ut patet,ex cap. Ad ſedem. 35. quæſt. 5. duplicat iſtos gradus. Nam duo fratres.v.g. collocat in 2.gradus conſanguinitatis,filios autem horū fratrū ponit in 4.gradu,nepotes vero eorundem fratrum in ſexto,&c. At ille textus in ca. Ad ſedem,inſtitutus eſt ad reiiciendum ius ciuile in hac parte. c. ad Sedem. 35 q. 5.

D

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum conſanguinitas de iure naturali impediat matrimonium.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod conſanguinitas de iure naturali non impediat matrimonium. Nulla enim mulier poteſt eſſe propinquior viro quam Eua fuit Adæ, de qua dixit Gen-

neſ. 2. Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro ex carne mea: ſed Eua fuit mulier coniuncta Adæ: ergo conſanguinitas nulla quantum eſt de lege naturæ matrimonium impedit.

¶ 2 *Preterea. Lex naturalis eadem eſt apud omnes: ſed apud barbaras nationes nulla perſona coniuncta conſanguinitate à matrimonio excluditur ergo conſanguinitas quantum eſt de lege naturæ matrimonium non impedit.*

¶ 3 *Præterea. Ius naturale eſt quod natura omnia animalia docuit, vt dicitur in principio Digeſtorum: ſed animalia bruta etiam cum matre coeunt, ergo non eſt de lege naturæ quod aliqua perſona a matrimonio propter conſanguinitatem repellatur.*

¶ 4 *Præterea. Nihil impedit matrimonium quod non contrariatur alicui bono matrimonij: ſed conſanguinitas nõ contrariatur alicui bono matrimonij, ergo non impedit ipſum.*

¶ 5 *Præterea. Eorum quæ ſunt magis propinqua & ſimilia melior & firmior eſt coniunctio: ſed matrimonium quædam coniunctio eſt, cum ergo conſanguinitas ſit propinquitas quædã matrimonium non impedit, ſed magis vnit.*

SED contra. Illud quod impedit bonum prolis etiam matrimonium impedit ſecundum legem naturæ: ſed conſanguinitas impedit bonum prolis, quia ut ex uerbis Greg. habetur, experimento dicimus ex tali coniugio ſobolem nõ poſſe ſuccreſcere, ergo conſanguinitas ſecundum legem naturæ matrimoniũ impedit

Grego. in fine ſui regiſtri ĩterrogatione.10.

¶ *Præterea. Illud quod habet natura humana in prima ſui conditione eſt de lege naturæ: ſed a prima ſui conditione hoc habuit humana natura quod pater & mater a matrimonio excluderentur: quod patet per hoc quod dicitur Gen. 2. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, quod non poteſt intelligi quantum ad cohabitationem, & ſic oportet quod intelligatur quantum ad matrimonij coniunctionem, ergo conſanguinitas impedit matrimonium ſecundum legem naturæ.*

A

RESPONDEO dicendum, quod in matrimonio aliquid contra legem naturæ eſſe dicitur, per quod matrimoniũ redditur incompetens reſpectu finis ad quem eſt ordinatum: finis autem matrimonij per ſe & primò eſt bonum prolis, quod quidem per aliquam cõſanguinitatem ſcilicet, inter patrem & filiam, vel filium & matrem impeditur, non quidẽ totaliter, quia filia ex ſemi- B *ne patris poteſt prolem ſuſcipere, & ſimul cum patre nutrire & inſtruere in quibus bonum prolis conſiſtit, ſed non vt conuenienti modo fiat. In ordinatum enim eſt quòd filia patri per matrimonium iungatur in ſociã cauſa generãdæ prolis & educandæ quam oportet per omnia patri eſſe ſubiectã; velut ex eo procedentem: et ideo de lege naturali eſt, vt pater & mater à matrimonio repellantur, & magis etiã mater quam pater: quia magis reuerentia quæ debe-* C *tur parentibus derogatur ſi filius matrẽ quam ſi pater filiam ducit in vxorem: cum vxor viro aliqualiter debeat eſſe ſubiecta. Sed finis matrimonij ſecundarius per ſe eſt concupiſcentiæ repreſſio, qui deperiret ſi quælibet conſanguinea poſſet in matrimonium duci: quia magnus cõcupiſcẽtiæ aditus præpararetur, niſi inter perſonas quas oportet in eadẽ domo conuerſari, eſſet carnalis copula interdicta: & ideò lex diuina nõ ſolum patrem & matrem excludit à matri-* D *monio, ſed etiam alias coniunctas perſonas, quas oportet ſimul conuerſari, & quæ debent inuicem alterius altera pudicitiam cuſtodire: & hanc cauſam aſſignat diuina lex dicens, Ne reueles turpitudinem talis vel talis, quia turpitudo tua eſt. Sed per accidens finis matrimonij eſt confœderatio hominum & amicitiæ multiplicatio, dum homo ad conſanguineos vxoris ſicut ad ſuos ſe habet: & ideò huic multiplicationi amicitiæ præiudicium fieret ſi aliquis conſanguinitate cõiunctam vxorẽ duceret,*

Leuit. 18.

duceret, quia ex hoc noua amicitia per matrimoniũ nulla accreſceret: & ideo ſecundum leges humanas & ſtatuta eccleſiæ plures cõſanguinitatis gradus sũt à matrimonio ſeparati. Sic ergo ex dictis patet quod conſanguinitas quantũ ad aliquas perſonas impedit matrimoniũ de iure naturali, quantum ad aliquas de iure diuino, & quantum ad aliquas de iure per homines inſtituto.

AD primum ergo dicendum, quod Eua quamuis ex Adam prodijt, non tamen fuit filia Adæ, quia non prodijt ex eo per modum illum quo uir natus eſt generare ſibi ſimile in ſpecie, ſed operatione diuina, qua ita potuiſſet ex coſta Adæ fieri unus equus, ſicut facta eſt Eua. Et ideo non eſt tanta naturalis conueniẽtia Euæ ad Adam ſicut filiæ ad patrem, nec Adam eſt naturale principium Euæ, ſicut pater filiæ.

AD ſecundum dicendum, quod nõ procedit ex lege naturali, quod aliqui barbari parentibus carnaliter commiſceantur, ſed ex concupiſcentiæ ardore qui legem naturæ in eis offuſcauit.

AD tertium dicendum, quod coniunctio maris & fœminæ dicitur eſſe de iure naturali, quia natura hoc animalia docuit: ſed hanc coniunctionem diuerſa animalia diuerſimode docuit ſecũdum diuerſas earum conditiones: commixtio autẽ carnalis ad parentes derogat reuerentiæ quæ eis debetur. Sicut enim parentibus indidit natura ſolicitudinẽ filiis prouidendi, ita indidit reuerentiam filijs ad parentes: nulli autem generi animalium indidit ſolicitudinem filiorum aut reuerentiam parentum in omne tempus niſi homini: aliis autem animalibus plus & minus neceſſitati sũ uel filii parentibus uel parentes filijs Unde etiam in quibuſdam animalibus, abhorret filius cognoſcere matrem carnaliter quamdiu manet apud ipſam quod eſt cognitio matris, & reuerentia quædam ad ipſam, ut recitat Philoſophus in 6. de Animalibus, de camelo & erunt & quia omnes honeſti mores animalium A *in hominibus congregati ſunt naturaliter, & pfectius quã in aliis, & pp hoc homo naturaliter abhorret cognoſcere non ſolum matrem, ſed etiam filiam quod eſt adhuc minus contra naturam, ut dictum eſt, & iterum in alijs animalibus ex propagatione carnis non contrahitur cõſanguinitas ſicut in hominibus, & ideo non eſt ſimilis ratio.*

Lib. 9. de hiſtor. animaliũ. c. 47.

AD Quartum dicendum, quod iam patet ex dictis quomodo conſanguinitas coniugum bono matrimonii B *contrarietur: unde ratio procedit ex falſis.*

Ar. 1. huius q. ad 5.

AD quintum dicendum, quod non eſt inconueniens duarũ unionum unam ab altera impediri: ſicut ubi eſt identitas non eſt ſimilitudo: & ſimiliter conſanguinitatis uinculum poteſt impedire matrimonii coniunctionem.

In corpor. huius arti.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Cõſanguinitas quo ad aliquas perſonas impedit matrimoniũ C iure naturali. u.g. inter patrem filiam, & inter matrem & filium. Ratio huius concluſionis deſumitur ex fine per ſe matrimonii, ſcilicet, ex prole, filius enim debet reuerentiam & ſubiectionem patri, & ita nõ poteſt eſſe æqualitas in ordine ad procreationem & educationem prolis.

¶ Secunda concluſio. Cõſanguinitas quo ad aliquas perſonas impedit matrimonium iure diuino poſitiuo, ſed quo ad alias iure humano Eccleſiaſtico. Vide literam D. Tho. quæ optima eſt.

CIrca iſtum articulum eſt prima difficultas. An conſanguinitas, quæ eſt in D recta linea in primo gradu impediat matrimonium iure naturali, ut inter patrem & filiam, matrem & filium. Et videtur quod non. Primo. In his gradibus poteſt eſſe matrimonium, autoritate Diuina, ergo non eſt irritum iure naturali. Probatur conſequentia. Nã in his, quæ ſunt de iure naturali, non poteſt eſſe diſpenſatio, ut dicit D. Tho. 1. 2. q. 100. art. 8. & ea quæ ſunt cõtra ius naturæ nõ poſſunt licite fieri etiã autoritate Diuina, cũ ſint intrinſece mala. Antecedẽs uero probatur: Filius poteſt autoritate Diuina occidere matrem, quod eſt maius, ergo po-

teſt contrahere matrimonium cum matre. A

¶ Secũdo arguitur. Filius in extrema ne ceſsitate poteſt cõtrahere matrimoniũ cum matre, ergo non eſt illicitum ſtando in iure naturali. Probatur conſequentia. Quia ea, quæ ſunt intrinſece mala, nõ licet facere in extrema neceſsitate. Antecedens vero probatur. Nam quando currunt duo præcepta quæ videntur habere contrarietatem, illud ſeruandũ eſt, quod eſt grauius & magis neceſſarium: ſed in externa neceſſitate currit præceptum de propagando genere humano, & de reuerẽtia debita parentibus, & eſt grauius præceptum primũ, ut patet, ergo. B

¶ Tertiò. Nam ſi aliqua ratione cõſanguinitas in primo gradu rectæ lineæ iure naturali impediret matrimonium, maximè propter rationẽ D. Tho. ſed illa eſt nulla, ergo. Minor probatur. Alias ſequitur, ꝙ in omnibus alijs gradibus recta linea etiã impediretur matrimoniũ iure naturali, cõſequẽs eſt falſum, ergo. Sequela probatur. In illa linea recta ſemper inferiores debent reuerentiã ſuperioribus: conſequens autem eſt falſum, ergo. Et probatur ex cap. Gaudemus, de diuortiis, ubi diffinitur, quod infideles, qui cõtraxerũt in gradibus prohibitis præter primum ſi conuertantur ad fidem, debent permitti manere in matrimoniis: at ſi matrimonia in aliis gradibus eſſent irrita iure naturali, non eſſent permittenda, ergo. C

c. gaudemus, de diuortiis.

¶ In oppoſitũ eſt D. Tho. in hoc articulo, & rationes eius, quæ hoc cõuincunt: & de hac re agit Doctor Angelicus, 2. 2. q. 15. ubi uidendus eſt Caietan.

IN hac difficultate eſt prima concluſio. Regulariter & communiter loquẽdo matrimonium in illo primo gradu adeo eſt illicitum, vt iure naturali cõſtare nõ poſsit. Itaque illud eſt de iure naturali regulariter & cõmuniter loquẽdo, ſicut reddere depoſitũ gladiũ. Et in hac cõcluſione vidẽtur cõuenire oẽs Theologi. Eã probat Magiſter Sotus. 4. d. 49. q. 1. ar. 3. ¶ Primo probatur. Ex natura vinculi matrimonij oritur æqualitas inter virũ & uxorẽ, & hoc ſignificatũ eſt in eo Dñs eduxit Euã de latere Adæ, itẽ in eo quod dicitur. Erunt duo in carne una, in quo ſignificatur, ꝙ contrahentes æqualiter cõcurrũt ad officia matrimonialia: ſed inter parẽtes & filios nõ põt eſſe æqualitas iure naturali, ergo. Minor ꝓbatur. Quoniã hac rõne non poteſt eſſe iuſtitia cõmutatiua inter patrẽ & filiũ, qm̃ iuſtitia cõmutatiua exigit æqualitatẽ, quæ æqualitas nõ poteſt eſſe inter parẽtes & filios. Et cõfirmatur argumẽtũ. Matrimonium eſt contractus iuſtitiæ cõmutatiuæ, ergo requirit æqualitatem, ꝙ eſſe non poteſt inter patrem & filium. D

¶ Secũdo. Ad officia matrimonialia requiritur libertas, & familiaritas, ſed reuerentia debita parentibus iure naturali repugnat huic libertati, & familiaritati: ergo.

¶ Tertio ꝓbatur cõcluſio. Quia hæc eſt communis cõfeſſio omniũ nationũ, cõmunis autẽ cõfeſſio omniũ nationũ pertinet ad ius naturæ, ergo. Minor patet. Maior probatur. Oẽs rationes abominatur tale matrimoniũ, & tale cõgreſſum, ut patet ex hiſtoriis. Vnde D. Paul. 1. Cor. 5. dicit, audiĩ fornicatio inter uos, & talis fornicatio qualis nec ĩter gẽtes: ita vxorẽ patris ſui quis habeat.

¶ Hæc concluſio probatur ſpecialiter inter matrem & filium. Ex uinculo matrimonii oritur quod maritus diligat uxorem ſicut ſeipſum, mulier verò dẽt timere virum ſuum, vt dicitur ad Epheſ. 5. Sed eſt contra ius naturæ, quòd mater timeat filium ſuũ, & ꝙ exhibeat illi reuerentiam, ergo. Confirmatur. Nam vir eſt caput mulieris, ut dicit D. Paul. ibi, ſed iure naturali filius non poteſt eſſe caput matris, ergo. Ad Epheſ. 5.

¶ Ex quo ſequitur primo, quòd cum dicit Angelicus Doctor ꝙ non poteſt bene conſtare matrimonium inter matrem & filium intelligitur, ꝙ non poteſt conſtare ſicut decet naturam rationalem.

¶ Secundò ſequitur, quòd etiã apud barbaras nationes, quantumcunque ignorãtes eſſet nullum matrimonium regulariter, ſi contraherent in primo gradu. Et ita ſi conuerterentur ad fidem, & reperirentur in huiuſmodi matrimonijs, diſſoluenda eſſent, cũ ſint irrita iure naturali.

¶ Tertio ſequitur quòd Summus Pontifex, non poteſt diſpenſare in hoc gradu rectæ lineæ. Nam tale matrimonium irritum eſt iure naturali: ſed Summus Pontifex nõ poteſt diſpenſare ſuper ius naturale: ergo. Videt Syluestrum uerbo Papa. §. 17.

SED ſunt quo dubia. Primum dubium eſt. Vtrum in aliquo caſu raro, quo periclitaretur genus humanum, licitum eſſet contrahere matrimonium in illo primo gradu: & an ſit validum.

¶ Secundum dubium eſt. Vtrũ de potentia

tia Dei abſoluta,& autoritate diuina poſſit eſſe licitum & validum matrimoniū in illo primo gradu. Et pars negatiua horum dubiorum probatur argumentis factis pro prima concluſione: omnia enim illa videntur conuincere, quod in nullo caſu licitum eſt contrahere matrimonium in primo gradu, & quod ſi contrahant,nullum eſt matrimonium. Cæterum partem affirmatiuam probant duo argumenta facta in principio.

¶In huius expoſitionem ſunt tres ſentētię. Prima aſſerit,quòd in aliquo caſu raro, quando periclitaretur genus humanum licitū eſſet contrahere tale matrimonium,& quòd eſſet validum. Hanc ſententiam refert Caiet. 2.2.quæſt.154.citata,& tribuit illam Martino de Magiſtris. Hanc ſententiam videtur tenere Magiſter Sotus loco ſupra citato. Secunda ſententia huic oppoſita eſt, quòd ita illicitū eſt ſtando in iure naturali, quòd etiā in illo raro periculo generis humani nō liceat cōtrahere in illo primo gradu,nec matrimonium eſt validum. Itaque exiſtimat hæc ſententia, quòd eſt ita intrinſece malū, vt nulla ratione & ſine honeſtare poſſit:ſicut mendaciū. Hanc ſententiam tenet Caiet. 2. 2. loco citato: imo Doctor noſter in illo loco,& hic videtur tenere iſtā ſententiam: & eam amplectuntur multi diſcipuli D.Tho. Tertia ſententia eſt media, ꝙ tale matrimonium iure naturæ eſt prohibitum & nullum,ita vt per naturam non poſſit fieri oppoſitum:non tamen eſt ita intrinſece malū,ut mendacium.Et ita dicunt quòd ex diſpenſatione Dei & autoritate diuina poteſt eſſe licitū in illo raro caſu,uel in alio ſimili. Hanc ſententiam tenet Magiſter Sotus ar.3.citato,hanc ſequuntur multi moderni Theologi. Et de his opinionib. videte Couarru. 4. Decret.parte 2. ca. 6. §. 10.num.4.

¶Secunda cōcluſio probabiliſſima omnium mihi videtur,quòd nō ſit ita intrinſece malum contrahere in illo primo gradu, vt mendaciū: ſed quòd poſſit honeſtari ex Dei diſpenſatione:& quòd poſſit fieri autoritate diuina in aliquo caſu, & quod factū teneat. Itaque ſicut occidere innocentē per ſe & directe non eſt ita intrinſece malum, quin poſſit fieri aliquando autoritate Diuina:ita contrahere in illo primo gradu.Hæc concluſio probatur. Nam Deus cum ſit dominus corporum poteſt optime dare filio

A poteſtatem ſuper corpus matris,ita ut nulla ſit irreuerentia,nec turpitudo in cōmixtione vtriuſque, ergo poterit fieri matrimoniū in illo primo gradu. Itaq; ſicut pōt concedere filio poteſtatem, & de facto confert in foro pœnitentiæ ſupra matrem; ita poteſt concedere facultatem ſupra corpus matris quantum ad uſus matrimoniales,ergo poterit ſtare matrimonium. Secundò Quāuis ſit pater & filia,vel filius & mater, poteſt Deus autoritate ſua facere æqualitatem inter illos quantum ad uſus matrimoniales,ergò poterit ſtare matrimoninm inter illos. Antecedens uero conſtat. Nam in hoc nulla eſt implicatio. Vnde ad argumenta pro prima concluſione, quæ militāt contra iſtam ſecundam,dicendum eſt,ꝙ quādo matrimoniū ſit autoritate Diuina, illæ rationes nullam habēt uim, ut patet argumētis factis pro ſecunda concluſione.

B

¶Tertia concluſio. Probabile eſt, quòd in extrema neceſsitate matrimoniū in hoc primo gradu eſt validum iure naturali:probabilius tamen eſt oppoſitum. Prima pars cōcluſionis probatur argumēto ſecundo facto in principio. & eius cōfirmatione. Secūdo probatur. Circunſtantia extremæ neceſſitatis variat ſpecies rerū, & de illicitis iure naturali reddit licitas & validas,acceptio enim rei alienæ eſt illicita extra caſum extremę neceſsitatis,tamē in extrema neceſsitate licita eſt:itē dare pecuniam pro baptiſmo extra caſum extremę neceſſitatis eſt ſimonia contra ius naturæ,tamen in caſu extremę neceſſitatis probabile eſt, quòd licet quoniam eſt redemptio vexationis, ergo ſimiliter in propoſito circunſtātia extremæ neceſsitatis reddit matrimoniū licitum iure naturali. Et ſecundum iſtam partē, Ad argumenta pro prima concluſione,quæ militant contra iſtam partē reſpōdetur, quòd circūſtātia extremæ neceſſitatis reddit matrimoniū licitum in illo caſu. Secūda uerò pars probatur argumentis factis pro prima cōcluſione: quæ hāc reddunt probabiliorē. Et ſecundum iſtam ſententiam dicendum eſt,quòd perſonæ illius gradus ſunt inhabiles iure naturali. & ideo matrimonium nō poteſt ſtare inter illas:Eſt ſimile in ſupra dictis. Monachus enim nō poteſt ducere vxorem etiam in extrema neceſſitate, quoniā perſona eſt inhabilis ſtando in iure naturæ ita dicendum eſt, quòd filij non poſſunt cō-

C

D

trahere cum parentibus etiam in extrema neceſſitate, quoniã ſunt inhabiles propter reuerentiam debitam parentibus.

Ad argumenta in principio dubii reſpondetur, quòd Deus nõ diſpenſat in iure naturali, ſed variatis rebus mutatur aliquando ius naturæ materialiter ſaltẽ, non formaliter. Et ita ſi filius autoritate diuina contraheret matrimoniũ cum matre, matrimonium eſſet ualidũ iure naturali. Eſt ſimile, Occidere innocẽtem per ſe, & ex intentione eſt cõtra ius naturæ, tamẽ, ſi fiat autoritate diuina eſt licitũ ſecũdum ius naturæ.

¶ Ad 2m reſpondet, ex dictis in 3. concl.

¶ Ad tertium argumentum eſt ſecunda difficultas optima. Vtrùm in omnibus aliis gradibus lineæ rectæ ſit irritum, & illicitũ matrimonium iure naturali. Et videtur, ꝙ non. Primo arguitur argumento tertio facto ex illo c. gaudemus. de diuortiis. Confirmatur. Eccleſia tantum prohibet matrimonia in recta linea uſque ad quartum gradum, ergo in aliis gradibus non eſt irritum matrimonium iure naturali.

¶ Secundo arguitur ex doctrina D. Tho. 2. 2. quæſt. 154. art. 9. ad tertium, ubi docet D. Thom. quod aliquæ ſunt perſonæ conſanguineæ ſibi immediate cõiunctę, in quorum acceſſu eſt naturalis turpitudo: & ponit exemplũ inter patres & filios: ſed ſunt aliquæ perſonæ quæ nõ ſunt ſibi immediatè coniunctæ, inter quas perſonas uidetur dicere D. Tho. quòd non eſt per ſe turpitudo naturalis, ergo ſolũ in primo gradu eſt irritum & illicitum iure naturali. Confirmatur ex eodẽ Angelico Doctore ibi, quia D. Tho. ſolum ponit exemplum inter parentes & filios, quando dicit quòd eſt naturale impedimentum matrimonii.

¶ Tertiò arguitur. Nã aliis cõſanguineis qui nõ ſunt in primo gradu lineæ rectæ nõ debetur reuerentia per ſe, ſed per accidẽs, quia nõ ſunt cõiũcti per ſe, ſed per accidẽs, ſcilicet per aliud mediante patre, ergo iure naturali non erit illicitum matrimoniũ inter illos. Cõfirmatur argumentum. Experientia patet, ꝙ non tanta reuerẽtia exhibetur aliis ſuperioribus in recta linea ſicut parentibus, ergo tanta diſtãtia poteſt eſſe, ut nulla debeatur reuerentia, & poſſit conſtare matrimonium inter illos.

¶ In oppoſitũ eſt primò. Parẽtes ſunt ſem-

A per ſuperiores etiã ſi non ſint in primo gradu, & tanta reuerentia debetur illis ſicut patri, imo forte maior, & ita cõſtat ex uſu omnium gentium, quòd tanta reuerentia exhibetur auis & proauis ſicut parentibus: ſed matrimoniũ inter parentes & filios eſt irritum iure naturali propter reuerẽtiam illis debitam, ergo. Confirmatur. Secundum leges diuinas & humanas omnes aſcendentes in recta linea vocantur patres, & omnes deſcendentes vocantur filii, ergo in omnibus illis gradibus eſt naturalis reuerentia, quæ eſt inter patrem & filium in primo gradu.

B ¶ Secundò arguitur. Omnes illi aſcendentes habent rationem principii, & omnes deſcẽdẽtes rationem principiati, vnde colligitur, quòd aſcendentes habent rationẽ ſuperiorum, ergo naturalis debetur illis reuerentia, ita ut non poſſit conſtare inter illos matrimonium. Confirmatur. Chriſtus Dominus dicitur in Sacris ſcripturis filius Dauid quamuis remotiſſime ab illo diſtat, & Chriſtus Dominus poſuit difficultatem Iudæis, quomodo Dauid cum ſit pater, & ſuperior vocet Chriſtum Dominum, & dicẽs Dixit Dominus Domino, &c. ergo ſignum

C eſt, quòd debetur naturalis reuerẽtia, ſuperioribus in recta linea quantumuis remoti ſint.

¶ Tertiò arguitur. Nam omnes homines communiter dicunt contrahere peccatum originale ab Adam, ita quòd omnes homines cenſentur veluti partes ipſius Adæ, & veluti contenti in primo parente in principio & radice, ergo ratione huius principii debetur reuerentia ſuperioribus: ac ſubinde non poteſt conſtare matrimonium inter illos iure naturali.

¶ Quartò arguitur. Ex uinculo matrimo-

D nii oritur ęqualitas inter uirum & uxorẽ, ſed in illis, quæ ſunt in recta linea, non poteſt eſſe æqualitas, ergo. Minor probatur. Tum quoniam habent ſe ſicut ſuperius & inferius: tum etiam quoniam erga ſuperiores & aſcendentes eſt pietas, & non iuſtitia commutatiua propter inęqualitatem, ergo.

In hac difficultate propter diuerſa argumenta ſunt diuerſæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſententia aſſerit, quòd in ſolo primo gradu rectæ lineæ eſt illicitũ matrimonium in iure naturali, in omnib. uero aliis gradibus licitum eſt. Hanc ſententiam uidetur tenere Caiet. 2. 2. loco citato in ſecundo

cundo argumento primo loco facto. Tribuitur hæc ſententia D. Bonauen. in 4. diſt. 40. quæſt. 2. Alex. de Ales 2. par. quæſt. 169. Et hãc tenet martyr Roffenſis tract. de matrimonio Regis Angliæ, Summa Angelica & Roſella.

¶Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quòd in omnibus gradibus lineæ rectæ eſt irritum, & illicitum matrimonium iure naturali. Ex qua ſententia inferunt, q̄ ſi modo excitaretur Adam in mundo, non poſſet contrahere cum aliqua femina ſine diſpenſatione. Hanc ſententiam tenent cõmuniter Theologi, & Iuriſperiti. Magiſter Sotus art. 3. pro hac ſententia refert Richardum, Duran. Scotum, Palu. diſt. 40. Eam tenet Couarru. in 4. Decret. par. 2. ca. 6. §. 10. nu. 4. & pro hac ſententia refert D. Ant. & Syluelt. uerbo, matrimonium. 8. quæſtione 6. Nauar. in Manua. cap. 22. nu. 84.

¶Tertia ſententia eſt media, quæ aſſerit, quod non ſolũ impeditur matrimoniũ iure naturali in primo gradu rectæ lineæ uerũ etiã in alijs gradib. non tamen in omnibus. Et in expoſitionẽ huius ſñiæ mediæ ſunt diuerſi modi dicendi. Primus modus dicendi eſt, quod impeditur matrimoniũ uſque ad 5. vel 6. gradum. Hæc ſententia tribuitur Magiſtro Victoriæ, eam tenet Martinus de Ledeſma, ſecundo tomo ſui quarti, q. 53. art. 3. Et hic modus dicendi fundatur in hoc, quòd uſque ad illum gradum uidetur eſſe maxima reuerẽtia, nõ uero in aliis gradibus. Et D. Tho. art. 1. ad primum. dicit, quòd conſanguinitas non extenditur in infinitum, ſed habet certos & determinatos gradus. Secundus modus explicandi eſt, q̄ iure naturæ ſolum impeditur matrimonium in primo & ſecundo gradu, non uero in aliis gradibus. Hic modus placet aliquibus expoſitorib. Sancti Doctoris, & Magiſter Sotus illum inſinuat art. 3. citato: nam non audet concedere, quòd Papa poſſit diſpenſare in ſecundo gradu; neque negare quòd Papa poſſit diſpenſare in aliis gradib. uſque ad quartum. Tertius modus dicendi eſt, qui ſolet attribui Magiſtro Soto in iſto loco propter uerba relata, quòd matrimonium iure naturali impeditur uſque ad quartum gradum. Hanc ſententiam tenent multi interpretes D. Tho. & uidetur quòd habeat fundamentum in prohibitione Eccleſiæ. Et alii multi modi dicendi ſunt in

A hac re, vide illos in Couarruu. loco citatò.

¶In huius expoſitionẽ ſupponendũ eſt primo, quòd his temporibus non multum videtur referre, an matrimoniũ iure naturæ impediatur in omnib. gradib. lineæ rectæ uſque ad 6. uel 7. Nam uita hominum his temporibus nõ tantum durat, refert tamen ſcire, an in 2. uel 3. gradu impediatur matrimonium iuræ naturæ: quoniam põt contingere, quòd ſit matrimonium contractum inter infideles in 2. uel 3. gradu, & q̄ poſteà conuertantur ad fidem, & ſi fuit ualidum iure naturæ, non ſunt ſeparandi.

B ¶Secundò ſupponendum eſt, quòd autoritate diuina, & ex diuina diſpenſatione poteſt fieri matrimonium in omnibus illis gradib. lineæ rectæ, ſicut dictũ eſt in primo gradu, & in caſu extremæ neceſſitatis, dicẽdum eſt, ſicut dictum eſt de matrimonio in primo gradu, & a fortiori, nã magis certum eſt inter Doctores q̄ matrimoniũ eſt irritum in primo gradu, quam in aliis gradib.

¶Quibus poſitis, concluſio ſit. Omnes iſtæ ſententiæ habent probabilitatem, ſecunda tamen mihi uidetur omnium probabiliſſima. Hæc concluſio conſtat manifeſte
C argumentis factis pro iſtis ſententiis, & autoritatẽ Doctorum, qui illas tenent. Argumenta tamen ſecundo loco facta ſunt uiolenta, & ideo ſecũdã ſententia eſt omnium probabiliſſima.

¶Ad argumenta facta primo loco reſpõdetur. Ad primum quod Papa in illo capit. loquitur de matrimonijs, quæ regulariter reperiuntur inter homines: nunquam tñ viſum eſt, quod filius contrahat cum matre, uel cũ ſuperiorib. Secundo reſpondetur ab aliquibus, quòd Sũmus Põtifex in illo cap. non loquitur de linea recta, ſed de linea trãſuerſali, & ita dicit, quod ſi infideles cõuerſi
D ad fidem reperiantur in matrimoniis in primo gradu tranſuerſali, ſeparandi ſunt: quoniam iure naturæ eſt nullũ, ut dicemus ſtatim, in ſecundo uero, uel tertio gradu nõ ſunt ſeparãdi Ad confirmationem rñdetur primo, quòd Eccleſia id facit quoniã non inueniuntur coexiſtentes niſi uſq; ad quartum gradum, & quoniam recta linea eſt regula & menſura lineæ tranſuerſalis, & ideo non menſurat niſi uſq; ad quartum gradũ; quoniam in linea trãſuerſali ſolum inuenitur prohibitio uſque ad quartum gradum. Secundo reſpondetur, quod illa diffinitio

Eccleſiæ.

Eccleſiæ ſolum debet intelligi quo ad quartum gradum lineæ tranſuerſalis,nõ uerò lineæ rectæ:quoniã gradus lineæ rectę prohibiti ſunt iure naturali, & ita experientia patet, quòd nunquam eſt facta diſpenſatio in aliquo gradu lineæ rectæ, bene tamẽ in tranſuerſali vſque ad ſecundum gradum.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondẽt aliqui,quòd D.Th.loco citato ſolum intendit, non eſſe declaratum ab ipſo iure naturæ uſque ad quem gradum ſit nullum matrimoniũ,ſed, hoc eſſe declaratum cõſuetudine,& lege,uel quòd D.Th.tantum intelligit de aliis gradib.ultra quartum in linea recta, ſed iuxta ſecundam ſententiam iſtæ ſolutiones non rectè quadrant. Vnde dicendum eſt,quòd Doctor Angelicus in prima parte illius ſolutionis nomine patrum, & filiorum intelligit omnes aſcendentes in recta linea,ut diximus in argumentis in oppoſitum, quoniam ſemper habent rõnem ſuperiorum:ſed in alia parte eiuſdem ſolutionis per alios conſanguineos intelligit eos, qui ſunt in linea tranſuerſali, de quib.intelligenda ſunt uerba D. Tho. Ad confirmationem reſpondetur primo,ꝙ D.Th.in locis citatis ponit exemplum ad declarãdum gradum lineæ rectæ,in quo nullum eſt matrimonium iure naturæ in patrib. & filiis, quoniam hoc exemplum eſt certiſſimum, & planum:per hoc tamen non excludit alia exempla, quæ poſſent conſtitui in eadem recta linea. Secundò reſpondetur,quòd nomine patrum & filiorum intelligit omnes aſcendentes,& deſcendentes in recta linea.

¶ Ad tertium reſpondetur, ꝙ quamuis phyſicè loquendo auus cenſeatur cauſa per accidens nepotis, nihilominus tamen quia uere fuit principium ſui patris,debetur illi naturalis reuerentia tanquam ſuo naturali ſuperiori & principio,& hoc apꝓbatur uſu omnium nationum: nam apud omnes nationes politicas nepotes maiorem exhibent reuerentiam auis ſuis, quam immediatis principiis, & ita eſt conſuetudo inter nobiles, quòd primogeniti uocentur nomine auorum in reuerentiam.

¶ Eſt tertia difficultas de linea tranſuerſali. Vtrùm ſit irritum & nullum iure naturali matrimonium in primo gradu lineæ tranſuerſalis. v.g. inter fratrem & ſororem, & uidetur quòd non.

¶Primò arguitur. A principio mundi fuit uerum matrimonium inter fratres filios Adæ,& ſine aliqua diſpenſatione diuina; ergo.Conſequentia eſt bona, antecedẽs probatur: primo.Quia aliàs genus humanũ non poſſet aliter propagari.Sc̃do. Nam nõ legitur talis diſpenſatio. Tertio probatur. Quia non eſt uero ſimile, quòd ſtatim à principio cõderet legem naturalem in qua ſtatim deberet diſpenſare.

¶Secũdò arguitur. Nã Abrahã cõtraxit cũ Sara,& Sara fuit Soror eius:ergo.Maior Patet Gen. 11. Minor uerò patet Gen. 20. Abraham dixit eſſe ſororem ſuam. Confirmatur 2. Regum 3.conſtat, quòd Thamar filia Dauid,cũ incitarẽt a fratre ſuo Amon dixit.Noli facere ſtultitiam hãc,ſed loquere ad regem,& non negabit me tibi; quòd intelligitur,quòd peteret illam in coniugẽ. Ex quib. uerbis colligitur, quòd erat certũ apud illos, quod poterat conſtare matrimonium inter fratres.

Gen. 11. 2. Reg. 13.

¶Tertiò arguitur, ex autoritate D. Th. 2.2.q.154.artic.9. ad 3.ubi dicit, quòd in aliis gradib.excepto primo lineæ rectæ,nõ eſt ualidum matrimonium iure naturali, & in art. 4. huius quæſtionis uidetur fauere huic ſententiæ.

¶Quartò arguitur. Primus grad' affinitatis nõ impedit matrimoniũ iure naturali, ita vt matrimoniũ ſit nullũ, quãuis ſit illicitum: ergo idem erit de primo gradu cõſanguinitatis.Probatur cõſequẽtia ex paritate rõnis. Antecedens, vero probatur a Caiet. loco citato aliquib.exemplis;nam Papa diſpenſauit cum regib. ut contraherent cum duobus fratribus, uel duabus ſororibus.

¶Quintò arguitur. Nã ſi aliqua ratione matrimoniũ in primo gradu lineæ trãſuerſalis eſſet irritũ,maximè propter honeſtatẽ debitam inter fratrẽ & ſororem, qui familiariſſimè conuerſantur:ſed hæc rõ eſt nulla,quia etiam in ſecundo gradu,& tertio lineæ tranſuerſalis requiritur honeſtas ꝓꝑ familiaritatem, tamen matrimonium non eſt irritum iure naturali, cum ſæpiſſimè facta ſit diſpenſatio in illis gradibus.

¶ Propter hæc argumenta eſt ſententia aliquorum,quod matrimonium nõ eſt irritũ iure naturali in primo gradu lineæ trãſuerſalis.Hanc ſententiam tenet Caiet. 2.2. loco immediate citato. Magiſter Sotus loco citato pro hac ſentẽtia refert Richardũ Duran. & Scotum, & Thomã de Argentina,

na, in 4. diſtin. 4. Verũ eſt, quod dicit Soto quod eſt differentia inter iſtos Doctores, nã Caietan. & Thomas de Argentina, vidẽtur loqui conſequente r in hac re, nam dicunt, quod Summus Pontifex poteſt diſpenſare inter fratres, ſiquidem non eſt de iure natu ræ oppoſitum. Dicunt etiam, quod ſi duo infideles cõtraherẽt in primo gradu lineę tranſuerſalis, ſi conuertantur ad fidem, non debent ſeparari. Alij vero quãuis dicant, quod tale matrimonium nõ eſt prohibitũ iure naturali, dicunt eſſe prohibitum iure diuinõ, Leuit. 18. & dicunt ꝙ illa prohibitio modo etiam poſt Chriſtum perſeuerat. Iſti tamẽ Doctores reprehenduntur merito à Magiſtro Soto. Nam quãuis fuerit talis prohibito in lege veteri, in lege tamen noua ceſſauit lex antiqua quãtum ad cære monialia, vt dicunt omnes Theologi. Item nam vt eſt cõmunis ſentẽtia omniũ Theologorum in lege euangelica non ſunt alia præcepta, niſi præcepta legis naturæ, & ꝓcepta fidei, & ſacramentorũ: & ita ſi ma trimoniũ in illo gradu non eſt prohibitũ iu re naturali, non eſt prohibitum in lege euã gelica, niſi per legem Eccleſiaſticam, in qua Summus Pontifex poteſt diſpenſare.

IN huius expoſitionẽ ſupponendũ eſt, ꝙ ſtando in iure naturæ, quãdo cõmerciũ carnale eſt illicitum, & inceſtuoſum, matrimonium eſt irritum iure naturali, Ratio eſt. Nam matrimoniũ eſt vinculum perpetuum de ſe ordinatũ ad copulam carnalẽ: ergo ſi actus illicitus eſt ſtãdo in iure natu rali, vinculũ nullum erit ſtando in eodẽ iu re: aliàs enim natura repugnaret ſibi ipſi.

¶ Ex quo ſequitur regula. Quãdo matri moniũ eſt irritum propter propinquitatẽ copula carnalis habet peculiarem deformitatem, quæ in confeſſione neceſſario explicãda eſt: hæc autem deformitas uocatur inceſtus, ſiue matrimoniũ ſit irritum iure na turali, ſiue poſitiuo, peccatum tamen erit grauius, uel minus graue, ſecundum qualitatem propinquitatis.

¶ Prima cõcluſio. Matrimoniũ in primo gradu lineæ tranſuerſalis, ſcilicet, inter fratrem & ſororem, adeo eſt prohibitum iure naturali, vt cõſtare non poſſit inter illos ſal tem regulariter loquendo, extra caſum extremæ neceſſitatis. Hanc concluſionem tenent communiter diſcipuli D. Thom. eam defendit Magiſter Sotus in 4. d. 40. quæſt. A 1. artic. 4. & dicit, quod in hac ſentẽtia fuit Magiſter Victoria.

¶ Prima pars probatur. Nam ita hẽt cõ munis conſenſus omnium gentium, quem conſenſum explicat D. Auguſt. 15. de ciuita te. c. 16. Et probatur argumentis factis pro ſecunda parte.

¶ Secunda pars probatur primo. Nam Innocentius III. c. gaudemus, de diuortiis, diffinit, quod matrimonium in primo gra du, ſi reperiatur inter infideles cõuerſos ad fidem, diſſol uatur: ſi autem reperiatur in ſe cundo, uel tertio gradu nõ diſſoluatur. Vbi B explicat Summus Põtifex, quòd matrimo nium in primo gradu eſt irritum iure naturæ. E propter hoc argumẽtũ Soto loco ci tato putat, quod ſententia Caietani eſt erronea, tamen quãuis verum ſit, quòd noſtra concluſio eſt veriſſima, & communis omnibus Theologis: nõ tamen eſt de fides Quoniam non eſt diffinita in ſacra Sriptura, uel Concilijs, vel ab aliquo Summo Põ tifice: & illud cap. gaudemus, quãuis probet noſtram concluſionem maximẽ apparenter, non tamẽ ita clarẽ, ut oppoſitum ſit erroneum. Nam Summus Pontifex ſolum C dicit, quod ſi inueniantur in ſecũdo, uel ter tio gradu matrimonia inter infideles, quod maneant in huiusmodi matrimoniis, etiam ſi ad fidẽ conuertãtur: nihil tñ dicit de primo gradu, vel quia matrimoniũ in primo gradu eſt irritum iure naturæ, uel quia eſt dubium inter Doctores, an ſit irritum iure naturæ, vel non, & noluit tale dubium diffi nire. Ex illo tamen capit. deſumitur argumentum pro noſtra concluſione.

¶ Secundo probatur concluſio. In omnibus gradibus qui non prohibentur iure na turali facta eſt diſpenſatio in eccleſia, imo D in illis gradibus, de quibus dubitatur an poſſit fieri diſpenſatio: ſed hucuſque nõ eſt viſa diſpenſatio inter fratrem & ſororẽ, ergo argumentum eſt mortale, quod non poteſt fieri talis diſpenſatio.

¶ Tertiò. Actus cõiugalis inter fratrem & ſororem ex natura rei eſt nefarius & inceſtuoſus, ergo matrimonium eſt irritum iure naturali. Conſequentia patet ex funda mento: antecedens uero conſtat ex uſu omnium gentium.

¶ Quarto probatur. Matrimonia, ex qui bus ſequuntur maxima incommoda cõtra finem matrimonii, irrita ſunt iure naturæ: ſed

ſed ex matrimonio inter fratrem & ſororé ſequuntur maxima incommodá contra finem matrimonii,ergo. Maior patet,minor probatur primo. Nã proles,quæ oritur ex tali matrimonio nõ creſcit,ut dicit D.Gregor.cuius dictũ refertur 35. q. 5.cap.quædam. Nã natura ipſa videtur repugnare tali matrimonio. Secundo probatur minor. Quia proles,quæ producitur ex tali matrimonio,non poteſt bene educari ſecundum eſſe rationale,ergo eſt contra finem matrimonij. Antecedens probatur. Amor natura lis fratrum coniunctus cum amore cõiugali multũ emollit animos hominum, ita ut nõ poſſint aliquid magnũ cogitare circa filios. Vltimo probatur minor. Quia alias omnia matrimonia fierent intra eãdem domum,ſtando iuri naturæ,& ſic conſœderatio animorum,quæ intenditur per matrimonium,non haberet effectum.

35.q.5. c.quædã

B

SED adhuc dubium eſt, An ita ſit contra ius naturæ contrahere matrimonium in hoc primo gradu,ut nullo modo ſit licitum, etiam in caſu quo periclitaretur totus orbis. Et quòd nullo modo ſit licitũ in illo caſu videntur probare argumenta pro prima concluſionem.

C

¶In cuius expoſitionem ſupponendum eſt,quod matrimonium in illo primo gradu licitũ eſt ex diuina diſpẽſatione. Hoc cõuincit primum argumentum factũ in principio: nam à principio mundi contraxerũt matrimonium filii Adam in illo primo gradu,& licitè: hoc autem ſaltem fuit licitum ex diuina diſpenſatione,ergo. Et confirmatur. Nam matrimonium in primo gradu lineæ rectæ fieri poteſt ex diuina diſpenſatione ſecundum probabiliorem ſententiã, ſed ſtando in iure naturæ magis illicitũ eſt matrimonium in primo gradu lineæ rectæ, quam in tranſuerſali,ut patet, ergo licitũ erit in primo gradu lineæ tranſuerſalis,cõtrahere matrimonium ex diuina diſpenſatione.

D

¶Difficultas autem eſt, Vtrum ſine diſpẽſatione diuina,caſu, quo periclitaretur orbis, liceat cõtrahere illo primo gradu.

¶Secunda cõcluſio. Probabiliſſimũ eſt, & ferè certum,quòd in tali caſu licitum eſt cõtrahere matrimonium. & tale matrimonium eſt ualidum. Hęc concluſio probatur argumento primo facto in principio.

¶Secundo probatur. Nam probabile eſt, quod in primo gradu lineæ rectæ nõ ſit illicitum matrimonium iure naturæ in talica ſu,etiam ſine diſpenſatione diuina,ut diximus in præcedentibus,ergo probabiliſſimũ eſt,quod in primo gradu lineæ trãſuerſalis liceat. Probatur conſequentia. Multo magis eſt contra ius naturæ,contrahere matrimonium in primo gradu,lineæ rectæ, quã in primo gradu lineæ tranſuerſalis.

¶Vnde ad argumenta facta in principio reſpondetur. Ad primum argumentum reſpõdetur ex dictis in hac concluſione,quod in extrema neceſſitate ſine aliqua reuelatione potuit eſſe matrimoniũ inter fratres filios Adæ: nã matrimonij inter fratres nõ eſt ita intrinſece malũ, vt nõn poſſit honeſtari aliqua de cauſa. Secundo reſpondent aliqui, quod in principio mundi diſpenſatum eſt,ut frater contraheret cum ſorore, imo præceptum eſt cum dicitur, Creſcite & multiplicamini,& dicunt,quòd Deus,ut author naturæ diſpẽſauit in illo caſu. Aſſerit tamẽ Soto,quòd nõ fuit neceſſari a alia reuelatio,ſed ſatis erat ipſa euidens neceſſitas, & clamor ipſius naturæ. Hoc tamen totum videtur reduci ad primam ſolutionẽ.

¶Ad ſecundum argumentum. Sũt duæ ſententiæ. Prima ſententia eſt,quod Sara vere fuit ſoror Abrahę,ut ſonat illa litera: & pro hac ſententia refert Magiſter Sotus multas apparentias. Et ſecundum iſtam ſententiam dicendum eſt, quod illud matrimonium factum fuit ex diſpenſatione diuina,& quod aliàs non potuit fieri. ¶ Secunda ſententia, aſſerit,quod Sara non fuit ſoror Abrahæ, ſed conſobrina filia Aran fratris ſui. Et hæc eſt communior opinio: & pro hac ſẽtẽtia refert Magiſter Sotus, Hieronymum, Auguſt. & D.Thom. Et ſecundum iſtam ſententiam facilis eſt ſolutio ad argumenta dicendo, quòd non fuit ſoror Abrahæ. Ad confirmationem aliqui exiſtimat non eſſe certum, quod Thamar non fuerit ſoror Amon, ut refert Magiſter Sotus: cæterum tenendo quod fuerit ſoror illius & filia regis Dauid dicẽdum eſt, quod Tamar protulit illa uerba,ut ſe defenderet à ſcelere fratris ſui non tamen cogitauit poſſe fieri tale matrimoniũ,cum ſaltem eſſet prohibitum in lege ueteri, in qua ipſi uiuebant.

¶ Ad tertium reſpondetur. Ad primum teſtimonium dicendum eſt,quod ſolum ui

detur

detur intendere, quòd non eſt tanta irreue rentia in matrimonio, & commixtione alio rum conſanguineorum, quãta eſt in primo gradu lineæ rectæ: unde in multis gradib. lineæ tranſuerſalis, nõ eſt irritum matrimo nium iure naturali, nihilominus tamen in primo gradu lineæ trãſuerſalis irritum eſt & nullum, neque D. Thom. aliquid dicit in contrarium. Ad ſecundum teſtimonium re ſpondetur, quòd potius D. Tho. eſt pro no- bis ſi attente legatur, nam in primo articu lo tantum uidetur loqui de uariatione ma trimonii ſecundum ius poſitiuum pro di- uerſis temporibus.

¶Ad quartum reſpondetur, ꝙ Summus Pontifex poteſt diſpenſare in primo gradu affinitatis, & ꝙ matrimonium in illo gra- du non eſt irritum iure naturali, de quo q. ſequenti, inde tamen nõ ſequitur ꝙ in pri- mo gradu lineæ tranſuerſalis poſſit fieri matrimonium.

AD vltimum eſt quarta difficultas ad iuncta præcedenti. Vtrum in alis gra dibus lineæ tranſuerſalis ſit irritum matri monium iure naturæ, & uidetur, quod ſic.

¶Primò arguitur argumento ultimo fa cto. Nam uidetur eſſe eadem ratio de ali- quibus aliis gradibus atque de primo, ut ibi probatum eſt: ergo.

¶Secundò arguitur. Specialiter in ſecun do gradu lineæ tranſuerſalis inter aſcẽden tes, & deſcendentes & inter ꝑſonas, quæ in gradu æquali diſtãt ab ſtirpe, ſicut inter pa truum & conſobrinam, quia inter has per- ſonas eſt quædam reuerentia naturalis, er- go matrimonium inter illas eſt prohibitũ iure naturæ. Probatur conſeqnentia. Quo- niam hac ratione matrimoniũ inter patrẽ & filiam eſt illicitum iure naturæ, quia eſt quædam naturalis irreuerentia.

¶ Tertiò arguitur ex Concilio Toleta. quarto. c. 41. Vbi permittitur, quòd in do- mo clericorum habitẽt mater, ſoror, & ami ta, & filia: quia cum his perſonis natura ab horret actum coniugalẽ, ergo matrimoniũ inter has perſonas iure nnturæ eſt irritum. Idem uidetur probare ex D. Ambr. lib. 8. Epiſtolarum, epiſ. 66. vbi hoc uidetur ſigni ficare, uidete uerba illius. Concil. Tolet. 4. c. 41.

¶Prima concluſio. Matrimonia in aliis gradibus conſanguinitatis lineæ tranſuerſa lis non ſunt irrita iure naturæ.

¶ Probatur primo ex ſacris ſcripturis

A Nam Abraham duxit Saram conſobrinam ſuam, vt patet ex dictis. Et Ioſue capite 15. Otoniel contraxit matrimonium cũ conſo brina eius filia Caleph fratris ſui maioris. Ioſue. 15

¶Secundo probatur. Nam in cap. gaude- mus, de diuortiis. uidetur diffinitum, quod matrimonia in ſecundo, & tertio gradu, ſi inueniatur in infidelib. conuerſis ad fidem, non diſſoluãtur; at ſi eſſent irrita iure natu ræ, Eccleſia deciperet illos in re graui, ergo.

¶Tertio probatur. Nam in Conc. Trid. Seſſio. 24. cano. 3. diffinitur expreſsẽ, quod Summus Pontifex, poteſt diſpenſare in ali B quibus gradibus prohibitis in Leuitico: ſed in Leuit. non prohibentur niſi ſecundus, & tertius gradus: ergo. Concil. Trid. ſeſſ. ſeſ. 24. Cano. 3.

¶ Secunda concluſio loquendo ſpeciali- tes in caſu ſecundi argumenti, illud matri- monium, licet ſit ualidum iure naturæ eſt prohibitum, & habet quandam indecentiã ut annulletur iure poſitiuo. Hæc concluſio probatur omnib. argumentis factis in prin- cipio, ex illis. n. colligitur, ꝙ inter tales per ſonas eſt naturalis irreuerentia: ergo matri monium in illo gradu eſt prohibitum pro- pter indecẽciam. Aduertendum tamen eſt, C ut optimẽ aduertunt aliqui Theologi, ꝙ peccatum cõmiſſum in contractu nõ eſſe tali mortale, etiam ſi nõ eſſet legitima cau ſa: nam ſi fieret ex legitima cauſa, nullum erit peccatum, & ſic excuſatur Abraham cũ contraxit cum conſobrina, & Otoniel. Et ex his probationib. colligitur, quod eſt ma ximum fundamentum in natura rei, ut ta- le matrimonium irritetur.

¶Aduertendum tamẽ eſt, quod his tem porib. Summus Pontifex poterit diſpenſa- re in tali matrimonio. Quia ut dicitur ĩ pri ma concluſione, illud matrimoniũ non eſt D irritum iure naturæ: ſed iure Eccleſiaſtico, in quo iure poteſt eſſe diſpẽſatio per Sum mum Pontificẽ. Et ſi quis dicat, quod illud matrimonium, quamuis non ſit irritũ iure naturæ, eſt tamen prohibitum iure naturæ: ergo ſaltem ſi ſine cauſa fieret diſpenſatio: factum non teneret: ſicut non tenet factũ, quando Summus Pontifex diſpenſat in ali quo uoto ſine cauſa rationabili. Rñdetur ꝙ eſt maxima differẽtia inter ea, quæ ſunt ualida iure diuino, & inter ea, quæ ſunt de iure Eccleſiæ: nã in primis Sũmus Põtifex eſt merus diſpenſator. Merus autẽ diſpen- ſator, non poterit ſine rationabili cauſa, ita

vt ualeat diſpenſatio: quia diſpenſat ſine au A toritate Dei, & ita diſpenſatio uoti ſine rõnabili cauſa eſt nulla, q̃a obligatio uoti eſt de iure diuino. Sed in ſecundis, quæ ſũt ualida, uel inualida iure Eccleſiaſtico, poterit Papa diſpenſare, ita ut factum teneat, etiã ſi fiat ſine rõnabili cauſa. Et ratio eſt: quia in ſimilib. non habet meram rationem diſpenſatoris, ſed induit quandam rationem domini, & ita diſpenſatio ſine rõnabili cauſa facta in iſto gradu, de quo loquimur, ualida erit: quoniam matrimoniũ in illo gradu ſolum eſt inualidum iure poſitiuo. Verum eſt tamen quòd quoad non peccandum re- B quiritur cauſa rõnabilis. Tũ quia illud matrimoniũ eſt prohibitũ iure naturæ: tum ẽt quia eſt prohibitum iure Eccleſiaſtico.

¶ Ex quo colligitur. Quòd ſi modo apud infideles cõtraxerit patruus cum conſobrina (quidquid ſit de peccato) validum erit matrimoniũ. Quia non eſt irritum iure naturæ: ſed iure Eccleſiaſtico, & ita ſi cõuertãtur ad fidem, tale matrimonium non eſt diſſoluendum. Aduertendum tamen eſt, quòd diximus in concluſione, q̃ eſt fundamentũ in natura rei, & in naturali indecentia, & irreuerentia, ut matrimonia illa irritentur, q̃ C conſtat ex dictis in ſecunda concluſione, & ex argumentis factis in principio.

¶ Vnde ad argumenta facta reſpõdetur. Ad primum reſpondetur, quòd non eſt eadem ratio de primo gradu conſanguinitatis in linea tranſuerſali, & de aliis gradibus, nam inter fratres ex natura rei requiritur cohabitatio, & familiaritas: quoniam procedunt ab uno capite, & principio, & ideo neceſſarium eſt, quòd ſemel cohabitent, ut principium illud poſſit influere. At uerò in ſecundo, & tertio gradu nõ requiritur tanta familiaritas, neque cohabitatio: quoniã D non procedũt ab eodem principio. Ad alia uero argumenta reſpondetur, quod conuincunt ſecundam concluſionem.

EST vltimum dubium. Vtrum omnes illi gradus prohibiti Leuit. 18. ſint ẽt prohibiti modo ſaltem iure Eccleſiaſtico. Ad cuius expoſitionem aduertendum eſt, quòd ibi prohibetur matrimonium inter conſanguineos in primo, & ſecundo gradu lineæ rectæ, & in primo lineæ tranſuerſalis, & in ſecundo gradu lineæ tranſuerſalis cum certa moderatione, quia non prohibetur ibi matrimonium inter quoſcunque Leu. 18. conſanguineos in quocunque gradu lineæ tranſuerſalis. v. g. non prohibetur matrimonium inter fratrueles, qui ſunt in ſcđo gradu æque diſtãtes ab ſtirpe: ſed prohibetur matrimonium inter conſanguineos in ſecundo gradu lineæ trãſuerſalis inæqualiter diſtantes ab ſtirpe. v. g. inter materteram vel amitam. Verum tamen non eſt ibi prohibitum inter conſobrinam, uel patruum, uel auunculum, & aliqui alij gradus affinitatis prohibentur ibi, quos refert Magiſter Soto loco citato: & refert multum ſcire an iſti gradus ſint prohibiti iure naturæ, uel diuino: nam ſi ſunt ita prohibiti, nõ poteſt Summus Pontifex diſpenſare in illis gradibus. Si autem ſunt prohibiti iure Eccleſiaſtico tantum, poterit Papa in illis diſpenſare. Et uidetur quòd illi gradus ſint prohibiti iure diuino.

¶ Primò arguitur ex doctrina D. Th. infra q. 59. art. 3. ad tertium, ubi dicit quod ſi aliqui infideles, dum erant in infidelitate, contraxerunt matrimonium contra illam prohibitionem Leuit. 18. poſt quam conuerſi ſunt ad fidem non poſſint commanere, quòd eſt dicere, quòd ſunt ſeparandi: ergo ſignificat D. Tho. quod illi gradus ſunt prohibiti iure naturali & diuino. Leu. 18.

¶ Secundò arguitur ex capitulo literas, de reſtitutione ſpoliatorum, ubi Innocentius III. dicit, quod in gradibus prohibitis lege diuina non poteſt fieri diſpenſatio, & gloſſa ibidem explicat in lege diuina, ideſt Leuit. 18. ergo. ca. literas. de reſtitutione ſpoliatorum.

¶ Tertiò arguitur ex c. quarto, de conſanguinitate, & affinitate, ubi idem Innoc. diffinit, quòd infideles, qui contraxerunt ſecundum ſtatuta iuris diuini, conuerſi ad fidem noſtram, non ſunt ſeparandi: ergo ſignificat Summus Pontifex, quod ſi contraxerunt contra ſtatuta iuris diuini, quæ habentur Leuit 18. ſunt ſeparandi: ac ſubinde tale matrimonium eſt contra ius naturale, uel diuinum.

¶ Quartò arguitur. Illæ prohibitiones, quæ habentur in illo capite, ſunt præcepta mortalia iuris naturalis, ergo modo in lege euangelica habent vim. Conſequentia patet, antecedens probatur. Primo. Nã ibi dicit Dñs. Præcepta mea ſeruabitis, quæ uerba intelligunt Doctores de præceptis moralibus. Secundo probatur antecedens ex ratione quã ponit Dominus, dicit enim, Ne reueles

reueles turpitudinem,&c. Sed non reuelare turpitudinem pertinet ad dictamen rationis moralis, uel naturalis ergo. Tertio probatur antecedens ex illis verbis, quæ apponuntur in fine capitis, ne polluamini in his in quibus cōtaminatæ ſunt omnes gentes: ex quibus uerbis colligitur eſſe præcepta naturalia, & moralia, quæ ſpectant ad omnes gentes. Quarto probatur ex D. Augu. quæſt. 53. Leuit. ubi ait, quòd illa præcepta Leuit. 18. ſunt intellecta in Decalogo: ſed Decalogus conſtat ex præceptis naturalibus, & moralibus, ergo.

¶ In hac difficultate Vvicleff, vt refertur à Magiſtro Soto loco citato. & à Thoma Vvaldenſe lib. de ſacramentis cap. 134. aſſerit omnes illos gradus Leuitic. 18. eſſe prohibitos in lege diuina Euangelica, ita vt Papa non poſſit in illis diſpenſare. Aliqui etiam catholici dicūt eſſe prohibitos iure diuino, quia ſunt prohibiti Leuit. 18. Hoc dicit D. Bonauent. 4. diſt. 4 q. 2. Richardus ibidem, quæſt. 2. art. 1. imo D. Thom. hic uidetur hoc inſinuare. Alii vero Doctores fatētur illos gradus eſſe nunc prohibitos, qui ſunt prohibiti iure diuino naturali: ita ut non poſſit Summus Pontifex diſpenſare. Ita Palud. diſt. 40. quæſt. 1. D. Anto. 3. part. tit. 1. cap. 14. in fine, Syluester, uerbo, Papa, quæſt. 17 in fine.

IN explicationem huius difficultatis notandum eſt primò, quod lex vetus iam ceſſauit omnino, non ſolum quantum ad præcepta iudicialia, vel cæremonialia: ſed etiam quātum ad moralia. Itaque nō obligant inquantum ſunt legis veteris, ſed inquantum pertinent ad legem naturalē. Sic diffinitur 1. 2. materia de legibus. ¶ Ex quo colligitur, quòd in noua lege nulli gradus illorum, qui prohibetur Leuitic. 18. obligant ex vi legis veteris, ſed ex vi legis naturalis.

¶ Secundo notandum, quod Chriſtus in lege Euāgelica eleuauit matrimonium ad eſſe quoddam ſupernaturale ſacramēti, & hoc tātum habet ſuperadditum ex lege diuina, in omnib. alijs relictum eſt matrimonium legi naturæ. Vnde nulla prohibitio, nulla irritatio conſanguinitatis habetur ex iure diuino in lege noua, quæ non habeatur ex iure naturali.

¶ Tertio aduertendum, quod aliud eſt quod aliquid ſit prohibitum iure naturali,

A & aliud eſt quod ſit irritū, & nullum iure naturali: nam poteſt eſſe aliquid prohibitum iure naturali, & non irritum. Nam, vt patet ex his, quæ dicuntur 2. 2. quæſt. 63. electio indigni ad officium eccleſiaſticum prohibita eſt iure naturæ, & tamen ſi talis electio fiat ab habente authoritatem, factū tenet, & non eſt irrita: & in hac materia cōtrahere de præſenti cum una fœmina poſt ſponſalia de futuro, cum alia, prohibitum eſt iure naturæ, tamen non eſt irritum iure naturæ, vt ſupra diximus.

¶ His poſitis, eſt prima conluſio. Probabile eſt, quod omnes illi gradus prohibiti Leuit. 18. ſunt iure naturæ ꝓhibiti, nihilominus certum eſt quod non omnes illi gra B dus sūt irriti iure naturæ ſed aliqui. Prima pars concluſionis probatur. Quoniam inter omnes illas perſonas uidetur quædam naturalis reuerentia debita, ergo prohibitum eſt iure naturæ. Secunda uero pars patet. Nam primus, & ſecundus gradus conſanguinitatis lineæ rectæ, & primus lineæ tranſuerſalis, certum eſt, quod irritant matrimonium iure naturali, (ut iam dictum eſt,) omnes vero alii gradus non eſt certū C quod irritant iure naturæ: quamuis ſit probabile, (vt diximus,) quod ſint prohibiti iure naturæ.

¶ Secunda concluſio. In lege noua nullus gradus prohibitus eſt iure diuino poſitiuo, atque adeo non irritat matrimonium eodem iure. Concluſio conſtat. Nam tale ius diuinum poſitiuum non reperitur in toto teſtamento nouo, nec in aliqua traditione eccleſiaſtica, ergo. ¶ Ex quo ſequitur, quod omnis prohibitio, quæ nunc habetur in eccleſia circa illos gradus, aut eſt iuris naturalis, aut eccleſiaſtici.

D ¶ Vltima concluſio. Stando in iure eccleſiaſtico omnes illi gradus Leuit. ſunt prohibiti, & irriti, ut patet ex vſu Eccleſiæ, & ex multis capitibus iuris. Ex qua concluſione facile ſequitur, quòd in aliquibus gradibus illorum, qui non ſunt de iure naturali prohibiti, poterit Summus Pontifex diſpenſare.

¶ Ad argumenta facta in principio reſpondetur. Ad primum argumentum reſpondetur, quod D. Thom. in illo loco loquitur ſecūdum ſententiam aliquorum, uidelicet, Richardi, & Bonauent. qui putant, quod illi gradus ſunt prohibiti nūc iure diuino.

uino. In 4. enim Sententiarum ſæpe loquitur ſecundum mentem aliorum. Videte aliam ſolutionem in Magiſtro Soto.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quod Innocẽtius III. non loquitur in illo loco uniuerſaliter, ſed indiffinitè, ut ſenſus ſit in aliquibus caſibus prohibitis Leuit. 18. Summus Pontifex non poteſt diſpenſare, vt patet, de primo gradu vtriuſque lineæ: non tamen aſſerit Summus Pontifex, quod non poſſit diſpenſare in aliis gradibus.

¶ Ad tertium reſpondetur, quod totum quod ibi dicitur eſt veriſſimum, dicimus tamen quod Papa non ſupponit, quod ſi fideles illi contraxerunt in quocunque gradu ſecundum conſtitutionem Leuit. ſint ſeparandi: nam ſolum ſunt ſeparandi in aliquibus gradibus, & in aliquibus non, & ut diximus certum eſt ſecundum fidem, quod Eccleſia poteſt diſpenſare in aliquibus gradibus contentis in Leuit. ut diffinitur in Concil. Trindenti. ſeſſio. 24. canon. 3. Ex dictis ad argumentum facile intelligitur capit. finale. de diuortiis, quòd aliqui adducunt contra noſtram ſententiam, quod cap. neque in cortice literæ aliquid continet contra noſtram ſententiam, ibi enim loquitur Summus Pontifex quando aliquis contraxit cum vxore fratris ſui, & dicit, quod ſi conuertantur ad fidem, non ſunt ſeparandi. tamen Papa præcepit, quod ſimilia matrimonia non fiant, poſtquam conuerſi ſunt ad fidem, non tamen dicit ſummus Pontifex, quod Eccleſia non poſſit diſpenſare in tali matrimonio.

Concil. Tri. Seſſi. 24. can. 3.

¶ Ad quartum, aliqui dicunt quod non omnia præcepta Leuitici. 18. ſunt moralia, ſed quædam ſunt iudicialia. Sed quidquid ſit, admittẽdo quòd omnia ſint moralia, ut quidam viri docti admittunt conuicti illis probationibus argumẽti, inde tamẽ ſolum cõuincitur, quòd omnes illi gradus ſunt prohibiti iure naturæ, propter naturalem reuerẽtiã debitam inter illas perſonas: non tamẽ inde conuincitur, quod matrimoniũ in omnibus illis gradibus ſit irritũ iure naturæ, imo ex uſu legis veteris, & nouæ colligitur oppoſitum. Nam in veteri contraxit Abraham cum Sara, & eadem lege conſueuit frater accipere relictam à fratre ſine ſemine, quod non fieret, ſi eſſet irritum matrimonium iure naturæ: & in lege noua ſæpe diſpenſauit Summus Pontifex, vt conſobrinus contraheret cum materia, vel vt idem cum duabus ſororibus ſucceſſiuè, vel contra.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum conſanguinitatis gradus matrimonium impedientes potuerunt taxari ab eccleſia.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd conſanguinitatis gradus matrimonium impedientes non potuerant taxari ab eccleſia vſque ad quartũ gradum. Matth. 19. dicitur: Quos Deus coniunxit homo non ſeparet: ſed illos qui coniunguntur infra quartum conſanguinitatis gradum Deus coniunxit non enim diuina lege eis coniunctio prohibetur: ergo nec debent humano ſtatuto ſeparari.

C

¶ 2 Præterea. Matrimonium eſt ſacramẽtum ſicut baptiſmus ſed non poſſet ex ſtatuto eccleſiæ fieri quod ille qui ad baptiſmum accedit non acciperet characterem baptiſmalem ſi ex iure diuino eius capax ſit, ergo nec eccleſia ſtatutum facere poteſt quod matrimonium non ſit inter illos qui per ius diuinum matrimonialiter coniungi non prohibetur.

D

¶ 3 Præterea ius poſitiuum non poteſt ea quæ ſunt naturalia remouere vel ampliare: ſed conſanguinitas naturale vinculum, quod quantum eſt de ſe, natum eſt matrimonium impedire, ergo eccleſia non poteſt aliquo ſtatuto facere quod aliqui poſſint matrimonialiter cõiungi vel non coniungi: ſicut non poteſt facere quod ſint conſanguinei, vel non conſanguinei.

¶ 4 Præterea Satutũ iuris poſitiui dẽt aliquã rationalẽ cãm aſſignare uel habere, quia ſecundũ cauſam rationabilẽ q̃ habet

habet, à iure naturali procedit, ſed cauſæ quæ aſſignantur de matrimonio graduum omnino videtur irrationabiles, cum nullam habeant habitudinem ad cauſata: ſicut quod conſanguinitas prohibeatur vſque ad quartum gradũ propter quatuor elementa, vſque ad ſextũ propter ſex ætates mundi, vſque ad ſeptimum propter ſeptem dies quibus tẽpus omne agitur, ergo videtur quod talis prohibitio nullum vigorem habeat.

¶ 5 Præterea. Vbi eſt eadem cauſa debet eſſe idem effectus: ſed cauſa qua B conſanguinitas impedit matrimonium eſt bonum prolis, repreſſio concupiſcentiæ, & multiplicatio amicitiæ, vt ex dictis patet, quæ omni tempore neceſſaria æqualiter ſunt, ergo debuiſſẽt æqualiter omni tempore gradus conſanguinitatis matrimonium impedire, quod non eſt verum, cùm modo vſque ad quartum, antiquitas vſque ad ſeptimum gradum matrimonium conſanguinitas impedierit.

¶ 6 Præterea Vna & eadem coniũ C ctio non poteſt eſſe in genere ſacramẽti, & in genere ſtupri: ſed hoc contingeret, ſi eccleſia haberet poteſtatem ſtatuẽdi diuerſum numerum in gradibus impedientibus conſanguinitatem: ſicut ſi aliqui in quinto gradu quando prohibitus fuit coniuncti fuiſſent, talis coniunctio ſtuprum eſſet: ſed poſtmodum eandem coniunctionem eccleſiaſtica prohibitione reuocante matrimonium eſſet. Et econuerſo poſſe accidere ſi aliqui gradus conceſſi poſſent poſt modum ab ec- D cleſia interdici: ergo videtur quod poteſtas eccleſiæ non ſe extendat ad hoc.

¶ 7 Præterea. Ius humanum debet imitari ius diuinum: ſed ſecundum ius diuinum, quod in lege veteri continetur: non æqualiter currit prohibitio graduũ in ſurſum, & deorſum quia in veteri lege aliquis prohibeatur accipere in vxorem ſororem patris ſui, non tamen filiam fratris; ergo nec modo det᷑ prohibitio de nepotib. & patruis manere.

SED cõtra eſt quod Dominus dicit A diſcipulis. Qui nos audit: ergo præceptum eccleſiæ habet firmitatem ſicut præceptum Dei: ſed eccleſia quandoq; prohibuit & quandoque cõceſſit aliquos gradus quos lex uetus nõ prohibuit: ergo illi gradus matrimoniũ impediunt.

¶ Præterea. Sicut olim matrimonia menſilium diſpenſabantur per leges ciuiles, ita nunc per ſtatuta eccleſiæ: ſed olim lex ciuilis determinabat gradus conſanguinitatis qui matrimoniũ impediũt & qui non: ergo & modo poteſt hoc fieri per eccleſiæ ſtatutum.

RESPONDEO dicendum, quod ſecundum diuerſa tẽpora inuenitur conſanguinita: ſecundũ gradus diuerſos matrimoniũ impediſſe. In principia enim humani generis ſolus pater & mater à matrimonio repellebantur, eo ꝙ tunc temporis erat paucitas hominum & oportebat propagationi humani generis maximam curam impendere: vnde nõ erant remouenda niſi illæ ꝑſonæ quæ matrimonio incõpetentes erãt etiam quãtum ad finẽ matrimonij principalem, qui eſt bonum prolis, vt dictũ eſt. Poſtmodum autem multiplicato genere humano per legem Moyſi plures perſonæ ſunt exceptæ, quæ iam concupiſcentiæ reprimere incipiebat: vnde vt dicit Rabbi Moyſes, Omnes illæ ꝑſonæ ſunt à matrimõ quæ in vna familia cohabitare ſolent, quia ſi inter eos carnalis copula eſſe poſſet, maximum incendium libidini præſtaretur: ſed alios conſangnitatis gradus lex uetus permiſit, imo quoddammodo præcipit: ut, ſcilicet, de cognatione ſua vnuſquiſq; uxorem acciperet, ne ſucceſſionum confuſio eſſet, quia tunc temporis cultus diuinus per ſucceſſionem generis propagabatur. Sed poſt modum in lege noua quæ eſt lex ſpiritus, & amoris, plures gradus conſanguinitatis sũt prohibiti, quia iam per ſpiritualẽ gratiam non per carnis originem cultus Dei deriuatur & multiplicatur: vnde oportet, ut homines etiam magis à carnalib. retrahãtur ſpiritualib. vacã-

es, ut amor amplius diffundatur: ideo antiquitus uſque ad remotiores gradus conſanguinitatis matrimonium impediebatur, ut ad plures per conſanguinitatem & affinitatem naturalis amicitia permanaret, et rationabiliter uſque ad ſeptimum gradum: tum quia vltra hoc non de facili remanebat communis radicis memoria, tum quia ſeptiformis Spiritus Sancti gratia cõgruebat. Sed poſtmodum circa hæc ultima tempora reſtrictum eſt eccleſiæ interdictum vſque ad quartum gradum, quia ultra inutile, & periculoſum erat gradus conſanguinitatis prohibere. Inutile quidem, quia ad remotiores cõſanguineos quaſi nullum fœdus maioris amicitiæ quàm ad extraneos habebatur charitate in multorum cordibus frigeſcente. Periculoſum autem, quia concupiſcentia & negligentia prævalente numeroſam conſanguineorum multitudinem homines non ſatis obſeruabant, et ſic laqueus damnationis multis inijciebatur ex remotorum graduum prohibitione. Satis etiam conueniẽter uſque ad quartum gradum dicta prohibitio eſt reſtricta, tum quia vſque ad quartam generationem homines viuere conſueuerant, vt ſic non poſſit conſanguinitatis memoria aboleri. Vnde Deus in Exod. cap. 20. *tertiam & quartam generationem peccata parentum viſitaturus in filijs comminatur, tum quia in qualibet generatione noua mixtio ſanguinis cuius idẽtitas conſanguinitatem facit, fit cum ſanguine alieno, & quantum miſcetur alteri, tantum receditur a primo, & quia elementa ſunt, quatuor quorum quodlibet tanto facilius eſt miſcibile quanto eſt magis ſubtile: ideo in prima commixtione euaneſcit ſanguinis identitas quantum ad primum elementum quod eſt ſubtiliſſimum, in ſecunda quantum ad ſecundum, in tertia quantum ad tertium, in quarta quantum ad quartum, & ſic conuenienter poſt quartam generationem poteſt reiterari carnalis coniunctio.*

A *AD primum ergo dicendum, quòd ſicut Deus non coniungit illos, qui coniunguntur contra diuinum præceptum: ita nec coniungit illos qui coniungũtur contra eccleſiæ præceptum, quod habet tantam obligationem ſicut et diuinum præceptum.*

AD ſecundum dicendum, quod matrimonium non tantum eſt ſacramentum: ſed etiam eſt in officium: & ideo magis ſubiacet ordinationi miniſtrorum eccleſiæ, quàm baptiſmus B *qui eſt ſacramentum tantum: quia ſicut contractus, & officia humana determinantur legibus humanis, ita contractus, & officia ſpiritualia lege eccleſiæ.*

AD tertium dicendum, quod quamuis conſanguinitatis vinculum ſit naturale, tamen non eſt naturale, quòd cõſanguinitas carnalem copulam impediat, niſi ſecundum aliquem gradum, vt dictum eſt: Ar. præced. corpore. *& ideo eccleſia ſuo ſtatuto non facit quod aliqui ſint con-* C *ſanguinei, ſed facit quod carnalis copula ſit licita vel illicita ſecundum diuerſa tempora in diuerſis gradibus conſanguinitatis.*

AD quartum dicendum, quod tales rationes aſſignatæ magis dantur per modum adaptationis, & congruentiæ, quàm per modum cauſæ & neceſſitatis.

AD quintum dicendum, quod non eſt eadem cauſa ſecundum diuerſa tempora gradus conſanguini- D *tatis prohibendi: vnde quod alio tempore vtiliter conceditur, alio ſalubriter prohibetur.*

AD ſextum dicendum, quod ſtatutum non imponit modum præteritis & futuris. Vnde ſi modo prohiberetur vnus gradus qui nunc eſt conceſſus, illi qui ſunt in quinto gradu coniuncti, non eſſent ſeparandi. Nullum enim impedimentum matrimonio ſuperueniens ipſum poteſt dirimere, & ſic coniunctio quæ prius fuit matrimoniũ, non efficeretur per ſtatutũ eccleſiæ ſtuprũ. Et ſimiliter

liter ſi aliquis gradus concederetur qui nunc eſt prohibitus, illa coniunctio non efficeretur matrimonialis ex ſtatuto eccleſiæ ratione primi contractus, quia poſſent ſeparari ſi vellent, ſed tamen poſſent de nouo contrahere, & alia coniunctio eſſet.

AD ſeptimum dicendum, quod in gradibus conſanguinitatis prohibendis eccleſia præcipuè obſeruat rōnē amoris ad nepotem quam ad patruum, ſed etiam maior quanto propinquior eſt patri filius quam filio pater, vt dicitur in 8. Ethic. propter hoc æqualiter ꝓhibuit gradus conſanguinitatis in patruis, & nepotibus. Sed lex vetus in perſonis prohibendis attendit præcipue cohabitationem contra concupiſcentiam prohibens illas perſonas ad quas facilior pateret acceſſus propter mutuam cohabitationem. Magis autem conſueuit cohabitare neptis patruo quam amita nepoti quia filia eſt idem quaſi cum patre cum ſit aliquid eius, ſed ſoror non eſt hoc modo idem cum fratre, cùm non ſit aliquid eius, ſed magis in eodem naſcitur, & ideò non erat eadem ratio prohibendi neptem & amitam.

c,12. circa prin.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio, quæ præſupponitur à D.Thom. eſt affirmatiua. Et pro illa D.Tho. nullam adducit rationem.

¶Secūda concluſio. Olim in Eccleſia iſti gradus impedientes matrimonium extendebant ſe vſque ad ſeptimum gradum: ſed poſt modum reſtrictio facta eſt in eccleſia uſque ad quartum gradum. Videre literā D.Thom.

CIrca iſtum articulum ſupponendum eſt tāquam certum in fide, quòd gradus impediētes matrimonium poſſunt taxari ab Eccleſia. Hoc fundamentum conſtat ex diffinitione Eccleſiæ in Concilio Tridentino ſeſſione. 24. canon. 3. ubi ſic diffinitur. Si quis dixerit, eos tantum conſanguinitatis, & affinitatis gradus, qui Leuit. exprimuntur, poſſe impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum: nec poſſe Eccleſiam in nonnullis illorum diſpenſare, aut conſtituere, vt plures

Concil. Tri. ſeſ. 24. canon. 3.

A impediat, & dirimant, anathema ſit. Hoc etiam conſtat ex vſu Eccleſiæ.

¶Supponendum etiam eſt quod ſecunda concluſio D.Tho. eſt certa: ita enim habetur in Decreto diſt. 35. quæſtione. 3. ca. de affinitate. & capite. de conſanguinitate, & quæſtione. 5. capit. ad ſedem. Secunda pars concluſionis habetur expreſſè in capite, non debet, de conſanguinitate, & affinitate, ubi Innocen. III. poſuit illam reſtrictionem aſſerendo, quod de cætero prohibitio copulæ coniugalis quartum cōſanguinitatis, & affinitatis gradum non ex- B cedat.

Diſt. 35 q. 3. c. de affinitate. c. de conſanguinitate & q. 5. ca. ad ſedem. c. nō debet. de affinitate & cōſanguinitate.

¶ Et eſt aduertendū primo, quod olim prohibitum erat matrimoniū vſq; ad ſeptimū gradum affinitatis, & cōſanguinitatis, quoniā virtus generatiua vſq; ad illū gradum ſe extēdebat, vt dicit Angelicus Doctor art. 3. ad primum, nunc autem ſolum ſe extendit vſque ad quartum gradum.

¶Secundo eſt aduertendū, quod iſti gradus ſunt prohibiti iure Eccleſiaſtico, eſt tamen maxima congruentia ex natura rei, vt matrimonium in his gradib. prohibeatur, hæc tamen congruentia ante prohibitionē C non transferebat actum coniugalem ad alteram ſpeciē, neq; aggrauabat notabiliter, ſed erat ſimplex fornicatio loquēdo de illis gradibus tantum, qui prohibetur mere iure poſitiuo. Poſt prohibitionem vero trāſfertur actus ad alteram ſpeciem, nempe ad inceſtum, & ita, qui accedit ad conſanguineā inter quartum gradum, committit inceſtum.

¶Et obiter aduertendum, ꝙ Conci. Tridēt. ſeſ. 24. c. 2. de reformatione matrimonii præcipit, quod non fiat diſpenſatio in ſecundo gradu niſi cum magnis principibus, D & maxima de cauſa propter maximam indecentiam, & merito hoc præcipit Concilium. Plures vero difficultates, quæ ſunt de conſanguinitate, & affinitate ſimul, dicentur in ſequentibus.

Concil. Tri. ſeſ. 24. ca. 2, de reformatione.

QVAESTIO. LV.

De impedimento affinitatis.

DEinde conſiderandum eſt de impedimēto affinitatis. Circa quod quærūtur vndecim.

Primò vtrum affinitas ex matrimonio cauſetur. Secũdo, vtrum maneat poſt mortẽ viri aut uxoris. Tertiò, vtrum cauſetur ex illicito concubitu. Quartò, vtrum ex ſponſalibus. Quintò, vtrum affinitas ſit cauſa affinitatis. Sextò, utrum affinitas matrimoniũ impediat. Septimò, vtrum affinitas habeat per ſeipſam gradus. Octauò, utrum gradus eius extendatur ſicut gradus conſanguinitatis. Nonò, vtrum matrimonium quod eſt in conſanguineos, & affines ſemper ſit dirimendum per diuortium. Decimò, utrum ad dirimendum tale matrimonium ſit procedẽdum per uiam accuſationis. Vndecimò, utrum in tali cauſa ſit procedendum per teſtes.

DE hac materia Doctores in quarto diſtinctio. 41. Iuriſperiti in Decreto 35. quæſtione 3. & in Decretalibus titulo de conſanguinitate, & affinitate, & titulo de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris, & Magiſter Sotus in citata diſtinctio. Syluester uerbo matrimonium. 8. quæſtione 16. de impedimento publicæ honeſtatis verbo matrimonium, 8. quæſtione 14. Conuarruuias ſuper quartum Decretalium parte 2. capite. 6. § 7. per totum.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum ex matrimonio conſanguinei affinitas cauſetur.

Th. 4. d. 41. q. vnica, art. 1. & q. 1. & ſeq.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ex matrimonio conſanguinei affinitas non cauſetur. Quia propter quod unumquodque, illud magis: ſed mulier ducta in matrimonium non coniungitur alicui de conſanguinitate uiri: cùm ergo non fiat viro affinis, nec alicui conſanguineorum affinis erit.

A

¶ 2 Præterea. Eorum quæ ſunt ab inuicem ſeparata, ſi vni aliquid coniungitur, nõ oportet propter hoc quòd ſit alteri coniunctum: ſed conſanguinei iam ſunt abinuicem ſeparati, ergo non oportet quòd ſi aliqua mulier coniungatur alicui viro quòd propter hoc coniungatur conſanguineis eius omnibus.

¶ 3 Præterea. Relationes ex aliquibus vnitionibus innaſcuntur: ſed nulla vnitio ſit in conſanguineis viri per hoc quòd ille duxit vxorem, ergo non accreſcit eis affinitatis relatio.

B

SED contra. Vir & vxor efficiuntur vna caro: ſi ergo vir ſecundum carnem omnibus ſuis cõſanguineis attinet, & mulier eadem ratione attinebit eiſdem. ¶ Præterea. Hoc patet per autoritates in litera adductas.

RESPONDEO dicendum, quod amicitia quædam naturalis in communicatione naturali fundatur, naturalis autem communicatio eſt duobus modis ſecundum Philoſophum 8. Ethicorum. Vno modo per carnis propagationem. Alio modo per coniunctionem ad carnis propagationem ordinatam. Vnde ipſe ibidem dicit, quod amicitia viri ad vxorem eſt naturalis. Vnde ſicut perſona coniuncta alteri per carnis propagationem quoddam vinculum naturalis amicitiæ facit, ita ſi coniungatur per carnalem copulam, ſed in hoc differt quod perſona coniuncta alicui per carnis propagationem ſicut filius patri, ſit particeps eiuſdem radicis cõmunis, & ſanguinis: vnde eodem genere vinculi colligatur filius conſanguineis patris quo pater coniungebatur, ſcilicet, conſanguinitate, quamuis ſecundum alium gradum propter maiorem diſtantiam à radice: ſed perſona coniũcta per carnalẽ copulã nõ fit particeps eiuſdẽ radicis, ſed quaſi extrinſecus adiuncta: & iõ ex hoc efficitur aliud genus vinculi, quod affinitas dicitur: et hoc eſt

Lib. 4. ſenten. c. 41.

C

cap. 12.

D

quod

quod in verſu dicitur, Mutat nupta genus, ſed generata gradum. Quia perſona .ſ. generata fit in eodem genere attinentiæ ſed alio gradu: per carnalem uerò copulam fit in alio genere.

AD primum ergo dicendum, quod quamuis cauſa ſit potior effectu, non tamen oportet ſemper quod nomen idem effectui & cauſæ conueniat, quia quandoque illud quod in effectu inuenitur in cauſa non eodem modo, ſed altiori, & ideo non conuenit cauſæ & effectui per idem nomen, neque per eandem rationem ſicut patet in omnibus cauſis æquiuocè agentibus: & hoc modo coniunctio uiri & uxoris eſt potior quam cõiunctio vxoris ad conſanguineos viri: non tamen debet dici affinitas: ſed matrimonium quod eſt unitas quædam, ſicut homo eſt ſibi ipſi idem, nõ conſanguineus.

AD ſecundum dicendum, quod conſanguinei ſunt quodammodo ſeparati, & quodammodo coniuncti, et ratione coniunctionis accidit quod perſona quæ uni coniungitur aliquo modo omnibus coniungatur: ſed propter ſeparationem & diſtantiam accidit, quod perſona quæ uni coniungitur uno modo, alij cõiungatur alio modo, uel ſecundum genus, vel ſecundum alium gradum.

AD tertium dicendum, quod relatio quandoque innaſcitur ex motu utriuſque extremi, ſicut paternitas et filiatio, & talis relatio eſt realiter in utroque, quandoq; uerò innaſcitur ex motu alterius tantum: ſed hoc contingit dupliciter. Vno modo quando relatio innaſcitur ex motu vnius ſine motu alterius uel præcedenti, uel concomitante, ſicut in creatore & creatura patet, & ſenſibili & ſenſu: & ſcientia et ſcibili, & tunc relatio eſt in vno ſecundum rẽ, & in altero ſecundum rationem tantũ. Alio modo quando innaſcitur ex motu unius ſine motu alterius tunc exiſtẽte, non tamen ſine motu præcedente: ſicut æqualitas ſit inter duos homines per augmentum unius, ſine hoc quod alius tunc augeatur: ſed tamen prius

A ad hanc quantitatem quam habet per aliquem motum vel mutationem peruenit, & ideo in vtroque extremorum talis relatio realiter fundatur, & ſimiliter eſt de conſanguinitate & affinitate, quia relatio fraternitatis quæ innaſcitur aliquo puero nato alicui iam prouecto, cauſatur quidem ſine motu tunc exiſtente, ſed ex motu ipſius præcedente, ſ. generationis eius. Hoc enim ei accidit quod ex motu alterius ſibi tunc talis relatio innaſcatur. Similiter ex hoc: B quod ille deſcendit per generationem propriam ab eadem radice cum uiro, prouenit affinitas in ipſo ad vxorẽ ſine aliqua noua mutatione ipſius.

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio huius articuli eſt affirmatiua. Et ratio huius concluſionis eſt, nã per carnalem copulam efficiuntur unum: ergo reſultat quoddam uinculum amicitiæ ſicut per carnis propagationem. Aduertit tamen D. Thom. quod hoc vinculum di- C citur affinitas, non conſanguinitas: quoniã differunt inter ſe. Nam perſona alteri coniuncta per carnis propagationem fit particeps eiuſdem ſanguinis, & radicis, & ita illud uinculum quod reſultat, dicitur conſanguinitas: ſed perſona coniuncta per carnalem copulam non fit particeps eiuſdem radicis, ſed eſt adiuncta quaſi extrinſecus: & ita uinculũ, quod reſultat, dicitur affinitas. ¶ In ſolutione ad tertium aduertẽdum eſt cũ Doctore noſtro, quod relatio affinitatis, ſicut & relatio cõſanguinitatis eſt realis ex parte utriuſque extremi, quia ex par- D te utriuſque præſupponit mutationem realem, uel nunc quando cõtrahitur, uel quando generatur perſona ab eodem principio. Vide illam ſolutionem.

¶ Circa iſtum articulum & totam quæſtionem explicandum eſt ante omnia quid ſit affinitas. Et in primis ſupponenda eſt definitio quid nominis. Affinitas nihil aliud dicit niſi propinquitatem finium. Explicatur hoc exemplo. Nam ſicut agri dicuntur affines, quia finis unius eſt proximus finis alterius, & ipſum attingit: ita conſanguinei uxoris dicuntur affines mariti, & conſanguinei mariti dicũtur

affines uxoris: quia fines mariti, & uxoris ſunt inter ſe ꝓximi. Et rõ huius eſt nã cũ vir, & uxor per copulam carnalẽ fiant una caro, ſanguis vnius dicitur attingere sãguinẽ alterius, & ita sũt affines. Et ſicut filii cõiungũtur in ſtipite, qui eſt pr̃, ita fundamentũ affinitatis eſt copulatio mariti & uxoris.

¶Secundo ſuppouẽda eſt deffinitio quid rei affinitatis, uidelicet. Affinitas eſt propinquitatis perſonarum ex carnali copula, uel eius poteſtate proueniens omni carẽs parẽtela. Ratio definitionis eſt. Nã uir & fœmina, qui coniũgũtur in matrimonio, vel per fornicationem, ſiunt una caro, & ita dicunt propinqui, unde ita ponitur in definitione illa particula, propinquitas, loco generis. Ex carnali copula uel eius poteſtate proueniens. Nomine copulæ carnalis intelligitur quæcunque copula ſiue licita, ſiue illicita. Item ex poteſtate quæ datur in matrimonio uel ſponſalib. ad copulam carnalem cõtrahitur affinitas etiam ſi nulla ſit copula carnalis. Omni carens, &c. Iſta particula ponitur ad explicandum, quòd etiamſi affinitas non ſit conſanguinitas, impedit matrimonium: & ita illa particula permiſſiuè intelligenda eſt. Nam aliquando poſſunt ſimul ſtare conſanguinitas & affinitas: nam ſi conſanguinei contrahant ex diſpenſatione Summi Pontificis ſimul habent conſanguinitatem, & affinitatem. Vide Couarruuias loco immediatè citato in principio. Quibus poſitis aliqua diſputanda ſunt circa illum articulum.

EST prima difficultas. Vtrum contrahatur affinitas per matrimonium. Et uidetur uera pars negatiua.

¶Primo arguitur. Affinitas eſt impedimentum reale: ergo non poteſt alicui aduenire ſine ſubiecti mutatione. Illud.n. quod eſt reale, non poteſt aduenire ſine mutatione reali ſubiecti, in quo eſt. Tunc ultra, ergo ex eo, quòd frater meus coniungatur alicui per matrimonium, ego non contraho affinitatem. Probatur conſequentia. Nã non eſt aliqua mutatio in me.

¶Secundo arguitur. Si matrimonium cauſat affinitatem maxime ratione copulæ carnalis, uidelicet, quia per illam efficiuntur vna caro, ſed hoc non eſt uerum: ergo ex matrimonio non cauſatur impedimentum affinitatis. Conſequentia eſt bona: maior uidetur nota: minor uerò in qua eſt difficultas probatur. Aliàs ſequitur, quod affinitas ſit uinculum naturale ſicut conſanguinitas: ſiquidem contrahitur per aliquam realem coniunctionem ſicut conſanguinitas. Et enim ſicut aliqui dicuntur conſanguinei, quia deſcendunt ab eodem ſtipite, ita etiam ſunt affines, quia realiter efficiuntur una caro.

¶Tertio arguitur ad idem. Si contrahitur affinitas ex matrimonio propter copulam carnalem, quia efficiuntur una caro: ſequitur, quod ex matrimonio rato nondum conſummato, non cauſetur affinitas, conſequens eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur. Sequela eſt manifeſta. In matrimonio rato nondũ cõſummato non eſt copula carnalis, nec efficiuntur una caro. Falſitas uerò cõſequẽtis conſtat: nã ẽt ſi non ſit conſummatum matrimonium, dicũtur affines.

¶In huius rei expoſitionem ſit prima cõcluſio. Affinitas contrahitur per matrimonium ratum & conſummatum. In hac concluſione conueniunt omnes Theologi & Iuriſperiti.

¶Et probatur concluſio primo. Quoniã ita diffinitur in iure capit. diſcretionem, de eo, qui cognouit conſanguineam uxoris ſuæ, ubi diffinitur, quod per copulam carnalem contrahitur affinitas. Et multa alia ſunt loca, ſeu teſtimonia in iure, quæ hoc ipſum diffiniunt, quæ adducentur infra: ergo per matrimonium conſummatum contrahitur affinitas.

¶Secundo probatur concluſio. Quia per matrimonium conſummatum per copulam carnalem uir & fœmina efficiuntur vna caro, vt dicitur in cap. debitum, de bigamis, & in cap. fraternitatis. 35. quæſt. 10. ergo per matrimonium conſummatum contrahitur affinitas. Probatur conſequentia, ex definitione affinitatis. Affinitas eſt propinquitas perſonarum, &c. Quæ quidem propinquitas cauſatur per matrimonium conſummatum. Quæ vero copula carnalis ſit neceſſaria, ut contrahatur affinitas, explicabitur in ſequentibus, pro nunc ſufficiat dicere, quòd illa copula carnalis ſufficit, quæ ſufficit ad hoc quod matrimonium reuera ſit conſummatum.

Ca. debitum de bigamis c. fraternitatis. 35. q. 10.

¶Secunda concluſio. Ex contractu matrimonii oritur impedimentum quoddam, quod ſe extendit uſque ad quartum gradum etiam ſi matrimoniũ non ſit conſummatum.

matum. Itaque præciſe ex matrimonio rato oritur quoddam impedimentũ quod quidem ſe extendit vſque ad quartum gradum, ſiue illud impedimentum dicatur affinitas, ſiue non. In hac concluſione etiam debent conuenire omnes Theologi, & iuris periti.

35. q. 3. c. porro. ¶ Et probatur primo, ex ipſo iure. Nam hæc cõcluſio diffinitur expreſsè in iure. 35 quæſt. cap. Porro. ubi dicitur. Ita ab uxoris ſicut à viri conſanguineis abſtinendum eſt ergo per matrimonium etiam ſi nõ ſit conſummatum, contrahitur impedimentum quoddam.

¶ Secũdo probatur cõcluſio ratione. Per contractum matrimonii vir & fœmina coniunguntur, & efficiũtur quodã modo vna caro, & vnũ principiũ generationis, ut iam ſupra dictum eſt: & conſtat hoc. Nam ex contractu matrimonij conſequitur uinculum, & vnio inter illos, & ex contractu reſultat, quod vniantur vt vnum principium generationis; ergo contrahitur impedimentum quoddam. Probatur conſequentia. Quia impedimẽtum matrimonij fundatur in hoc, quod vir, & fœmina ſunt vnum principium generationis, & efficiuntur vna caro.

¶ Tertiò probatur concluſio. Impedimẽtum affinitatis eſt vinculum quoddam, ex quo oritur reſpectus & reuerentia ad ſuperiores, & mutua familiaritas, & amicitia, vt docet D. Thom. in hoc articulo: ſed ex matrimonio rato, etiam ſi non ſit conſummatum, oritur iſta reuerentia, & familiaritas, vt conſtat manifeſtè ex vſu omnium hominum: ergo ex matrimonio rato etiam non conſummato oritur impedimentum matrimonii. An verò hoc impedimentum dicatur, & ſit affinitas, an vero iuſtitia publicę honeſtatis, explicabitur in ſolutione ad vltimum, vbi etiam explicabitur, quomodo hoc impedimentum ſe extendat vſque ad quartum gradum.

¶ Quibus poſitis dicendum eſt ad argumenta facta in principio. Ad primum argumentum reſpondetur, duplicitet. Prima ſolutio eſt, quod aliqua ſunt entia tam minimæ entitatis, quòd poſſunt aduenire ſubiecto ſine eius mutatione. V. g. ſi corrumperetur modo primum mobile, in quo eſt tempus, illa entitas, quæ habet rationem formalem temporis, adueniret ſecundo mo-

A bili per ſolam corruptionem primi mobilis: ita affinitas eſt tam minimæ entitatis, quod poteſt aduenire ſine ſubiecti mutatione. Secunda ſolutio ſit, quod affinitas eſt relatio realis: ad hoc autem quod producatur de nouo relatio realis, nõ requiritur, quòd ſubiectum mutetur, quando producitur relatio: ſed ſufficit, quod aliquando mutatum ſit, & quod modo ꝓducatur terminus, vt patet in ſimilitudine, quæ oritur in albo per hoc, quod aliud album naſcatur: ita dico quod affinitas producitur de nouo in aliquo per hoc, quod alius contrahat cum ſorore, aut cum conſanguinea B illius, ſine eo, quod nũc ſit mutatio in illo.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod verum eſt, quod affinitas eſt vinculum quoddã naturale, quod quidem ſe habet ad modum conſanguinitatis, & habet maximam ſimilitudinem cum conſanguinitate: & hac etiam ratione dicitur affinitas quaſi attingens fines conſanguinitatis. Vnde ſicut ex conſanguinitate oritur reſpectus, & reuerentia, qua inferiores honorant ſuperiores, oritur etiam mutua familiaritas: ita ex vinculo matrimonij oritur reuerentia ad ſuperiores, & mutua familiarias C inter affines. Itaq; affinitas eſt vinculum quoddam naturale, quod optimè explicat D. Thom. in articulo.

¶ Ad tertium argumentum eſt ſecunda difficultas, itaque grauiſſima, vt etiam explicemus ſecundam concluſionem dubii præcedentis, & doctrinam Diui Thomæ: an impedimentum, quod oritur ex matrimonio rato non conſummato, debeat dici affinitas, & an reuera ſit affinitas, an impedimentum publicæ honeſtatis. Et videtur quod non ſit affinitas, ſed impedimentum publicæ honeſtatis.

D ¶ Primo arguitur, ex iure. Nam. 35. quæſtione 3. capit. porro, huiuſmodi impedimentum, quod contrahitur ex matrimonio rato non conſummato vocatur publicæ honeſtatis iuſtitia; & idem habetur expreſsè in capit. diſcretionem, de eo qui cognouit conſanguineam uxoris, ergo huiuſmodi impedimentum non dicitur affinitas, ſed impedimentum publicæ honeſtatis. 35. q. ca porro. c. diſcretioné de eo qui cognouit conſanguineã uxoris.

¶ Secundo arguit, ex ipſo nomine affines & affinitas, Affines dicũtur quia finis

vnius eſt proximus fini alterius, & ipſum attingit,& ita explicatum eſt ſupra in principio huius materiæ: ſed hoc non fit niſi p copulam carnalem: (nam per illam vir, & vxor fiunt una caro,& ſanguis vnius attingit ſanguinem alterius) ,ergo per ſolam copulam carnalem cauſatur affinitas:ac ſubinde ex matrimonio rato non conſummato, non contrahitur affinitas, ſed iuſtitia publica: honeſtatis.

¶ Tertio arguitur. Quoniam vt infra dicemus, ſi ne contractu matrimonii per ſolam copulam carnalem contrahitur affinitas,vt conſtat: nam vt infra dicemus,per copulam illicitam contrahitur, quia fiunt vna caro:ergo ratio, & cauſa quare contrahitur affinitas,eſt quia efficiuntur una caro,ac ſubinde per matrimonium ratum nō conſummatum non contrahitur affinitas, ſed tuſtitia publicæ honeſtatis.

¶In oppoſitum eſt primo. Certum eſt in omni ſententia & Theologorum & Iuriſperitorum, quod impedimentum iuſtitiæ pnblicæ honeſtatis contrahitur ex ſponſalibus de futuro, vt dicemus articulo quarto, ſed in omni etiam ſententia impedimentum, quod oritur ex matrimonio rat o nō conſummato eſt maius quam quod naſcitur ex puris ſponſalibus,cum ſit fortius uinculum ergo tale impedimentū eſt affinitas & non honeſtas: ſiquidem eſt fortius.

¶Secundo arguitur,& cōfirmatur argumentū præcedens. Poſt Cōcilium Tridentinum impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis non excedit primum gradum,vt dicetur infra,& habetur in illo Cōcilio ſeſſione.24.cap.3.de reformatione matrimonii: ſed impedimentum,qnod oritur ex matrimonio rato nondum conſummato extendit ſe vſque ad quartum gradum,vt poſteà dicemus, ergo tale impedimētum non eſt honeſtas,ſed affinitas.

Concil. Triden. ſeſ.24.c.3.de reformatione.

¶ Tertio arguitur. M:iius impedimentum oritur ex legitimo cōtractu quam ex copula illicita: (maior enim reuerentia naſcitur & maior familiaritas,ut conſtat,)ſed ex copula illicita naſcitur affinitas, vt conſtat,& probabitur infra articul. 3. ergo ex matrimonio rato non conſummato naſcitur etiam affinitas,& non impedimentum publicæ honeſtatis.

¶Quarto arguitur. Impedimentum pu- A blicæ honeſtatis in omni ſentētia habet robur ex Eccleſiæ inſtitutione, vt poſtea dicemus. ſed impedimentum,quòd oritur ex contractu matrimoniali ſecundum aliquos in aliquibus gradibus non habet robur ex Eccleſiæ inſtitutione, ſed ex natura rei de quo dicitur infra:ergo impedimētum illud non eſt honeſtas, ſed affinitas.

¶ Quinto arguitur. Nam per contractū matrimonij uir, & fœmina efficiuntur una caro, & vnum principium generationis:ergo ex tali contractu fine conſummatione oritur affinitas Probatur conſequentia. Af- B finitas fundatur in hoc quòd uir,& fœmina ſint vnum principiū generationis,ergo. Antecedens vero conſtat. Quia per matrimoniū vir, & fœmina coniunguntur in ratione vnius principii, & ita ipſum matrimonium dicitur copula coniugalia. Confirmatur argumentum: Affinitas dicitur quia attingit fines conſanguinitatis, & inde naſcitur mutuus reſpectus ad ſuperiores, & mutua familiaritas, ſed ex matrimonio rato non conſummato hæc omnia oriuntur, ergo dicitur affinitas & non iuſtitia publicæ honeſtatis.

C ¶ Propter hæc argumenta pro vtraque parte poſita in hac difficultate ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſententia aſſerit, quòd impedimentum quòd oritur ex matrimonio rato non conſummato,non eſt affinitas ſed impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis. Exiſtimant enim iſti autores, quod affinitas nunquam contrahitur niſi per copulam carnalem, & ita definiunt affinitatem per copulam carnalem, & dicunt affinitatem includere in ſua eſſentia illam. Affinitas eſt proximitas perſonarum ex coitu deducta. D Hæc ſententia eſt communis inter Iuriſperitos,eam tenet Panormitan. capitul. 1.de ſponſalibus in 6. Conarruuias, ſuper quartum decretalium parte. 2.capite. 6. §. 7. numero. 1. 2. & 3. & adducit ibi multos autores pro hac ſententia. Idem tenet Nauarro in Manuali capite. 22.numero. 43.& eandem ſententiam tenet Sylueſter, verbo, matrimonium, 8.quæſtio. 14. dicto. 2. & idem videtur tenere Caietan. uerbo matrimonium, cum loquitur de impedimento affinitatis,& idem tenent multi alii Doctores. Scotus diſtinctio. 41. Paludanus quæſtione. 1.artic. 3. eam inſinuat.

¶Secunda

¶ Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quod per contractum matrimonii ante copulam carnalem contrahitur impedimentum affinitatis & non impedimentum publicæ honeſtatis. Hanc ſententiam tenet Angelicus Doctor in hoc articulo, & in articulo ſequenti ad primum hoc uidetur tenere, & expreſsè hoc dicit in 4. diſtinctione 41. quæſtione 1. art. 1. Eandem tenet Diuus Antoninus, 3. parte titulo 1. capit. 11. & Magiſter ſententiarum in eadem diſtinctio. dicit, quod ex matrimonio rato non conſummato publica honeſtas oritur, uel forte affinitas. Eandem ſententiam tenet Magiſter Sotus, quæſtione 1. articulo 2. circa finem ubi dicit quæſtionem eſſe de uocabulo, nihilominus tamen tenet quòd dicitur affinitas. Et Paludanus vbi ſupra dicit hanc ſententiam eſſe probabilem, & ſimiliter Sylueſter ubi ſupra, & hanc ſententiam tenent omnes interpretes D.Thom.

IN hac difficultate ſupponendum eſt, quòd impedimentum publicæ honeſtatis oritur ex ſponſalibus de futuro, vt dicemus infra articulo 4. & ita difficultas eſt in propoſito, an hoc impedimentum oriatur etiam ex ſponſalibus de præſenti, & ex matrimonio rato non conſummato, an uerò ad aliud fortius impedimentum, ſcilicet, affinitas.

¶ In cuius rei expoſitionem ſit prima concluſio. Prima ſententia eſt probabilis, ſecunda uero longe probabilior. Prima pars probatur argumentis factis primo loco quæ ſunt probabilia, & autoritate doctorum qui illam tenent. Aduertendum tamen eſt quod qui voluerint tenere iſtam ſententiam debent dicere cum Sylueſtro ubi ſupra dicto ſecundo, quòd quamuis in ſponſalibus de futuro ſit hoc impedimentum publicæ honeſtatis, & etiam in ſponſalibus de præſenti ſeu in matrimonio rato non conſummato, nihilominus tamen fortius uinculum eſt in matrimonio rato non conſummato. Nam maior honeſtas eſt ut non ducatur conſanguinea ſponſæ de præſenti, cum qua uinculum matrimoniale contractum eſt, quam cum conſanguinea ſponſæ de futuro, de quo plura dicentur ſtatim. Secunda pars huius cõcluſionis probatur argumentis factis ſecundo loco quæ ſunt longè probabiliora, & autoritate doctorum qui illam tenent. Iſtæ tamen oppoſitæ ſententiæ poſſunt conciliari, & conciliantur ad iſtum modum.

¶ Et vt iſtæ ſententiæ concilientur, ſecunda concluſio ſit. Per matrimonium ratum non conſummatum, ſeu per ſponſalia de præſenti, contrahitur affinitas principiatiue & initiatiue, non tamen complete & perfecte. Hanc concluſionem docet expreſſe Sylueſter ubi ſupra, & illum ſequuntur multi Doctores, & mihi uidetur optima cõciliatio, & probatur tali ratione quæ optima eſt. In matrimonio rato non cõſummato contrahentes conſentiunt in copulã carnalem ſaltem implicite, & veluti in uirtute & radice, dando poteſtatem ſui corporis, ac ſubinde iam quodammodo eſt ipſa copula carnalis initiatiue: non tamen eſt complete, & conſummate, & in ipſo actu exercito, ergo eſt affinitas initiatiue, non tamen complete & perfecte. Et ut hanc concluſionem amplius explicemus, & ut ſimul hanc conciliationem declaremus, aduertendum eſt, quod matrimonium ratum nondum conſummatum veluti obtinet mediũ locum inter ſponſalia de futuro, & matrimonium conſummatum, cum non ſit matrimonium perfectum & conſummatum. Et ita veluti induit rationem vtriuſque extremi, hæc enim eſt proprietas medii. Et ita in iure aliquando vocatur matrimonium, aliquando verò ſponſalia. Vnde impedimentum quod oritur ex matrimonio rato non conſummato, in iure & in Doctorib. habet vtrumque nomen: nam & vocauit impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, vocatur etiam affinitas. Et huius ratio eſt iam dicta, & alia etiam aſſignari poteſt. Nam vt ſæpè dicitur, hoc impedimentum quod oritur ex matrimonio rato non conſummato, oritur ex ſponſalibus de præſenti (quæ habent ſupremam rationem ſponſaliorum) & ita habet rationem ſupremi impedimenti publicę honeſtatis, & ita attingit rationem affinitatis quæ contrahitur per matrimonium conſummatũ & perfectũ. Igitur optimè dixit Sylueſter quod hoc impedimentum eſt affinitas initiatiue, non tamen perfecte & conſummate. Vnde hoc impedimentum commodius appellatur affinitas quã honeſtas. Sed ne quæſtio & difficultas ſit omnino de vocabulo, dubium eſt & illud grauiſſimum, an reſtrictio facta

facta in Concilio Trident. ſeſſ. 24. cap. 3. de reformatione matrimonii. in quo reſtringitur impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis ad primum gradum, debeat intelligi de impedimento etiam quod oritur ex matrimonio rato non conſummato, quòd ſecundum Iuriſperitos vocatur impedimentum publicæ honeſtatis. Ratio dubitandi eſt. Nã Concilium Tridentinum in illo capitulo determinat, quòd impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis primum gradum non excedat, ſed probabilẽ eſt, vt diximus quòd impedimentum quòd oritur ex matrimonio rato non conſummato ſit impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis ergo probabile eſt quòd tale impedimentum non excedit primum gradum, nec ſe extendit vſque ad quartum gradum.

Cõc Tridẽt. ſeſ. 14. c. 3 de reforma

¶ In hac difficultate non deſunt aliqui qui dubitent de hac re, ſed mihi certiſſimum videtur oppoſitum.

¶ In cuius expoſitionem ſit tertia cõcluſio. Certiſſimum mihi uidetur quod reſtrictio graduum facta à Concilio Tridentino, in loco citato intelligenda eſt de ſponſalibus de futuro, & nullo modo de matrimonio rato nõdum conſummato. Itaque impedimentum quod oritur ex matrimonio rato non conſummato, extendit ſe vſq; ad quartum gradum, ſiue illud impedimentũ uocetur affinitas, ſiue impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis. Hæc concluſio probatur primo ex ipſo Conc. Conciliũ, enim expreſſit impedimentum quod contrahitur ex ſponſalibus, & illud reſtringit ad primũ gradum, ſed nomine ſponſaliorum in iure ſemper intelliguntur ſponſalia de futuro: ergo de huiuſmodi ſponſalibus illud decretum eſt inteligendum. Secundo probatur concluſio ex ipſa ratione legis, ibidẽ poſita. Ratio autẽ Cõcilii eſt: Quia in aliis gradibus hoc impedimentum cõmode ſeruari non poteſt, hæc autem ratio nullo modo habet locũ in matrimonio rato & cõtracto in facie Eccleſiæ, nam tales gradus & facile poſſunt agnoſci & commode obſeruari: ergo decretum Concilii de tali matrimonio non intelligitur. Tertio probatur. Quoniam ſi iſti gradus eſſent ablati in matrimonio rato non conſummato, ſicut in ſponſalibus, certe eſſet magna relaxatio & tanto Concilio indigna, in quo quidem Concilio laboratum eſt, ut ad priſtinam obſeruantiã A omnia quo ad fieri poterat reducerentur ergo. Quod autem eſſet maxima relaxatio conſtat manifeſte. Quibus poſitis dicẽdum eſt ad argumenta pro utraque parte quatenus procedunt contra ſecundã concluſionem, in qua cõtinentur duæ partes, & quædam procedunt contra unam partem, alia uero contra aliam.

¶ Ad argumẽta facta primo loco quatenus procedũt contra primam partẽ reſpondetur. Ad primũ argumẽtum reſpondetur, quod impedimentũ quod contrahitur ex matrimonio rato nõ conſummato, dicitur B in iure publicæ honeſtatis iuſtitia, quoniã non eſt impedimentum affinitatis complete & perfecte, ſed initiatiue, ut iã diximus.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quod per cõtractum matrimonii in quo datur facultas ad copulam carnalem, finis vnius attingit finem alterius initatiue, & ueluti in radice: & ita ſunt affines initiatiue, non tamen complete & perfecte uſque dum ſit copula carnalis.

¶ Ad tertium reſpõdetur, quod ſine contractu matrimoniali optime poteſt eſſe affinitas inter aliquos per carnalẽ copulam, non tamen inde ſequitur, quod per ipſum C contractum matrimonii non contrahatur affinitas: nam etiam per talem contractum initiatiue fiunt una caro, cum tali contractu detur facultas ad copulam carnalem.

¶ Ad argumẽta facta ſecundo loco quæ procedunt contra ſecundam partem ſecundæ concluſionis reſpondetur. Ad primum reſpondetur, quod quamuis impedimentũ quod oritur ex matrimonio rato non conſummato, ſit maius quam impedimentum quod oritur ex ſponſalibus de futuro, non tamen inde ſequitur quod ſit affinitas perfecte & complete, ſed ſolum initiatiue.

D ¶ Ad ſecundum reſpondetur ex dictis ultima concluſione.

¶ Ad tertium reſpõdetur quod ex matrimonio rato nõ cõſummato non oritur maius impedimentum, quam ex copula carnali illicite: nam per talem copulam perfecte fiunt una caro, non uero per matrimoniũ ratum, ſed ſolum initiatiue.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur, quod illud concludit quod impedimentum quod oritur ex matrimonio rato non conſummato attingat rationem affinitatis & quod ſit affinitas initiatiue.

¶ Ad

¶Ad quintum argumentum reſpondetur quòd per contractum matrimonii uir & fœmina efficiuntur una caro initiatiue, non complete ut iam dictum eſt, inquantū in tali contractu traditur facultas ad copulam carnalem. Ad confirmationem reſpondetur ex dictis, quod ex matrimonio rato illa omnia oriuntur imperfecte, & initiatiue.

¶In hoc articulo poſſet eſſe aliud dubiū, uidelicet, an ex matrimonio conditionato oriatur impedimentum affinitatis: de hoc tamen dubio dicetur in articulo quarto. Denique gradus affinitatis declarabuntur infra, præcipue in articulo 7.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum affinitas maneat poſt mortem uiri aut vxoris.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd affinitas non maneat poſt mortem viri aut vxoris, inter C *conſanguineos viri & vxoris, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus: ſed cauſa affinitatis fuit matrimonium, quod ceſſat in morte viri, quia tūc ſoluitur mulier a lege viri, vt dicitur Rom. 7. ergo nec affinitas prædicta manet.*

¶Præterea. Conſanguinitas cauſat affinitatem: ſed conſanguinitas viri ceſſat per mortē ad conſanguineos ſuos, ergo & affinitas vxoris ad eos.

SED contra. Affinitas ex conſanguinitate cauſatur: ſed cōſanguinitas D *eſt perpetuum vinculum quamdiu perſonæ viuunt: ergo et affinitas, & ita non ſoluitur affinitas ſoluto matrimonio per mortem perſonæ.*

RESPONDEO dicendum, quod relatio aliqua eſſe deſinit dupliciter: vno modo ex corruptione ſubiecti. Alio modo ex ſubtractione cauſæ: ſicut ſimilitudo deſinit quando alter ſimiliū moritur, vel quando qualitas quæ erat cauſa ſimilitudinis ſubtrahitur. Sunt autem quædam relationes quæ habent pro cauſa actionem uel paſſionem, aut A *motum: vt in 5. Meta. dicitur: quarum quædam cauſantur ex motu inquantū aliquid mouetur actu. ſicut ipſa relatio quæ eſt mouentis & moti: quædam autem inquātum habent aptitudinem ad motum, ſicut motiuum et mobile, dominus & ſeruus: quædam autem ex hoc quod aliquid prius motum eſt ſicut pater & filius, non ex hoc quod eſt generari, nunc adinuicem dicuntur, ſed ex hoc quod eſt generatum eſſe: aptitudo autē ad motum & ipſum moueri tranſit:* B *ſed motum eſſe perpetuū eſt, quia quod factum eſt nunquam deſinit eſſe factū. Et ideo paternitas & filiatio nunquam deſtruuntur per ſubtractionem cauſæ, ſed ſolum per corruptionem ſubiecti per alterutrum extremorum. Et ſimiliter dicendum eſt de affinitate quæ cauſatur ex hoc quòd aliqui coniuncti ſunt, non ex hoc quod coniunguntur: vnde non dirimitur manētibus illis perſonis inter quas affinitas eſt contracta, quamuis moriatur perſona ratione cuius contracta fuit.*

AD primum ergo dicendum, quod coniunctio matrimonij cauſat affinitatem, non ſolum ex hoc quod eſt actu coniungi, ſed ſecundum hoc quod eſt prius coniunctum eſſe.

AD ſecundum dicendum, quod conſanguinitas non eſt proxima cauſa affinitatis, ſed coniunctio ad conſanguineum non ſolum quæ eſt. ſed quæ fuit, et propter hoc ratio non ſequitur.

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio eſt affirmatiua. Et ratio huius concluſionis eſt. Nam affinitas cauſatur ex hoc quod aliqui cōiuncti ſunt, non ex hoc quod coniunguntur actu: ergo non dirimitur affinitas manentibus perſonis inter quas affinitas eſt contracta, quamuis moriatur perſona, ratione cuius contracta fuit. Quia ſemper manet quod coniuncti fuerint uir & fœmina.

Circa iſtum articulum dubium eſt breue, circa doctrinam D. Thom. in hac concluſione, uidetur enim falſa. Ratio

tio dubitandi eſt. Affinitas fundatur ſuper copulam carnalem, & ſuper contractum ipſum matrimonialem in quo datur facultas ad copulam carnalem, ergo ceſſante matrimonio, & illo diſſoluto diſſoluitur affinitas. Probatur conſequentia, nam deſtructo fundamento deſtruitur etiam relatio quæ ſuper illud fundatur.

¶ Nihilominus tamẽ concluſio ſit quòd doctrina Angelici Doctoris in hoc articulo eſt veriſſima, itaque diſſoluto matrimonio vinculum affinitatis firmum perſeuerat. Et aduertendum quòd eſt intelligenda concluſio, ſiue diſſoluatur matrimonium per mortem naturalem ſiue per ſolennem profeſſionem religionis, quæ eſt quædam mors ſpiritualis. Hanc ſententiam docent omnes Doctores citati in principio, ſed præcipue vide Syluestrum, uerbo matrimonium. 8. q. 15. dicto. 8. Et hæc concluſio prius eſt explicanda quam probetur. Ad cuius explicationem aduertendum quod olim triplex erat genus affinitatis, quod oriebatur ex matrimonio, de quo uide Paludanũ diſtinctione citata quæſt. 1. arti. 3. & Syluestrum loco immediate citato & Magiſtrum Sotum art. 1. Sed quoniam illa genera ad unum tãtum redacta ſunt, non oportet in eis explicandis moram trahere. Habetur uero iſta reductio in cap. non debet: de conſanguinitate & affinitate. Hæc concluſio habetur expreſſe 34. quæſt. 10. cap. fraternitatis ubi ponitur expreſſe hæc definitio & quantum ad omnia genera affinitatis quidõ in uſu erãt. Et probatur ratione concluſio. Si poſt mortem nõ maneret illud impedimentum fruſtra eſſet appoſitum in iure, nam certum eſt quòd uiuente marito nemo poteſt ducere illius vxorem, ergo mortuo illo uel illa, tunc etiã affinitas habet ſuum effectum. Itaque excogitandũ eſt, ꝙ ut dicit Couar. loco citato, §. 7. vir & uxor nõ ſunt affines, ſed ſunt plus quã affines, & inter illos nõ eſt affinitas ſed aliquid maius quã affinitas (inter illos enim eſt vnitas. Quia vir & fœmina per matrimoniũ præcipue cõſummatũ fiunt vna caro) nihilominus tamen ex eis producitur & deriuatur uinculum hoc affinitatis. pro quo adducit iſte autor ibi plures Doctores. Et ſicut pater & mater inter ſe, non habent fraternitatem nec ſunt fratres, ex illis tamen deriuatur fraternitas, ita vir & uxor inter ſe nõ habent affinitatẽ, ex illis tamen deriuatur

cap. non debet, de conſanguinitate & affinitat. 15 q. 10. ca. fraternitate.

A affinitas. Vnde ſicut mortuo patre & matre adhuc manet inter illos qui ab eodem patre & matre deſcendunt, fraternitas: quoniam deſcendunt ab eiſdem, ita etiam manet affinitas inter affines, etiam ſi moriantur uir & uxor qui aliquando coniuncti fuerunt per matrimonium ſiue per copulam carnalem,

¶ Et ad rationem dubitandi reſpondemus aduertendum eſt. Quod relatio habet commune modum deficiendi cum alijs accidentibus per corruptionem ſubiecti aut termini, deficit enim ſimilitudo ſicut albedo mortuo homine uel deſtructo termino. B Habet etiam alium ſibi peculiarem & modũ deficiendi, per hoc quod deficit fundamentum (nam proprium eſt relationis habere fundamentum) ſicut manente homine ſi tollatur albedo deficit ſimilitudo. In noſtro propoſito relatio affinitatis non fundatur ſuper illa actione tràſeunte, qua duo contraxerunt vel coniuncti ſunt carnali copula, ſed in effectu inde ſequuto, ſcilicet, in hoc quod eſt illos eſſe coniunctos, ex quo etiam conſanguinei coniuncti ſunt, & ita deſtructo uinculo matrimonii manet fundamentum affinitatis & relatio ipſa quamdiu perſeuerat ſubiectũ & terminus. C Eſt enim fundamentum illius, me in uno tertio unitum eſſe, ſicut diximus quòd relatio fraternitatis manet mortuis parentibus, quia fundamentum illius relationis non eſt illa generatio quæ tranſiuit, ſed erat proceſſio duorum ab vno principio, quæ quidẽ ſemper manet ipſis manentibus. Eodem modo de affinitate dicendum eſt, & per hoc reſpondetur ad rationem dubitandi.

ARTICVLVS III.

D

¶ Vtrum illicitus concubitus affinitatem cauſet.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd illicitus cõcubitus affinitatẽ nõ cauſet. Quia affinitas eſt quædam res honeſta: ſed res honeſta non cauſantur ex inhoneſtis, ergo ex inhoneſto concubitu non poteſt affinitas cauſari.

¶ 2 *Præterea. Vbi eſt cõſanguinitas*

non

non poteſt eſſe affinitas, quia affinitas eſt proximitas perſonarum ex carnali copula proueniens omni carens parētela: ſed contingeret ad conſanguineos & ad ſeipſum eſſe affinitatem ſi illicitus concubitus affinitatem cauſaret, ſicut quando homo carnaliter cōſanguineam ſuam inceſtuoſe cognoſcit, ergo affinitas non cauſatur ex illicito concubitu.

¶ 3 *Preterea. Illicitus concubitus eſt ſecundum naturam & contra naturam, ſed in illicito concubitu contra naturam non cauſatur affinitas ut iura determinant, ergo nec ex illicito concubitu ſecundum naturam tantum.*

SED contra eſt, quod adhærens meretrici unum corpus efficitur, vt patet. 1. Cor. 6. ſed ex hac cauſa matrimonium affinitatem cauſabat, ergo pari ratione illicitus concubitus.

¶ *Præterea. Carnalis copula eſt cauſa affinitatis, ut patet per definitionem affinitatis, quæ eſt talis. Affinitas eſt ꝓpinquitas perſonarum ex carnali copula proueniens omni carens parentela: ſed carnalis copula eſt etiam in illicito concubitu, ergo illicitus concubitus affinitatem cauſat.*

8. Ethi. c. 12. *RESPONDEO dicendum quod ſecundum Philoſophum. 8. Ethi. Coniunctio viri, & vxoris dicitur naturalis principaliter propter operum communicationem, quorum primum pertinet ad matrimonium ratione carnalis copulæ, ſed ſecundum inquantum eſt quædam ſocietas in communē vitam. Primum autem horum eſt inuenire in qualibet carnali copula, ubi eſt commixtio ſeminum, quia ex tali copula poteſt proles produci, quamuis ſecūda deſit: & ideo quia matrimonium affinitatem cauſabat ſecundum quòd erat quædam carnalis cōmixtio, etiam fornicarius concubitus matrimonium cauſat, inquantum habet aliquid de carnali coniunctione.*

AD primum ergo dicendum, quòd in fornicario concubitu eſt aliquid naturale, quod eſt commune fornicationi & matrimonio, & ex hac parte affinitatem cauſat: aliud eſt ibi inordinatū per quod à matrimonio diuiditur, & ex hac parte affinitas non cauſatur: vnde affinitas ſemper honeſta remanet, quamuis cauſa aliquo modo ſit inhoneſta.

AD ſecundum dicendum, quod non eſt inconueniens relationes ex oppoſito diuerſas eidem ineſſe ratio diuerſorum: & ideò poteſt inter aliquas duas perſonas eſſe affinitas & conſanguinitas, non ſolum per illicitum concubitum, ſed etiam per licitum, ſicut cum conſanguineus meus ex parte patris duxit in uxorem conſanguineam meā ex parte matris. Vnde cū dicitur in definitione affinitatis, omni carens parentela, intelligendum eſt inquantum huiuſmodi: nec tamen ſequitur, quòd aliquis conſanguineam ſuam cognoſcens ſibi ipſi ſit affinis, quia affinitas, ſicut cōſanguinitas diuerſitatem requirit, ſicut & ſimilitudo. Arg. 2. huius art.

AD tertium dicendum, quòd concubitus contra naturam non habet commixtionem ſeminū quæ poſſit eſſe cauſa generationis: & ideo ex tali concubitu non cauſatur affinitas.

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio eſt affirmatiua. Ratio huius concluſionis eſt. Matrimonium cauſat affinitatem ſecundum quòd eſt quædam carnalis commixtio, ſed illicitus concubitus habet aliquid de carnali coniunctione, ut conſtat: ergo illicitus concubitus affinitatē cauſat. In ſolutione ad ſecundum aduertendum, quòd docet D. Tho. ꝙ inter aliquas perſonas poteſt eſſe affinitas & conſanguinitas, nō ſolum per illicitum concubitum, ſed etiam per licitū, ſicut cum conſanguineus meus ex parte patris duxit in vxorem conſanguineam meam ex parte matris. Vide Doctorem noſtrum ibidem.

CIrca iſtum articulum eſt primum dubium. Vtrum ex copula illicita cauſetur affinitas, & per quam copulam cauſetur. Et uidetur quòd ex copula illicita nō cauſetur affinitas. Primò arguitur. Affinitas

nitas eſt uinculum quoddam bonum & honeſtum ordinatum quodammodo ad amicitiam, & familiaritatem, & reuerentiam ut conſtat: illicitus uero concubitus eſt res inhoneſta & mala ut per ſe eſt notum ergo affinitas non oritur nec cauſatur ex illicito concubitu. Probatur conſequentia. Illud quod licitum eſt, & bonum cauſari non poteſt ex illo quod eſt malum.

¶ Secundo arguitur. Nã ut docet Angelicus Doctor in art. 1. huius quæſtionis, & etiam in 2. affinitas eſt quoddã genus vinculi ordinatum ad amicitiam & familiaritatẽ, ex ex uno oritur reſpectus & reuerẽtia ad ſuperiores (& hac ratione ponitur impedimẽtum matrimonii ut conſtat) ſed cõcubitus illicitus non ordinatur ad amicitiã & familiaritatem, nec ex illo oritur reſpectus & reuerentia ad ſuperiores ut conſtat ex uſu, ergo ex illicito concubitu nõ cauſatur affinitas.

¶ Tertio arguitur. Si per aliquã copulã illicitam cauſatur affinitas: maxime per illã quæ ſufficit ad cõſummationem matrimonii, per illam uero non cauſatur: ergo affinitas non cauſatur ex copula illicita. Conſequentia eſt bona maior uidetur nota, minor uero probatur. Quia probabilis ſententia Theologorum, eſt, quod ſi quis poſt matrimonium ratum aperiat clauſtra pudoris uere conſummauit matrimonium, & non poteſt trãſire ad religionem, tamen talis copula, non ſufficit ad inducendam affinitatẽ nam non fiunt una caro, ergo per talẽ copulam non cauſatur affinitas.

¶ In huius rei explicationem ſit prima concluſio. Per copulam carnalem illicitam cauſatur affinitas. In hac concluſione conueniunt omnes Theologi, & Iuriſperiti, Vide ſupra citatos in principio huius quæſtionis. & in ſpeciali uide Sylueſt. loco citato. quæſt. 15. Et probatur hæc noſtra concluſio. Primo ex iure. Nam hæc concluſio diffinitur expreſſe. 54. quæſt. 3. cap. Neque eam. & cap. ſuper eo. & cap. diſcretionem. de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ubi dicitur quod per illicitum concubitũ contrahitur affinitas, ergo. Secundo probatur ratione. Vir & fœmina etiam per copulam, illicitam efficiunt una caro, ſecũdum illud D. Pauli, 1. Corint. 6. qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur, ergo per copullam illicitam contrahitur affinitas. Con-

35. q. 3. ca. neq; eã & ca, ſup e. & capi. diſcretionẽ de eo q cognoui cõſangu

A firmatur hæc ratio. In matrimonio per copulam carnalem licitam contrahitur affinitas, quoniam efficiuntur vnum corpus: ſed per copulam etiam illicitam efficiũtur vnũ corpus, & unum principium generationis, ergo etiam per copulam illicitam contrahitur affinitas. Aduertendum tamen eſt circa iſtam concluſionem, q leges ciuiles eiuſmodi affinitatẽ nõ admittunt: quam tamẽ ius canonicum expreſſit. Et ratio differentiæ eſt. Quoniam leges ciuiles in fauorabilib. (cuiuſmodi eſt petitio hæreditatis) noluerunt fauere illicitis copulis: at verò ius Canonicum propter reuerentiam contrahen-

neam uxoris. 1. Cor. 6.

B di matrimonium reſpexit ad cõiunctionẽ præcedentem, quanquam ex huiuſmodi copula communiter non ſubſequatur familiaris cohabitatio cum aliis affinibus.

¶ Ex hac cõcluſione ſequitur, q idem dicendũ eſt quoad crimen inceſtus. Si enim aliquis vago concubitu violauit duas conſanguineas. v. g. duas ſorores, ſecundus concubitus hẽt rationem inceſtus, taliter quòd eſt de neceſſitate cõfeſſionis, quòd illud explicetur. Ratio eſt aperta. Nam per primã copulam illicitam contraxit affinitatẽ cum conſanguinea illius mulieris, ergo ſecunda

C copula illicita habet rationem inceſtus.

¶ Secunda concluſio. Per congreſſum cõtra naturam nullo modo cõtrahitur affinitas. In hac concluſione conueniunt omnes Doctores. Vide ſupra citatos, & præcipuè, Syluestrum in loco citato in præcedenti cõcluſione. Et hanc concluſionem docet expreſſe D. Thom. hic in ſolutione ad tertiũ. Et probatur hæc concluſio. Primo ex ipſo iure. Ita diffinitur in c. Extraordinaria. 36. quæſt. 5. & quæſt. 10. cap. fraternitatis, & in cap. fraternitatis, de eo qui cognouit con-

D ſanguineam vxoris, ergo. Secũdo probatur cõcluſio. Affinitas oritur ex hoc quòd duo fiũt vna caro, & vnum principium generationis (vt iam ſæpe dictum eſt) ſed in concubitu contra naturam nõ fiunt una caro nec vnũ principiũ generationis vt cõſtat, ergo ex tali concubitu nõ contrahitur affinitas.

ca. extraordinariam. 33. q. 5. & q. 10. c. fraternitatis. de eo qui cognouit, &c.

¶ Ex hac cõcluſione inferat, quod ſi duo viri neſando congreſſu ſe polluerent, nulla inde naſceretur affinitas, ac ſubinde alter illorum poſſet ducere filiam alterius. Nam coniunctio præcedens cum ſit contra naturam nulla reputatur.

¶ Quibus poſitis, dicendum eſt ad argumenta

menta facta in principio. ¶ Ad primum argumentum reſpondet D. Thom. hic, ad primum, ꝙ in concubitu illicito duo ſunt, alterum eſt naturale, in quo quidem cõuenit ille concubitus cum copula matrimoniali, & ex hac parte habet cauſare affinitatem: aliud verò eſt ibi inordinatum, in quo differt ille concubitus à copula coniugali & ex hac parte nõ cauſatur affinitas, unde ſicut affinitas eſt aliquid honeſtum, & bonum ita etiam id, vnde cauſatur, ſecundum quòd eſt cauſa habet rationem honeſti, & boni. Secundò etiam reſponderi poteſt quòd affinitas eſt legale impedimentũ ratione coniunctionis præcedentis, & quamuis prædictæ coniunctioni fuerit annexa culpa mortalis, ea tamen non obſtat quominus fuerint vnum carnale principiũ generationis, quod eſt cauſa affinitatis. Sicut ex eadẽ generatione poterit naſci filius qui bonus effectus eſt, quamuis cauſæ fuerit cannexum peccatum.

¶Ad ſecundum reſpondetur, quod concubitus illicitus ex parte qua cauſat affinitatẽ, & eſt aliquid naturale & commixtio quædã naturalis per ſe ordinatur ad familiaritatem & amicitiam, & ex illa oritur reſpectus ad ſuperiores (nam dicit cõiunctionem quandam naturalem) ceterum per accidens non ſubſequitur familiaritas & amicitia & reſpectus ad ſuperiores.

¶ Ad tertium argumentũ eſt ſecundum dubium per quam copulam cauſetur affinitas. Et proponitur dubiũ ad hunc modum. An affinitas cauſetur per ſolã copulã quæ ſufficit ad conſummationem matrimonii. Et videtur uera pars negatiua. Primo arguitur tertio argumento facto in dubio præcedenti. Nam probabile eſt, ꝙ ad hoc ꝙ matrimonium ſit conſummatum quòd aliquis aperiat clauſtra pudoris, etiam ſi non ſeminet, tamen talis copula non ſufficit ad cauſandam affinitatem (nam non fiunt per illam vna caro) ergo per talẽ copulam non cauſatur affinitas.

c. Iuuenis, de ſponſalibus. & c. fraternitatis, de eo q. cognouit, &c.

¶Secundo arguitur. In cap. iuuenis. de ſponſalibus, & in c. fraternitatis, de eo qui cognouit conſanguineam uxoris. dicitur, ꝙ per ſolum nixum ad copulam nõdum conſummatam cum cõſanguinea, dirimitur ſequens matrimonium, ergo cõtrahitur affinitas par illam copulam quæ non ſufficit ad conſummationẽ matrimonij. Probatur

A conſequentia. Quia talis copula nõ ſufficit ad conſummationem matrimonij.

¶Tertiò arguitur. Si quis accederet ad fœminam, & ſeminaret extra vas, ſicut faciebant filij Iudæ de quo Gen. cap. 38. talis copula ſufficeret ad contrahendam affinitatem, tamẽ non ſufficeret ad cõſummationẽ matrimonij, ergo ad affinitatem nõ eſt neceſſaria copula, quæ eſt neceſſaria ad conſummationem matrimonij. Cõſequentia eſt bona, Minor probatur. Nam ſi nõ ſeminatur intra vas, non fiunt una caro, nec vnum principiũ generationis. Maior pro-

Geneſ. 38.

B batur. Si aliquis vir cõiugatus ita accedere ad aliam fœminam, reuera ſufficeret ad rationem adulterij, & poſſet vxor diuortiũ petere, ergo talis copula ſufficit etiam ad contrahendam affinitatem.

Quartò arguitur. Si ſit copula taliter, ꝙ vir ſeminet intra clauſtra pudoris, nõ tamẽ ſeminet ipſa mulier, tunc eſt copula quæ ſufficit ad conſummationem matrimonij ut conſtat, tamen non ſufficit ad hoc quòd contrahatur affinitas, ergo illa copula quæ ſufficit ad conſummationem matrimonii non ſufficit ad cauſandam affinitatem. Cõ-

C ſequentia eſt bona. Minor probatur. Quoniam vt dicit Doctor ſanctus in hoc articulo, & in articulo ſequenti ad ſecundũ, ad affinitatem contrahendam requiritur commixtio ſeminum, ſed in præſenti caſu non eſt commixtio ſeminum, cum ipſa mulier non ſeminet, ergo non cauſatur affinitas.

¶In hac difficulate prima concluſio ſit. Copula carnalis ex qua ſequitur affinitas, eſt illa ex qua de ſe nata eſt ſeq generatio prolis. Hanc cõcluſionẽ docet expreſſe D. Th. in 4. d. 5 t. q. 1. art. 2. q. 1. & eandẽ ſententiã tenet Syluestr. verbo matrimonium. 8. q.

D 15. dicto 2. & Magiſt. Sot. ubi ſup. & omnes alii Theologi & probat hæc concluſio, Primo. Nã vt dicit D. Th. loco immediatè citato, affinitas cauſatur ꝑ coniũctionẽ ordinatã ad carnis propagationem. Et cõſtat rõne. Nã ſic vir & fœmina efficiuntur una caro, ſed per ſolã copulã, ex qua, ex ſe nata eſt ſequi generatio prolis, coniunguntur ut unum principium ordinatum ad carnis propagationem, ergo per ſolam talem copulã contrahitur affinitas. Secundo probatur ex ipſo nomine. Copula per quã cõtrahitur affinitas vocatur à Doctorib. coitus vt conſtat, coire autẽ eſt ſimul ire, quia, ſcilicet,

ſcilicet,tam uir quam fęmina in unum cõferunt id quod requiritur ad prolis generationem, ergo copula per quam cõtrahitur affinitas debet eſſe,ex qua de ſe nata eſt ſequi generatio prolis. Aduertendum tamẽ quòd diximus in concluſione,ex qua de ſe nata eſt ſequi generatio prolis. Nã ad hoc quod cõtrahatur affinitas, non eſt neceſſarium quòd illa copula talis ſit quòd actu ſequatur prolis generatio. Quia quãuis nõ ſequatur erit affinitas: ſed eſt neceſſarium quòd ſit talis quòd de ſe ad hoc ordinetur. Ex hac concluſione aliqua inferuntur corollaria. Primũ eſt, ꝙ optime dictũ eſt inde finitione affinitatis, ꝙ affinitas cõtrahitur ex carnali copula, ut etiam cõprehẽdatur illicita,per quam etiam fiunt duo in carne una, & contrahitur ẽt per matrimonium ratum, etiam ſi nõ ſit cõſummatum: quia per illud datur ius & facultas ad copulam carnalem. Secundo ſequitur,quòd nõ contrahitur affinitas per ſola oſcula uel alios tactus quantũuis impudicos,uel per penetrationem & apertionem uaſis ſi intra illud nõ ſeminetur. Ratio oĩum horum eſt: Nam iſti nõ fiũt una caro nec unum principium generationis, nec eſt talis copula. ex qua nata ſit generatio,ergo non contrahitur affinitas. Plura quæ pertinent ad iſtã materiam dicentur in ſolutionibus argumentorum.

¶ Secunda concluſio quæ ſequitur ex prima. Copula per quam cauſatur affinitas, eſt illa per quam ſeminatur intra uas, quamuis alia ſufficiat ad cõſummationem matrimonii. Itaque uolumus dicere,quòd quamuis copula quæ aperit clauſtra pudoris ſit ſufficiens ad cõſummationem matrimonii ut aliqui uolunt: non tamen ſufficit ad inducendã affinitatem quæ contrahitur per ſolam copulã. Hæc concluſio eſt Sylueſtri,ubi ſupra,& omniũ. Et ſequitur aperte ex iam dictis in præcedenti concluſione. Copula per quam cauſatur affinitas debet eſſe illa per quam fiunt una caro, & unum principium generationis: ſed per copulam carnalem quãcunque ſine ſeminatione nõ fiunt una caro,nec unum principium generationis ut conſtat, ergo per talem copulã non cauſatur affinitas.

¶ Quib. poſitis reſpondetur ad argumẽta facta in principio. Ad primum argumẽtum quod eſt tertium dubii præcedẽtis re-
A ſpondetur per ſecundam concluſionem. Et poteſt aſſignari aliqua differentia inter conſumationem matrimonii, & copula quæ ſufficit & requiritur ad inducendam affinitatem. Nam ad conſummandum matrimonium,ſufficit quod quis apertat clauſtra pudoris,quoniam ſi poſt talem copulam quis poſſet tranſire ad religionem, cum iniuria tertii poſſet aliquis tranſire ad religionem, quod non eſt conſentaneum legi Euangelicæ. Quod uero facta ſit iniuria, conſtat, nam corrupta eſt talis mulier. Cæterum ad inducendam affinitatem requiritur, quod
B fiant una caro & unum principium generationis.

¶ Ad ſecundum reſpõdetur,quod ibi impedimentum non prouenit ex eo quod attentauerit cognoſcere puellã,ſed quia illã ſibi deſponſauerat,& per ſponſalia contrahitur impedimentum publicæ honeſtatis, vt dicetur articulo ſequẽti. Et idẽ dicitur ad cap.fraternitatis. Itaque talis copula,ſeu nixus ad copulam,non erat ſufficiens ad inducendam affinitatem,nec ad dirimendum matrimonium, ſed impedimentum publica honeſtatis. Aduertendũ enim eſt, quòd
C in vtroque caſu & textu duo impedimenta obiiciebantur: alterum ſpõſaliũ quæ præceſſerant in utroque caſu, alterum vero copulæ. Et ad dirimendum ſequens matrimonium,unum ſufficiebat: quare licet copula non eſſet ſufficiens ad dirimendũ,ſatis erat impedimentũ iuſtitiæ publicæ honeſtatis.

¶ Ad tertium argumentum reſpõdetur, negando maiorem. Nam ſi uir nõ ſeminet intra uas,nunquam cõtrahitur affinitas ex copula ut dicemus in argumento ſequenti. Et ad probationem maioris conceſſo antecedenti,negatur conſequentia Rõ eſt:quia
D ad rationem adulterii ſufficit quod corpus coniugi traditum transferatur ad uſus alio uenereos,nam quãto magis congreſſus eſſet cõtra naturam,tanto fidei cõiugali magis erit contrarius:at verò vt affinitas cauſetur,oportet plene cõſummatã eſſe copulam carnalẽ,taliter,ut generatio ſequi poſſit ex natura congreſſus.

¶ Ad quartum argumentum dicendum eſt,quòd aliqua ſunt certa & aliquid eſt dubium. Primum,certum eſt ex iam dictis ꝙ quantumcunque aliquis clauſtra pudoris inuadat,uel frangat,non contrahitur affinitas:nam nõ fiunt vna caro,niſi fiat ſemina-

tio

tio. Secundũ certum eſt quòd ſi ſit ſemina tio ex parte utriuſque, uidelicet, ex parte uiri, & ex parte fœminæ contrahitur affinitas, nã eſt commixtio ſeminum, & fiũt una caro & unũ principium generationis. Hoc docent omnes Doctores, præcipuè Syl ueſter ubi ſupra. Tertium etiam certum eſt, quòd ſi quis ſeminet intra uas taliter quòd ſit commixtio ſeminum, contrahitur affinitas, etiam ſi non aperiat nec penetret clauſtra pudoris (quod poteſt contingere.) Et ratio eſt. Nam fiunt una caro & unum principiũ generationis, & poteſt inde ſequi generatio. Quartum certũ eſt, quòd ſi mu lier ſeminet in ipſa copula, nõ uero uir, nõ cauſatur affinitas, quia non eſt commixtio prædicta, nec fiunt una caro, nec unũ principium generationis. Ita docet Innocentius in cap. fraternitatis. de eo qui cognouit cõ ſanguineam uxoris. & Archi. in cap. extra ordinaria. 35. quæſtio. 3. & multi alii tenẽt iſtam ſententiam qui referũtur à Syluestro ubi ſupra & hoc mihi uidetur certiſsimum. Sed aliqui dubitãr, an ſi uir ſeminet intra le gitimum uas non verò fœmina contrahaẽ affinitas. Ratio dubitandi deſumitur ex illo loco D. Thom. adducto in argumento, in quo dicitur quòd ad affinitatem debet eſſe commixtio ſeminum ut fiant una caro & unum principium generationis. In hac difficultate, Sylueſter ubi ſupra, refert aliquos autores qui dicunt quòd non contrahitur affinitas, & inter alios citat Innocentium pro iſta ſententia & Hoſtienſem & Hugo nem, & iſti autores mouentur ratione iam facta Nihilominus tamen dicendum eſt, quòd in iſto caſu contrahitur affinitas. Ita tenet Panormitanus & Paludanus & alii vt refert Sylueſter ubi ſupra. Imo Innocen tius tenet iſtã ſẽtẽtiã in c. fraternitatis. citato. Et hanc ſententiã tenet Sylueſter ibidem. Et ratio pro iſta ſẽtẽtia hæc eſt. Nã ſecundum Philoſophum in lib. de Anima, & ſecuũdũ medicos, in generatione huma na non requiritur neceſſario ſemen mulieris ad generationem, ergo ſi uir ſeminet in tra vas, quamuis mulier non ſemĩnet erunt una caro & unum principiũ generationis. Confirmatur. Nam ſi mulier non ſeminet per integrum annum, & tamen concepit & peperit, ridiculum eſt dicere quòd non cau ſatur affinitas, ergo ad hoc quòd cauſetur affinitas, non eſt neceſſarium quòd mulier

c. Frater nitatis. de eo q cog. no. conſtn. vxoris.

A ſeminet. Vnde ad locum D. Thom. ex quo dedudciẽ ratio dubitãdi reſpõdetur, quòd non eſt neceſſarium ad generationẽ, quòd mulier ſeminet, nam aliàs B. Virgo non ue re generaſſet Chriſtũ de quo. 3. par. quęſt. 31. Quare Angelicus Doct. cũ dicit, quod requiritur commixtio ſeminum, per ſemẽ ex parte mulieris accipit id quod eſt ſemẽ vel loco ſeminis, & ita ad affinitatẽ requirĩ tur commixtio ſeminum vel tenentium ſe loco ſeminum, vt dicit Petrus de Palude, loco vero ſeminis tenẽt ſe mẽſtruũ ſiue ſan guis in muliere à natura paratus. Ex dictis

B colligitur, quòd ſi vir ſolus ſeminet extraor dinarie, idest extra uel circa uas naturale, vt exponit gloſſa in dicto ca. extraordinaria. & ſemẽ inter clauſtra pudoris vere contrahitur affinitas. Nam hic eſt cõmixtio ſeminum, & fiunt una caro & principium generationis, & ex tali commixtione poteſt ſequi generatio, ſicut dicitur contigiſſe in bal neis, vel per dęmones incubos, qui ex ſemi ne virorum infuſo matricibus mulierũ generant homines, qui ſunt filii hominum & non dæmonum. Et Sylueſter ubi ſupra refert quòd quædam mulier ſaluis clauſtris

C pudoris imo cum eſſet arcta imprægnata eſt. Ea de hoc plura dicẽtur infra cũ diſputabitur de conſummatione matrimonii. Et ratio vltimi eſt. quoniam eſt commixtio ſeminum. Quod quidem intelligitur etiã ſi non ſit apertio clauſtri pudoris, nam iã fecit quod eſt per ſe ſufficiens ad generationem & apertio clauſtri eſt per accidens. Et per hoc reſpondetur ad quartum argumentum.

¶Circa iſtum articulum adhuc aduertẽdum eſt, quòd olim affinitas, quæ prouenit ex copula illicita, extendebat ſe uſque ad

D quartum gradum, vt conſtat ex iuribus citatis, & ex omnibus autoribus ſupra citatis in principio huius quæſtionis, de quo dicemus inf. ex profeſſo in ar. 7. huius quæſtio nis. Cæterũ grauiſſimis de cauſis Conciliũ Tridentinum reſtrinxit hoc impedimentũ quantum ad dirimendum matrimoniũ, ad primum & ſecundum gradum ut conſtat ex eodem Concil. ſeſsio. 24. cap. 4. de reformatione matrimonii. Et illud capitulũ hic conſtituendum eſt. quoniam ſunt grauiſſimæ difficultates circa illud. Dicit igiẽ Concil. Preterea ſancta Synodus eiſdem & aliis grauiſſimis de cauſis adducta, impedimẽtũ

Concil. Tri. ſeſ. 24. c. 4. de refor matione.

quod propter affinitatem ex fornicatione cõtractã inducitur, & matrimonium poſtea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo & ſecũdo gradu coniungũtur reſtringit, in vlterioribus uero gradibus ſtatuit huiuſmodi affinitatem matrimoniũ poſtea contractum non dirimere. Hæc eſt litera Cõcilij. Et ita ſi quis habuit copulam illicitam cũ aliqua muliere, poteſt poſtea cõtrahere cũ cõſanguinea illius in tertio uel in quarto gradu ita vt matrimoniũ teneat, nõ tamen in primo uel ſecundo gradu.

CIrca hoc decretũ ſeu determinationẽ eſt tertiũ dubium in hoc articulo illudque optimum. utrum affinitas contracta ex fornicatione quæ ſecũdũ tenorẽ Cõcilii ſolũ dirimit matrimoniũ in primo, & ſecũdo gradu impediat ſaltem cõtrahendũ in ulteriorib. gradib. nẽpe in tertio & quarto. Et ratio optima adduci poteſt ad probãdũ quòd impediat in illis gradibus quãuis nõ dirimat. Nã à lege antiqua nõ eſt diſcedẽdũ niſi quatenus ꝑ nouã exprimitur vt habetur in l. præcipimus. C. de appellationi. Sed Conciliũ Tridentinũ non dicit qđ affinitas in tertio & quarto gradu nõ impedit matrimoniũ, ſed ſolũ quod nõ dirimit, ergo talis affinitas modo habet impedire quãuis nõ dirimat in illis gradibus. Probatur cõſequẽtia. Nã in lege antiqua talis affinitas in illis gradibus impediebat, & etiã habebat dirimere matrimoniũ: Confirmat hæc rõ, Cõciliũ noluit dare occaſionẽ peccãdi, ſed tollere ſcãdala quæ poterãt eſſe ſi matrimoniũ eſſet nullũ in illis gradibus, ſed huic fini ſufficiẽter ꝓuidet ſi matrimoniũ ſit ualidum, ẽt ſi affinitas in illis gradibus impediat ipſum matrimoniũ ſi non dirimat, ergo impedit, quamuis non dirimat.

l. præcipimus. C. de appellatio.

¶In hac difficultate propter rationẽ factã aliqui Iuriſperiti doctiſsimi exiſtimant legẽ antiquã ſemotã eſſe quantum ad uim dirimendi, non tamẽ quantũ ad uim impediendi, loquẽdo de tertio & quarto gradu. Itaq; talis affinitas in tertio & quarto gradu impedit matrimoniũ. Et cõſequẽter dicunt quod ordinarius. v. g. huius loci, non poteſt præbere facultatẽ ut duo qui habẽt ſimile impedimẽtum poſſint matrimoniũ contrahere. Hanc ſententiam tenet expreſſe Nauar. in Manua. c. 22. nu. 42. circa finẽ.

¶In huius explicationẽ ſit prima concluſio. Si tantũ attẽdamus ad ConciliũTridentinũ. ſatis probabile eſt, quod prædicta affinitas impedit matrimonium contrahendũ, etiã in tertio & quarto gradu, probabilius tamẽ eſt oppoſitũ. Hæc cõcluſio habet duas partes. Prima probatur autoritate doctorũ qui illã tenet & ratione facta in principio pro illa quæ ſatis probabilis eſt. Quia Concilium ſolum dicit quòd hæc affinitas in vlterioribus gradibus à primo & ſecundo iam nõ dirimit, ergo præſupponit quòd impedit ſicut iure antiquo impediebat. Confirmatur illa ratio ex capitu. Non debet: de conſanguinitate & affinitate ex Concilio generali, in quo facta eſt reſtrictio graduum affinitatis, & cõſanguinitatis ad quartum gradum, cum antea ſe extẽderet vſque ad ſeptimum, Nam ibi dicitur. Conſtitutiones ſuper hoc editas ſacri approbatione Conciliũ reuocantes, præſenti conſtitutione decernimus, vt ſic contrahentes de cętero copulẽtur: ubi reuocat prohibitionẽ, & concedit liberã licentiã contrahendi, ſed Concilium Tridentinum nihil tale facit, ſed ſolũ determinat quòd non dirimat matrimonium poſtea factum, ergo. Secunda pars concluſionis probatur. Primo. Nam in uerbis decreti habetur quod lex antiqua penitus ablata ſit, uel ſaltem reſtricta ad certum gradum, ſed ex quolibet iſtorum colligitur quòd lex ablata ſit quãtum ad vtrumq; effectũ, ergo nullo modo manet quantum ad aliquem. Secundo probatur ex ratione legis poſita à noſtro Cõcilio, ſcilicet, vt prohibeantur in contrahendis matrimoniis multa peccata, & in dirimẽdis multa ſcandala, ſi aũt maneret vis legis quantũ ad impediendũ, nõ eſſet ablata occaſio peccati, ſed eſſet maior occaſio peccati, ergo non manet vis legis q̃tum ad impediendum matrimonium, ſicut nõ manet quantum ad dirimẽdum. Tertio probatur hæc pars. Affinitas & cõſanguinitas, & alia huiuſmodi impedimenta dirimentia matrimonium, videtur quòd habeant impedire, quia habent dirimere: ergo ſi tollitur lex q̃tũ ad vim dirimẽdi matrimoniũ tollitur ẽt quantũ ad virtutem impediẽdi. Quarto probatur hæc pars. Quando Conciliũ Lateranenſe in illo c. non debet, ſeptimum gradum reduxit ad quartum, vtrumq; effectũ abſtulit antiquæ legi, ſed eodem modo proceſſit Cõcilium Tridentinũ quantũ videt, ergo omnem effectum abſtulit. Et hęc pars am-

c. nõ debet, de conſanguinitate & affinitate.

amplius probabit in dubio ſequēti. Et hāc ſentētiā aliqui viri doctiſsimi, qui interfuerūt Concilio Tridentino tenent.

¶ Secūda cōcluſio. Certiſsimū eſt ꝙ ſtādo in noua definitione Pij V. in quodā motu proprio Anno 1566. Kalen. Decembris prædicta affinitas ex fornicatione cōtracta ſicut nō dirimit matrimoniū poſtea contractū, ita non impedit cōtrahēdū. Hæc cōcluſio patet ex dicto motu proprio, vbi dicit Papa, quòd licite & libere poſsint prædicti contrahere matrimonium. Verū eſt quod in hac determinatione Pius V. nō declarat hoc intendiſſe Cōcilium, ſed ipſe in fauorē B matrimonii hoc decernit.

¶ Ad rationem dubitādi quæ militat cōtra ſecundam partem primæ concluſionis reſpondetur, quòd eo ipſo quòd noua lex determinat quòd talis affinitas non ſit impedimentum dirimens matrimonium, videtur etiam determinare quòd nō impediat. Et hoc etiam conſtat ex ratione huius nouæ legis vt diximus in ſecunda probatione ſecundæ partis primæ concluſionis, & per hoc reſpondetur ad cōfirmationem huius rationis.

C Irca iſtam determinationem Concilii, eſt quartum dubium difficillimū Vtrùm coniugatus qui poſt contractum matrimonium habuit rem cum cōſāguinea vxoris ſuæ in tertio vel in quarto gradu, impediatur à petitione debiti. v. g. cōtraxit aliquis cum Maria, & poſt contractū matrimonium accedit ad conſanguineam illius in tertio vel in quarto gradu: Dubiū eſt an in hoc caſu vir poſsit petere debitū, & videtur vera pars negatiua.

¶ Primo arguitur Concilium Tridentinum in illa determinatione noluit dare occaſionem peccādi, ſed tollere ſcandala quæ poterāt eſſe ſi matrimonium eſſet nullum in illis gradibus, ſed huic fini ſufficienter prouidetur ſi matrimonium ſit validum, & tollatur occaſio peccandi, ſi iam coniugatus impediat à petitione debiti: ergo talis impeditur à petitione debiti.

¶ Secūdo arguit ex cōtextu Cōcilii. Dicit enim, impedimentū quod propter affinitatē ex fornicatione contractā inducit, & matrimoniū poſtea factum dirimit, hoc inquā impedimētū reſtringit ad duos gradus ita vt non dirimat matrimoniū in illis, poſt contractū verò matrimoniū non eſt impedi- A mentū ꝙ dirimat matrimoniū poſtea factū ſed eſt impeditiuum petitionis debiti, ergo illud non eſt reſtrictū, ſed extendit ſe vſque ad quartum gradum quantū ad hoc.

¶ Tertio arguitur ex litera Concilii. Nā in vltimis verbis dicit, ꝙ mr̄imoniū poſtea factū, non dirimit in vlterioribus gradibus à primo, & ſecūdo, ergo ſolū eſt ablatū hoc impedimentū quantū ad hoc, quod eſt dirimere matrimoniū, non verò quātū ad hoc, ꝙ eſt impedire petitionē debiti. Cōfirmatur. Si Cōcilīū vellet tollere omnino impedimentū affinitatis in tertio vel in quarto B gradu quantū ad oīa ſine reſtrictione aliqua, nō erat neceſſariū dicere illa verba, ſed abſolute dicere, ꝙ tollit impedimētū affinitatis ex fornicatione in tertio vel in quarto gradu, ſicut factum eſt in ca. debet. quando ſublati ſunt gradus affinitatis & cōſanguinitatis, vt iā diximus dubio præcedenti, ergo. cap. debet.

¶ Vltimò arguitur. A lege veteri & antiqua nō eſt recedēdū, niſi quatenus per nouā exprimitur, ut iā diximus dubio præcedenti: ſed lex noua ſolū dicit, ꝙ tollit illud impedimētū affinitatis in illis gradibus quātū ad dirimēdū matrimoniū, ut cōſtat ex li- C tera Concilii, ergo quātū ad impediēdū petitionē debiti poſt cōtractū matrimoniū, nō eſt ablatum illud impedimētū in illis gradibus, ſiquidē in lege antiqua illud habeat & non tollitur per nouam.

¶ In oppoſitū eſt primo. Plus requiritur ad impediendū uſū rei iam habitæ, quā ad impediendum uſum rei habendæ, ſed ſi cōiugatus ante cōtractū matrimoniū accedit ad cōſāguineā Mariæ in tertio uel in quarto gradu, poſt contractū matrimoniū cum Maria nō impeditur à petitione debiti, ſed poteſt petere & reddere debitū Mariæ, ut D conſtat, ergo ſi poſt contractum matrimonium accedat ad conſanguineā Mariæ uxoris ſuæ in tertio uel quarto gradu, nō impeditur à petitione debiti.

¶ Secundo arguitur. Si impedimētū affinitatis impedit petitionē debiti, eo eſt, quia impedit matrimonium contrahendum, & quia poſt contractum matrimonium non poteſt illud dirimere, facit quòd poteſt, ſcilicet, impedire petitionem debiti, ſed affinitas ex fornicatione in tertio uel in quarto gradu non eſt impedimentum ad contrahēdum matrimonium, ergo nec ad petendum debitum. Confirmatur: Affinitas impedien-

do matrimonium & dirimēdo illud hēt ex conſequenti impedire petitionē debiti qñ nō pōt dirimere matrimonium: ſed affinitas ex fornicatione in tertio vel in quarto gradu nō habet primum, ergo nec habet ſecundū, qđ eſt impedire petitionem debiti.

¶ Tertio arguitur. Affinitas vel cōſanguinitas in ſexto vel ſeptimo gradu non impedit petitionem debiti, quoniam illi gradus ablati ſunt ab Eccleſia vt iam diximus: ſed affinitas ex fornicatione cōtracta in tertio vel quarto gradu eſt ablata ab Eccleſia, ergo non impedit petitionem debiti.

¶ Quarto arguitur. Quoniam vt conſtat ex motu proprio Pij V. citati dubio præcedenti, affinitas in tertio vel quarto gradu ſemota eſt non ſolum quantum ad vim dirimendi matrimonium, ſed etiam quantum ad vim impediendi matrimonium, ergo talis affinitas poſt contractum matrimonium non impedit petitionem debiti, nam ſi impediret petitionem debiti eò eſſet quia impedit matrimonium.

IN hac difficultate ſunt duæ oppoſitæ ſententia pp varia argumenta pro vtraque parte poſita Prima ſententia eſt, quod affinitas ex fornicatione contracta in tertio uel quarto gradu ablata eſt per Conciliū Tridentinū quantū ad aliquid, & cū reſtrictione, ſcilicet, quantum ad hoc ꝙ non dirimit matrimonium nec etiā impedit ut iam diximus dubio præcedenti, non tamen eſt ablatum omnino illud impedimentum quantum ad petitionem debiti ſi coniugatus accedat ad cōſanguineam uxoris in tertio uel in quarto gradu. Hāc ſententiam tenent aliqui Theologi, & Iuriſperiti, & illā debet tenere Nauarro in loco citato in dubio præcedenti propter ſuam rationē, nam non eſt recedendum à lege antiqua niſi inquātum exprimitur in noua. Secunda ſententia eſt huic oppoſita, uidelicet, ꝙ tertius & quartus gradus affinitatis prouenientes ex fornicatione, ablati ſunt omnino quantum ad omnem effectum. Itaque nec dirimunt matrimonium, nec impediunt illud nec etiam impediunt petitionem debiti. Et dicunt ꝙ ſicut ſextus & ſeptimus gradus affinitatis & cōſanguinitatis ablati ſunt omnino quantum ad omnem effectum, ita gradus iſti ſunt ablati quātum ad omnem effectum Hanc ſententiam tenent multi Theologi & Iuriſperiti. ego aliquando exiſtimaui ſententiam iſtam longe probabiliorem quam oppoſitam.

A

¶ In huius rei expoſitionem ſupponendum eſt, primo tanquam certum ex dictis dubio præcedēti, ꝙ affinitas ex copula illicita nō impedit matrimoniū nec dirimit cōtractū in tertio uel quarto gradu ut cōſtat ex Concilio, & ita ſi quis ante matrimonium acceſſit ad conſangnineam uxoris in tertio uel quarto gradu, licite poſt contrahere & matrimonium contractum tenet, & non impeditur à petitione debiti, nā ſi contractus eſt licitus & ualidus licite poteſt uti re ſua. Secundo ſupponendum, quòd in Concilio nomine copulæ fornicariæ, nō

B

intelligitur copula fornicaria, proprie & in rigore, ſed quæcunque copula illicita dicitur copula fornicaria. Quod conſtat, nam ſi coniugatus accedat ad aliquā mulierem adulterium committit, tamē contrahit affinitatem cum conſanguinea illius, ita ut ſi moriatur uxor eius non ſit ualidum matrimonium in primo uel ſecundo gradu. Tertio ſupponendum eſt, quòd in eadem perſona poteſt eſſe duplex affinitas. Vna quæ oritur ex copula licita, alia uero ex copula

C

illicita. v. g. coniugatus qui accedit ad propriam uxorem hēt affinitatem cum conſanguineis uxoris vſque ad quartum gradum, quia hæc affinitas oritur ex copula licita uel ex matrimonio rato, & ita ſe extendit uſque ad quartum gradum, & ita ſi accedat conſanguineā uxoris in omnibus quatuor gradibus inceſtum committit, quoniam eſt affinis intra quartum gradum, & affinitas prouenit ex copula licita, & ſi inceſtus ſit in primo uel ſecundo gradu ſine dubio impedit petitionem debiti, nā hoc impedimentum non eſt ablatum in huiuſmodi gradib.

D

Item nam illud eſt impedimentum ad contrahendum matrimonium & dirimendum illud, ergo etiam ad vſum matrimonij. Tota autem difficultas eſt quando accedit ad cōſanguineam vxoris in tertio uel in quarto gradu per copulam inceſtuoſam, an tunc illa affinitas impediat petitionem debiti.

¶ Quibus poſitis concluſio ſit. Prima ſententia eſt probabilis, ſecunda uero longe probabilior. Hæc concluſio habet duas partes. Prima pars probatur argumentis factis primo loco, quæ quidem probabilia ſunt, & autoritate doctorū, qui illā tenent. Secunda vero pars probatur argumentis fa-

ctis

ctis ſecundo loco,quæ ſunt probabiliora & doctorũ qui illã tenent, Et argumẽtum vltimum factum ſecundo loco habet maximã vim pro iſta ſententia. Nã Sũmus Pontifex Pius V. determinauit quòd affinitas in tertio & quarto gradu,nec licet vim impediendi nec dirimendi,ergo determinauit ꝙ nullo modo eſt impedimentum,ac ſubinde quòd in noſtro caſu non impedit petitionẽ debiti. Confirmauit. Conciliũ tollit illud impedimẽtum affinitatis quãtum ad præcipuum,quod erat dirimere matrimonium:ergo etiam tollit,quantum ad alium effectũ, qui eſt impedire petitionẽ debiti.

Quibus poſitis dicendũ eſt ad argumenta facta primo loco, quoniam hæc ſecunda ſententia mihi videtur probabilior.

¶Ad primum argumentum reſpõdetur, quòd Cõcilium abſtulit illud impedimentum affinitatis in illis gradibus quantũ ad omnia eo ipſo quòd illud abſtulit quãtum ad præcipuum effectum, & præcipuè hoc habet verum adiuncta determinatione Pij V. in illo motu proprio.

¶Ad ſecundum idem reſpondetur. & ſimiliter ad tertium cum ſua confirmatione & ad quartum, de quo etiam dictum eſt in dubio præcedenti in ſolutione ad rationem dubitandi.

¶Circa eandem determinationem Cõcilii eſt quintum dubium in hoc articulo. An ille qui cognouit carnaliter aliquam mulierem copula illicita & fornicaria, & poſtea accedit ad conſanguineã illius in tertio vel quarto gradu,peccet peccatum fornicationis an verò ſit inceſtus, Et videtur quòd ſit inceſtus eadem ratione. Concilium ſolum abſtulit illud impedimentum affinitatis, in illis gradib. quantum ad vim dirimendi quã habebat, ut conſtat ex contextu Concilii,ergo quãtum ad omnia alia manet: ac ſubinde ille actus erit inceſtus. In hac difficultate Nauarro & alii debẽt dicere quòd eſt inceſtus. Alii vero qui dicũt quòd illud impedimentum affinitatis in illis gradibus omnino ablatum eſt dicunt oppoſitum.

¶Ad hoc dubiũ cõcluſio ſit. Probabile eſt ꝙ ille actus ſit inceſtus & nõ ſolũ fornicatio:longe tñ pbabilius eſt oppoſitũ. Hæc concluſio probanda eſt quo ad omnes ſuas partes, & explicanda iuxta dicta in dubiis præcedentibus. Et ad rationem dubitãdi in oppoſitum etiam eſt dicẽdum ſicut ibi. Iſti

A enim qui dicunt quòd illud impedimentũ affinitatis in illis gradib. ſolum eſt ablatum quantum ad effectum dirimendi matrimonium, conſequenter debẽt dicere quòd ille actus eſt inceſtus. Qui uero dicunt quod illud impedimentum eſt omnino ablatum, tenentur dicere quod tãtum eſt fornicatio.

¶Circa eandem determinationem Concilii eſt ſextum dubium in hoc articulo: An ſi aliquis ex fornicatione contraxit affinitatem in tertio vel quarto gradu, ante Concilium Tridentinum poſſit poſt determinationem Concilii cõtrahere matrimonium in tertio vel quarto gradu talis affinitatis.

B Ad hoc dubium dicendum eſt quod optimè poteſt contrahere matrimonium & quod illud matrimonium erit ualidum. Hoc determinauit expreſſe Pius quintus, in motu proprio ſupracitato, ubi declarat impedimentum affinitatis ex fornicatione & dicit. Similiter matrimonia poſt cõfirmationem Cõcilii abſque diſpenſatione Apoſtolica ſequuta,& quæ de cætero ſequẽtur inter perſonas quæ ante dictam confirmationem affinitatem (infra tamen ſecũdum gradum ex fornicatione prouenientẽ)contraxerant, propter huiuſmodi affinitatem dirimi non debere, ſed valida & efficacia
C exiſtere declarauit.

¶Circa eandem determinationem Concilii eſt ſeptimum dubium in hoc articulo. An hoc impedimẽtum affinitatis ex fornicatione in tertio uel quarto gradu dirimat ſpõſalia de futuro quãuis non dirimat matrimonium. Ratio dubitãdi à parte affirmatiua eſt Nam ipſum Concilium ſolum dicit ꝙ non dirimit matrimonium,ergo cum antea haberet dirimere ſponſalia, modo ẽt dirimit ſponſalia. Quia à lege veteri nõ eſt amplius recedendum quam exprimitur in noua lege. Confirmatur hæc ratio. Maius
D vinculum eſt vinculũ matrimoniale,quam vinculum ſponſaliorum, ergo quãuis illud impedimentum non habeat vim dirimendi matrimonium,habebit tamen uim dirimendi ſponſalia ipſa de futuro.

¶Nihilominus tamen ſit concluſio. Tale impedimentum non dirimit ſponſalia de futuro,ſicut etiam nõ dirimit matrimonium poſtea factum. Hæc concluſio eſt certiſſima. Et probatur manifeſtè. Primo. Nã cum ſponſalia ſint præuia ad ipſum contractum matrimonialẽ, ſi matrimoniũ ipſum

non dirimitur per huiuſmodi impedimentum affinitatis in huiuſmodi gradibus nec etiam ſponſalia dirimuntur. ergo. Secundo probatur concluſio ex declaratione congregationis Cardinalium, qui habent autoritatem declarandi Concilium, quæ quidem declaratio facta eſt Epiſcopo Tornacenſi & habet in hunc modum, Canon quartus decretorũ Tridentini de reformatione matrimonii qui ait, impedimentum ꝙ ꝑꝑ affinitatem ex fornicatione contracta induci tur, & matrimonium poſtea factũ dirimit, &c. habet etiam locum & comprehendit etiam ſponſalia de futuro contracta, ergo tale impedimentum non dirimit ſponſalia.

¶ Ad rationem dubitandi reſpondeo, ꝙ quamuis ipſum Cõcilium ſolum dicat formaliter, quòd tale impedimentum non dirimit matrimonium, tamen uirtualiter & implicitè ibi etiam dicit quòd non dirimit ſponſalia de futuro. Quoniam talia ſponſalia habent rationem contractus præuij, & veluti antecedentis ad ipſum matrimoniũ. Ad confirmationem rñdetur, ꝙ quãuis maius vinculum ſit vinculũ matrimonii, quam ſponſaliorũ, nihilominus tamen ipſa ſponſalia dicunt ordine intrinſecè ad ipſum matrimoninm, & ita ſi matrimonium nõ dirimitur per tale impedimentũ affinitatis, nec et ſponſalia dirimuntur. Plura, quæ poſſent in hoc articulo diſputari, diſputabuntur in ſequentibus articulis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum ex ſponſalibus affinitas cauſetur.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quod ex ſpõnſalibus nulla affinitas cauſari poſſit, quia affinitas eſt perpetuum uinculum: ſed ſponſalia quandoque ſeparantur, ergo non poſſunt eſſe cauſa affinitatis.

¶ 2 Præterea. Si aliquis clauſtrũ pudoris alicuius mulieris inuaſit & aperuit, ſed non peruenit ad operis conſummationem, non contrahitur ex hoc affini- A *tas: ſed talis eſt magis propinquus carnali copulæ, quam ille, qui ſpõſalia contrahit, ergo affinitas non cauſatur.*

¶ 3 Præterea. In ſponſalibus non fit niſi quædam ſponſio futurarum nuptiarum: Sed aliquando fit ſponſio futurarum nuptiarum, & ex hoc non contrahitur aliqua affinitas: ſicut ſi fiat ante ſeptennium: uel ſi aliquis habens perpetuum impedimentum tollens potẽtiam coeundi, alicui mulieri ſpondeat futuras nuptias: aut ſi talis ſponſio fiat inter B *perſonas, quibus nuptiæ per uotum reddantur illicitæ, uel alio quocunque modo: ergo ſponſalia nõ poſſunt eſſe cauſa affinitatis.*

SED contra eſt, quod Alexan. Papa prohibuit mulierem quãdam cuidã viro matrimonio coniũgi, quia fratri ſuo fuerat deſponſata, quod nõ eſſet, niſi per ſponſalia affinitas contraheretur; ergo &c. In decr. li. 4. tit. 16. c. 1.

RESPONDEO dicendum quod ſicut ſponſalia non habent perfectam ra- C *tionem matrimonii, ſed ſunt quædam præparatio ad matrimoniũ: ita ex ſponſalibus non cauſatur affinitas, ſicut ex matrimonio: ſed aliquid affinitati ſimile, quod dicitur publicæ honeſtatis iuſtitia, quæ impedit matrimonium, ſicut & affinitas, & ſecundum eoſdem gradus: & definitur ſic: Publicæ honeſtatis iuſtitia eſt propinquitas ex ſponſalibus prouueniens, robur trahens ex eccleſiæ inſtitutione propter eius honeſtatem, ex quo patet ratio nominis & cauſa, quia, ſci-* D *licet talis propinquitas ab eccleſia inſtituta eſt propter honeſtatem.* Definitio iuſtitiæ public. honeſtatis.

AD primum ergo dicendum, quòd ſponſalia non ratione ſui, ſed ratione eius ad quod ordinantur cauſant hoc genus affinitatis, quod dicitur publicæ honeſtatis iuſtitia: & ideo ſicut matrimonium eſt perpetuum vinculum, ita & prædictus affinitatis modus.

AD ſecundum dicendum, qđ uir & mulier efficiuntur in carnali copula una caro per commixtionem ſeminum: unde quantumcũque clauſtrum pudoris

tis inuadat uel frangat niſi commixtio ſeminum ſequatur non contrahitur ex hoc affinitas, ſed matrimonium affinitatem cauſat, nō ſolum ratione carnalis copulæ, ſed etiam ratione ſocietatis coniugalis, ſecundum quam etiam matrimonium naturale eſt. Vnde & affinitas contrahitur ex ipſo contractu matrimonii per uerba de præſenti, ante carnalem copulam: & ſimiliter ex ſponſalibus in quibus fit quædam pactio in quibus fit quædam pactio coniugalis ſocietatis, contrahitur aliquid affinitati ſimile, ut publica honeſtatis iuſtitia. A B

Ad tertium dicendum quod omnia impedimenta quæ faciunt ſponſalia non eſſe ſponſalia, non permittunt ex pactione nuptiarum affinitatem fieri: unde ſiue habens defectum ætatis, ſiue habens uotum ſolenne continentiæ, aut aliquod huiuſmodi impedimentum ſponſalia de facto contrahat, ex hoc non ſequitur aliqua affinitas, quia ſponſalia nulla ſunt nec aliquis affinitatis modus. Si tamen aliquis minor, frigidus, uel maleficiatus habens impedimentum ante annos pubertatis poſt ſeptennium contrahat ſponſalia cum adulta, ex tali contractu contrahitur publica honeſtatis iuſtitia, quia adhuc non erat in actu impediendi. cum in tali ætate puer frigidus & non frigidus quantum ad actum illum ſit æqualiter impotens. C

SVMMA ARTICVLI.

Prima cōcluſio. Ex ſponſalib. nō cauſatur affinitas ſicut ex matrimonio: ſed cauſatur aliquid ſimile affinitati, quòd dicitur publicæ honeſtatis iuſtitia, quæ impedit matrimonium ſicut affinitas. Et quidem, quòd non cauſetur affinitas probat Diuus Thomas. Nam ſponſalia non habent rationē matrimonii, ſed ſunt quędam preparationes ad matrimoniū; ergo ex illis nō cauſatur affinitas. Quod verò cauſetur aliquid ſimile affinitati colligit̄ ex eadē ratione. Secunda cōcluſio ad primum. Sicut vinculum matrimonii eſt perpetuū, ita ēt & hoc impedimētum quod dicitur iuſtitia D publicæ honeſtatis. Ratio eſt: quia ſponſalia nō ratione ſui, ſed ratione eius ad quod ordinatur, videlicet, ratione mr̄imonii cauſant hoc impedimentum Vide ſolutionem ad ſecundum & etiam ſolutionem tertii.

¶ De hac materia diſputant Theologi in materia de affinitate quoniam ut dicit. D. Tho. hoc impedimentum eſt ſimile affinitati. Iuriſperiti uero in eadem materia de affinitate & in tit. de ſponſalibus. Syluester verbo matrimonium, 8. quæſt. 14. Couarru. ſuper 4. decretalium par. 2. ca. 6. §. 2. Nauarro in Manuali cap. 22. num. 57.

Circa iſtum articulum eſt difficultas. An per ſponſalia de futuro contrahatur impedimentum publicæ honeſtatis. Et videtur vera pars negatiua. Primo In contractu ſponſaliorum de futuro, non eſt aliqua vnio nec coniunctio, vt conſtat. ſed ſolum eſt obligatio ad futuras nuptias, ergo ex ſponſalibus de futuro nullum oritur impedimentum matrimoni. Probatur conſequentia. Nam tale impedimentum debet naſci ex aliqua vnione quæ ſit inter ipſos.

¶ Secundo arguitur. Si ex ſponſalibus de futuro oritur aliquod impedimentum dirimens matrimonium, ſequitur quòd ſi aliquis ſponſus accedat ad cōſanguineā ſponſa in illo gradu in quo impedit & dirimit. committat aliquod ſpeciale peccatum, & quòd non ſolum ſit fornicatio, conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela eſt manifeſta. Et enim quia affinitas & conſanguinitas ſunt impedimenta dirimentia matrimoniū, accedere ad conſanguineam vel affinem eſt ſpeciale peccatum, habēs ſpecialem deformitatē, ſcilicet, inceſtus, & nō ſolum eſt fornicatio. Falſitas conſequentis conſtat. Nam nō apparet ad quam ſpecialem rationē peccati pertineat, niſi ad fornicationem, non enim videtur quod ſit inceſtus, nam inceſtus eſt cum cōſanguinea vel affini. ¶ Tertio. Si impedimentum publicæ honeſtatis oritur ex ſpōſalibus de futuro, ſequit̄, quod ſi ſponſalia de futuro nulla ſunt, quod non ſit tale impedimentum, conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Si cauſa talis impedimenti eſt contractus ſponſaliorū ergo non exiſtente cauſa non erit talis effectus: ac ſubinde. ſi ſpōſalia ſint nulla, nō erit hoc impedimentum. Falſitas vero conſequentis conſtat. Nam Bonifacius octauus

cap. Ex ſpõſalib. de ſpon ſalib. in 6.

in cap. Ex ſponſalibus, de ſponſalibus. in 6. docet & determinat, quod etiam ſi ſponſaliã fuerint nulla, propter conſanguinitatẽ uel affinitatem contrahitur impedimentum publicæ honeſtatis.

¶Quarto. Si ex ſponſalibus de futuro cõtrahitur impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis: ſequitur quòd hoc impedimentum cauſetur ex ſponſalibus conditionatis, conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nã vt iam ſupra dictũ eſt ſponſalia, conditionata, habent verã rationem ſponſaliorum. Falſitas vero conſequentis conſtat ex Bonifacio VIII. in loco citato, in argumento præcedenti, ubi dicit quòd debent eſſe pura, ideſt, abſoluta ad hoc quòd naſcatur tale impedimentum.

¶Concluſio ſit. Ex ſpõſalibus de futuro oritur impedimẽtũ iuſtitiæ publicæ honeſtatis. In hac concluſione cõueniunt omnes Doctores tã Theologi quã Iuriſperiti. Vide Doctores ſupra citatos, & Magiſt. Sot. in 4. diſt. 41. q. vnic. ar. 2. Probatur iſta conluſio. Primò. Quoniam ita diffinitur in c. ſi quis. 27. q. 2. & c. Iuuenis. de ſpõſalibus, & in eodem titu. in cap. Ad audientiam, & in cap. Sponſam & in c. vnico de ſponſalibus in 6. & in c. 1. de deſpõſatione impuberum in 6. ergo. Secundo probatur ratione. Nã ex promiſſione futurarũ nuptiarum fit quædam vnio, quamuis non ſecundũ eſſe cõpletum, ſed ſecundum inchoationẽ: huiuſmodi autem vnio contrahentium ſponſalia eſt cauſa vt conſanguinei vnius alteri vniantur, ergo contrahitur impedimentũ per ſponſalia de futuro. Confirmatur hæc ratio. Nã hæc vnio eſt prænia ad matrimoniũ & inchoatio quædã vnionis matrimonialis, & ita inter ſpõſos ſunt oſcula & alii tactus qui ſunt veluti quædam inchoationes actus matrimonialis, ergo cõuenientiſſimum eſt ꝙ ex ipſis ſponſalibus oriatur impedimentũ iuſtitiæ publicæ honeſtatis. Ex dictis colligitur. Primò. Ratio quare hoc impedimẽtum ita nominetur, ſcilicet, iuſtitia publicæ honeſtatis, quia ęquum eſt & cõſonum honeſtati Eccleſiæ ut propter inchoatione matrimonii conſanguinei ſeparẽtur. Secundo. Colligitur definitio quid rei, iuſtitiæ publicæ honeſtatis. Publicę honeſtatis iuſtitia eſt propinquitas ex ſponſalibus proueniens robur trahens ab Eccleſiæ inſtitutione, pro

c. ſi quis 27. q. 2. & c. Iuuenis. de ſponſalibus. & in ca. ad audientiam. & in c. ſpõſam. eo. tit. & c. vnico. de ſpõſalib. in 6. & ca. 1. de deſpõſatiõe impuberũ in 6.

A pter eius honeſtatem. Prima particula propinquitas, ponitur loco generis. In hoc enim conuenit iuſtitia publicæ honeſtatis cum affinitate. In illo vero quod dicitur, ex ſponſalibus proueniens, diſtinguitur iuſtitia publicæ honeſtatis ab affinitate, nã affinitas cauſatur ex copula carnali vel ex poteſtate ad copulam carnalem, quæ datur in contractu matrimoniali, iuſtitia vero publicæ honeſtatis cauſatur ex ſponſalibus de futuro, & ita illa particula, ex ſponſalibus proueniens, ponitur loco differẽtiæ: Alia vero quæ conſtituuntur in definitionẽ ponũtur

B ad explicationem huius impedimẽti, quod quidem ſolum habet vim ex iure poſitiuo cum tamen aliqui dicant, quòd affinitas in aliquo gradu habet vim ex iure naturali, & cõſanguinitas impedit matrimonium iure naturali in aliquibus gradibus ſecũdum veritatẽ. Aduertendum tamen eſt, quòd olim illud impedimentum publicæ honeſtatis tam late patebat ſicut ipſa affinitas. extẽdebat enim ſe vſq; ad quartum gradum ut cõſtat ex locis & iuribus ſupra citatis. Verum eſt quòd ſicut ſponſalia minus vinculum inducunt inter ſponſos quam matrimonium

C ita iſtud impedimentũ facilius erat, dirimebat tamen ſequens matrimonium. Cæterũ poſt Conciliũ Tridentinum ſeſſione 24. de reformatione matrimon: i. c. 3. iſtud impedimentũ reſtrictum eſt & non ſe extendit niſi ad primũ gradum, & ita dicitur ibidem Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentũ, ubi ſponſalia quacunque ratione valida non erũt, ſancta Synodus prorſus tollit, ubi autem valida fuerint primum gradum non excedãt, quoniam in ulterioribus gradibus iam non poteſt huiuſmodi prohibitio abque diſpendio obſeruari. Itaque tollitur

D omnino hoc impedimentũ in ulterioribus gradibus, & quantum ad dirimendũ & impediendum & quantum ad omnia ut colligitur ex tenore Concilii. Intelligitur tñ reſtrictio de primo gradu in recta linea & in tranſuerſali. Itaq; in primo gradu lineæ ſiue rectæ ſiue tranſuerſalis impeditur & dirimitur matrimoniũ. Ratio huius reſtrictionis eſt optima. Nam publica honeſtas minus vinculum eſt quam affinitas ut conſtat, ergo non debebat ſe ita extẽdere ſicut affinitas, ac ſubinde illa reſtrictio optime & conuenientiſſime facta eſt.

Concil. Tri. ſeſſ. 24. c. 3. de reformatione.

¶Quibus poſitis, reſpondendum eſt ad argu-

argumēta facta in principio, vbi multa alia pertinentia ad hoc impedimentum declarabuntur. ¶Ad primum argumentum reſpondetur quod in ſpōſalibus de futuro fit quædam vnio imperfecta & incompleta, & ſecundum inchoationem, & quæ eſt veluti prævia ad unionem matrimonialem, & dicit ordinem ad illam, nā eſt quodammodo inchoatio ad illā, & ita ratione huius vnionis contrahitur in ſpōſalibus impedimentū iuſtitiæ publicæ honeſtatis, quoniam, vt diximus hoc maxime cōgruum erat honeſtati Eccleſiaſticæ.

¶ Ad ſecundum argumentum dubium eſt, An habeat rationem inceſtus accedere ad conſanguineam ſponſæ in primo gradu. Et uidetur quòd non ſit inceſtus. Primo arguitur argumento ibi facto. Nam inceſtus eſt cum conſanguinea affini, ſed talis mulier non eſt conſanguinea nec affinis, vt cōſtat, ſed eſt coniuncta per publicam honeſtatem, ergo non eſt inceſtus. Confirmatur hoc argumentum ex definitione inceſtus quæ habetur 32. quæſt. 1. Inceſtus eſt conſanguineārū uel affinium abuſus, quod quidem refert D. Thom. in 2.2. quæſt. 154. art. 9. in 2. argumento.

32. q. 1.

¶Secūdo arguitur. Quia Doctor ſanctus in loco immediate citato cum definit inceſtum, nunquam dicit quòd ſit inceſtus, accedere ad conſanguineam ſponſæ, ergo tale peccatum non habet rationem inceſtus, ſed ſimplicis fornicationis.

¶Tertio arguitur. Quia, vt ſupradictum eſt ex aliquibus Doctoribus, non eſt improbabile quod ſi ſponſus accedat ad aliā mulierē nō ſit adulterium, ſed ſolum ſit fornicatio, quia vnio ſponſaliorum eſt imperfecta, ergo ſimiliter nō erit inceſtus accedere ad conſanguineam ſuæ ſponſæ in primo gradu propter eandem coniunctionem.

D

¶ Nihilominus tamen dicendū eſt quòd tale peccatum non eſt ſimplex fornicatio, ſed habet rationem inceſtus non ita perfecti. Hæc concluſio conſtat. Nam ex ipſo quod inter iſtos eſt prohibitum matrimonium & etiam eſt irritum, prohibetur ſpeciali quadam ratione copula carnalis inter illos, vt eſt manifeſtum, ſicut propter eādē rationem prohibetur cum affini vel cōſanguinea, ergo illud peccatum non ſolum eſt fornicatio ſed habet ſpecialem rationem inceſtus. Diximus tamen in cōcluſione quod

A

habet rationem inceſtus imperfecti, vel nō ita perfecti, quoniā ratio perfecta inceſtus reperitur cum quis accedit ad cōſanguinea vel affinem, propter perfectam coniunctionem, cum vero in ſponſalibus non ſit perfecta coniunctio, vel non ſit ita perfecta non reperitur ratio inceſtus ita perfecta.

¶ Ad argumenta in principio huius dubij facta reſpondendum eſt.

¶Ad primum argumentū, quod eſt tertium dubij præcedentis reſpōdetur, quod tale peccatum, vt iam dictum eſt, habet rationē inceſtus. Ad confirmationem reſpondetur,

B

quod nomine affiniū, intelliguntur illi qui coniuncti ſunt in primo gradu per publicā honeſtatem. Publicę enim honeſtatis coniunctio reducitur ad affinitatem: nam ſicut ſponſalia ſunt quædam inchoationes matrimonij, ita etiā publica honeſtas eſt quoddā initium & inchoatio affinitatis.

¶ Ad ſecūdum idem reſpondetur, quòd D. Tho. per inceſtum qui cōmittitur cū affini, intelligit inceſtum, qui committitur cum illa quæ coniuncta eſt per publicam honeſtatem in primo gradu.

¶Ad tertium argumentum reſpōdetur,

C

quòd longè probabilius eſt vt diximus ſuprà quęſt. 43. quod ſi ſpōſus accedat ad aliā mulierem committi adulterum imperfectum, & ita ſecundum iſtam ſententiam negandum eſt antecedens, & dicendum, quod ſicut illa coniunctio imperfecta ſufficit ad hoc quod in illo caſu ille actus habeat rōnē adulterii, ita etiam ſufficit ad hoc quod habeat rationem inceſtus. Secundo reſpondetur negando conſequētiam. Ratio diſcriminis eſt, nā in caſu antecedentis nulla extat lex, nec aliquod ius poſitiuum, ſed ſolū attenditur peccatum ex natura rei: & quoniam ex natura rei coniunctio ſponſaliorū eſt imperfecta, inde eſt quòd ille actus non habet rationem adulterij. Cæterum in caſu conſequētis extat lex & adeſt impedimētum de iure poſitiuo, quod non ſolū impedit, verum etiam dirimit matrimoniū, & ille actus cum conſanguinea ſponſæ in primo gradu eſt inceſtus: & per hoc reſpondetur ad argumentum ſecundum dubii principalis.

¶Ad tertium argumentum dubii principalis eſt etiam dubium. An ſi ſponſalia de futuro ſint nulla, contrahatur impedimentū publicæ honeſtatis. In qua quidem diffi

cultate

cultate ſupponendum eſt ſecundũ doctrinam noſtri Doctoris hic ad tertium quod ſi ſponſalia de iure fuerunt nulla, nullum ſequitur impedimentum. In quo quidem D. Thom. ſequutus eſt rationem naturalẽ. Quia id quod non eſt nihil efficit ut habetur in cap. ſiquis deſponſauerit. 2. 27. q. 2. ſed quia huiuſmodi impedimentum pendet ex ſola Pontificis uoluntate, ideo Bonifacius VIII. poſt Doctorem Angelicum aliquo bono fine motus ſtatuit in cap. Ex ſponſalibus. de ſponſalibus in 6. quod ex ſponſalib. abſolutis etiam ſi de iure eſſent nulla, ratione conſanguinitatis uel affinitatis uel alia quauis ratione contraheretur impedimẽtum publicæ honeſtatis. Et quo modo hoc eſſet intelligendum declaratur ab authoribus citatis in principio huius articuli, præcipue a Couarru. & a Syluestro dicto 6. Sed poſt Concilium Tridentinum in cap. citato. in quo quidem determinatur quòd quomodocunque ſponſalia ſint ipſo iure nulla, nullum ſequitur impedimentum publicæ honeſtatis ablata eſt illa determinatio Bonifacij octaui, ait enim Concilium, Sponſalia quacunque ratione ualida non fuerint Sancta Synodus prorſus tollit impedimentum publicæ honeſtatis.

ca. ſi q s. deſponſauerit. 2. 27. q. 2.

capit. ex ſponſalibus. de ſponſalibus in 6.

¶ Circa iſtud decretum eſt dubium. An ſponſalia quæ ſunt inualida tantũ propter defectum interioris conſenſus, cum tamen in foro externo ſit conſenſus, inducãt impedimentum publicæ honeſtatis. Dixi ſi ſint nulla propter ſolum defectum interioris conſenſus: nã ſi ſint nulla propter aliquod iuridicum uel canonicum impedimentum, uel propter quid ſimile externum, certa res eſt quod non inducunt impedimentum iuſtiti e publicæ honeſtatis. Et uidetur quod in hoc caſu talia ſponſalia inducant impedimentum hoc. Quia talia ſponſalia ualida ſunt in exteriori foro, (nam contracta ſunt per uerba uel ſigna externa exprimentia internum conſenſum, ita enim ſupponimus,) ergo per talia ſponſalia contrahitur impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis. In hac difficultate aliqui moderni Theologi exiſtimant quod in noſtro caſu contrahitur impedimentum publicæ honeſtatis, etiam poſt Concilium Tridentinum, quoniam hoc impedimentum eſt conſtitutum ab Eccleſia propter publicam honeſtatem, & ita cum illa ſponſalia ualida ſint in foro exteriori contrahitur tale impedimentũ. Hanc ſententiam tenere uidetur Couarruuias loco citato etiam poſt Concilium Tridentinum, nam in numero 2. circa finem refert determinationem Concilii Trident. dicens. Hæc uero ceſſant omnino ex decreto Synodi Tridentinæ: quæ expreſſim ſtatuit impedimentum iſtud non oriri ex ſpõſalibus quacunque ratione inualidis &c. Et in num. 3. incipit ſtatim dicens. Tertiũ ex his infero iſtud impedimentum oriri ſponſalibus contractis per uerba ſeu exteriora ſigna conſenſum exprimentia, & ſi interior conſenſus deſit. Et pro hac ſententia citat Palud. in 4. diſt. 27. quæſt. 2. ar. 5. & diſt. 21. q. 2. art. 3. & D. Antoninum 3. par. tit. 1. c. 1. Et hanc ſententiam tenet quidam modernus Iuriſperitus etiam poſt Concilium Tridentinum propter rationem iam factã. Et iſti autores dicunt quod illa uerba Concilij, ualida, intelliguntur, id eſt, ualida ſaltẽ in ratione exterioris conſenſus.

¶ Nihilominus tamen mihi uidetur certum, quod in iſto caſu non contrahitur impedimentum publicæ honeſtatis. Et hæc debet eſſe communis omnium ſententia. Primo probatur. Nam Concilium nullis uerbis clarioribus potuit hoc dicere. Aſſerit enim, quod ſponſalia quacunque ratione ualida non fuerint, ſancta Synodus prorſus tollit tale impedimentum publicę honeſtatis. Aduertendum uerbum illud quacunq; ratione ualida non fuerint: ergo in noſtro caſu non oritur impedimentum publicæ honeſtatis, cum illa ſponſalia aliqua ratione inualida ſint, ſcilicet, propter defectum conſenſus. Secundo probatur. Quoniã hæc determinatio, ut ſonat, eſt maximè conſona iuri naturali: nam ſi ſpõſalia nulla ſunt propter defectum interioris conſenſus nulla ſequitur unio etiam imperfecta inter ipſos ſponſos: ergo conuenientiſſimum eſt quod non naſcatur ex talibus ſponſalibus impedimentum aliquod, antecedens uero eſt notũ. Tertio probatur. Si matrimonium nullum ſit propter defectum interni conſenſus, non cõtrahitur ex tali matrimonio aliquod impedimentum, cum nulla ſequatur vnio, & hoc eſt certiſſimũ: ergo ex ſponſalibus nullis propter defectum interioris conſenſus nulla naſcitur iuſtitia publicæ honeſtatis Et ad rationem dubitandi dicendum eſt, quòd ex hoc quod talia ſponſalia

valida ſint in foro externo,(ideſt,debent iu A
dicari valida in tali foro) tantum ſequitur,
quod in tali foro inducant impedimentum
publicæ honeſtatis, ideſt, debet iudicari
quod ex talibus ſponſalibus oritur impedi-
mentum illud,tamen in rei veritate nõ ori
tur,vt iam diximus. Et per hoc reſpõdetur
ad tertium argumentum dubii principalis.

¶Ad quartum argumentum dubii prin-
cipalis eſt dubium, an impedimentum iu-
ſtitiæ publicæ honeſtatis contrahatur ex
ſponſalibus de futuro conditionatis. Et ui-
detur,quod contrahatur. Primo,argumen-
to ibi facto. Nam ſponſalia conditionata ha B
bent ueram rationem ſponſaliorum, ut di-
ximus ſupra quæſt. 47. arti. 5. & obligat ex
iuſtitia:ergo ex talibus ſponſalibus oritur
unio & cõiũctio illa imperfecta, & inchoa-
tiua inter ipſos ſponſos, ac ſubinde contra
hitur impedimentum publicæ honeſtatis.

¶Secundo arguitur. Si ſponſalia illa con
ditionata habent veram rationem ſponſa-
liorũ,& obligant ex iuſtitia:ergo ſunt eiuſ-
dem rationis & ſpeciei cum ſponſalibus ab
ſolutis,& inducunt idẽ vinculum. Hæc con
ſequentia optima eſt. Tunc vltra, ergo ſic
ut per ſponſalia abſoluta contrahitur im- C
pedimentum publicæ honeſtatis, ita etiam
per ſponſalia conditionata. Quod ſi quis di
cat,quod hoc impedimentum habet ro-
bur ex Eccleſiæ inſtitutione, Eccleſia ve-
ro voluit, quod illud impedimentum non
haberet locum in ſponſalibus conditiona-
tis, vt conſtat ex Bonifacio VIII. in capit.
Ex ſponſalibus,de ſponſalibus in 6 ubi di- (ſc. ex ſpõ ſalib. de ſponſali bus in 6.)
cit,quod ſponſalia debent eſſe abſoluta, ut
contrahatur hoc impedimentum.

¶Tertio arguitur cõtra hanc ſolutionẽ,
ex noua determinatione Concilii Tridenti
ni. Nam Cõcilium dicit, quod ſi ſponſalia D
quacunque ratione valida non fuerint,non
inducitur impedimentum publicæ honeſta
tis,ubi autem valida fuerint,inducitur tale
impedimentum in primo gradu: ſed talia
ſponſalia quãuis conditionata valida ſunt
ſecundum probabiliorem ſententiam. ergo
ex illis contrahitur impedimentum publi-
cæ honeſtatis: Confirmatur argumentum.
Hæc determinatio Concilii Tridentini eſt
contraria determinationi Bonif. VIII. in
qua dicitur, quòd ſponſalia debent eſſe pu-
ra. Ergo ſtãdũ eſt huic determinationi Cõ-
cilij Tridentini,in qua dicitur,quod ſi ſpon

A ſalia fuerint valida inducitur tale impedi-
mentum:nam vt dicitur in cap. licet Roma (cap. licet Roma-nus de conſtitu tionibus in 6.)
nus, de conſtitutionibus in 6. Romanus Põ
tifex cõdendo nouũ ius,abrogat antiquum,
etiam ſi non faciat mentionem de illo.

¶Ad quartum arguitur. Ex oppoſita ſẽ
tentia ſequitur,quod ex matrimonio cõdi-
tionato celebrato per uerba de præſenti. v.
g. contraho tecum ſi pater conſenſerit, non
contrahatur impedimentum publicæ hone
ſtatis: conſequens autem eſt falſum,ergo
illud ex quo ſequitur. Sequela probatur.
Quoniam in tali contractu ſolum eſt con-
B ſenſus conditionatus,qui quidem non ſuffi
cit ad contrahendum tale impedimẽtum.
Falſitas conſequentis conſtat. Contractus
matrimonialis conditionatus, maiorem ha
bet uim quam cõtractus abſolutus ſponſa-
liorum,ac ſubinde cauſat maius vinculum;
ſed ex ſponſalibus abſolutis cõtrahitur im
pedimentum publicæ honeſtatis, ergo etiã
ex contractu matrimoniali conditionato.

¶Nihilominus concluſio ſit,quod etiam
poſt Concilium Tridentinum ex ſponſa-
libus de futuro conditionatis,ſi ſuſpendant
conſenſum in futurũ non cõtrahitur impe
C dimentum publicæ honeſtatis ante aduen-
tum conditionis. Et quidem quod ante Cõ
cilium Tridentinum tale impedimentum
non contraheretur eſt ſententia omnium
Theologorum,& Iuriſperitorum, Vide ſu
pra citatos,ſpecialiter Couarru loco citato
num. 4. ubi hoc ex profeſſo docet, & Syluę
ſtrum loco etiam citato, dicto 6 Et conſtat
hoc ex definitione Bonifacii VII. in d.
ca. Ex ſponſalibus, de ſponſalibus,in 6. ubi
hoc expreſsè diſſinit,dicens,quod ſi ſponſa
lia fuerint pura,ideſt, abſoluta & nõ ſub cõ
ditione contrahitur iſtud impedimentum;
D Et ratio huius rei eſſe poteſt. Nam ſi ſunt
conditionata ſponſalia non eſt verus cõſen
ſus pendente conditione, vſq; dũ ponatur
conditio in executione: & ita illa vnio eſt
imperfectiſſima, ac ſubinde optimè ius ip-
ſum determinauit,quod ex ſponſalibus cõ-
ditionatis nõ contrahatur impedimentum
publicæ honeſtatis. Diximus etiam in con-
ditione,quod hoc habet verum poſt Cõci-
lium Tridentinum: nam Conciliũ in illo
cap. citato nihil decreuit contra determina
tionem Bonifacii VIII. quantum ad hoc,
ut conſtat ex ipſo capite & ex contextu il-
lius: ergo etiam poſt Concilium Tridenti-
num

num ſtandum eſt determinationi antiquæ
Bonifacij. Deniq; diximus ſi ſuſpendat cõ
ſenſum in futurum. Quoniam tũc propriè
eſt contractus cõditionatus. De quo magis
in particulari vide Couar. ubi ſupra & ſi-
militer Sylueſtrum du. 7. Ex quo colligit
quòd ſi quis cum aliqua contrahat ſpõſalia
ſub conditione. & ea pendente contrahat
matrimonium per verba de præſenti cum
conſanguinea prioris in primo gradu. v. g.
cum ſorore verum efficit matrimoniũ cũ
ſecunda: nam ut diximus nullum eſt impe-
dimentum ad contrahẽdum cum ſecunda
dixi ea pendente, nam ſtatim atq; adimple
tur conditio contrahitur impedimentũ pu-
blicæ honeſtatis. Tũc enim ſpõſalia manẽt
abſoluta & pura, & abſque cõditione. Qui
bus poſitis reſpondetur ad argumenta hu-
ius dubii.

¶ Ad primum argumentum reſpõdetur,
quòd quamuis ſponſalia conditionata ha-
beant veram rationem ſponſaliorũ, & obli
gent ex iuſtitia, nihilominus tamẽ habent
imperfectam rationem ſpõſaliorum & nõ
habent abſolutum con ſenſum. Et ita voluit
Sũmus Pontifex quod in tali caſu non cõ-
traheretur hoc impedimentum, donec po-
neretur conditio. Item nam nõ eſt certum
inter Doctores an habeãt rationem ſpõſa
liorum, vt iam diximus: & hac etiam ratio
ne noluit Summus Pontifex à quo robur
habet hoc impedimentum, quod per talia
ſponſalia contraheretur.

¶ Ad ſecundum argumentum reſponde
tur, quod quãuis ſponſalia illa conditiona-
ta ſint eiuſdẽ rationis, & ſpeciei; ſunt tamẽ
imperfecta in illa ratione, & ita non ſequi-
tur quòd ſi ſponſalia abſoluta inducunt il-
lud vinculum & impedimentum, quod etiã
ſponſalia conditionata. Etenim lux ſolis &
lux horum inferiorum ſunt eiuſdum ratio
nis & ſpeciei, nihilominus tamen lux ſolis
habet uinculum & cõnexionẽ neceſſariam
cum ipſo Sole, non tamen lux horum infe-
riorum cum ipſis: quoniam non habet tan-
tam perfectionem in illis. Et præcipuè hoc
hẽt verum, quoniam vt iam diximus hoc
impedimentum robur habet ex iure poſiti
uo, quod quidem voluit quòd hoc impedi
mentum eſſet annexum ſpõſalibus abſolu
tis, non tamẽ cõditionatis propter eorũ im
perfectionẽ intra illam rationem: & in ſolu
tio aſſignata in ipſo argumento eſt optima.

A ¶ Ad tertiũ, quod eſt replica contra hãc
ſolutionem reſpondetur, quod Concilium
Tridentinum quam ad hoc nihil nouum
determinauit, nec annullauit illud ius anti-
quum ibi citatum: ſed mãſit in ſuo robore:
ſed ius illud antiquum ſolum abrogatũ eſt
quãtum ad illud quod determinatum erat
a Bonifacio quòd per ſponſalia inualida cõ
traheretur publica honeſtas. Concilium ve
ro Tridentinum determinat, quod ad hoc
quod contrahatur hoc impedimentum, ſpõ
ſalia debent eſſe valida, abſoluta tamen, &
pura vt determinatur in illo iure, nam Cõ
B cilium Tridentinum nihil contra hoc deter
minauit, & ita ius antiquum manſit in ſuo
robore.

¶ Ad quartum argumẽtum huius dubii
eſt difficultas. An per cõtractũ matrimonii
celebratum per uerba de præſenti, ante ad
impletionem conditionis, contrahatur im-
pedimẽtum publicæ honeſtatis. v. g. Si quis
contrahat cum aliqua ad hunc modum, ex
nunc contraho tecum ſi pater meus volue
rit. Dixi in hac difficultate, an contrahatur
impedimentum publicæ honeſtatis, & non
contrahatur affinitas: nam ſupponendum
C eſt tanquam certum ſecundum dicta ſupra
quæſt. 47. articu. 5. quòd in omni ſententia
cõtractus matrimonialis expreſſus per uer
ba de præſenti ſub cõdõne de futuro, indu
cit affinitatem etiam inchoatiue uel impe
dimẽtum publicæ honeſtatis vſq; ad quar
tum gradum, ante adimpletionem condi-
tionis. Et huius ratio eſt manifeſta. Nam ta
lis contractus ante adimpletionem condi-
tionis, non habet perfectam rationem ma-
trimonii: nec inducit vinculum indiſſolubi
le. Quia ſi pendente conditione de facto cũ
alia cõtraheret verum efficeretur matrimo
nium in omni ſententia, quamuis eſſet pec
D catum, & ita per tale matrimonium non
contrahitur impedimentum, quòd oritur
ex matrimonio rato, quod habet perfe-
ctam rationem matrimonii. Cæterum poſt
adimpletionem conditionis, ſecundum il-
los qui dicunt quòd ſine nouo conſenſu
efficitur matrimoniũ iuxta ſupra dicta con
trahitur impedimentum rato quod oritur ex
matrimonio. Secundum verò ſentẽtiam il-
lorum, qui dicunt quòd non efficitur verũ
matrimonium, ſine nouo conſenſu (quam
ſententiam diximus probabiliorem) non
contrahitur tale impedimentum, ſine no-
uo

uo conſenſu etiam adimpleta conditione.

TOta igitur difficultas eſt, an per con-
tractum matrimonialem conditio-
natum ante adimpletionem conditionis, cô
trahatur impedimentum publicæ hone-
ſtatis: vel aliquod aliud impedimentum. Et
hæc eſt difficultas quarti argumenti. Et vi
detur, quod non. Primo arguitur argumen
to quarto facto in tali contractu ſolum eſt
conſenſus conditionatus: iſte autem côſen-
ſus non ſufficit ad inducendum impedimē
tum publicæ honeſtatis nec aliquod aliud
vt conſtat, ergo per talem contractum non
contrahitur tale impedimentum.

¶Secundo arguitur. Ex tali côtractu ma
trimoniali conditionato, nô oritur impedi
mentum, quod côtrahitur ex matrimonio
rato, quod quidem iuxta noſtrã ſententiã
eſt affinitas inchoatiuè, & attingit rationē
illius, nam nô eſt matrimonium abſolutũ
(vt côſtat) nec etiam oritur impedimentũ
publicæ honeſtatis, quod contrahitur per
ſponſalia de futuro. Quia talis contractus
non habet rationem ſponſaliorum: ergo
per talem côtractũ non inducitur aliquod
impedimentum.

¶In oppoſitum eſt argumētum factum
in eodem argumento quarto ad probãdam
falſitatem conſequentis. Contractus matri-
monialis côditionatus maiorem habet vim
quam contractus ſponſaliorum abſolutus:
ergo cauſatur impedimentum publicæ ho-
neſtatis ex illo ſicut ex ſponſalibus. Antece
dens uidetur notum.

¶ Dico primum. In ſententia illorũ qui
dicunt, quod contractus matrimonialis cô
ditionatus habet veram, rationē matrimo-
nii conditionati, & quòd adimpleta condi
tione eſt uerum matrimonium abſolutum
ſine nouo conſenſu: videtur dicendum ꝙ
per talem contractum ante adimpletã cô-
ditionem contrahitur impedimentum pu-
blicæ honeſtatis, ſicut ex ſponſalibus abſo-
lutis de futuro. Et hoc videtur conuincere
argumentum in oppoſitum. Quod quidē
confirmatur. Nam talis contractus matri-
monialis conditionatus, ſecũdum iſtam ſen
tentiam uidetur includere implicita, & in
virtute contractum ipſum ſponſaliorũ ab
ſolutum: ſed ex tali contractu oritur impe
dimentum publicæ honeſtatis: ergo etiam
ex contractu matrimoniali conditionato.
ſit. ſecundum iſtam ſentētiam videtur di-

A cendum ad argumenta, quæ poſſunt fieri in
contrarium, quod quãuis talis contractus
ſit conditionatus in ratione matrimonii, &
ita nô inducat impedimētum matrimonii
rati, eſt tamen in virtute contractus ſponſa
liorum abſolutus, cum ſit perfectio contra
ctus, & ita inducit impedimentum ſponſa-
liorum, nam æquiualet illi.

¶Dico ſecundo. Secũdũ ſententiã Theo
logorum aſſerentium, ꝙ talis côtractus an
te adimpletam conditionem ſolum habet
rationem ſponſaliorum, non abſolutorum:
ſed cum conditione, dicendum eſt quod ꝑ
B talem contractum non inducitur impedi-
mentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis. Nam
ex ſponſalibus conditionatis non contrahi
tur tale impedimētum, vt iam doctum eſt.
Et hoc côuincunt argumenta facta primo
loco. Et hæc eſt lōge probabilior ſentētia.

¶Dico tertio, Secundum eandē ſentētiã
probabiliorem, ille contractus matrimonia-
lis conditionatus adimpleta conditione, ha
bet rationem ſponſaliorum abſolutorum:
& ita poſita conditione ſtatim contrahitur
impedimentum publicæ honeſtatis. Quia
per ſponſalia abſoluta contrahitur impedi
C mentum publicæ honeſtatis. Et per hæc di
cta facillime reſponderi poteſt ad argumen
ta, vtriſq; partis, & ſatisfit etiam ad quar-
tum argumentum dubii præcedentis.

¶Circa iſtum articulum adhuc ſunt ad-
uertenda duo vel tria. Primum eſt quod
hoc impedimentum quod oritur ex ſpôſa
lib. de futuro abſolutis, nô ſolum impedit
matrimonium poſtea factum in primo gra
du vtriuſque lineæ, uerum etiã dirimit, ut
conſtat. Et conſequenter dirimit ſponſalia
ſubſequentia. Diximus ſubſequentia. Quo
niam nô dirimit nec reddit nulla ſponſalia
antecedentia. In quo diſtinguitur impedi-
D mentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, ab im
pedimento affinitatis. Nam impedimentũ
affinitatis dirimit etiam ſponſalia antece-
dentia, quod diffinitur in c. illo 1. de ſpon- ca. 1. de
ſalibus, in 6. Vt ſi quis contraxit ſponſalia ſponſali
cum Maria, & poſteà contrahat ſponſalia bus in
cum ſorore eius, non dirimuntur ſponſalia 6.
antecedentia, quãuis in iure antiquo per ſe
cunda ſpôſalia contraheretur impedimen-
tum publicæ honeſtatis. Poſt Concilium
verò Tridentinum non dirimuntur ſponſa
lia priora, quoniam ſponſalia ſecunda nulla
ſunt, & ita ex illis non contrahitur impe-
dimen-

dimentum publicæ honeſtatis. Vide Sylueſtrum vbi ſupra dicto. 8. circa finem illius.

¶ Secundò aduertendum, ꝙ ad hoc ꝙ contrahatur hoc impedimentum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus, debent eſſe certa ſponſalia, i. debent eſſe circa certam & determinatam perſonam. Quia in perſonam incertam proprie non eſt cõſenſus. Et hoc videtur colligi ex illo cap. 1. de ſponſalibus in 6. Vide ibi gloſſam & Syluestrum loco immediate citato. Et quantum ad hoc illud decretum nõ eſt abrogatum per Concilium Tridentinum, nihil. n. reperitur in illo cap. 3. per quod abrogetur.

B ¶ Tertiò aduertendum eſt cum Syluestro vbi ſupra dicto ſecundo circa finem & tertio & cum Couarru. vbi ſupra num. 4. ꝙ poteſt accidere quod affinitas coniungatur cum publica honeſtate. Imo ſæpiſſimè accidit, vt ſi poſt ſponſalia de futuro ſit carnalis commixtio inter ipſos ſponſos.

Circa hoc notabile eſt unicum dubiũ. An quando admiſcetur affinitas cum publica honeſtate, & petitur diſpenſatio a Summo Pontifice ſuper tale impedimentum ſatis ſit petere diſpenſationem ſuper affinitate, & Summus Pontifex tollat impedimentum affinitatis ſine eo quòd derogetur impedimento publicæ honeſtatis. Et videtur ꝙ ſufficiat explicare affinitatem, & quod derogetur illi.

¶ Primo. Nam cum Summus Pontifex derogat impedimento affinitatis, potiſſimũ intelligitur de licita affinitate, quæ prouenit ex copula licita, ſed in affinitate licita intrinſece includitur publica honeſtas, vt conſtat: ergo eo ipſo, ꝙ Summus Pontifex tollit impedimentum affinitatis, tollit impedimentum publicæ honeſtatis.

¶ Secundò arguitur. Sublata affinitate vltra quartum gradum, vt diximus ſublatam in Concilio Lateranenſi publica honeſtas etiam ablata eſt vltra quartum gradũ, vt dicunt iuriſperiti: ergo ſi Summus Pontifex diſpenſat in impedimento affinitatis, conſequenter diſpenſat in impedimẽto publicæ honeſtatis. Probatur conſequentia. Nam videtur quòd ſit omnino eadem ratio in uno caſu atque in alio.

¶ Tertiò arguitur. Impedimentum publicæ honeſtatis, habet quandam ſimilitudinẽ affinitatis, & habet ſe inſtar illius,

A vt dicit D. Thom. in articulo: ergo eo ipſo ꝙ diſpenſatur in affinitate, ex conſequenti diſpenſatur in impedimento iuſtitię publicæ honeſtatis.

¶ In oppoſitum eſt. Nam datur affinitas ſine publica honeſtate, vt patet in affinitate, quæ prouenit ex copula illicita, & publica honeſtas ſine affinitate, vt patet quando aliqui contraxerunt ſponſalia de futuro, & non fuit inter illos commixtio carnalis: ergo ex eo quòd diſpenſetur in affinitate, non diſpenſatur in impedimento publicæ honeſtatis, vel econtra.

In hac difficultate ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ inter Doctores. Prima aſſerit ꝙ in diſpenſatióne a Romano Põtifice impetrata, ſatis eſt derogare impedimento affinitatis etiam ſi non derogetur impedimento publicæ honeſtatis. Hanc tenent aliqui Doctores, vt refert Sylueſter vbi ſupra dicto tertio, & Couarru. vbi ſupra. tenet illam gloſſa in capite. non debet. de conſanguinitate & affinitate & Prępo. & Stephanus in arbore affinitatis, & alij Iuriſperiti ibidem citati. Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quod in illo caſu non ſa-

C tis eſt quòd fiat mentio de affinitate, ſed eſt neceſſarium quod explicetur impedimentũ publicæ honeſtatis, & quod in vtroque diſpenſetur. Hanc ſententiam tenet gloſſa communiter recepta in arbore affinitatis, & Abbas in capitulo ſponſam. de ſponſalibus. & alij qui citantur a pręditis auctoribus.

¶ In huius rei expoſitionem, & vt concilientur prædictæ ſententiæ, ſit prima concluſio. S. honeſtas ſub affinitate neceſſario comprehenditur, ſatis eſt feciſſe mentionẽ de affinitate, & non eſt facienda ſpecifica

D mentio de utroque, & ſatis eſt ꝙ diſpenſetur ſuper affinitate. V.g. ſi impetro ducere uxorem conſanguinei mei defuncti nõ obſtante affinitate in gradu prohibito. Nam eo ipſo ꝙ feci mentionem quod fuerat vxor conſanguinei mei, conſequenter feci mentionem de publica honeſtate, & ſic eo ipſo quòd tollitur per Pontificem, & diſpenſatur in impedimẽto affinitatis, diſpenſatur in publica honeſtate. Hanc concluſionem probant argumenta facta primo loco, & ita intelligitur gloſſa in c. non debet. & alij ſupra citati.

¶ Secunda cõcluſio. Si ex narratione verborum

borum non comprehenditur publica honeſtas ſub affinitate, quamuis ſit affinis in gradu impediente matrimonium, non valet diſpenſatio ſi non eſt facta mentio tacitè vel expreſsè de publica honeſtate. Vt ſi impetret diſpenſationem aliquis ad contrahendum cum Maria, quæ eſt ita affinis. Ratio huius eſt, nam affinitas ut diximus in argumento, ſed contra, poteſt optime contrahi ſine matrimonio, & ſine ſponſalibus, ergo ſub affinitate non neceſſario includitur impedimentum publicæ honeſtatis. Hæc ſententia explicata per has duas concluſiones eſt Panor. in c. non debet. de conſanguinitate, qui ad iſtum modum côcordat illas duas ſententias. Et eam etiam tenet Syluester loco citato. Et per has concluſiones reſpondetur ad argumenta facta pro utraque parte.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum affinitas ſit cauſa affinitatis.

39. q. 3. cap. &. *AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur etiam quòd affinitas ſit cauſa affinitatis. Quia Iulius Papa dicit conſanguineam relictam vxoris ſuæ, nullus ducat vxorem, & in ſequenti c. dicitur quòd duæ conſanguineorum vxores vni viro altera poſt alteram nubere prohibentur: ſed hoc non eſt niſi ratione affinitatis, quæ cõtrahitur ex coniunctione ad affinem: ergo affinitas eſt cauſa affinitatis.*

¶ 2 Præterea. Carnalis commixtio coniungit ſicut & carnalis propagatio: quia æqualiter computantur gradus affinitatis, & conſanguinitatis: ergo & affinitas.

¶ 3 Præt. Quæcumque vni et eidẽ ſunt eidem ſibi inuicem ſub eadem: ſed vxor viri alicuius efficitur eiuſdem attinentiæ cum omnibus conſanguineis viri: ergo & omnes conſanguinei viri ſui, efficiũtur vnum cum omnibus qui attinent mulieri per affinitatem; & ſic affinitas eſt cauſa affinitatis.

A *SED contra, Si affinitas ex affinitate cauſatur, aliquis qui cognouiſſet duas mulieres neutram earum poſſet ducere in vxorem, quia ſecundum hoc altera efficeretur alteri affinis: ſed hoc eſt falſum: ergo affinitas non cauſat affinitatem.*

¶ Præterea. Si affinitas ex affinitate naſceretur aliquis contrahens cum vxore defuncti fieret affinis omnibus conſanguineis prioris viri ad quos mulier habet affinitatem; ſed hoc non poteſt eſſe: quia maximè fieret affinis B *viro defuncto: ergo; &c.*

¶ Præterea. Conſanguinitas eſt fortius vinculum quàm affinitas: ſed conſanguinei vxoris non efficiuntur affines conſanguineis viri: ergo multo minus affines vxoris efficientur eis affines, & ſic idem quod prius.

RESPONDEO dicendum, quòd duplex eſt modus quo aliquid ex alio procedit. Vnus ſecundum quem aliquid procedit in ſimilitudinem ſpeciei, C *ſicut ex homine generatur homo. Alius ſecundum quem non procedit ſimile in ſpecie, & hic proceſſus ſemper eſt in inferiorem ſpeciem, vt patet in omnibus agentibus æquiuocè. Primus autem modus proceſſionis quotieſcunque iteretur ſemper manet eadem ſpecies, ſicut ex homine generatur homo per actum generatiuæ virtutis, & ex hoc generabitur homo, & ſic deinceps. Secundus autem modus ſicut in primo facit aliam ſpeciem, ita quotieſcunque* D *iteretur aliam ſpeciem facit, vt ex puncto per motum procedit linea non punctus, quia punctus motus facit lineam, & ex linea linealiter mota non procedit linea, ſed ſuperficies, & ex ſuperficie corpus, & vlterius per talem modũ proceſſus aliquis eſſe non poteſt. Inuenimus autem in proceſſu attinentiæ duos modos quibus vinculũ huiuſmodi cauſatur. Vnus per carnis propagationem, & hic ſemper facit eandem ſpeciem attinentiæ. Alius per matrimonialem coniunctionem, & hæc facit aliam ſpeciem*

ciẽ in principio ſicut patet, ꝙ coniuncta **A** matrimonialiter cõſanguineo nõ fit cõſanguinea. ſed affinis. Vnde ſi & ille modus prædẽdi iteratur, nõ erit affinitas, ſed aliud attinẽtiæ genus. Vnde perſona quæ matrimonialiter affini cõiungitur nõ eſt affinis, ſed eſt aliud genus affinitatis, quod dicitur ſecundũ genus. Et rurſus ſi affini in ſecundo genere aliquis per matrimoniũ coniungatur, non erit affinis in ſecundo genere, ſed in tertio, vt hoc verſu ſupra poſito oſtenditur.

Mutat nupta genus, ſed gñata gradꝰ. **B**

Artic. 1. huiꝰ q̃ſtio. corpo.

Et hæc duo genera olim erant prohibita propter publicæ honeſtatis iuſtitiam magis quàm propter affinitatem: quia deficiunt a vera affinitate, ſicut illa quæ ex ſponſalibus contrahitur. Sed modo illa prohibitio ceſſauit, & remanet ſub prohibitione ſolum primum genus affinitatis: in quo eſt vera affinitas.

AD primum ergo dicendum, ꝙ alicui viro conſanguineus vxoris ſuæ efficitur affinis in primo genere, & vxor eius in ſecundo: **C** vnde mortuo viro qui erat affinis non poterit eam ducere in vxorem propter ſecundum affinitatis genus. Similiter autem ſi aliquis viduam in vxorẽ ducat, conſanguineus prioris viri, qui eſt affinis vxori in primo genere efficitur affinis ſecundo viro in ſecũdo genere, & vxor illius conſanguinei, quæ eſt affinis vxori viri huius in ſecundo genere efficitur affinis viro in tertio genere: & quia tertium genus erat prohibitum propter honeſtatem quandam magis quàm propter affinitatem, **D** ideo Canon dicit duas conſanguineorum vxores vni viro alteram poſt alteram nubere publicæ honeſtatis iuſtitia contradicit, ſed talis prohibitio nunc ceſſauit.

32. q. 3. c. porro.

AD ſecundum dicendum, ꝙ quamuis carnalis coniunctio coniungat, non tamen eodem genere coniunctionis.

AD tertium dicendum, quòd uxor viri efficitur eiuſdem attinentiæ cum conſanguineis viri quantum ad gradum eundem, ſed non quantũ ad idem attinẽtiæ genus. Sed quia in oppoſitum ex rationibus, quæ inducuntur uidetur oſtendi, ꝙ nullum vinculum ex affinitate cauſetur, ad alias rationes reſpondendum eſt, nè antiqua Eccleſiæ prohibitio irrationabilis videatur.

AD quartum dicendum, ꝙ mulier non efficitur affinis in primo genere viro cui coniungitur carnaliter, vt ex prædictis patet. Vnde conſequenter alij mulieri a viro eodem cognitæ non efficitur affinis in ſecundo genere: vnde nec ducenti in vxorem vnam earum, efficitur affinis alij in tertio genere affinitatis, & ita duas mulieres cognitas ab eodem viro, nec antiqua iura eidem ſucceſſiuè copulari prohibebant.

AD quintum dicendum, quòd ſicut vir non eſt affinis uxori ſuæ in primo genere, ita nec efficitur affinis ſecundo viro eiuſdem vxoris in ſecundo genere, & ſic ratio non procedit.

AD ſextum dicendum, quòd mediante perſona non coniungitur mihi alia niſi ex hoc quòd ei adiungitur. Vnde mediante muliere, quæ mihi eſt affinis nulla perſona fit mihi attinens, niſi quæ mulieri adiungitur, quod non poteſt eſſe niſi per carnis propagationem ex ipſa, vel propter coniunctionem matrimonialem ad eam, & utroque modo aliqua attinẽtia mediãte prædicta muliere ſecundum antiqua iura mihi proueniebat: quia filius eius etiam ex alio viro efficitur mihi affinis in eodem genere, ſed in alio gradu, ut ex regula prius data patet: & iterum ſecundus vir eius efficitur mihi affinis in ſecundo genere. Sed alij conſanguinei illius mulieris non adiunguntur ei. Sed ipſa, uel adiungitur eis, ſicut patri et matri inquantum procedit ab eis, vel principio eorũdem, ſicut fratribus: vnde frater affinis mei uel pater non efficitur mihi affinis in aliquo genere.

SVMMA ARTICVLI.

COncluſio. Affinitas non eſt cauſa affinitatis. Ratio huius eſt. Nã illa quæ

coniuncta

coniuncta eſt matrimonialiter conſanguineo non eſt conſanguinea, ſed affinis, ut cõſtat: illa enim unio facit aliud genus uinculi, ergo perſona quæ matrimonialiter coniungitur affini non eſt affinis: ac ſubinde affinitas nõ cauſat affinitatem, ſed aliud genus vinculi, quod quidem iam non habet rationem impedimenti.

¶Circa iſtum articulum eſt aduertendũ, quod D. Tho. ſolum conſtituit iſtum articulum ad explicandum antiqua iura quæ
35.q. 3. c.coniunctiones.
habentur 35.quæſt.3.c.coniunctiones. Ex illis enim aperte colligitur quod olim fuit triplex genus affinitatis. Primum genus quando contrahebat frater, meus cum Ioanna, illa reſpectu mei erat in primo genere, & ſi prius illa contraxiſſet cum Petro, illa attinebat mihi in ſecundo genere: & ſi prius Petrus contraxiſſet cum Maria, illa attinebat mihi in tertio genere affinitatis, & cum his omnibus erat olim prohibitum & irritum matrimonium. De quo vide Palud.in 4.diſt.41. quæſt.1.art. 3.qui optimè hoc explicat. Modo tamẽ ſolum ſupereſt primum genus affinitatis: ita quod cõſanguinei coniugis non contrahunt affinitatẽ niſi cum uxore ſui conſanguinei, & non cũ
ca. Non dẽt. de conſanguinitate, & affinitate.
alia perſona, quod quidem diffinitur in c. non debet, de conſanguinitate & affinitate. Vide Syluestrum uerbo, matrimonium.8. quæſt. 15. dicto 3. circa arborem affinitatis, & Couarru.ſuper 4.Decret.par. 2.c. 6. §.7.nu.6. Illi enim authores optimè explicant iſta genera affinitatis. Nobis tamen licet tranſire illa, quoniam ad altiora procedimus, & iſta genera primo excepto non ſunt iam in vſu.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum affinitas matrimoniũ impediat.

1

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quod affinitas matrimonium non impediat. Nihil enim impedit matrimoniũ niſi quod eſt illi contrarium: ſed affinitas non contrariatur matrimonio cum ſit effectus eius: ergo non impedit matrimonium.

A ¶ 2 *Præterea. Vxor per matrimonium efficitur res quædam viri, ſed conſanguinei defuncti viri ſuccedunt in rebus eius: ergo poſſunt ſuccedere in uxore ad quam tantum manet affinitas, ut oſtenſum eſt: ergo affinitas non impedit matrimonium.*

SED contra eſt quod dicitur Leuit. ar.præc.
18. Turpitudinem uxoris patris tui nõ reuelabis: ſed illa eſt tantum affinis: ergo affinitas impedit matrimonium.

RESPONDEO dicendum quod
B *affinitas præcedens matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum eadem ratione qua & conſanguinitas. Sicut enim ineſt neceſſitas quædam cohabitandi conſanguineis adinuicem, ita & affinibus: & ſicut eſt quoddam amicitiæ uinculum inter conſanguineos, ita inter affines: ſed ſi affinitas matrimonio ſuperueniat, non poteſt ipſum dirimere: ut ſupra dictum eſt.*

AD primum ergo dicendum, quod Quæſt. 30. arti. vnico ſeptimũ.
affinitas non contrariatur matrimonio
C *ex quo cauſatur, ſed contrariatur matrimonio quod cum affine contrahendũ eſſet, inquantum impediret multiplicationem amicitiæ, & concupiſcentiæ repreſſionem, quæ per matrimonium quæruntur.*

AD ſecundum dicendum, quòd res poſſeſſa à uiro non efficiuntur aliquid vnum cum ipſo viro ſicut vxor efficitur una caro cum ipſo. Vnde ſicut cõſanguinitas impedit matrimonium, uel coniũctionem ad virum ſecundum carnem,
D *ita & ad uxorem viri.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Si affinitas præcedat impedit matrimonium contrahẽdum & dirimit contractum eadem ratione qua conſanguinitas. Ratio huius concluſionis eſt. Nam ſicut conſanguineis ineſt neceſſitas quædam cohabitandi ad inuicem, ita ẽt & affinibus: & ſicut eſt vinculũ amicitiæ inter cõſanguineos, ita etiam inter affines.

¶ Secunda concluſio. Si affinitas ſuperueniat matrimonio non põt ipſum dirimere.

¶ Circa iſtum articulũ ante omnia ſupponendum eſt primo ex ſupradictis in hac quæſtione, ꝙ ſunt quatuor impedimenta pertinentia ad affinitatem. Primum impedimentum eſt affinitas perfecta, quæ oritur ex matrimonio rato, & conſummato ſimul, & hæc extendit ſe vſq; ad quartũ gradum, ſicut olim. Secundum impedimentũ eſt affinitas ex matrimonio rato non conſummato, quod quidem impedimentũ intenſiuè minus perfectum eſt, quam præcedens. quia deeſt matrimonio accidentalis perfectio: ſed tñ extenſiue, ita perfectũ eſt: nam ſe extendit vſque ad quartum gradũ ẽt poſt Concilium Tridentinum. Tertium impedimentum eſt affinitas ex illicita copula ſubſequuta, & hoc impedimentũ poſt Concilium Tridẽtinum reſtrictum eſt ad primum & ſecundũ gradum, tantũ. Quartum impedimentum, (quod eſt coniunctũ affinitati) eſt publica honeſtas, quæ oritur ex ſponſalibus de futuro legitimè contractis, & per Cõciliũ Tridentinũ hoc impedimentũ reſtrictum eſt ad primum gradum.

¶ Secundò ſupponendum eſt, ꝙ affinitas poteſt habere triplicem ſtatum. Poteſt enim præcedere omnem contractum. Secũdò poteſt ſe habere, ita vt adueniat ſponſalibus de futuro contractis, vt ſi quis cognouit conſanguineũ ſponſæ in primo gradu. Tertiò poteſt ſuperuenire matrimonio contracto, & hoc dupliciter vno modo taliter, quòd matrimonium non ſit conſummatum, alio modo ita, vt ſit conſummatum. Et primo loco dicendum eſt de affinitate in primo ſtatu.

¶ Tertiò ſupponendum eſt circa iſtum ſtatum, ꝙ prima cõcluſio noſtri Doctoris; quantum ad id quod aſſerit, ꝙ ſi affinitas præcedat matrimonium hẽt vim impediẽdi, & dirimendi matrimonium, eſt certiſſima. Ita enim diffinitur in c. non debet, de affinitate, & conſanguinitate, & 35. q. 3. & 5. in multis capitulis, & præcipuè in cap. de propinquis, & c. æqualiter in illa, q. 3. & in c. 1. De conſanguinitate & affinitate dicitur. Aeque enim (vt canones dicunt) abſtinendũ eſt a conſanguineis vxoris, ut a propriis, &c. Vide Magiſtrum Sotum diſt. 41. q. vnica, art. 3. & alios Doctores citatos. Et ratio huius eſt illa, quæ iam ſæpe adducta eſt: nam vir & fœmina per commixtionem carnalem, &c.

c. nō debet, ď cō ſangu. & affi. 35. q. 3. & 5. i multis ca. & in ca. de propinquis. & c. æqualiter. in illa q. 3.

A Circa iſtum primum ſtatum matrimonij, & circa primam iſtam partẽ primæ concluſionis D. Thom. eſt prima difficultas. Vtrum matrimonium inter affines contractum ſit ipſo iure nullam. Itaque dubium eſt, an hoc impedimentum affinitatis, ita dirimat matrimoniũ poſtea factũ, quòd iure ipſo nullum ſit. Et videtur vera pars negatiua huius dubij.

¶ Primò arguitur. Quamuis teſtm̃ minus ſolenne iure ipſo ſit nullum, & dicatur nullum, nihilominus tamen probabile eſt, quòd in conſcientia valet ante iudicis con-
B demnationem, ut dicunt Theologi aliqui, & Iuriſperiti: ergo quamuis iura citata dicant, ꝙ affinitas dirimit matrimonium poſtea factum taliter, ꝙ reddit illud nullum, non eſt intelligendum in foro conſcientiæ, ſed in foro iudiciario, probatur conſequentia ex paritate rationis.

¶ Secundò arguitur. Si tale matrimoniũ iure ipſo eſt nullũm ſequitur, ꝙ liceret alteri coniugum propria authoritate diſcedere a matrimonio, etiãſi tale matrimonium eſſet cõtractum in facie Eccleſiæ, cõſequẽs aũt eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur.
C Sequela videtur nota. Nam vnuſquiſque propria authoritate põt diſcedere a matrimonio, quòd nullũ eſt, imo dẽt diſcedere, falſitas verò conſequentis probatur: quia ex tali diſceſſu propria authoritate ſequerentur multa inconuenientia in Eccleſia.

¶ Tertiò arguitur. Qñ cõtractus eſt nullus ipſo iure, ſi ſubſequatur copula carnalis inter illos, ſine dubio eſt peccatũ mortale; (cum ſit acceſſus ad non ſuam:) ergo ſequitur quod extraneus ſciens illud impedimẽtum, tenetur admonere ipſos coniuges: hoc autem eſſet valde durum: nam aliquando potius ſequeretur ſcandalum, quam vti-
D litas aliqua ex tali admonitione.

¶ Vltimò arguitur. Supponamus, ꝙ matrimonium in facie Eccleſiæ fuit celebratum. Tunc ſic: Tale matrimoniũ non põt, ſine publico iudicio diſſolui, vt conſtat, ſed circa matrimonium ipſum non põt ſeruari debita forma iudicij: nã oporteret quod admitterentur in teſtes conſanguinei, & domeſtici, qui aliàs ſuſpecti ſunt, non enim poſſunt eſſe aliqui alij aliquando teſtes huius rei: ergo.

¶ His non obſtantib. concluſio certiſſima ſit. Si affinitas cõtractũ matrimonium præcedit,

præcedit, matrimoniũ eſt ipſo iure, & in cõſciẽtia nullum, ét ſi impedimẽtũ inculpabiliter ignoretur. In hac cõcluſione cõueniũt oẽs Theologi, & Iuriſperiti nullo excepto. Vide ſupra citatos. Et probatur concluſio, primo ex iure. Nã in locis citatis in ultimo fundamento dicitur, ꝙ affinitas eſt impedimentũ non ſolum impediens, verũ ét dirimẽs matrimonium: ſed qñ tale accidit matrimonium ſubſequutum eſt ipſo iure, & in conſcientia nullum: ergo. Confirmatur ex interpretatione oĩum iuriſperitorum, qui quidem ita interpretantur hmõi iura: ergo ita dicendum eſt. Secundo probatur B concluſio. Quando affinitas præcedit, perſonæ ſunt inhabiles ad contrahendũ, ut colligitur ex illis iurib. ergo matrimonium poſtea factum nullum eſt ipſo iure & in conſcientia, quantuncunque tale impedimentum inuincibiliter ignoretur. Probatur cõſequentia. Quia ſunt inhabiles, & inhabilitas nullo modo tollitur per ignorantiam quantuncunq; illa ſit inculpabilis. Et idem eſt de cõſanguinitate uel de quocunq; alio impedimento dirimente quantuncunque ignoretur: Nam eũdem effectum habet inhabilitas in ſciente, & ignorãte. Verum eſt C ꝙ hæc ignorantia quantum ad alia eſt alicuius utilitatis: nã qui inculpabiliter ignorat impedimentum ſicut excuſatur a culpa, ita ét excuſatur a pœna, ſiue canonis, ſiue diœceſani: de quo infra. Et ita nullo mõ erit excommunicatus. Secundo filii qui naſcuntur durante bonã fide matrimonii, habentur ab Eccleſia pro legitimis: dum tamen fuerint adhibitæ ſolennitates de iure requiſitæ. Secus aũt eueniet quoad utrumque in eis qui mala fide contraxerunt, ut habetur in c. finali, de clandeſtina deſponſatione. quib. reſpondetur ad argumenta facta in principio huius dubii.

c. fin. de clandeſ. deſponſ.

¶Ad primum argumentum, ꝙ ut iam dictum eſt in materia de matrimonio clandeſtino eſt maxima differentia inter teſtamentum minus ſolenne & matrimoniũ in iſto caſu. Qm̃ quando in iure dicitur tale teſtamentum nullum, non redduntur inhabiles perſonæ ad habendum bona per tale teſtamentum conceſſa. Cæterum iura per impedimentum affinitatis reddunt ipſas perſonas inhabiles ad contrahendum, & ita matrimonium ipſo iure & in cõſciẽtia eſt nullum. Itẽ eſt alia dñia ex natura ipſi⁹

A matrimonii quod eſt indiſſolubile. Nam ſi tale male matrimonium ſemel validũ eſt ĩ conſcientia, non põt Eccleſia in foro exteriori reddere illud nullum. Et ita qñ dr̃ ꝙ affinitas dirimit matrimonium, & reddit illud nullum, intelligendum eſt non ſolum in foro exteriori uerum ét in conſcientia, at uero ĩn teſtõ minus ſolenni non hẽt locum hoc. Nã uerba illa iuris, tale teſtm̃ ſit irritum & nullum, pñt dirigi ad forum externum. Nã quamuis in conſcientia ualeat & tribuat dñium, tribuit tñ dñium reuocabile per forum externum, ꝙ non cõtingit in matrimonio. Quia matrimoniũ ſemper tribuit dominium firmum & reuocabile:

¶Ad ſecundum dicendũ eſt. Primo ꝙ ſi matrimoniũ nondum erat contractum in facie Eccleſiæ, & aperte conſtet utriq; de affinitate præcedẽti, propria autoritate poſſunt ab inuicem diſcedere: non. n. fit iniuria Eccleſiaſtico iudicio, nec oritur ſcandalum. Et hoc habet locum quando matrimoniũ celebrabatur in occulto & clandeſtine. Dico ſecundo. Si matrimonium fuit publice contractum, & impedimentum poteſt cõmodè in lucem efferri, publico iudicio ſeparandi ſunt potiſſimum ad cauendum ſcandalum, & ne maneat impedimentum ſequenti matrimonio. Dico tertio. Quãdo affinitas ſine ſcandalo publicari nõ poteſt, coniuges debent abſtinere a copula & interim diſpenſationem quærere, ꝙ ſi obtinere non poſſunt, debet is qui culpam hẽt ingredi religionem, & tunc licite poterit iurare quod illud matrimonium poſtquã ratum eſt non fuit conſummatum, ut alter libere poſſit tranſire ad matrimoniũ.

¶Ad tertium argumentum reſpõdetur. Primo ꝙ cũ admonitio ſicuti correctio or D dinetur ad bonum particulare, interim omittenda eſt ſi iſta concurrunt, ſ. bona fides coniugum, occultum impedimentum, & magnum ſcandalum, ſi de diuortio ageretur, & tunc uir prudens (ſicut ſcriptũ eſt) tacebit. Dico ſecundo. Si coniuges dubitẽt aut ipſe probabiliter credit, quod alia uia maiora inconuenientia ſequantur, tunc reuelandum eſt impedimentum, eo mõ quo magis prodeſſe poſſit & minus obeſſe, adhibendo etiam oportuna remedia. Dico tertio. Coniugati non tenent cuicunq; dicenti impedimentum credere, niſi probabiles rõnes & coniecturæ adducantur, & ſe-

cundum earum æſtimationẽ tenetur, vel dubitare, & inquirere veritatem, aut certo credere, & de remedio cogitare. In quo caſu ſeruandæ ſunt regulæ de dubio poſitæ ſupra quæſt. 45. & de opinione in 1. 2. q. 19.

¶ Ad vltimum argũ reſpondetur, quòd cauſæ matrimoniales pñt in iudicium deferri dummodo ſit Eccleſiaſticum, vt diffinitur in Concil. Trid. ſeſſ. 24. can. vel ca. vlt. Hæc autem cauſa aliquo modo eſt diſſimilis aliis cauſis forenſib. poteſt. n. accuſari factum ſine accuſatione perſonę, & idẽ poteſt eſſe accuſator & teſtis. Et teſtes quidã admittuntur in hac cauſa qui in aliis repelluntur, ſicuti parentes conſanguinei, & domeſtici. Cæterum quoniam hæc materia ad Iuriſperitos pertinet in tactam relinquimus. Vide Magiſtrum Sotum in loco citato articulo vltimo, & Syluestrũ verbo matrimonium. 9. & Iuriſperitos, in titulo, qui matrimonium accuſare poſſunt.

Concil. Trid. ſeſſio. 24. can. vel c. vlt.

¶ Secunda difficultas circa eundem ſtatũ matrimonii, & circa aliã partem primæ cõcluſionis Angelici Doctoris in qua dicit, ꝙ affinitas, & conſanguinitas dirimit matrimonium ea rõne qua conſanguinitas. Difficultas, inquã eſt, vtrum aliquis gradus affinitatis iure ipſo naturę, & impediat, & dirimat matrimoniũ. Et vt clarè procedamus aduertendũ eſt, ꝙ ſicut reſpectu conſanguinitatis diſtinguũtur tres lineæ: ita ẽt faciẽdum eſt reſpectu affinitatis: qa gradus affinitatis proportionatur gradib. conſanguinitatis, vt dicemus articulo ſequenti, & ita eſt linea recta aſcendentium, & linea recta deſcendentium, & linea trãſuerſalis, Igitur nunc difficultas eſt illaque grauiſſima, an in primo gradu lineæ rectæ ſit prohibitũ, & irritum matrimonium inter affines iure naturali. v.g. inter priuignum & nouercã, inter ſocerum & nurum.

¶ Et videtur vera pars affirmatiua. Primo. Ex D. Paulo. 1. Cor. c. 5. vbi dicit Apoſtolus. Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis, nec inter gentes, ita vt vxorem patris aliquis habeat. In quo teſtimonio apertè ſignificat quod acceſſus ad vxorem patris eſt crimen contra inclinationem naturæ, abominabile etiam apud gentes, ac ſubinde matrimoniũ in primo gradu lineæ rectæ eſt prohibitum, & nullum iure naturali. Et Gen. c. 49. Iacob moriturus maledixit Ruben primogenito:

1. Cor. c. 5.

Gene. c. 49.

A quia maculauerat ſtratum eius, dormierat enim cum vxore eius, & tamẽ alij filii eius alia delicta grauiora commiſerant propter quæ non fuerunt maledicti: ergo illud crimen peculiarem difficultatem habet, atq; adeo illud erat contra ius naturale, cũ non dum lata eſſet lex poſitiua. Et Amos ca. 2. inter grauiſſima ſcelera refertur iſtud Pater & filius ad eandẽ puellam introierunt, vt blaſphemaretur nomen meum, at verò ſacra ſcriptura non vtitur iſta exaggeratione, niſi in grauiſſimis delictis, quæ ſunt ſcãdaloſa gentibus: ergo tale delictum eſt pro B hibitum iure naturæ.

Amos c. 2.

¶ Secundò arguitur argumẽto ſatis probabili ex ſerie graduum qui ponunt in Leuit. c. 18. vbi antequam prohibeatur coniugium fratrum, prohibetur matrimonium cum nouerca, ſtatim poſt primum gradũ conſanguinitatis rectæ lineæ. Dicit. n. Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet, vt reuelet turpitudinẽ ei⁹: ego Dominus. Et ſtatim. Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non diſcooperies, mater tua eſt non reuelabis turpitudinem eius. Vbi prohibetur primus gradus C conſanguinitatis lineæ rectæ, & ſtatim primus affinitatis eiuſdem lineæ cũ dicitur: turpitudinẽ vxoris patris tui nõ diſcooperies, turpitudo. n. patris tui eſt. Et poſtea prohibetur matrimoniũ inter fratres cum dicitur, turpitudinẽ ſororis tuæ, &c. Sed inter fratres eſt irritũ matrimonium iure naturali, vt diffinitum eſt in quæſtione præcedenti: ergo multo magis cum nouerca. Patet conſequentia: nam magis prohibetur.

Leu. 18.

¶ Tertiò arguitur ex iure. Nam in c. 1. de conſanguinitate & affinitate dicitur. Aeque. n. (vt canones dicunt) abſtinendum D eſt a conſanguineis vxoris, vt propriis, & 35. q. 3. c. de propinquis, dr̃. Aequaliter vir coniungitur in matrimonio eis, quæ ſibi conſanguineæ ſunt, & vxoris ſuæ conſanguineis, &c. Et idem habetur in c. Aequaliter. eadem cauſa, & quæſtione, ſed primus gradus cõſanguinitatis lineæ rectæ dirimit matrimoniũ iure naturali, ut diffinimus in pcedenti: ergo ſimiliter primus gradus affinitatis lineæ rectæ: quia æqualis eſt coniſictio, vt ibi dicitur. Cõfirmatur argũ. Primus gradus lineæ rectæ conſanguinitatis iure naturali dirimit matrimonium propter maximam coniunctionem, vt cõſtat: ſed

ca. 1. de conſan. & affin. 35. q. 3. c. de propinquis.

c. æqualiter. eadem cauſa.

A ſed æqualiter coniunguntur; per eundem gradum affinitatis,vt dicunt iſta iura: ergo etiam ille gradus affinitatis dirimit matrimonium iure naturali.

¶ Quartò arguitur,& confirmatur argūm præcedens. D.Tho.in hoc articulo expreſsè dicit ꝙ affinitas præcedens matrimoniū impedit contrahendum, & dirimit contractum, eadem ratione qua,& conſanguinitas: ſed conſanguinitas propter rationem quãdam naturalem impedit,& dirimit matrimonium in primo gradu lineæ rectæ iure naturali: ergo eadem ratione affinitas iure naturali impedit, & dirimit matrimonium in illo gradu. B Confirmatur adhuc,& explicatur. Secūdum Doctorem Sanctum quæſtione præcedēti art. 3. conſanguinitas in primo gradu lineæ rectæ impedit matrimonium iure naturali, & dirimit illud; q̃a parentib. debetur reuerentia, & filii debent eſſe ſubiecti parentibus, ad matrimonium verò requiritur quædam ęqualitas inter virum & vxorem, hæc autem ratio etiam habet vim in primo gradu lineæ rectæ affinitatis: ergo impedit matrimonium iure naturali,& dirimit illud. Minor probatur: Nam ut dicitur Inſtitur. de nuptijs.§.affinitatis aſcēdentes, & deſcendentes in linea recta affinitatis hn̄t loco parentum,& liberorū,ac ſubinde deſcendentes debēt reſpectum,& reuerentiam aſcendentibus, & debent eſſe ſubiecti illis tanq̃ ſuperioribus.

Inſtit. d̄ nuptijs. §.affinitatis.

¶ Quintò arguitur. Q̃m hactenus in Eccleſia non eſt viſa diſpenſatio in iſto gradu, ſi tamen talis diſpenſatio eſſet poſſibilis aliquando accidiſſet diſpenſatio in iſto gradu ſicut in aliis: ergo ſignum manifeſtū eſt,ꝙ affinitas in tali gradu impedit, & dirimit matrimonium iure naturali, & non iure poſitiuo.

D ¶ In oppoſitum eſt primò authoritas D.Aug.lib.3.q. ſuper Leuit.q.61.to.4. ubi ponit illã quæſtionē,an illa prohibitio,quę habetur Leuit.18. de nō accipienda vxore patris,i.nouerca,ſit intelligenda mortuo patre vel viuo. Et dicit ꝙ loquitur mortuo patre.Et ſubdit. De his perſonis: ergo videtur loqui,quæ poſſent non habentes viros in matrimonium conuenire,niſi lege prohiberentur,ſicut fertur eſſe cōſuetudo Perſarum: ergo in doctrina D.Auguſt. ducere vxorem patris non eſt prohibitum, nec irritum iure naturali, ſed iure poſitiuo.

¶ Secundò arguitur ex doctrina D.Th. in 2.2.q.154.art.9.ad tertium,vbi Doctor noſter ait. In commixtione perſonarū coniūctarū aliquid eſt, ꝙ eſt ſm̄ ſe indecēs, & repugnãs naturali rationi, ſicut ꝙ cōmixtio fiat inter parentes, & filios quorum eſt per ſe,& immediata cognatio: nã filii naturaliter debent honorē parentib. Vnde Philoſophus dicit in 8. de animalib. quòd quidam equus: q̃a deceptus fuit,vt matri cōmiſceretur ſeipſum præcipitauit quaſi præ honore, eo quod ēt aĩalib aliquib. ineſt naturalis reuerentia ad parentes. Aliæ verò perſonæ,q̃ nō coniungunt ſm̄ ſe ipſas, ſed per ordinem ad parentes non hn̄t, ita ex ſeipſis indecentiam, ſed variatur circa hoc decentia vel indecentia, ſm̄ conſuetudinē, legem humanam, vel diuinam &c. ergo in doctrina Angelici Doctoris affinitas in primo gradu lineæ rectæ non impedit, nec dirimit matrimonium iure naturali.

¶ Tertiò arguitur. Nouerca non eſt verè mater,ſed tenet locum matris, vt per ſe eſt manifeſtum, & ita in illo loco Inſtitut. citato in quarto argumento præcedenti dr̄, quòd aſcendētes per affinitatem hn̄t loco C parentum: ergo ſtando in iure naturali nō eſt idem iudicium faciendū, atque de vera matre. Confirmatur argūm: Nam ſi illa nouerca non eſt vera mater: ergo non debet illi tantus reſpectus, & reuerentia ſtãdo in iure naturali, ſicut veræ matri, ac ſubinde ſtando in iure naturali affinitas in primo gradu lineæ rectæ non impedit, & dirimit matrimonium iure naturali.

¶ Quartò arguitur. Q̃m 3. Reg.c.2. Adonias filius Dauid petiit Abiſac Sunnamitidem in vxorem, & Betſabe miſſa eſt ad illud,ut hoc peteret a Salomone,tn̄ conſtat, D 2.Reg.c vlt quòd illa fuit vxor Dauid: ergo affinitas in primo gradu lineæ rectæ nō impedit matrimonium iure naturali, nec dirimit illud. Non enim eſt vero ſimile, quod Adonias rem hanc peteret a Salomone ſi illud eſſet contra ius naturale.

3. Reg. cap. 3.

2. Reg. c. vltim.

¶ Quintò arguitur: Nam D. Aug. loco ſupra citato dicit, ꝙ apud Perſas erat conſuetudo, quod filii poſt mortē parētum acciperent illorum vxores, at ſi eſſet contra ius naturale nō eſſet talis conſuetudo. Cōfirmatur hoc ex facto Seleuci regis Syriæ quod habetur apud Valeriū Maximū li. 5. cum Antiocho filio qui adamauerat Stra-

tonam vxorem patris, & noluit illud indicare, & Seleucius tradidit illi illã in vxoré, & ille laudatur a Valerio: at verò ſi illud eſſet contra ius naturale potius eſſet vituperandus: ergo non eſt contra ius naturale. A

¶ Vltimo arguitur. Quia ſi oppoſita ſententia eſſet vera, ſequeretur ꝙ affinitas in omnibus gradib. lineæ rectæ impediret, & dirimeret matrimoniũ iure naturali: cõſequens aũt difficillimum eſt, & videtur falſum: ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam oẽs aſcendentes in linea recta affinitatis habentur loco parentum, vt conſtat: ergo ſi in primo gradu impedit, & dirimit matrimonium iure naturali, ĩ omnibus etiam gradibus talis lineæ impediet, & dirimet matrimonium iure naturali. B

¶ Propter hæc grauiſſima arguměta pro vtraque parte poſita ſunt diuerſæ ſententiæ inter Doctores. Duæ ſunt veluti extremæ, & alia eſt veluti media. Prima ſententia veluti extrema eſt, quòd matrimonium in primo gradu lineæ rectæ affinitatis eſt irritum, & nullum iure naturali, itaq; affinitatis in tali gradu impedit, & dirimit matrimoniũ poſtea factũ iure naturali. Hanc ſñiam tenent viri Doctiſſimi. Palud. in 4. diſt. 41. q. vnica. artic. 5. Magiſter ſapientiſſimus Victoria in relectione de matrimonio C par. 2. num. 5. ad finem, vbi dicit, quòd ſtando in iure naturali idem eſt iudicium de nouerca, & de matre. Verum eſt quod vtitur verbo prohibetur vel impeditur iure naturali. Magiſter Sotus, diſt. 41. q. vnica. art. 3. dicit hoc eſſe probabilius, & lib. 2. de iuſt. & iure, q. 3. art. 1. Martinus de Ledeſma tom. 2. q. quarti, q. 57. art. 1. Et hanc ſequuntur, vt magis probabilem multi diſcipuli D. Tho. inter quos citari ſolet Magiſter Cano ſapientiſſimus. Hanc ſententiam tenet Catherinus in apologia contra Caietan. lib. 5. pagin. 493. D. Anton. 3. par. tit. 1. D c. 11. Syluester verbo, matrimonium. 8. q. 25. dicto. 6. & verbo Papa. §. 17. Couarru. in 4. par. 2. c. 6. §. 10. num. 6. & adducit pro hac ſententia D. Thom. ſuper D. Paulum 1. Corinth. 5. & Præpoſi. in capite. coniunctionem. 35. q. 3. & multi alij iuriſperiti qui citantur ab iſtis.

¶ Secunda ſententia in alio extremo eſt quod tale matrimonium non eſt irritum, & nullum iure naturali, & quòd affinitas etiam in illo gradu non impedit, nec dirimit matrimonium iure naturali, ſed iure poſitiuo. Hanc ſententiam tenent grauiſſimi auctores Caietanus. 2. 2. q. 154. artic. 9. circa ſolutionem ad tertiũ, vbi ſolos patres & filios putat eſſe inhabiles iure naturali ad matrimonium. Hanc ſententiam tenet Abulenſis ſuper primum Regum cap. 8. quæſt. 152. & 154. Hãc tenet Veracruz in ſuo ſpeculo coniug. 1. par. art. 48. & art. 49. in 4. concluſione, vbi dicit, ꝙ in omni gradu affinitatis etiam lineæ rectæ poteſt ſummus Pontifex diſpenſare. Virueſ. i tractatu de coniugio Regis Angliæ, & Magiſter Sotus vbi ſupra dicit, quòd hęc opinio non caret probabilitate. Et hanc ſentẽtiam ſequuntur modo, vt probabiliorem, interpretes D. Tho. inter quos auctores huius ſententiæ referunt Magiſtrum Cano.

¶ Tertia ſententia eſt veluti media inter iſtas extremas quæ aſſerit, ꝙ affinitas in illo primo gradu lineæ rectæ iure naturali impedit matrimonium, non tamẽ dirimit illud iure naturali. Hanc ſententiam videtur ſequi Magiſter Victoria, vbi ſupra, & multi expoſitores Angelici Doctoris. Imo aliqui qui citantur pro prima ſententia ſi attente legantur uidentur iſtam tenere. Nam utuntur verbo impediendi, non dirimendi, vt conſtat ex ipſis auctoribus.

¶ In huius rei explicationem aduertendum eſt, ꝙ, vt conſtat ex ſupradictis, affinitas duplex eſſe poteſt. Alia quidem quæ prouenit ex fornicatione ſiue copula illicita, alia verò quæ prouenit ex matrimonio. Illa uerò quæ prouenit ex matrimonio adhuc põt eſſe duplex, ſicut ipſum matrimoniũ: nam alia eſt perfecta, & conſummata, quæ oritur ex matrimonio perfecto, & cõſummato, alia verò eſt imperfecta, vt diximus, & quæ initiatiuè eſt affinitas, quæ quidem oritur ex matrimonio rato, non tamen conſummato & perfecto, & de omnibus iſtis dicendum eſt in præſenti.

¶ Prima concluſio. Loquendo de affinitate perfecta, quę oritur ex matrimonio rato, & conſummato, prima ſententia eſt ſatis probabilis: ſecũda verò probabilior: tertia verò ſi certo modo intelligatur, eſt omnium probabiliſſima. Hæc concluſio tres habet partes. Prima pars probatur argumẽtis factis primo loco, quæ ſunt ſatis probabilia, & authoritate grauiſſimorum Doctorum, qui illam tenent omnia enim iſta red

dunt

dunt illam ſententiam ſatis probabilem. Et aduertendum eſt, quòd ſecundum iſtam ſententiam conſequenter dicendum eſt, (quod quidem dicunt authores ſupra citati pro illa) quòd ſummus Pontifex non poteſt diſpenſare in primo gradu affinitatis perfectæ rectæ lineæ. Ratio eſt aperta. Nã ſummus Pontifex non poteſt diſpenſare in his, quæ sũt de iure naturali: ſed matrimonium in tali gradu eſt prohibitum, & nullum iure naturali: ergo ſummus Pontifex non poteſt in illo diſpenſare. Secunda pars probatur argumentis factis ſecundo loco, A quæ ſunt probabiliora, & authoritate Doctorũ qui illã tenent, & præcipuè authoritate D. Aug. qui tenet illam in illo loco citato in primo argumẽto in oppoſitum. Ex B hac parte concluſionis manifeſtè ſequitur, ꝙ ſummus Pontifex poteſt diſpenſare in tali gradu affinitatis perfectæ. Ratio huius eſt. Nam affinitas in tali gradu nõ eſt impedimentum impediens, & dirimens matrimoniũ iure naturali, ſed mere iure poſitiuo: ſed ſummus Pontifex põt diſpenſare in his, q̃ ſunt de iure poſitiuo, præcipuè ĩ impedimẽtis dirimentibus matrimoniũ: ergo ſummus Pontifex poteſt diſpenſare in tali C gradu affinitatis perfectæ, quæ ortum hẽt ex matrimonio conſummato. Tertia pars huius concluſionis ante oĩa explicanda eſt: dicitur.n.in illa, ſi certo modo intelligatur. Ad cuius expoſitionem aduertendũ, quod illa ſententia dicit quod affinitas perfecta in primo gradu lineæ rectæ impedit matrimonium iure naturali, non tamen dirimit: impedit inquam iure naturali: quoniam inter illas perſonas eſt naturalis reuerẽtia, & ita matrimoniũ inter tales perſonas eſt ꝓhibitum, non tñ taliter quòd peccatũ commiſſum in contractu huius matrimonij ẽt D ſine rationabili cauſa ſit mortale, cum cauſa tñ rationabili nullũ eſſet peccatum. Hæc pars ſic explicata quantum ad id qđ aſſerit, ꝙ iure naturali impeditur matrimoniũ ĩ hoc gradu, probatur argumẽtis factis primo loco: quantum ad id verò quod aſſerit, quod iure naturali nõ dirimitur matrimoniũ probatᷣ argumentis factis, ſecũdo loco. Ex hac parte ſequitur manifeſtè, quod eſt maximè cõſentaneũ iure naturali, qđ ius poſitiuũ irritet, & annullet tale matrimoniũ, & ꝙ habet maximum fundamẽtum in ipſa natura rei. Ratio eſt: Nam ſtando in iure naturali eſt prohibitũ aliquo modo propter naturalẽ irreuerentiam: ergo maximè conſentaneum eſt iuri naturali quod tale matrimoniũ irritet per ius poſitiuũ. Et ex hac ẽt parte colligitur ꝙ ſummus Põtifex poteſt diſpenſare in tali gradu affinitatis.

¶ Secunda concluſio. Loquendo de affinitate imperfecta, q̃ oritur ex matrimonio rato non conſummatò prima ſententia eſt probabilis: ſecunda vero longe probabilior: tertia verò probabiliſſima. Hæc concluſio quantũ ad oẽs ſuas partes probanda eſt, & explicanda ſicut præcedens. Aduertendum tñ eſt, ꝙ ſicut affinitas iſta non eſt ita perfecta, ſicut illa, quæ oritur ex matrimonio conſummato: ita ẽt prima ſentẽtia loquendo de iſta affinitate non hẽt tãtam probabilitatem ſicut loquendo de affinitate cõſummata, quæ oritur ex matrimonio conſummato. Vnde aliæ duæ ſententiæ loquendo de affinitate imperfecta, longè maiorem probabilitatẽ habent quam loquendo de affinitate perfecta.

¶ Tertia cõcluſio. Loquendo de affinitate, q̃ oritur ex fornicatione, & ex copula illicita ſecunda ſententia videtur certiſſima. Ratio huius cõcluſionis eſt. Qm̃ talis affinitas ſolũ annullat matrimonium iure Eccleſiaſtico. Item: Nam aſcendentes in linea recta talis affinitatis, non tenent locum parentum, nec debetur eis iure naturæ reuerentia, ꝙ etiam conſtat ex uſu omnium nationum: ergo affinitas iſta ẽt in illo primo gradu lineæ rectæ nõ impedit, nec dirimit matrimonium iure naturali. Vnde ad argumenta facta pro vtraque parte reſpondendum eſt, præcipuè ad argumenta facta primo loco, quæ procedunt contra ſecundam & tertiam partem primæ, & ſecundæ concluſionis. Ad argumẽta facta ſecundo loco dicendum eſt quatenus probant, quòd iſta affinitas non impedit matrimonium iure naturali: igitur ad argumenta facta primo loco reſpondetur.

¶ Ad primum argumentum reſpondet: Ad primũ teſtimoniũ ex D. Paulo dicẽdũ eſt cum Caieta. quòd ille viuentẽ patre accedebat ad uxorem illius, vt conſtat ex eodem Apoſtolo 2. Corin. c. 7. ubi loquens de eodem homine inquit: Igitur, etſi ſcripſi vobis non propter eum qui fecit iniuriam nec propter eum qui paſſus eſt, ſed ad manifeſtandã ſolicitudinem noſtram. Ex qui- 2. Cor. 7

 bus

bus verbis conſtat quod dñi illud ſcripſit vi-
uebat eius pater. Vnde ex illo loco nõ col-
ligitur, ꝙ filius contraxerit cum vxore pa-
tris, ſed quod accedebat ad illam, ille verò
actus abominabilis erat, vt conſtat: nam eſt
iniurioſus marito, & nõ cuicunq; marito,
ſed illi qui eſt pater. Et idem dicendum eſt
ad aliud teſtimonium Geneſ. de Ruben. Et
ad aliud teſtimonium Amos, ꝙ quidem ip-
ſum teſtimonium aperte dicit: Vel forte in
illo ſignificatur, quod tunc temporis erat
tãta corruptio in venereis, quod pater qui
filium inſtituere debebat in virtute, & ſi-
mul filius ad eandem puellam introibant,
& accedebant, quod quidem erat ſignum
apertum maximæ corruptionis.

¶ Ad ſecundum argumentum reſponde-
tur, ꝙ vt ſupra diximus, affinitas habet
quandam ſimilitudinem cum conſanguini-
tate, & eſt illi cõiuncta, primus autem gra-
dus affinitatis habet maximam ſimilitudi-
nem cũ primo gradu cõſanguinitatis, qm̃,
vt diximus, aſcendentes in recta linea affi-
nitatis, tenent locum parẽtum, & debetur
illis reuerentia, & propter reuerentiam de-
bitam primus gradus affinitatis lineę rectę
ponitur ibi ante primũ gradum lineæ trãſ-
uerſalis cõſanguinitatis: non tñ quia ſit ma-
ior coniunctio, vel quia magis ſit prohibi-
tum, & irritum matrimonium, ſed ſtatim,
atq; prohibitũ eſt matrimoniũ cum paren-
tib. prohibetur ẽt matrimonium cum ijs,
qui tenent locum parentum, & poſtea pro-
hibet matrimonium inter fratres.

¶ Ad tertium argm̃ reſpondetur, ꝙ qñ
iura dñt quod eſt æque abſtinendum a cõ-
ſanguineis uxoris ſicut a proprijs, æquali-
tas conſiſtit in hoc, ꝙ ſicut impedimẽtum
cõſanguinitatis in aliquib. gradib. impedit,
& dirimit matrimoniũ, ita ẽt affinitas, non
tñ conſiſtit æqualitas quãtum ad modum
impediendi & dirimendi: Nam conſangui-
nitas in aliquibus gradibus impedit, & di-
rimit matrimonium iure naturali, non ue-
rò affinitas, & ita intelliguntur illa iura.
Itaque conſanguinitas, & affinitas quantũ
ad effectum impediendi matrimonium ha-
bent æqualitatem, non tamen quantum ad
modum. Et ꝙ iſta ſit mens, & intelligentia
illorum textuum conſtat: nam aliàs in om-
nibus gradibus, in quibus conſanguinitas
impedit matrimonium iure naturali impe-
diret etiam affinitas, quod eſt falſum, vt ſta-

A tim diceremus, & tam graue peccatũ eſſet ac-
cedere ad affinẽ, ſicut ad conſanguineam,
qd' eſt falſum. Nã ęque abſtinendũ eſt, vt
dicit textus. Et idem rñdetur ad confirma-
tionem. Secundò rñdetur, ꝙ ſuppoſita le-
ge poſitiua æque ẽt impedit, & dirimit ma-
trimoniũ affinitas, ſicut cõſanguinitas, qm̃
illa ſuppoſita ipſum ius naturæ dictat non
eſſe contrahendũ cum affini, & ꝙ matrimo-
nium eſt nullũ, & ita ẽt quantũ ad modũ
hñt æqualitatem aliquo mõ, non ſimplici-
ter: nã ſuppoſita aliqua determinatione iu-
ris poſitiui ipſum ius naturale aliquid di-
ctat, qd' abſolutè nõ dictabat. Suppoſita. n.
B lege poſitiua, quæ prohibet, ꝙ filij clerico-
rũ nõ habeãt bona parentũ, & reddit illos
inhabiles, de iure naturali eſt, quòd ipſa re-
ceptio ſit nulla, cũ ſit inhabilitas ĩ recipiẽte.

¶ Ad quartum argm̃ rñdetur, quòd D.
Thomas intelligendus eſt ad hunc modũ,
quod affinitas impedit, & dirimit matrimo-
nium eadem ratione qua conſanguinitas,
videlicet, propter reuerentiam, & familia-
ritatem: non tñ taliter, quòd illa ratio ha-
beat æqualem vim in conſanguinitate, &
affinitate: nam certum eſt, quòd illa ratio
maiorem habet vim in conſanguinitate, in
qua eſt maior coniunctio quam in affinita-
C te, quod amplius explicabitur in ſolutione
ad cõfirmationem. Ad confirmationem re-
ſpondetur, quòd illa ratio non habet ean-
dem vim in affinitate, ſicut in cõſanguinita-
te: Et huius rei rõ eſt: Nam in conſangui-
nitate aſcendentes in linea recta ſunt verè
patres, & ita debẽt illis maxima reuerẽtia,
cæterũ in linea recta affinitatis aſcendẽtes
non ſunt verè patres, ſed tenent locum pa-
rentũ, & ita nõ debetur illis tanta reueren-
tia, & ita intelligitur locus ille Inſtitut.

¶ Ad quintum argm̃ rñdetur, ꝙ illud
non conuincit quamuis ſit ſatis probabile,
D & ſummus Põtifex non diſpenſauit hacte-
nus, qm̃ multi exiſtimant probabiliſſimè,
quod ſummus Pontifex non poteſt diſpen-
ſare in tali gradu affinitatis, & propter re-
uerentiam debitam parentibus.

¶ Ad argumẽta in oppoſitum quatenus
procedunt contra tertiam concluſionem in
qua dicitur, quod matrimonium in illo gra-
du affinitatis eſt prohibitum iure naturali
reſpondetur. Ad primum argm̃, ꝙ fortaſſis
D. Auguſt. fuit illius ſententiæ. Et D. Aug.
non omnino aſſertiue illam ſententiam do-

cet: ſed dicit quod videtur loqui de illis A
perſonis, quæ non habentes viros poſſent
cōtrahere. Item poſſemus dicere quod D.
Auguſtinus loquitur de illa prohibitione
quantum ad hoc quod eſt dirimere matri-
monium, non verò quantum ad vim impe
diendi illud.

¶ Ad ſecundum argumentum reſponde
tur, hoc ipſum quòd D.Th. loquitur quan
tum ad hoc, quod eſt dirimere matrimo-
nium. Secundò reſpondetur quod Doctor
Sanctus in illo loco in prima parte illius,
vbi dicit quod eſt indecēs, & repugnans ra
tioni naturali, ꝙ commixtio fiat inter pa- B
rentes, & filios nomine filiorum, & paren-
tum intelligit aſcendentes, & deſcendentes
in linea recta etiam affinitatis: nam illi om
nes tenent locum parentum.

¶ Ad tertium argūm reſpondetur, quòd
quamuis nouerca nō ſit verè mater, tenet
tñ locum matris, & ita iure naturali debe-
tur ei reſpectus, & reuerētia, & hac ratione
iure naturali matrimonium in illo gradu
affinitatis eſt aliquo modo prohibitū. Ad
confirmationem reſpondetur, ꝙ cum no-
uerca non ſit vera mater, non debetur ei
tātus reſpectus, & reuerētia ſicut veræ ma- C
tri, tñ debetur ei aliquis reſpectus, & reue-
rentia, vt iam diximus, & ideo eſt prohibi-
tum illud matrimonium iure naturali.

¶ Ad quartum argūm, quidam reſpondēt
quod Dauid non conſummauit matrimo-
nium cum Abiſai Sunnamitide, & ita non
reputatum eſt inconueniens a iuuene illo
amante petere illam in vxorem. Alij verò
dicunt quòd Dauid non habuit illā in vxo
rem, nec contraxit matrimonium cū illa.
Et denique dici poteſt quod ex reſponſio-
ne Salomonis conſtat quod fuerit illicita
petitio. Vide reſponſionem illius in loco ci D
tato in argumento; iratus enim fuit Salo-
mon propter talem petitionem.

¶ Ad quintum argūm rñdetur, ꝙ quam-
uis Auguſtinus, dicat quod erat talis con-
ſuetudo apud Perſas, non tñ laudat illam
conſuetudinem. Et D.Ioānes Chryſoſt. in
26. hom. Pentecoſtes reprehēdit Perſas de
hoc tanquam de inceſtu. Ad confirmatio-
nem reſpondetur, quòd Valerius non lau-
dat factum illud, ſed commendat benigni-
tatem patris in ordine ad filium. Item di-
cendum eſt quòd Romani Gentiles dece-
pti falſo colore virtutis ſępe vitia cōmenda

A bant, vnde caſtitas Lucretiæ commēdatur,
quæ tñ fuit adultera, & ſic eſt in illo caſu:
nam præter malum hoc fuit aliud, quod
diſſolutum eſt matrimonium ſine cauſa.

¶ Ad vltimum argūm, eſt dubium affine
præcedenti. An affinitas in linea recta im-
pediat, & dirimat matrimonium iure natu
rali in omnibus gradibus. Ratio dubitandi
a parte affirmatiua eſt illa, quæ ponitur in
illo argumento: Nam omnes aſcendentes
in linea recta tenent locum parentum, &
debetur eis reuerentia ſicut parentibus; er
go in omnibus illis gradibus impeditur, &
B dirimitur matrimoniū iure naturali. Cōfir
matur: Nam vt diximus in quæſt. præcedē
ti, cōſanguinitas impedit, & dirimit matri-
moniū iure naturali i omnib. gradib. lineæ
rectæ, quia hominibus debetur reuerentia,
qm̄ ſunt ſuperiores, ſed in linea recta affi-
nitatis omnes ſunt ſuperiores: ergo illis de
betur reuerentia, ac ſubinde eſt irritum, &
impeditum matrimonium iure naturali in
omnibus illis gradibus. Et hæc probari po
teſt argumentis factis primo loco huius du
bii principalis.

¶ In hac difficultate Syluester loco ſu-
C pra citato expreſsè tenet quod affinitas in
linea recta impedit, & dirimit matrimo-
niū, iure naturali in omnib. gradib. illius li-
neę in infinitum. Att enim, Impedit autē
affinitas matrimonium, & dirimit, ſi illud
præueniat quo ad aſcendentes, & deſcen-
dentes eo modo quo, & conſanguinitas, i.
in perpetuum ſecundum opinionem verio
rem. Et mouetur argumentis iam factis.
Et propter illud quod dicunt iura, quod
ita debemus abſtinere a conſanguineis vxo
ris, ſicut a propriis.

¶ Nihilominus tñ concluſio ſit. Mihi vi
D detur certum, quòd in omnib. aliis gradib.
affinitatis lineæ rectæ primo excepto, non
impeditur, nec dirimitur matrimonium iu
re naturali. Hanc ſententiam videntur te-
nere oēs auctores ſupra citati, & in ſpecia-
li Couarruuias vbi ſupra. Et ita in omnib.
aliis gradib. ſummus Pōtifex poteſt diſpen
ſare. Hæc concluſio probari poteſt. Primò
omnibus argumentis factis in oppoſitum
in hoc dubio, quæ quidem conuincunt,
quòd eſt probabilior ſententia quod in pri
mo gradu affinitatis lineæ rectæ non im-
peditur, nec dirimitur matrimonium iure
naturali. Vnde loquendo de aliis gradi-
bus

bus remotioribus conuincunt quod eſt cer ta ſentētia, quod nō impeditur nec dirimi tur matrimoniū iure naturali, ſed ſolū iure poſitiuo. Secundo probatur cōcluſio. In omnib.alijs gradib. illius lineæ parū,aut nihil reuerentiæ debetur aſcendentibus, & hoc conſtat etiam ex vſu omnium hominum: ergo propter talem reuerētiam debitam ex natura rei non impeditur matrimonium,nec dirimitur iure naturali. Confirmatur. Nulla eſt efficax ratio ad probandū quod tale matrimoniū impediatur,& dirimatur iure naturali, & ad probandū, ꝙ ſummus Pontifex non poſſit diſpenſare in talibus gradibus: ergo illud nō eſt verum. Tertiò probatur concluſio conſtituēdo differentiam inter affinitatem,& conſanguinitatē, & inter aſcendentes in linea recta conſanguinitatis, & aſcendentes in linea recta affinitatis. Nam aſcendentes in recta linea conſanguinitatis,ſunt ſuperiores,& ex hoc quod ſunt magis aſcēdentes non amittunt rationem ſuperiorum, ſed potius ſecūdum aliquos ſunt magis ſuperiores,qm̄ inferiores deſcendunt ſemper ab illis, & ita debetur eis eadem reuerentia, vel maior quam parentibus. Aſcendentes verò in linea recta affinitatis non ſunt verè ſuperiores, nec habent rationem principij, ſed habent rationem, & locum ſuperiorum propter cōiunctionem ad aliquem ſuperiorē. v.g. nouerca habet rationem ſuperioris propter coniunctionem ad patrem,& ita affinitas dicit ordinem ad conſanguinitatem, vt ſupra in principio huius quæſtionis diximus. Vnde magis aſcendentes in linea iſta affinitatis non habet ita rationem ſuperiorum, ſed paulatim amittunt illam; quia magis diſcedunt ab illa coniunctione,ratione cuius ſūt affines,ac ſubinde non debetur eis tanta reuerentia: ergo pp hāc reuerentiā nō impedit,nec dirimitur mr̄imoniū iure naturali.

¶ Ad rationem dubitandi rn̄detur, ex dictis in hac ultima ratione, ꝙ non omnibus aſcendentibus in recta linea affinitatis, debetur tanta reuerentia, ſicut parentibus, ſed dum magis diſcedunt a primo gradu minor reuerentia debetur. Et per hoc eriā reſpondetur ad cōfirmationem, & ad quartam dubij principalis.

¶ Circam eundem ſtatum affinitatis, & eandem concluſionem D.Th.eſt tertia difficultas. Vtrum affinitas in primo gradu lineæ tranſuerſalis,vel collateralis impediat, & dirimat matrimonium iure naturali, an verò ſolo iure poſitiuo humano. v.g.dubiū eſt an vnus vir poſſit contrahere cum ſorore ſuæ uxoris poſt mortem illius, vel vna mulier cum fratre ſui viri,quod quidē dubium grauiſſimum eſt, & noſtris temporibus celebre propter coniugium Enrici VIII. Regis Angliæ.Et videtur,quòd affinitas in illo gradu impediat, & dirimat matrimonium iure naturali.

¶ Primò arguit̄ ex ſacris literis,nā Ioannes Baptiſta arguebat Herodē eo qđ fratris vxorem accepiſſet,vt legitur Matt. 14. & Mar. 6. & tn̄ Herodes nō erat ſubiectus legi vereri,vt conſtat. Item non accipiebat vxorē viuente fratre Philippo, quod quidem vr̄ docere D.Aug.lib.vnico, de fide & operib.c.19. Vbi dicit ambiguum eſſe vtrū Herodes mortui,an viui fratris vxorem duxerit, & ideo non ita clatet quid Ioannes ei non licere dicebat. Et idem tenet Chryſoſt.ſuper Matth.hom.41. ergo matrimonium contractū inter affines in primo gradu lineæ collateralis impeditur, & dirimitur iure naturali: aliàs enim Herodes non ita grauiter reprehenderetur a Ioānes Baptiſta. Confirmatur argumentum. Nam Concil. Neocæſar. c. 2. dixit ꝙ mulier quæ duobus nupſerit fratrib.a communione ſeparetur in perpetuum: ſed tunc nullū erat ius Canonicum: ergo hoc erat prohibitū, & irritum iure naturali.

Matt. c. 14. Mar. cap. 6.

¶ Secundò arguitur ex iuribus citatis in tertio argumento poſito in præcedenti dubio. Atque abſtinendum eſt ſecundum ſacros canones a conſanguineis vxoris, ſicut a propriis: hinc enim deſumitur tale argumentum. Nam vt dictum eſt,in quæſtione præcedenti artic.3. conſanguinitas in primo gradu lineæ tranſuerſalis iure naturali impedit,& dirimit matrimonium: ergo & affinitas in eodem gradu. Probatur conſequentia. Quoniam aliàs non æque abſtinendum eſſet ab affinibus ſicuti a propinquis. Confirmatur argumentum. Quia vt dicit D. Thom. in quæſtione præcedenti, art.3. quod non ſolum eſt prohibitum matrimonium inter parentes,& filios,& irritum, ſed etiam inter alias coniunctas perſonas,vt inter fratres,qui debent in eadem domo conuerſari:quia aliàs periret ſecundarius finis matrimonij qui eſt repreſſio concu-

concupiſcentiæ: nam magnus aditus concupiſcentiæ præberetur: ſed hæc eadem ratio militat in affinitate in primo gradu lineę tranſuerſalis. Quia vt dicit Doctor noſter in hoc art. ſicut inest neceſſitas, quædam cohabitandi ſimul conſanguineis adinuicem, ita & affinibus: & ſicut eſt quoddam amicitiæ vinculum inter conſanguineos; ita inter affines. Et præcipuè hoc habet verum in illo primo gradu lineæ tranſuerſalis: ergo matrimonium in illo gradu impeditur, & dirimitur iure naturali.

¶ Tertiò arguitur. Vt dictum eſt præcedenti quæſt, art. 3. conſanguinitas in primo gradu vtriuſque lineæ, impedit, & dirimit matrimonium iure naturali propter maximā coniunctionem, quæ eſt inter ipſos cōſanguineos. Tunc eſt argm̃. Si matrimoniū cum vxore patris iure naturali eſt illicitū, & nullum, maximè quia vir, & fœmina efficiuntur vna caro, & ratione illius vnius filius coniungitur maximè cū vxore patris, veluti cum ipſo patre: & ita ſicut matrimonium filij cum parente eſt irritum, & illicitum iure naturali, ita etiam & illud, ſm ſatis probabilem ſententiā, vt iam diximus. Sed hæc ratio etiā habet vim in gradu primo affinitatis lineæ collateralis: ergo talis affinitas impedit, & dirimit matrimoniū iure naturali. Minor probatur. Nam etiam vxor facta eſt vna caro cum fratre, & ſunt veluti vnum: ergo ſicut conſanguinitas in primo gradu lineæ tranſuerſalis impedit, & dirimit matrimonium iure naturali, ita etiam affinitas in eodem gradu.

¶ Vltimò arguitur omnibus argumentis factis primo loco in dubio pręcedenti, quę etiam habent vim ad probandum iſtā partem: ergo.

¶ Propter hæc argumenta nō deſunt aliqui Doctores qui dixerūt, quod matrimoniū cōtractum in primo gradu affinitatis lineæ tranſuerſalis eſt irritū, & nullum iure naturali, & ꝙ ſummus Pontifex non pōt diſpenſare in tali gradu. Hanc ſententiā tenet Palud. in 4 diſt. 41. art. 4. vbi dicit illum gradum eſſe indiſpenſabilem. Et non diſcedit omnino ab hac ſententia Syluester verbo, Papa, quæſ. 17. & in fauorem illius citat Archidiaconum, qui dicit ꝙ Papa in iſto caſu non poteſt diſpenſare modo, ſicut nec in pluralitate vxorum, & refert ꝙ multi Theologi & Iuriſperiti in quadam conſultatione fuerunt huius ſententiæ. Hanc & ſententiam tenet Cardinalis S. Sixti in c. coniunctiones. 35. q. 3. Et Pariſ. conſ. 149. vol. 4. & conſil. 68. nu 260. eodem uolum. & alij qui referuntur a Couarruu. vbi ſupra. Et aduertēdum quòd Archidiaconus idem dicit de affinitate contracta ex fornicatione, vt refert Syluest. ibidem.

¶ His non obſtantibus concluſio ſit: Certiſſimum eſt, ꝙ affinitas in primo gradu lineæ tranſuerſalis non impedit, nec dirimit matrimonium iure naturali: etiamſi talis affinitas proueniat ex matrimonio rato, & conſummato. Et ita ſummus Pontifex pōt diſpenſare in tali affinitate. Hanc ſententiā docent oēs Theologi, & Iuriſperiti. Hinc docent expreſſè D. Tho. in 2. 2. q. 154. art. 9. ad tertium. Et Caietan. ibidem. Et in tractatu de coniugio Regis Angliæ. Magiſter Sotus in 4. diſtin. 41. quæſt. vnica, art. 3. & omnes Thomiſtæ interpretantes D. Tho. in iſto artic. Nauar. in Man. cap. 22. nu. 84. Couarru. ſuper 4. Decret. par. 2. c. 6. §. 10. num. 7. Speculum coniug. 1. par. art. 49. circa finem. Magiſter ſapientiſſimus Victoria in Relectione de matrimonio hanc ſententiam tenet, & illam diligentiſſimè pertractat. Et hanc concluſionem multis rationibus defendunt Roffenſis, Loazes, & alii in ſuis tractatibus de matrimonio regum Angliæ. Et iſti omnes auctores adducūt alios quam plures auctores. Et hæc eſt vnanimis conſenſio omnium Doctorum, & probatur ab illis multis rationibus. Nunc breuiter hæc concluſio probatur ex ſacris literis, in quibus habentur exempla de hac re. Gen. cap. 29. Iacob accepit duas ſorores, ſcilicet, Rachelem & Liam, & quamuis in pluralitate vxorum fuerit diſpenſatum, tamē nulla fuit facta diſpēſatio ſuper illo primo gradu affinitatis lineæ rectæ: nullibi enim legitur talis diſpenſatio. Item Gen. cap. 38. Iudas eidem Thamar dedit duos filios ſuccesſiue abſque diſpenſatione. Item licitum erat fratris defuncti accipere vxorē ſi abſque liberis diſceſſiſſet: de quo ſit mentio. Deu. 25 Matt. 22. At vero ſi tale matrimonium eſſet irritum, & nullum iure naturali, idem eſſet, ꝙ diſcederet ſine liberis vel cum liberis: ergo tale matrimonium non impedit, nec irritatur iure naturali. Secundò probatur. In eccleſia ſępe diſpenſatum eſt in tali gradu affinitatis: ergo talis gradus affinitatis

Gen. 29 Gen. 38 Deu. 25 Mat. 22.

tis non eſt irritus, nec prohibitus iure natu A rali, ſed poſitiuo. Conſequentia eſt euidēs. Nā ſi eſſet irritum, & prohibitū iure naturali, Papa nō diſpenſaſſet. Antecedens verò cōſtat. Quia Martinus V. (vt refert Syluester ex Archi. verbo Papa, q. 7.) diſpenſauit cum eo, qui cū ſua germana contraxerat, & conſummauerat matrimonium habito conſilio cum peritis Theologis, & Canoniſtis. Item diſpēſatum eſt cum Catherina Regina Angliæ poſt mortē Arturi primi eius viri, vt contraheret matrimonium cū Henrico VIII. fratre ſui primi viri, qui quidem Hēricus cum iniuſte eam repudiaſſet, dicendo quòd diſpenſatio non erat valida, ac ſubinde matrimoniū inter illos erat B nullum, tandem poſt maturam deliberationē Papæ Clementis lata fuit ab ipſo Papa ſententia in ipſius matrimonii, & diſpenſationis fauorem. Quam ſententiā ad literā refert Alphonſus de Caſtro lib. 1. de lege pœnali, c. fin. pag. 92. & aliæ diſpenſationes referuntur ab aliis auctoribus: ergo. Tertiò probatur concluſio ex iure ipſo, in c. fin. de diuortiis, vbi dicitur. Propter infirmitatē gentis, eiuſdem concedimus, vt matrimonis contractis cum relictis fratrum vtan- C tur &c. At verò ſi tale matrimonium eſſet prohibitum, & irritum iure naturali, non poſſet concedi talis licentia, ſi quidem vſus talium matrimoniorū eſſet manifeſta fornicatio: ergo certum eſt ex ipſo iure, ꝙ talis gradus affinitatis, non impedit, nec dirimit matrimonium iure naturali. Quartò probatur concluſio. Certa res eſt quod matrimonium cōtractum in ſecundo & tertio gradu conſanguinitatis, non eſt irritum, & nullum iure naturæ: ergo certum eſt etiā, ꝙ matrimonium contractum in primo gradu affinitatis lineæ tranſuerſalis, non eſt ir D ritum, & nullum iure naturali, nec impeditur ſʒm tale ius. Antecedens diffinitum eſt in quæſtione præcedenti art. 3. & habetur expreſsè in iure ex c. gaudemus, de diuortiis; vbi diffinitur quòd pagani vxores accipientes in ſecundo vel tertio, vel vlteriori gradu ſi conuertantur ad fidem debent in eodem coniugio permanere, ex quo clarè colligitur quod tale matrimonium in illo gradu non eſt irritum, & nullum iure naturali. Quia ſi eſſet nullum non deberent in tali matrimonio permanere, nec illo vti. Conſequentia probatur. Tanta coniūctio,

c. gaudemus, de diuor. tiis.

& familiaritas eſt inter conſanguineos in ſecundo gradu, ſicut inter affines in primo: & quidem de familiaritate conſtat, & dicetur poſtea, de coniunctione verò probatur. Nā conſanguinei in ſecundo gradu iam ſeparātur a primo gradu cōſanguinitatis, ſed affines in primo gradu ēt ſeparantur a primo gradu affinitatis, dñr. n. affines ī primo gradu ꝓp conſanguinitatem, & media conſanguinitate coniunguntur: ergo iam ſeparantur a primo gradu conſanguinitatis: ac ſubinde tanta eſt coniūctio, & fortaſſis maior inter conſanguineos in ſecundo gradu quam inter affines in primo gradu lineæ tranſuerſalis. Confirmatur hæc ratio, & explicatur. Conſanguinitas & affinitas impediūt, & dirimunt matrimonium iure naturali, propter coniūctionem, quæ reperitur inter ipſos ex natura rei, ſed vt ꝓbauimus tanta coniunctio eſt in ſecundo gradu conſanguinitatis, ſicut in primo gradu affinitatis: ergo ſi ſecundus gradus cōſanguinitatis nō impedit, nec dirimit matrimonium iure naturali, nec ēt primus gradus affinitatis. Quintò probatur concluſio. Nam in tali gradu affinitatis non requiritur tanta familiaritas ex natura rei, nec tanta cohabitatio ſtando in iure naturali, ſicut inter fratres, vt cōſtat: nā fratres ſunt ſub eiſdē parentibus non verò affines ēt in primo gradu: ergo propter familiaritatē, & cohabitationem, talis affinitas non impedit, nec dirimit matrimonium iure naturali. Confirmatur argūm. Tanta familiaritas, & cohabitatio eſt inter conſanguineos in ſecūdo gradu ex natura rei, ſicut inter affines in primo imo maior, ut conſtat ex uſu omnium hominū, ſed propter illam familiaritatem, & cohabitationem conſanguinitas in ſecūdo gradu, non impedit, nec dirimit matrimoniū iure naturali, ut iā probatum eſt: ergo nec affinitas ī primo gradu lineæ tranſuerſalis. Cōfirmatur: Nā ex tali matrimonio ſequitur optime vterq; finis matrimonii, ut conſtat: ergo non eſt irritū, & nullū iure naturali, nec impeditur eodem iure. Sextò probatur cōcluſio omnib. argumentis factis in oppoſitū in dubio præcedenti. Illa enim argumenta quamuis probabiliſſime procedāt de primo gradu lineæ rectæ, & probabiliſſime conuincant, ſcz. probēt, ꝙ ille gradus non impedit, nec dirimit matrimonium iure naturali, tñ de primo gradu

du lineæ tranſuerſalis certiſſime procedũt, & conuincunt quod ille gradus,nec impedit,nec dirimit matrimoniũ iure naturali, ſed ſolum iure poſitiuo. Vltimo probatur concluſio. Q̃m nullum eſt efficax argm̃ ad probandum quod talis affinitas irritet, & impediat matrimonium iure naturali, & quòd ſummus Pontifex non poſſit in illo diſpenſare: ergo nullo modo dicẽdum eſt. Ex quo colligit aperte quòd oppoſita ſententia nullam habet probabilitatem, cum nullum habeat pro ſe efficax argumentũ, & omnes Doctores præcipuè huius temporis ſentiunt oppoſitum.

¶ Quibus poſitis reſpondendum eſt ad argumentã facta in principio. Ad primum argumentum duplex eſt ſolutio. Prima eſt quod Ioannes increpabat Herodem: quia inceſtum copulabat adulterio. Viuebat.n. Philippus frater,quod Diuus Thomas videtur aſſerere ſuper illum locum Matthæ. & Beda ſuper caput 6.Marci. Et quòd magis debeat credi Ioſepho lib.18. antiquit. capite 13. dicẽti quod viuebat Philippus. Et Aegeſipus libro ſecundo, de excidio Hieroſolymitano. capitulo 4.& 5. hoc dicit,& hoc videtur colligi ex Euangelio, dicit enim quòd arguebat Herodem propter Herodiadem, quæ erat vxor fratris ſui Philippi. Vnde videtur colligi quòd viuebat. Et ad D.Aug. reſpondetur, quòd illud non dicit aſſertiue, ſed dubitanter. De hoc vide Couarru.vbi ſupra, qui optimè & diligentiſſimè pertractat hoc. Secunda ſolutio ſit,quòd quamuis eſſet mortuus Philippus, erat tamen illicitum matrimonium cum vxore fratris. Et huius rei ratio eſt. Nam Herodes tenebatur ſtatutis Iudæorum: quia eius auus Antipater factus eſt proſelytus,& tenebantur obſeruare veterem legem,ſicut ipſi Iudæi. De his omnibus vide Magiſtrum Sotum vbi ſupra. Ad confirmationem reſpõdetur,quòd vel canon ille intelligitur de fœmina, quæ viuente primo viro induxit alium, vel dicendum quòd illo tẽpore per decreta veterũ patrum erat prohibitum, & irritũ tale matrimoniũ. Imo creditur quòd Apoſtoli huiuſmodi decreta fecerunt: quia hoc maximè pertinebat ad Eccleſiæ honeſtatem.

¶ Ad ſecundum argumentum,iam dictũ eſt dubio præcedenti ad tertium argumentum eorum, quæ ponuntur primo loco, q;
A illud verbum, æque abſtinendũ eſt,&c.non dicit æqualitatem quãtum ad modum: ſed ſolum quãtum ad effectum.Itaque dirimitur matrimonium æqualiter in gradu conſanguinitatis ſicut affinitatis, taliter quòd vtrumque matrimonium nullum eſt: non tñ quantum ad modum ita, quod ſi vnum eſt nullum iure naturali etiã aliud ſit nullũ eodem iure. Vide dicta ibi. Ad confirmationẽ reſpondetur ex quarta & quinta ratione pro noſtra concluſione,quòd non eſt eadem ratio inter affines ẽt in primo gradu lineæ tranſuerſalis,ſicut inter fratres:nã
B vt conſtat ex ibi dictis, non eſt inter affines tanta familiaritas, nec tanta neceſſitas cohabitandi ſimul, cum non ſint ex eadem radice & trunco ſicut fratres. Et quãdo D. Tho.adducit hanc rationem pro affinib.ad ducit illam tanquam congruentiam,ad explicandum quòd optimè irritatum eſt tale matrimonium per ius poſitiuum: non tamen adducitur tanquam ratio conuincens de iure naturali.

¶ Ad tertium argm̃ rñdetur,quòd q̃uis conſanguinitas in primo gradu lineæ tranſuerſalis impediat, & dirimat matrimoniũ
C iure naturali,ut iam dictum eſt: non tamẽ eſt idem de affinitate in primo gradu. Et aduertendum eſt, vt ſoluamus argumentũ quòd magis clarum, & certum in lumine naturæ eſt, quòd conſanguinitas in primo gradu lineæ rectæ impedit,& dirimit matrimonium iure naturali, quàm conſanguinitas in primo gradu lineæ tranſuerſalis: nam eſt maior coniunctio inter parentes, & filios quàm inter ipſos filios inter ſe: nã filius eſt aliquid patris. Vnde argumentum factum reſpondetur, quòd quamuis ratio quare matrimonium ſm̃ probabilem ſen-
D tentiam ſit irritum, & nullum cum uxore patris ſit: quia efficiuntur vna caro: nihilominus tñ hæc ratio non habet eãdem vim in primo gradu affinitatis lineæ tranſuerſalis,& ita negatur minor. Et ratio eſt: Nã maior coniunctio eſt, vt diximus inter patrẽ & filiũ quã inter ipſos fratres inter ſe, & ita qui fit vna caro cum patre maiorem coniunctionem habet cum filio quam qui fit vna caro cum fratre vel ſorore.

¶ Secundò reſpondetur quod cum uxore patris impeditur, & dirimitur matrimonium iure naturali propter reuerẽtiam illi debitam: nam tenet locum matris, cæterũ

in

in primo gradu lineæ tranſuerſalis non mi litat hæc ratio, & ratio quæ deſumitur ex neceſſitate cohabitationis, & familiaritatis, non conuincit vt iam diximus, & ita tale matrimonium validum eſt iure naturę.

¶ Ad vltimum argumentum reſpondetur, quòd omnia illa argumenta optime ſoluta ſunt in dubio præcedenti, & illæ ſolutiones clarius procedunt in hac difficultate. Ex reſolutione huius dubij colligitur aperte, quod affinitas in vlterioribus gradib. lineæ tranſuerſalis non impedit, nec dirimit matrimonium iure naturali, hoc enim conſtat a fortiori, ac ſubinde ſummus Pontifex poterit optime in illis diſpẽſare. Colligitur ẽt, quòd ſi affinitas antecedat ſponſalia a fortiori impedit, & dirimit illa: quia ſponſalia ſunt præuia ad ipſum matrimonium. Et ita ſi ipſum matrimoniũ impeditur, & dirimitur etiam ipſa ſponſalia impediuntur, & dirimũtur, & eo modo quo impeditur i[illegible] matrimonium impediũtur ſponſalia, [illegible] naturali vel iure poſitiuo, iuxta iam dicta de matrimonio. Plura dicenda erant circa iſtum ſtatum affinitatis, de illis tamen dicetur in artic. 9. vel in fine huius quæſtionis, ubi agitur ſimul de conſanguinitate & affinitate.

¶ Circa ſecundum ſtatum affinitatis, videlicet, qñ antecedit matrimonii contractum, ſubſequitur tñ ad ſponſalia de futuro, qm̃ cognouit conſanguineam ſponſæ, aduertẽdum, quod talis affinitas habet virtutem diſſoluendi ſponſalia antecedentia, quæ quidem vt ſupra. q. 43. diximus ſunt diſſolubilia ex natura rei, & diſſoluuntur in aliquibus caſibus, & iſte eſt vnus illorũ. Hoc diffinitur expreſſe in c. 2. de affinitate & conſanguinitate, c. ex literis, de eo qui cognouit conſanguineum uxoris. Et ratio huius eſt: Nam per affinitatem contractam fit inhabilis ad contrahendum cum iſta, cũ factus ſit vna caro cum cõſanguinea illius in ſecũdo vel tertio gradu. Hoc docent omnes doctores ſupra citati & præcipue Sylueſter verbo matrimonium. 8. quæſt. 15. dicto. Vbi etiam aduertit, quòd iſte talis non poteſt matrimonium contrahere cum conſanguinea ſponſæ, quam cognouit propter impedimentum publicæ honeſtatis quod ortum habuit ex ſponſalib. Illud tamẽ intelligi debet poſt Concilium Tridentinũ ſi erat conſanguinea in primo gradu, nam

ca. 2. de affinita. & conſang. c. ex literis. de eo q cognouit conſanguineã uxoris.

poſt Concilium Tridentinum illud impedimentum ultra non ſe extendit.

¶ Circa tertium ſtatũ affinitatis, uidelicet, quando ſuperuenit matrimonio iã contracto, ſed nondum conſummato, aduertendũ, quod talis affinitas non dirimit matrimonium antea factum, ut inſinuatur in c. illo 2. de affinitate & cõſanguinitate. Nam ibi diffinitur quod ſponſalia antecedentia affinitatem de futuro diſſoluuntur. Vbi aperte ſignificatur quòd ſi ſint de præſenti non diſſoluuntur. Et ratio eſt aperta. Qm̃ matrimoniũ ut ſupra diximus, eſt indiſſolubile, & ita quãtumcũq; ſuperueniat impedimentum affinitatis non dirimitur. Aduertendum tamen eſt quod talis affinitas impedit uſum matrimonii, ut dicit Sylueſter ubi ſupra & oẽs Doctores. Et rõ huius eſt. Nam per copulam carnalem cum conſanguinea uxoris ille iã factus eſt affinis propriæ uxori, ſed uiolare affinẽ eſt inceſtus, ergo talis affinitas impedit uſum matrimonii. Cæterum intelligendum eſt ꝙ priuatur iure exigendi debitum is, qui culpabiliter dedit cauſam affinitati, manet tamen cum obligatione reddendi debitũ, quia peccatũ vnius non debet alteri nocere, nec debet eſſe in præiudicium alterius, ut aperte diffinitur in capitulo. Tuæ fraternitatis. de eo qui cognouit conſanguineam uxoris, & capitulo finali eodem titulo. Quod ſi vterq; fuerit in culpa talis affinitatis neuter poteſt petere dubium ſine diſpenſatione ut omnes Doctores dicunt. Aduertendum tamen ꝙ quamuis quicũque acceſſus ad conſanguineam uxoris ẽt ſi nõ ſit conſummatus habeat ueram malitiam inceſtus, tamẽ quantum ad inducendam affinitatem non habet effectum niſi fuerit cõſummata iuxta iam dicta ſupra. Et ita explicatur ſecunda concluſio D. Thom.

ca. Tuæ fraterni. tatis, & cap. fi. de eo qui cognouit conſanguineã uxoris.

¶ Circa iſtum ſtatum affinitatis & circa ſecundam cõcluſionem eſt quarta difficultas breuis. Vtrum qui poſt contractum matrimonium ante conſummationem acceſſit culpabiliter ad conſanguineam uxoris, & ex illo acceſſu oritur affinitas, teneatur ingredi religionem & nullo modo poſſit cõſummare matrimoniũ, etiã per redditionem debiti. Et uidetur quod teneatur.

¶ Primo. Impedimentum affinitatis ex natura ſua facit ꝙ actus uenereus cum tali perſona ſit inceſtuoſus, ut conſtat, ſed poteſt

teſt uitare iſtum actum uenereum cum uxore per ingreſſum religionis ut eſt per ſe notum (poteſt. n. ingredi religionem ante conſummationem matrimonii,) ergo tenetur ingredi religionem ſi non impetret diſpenſationem.

¶Secundo arguitur & cõfirmatur argumentum præcedens. Iſte talis tenetur uitare actum uenereum cum affine in gradu prohibito ſi poteſt ſine iniuſtitia, ut per ſe eſt notum, ſed iſte poteſt uitare actũ uenereum ẽt per petitionem debiti alterius ſine aliqua iniuſtitia, ergo tenetur uitare illũ eo modo quo poteſt. Minor probatur. Nã quantumcunque alius petat debitum ipſe optimè poteſt ingredi religionem, & non reddere debitum ſine aliqua iniuſtitia, ergo poteſt uitare omnino actum uenereum ſine iniuſtitia aliqua.

¶Tertio arguitur & confirmãtur argumenta præcedentia. Qm̃ ut dictum eſt ſupra q. 53. art. 1. dubio ſecundo. probabiliſſima ſententia eſt, quod ille qui habet uotũ ſimplex caſtitatis, poſt contractum matrimonium ante conſummationem debiti tenetur ingredi religionem, quoniam põt omnino uitare actum uenereum ſine aliqua iniuſtitia, ad quod quidem tenetur ex ui uoti, & ita non poteſt conſummare matrimonium per debiti redditionẽ, ſed iſte talis ſine aliqua iniuſtitia poteſt uitare actum uenereum, cum tali affini, ſiquidem poteſt tranſire optimè ad religionem, ergo tenetur tranſire ad illam, & non poteſt cõſummare matrimonium per redditionem ẽt debiti. Confirmatur argm̃. Sicut ille qui habet uotum ſimplex caſtitatis tenetur in quantum poteſt uitare actum uenereum, & quia poteſt ſine iniuſtitia ingrediendo religiõnem tenetur ingredi religionem: ita in iſto caſu iſte tenetur uitare actum uenereum cum affini inquantũ põt, & põt ſine iniuſtitia omnino uitare ingrediendo religionem: ergo tenetur ingredi religionem.

¶In hac difficultate Syluester verbo, matrimonium. 8. q. 15. dicto 7. tenet ꝙ iſte ꝗ fuit in culpa, quòd cõtraheretur affinitas, non poteſt conſummare matrimonium ꝑ petitionem debiti, nec etiam per redditio- ſed tenetur ingredi religionem antequam conſummet, & in prima conſummatione peccabit mortaliter peccato inceſtus. Et pro hac ſententia adducit Syluester Palu

A danũ, & dicit ꝙ eſt omnino ſimile ſicut de habente uotum ſimplex caſtitatis uel religionis. Etenim ſicut ille qui habet uotum ſimplex, non habet aliud medium ad ſeruãdum illud niſi ingredi religionem, & ita tenetur ingredi religionem, ita etiam iſte de quo in propoſito. Et hæc ſententia non caret aliquali probabilitate.

¶Nihilominus ſit concluſio. Longe probabilius & ferè certũ mihi uidetur, quod iſte non tenetur ingredi religionem, ſed poteſt conſummare matrimonium per redditionem debiti ſine ullo peccato, etiam ſine

B diſpenſatione. Hanc ſententiam tenent cõmuniter Doctores. Et hanc debent tenere a fortiori oẽs illi autores, qui exiſtimant, ꝙ ille qui poſt uotum ſimplex caſtitatis cõtraxit matrimonium non tenetur ingredi religionem ſed poteſt illud conſummare per redditionem debiti, uide autores illius ſententiæ ſupra q. 53. art. 1. dubio 2. Hanc tenet Summa Angelica ut refert Syluester ibidem.

¶Et probatur hæc cõcluſio ferè certiſſimis argumentis. Primo ex ipſo iure: nam ex capit. Tuæ fraternitatis. de eo qui co-

C gnouit conſanguineã uxoris ſuæ hoc aperte colligitur. Ibi. n. interrogatur Summus Pontifex utrum is, qui cum ſorore legitimæ coniugis fornicatur, cum uxore poſſit poſtmodum commorari & exigere debitũ ac ſoluere. Et reſpondet Summus Põtifex quod mulier admonenda eſt ut a cõmixtione uiri abſtineat donec uir uiã uniuerſæ carnis ingreſſus fuerit, quòd ſi noluerit uel timeatur de lapſu illius uir dẽt ei debitũ coniugale reddere. Et nõ dicit Sũmus Pontifex quod tenetur ingredi religionẽ, ergo nõ tenetur ingredi religionẽ. Quod ſi

D quis dicat, quòd ille textus loquitur quando iam eſt conſummatum matrimoniũ cõtra hoc arguitur. Nam Sũmus Põtifex in ſua reſolutione hoc deberet explicare, & dicere quod ſi matrimonium ſolum eſt ratum, uir tenetur ingredi religionẽm, ſi uero eſt conſummatum, tenetur reddere debitũ. Et ita ſolent rñdere Pontifices, ergo ſignũ eſt certiſſimũ ꝙ iſte talis nõ tenetur ingredi religionẽ. Et idẽ dicitur ca. finali eodem titulo. & longe melius in ca. Diſcretionem. ubi dubium erat quando ſolum erat matrimoniũ ratũ ut cõſtat ex contextu, ergo. Cõfirmatur. Quoniã omnes

ca. Tuæ. fraternitatis. de eo qui cogno-- uit conſanguineam vxoris.

di religionem & non poteſt conſummare matrimonium etiam per redditionem debiti, ergo ſimiliter affinitas poterit facere in noſtro caſu quod conſummatio matrimonii etiam per redditionem debiti ſit inceſtuoſa, reſpondetur negando conſequētiā. Ratio differentiæ eſt optima. Nam obligatio uoti ſimplicis eſt etiam de iure naturali quæ non eſt ablata per matrimoniū ſubſequēs, nam antecedit ipſum, & nō eſt adhuc impedita, poteſt enim habere effectū, cum poſſit religionem ingredi, & ita ſeruare uotū caſtitatis, at uero affinitas eſt de iure poſitiuo & omnē uim ſuā habet ab illo & ſubſequitur ad ipſum matrimonium, & ita nō potuit tollere obligationem quæ ortum habuit ex ipſo contractu matrimonii ſubſequitur ad illū, nec potuit facere quod redditio debiti eſſet illicita & inceſtuoſa.

¶Ad tertium argumentum ꝑ ſua confirmatione optime reſpōdetur ex dictis in præcedenti ſolutione, & in tertia probatione noſtræ concluſionis circa iſtum ſtatum affinitatis plura poſſent diſputari, illa tamē ſunt cōmunia huic ſtatui & ſequenti & ita in ſequenti ſtatu affinitatis dicentur.

¶ Quartus ſtatus affinitatis eſt, quando ſuperueuit matrimonio iam conſummato: ut ſi quis poſt matrimonium cōtractum & conſummatum acceſſit ad conſanguineam vxoris in gradu prohibito. In quo quidem ſtatu iſte talis tenetur reddere debitū multo magis quam in præcedenti ſtatu affinitatis, non tamen poteſt petere debitum, ſed erit peccatum mortale petere debitū ſine diſpenſatione (ita enim loquimur.) Hoc diffinitur in illo cap. Tuæ fraternitatis, & cap. finali. de eo qui cognouit conſanguineam uxoris, & hoc docent vniuerſi Theologi & Iuriſperiti nullo excepto. Ratio huius eſt nam illud impedimētum affinitatis ſuperueniens potuit facere inceſtuoſum actum non debitum ſed uoluntarium, qualis eſt debiti petitio, non tamen potuit uitiare actum debitum, ex iuſtitia, qualis eſt redditio debiti, ut iam dictum eſt in præcedenti ſtatu affinitatis. De iſto ſtatu uide Doctores citatos in principio huius quæſtionis, omnes enim conueniunt in hoc quod dictum eſt circa illum. Vide Sotum diſt. 48. quæſt. unica, art. 2. Aduertendum cum Magiſtro Soto ibidem, quod ſi uir crimē commiſit & fęmina eſt innocens, quia mulie-

ca. Tuæ fraternitatis. c. finali, de eo qui cognouit, &c.

A res rarò prę uerecundia exigere cōſueſcūt, grauamen eſſet uirū in tali caſu nullo modo exigere debitū, & ideo licebit uiro, imo debet nōnunquam inſinuare ſe vxori & aliquo modo offerre ſe ad illum uſum, nā illud mortaliter eſt reddere, & hæc omnia mortaliter conſideranda ſunt.

¶Circa iſtum ſtatum & ſimul circa ſecūdam cōcluſionem D. Tho. eſt quinta difficultas in hoc articulo. An quando inceſtus cum conſanguinea uxoris uel uiri proceſſit ex ignorantia inuincibili, uel per uim, oriatur hoc impedimentum taliter quod impe-

B diatur à petitione debiti, V.g. Quādo uxor cognoſcitur per uim uel per ignorantiam inuincibilem a conſanguineo mariti in primo uel ſecundo gradu, dubium eſt an ipſa uxor impediatur a petitione debiti ante obtentam diſpenſationem. Et idem eſt cū vir adulteratus eſt cum conſanguinea uxoris, cuius cognationem omnino ignorabat: dubium eſt utrum uir impediatur a petitione debiti niſi obtineat diſpēſationem. Et uidetur uera pars affimatiua.

¶Primo arguitur ex iuribus citatis in quibus abſolute & ſine diſtinctione aliqua di-

C cunt Summi Pōtifices quod ille qui cognouit conſanguineam uxoris poſt matrimonium conſummatum, tenetur reddere debitum, non tamen petere, ut cōſtat ex illis citatis, ergo quomodocūque quis cognoſcat cōſanguineam uxoris, ſiue per uim, ſiue ꝑ ignorantiam inuincibilem, impeditur a debiti petitione.

¶ Secundo arguitur. In iſto caſu ſiue dubio contrahitur affinitas cum altero coniuge: nam quāuis ille acceſſus ſit per uiolentiam uel per ignorantiam inuincibilem: nihilominus tamen fiunt una caro per talem

D copulam conſummatam, ergo illa affinitas facit quod actus uoluntarius & qui non eſt debitus de iuſtitia, qualis eſt petitio debiti ſit inceſtuoſus, ac ſubinde illicitus. Patet cōſequētia, nam accedere ad affinem per actū non debitum alias, de iuſtitia eſt inceſtus. Cōfirmatur ſecundum argumētum. Nam ſi per uim uel ignorantiam cognoſceretur ab aliquo ante matrimoniū, non poſſet contrahere matrimonium cum conſanguineo illius in gradu prohibito ut conſtat, etiā ſi ſine culpa cognita eſſet, ergo nec habet ius petendi debitum in noſtro caſu.

¶ Tertio arguitur. Si aliqua ratione iſte

non impediretur à petitione debiti, maxime,q̃a qui iniquitatis particeps nõ exiſtit ſuo iure non debet ſine culpa priuari,ut habetur in c.Diſcretionem.de eo qui cognouit conſanguineam vxoris, iſte autem uel iſta habet ius ad petendum debitum: hæc autem ratio nulla eſt.ergo. Cõſequẽtia eſt optima.Minor in qua eſt difficultas probatur.Nam probabiliſſima ſententia eſt multorum Theologorum in 2. quæſt. 64. de homicidio art.8. quòd illi qui initiati ſunt maioribus ordinibus incurrũt irregularitatẽ,& nõ poſſunt ordines exequutioni mãdare ſi interficiant aggreſſorẽ proximi quãdo tenẽtur illum defendere etiã ex præcepto,tũc ſi iſte talis habebat ius iuſtitiæ adminiſtrandum in ordinibus ſuſceptis,tamẽ priuatur illo iure ſine ulla culpa ut conſtat (nã in hoc caſu potius habet rationem meriti)& impeditur ab uſu ordinũ, ergo ſine culpa aliqua ſi adſit ratio poterit q̃s priuari iure quod habet petẽdi debitum. Cõfirmatur & argumentum & explicatur. Quia in iſto caſu eſt probabiliſſimũ quod habet impedimentum ut non poſſit ordines exequutioni mandare. Quia quamuis non ſit culpa, eſt tamen maxima cauſa & ratio, nam Chriſti mãſuetudo debet repræſentari in exequutione ordinum ſicut in ſuſceptione illarũ.ſed etiam in noſtro caſu affinitas contracta eſt, ergo talis coniux impeditus eſt a petitione debiti quamuis non ſit culpa,quoniã eſt maxima ratio & cauſa in ipſa affinitate.

¶ Quarto arguitur in ſpeciali quãdo q̃s adulteratur eſt cum conſanguinea uxoris, cuius cognationem penitus ignorabat. Itaque non intellexit cõmittere inceſtũ,bene tamen intellexit committere adulterium. Tunc ſic. Probabilis ſententia eſt aliquorũ Doctorũ ut dicit Magiſter Sotus.in 4. diſt. 11.quęſt. 1.art. 2. quod quando per excõmunicationem prohibetur quod antea erat prohibitum etiam ſi ignoretur mandatũ Eccleſiæ ſub pœna excommunicationis incurritur excommunicatio, & priuatur multis iuribus quæ antea habebat.v.g.prohibetur per excommunicationem ſacrilegium percutiendi clericum, etiã ſi ignoretur mandatum Eccleſiæ ſub pœna excommunicationis incurritur excommunicatio, ergo ſimiliter erit probabilis ſentẽtia quòd iſte qui ſcit illud peccatum eſſe adulteriũ

A quãuis inuincibiliter ignoret eſſe inceſtũ incurret impedimentum affinitatis, ita ut non habeat ius ad petendum debitum. Probatur conſequentia ex paritate rationis.

IN huius rei expoſitionem aduertẽdum eſt, quod hoc dubium procedit quãdo mulier cognoſcitur per uim omnino nam ſi ipſa metu cadente in uirum conſtantẽ reuera cõſentit & uult accedere ad cõſanguineum uiri: uel uir ad conſanguineã vxoris itaque eſt uoluntarium mixtum reuera impeditur à petitione debiti & priuatur iure petendi. Nam ibi fuit uera culpa inceſtus & propter illam culpam. priuatur iure pẽ-

B tendi debitum & nullus textus oppoſitum dicit ut apparebit in ſequentibus. Item dubium procedit quando eſt ignorãtia inuincibilis: & culpabilis. Nam ſi ſit ignorantia culpabilis & uincibilis reuera priuatur iure petendi debitum propter eandem rationẽ. Quoniã ibi reuera eſt culpa inceſtus & ita in pœnam illius delicti priuatur iure petendi, & ipſa petitio in vtroque caſu eſt inceſtuoſa.

¶Quibus poſitis prima concluſio eſt de violentia.In caſu quãdo per vim omnimodam cognoſcitur coniux à conſanguineo viri in gradu prohibito, licite poteſt pete-

C re debitum, & non priuatur iure petendi debitũ.In hac concluſione cõueniunt omnes Doctores. Vide Magiſtrum Sotum d. 37.quæſt.vnica ar. 2. qui expreſſe hãc ſententiam docet. Et hæc concluſio probatur primo ex ipſo iure capit. Diſcretionem, de eo qui cognouit conſanguineam uxoris,in quo capite caſus eſt,quod quædam mulier cognita eſt per omnimodam vim à conſanguineo viri,dicitur enim ibi quòd quidam cum muliere quadã legitimè per verba de præſenti contraxit,quam poſtmodum à ſe incognitam cuidam cõſanguineo ſuo tradi

D dit inquantum potuit renitentẽ.Vbi ſignificatur omnimoda vis: & reſpondet Summus Pontifex, quod talis mulier propter publicam honeſtatem eſt admonenda ut in cõtinentia maneat dum uixerit primus uir quòd ſi noluerit debet redire ad priorem & quod uir tenetur ei reddere debitum & quod ad hoc eſt cogendus,& quòd ipſa nõ priuatur iure petẽdi, ergo.Secundo probatur concluſio ratione eiuſdem Summi Põtificis ibidem. Iſta talis nullum peccatum commiſit,(dicitur enim ibi quãtum potuit

renitentem)

renitentẽ)ergo non debet priuari iure qđ habebat petendi debitum:nã ut dicitur ibi, non dẽt ei officere,quæ huiuſmodi iniquitatis part iceps non extitit,cum ſuo iure nõ debeat ſine ſua culpa priuari. Tertio probatur. Quoniam ex oppoſita ſententia ſequeretur quod uir qui tradidit uxorem ſuã renitentem ſuo conſanguineo cognoſcẽdam juxta prædictum textum ſit melioris conditionis,quam ipſa uxor: cõſequens autem eſt falſum,ergo illud ex quo ſequũtur.Falſitas cõſequentis videtur manifeſta:ſequela uero probatur:Vir in illo caſu poteſt petere & reddere debitũ quantum videtur,mulier uero ſecundum oppoſitam ſententiam non põt petere debitum,ergo melioris cõditionis eſt ipſe uir quã uxor, imo mulier in iſto caſu debet eſſe melioris cõditionis. Et quãuis ipſe non poſſit petere ipſa poterit petere.De quo dicemus ſtatim. Vltimò arguitur. Quia diriſſimum & difficillimũ eſſet in iſto caſu obligare ipſam mulierem qua paſſa eſt iniuriam ad non petendũ debitum propter alterius peccatum, ergo nõ obligat ad non petendum debitum.

¶ Sed circa iſtã concluſionem adhuc eſt dubiũ quod tangitur in tertia probatione cõcluſionis.An in caſu illius textus vir ille qui tradidit uxorem ſuam renitẽtem, ſuo conſanguineo cognoſcendam,poſſit non ſolum reddere debitum,uerum etiam petere. Dicẽdum eſt quòd in illo caſu ille non poteſt debitum petere niſi ex diſpenſatione. Ratio huius eſt.Nam in illo caſu contracta eſt affinitas inter uirum & vxorem culpa ipſius uiri,ergo impeditur a petitione debiti,tenetur tamen reddere.

¶ Secunda concluſio de ignorantia. Qñ aliquis uel aliqua per ignorãtiã inuincibilẽ cognoſcit à cõſanguineo viri in gradu ꝓhibito, vel cognoſcit cõſanguinea uxoris,non impeditur a petitione debiti,ſed poteſt licite petere & reddere debitum. Hãc concluſionem tenet Magiſter Sotus in loco allegato pro concluſione præcedenti. Et probatur primo ex illo cap.Diſcretionem & præcipuè ex eius ratione.Ibi enim dicitur cum ſuo iure non debeat ſine ſua culpa priuari: ſed in caſu huius concluſionis non interuenit culpa, propter quam priuatur illo iure ſiquidem fecit illud ex ignorantia omnino inculpabili, ergo licitè poteſt petere debitum. Confirmatur ex cap. ſi uir. de cogna-

A tione ſpirituali. ubi dicitur quod ſi ignorantia factum eſt, eos ignorãtia excuſat e uidetur,uide ca. illud, ergo. Secundo probatur. In noſtro caſu circunſtãtia inceſtus eſt omnino inuoluntaria,cum ſit ibi ignorantia inuincibilis, quæ cauſat inuoluntariũ ut diffinitur in 1.2.quæſt.9.art.8.ergo non impeditur a petitione debiti propter illum,actũ non enim debet aliquis priuari iure quod habet propter actum omnino inuolũtariũ. Confirmatur hæc ratio & explicatur. Nã ſi quis omnino inuolũtarie facit actum aliquem,cui annexa eſt irregularitas, et quæ
B non eſt pęna,ſed habet rationem ſignificationis, & impedimẽti ad ordines & ad vſũ illarum non incurrit illam ut diffinitur in 2.2.quæſt. 64. ar.8. quoniam ille actus eſt omnino inuoluntarius, ergo nec in noſtro caſu impeditur à petitione debiti,cum habeat ius ad illam.

¶ Quibus poſitis reſpõdetur ad argumẽta facta in principio. Ad primum argumẽtum reſpondetur,quod illa iura loquũtur quando ille, qui cognouit conſanguineam vxoris,cognouit illam volũtarie,& hæc interpretatio colligitur clare ex his quæ di-
C cuntur in illo cap.diſcretionem.Item,nam etiã dicunt iura quod ille qui occiderit eſt irregularis : tamen intelligi debet quando ipſa occiſio eſt humana & uoluntaria , in præſenti uero ille qui cognouit conſanguineam uxoris,uel illa quæ cognoſcitur à cõſanguineo uiri,nõ fecit illud uoluntarie ut dictũ eſt in utraque concluſione. & ita non incurritur impedimẽtum aliquod petendum debitum.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur quòd ſine dubio in illo caſu contrahitur affinitas probat argumẽtũ ibi factũ,& cum
D ſtat manifeſtè ex illo c. diſcretionẽ.ubi dicitur:ſed nec affinitas quæ poſt cõtractũ legitime matrimoniũ inter uirum & uxorẽ iniquũ contrahitur, ei debet officere , &c. Vbi Summus Pontifex ſupponit ꝙ quamuis contrahatur affinitas nõ priuatur iure petendi debitum. Vnde conceditur antecedens & negatur conſequentia, nam illa affinitas quoniam cauſata eſt ex actu oĩno inuoluntario nõ potuit priuare iure quod habebat ad petendum præcipuè quoniã cum ſit impedimentum de iure humano habet robur ex ipſo iure humano,ius uero humanum declarauit quòd non habet locum in

iſto caſu. Ad confirmationē reſpondetur
negando conſequentiā, nam ante cōtractū
matrimonium iſte vel iſte non habebat ius
iuſtitiæ, ad contrahendum cum iſto uel cū
illa:& ita ſine aliqua culpa impediri poteſt
ad contrahēdum.cum iſto uel cum illa,pp
decentiā aliquam, ſicut impeditur matri-
monium inter cōſanguineos in ſecūdo vel
tertio aut quarto gradu. Cæterum poſt cō
tractum matrimonium hēt ius iuſtitiæ ad
petendum debitum,& ita non poteſt priua
ri ſine aliqua culpa iſto iure. Eſt optimum
ſimile. Nam quidam probabiliſſime dicunt
ut dicemus in ſequenti ſolutione, quòd ſi
aliquis occidit aliquem in defenſionem ali
cuius quando tenebatur illum occidere an
tequam ordinatus ſit ordine ſacro,incurrit
irregularitatem,& nō poteſt ordinari: quo
niam iſte non habet ius iuſtitię ad ordines
cęterum poſtquam ordinatus eſt habet ius
iuſtitiæ ad exequutionem ordinum & ita
in eodem caſu, iſte ordinatus non incurrit
irregularitatem nec priuatur iure q̄ habet
ad exequutionē ordinum ſine culpa & pec
cato, non diſſimiliter in noſtro propoſito.
¶Ad tertiū argumentum prima ſolutio
ſit, q̄ ratio ibi aſſignata eſt optima & ita
conceditur maior,& negatur minor. Et ad
probationem minoris r̄ndetur, quòd vt di-
ctum eſt ēt probabiliſſimum quod in illo
caſu non priuatur iure quod habet ad exe
quutionem ordinum: nec incurrit irregula
ritatem:& ita eſt eadem ratio in vtroq; ca
ſu. Cæterum ſtando in contraria ſententia
quæ ēt eſt probabilis ut dicitur in argumē
tu ſit ſecunda ſolutio. Quod cum iſta im-
pedimenta ſint de iure poſitiuo, ipſum ius
poſitiuum declarauit expreſſe in illo capit.
Diſcretionem. q̄ non impeditur à petitio-
ne debiti, & ita eſt certum: ius uerò poſi-
tiuū non declarauit q̄ in alio caſu non in-
curritur irregularitas,& ita ſunt uariæ ſen
tentiæ. Verum ēſt q̄ hoc ius poſitiuū diuer
ſum, habet maximū fundamentum in dif-
ferentia ipſarum rerum. Differētia autem
conſiſtit in hoc q̄ ad exequutionem ordi-
num ille qui eſt ordinatus non habet ita
plenum ius ſicut cōiugatus ad petitionem
debiti. Ratio eſt. Nā ius oritur ex contractu
ipſo naturali in ordine ad actum coniuga-
lem: in quo quidē actu non habet rationē
miniſtri eccleſiæ cum nō ſit actus ſacer. In
executione vero ordinum habet rationem

A miniſtri eccleſiæ, cum ille actus ſit ſacer &
ita non habet ita plenum ius, ſed dependē
ter ab ipſa eccleſia,& ſecundum voluntatē
illi⁹ & iuxta regulas illius,& ita ſine culpa
aliqua poteſt aliquis eſſe impeditus ad a-
ctus ordinum propter aliquam rationem
& cām & decentiam, ut in caſu argumenti:
at vero non poteſt ſine culpa priuari iure
quod habet ad exigendum debitū, quoniā
in illo actu non habet rationem miniſtri
eccleſiæ, & ita in hoc habet plenius ius &
magis perfectum, & per hoc reſpōdetur ad
confirmationem argumenti.

B ¶Ad quartum argumentū prima ſolu-
tio ſit, quòd antecedens non eſt uerum, &
q̄ in illo caſu non incurritur excommuni
catio & hęc eſt mea ſententia. Secunda ſo-
lutio ſit & melior quòd in caſu antecedēti
excōmunicatio annexa eſt ſacrilegio quo
aliquis percutit clericum,& iſte non igno-
rat eſſe ſacrilegiū ſed potius illud dicit, ſo-
lum ignorat eſſe contra mandatum Eccle-
ſiæ, quòd quidem non facit peccatum alte
rius rationis & ſpeciei:& ita in illo caſu eſt
probabilis ſententia q̄ incurrit excōmu-
nicationem, quoniam committit peccatum
C cui annexa eſt excommunicatio. Cæterum
in noſtro caſu iſte non committit peccatū
cui annexū eſt illud impedimentū affinita-
tis, nam ſolū cōmittit adulteriū, & peccato
adulterii nō eſt annexū illud impedimētū,
ignorat vero cognationē ignorātia inuinci
bili & ita nō cōmittit peccatū inceſtus cui
annexa eſt priuatio iuris ad petendū debi-
tum,& ita pōt debitum petere ſicut antea.

1 ¶Circa iſtum ſtatum affinitatis & circa
eandem concluſionem D. Thom. eſt ſexta
difficultas. An quādo vterque culpabiliter
fuit cauſa affinitatis poſſit petere & redde
D re debitum. v.g. Ipſe acceſſit ad conſangui-
neam vxoris in primo vel ſecundo gradu,
& ſimiliter ipſa ad conſanguineum viri, du
biū eſt an in iſto caſu poſſint petere & red
dere debitum. In qua re certiſſimum eſt q̄
neuter poteſt petere, vt conſtat ex capitu-
lis ſupracitatis in principio huius ſtatus af-
finitatis, & ratio eſt aperta, nā vterq; cul-
pabiliter fuit cauſa affinitas, ergo neuter
poteſt petere debitum, & de hec nulla po-
teſt eſſe dubitatio. Tota autē difficultas eſt.
An ſi alter petat, ēt ſi petendo peccet, ſicut
reuera peccat (nā non licet illi petere ut di
ximus) an alius poſſit & teneatur reddere
debi-

bitum. Et videtur vera pars affirmatiua.

¶ Primo arguitur. Iſte habet ius iuſtitiæ ad petendũ debitũ quãuis alia via peccet propter impedimẽtũ affinitatis, ergo alius tenetur illi reddere debitũ & reddendo nõ peccat. Cõſeqẽtia uidetur bona. Nã reddit illi quod ſuũ eſt, & debitũ ex iuſtitia. Antecedẽs uero cõſtat. Inter iſtos q̃tũuis impeditos per affinitatẽ eſt verũ matrimoniũ, ſed ex vero matrimonio oritur ius iuſtitię ad petendum debitum, ergo habet ius iuſtitiæ ad petendum debitum.

¶ Secundo arguitur & cõfirmatur argumentum præcedens, ut coniux habet uotũ caſtitatis, & nihilominus petat debitũ peccando cõtra uirtutẽ religionis, alius tenetur reddere debitum, quoniã habet ius iuſtitiæ ad petẽdum illud: ſed iſte habet ius iuſtitiæ ad petẽdum debitum quamuis petendo peccet contra prohibitionem Eccleſiæ & contra impedimentum affinitatis, ergo alius tenetur reddere.

¶ Tertio arguitur. Si in iſto caſu alter cõiux non poſſet nec teneretur reddere debitum, maxime quoniam nõ habet ius iuſtitiæ ad petẽdum: ſed hæc ratio eſt nulla; ergo. Conſequentia eſt bona, maior conſtat. Nam uidetur quod illud ius amiſerit propter inceſtum commiſſum cum conſanguinea vxoris. Minor uero probatur. Si amiſit ius iuſtitiæ ad petendum, ſequitur quod alius reddat debitũ quod ille peccet mortaliter accedendo ad propriam uxorem ac ſi accederet ad aliam affinem qua nõ eſſet uxor eius; conſequens autem uidetur aperte falſum, ergo & illud ex quo ſequitur. Sequela patet. Quoniam non habet ius iuſtitiæ ad ſuam uxorẽ in illo caſu magis quã ad alienam: ac ſubinde non redditur quod ſuum eſt ex iuſtitia. Confirmatur argumẽtum. Nam alias duriſſimũ eſſet, quod iſti manerẽt in matrimonio (cum nõ diſſoluatur in iſto caſu) tamen quod nõ poſſint petere nec reddere debitum, ergo ſaltem poſſunt reddere.

¶ Vltimo arguitur ad probandum quod ſaltem poſſit reddere debitũ quãuis non teneatur. Nam coniux poteſt licite reddere debitum alteri coniugi petenti ẽt ſi adulter ſit & priuatus iure petẽdi, ut dicetur infra quæſt. 62 art. 1 ergo ſimiliter in noſtro caſu poterit optime reddere debitum quã uis alius ſit priuatus iure petendi debitum

A ¶ His nõ obſtantibus cõcluſio ſit, quod in iſto caſu nullus tenetur reddere debitũ nec poteſt. Hanc ſententiam debẽt tenere autores omnes ſupracitati in principio huius quæſtionis, & probatur hæc concluſio. Iſti coniuges ſua culpa ſunt affines interſe in gradu prohibitio ut cõſtat ex ipſo caſu ac ſubinde nullus illorũ habet ius ad petẽdũ, ſed priuatus eſt illo ſua culpa, ergo neuter tenetur nec poteſt reddere debitũ. Probatur conſequentia, nam non eſt redditio debiti, cum nullus illorum habeat ius ad petendum debitum ut conſtat ex ſupradictis. B Secundo probatur concluſio & explicatur ratio præcedẽs. Quoniã acceſſus ad affinem intra gradum prohibitum, ſolum eſt licitus in quantum eſt redditio debiti vt diffinitum eſt in quæſt. 4. articuli huius, ſed in iſto caſu non eſt redditio debiti, ergo ille actus non eſt licitus. Minor in qua eſt difficultas probatur. Nam iſte ſua culpa priuatus eſt iure petendi, ergo non habet ius ad petendum: ac ſubinde acceſſus ille non erit redditio debiti, cum alius non habeat ius. Tertio probatur concluſio & cõfirmatur argumentum præcedens. Si vnus illorũ ſua C culpa fuiſſet in cauſa huius affinitatis, & iſte qui fuit in cauſa peteret debitum alius non teneretur reddere vt conſtat, ergo non eſt ille acceſſus debitus illi ex iuſtitia, ac ſubinde non eſt redditio debiti. Tunc vltra, ſed ſi non eſt debiti redditio ille actus non poteſt eſſe licitus, cum ſit acceſſus ad affinem, ergo non tenetur in illo caſu reddere debitum petenti. Aduertendum tamen eſt, quòd illud quòd dictum eſt in hac concluſione, intelligitur niſi ex parte vtriuſque factum eſſet in fraudem matrimonii, tunc enim licitum eſſet reddere, ſi non poſſunt D induci ad hoc quòd incontinentia viuãt de quo infra, quæſtione ſequenti art. 1. dubio vltimo. Vide illum.

¶ Quibus poſitis reſpõdetur ad argumẽta facta in principio huius dubii. Ad primũ argumentum reſpondetur, quòd vt dictum eſt ſupra, & dicetur poſtea quæſt. 62. ex vero contractu matrimoniali a principio ſemper oritur ius ad petendum debitũ taliter quòd uinculum matrimoniale a principio non poteſt oriri ſine tali iure ad petendũ debitum, & eſt neceſſaria diſpoſitio quantum ad fieri: cæterũ poſtea optime poteſt ſtare matrimonium ſine iure ad petendũ

itaque non eſt neceſſarium hoc ius ad eius conſeruationem ut patet in illis qui poſt matrimonium conſummatum, trãſeunt ad religionem ex uoluntate utriuſque, & etiã in aliis caſibus qui poſtea dicentur. Secundo dicere poſſumus, quod in iſto caſu illud ius eſt impeditum, & non eſt omnino ablatum per illam affinitatem, quæ ſuperuenit & ita ſi rurſus cum illis diſpenſatum fuerit ſuper tale impedimentũ poſſunt petere & reddere debitum.

¶ Ad ſecundũ argumentum reſpõdetur cõcedendo maiorem & negando minorem nã ille qui hẽt uotũ caſtitatis nõ admittit ius iuſtitiæ quod habet ad petẽdũ debitũ, ille uero q ſua culpa dedit cauſã affinitati priuatur iure petendi debitum, ut dicitur in iure uel potius impedit illud ius taliter quod non poteſt petere debitũ. Sed dubiũ eſt an petendo peccet ſolum contra prohibitioné eccleſiæ, an vero contra iuſtitiam, de hoc tamen dicemus in ſequenti ſolutione ubi hæc amplius explicabuntur.

¶ Ad tertiũ argumentũ reſpondetur cõcedendo maiorem, & negando minoré. Ad probationem minoris reſpondetur, negando conſequentiam, videlicet, quod peccat mortaliter in illo caſu accedẽdo ad propriã ſicut accedendo ad alienam. Ratio eſt. Nã quãuis modo ſit priuatus iure illo, & illud ius quodammodo ſit impeditum, tamé habet radicale ius, quod eſt ipſum matrimonium ratione cuius nõ accedit ad alienam, & ita ſi tollatur impedimentum per Summum Pontificem pullulat illud ius. Itaque ſi accederet ad alienã omnino eſſet diſtinctum peccatum, mõ vero quamuis non habeat ius, vel ſit impeditum, eſt tamen ſua & ita non eſt idem peccatum. Ad confirmationem reſpondetur ꝙ duriſſimum eſt permanere in matrimonio, tñ quòd non poſſint petere nec reddere debitum, ſibi tamé imputent, qui ſua culpa appoſuerunt impedimentum.

¶ Ad vltimum argumentum reſpõdetur negando conſequentiam. Ratio differẽtiæ eſt. Nam in caſu antecedentis non eſt appoſitum aliquod impedimentum vſui matrimoniali ex eo quòd alter adulterium commiſit, ſed facta eſt iniuria alteri coniugi, cui optimè poteſt credere ſi vult, in caſu verò cõſequentis appoſitũ eſt impedimentum ab utroque coniuge, & ita neuter poteſt petere nec reddere debitum. Circa hęc omnia poſſet eſſe difficultas, quinam poſſit diſpenſare in hoc impedimento: de hoc tamen dicetur infra, vbi dicemus de omnibus diſpenſationibus, locus autem accõmodatiſſimus erit in fine huius quæſtionis vel in fine quæſtionis 56.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum affinitas habeat per ſe gradus.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ affinitas habeat etiam per ſeipſam gradus. Cuiuslibet enim propinquitatis eſt accipere aliquos per ſe gradus: ſed affinitas propinquitas quædam eſt, ergo habet gradus per ſe ſine gradibus conſanguinitatis, ex quibus cauſatur. Li. 4. ſé: diſt. 41.

¶ 2 Præterea. In litera dicitur, ꝙ ſoboles ſecundæ coniunctionis non poteſt tranſire ad conſortium affinitatis prioris viri: ſed hoc non eſſet niſi filius affinis, etiam eſſet affinis, ergo affinitas habet per ſe gradus ſicut conſanguinitas.

SED contra, affinitas ex conſanguinitate cauſatur, ergo & omnes gradus affinitatis cauſantur ex gradibus conſanguinitatis, & ſic non habet per ſe aliquos gradus.

RESPONDEO dicendum, quod res non diuiditur diuiſione per ſe, niſi ratione illius quod competit ſibi ſecundum genus ſuum ſicut animal per rationale & irrationale, non autem per albũ et nigrũ: carnis autem propagatio per ſe comparatur ad conſanguinitatem, quia ex ea immediate conſanguinitatis vinculum contrahitur: ſed ad affinitatem non comparatur niſi mediante conſanguinitate quæ eſt cauſa eius: unde cum gradus attinentiæ per propagationem carnis diſtinguantur, diſtinctio graduum per ſe & immediate competit conſanguinitati, ſed affinitati

tati mediante conſanguinitate. Et ideo ad inueniendum gradus affinitatis, eſt regula generalis, quod quoto gradu conſanguinitatis attinet mihi vir, toto gradu affinitatis attinet mihi vxor.

AD primum ergo dicendum, quod gradus in propinquitate attinentiæ non poſſunt accipi niſi ſecundum aſcenſum, & deſcenſum, propagationis ad quam non comparatur affinitas niſi mediante conſanguinitate: & ideo non habet affinitas gradus per ſe, ſed ſumptos iuxta gradus conſanguinitatis.

AD ſecundum dicendum, quòd filius affinis meæ ex alio matrimonio non per ſe loquendo, ſed quaſi per accidens dicebatur antiquitus affinis: vnde prohibeatur à matrimonio magis propter publicæ honeſtatis iuſtitiam, quã propter affinitatem, & propter hoc etiam prohibitio nunc eſt reuocata.

SVMMA ARTICVLI.

Prima concluſio. Diſtãtia graduum immediate & per ſe cõpetit conſanguinitati, affinitati autem non per ſe & immediate, ſed mediãte conſanguinitate. Rõ eſt. Nam carnis propagatio per ſe comparatur ad conſanguinitate, ex ea enim immediate contrahitur vinculum cõſanguinitatis, ſed ad affinitatẽ non comparatur niſi mediãte conſanguinitate quæ eſt cauſa eius, ergo diſtantia graduum immediate & per ſe competit conſanguinitati, affinitati vero non immediate & per ſe, ſed mediante conſanguinitate.

¶ Scđa cõcluſio. Ad inueniendũ gradus affinitatis hæc eſt regula vniuerſalis quoto gradu conſanguinitatis eſt mihi cõiunctus vir, eodem gradu affinitatis eſt mihi cõiuncta vxor. Hęc autem concluſio colligitur ex præcedenti. Quæ in hoc articulo dicenda erant, pertinent etiam ad articulum ſequentem & ita dicentur poſito illo.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum gradus affinitatis extẽdantur ſicut gradus cõſanguinitatis.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quod gradus affinitatis non extendatur ſicut gradus conſanguinitatis. Quia vinculum affinitatis eſt minus forte quàm conſanguinitatis, cum affinitas ex conſanguinitate cauſetur in diuerſitate ſpeciei, ſicut à cauſa æquiuoca: ſed quanto fortius eſt vinculum, tanto diutius durat, ergo vinculum affinitatis non durat vſque ad tot gradus ad quo durat conſanguinitas.

¶ 2 Præterea. Ius humanum debet imitari ius diuinum: ſed ſecundum ius diuinum aliqui gradus conſanguinitatis erant prohibiti, in quibus gradibus affinitas matrimonium non impediebat ſicut patet de vxore fratris, quam aliquis poterat ducere in vxorem ipſo defuncto, non tamen propriam ſororem ergo & nunc debet eſſe prohibitio æqualis de affinitate & conſanguinitate. Deute. 25.

SED contra. Ex hoc ipſo eſt mihi aliqua affinis quòd meo conſanguineo eſt coniuncta, ergo in quocunque gradu ſit vir mihi conſanguineus, in illo gradu eſt mihi affinis, & ſic gradus affinitatis computari debent in eodem numero. ſicut gradus conſanguinitatis.

RESPONDEO dicendum, quod ex quo gradus affinitatis ſumuntur iuxta gradus conſanguinitatis: oportet quòd tot ſint gradus affinitatis quot ſunt gradus conſanguinitatis: ſed tamen quia affinitas eſt minus vinculũ quam conſanguinitas, facilius & olim & nunc diſpenſatio fit in remotis gradibus affinitatis quam in remotis gradibus conſanguinitatis.

AD primum dicendum, quòd illa minoritas vinculi affinitatis reſpectu

conſanguinitatis facit varietatem in A *genere attinentiæ non in gradibus, & ideo illa ratio non eſt ad propoſitum.*

AD ſecundum dicendum, quòd frater non poterat accipere vxorē fratris ſui, niſi in caſu; ſcilicet quando morie batur ſine prole, vt ſuſcitaret ſemen fratri ſuo, quod tunc requirebatur quando per propagationem carnis cultus religionis multiplicabatur, quod nunc locum non habet: & ſic patet quod non ducebat eam uxorem quaſi generis propriam perſonam, ſed quaſi ſupplens de- B *fectum fratris ſui.*

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio huius articuli eſt affirmatiua. Ratio huius cōcluſionis eſt. Quia vt dictum eſt in articulo præcedenti gradus affinitatis ſumuntur iuxta gradus conſanguinitatis, ergo tot ſunt gradus affinitatis quot ſunt gradus conſanguinitatis.

C ¶ Circa hos duos articulos ſupponēdum eſt tanquam certum, quòd gradus affinitatis non diſtinguuntur per ſe ſed habita rōne graduum cōſanguinitatis ex quibus ipſi originem trahunt. Ita colligitur ex capit.
ca. Porro. 35. q. 5. Porrò de affinitate 35. quæſt. 5. & ex Magiſtro Sentent. in 4. diſt. 41. cap. 2. & ex D. Tho. in his articulis: & idē docet Magiſter Sotus in eadem diſt q. 1. artic. 2. & Couar. ſuper quartum decretal. part. 2. cap. 6. § 7. nu. 6. Et ratio eſt. Nam affinitas vt conſtat ex ratione ſua, eſt quaſi attingens fines cōſanguinitatis. Vnde infert Angelicus Do- D ctor in hoc articulo, quòd affinitas minus vinculum eſt quam coſanguinitas; quod maxime aduertendum eſt pro ſupra dictis. Itaque ſi conſiderentur primus gradus affinitatis & cōſanguinitatis, minus uinculum eſt uinculum affinitatis quàm conſanguinitatis, eſt enim maior coniunctio in conſanguinitate quàm in affinitate. Ex quo etiam infertur, quòd intra eandem ſpeciē & gradum minus peccatum eſt violatio affinitatis, quàm conſanguinitatis. Et ratio eſt in promptu: Nam propter vnumquodque tale & illud magis, affinitas autem ex conſanguinitate ortum habet, ergo. Secùndò ſupponendum eſt quod quemadmodum ſtirpes conſanguinitatis ſunt pater & mater ut ſignificatur in cap. ad ſedem. & in cap. Parentelæ. 35. quæſt. 5. ita ſtirpes affinitatis & eius fundamentum ſunt maritus & vxor vt dicit Magiſter Sotus ubi ſupra. Vir tamen & uxor non ſunt affines, ex eis tamen deducitur & ueluti oritur uinculum ipſum affinitatis. Vnde conſtitutis ſimul marito & uxore, ex altero eorum tanquam ex ſtirpe deduces computationem graduum affinitatis ſecundū regulas arboris conſanguinitatis, & ut hoc clarius intelligatur conſtituuntur regulæ ſubſequentes.

c. ad ſedem. ca. parentelæ 35. q. 5.

¶ Prima regula ſit. In eo gradu cōſanguinitatis quo quis diſtat ab uxore in eodem gradu affinitatis diſtat a uiro eius: & ecōtra in eo gradu cōſanguinitatis quo quis diſtat a uiro in eodem affinitatis diſtat ab uxore eius. Itaque ſi eſt in primo gradu cōſanguinitatis, cū uiro cū uxore eſt in primo grad affinitatis & ſi in ſecundo, in ſecūdo &c. Et quod dicitur de affinitate, quæ oritur ex copula coniugali, dicendum eſt de affinitate quæ oritur ex copula illicita. Et ad intelligendam iſtam regulam ſupponendum eſt quod vir & fœminæ per copulā fiunt vna caro & unum principium generationis, & ita debeat computari pro eadem perſona, & ita ſi Petrus diſtat à Maria in ſecundo gradu cōſāguinitatis; diſtat a uiro eius uel a uiro qui cognouit eam carnaliter in ſecūdo gradu affinitatis, nam computantur pro eadem perſona. Hanc regulam ponit magiſter Sotus, ubi ſupra, artic. 1. imo expreſſe ponit eam D. Thom. in hoc articulo ſeptimo, Et eam conſtituit gloſſa in arbore affinitatis in 6 columna. 2. quam ſequūtur Iuriſperiti ibi Syluester uerbo matrimoniū 8. quæſt. 15. num 15. Et eſt optimus textus in cap. Porro. 35. quæſt. 6. in quo quidē ſic dicitur. De affinitate quam dicitis parentelā eſſe, quæ ad uirū ex parte uxoris, ſeu quæ ex parte uiri ad uxorē pertinet, manifeſtiſſima ratio eſt, quia ſi ſecundum diuinā ſententiam ego & uxor mea ſumus una caro, profecto mihi & illi mea ſua que parentela propinquitas una efficitur, quocirca ego & ſoror uxoris meæ in uno & primo gradu erimus, &c. Vide textum, qui optimus eſt.

ca. Porro. 35. q. 5.

¶ Secunda regula. Vinculum affinitatis contrahitur inter contrahentes, & inter eos

qui

A qui cõiunguntur copula carnali, & inter cõſanguineos ex utraque parte, non tamẽ inter conſanguineos inter ſe. v. g. Petrus contraxit cum Maria, uel acceſſit ad illam, Petrus cõtraxit affinitatem cũ conſanguineis eius vſque ad certum gradum, & econtra; ipſi tamen conſanguinei inter ſe nullam cõtrahunt affinitatem. Vnde pater & filius poſſunt contrahere cum matre & filia, & duo fratres cum duabus ſororibus, quoniã non habent impedimentum affinitatis. Ratio habetur in iure, quoniam affinitas non parit affinitatem, vt habetur cap. Quod ſuper, de conſanguinitate & affinitate.

B ¶ Tertia regula. Affinitas habet eundẽ effectum atque conſanguinitas, quantũ ad duo, quãtum ad impediendum & dirimendum matrimonium, & conſequenter quantũ ad hoc, quod actus matrimonialis inter affines eſt inceſtuoſus ſicut inter conſanguineos, quãuis non ſit tam graue peccatum accedere ad affinẽ ſicut ad conſanguineã, ut dictum eſt. Huius ratio eſſe poteſt. Nam affinitas habet rationem impedimenti propter conſanguinitatem, & ita magis habet rationem impedimenti conſanguinitas. Et ita in confeſſione explicandum eſt quod eſt affinitas uel conſanguinitas inter illos qui habuerunt copulam carnalem. Habet etiam alium effectum affinitas ut iam diximus. Nam ſi ſubſequatur ad matrimoniũ impedit uſum matrimonii ad illũ ſenſum quod qui poſt matrimonium contraxit affinitatem cognoſcendo conſanguineã uxoris in certo gradu non poteſt licitè petere debitum, de quo iam ſupra dictum eſt. Ad quos uero gradus ſe extendat affinitas iam explicatum eſt in præcedentibus.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum coniugium contractũ inter affines vel cõſanguineos ſemper ſit dirimendum.

Th 4.d. 41.ar.5. AD NONVM ſic proceditur quod coniugium quod inter affines uel conſanguineos eſt contractum non ſemper ſit per diuortium dirimendum. Quia quod Deus coniunxit, homo non ſeparet: cum ergo Deus facere intelligatur quod facit Eccleſia, quæ quandoque tales ignoranter coniungit, uidetur quòd ſi poſt modum in notitiam ueniant, non ſunt ſeparandi.

¶ 2 Præterea Fauorabilius eſt uinculum matrimonij quam dominij: ſed homo per longi temporis præſcriptionẽ acquirit dominium in re cuius nõ erat dominus: ergo per diuturnitatem temporis matrimonium ratificatur, etiam ſi prius ratum non fuit.

B ¶ 3 Præterea. De ſimilibus ſimile eſt iudicium: ſed ſi matrimonium eſſet dirimendum propter conſanguinitatem, tunc in caſu illo quando duo fratres habent duas ſorores in uxores, ſi unus ſeparatur propter conſanguinitatem, & alius pari ratione ſeparari deberet, quod non uidetur, ergo matrimonium non eſt ſeparandum propter affinitatem & conſanguinitatem.

SED contra Conſanguinitas & affinitas impediunt contrahendum, & dirimunt contractum, ergo ſi probatur affinitas uel conſanguinitas ſeparandi ſunt etiam ſi de facto contraxerunt. C

RESPONDEO dicendum, quod cum omnis concubitus præter licitũ matrimonium ſit peccatum mortale, quod eccleſia omnibus modis impedire conatur, ad ipſam pertinet eos inter quos non poteſt eſſe uerum matrimonium ſeparare, & præcipuè conſanguineos, & affines, qui ſine inceſtu contrahere non poſſunt carnaliter.

D *AD primum ergo dicendum*, quòd eccleſia quamuis dono, & autoritate diuina fulciatur, tamen inquantum eſt hominum congregatio aliquid de defectu humano in actibus peruenit quod non eſt diuinum. & illa coniunctio quæ fit in facie eccleſiæ impedimentis ignoratis non habet inſeparabilitatem ex autoritate diuina, ſed eſt contra autoritatem diuinam errore hominum inducta, qui excuſat à peccato, cum ſit error facti quamdiu manet: & propter hoc quando impedimentum ad

A *ad notitiam peruenit eccleſiæ, debet prædictam coniunctionem ſeparare.*

AD ſecundum dicendum, quòd illa quæ ſine peccato eſſe non poſſunt nulla præſcriptione firmantur: quia, vt Innocent. Diuturnitas temporis non minuit peccatum ſed auget: nec ad hoc facit aliquid ſtatuor matrimonij quod inter illegitimas perſonas eſſe non poterat.

lib 4. decret. tit 14.ca.8.

AD tertium dicendum, quod res inter alios acta, alijs non præiudicat in foro contentioſo: vnde quamuis frater repellatur à matrimonio vnius ſororum ex cauſa cõſanguinitatis, non propter hoc ſeparat eccleſia aliud matrimonium quod non accuſatur: ſed in foro conſcientiæ non oportet quòd ſemper obligetur ad hoc alius frater ad dimittendum vxorem ſuam, quia frequenter tales accuſationes ex maleuolentia procedũt, & per falſos teſtes probãtur. Vnde non oportet quòd conſcientiã ſuã informet ex his quæ circa aliud matrimonium ſunt facta. Sed diſtinguendum uidetur in hoc, quia aut habet certam cognitionem de impedimento matrimonij, aut opinionem, aut neutrum. Si primo modo, nec exigere, nec reddere debitum debet: ſi ſecundo modo, debet reddere, ſed non exigere.

B

C

SVMMA ARTICVLI.

COncluſio articuli eſt affirmatiua. Et ratio illius eſt. Quoniã vt iam diffinitum eſt tale matrimonium eſt nullum, ac ſubinde actus matrimonialis eſt inceſtuoſus, quod quidem Eccleſia omnibus modis intendit impedire, ergo tale matrimonium eſt dirimendum.

D

¶ De illis quę pertinent in particulari ad iſtũ articulũ dictum eſt ſupra in hac quæſt. art. 6. in toto primo dubio. Vide quæ ibi dicta ſunt.

¶ Circa iſtum articulum aliqua explicãda ſunt communia conſanguinitati & affinitati. Et ante omnia ſupponendũ eſt quod ille qui cõtrahit matrimonium de præſenti, ſine aliqua conditione ſuſpendente conſenſum cum impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, grauiſſime peccat, nã facit cõtra grauiſſimam Eccleſiæ legẽ, & in re grauiſſima, & matrimonium ipſum eſt irritũ & nullum, & eſt dirimendum, cum re ipſa nullum ſit. Et præter hoc quod iſti contrahẽtes nihil faciunt, ſunt excõmunicati ipſo facto, vt definitur in Clement. vnica, de cõſanguinitate & affinitate, quæ habet in hũc modum. Eos qui diuino timore poſtpoſito in ſuarum periculũ animarum, ſcienter in gradibus conſanguinitatis & affinitatis conſtitutione canonica interdictis, aut cũ monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, necnon religioſos & moniales, ac clericos in ſacris ordinibus conſtitutos matrimonia contrahẽtes, refrænare metu pęnæ, ab huiuſmodi eorum temeritatis audacia cupientes: ipſos excõmunicationis ſententię ipſo facto decernimus ſubiacere, &c.

Clementina unica, de cõſang. & affinit.

ET vt iſtam Clementinam explicemus eſt dubium grauiſſimum. An cõtrahentes ſcienter in prędictis gradib. & impedimẽtis incurrãt excõmunicationẽ. Et vi vera pars negatiua grauiſſimis argumentis.

¶ Primo arguitur. Qui cõtrahit cum impedimento affinitatis vel conſanguinitatis ſub conditione, vere cõtrahit matrimoniũ, tamen non incurrit illam excommunicationem, ergo. Conſequentia eſt bona, maior probatur. Quia ut ſupra dictũ eſt, cõtractus matrimonialis per uerba de præſenti etiam ſi fiat cum conditione de futuro, eſt cõtractus matrimonialis. Minor vero probatur, Contrahere matrimonium inter cõſanguineos vel affines cum conditione. v.g. ſi Papa diſpenſauerit, nullum eſt peccatum, ergo non eſt ueroſimile, quod ille actus ſubiacet excommunicationi.

¶ Secundo arguitur. Sit caſus q duo qui habẽt impedimentũ affinitatis vel cõſanguinitatis cõtrahãt de præſenti ſine aliqua cõditione, tamen intus non habent ullũ cõſẽſum. In iſto caſũ iſti uere cõtrahũt quod attinet ad forũ Eccleſiæ vt cõſtat. Nã omnes ignorãt quod deficit cõſenſus, tamẽ nõ incurrũt excõmmunicationẽ, ergo. Minor, in qua eſt difficultas probatur. Ille contractus matrimonialis in quo non eſt cõſenſus internus non eſt vere contractus matrimonialis: ſed quædã effigies illius, ergo non contrahunt, ac ſubinde non incurrunt excommunicationem.

¶ Tertio

¶ Tertio arguitur. Sit caſus, ꝙ alter illorum vere habeat conſenſum, & contrahat, alius verò contrahit, non tñ habet internum conſenſum. Sequitur ꝙ in iſto caſu ſaltem ille qui habet cõſenſum, incurrat excõicationem, conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam ille reuera contrahit, & habet animum contrahendi, ac ſubinde contrahit: ergo incurrit excommunicationé. Falſitas vero conſequentis probatur. Nam iſte non eſt contractus matrimonialis: ergo non incurritur excommunicatio.

¶ Quarto arguitur. Si aliqui conſanguinei vel affines poſt Conciliũ Tridentinum contrahant matrimonium ſine parocho, & teſtibus, vere contrahunt matrimoniũ: nam exprimunt conſenſum de præſenti, vt conſtat, tamen non incurrunt excõicationem illius Clementinæ: ergo. Conſequentia eſt bona, minor probatur. Quia talis contractus poſt Concilium Tridentinum non habet rationem contractus matrimonialis, irritatur enim & annullatur: ergo non incurrunt excommunicationem.

¶ Quintò arguitur. Nã aliàs ſequitur ꝙ ſi aliqui conſanguinei vel affines contrahãt matrimonium, & reuera velint contrahere pp metum cadentem in virum conſtanté, ꝙ incurrant excõicationem: conſequés autem eſt falſum; ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Iſti reuera contrahunt, & reuera volunt contrahere, ita.n.ſupponimus: ergo incurrunt excõicationem. Falſitas conſequẽtis probatur. Talis contractus non eſt matrimonialis, cũ ſit irritus, & nullus ipſo iure: ergo qui ſic contrahunt, non incurrunt excommunicationem.

¶ Sextò arguitur de his qui contrahunt in gradu affinitatis initiatiue. V.g cõtrahit aliquis cum affini qñ orta eſt affinitas ex matrimonio rato non cõſummato. Nã ſequitur ꝙ in iſto caſu incurrant excõicationem, conſequens eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Iſti contrahunt in gradibus affinitatis interdictis: ergo incurriſit excõicationem. Falſitas conſequentis probatur. In iſto caſu non eſt cõtractus matrimonij in gradibus affinitatis perfectè: ergo non incurritur excommunicatio. Nam ad hoc, quòd incurratur excommunicatio, debet eſſe affinitas perfecta & conſummata.

¶ Septimò arguitur. Sequitur ex oppoſita ſententia, ꝙ ſi affines vel cognati cõtraherent ſponſalia de futuro, & ſequeretẽ coitus affectu coniugali, ꝙ incurrant huiuſmodi excommunicationem. Nã talia ſponſalia coniuncti cum tali coitu æquiualent matrimonio, conſequẽs autem eſt falſum: ergo. Falſitas conſequentis probatur. Quia poſt Concilium Tridentinum tale matrimonium eſt nullum, & ſponſalia non poſſunt tranſire in matrimonium etiam per quãcunque copulam, quoniam debet fieri coram parocho & teſtibus: ergo.

¶ Octauò arguitur. Siquis cõtrahat cum cõſanguinea uel affini, ignorat tñ latam eſſe excõicationé contra ſic contrahenté, & ignorat hoc vincibiliter, ſcit tñ ꝙ contrahit cum conſanguinea vel affini, in iſto caſu incurritur excõicatio: nam reuera contrahit cum affini vel conſanguinea, & ſciẽter hoc facit: tamen non contrahit omnino ſciẽter cum habeat aliqualem ignorantiam iuris, vt ſupponimus: ergo.

¶ Nonò arguitur. Sit ita, quòd aliquis ſciret ipſum ius, nihilominus tñ a pricipio primo contractus, ignorabat oĩno conſanguinitatem vel affinitaté inter illos, tñ poſtquam ſciunt eſſe affines vel cõſanguineos, perſeuerant non ſolum in concubitu, ſed etiam in coniugio. Sequitur quòd in iſto caſu incurrant excommunicationem, conſequens aũt eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur, Sequela probatur. Nã perſeuerare in ipſo coniugio claudit in ſe virtualiter ipſum contractum: ergo eſt excõicatio lata contra illos. Falſitas conſequentis conſtat. Iſti non contrahunt de præſenti: ergo non incurrunt illam.

¶ Nihilominus concluſio ſit. Contrahentes ſcienter in prædictis gradibus, & impedimẽtis incurrunt excõicationem ipſo facto. Hæc cõcluſio cõſtat aperte ex illa Clementina citata. Et hanc ſententiam tenẽt oẽs Theologi & Iuriſperiti. Vide in ſpeciali Caiet. verbo excõicatio. c.47. vbi declarat illum textum. Syluest. verbo excommunicatio.9. excõicatione.41. Nau. in Man. c. 27. num. 141. Couar. ſuper 4. decret. parte 2. cap. 3. §. num. 2. & in alijs locis, & Theologi & Iuriſperiti in materia de conſanguinitate & affinitate. Et hæc concluſio nõ indiget probatione: nam dependet ex uoluntate Summi Pontificis, qui voluit ta-

lem

lem excommunicationem conſtituere. Verum n eſt, q; vt ipſa Clementina dicit illa cõſtitutio facta eſt cõtra grauiſſimũ peccatũ, & ita voluntas Summi Pontificis fuit maxime rationabilis. Igitur concluſio ſolũ indiget explicatione. Ad cuius expoſitionem conſiderandum eſt, quænam ſint perſonæ, quæ excommunicãtur, & quæ actiones, vt ipſa excommunicatio manifeſta fiat. Perſonæ verò, quæ excõicantur ſunt in quadruplici differentia, videlicet, contrahentes in gradib prohibitis conſanguinitatis vel affinitatis, vel cum monialibus. Item religioſi contrahentes cum quibuſcunq; fęminis. Et moniales contrahentes cum quibuſcunque viris. Et denique clerici qui contrahunt cũ quibuſcumque mulieribus ſi ſint in ſacris ordinib conſtituti, & non aliàs. Aduertendum obiter circa hoc, q; in litera ponitur differentia quantum ad hoc, quòd monialis contrahens eſt excommunicata, & cum moniali contrahens eſt excommunicatus: aliud verò eſt de religioſis, & de clericis in ſacris ordinib. conſtitutis. Nam religioſi, & in ſacris ordinibus conſtituti cõtrahentes, incurrunt excommunicationem, mulieres tamen cum quibus contrahunt non incurrunt excommunicationem etiã ſi ſcienter faciant. Quod inſinuat Summus Pontifex cum ſeorſum excommunicat contrahẽtes cum monialib. & ſeorſum ipſas moniales: religioſos autem, & clericos in ſacris conſtitutos: ita excõicat, ut non excommunicet contrahentes cum ipſis. Actio verò, quę excommunicatur ex una parte eſt ſacrilega, ex alia uerò parte inceſtuoſa. Nam eſt contrahere matrimonialiter, quæ quidẽ actio in religioſis, & in monialib. & in his qui ſunt conſtituti in ſacris ordinib. eſt ſacrilega, in illis uerò qui contrahunt ĩ gradibus prohibitis conſanguinitatis vel affinitatis eſt inceſtuoſa. Aduertendum tñ quòd illud verbum contrahere matrimonialiter, vel illud, matrimonia contrahẽtes, ſignificat matrimonium per uerba de præſenti in omni ſententia, & ipſum verbum clare & apertè hoc ſignificat, vt conſtat. Et deniq; in Clemẽtina dicitur, quòd excõicãtur qui ſcienter in gradibus prohibitis &c. Itaque requiritur ſcientia talis impedimenti ibi poſiti. Ex dictis inferũtur aliqua, quę ſunt nota, & manifeſta apud omnes. Primum eſt, q; quãtũcunque viri vel fœminæ contrahant

A cũm alijs impedimentis, & grauiſſimẽ peccent, non incurrunt huiuſmodi excõicationem. v. g. ſi qs cõtrahat cũ ea, quæ hẽt aliàs maritũ, vel cũ ea cũ qua hẽt cognationem legalem vel ſpũalem, vel cũ impedimento publicæ honeſtatis, quod oritur ex ſponſalib. de futuro: non incurrit excõicationem. Nam tali excõicatione ſolũ puniuntur illi qui cõtrahunt cũ aliis impedimentis: ergo non ligantur iſti. Secundũ eſt quòd ſolum ligantur hac excõicatione qui contrahunt cum illis impedimentis per verba de præſenti. Et hoc verũ eſt ẽt ſi non conſumma-

B uerint matrimonium. Nã cõſummatio matrimonij non eſt de eſſentia contractus matrimonialis. Quod aduertit gloſſa ſuper illam Clementinã. Et debet intelligi de illis qui contrahunt illicite, & ſine diſpenſatione. Qm̃ ſi contrahant cum diſpenſatione ſummi Pontificis non incurrunt illã. Nam ceſſat culpa, & conſequẽter pœna, ut habetur c. 2. de conſtitutionib. Ex quo ẽt colligitur, quòd ſi quis cõtrahat ſponſalia de futuro in illis gradib. non incurritur excõicatio ab illo. Et ratio huius eſt. Quia cũ hæc cõſtitutio ſit pœnalis, reſtringenda eſt, ita c. 2. de cõſtitutionibus.

C vt verba non extendantur, maximẽ ad minus delictũ, vt habetur de regulis iuris, in 6. Colligitur ẽt, quod ſi quis contrahat cũ impubere quantumuis conſanguinea, vel affinis, non incidit in excõicationem. Qm̃ iſti potius contrahunt ſponſalia iuris interpretatione quàm matrimoniũ, ut habetur, c. vnico, de deſponſatione impuberum ĩ 6. Et idem dicit Summa Angelica, de contrahente cũ furioſa. Quod verũ non eſt, ſi hẽt lucida interualla: Nam tũc veraciter eſt matrimoniũ, vt poſtea dicetur. Item ſi aliquis hẽt coitum ſine cõtractu matrimoniali ẽt

D cum prædictis impedimentis, non incurrit excõicatio. Hoc tenet ẽt Sotus diſt. 29. q. 2. artic. 2. circa ſi. Tertium corollarium eſt, quod ſi quis ignoret prædicta impedimẽta, & reuera contrahat, nõ incurrit excommunicationem. Dicitur enim in illa cõſtitutione ſciẽter, &c. Vltimum corollariũ eſt, q; ſi aliqs cõtrahat cũ ea quã credebat conſanguineã vel affinẽ vel monialẽ, cũ ĩ veritate non ſit, quis peccet grauiſſimẽ nõ incurrit excommunicationem. Quoniam nõ contrahit cum cognata, affini, vel moniali. Et hoc colligitur ex c. ſi uerò, 2. de ſententia excommunicationis, ubi definitur ſic. c. ſi vero, de ſent. excom.

Si

Si vero aliquis in clericum nutrientem co-mam manus iniecerit violẽtas, propter hoc non debet apoſtolico præſentari cõſpectui nec etiam excõmunicatione innodari, dummodo ipſum eſſe clericum ignorauerit. Ex quo textu aperte colligitur tertium corol. Imo etiam colligitur hoc vltimum. Nam ſicut eſt neceſſariũ, quod ſit clericus ad hoc quod incurratur illa excommunicatio, ita etiam neceſſarium eſt, quod a parte rei habeat illud impedimentum, aliàs nõ incurritur excommunicatio. Vide cap. In audientia eodem titulo. Nam ex iis duobus gloſſa colligit hoc corollarium vltimum. Hæc omnia amplius declarabuntur in ſolutionibus argumentorum. Quibus poſitis reſpondendũ eſt ad argumenta facta in principio.

ca. in audientia, codẽ tit.

B

¶ Ad primum argumentum, eſt dubium primum. An qui contraxit de præſenti cũ impedimento affinitatis vel conſanguinitatis ſub conditione, incurrat excommunicationem. v.g. ſi quis contrahat cum conſanguinea vel affini dicens, contraho, ex nunc tecum ſi pater voluerit, vel ſi Papa diſpẽſauerit. Ratio dubitandi à parte affirmatiua eſt. Quia vt tenent viri doctiſſimi talis contractus eſt matrimonialis: ergo incurrunt excommunicationem. Nam excommunicatio lata eſt contra illos qui contrahunt matrimonialiter.

C

¶ In hac difficultate ſunt variæ ſentẽtiæ Doctorum. Theologi enim qui cõiter tenent quod contractus matrimonialis conditionatus etiam impleta conditione ſine nouo conſenſu non habet rationem contractus matrimonialis ſed ſponſaliorum, vt diximus ſupra quæſt. 47. artic. 5. conſequenter tenentur dicere qđ in hoc caſu iſti affines, uel conſanguinei ſic contrahentes, etiã impleta conditione, non incurrunt excommunicationem. Nam non habet rationem matrimonii. Iuriſperiti vero qui exiſtimẽt quod talis contractus eſt matrimonialis, & quod impleta conditione veram, & puram rationem habet matrimonii, conſequenter tenẽtur dicere quòd poſita conditione ſtatim incurritur excommunicatio. Quoniã manet purus, & abſolutus contractus matrimonii, non vero ante adimpletionẽ conditionis, cum non ſit purus & abſolutus contractus matrimonii. Alii uerò exiſtimant quod conditio ſit turpis vel impoſſibilis, quæ in iure habetur ꝑ non adiecta, & con

D

A trahatur matrimonium in illis gradibus ꝓhibitis, incurrunt ſtatim excommunicationem. Ita tenet Adrianus in 4. quæſt. 1. 1. de de matrimonio Couarru. ca. 3. §. 2. nu. 8. Verum eſt quod iſte author apponit limitationem ſcilicet, niſi conſenſus coniugalis omnino defeciſſet, nã ſi deficit etiam ſi conditio ſit turpis, vel impoſſibilis, non incurrunt excommunicationem.

¶ In huius rei explicationem ſupponenda ſunt ea, q̃ dicta ſunt ſupra de matrimonio conditionato. Quibus poſitis, aliqua dicenda ſunt de conditionibus honeſtatis, & ſtatim de turpibus & impoſſibilibus.

¶ Prima concluſio. Ante Conciliũ Tridẽtinũ probabile erat quod adimpleta conditione ſtatim incurrebatur iſta excommunicatio. Certum tamẽ erat quod nullo modo incurrebatur ante adimpletionem conditionis, longe tamen probabilius erat quod nec adimpleta conditione. Hæc concluſio tres habet partes. Prima pars probatur. Nã ꝑ contractũ matrimonialẽ inter conſanguineos, vel affines perfectũ & abſolutũ incurritur excommunicatio vt cõſtat ex illa Clementina: ſed probabile eſt ut iã diximus ꝙ adimpleta conditione erat verũ & abſolutum matrimoniũ: ergo probabile eſt ꝙ incurrebat̃ excommunicatio adimpleta conditione. Secunda pars eſt certa in omni ſententia. Quoniã in omni ſentẽtia ante adimpletionẽ conditionis non erat verum, & abſolutum & purum matrimonium: ſed tãtũ conditionale, ergo incurrebat̃ ex communicatio. Excommunicatio enim incurritur ꝑ contractum matrimonialem, quod quidem intelligẽdum eſt de contractu matrimoniali puro, & abſoluto, cũ ſit lex pœnalis, quæ eſt reſtringenda. Tertia pars conſtat. Nam longe probabilius eſt quod etiam adimpleta conditione non erat abſolutũ, & purum matrimonium: ergo non incurrebatur excommunicatio.

¶ Secunda concluſio: Poſt Conciliũ Tridentinum longe probabilius, & ferè certũ mihi videtur qđ non incurrũt excommunicationem per contractum conditionatũ etiã adimpleta conditione, niſi de nouo explicent conſenſum coram parocho, & teſtibus. Quia poſt Concilium Tridentinum, nõ eſt contractus matrimonialis niſi ſeruetur iſta forma contrahendi: ergo non incurritur excommunicatio iſta. Nam iſta excõmunica-

municatio non incurritur niſi per cōtractū matrimonialem. De quo dicentur plura in ſolutione ad quartum argumentum principale. Loquēdo verò de turpibus & impoſſibilibus conditionibus, quæ habentur pro non adiectis in foro exteriori.

¶Tertia concluſio ſit. Qui cōtrahebant ſub cōditione turpi uel impoſſibili taliter, quod habebant animum ſtatim contrahendi pure, & abſolutè, & reiiciebant illam conditionem, ſtatim incurrebant excommunicationem. Nam ſtatim erat matrimonium abſolutum, & purum, ſi vero non habebant animum vllo modo contrahendi, vt ſi conditio erat impoſſibilis dicetur dubio ſequēti in ſolutione ſequentis argumenti, vbi agetur de cōtractu matrimoniali, cui deficit cōſenſus. Si vero volebant ſuſpendere conſenſum in futurum, ut poterat contingere in turpi conditione, dicendum eſt iuxta ſupra dicta in præcedenti concluſione. Ex dictis facillime reſpōdetur ad rationem dubitandi in hoc dubio, & ad primum argumentū dubii principalis.

¶Ad ſecundum argumētum dubii principalis dubium eſt ſecundum. An per contractum matrimonium externum celebratū inter affines vel cōſanguineos, vel alios qui ponuntur in dicta cōſtitutione ſine cōſenſu aliquo externo incurratur huiuſmodi excōmunicatio. Et videatur quod incurrant excommunicationem.

¶ Primo arguitur argumento ibi facto. In facie Eccleſiæ, & in foro externo, in quo iudicat Eccleſia, iſte eſt vere contractus matrimonialis, vt conſtat, & ſi non conſtaret de impedimento iudicaretur ab ipſa Eccleſia pro uero matrimonio: ergo reuera iſti incurrunt excommunicationem.

¶ Secundo arguitur ad idem. Si ad hoc quòd incurratur excommunicatio in iſto caſu eſt neceſſarius conſenſus internus, ſequitur, quod nunquam incurratur excommunicatio illius textus, imo quod ſit impoſſibile illam incurrere, conſequēs autem eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur. Falſitas conſequentis eſt manifeſta: Sequela uero probatur. Nam ſi eſt impedimentum inter illos dirimens matrimoniū & hoc ſciſit, ergo non poſſunt habere internum conſenſum contrahendi, ſiquidem ſciunt quod eſt impoſſibile contraire, & nemo poteſt habere voluntatem reſpectu rei impoſſibilis.

A ¶ Tertiò arguitur. Nā aliqui dicūt quod qui propter metum vel aliam cauſam exterius profert hæreſim, quamuis intus nō ſit Hæreticus, incurrit excommunicationem contra Hæreticos latam: ergo à fortiori q contrahit exterius & vult exterius contrahere quāuis intus non conſentiat, incurrit excommunicationem latā contra ipſos contrahentes in gradibus prohibitis. Probatur conſequentia à fortio. Qui cōtractus matrimonialis magis eſt externus quam peccatum hæreſis.

¶In oppoſitum eſt. Primo. Nam vt dicitur in eodem argumēto contractus in quo B non eſt conſenſus internus, non eſt contractus matrimonialis nec habet rationē matrimonii. Quoniam vt ſæpe dictum eſt, ad cōtractum matrimonialem, & ad rationem matrimonii requiritur cōſenſus: ergo non incurritur excommunicatio, Quia excommunicatio ſolum incurritur propter contractum matrimonialem.

¶Secundò arguitur, & confirmatur argumentum præcedens. Contractus matrimonialis perfectus & integer, conſtat ex conſenſu interno & ex actu exteriori vt per ſe C eſt notum: ergo quātumcūque aliqui contrahant, ſi non habent animum contrahēdi nō incurrunt excommunicationem. Probatur conſequentia. Nam vt dicunt Doctores quando excommunicatio lata eſt contra aliquem actū intelligi debet de actu cōpleto & perfecto. Confirmatur argumentum. Si quis ſolum haberet actum internū quo uellet contrahere, & ſimiliter alius nunquam incurreret excommunicationem quoniam actus internus non ſufficit ad cōſtituendum matrimonium: ſed actus externus ſine interiori cōſenſu nō ſufficit ad cō D ſtituendum matrimonium, ergo per ſolum externum contractus ſine interiori conſenſu non incurritur excommunicatio.

¶Tertio arguitur. Quoniā omnes Theologi tenent quod ſi quis exterius proferat hæreſim ex metu mortis vel aliqua alia cā. ſi intus non ſit Hæreticus, nō incurrit excommunicationem latam cōtra Hæreticos vt dicitur 2.2. quæſt. 11. ergo ſimiliter ſi ſolum ſit exterius forma matrimonii, tamen interius non ſit conſenſus nō incurritur excommunicatio in noſtro caſu.

IN hac difficultate ſunt duæ ſentētię oppoſitæ inter ſe. Prima eſt q huiuſmodi

di: contrahentes in huiuſmodi gradib.pro
hibitis incurrunt excommunicationem ,
etiam ſi interius non habeant conſenſum .
Hanc ſententiam dicitur tenere Caiet. in
2.2.quæſt.12.artic.1.ad ſecundum,& quæ
ſtio.94. art.1.ad primum. qui aſſerit quòd
qui ex metu vel aliqua alia cauſa fingit ſe
eſſe Hæreticum exterius, incurrit excom-
municationem latam contra Hæreticos ét
ſi intus non teneat illam hæreſim . Eandē
ſentētiam dicūtur tenere aliqui,qui exiſti
mant ꝙ nō poteſt dari verus conſenſus ad
matrimoniū qn̄ exiſtimāt eſſe impedimen
tum dirimens inter illos uel illud ſciunt .
Hoc videtur ſentire Nauar. in Man. c.22.
nu.43. de quo dicemus infra poſt difficul-
tatem iſtam. Secunda ſententia eſt huic op
poſita , videlicet, quòd in iſto caſu non in-
curritur excommunicatio lata contra tales
contrahentes. Hanc ſententiā inter Couar
ruu. ſuper quartum decretalium par. 2. c.
3.§.2 num. 8. vbi dicit. Igitur pœna illa lo
cum habet niſi conſenſus coniugalis omni
no defeciſſet,quòd in animæ interiori iudi
cio adnotandum eſt·& citat pro hac ſenten
tia Adria.in 4. in materia de matrimonio .
q. 11. Et idem tenet idē Couar.in eodem
cap.§.7.nu.2.circa finem. Vbi dicit. Nā &
ſi conſanguineus contrahat matrimonium
cum conſanguinea abſque coniugali cōſen
ſu certè non, incidet in illius canonis pœ-
nam. Et loquitur de iſta clementina .

¶ Prima concluſio ſit in huius rei expli
cationem . Certiſſimum eſt quòd in foro
exteriori iſte qui ſic contrahit, iudicabitur
excommunicatus. In hac concluſione con-
ueniunt omnes Doctores. Et hoc ſignificat
Couarruu.in primo loco citato qn̄ dicit in
animæ interiori iudicio. Nam in foro exte
riori exiſtimabitur excommunicatus . Et
probatur primo . Nā Eccleſia non iudicat
de occultis,vt communiter dicitur a Theo
logis : ſed in foro externo iſte contrahit cū
conſanguinea vel affini , &c. Ergo in exte-
riori foro iudicabitur excommunicatus.

¶ Secundò probatur concluſio . Si quis
in foro exteriori proferat hæreſim in tali
foro iudicabitur excommunicatus, & hæ-
reticus quamuis intus , non ſit hæreticus :
ergo idem erit in caſu noſtræ cōcluſionis .

¶ Secunda concluſio. Prima ſentētia eſt
probabilis , ſecunda vero videtur probabi-
lior. Hæc concluſio duas habet partes. Pri-

A ma pars probatur argumentis factis primo
loco quę sūt probabilia,& authoritate Do
ctorum qui illam tenent . Et ſecundū iſtā
ſententiam duo aduertenda ſunt. Primum
aduertendum eſt,quod hæc ſententia pro-
babilior eſt quam ſententia Caieta.aſſeren
tis quod ille qui nō eſt hæreticus intus, &
profert hæreſim metu mortis incurrit ex-
cōicationem latam contra hæreticos . Illa
enim ſententia Caietan.non recipitur cōi-
ter a Theologis,nec iudicatur ita probabi-
lis ſicut iſta.Ratio differentiæ eſt. Nam hę
reſis ex natura ſua potius dicit aliquid in-
B ternum quod exiſtit in mente, vt conſtat,
vnde non eſt veroſimile quod nomine hæ
reſis,& nomine hæretici intelligatur exter
na forma,& effigies hæreſis.Cæterum con
tractus matrimonialis, & cōtrahere matri
monialiter potius dicit aliquid extrinſecū,
vt conſtat,& ita per hoc quod eſt cōtrahe-
re matrimonialiter veroſimiliter intelligi-
tur contractus ipſe externus ét ſine conſen
ſu. Secundū adnotandū eſt quod ſecūdum
iſtā ſententiā eſt aſſerendū quod ī illa Cle-
mentina de conſang.& affin. punitur pecca
tum,& irreuerentia cōtrahendi in illis gra
C dibus prohibitis ab Eccleſia,& quoniam ui
detur eadem ratio peccati, & irreuerentiæ
contrahere in forma exteriori etiam ſine
interiori conſenſu,& contrahere cum con-
ſenſu interiori : ideo utrumque ſubijcitur
excommunicationi,&ita incurritur excom
municatio etiam ſine conſenſu interno,ex
eo ſolum quod vult contrahere exterius ;
nam habet rationem contractus matrimo
nialis in forma exteriori. Secunda pars hu-
ius concluſionis probatur authoritate Do
ctorum qui illam tenent, & argumentis fa
ctis ſecundo loco, quæ ſunt probabiliora ,
D Et confirmatur, nā ſi eſſet lata excommu-
nicatio cōtra baptizātes tales vel tales pue
ros, & aliquis baptizaret aliquem illorum
ſine intentione baptizādi illum non incur
reret excommunicationem , nam reuera
non baptizat:ergo ſimiliter qui non habet
animum contrahendi quāuis contrahat in
forma exteriori,non incurrit excommuni-
cationem . Quibus poſitis reſpondendum
eſt ad argumēta facta primo loco,quæ pro
cedunt contra iſtam ſecundam partem hu
ius concluſionis,quæ eſt probabilior.

¶ Ad primum argumētum reſpondetur
quòd illud argumētum conuincit quod in
foro

foro exteriori iſte iudicabitur excommunicatus, tamē reuera non erit excommunicatus. Nā in rigore non eſt contractus matrimonialis; cum enim iſta lex ſit rigoroſa intelligi debet in rigore & de contractu in quo eſt conſenſus internus, qui eſt neceſſarius ad rationem contractus.

¶ Ad ſecundū reſpondetur negando conſequentiam, & ad probationē illius reſpondetur, conceſſo antecedente, negatur conſequentia; nā quāuis ſciant eſſe impedimentum canonicum dirimens matrimoniū inter illos reuera poſſunt habere conſenſum qui de ſe erat ſufficiens ad conſtituendum matrimonium: quod quidem explicabitur amplius in alio dubio principali quod diſputandum eſt poſt iſtud.

¶ Ad tertium argumentum rñdetur, ꝙ illa ſententia illorum non eſt probabilis, & ita communiter reijcitur a Doctorib. Nam duriſſimum eſt dicere quod ille qui mente non eſt hæreticus, & profert exterius illam, ſit excommunicatus de quo in locis ſupra citatis: & ita in noſtro caſu probabilior ſententia videtur quod non incurratur excōmunicatio. Et ex dictis reſpondetur ad ſecundum argumentum dubij principalis.

AD tertium argumentum dubij principalis, eſt tertium dubium, ſuppoſita ſecunda ſententia, quæ aſſerit ꝙ eſt neceſſarius conſenſus ad hoc quod incurratur excommunicatio, vt diffinitum eſt ſm probabiliorem ſententiam in dubio præcedenti. An ſi unus contrahentium in huiuſmodi gradibus prohibitis in illa clementina habet conſenſum internum quādo contrahit, non uero alius incurrat excommunicationem. Et quidem de illo qui non habet animum contrahendi certa res eſt ſm illam ſententiam, quod non incurrit illam. Tota autem difficultas eſt de alio qui habens conſenſum internum contrahit. Et videtur, quod iſte non incurrat excommunicationem.

¶ Primò arguitur argumento ibi facto. Excommunicatio lata eſt contra illos, qui contrahūt matrimonialiter in gradib. ꝓhibitis ibidē: ſed iſte non contrahit matrimonialiter, ibi. n. non eſt contractus matrimonialis: nam ad contractum matrimonialē requiritur conſenſus vtriuſque: ergo non incurrit excommunicationem in illo caſu.

A ¶ Secundò arguitur. Si unus uellet contrahere, & reuera explicaret exterius conſenſum ſi alius non explicaret ſuum conſenſum, vel exterius apponeret aliquod ſignum, non incurreret talem excommunicationem: nam hic certum eſt ꝙ non eſt contractus matrimonialis: ergo nec in noſtro caſu incurrit excommunicationem: nam iſta ſe habet ac ſi non haberet ſignum internum, cum non habeat vllum conſenſum, vt ſupra dictum eſt.

¶ Vltimo arguitur. Si lata eſſet excommunicatio contra illum qui faceret talem, B vel talē contractum cum aliquo. v. g. cum pupillo, reuera non incurreretur excommunicatio, niſi eſſet talis contractus ex vtraq; parte, & niſi ex vtraq; parte eēt conſenſus in illū contractū: nam ſine tali conſenſu non reperitur vera ratio talis contractus: ergo nec in noſtro caſu incurritur excommunicatio: nam eſt eadem ratio.

¶ His non obſtantibus concluſio ſit. Non eſt omnino improbabile, ꝙ ille qui conſentit in talem contractum, & reuera quantum eſt ex ſe contrahit, non incurrat excommunicationem etiam ſi alius non C conſentiat, dum tamē contrahat exterius: probabiliſſimum tamen eſt, & fere certum quod incurrit illam excommunicationē. Hæc concluſio habet duas partes. Prima pars probatur argumentis iam factis, quæ non ſunt omnino improbabilia. Secunda vero pars probatur. Primo. Lata eſt illa excommunicatio contra illos qui contrahūt in gradibus prohibitis, de quibus loquitur Clemētina: ſed iſte reuera cōtrahit in gradu prohibito de quo loquitur Clemētina, vt conſtat: ergo reuera incurrit excommunicationem. Secundo probatur concluſio D confirmando argumentum præcedens. Si reuera iſta contraheret, & eſſet verus contractus matrimonialis, nihil aliud iſte faceret: ergo facit oīa neceſſaria ad incurrendam excōicationem. Antecedens conſtat: nam ille quātum eſt de ſe, ponit omnia neceſſaria ad contrahendum, & nihil aliud faceret ſi reuera eſſet contractus matrimonialis: ergo. Vltimo ꝓbatur concluſio quātum ad iſtam partem Moraliter loquendo Summus Pontifex in illa excommunicatione vult punire peccatum grauiſſimum, quod committitur contrahēdo in illis gradibus prohibitis: ſed in iſto caſu ille qui ſic

contrahit

cōtrahit committit omne peccatum quod cōmitti poteſt in contrahendo in illis gradibus prohibitis,& cōmittit illud etiā opere externo:ergo renera incurrit excommunicationem. Quibus poſitis,reſpondetur ad argumenta facta in principio dubii. A

¶ Ad primum argumentum reſpondetur, quod iſte vere contrahit in illis gradibus prohibitis,nam quantum eſt ex ſe facit omnia neceſſaria ad contrahendum:& contra illum qui facit id quod ex ſe ad contrahendum in illis gradibus prohibitis lata eſt excommunicatio.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur,quod etiam in illo caſu ibi poſito incurreretur excommunicatio: nam quātum eſt ex ſe,ille etiam facit omnia requiſita ad cōtrahēdum in gradibus prohibitis: quod uero alius non explicat ſuum cōſenſum videtur impertinens ad actionem illius. Itaque iſte uere apponit actionē ſubiectam excommunicationi. B

¶ Ad vltimum argumētum reſpōdetur, quod etiā in illo caſu ille qui faceret totū quod in ſe eſt ad contrahendum cum pupillo incurreret excommunicationem. Et aduertendum quod in illa excommunicatione lata eſt ſententia contra illam actionem prohibitam, quæ eſt contrahere matrimonialiter, in gradibus prohibitis: quæ quidem actio, cum grauiſſimum peccatum ſit in ſingulis contrahentibus reperitur quando faciunt totum quod in ſe eſt, ad contrahendum. Et ita cum unus illorum explicat conſenſum de præſenti, ſtatim incurrit excommunicationem. Ex dictis in hoc dubio reſpondent ad tertium argumentum dubii principalis. C

¶ Ad quartum argumentum dubii principalis, eſt quartū dubium circa illam Clementinam. An ſi aliqui conſanguinei uel affines, uel alii prohibiti in illa Clementina, poſt Concil. Trid. contrahant de præſenti ſine parocho & teſtibus incurrant excommunicationem illam. Diximus poſt Concilium:nam ante certa res erat quod incurrebatur excommunicatio cum eſſet uerus cōtractus matrimonialis. Et uidetur qđ poſt Concilium Trident. etiam incurratur illa excommunicatio. D

¶ Primo arguitur. Iſti ſic contrahentes faciunt totum quod in ſe eſt ad contrahendū in illis gradibus prohibitis,ut ſupponimus; ergo incurrunt excommunicationem. Probatur conſequentia. Vt dictum eſt in dubio præcedenti,ad incurrendam iſtam excommunicationem ſatis eſt facere omnia requiſita ad contrahendum matrimonium.

¶ Secundò arguitur. Vt ſupponimus ante Concilium Tridentinum certa res eſt quod incurrebatur in illo caſu excommunicatio,quia erat peccatum contrahere in illis gradibus,ſed idē peccatum eſt modo, & adhuc grauius propter prohibitionem Concilii,vt conſtat:ergo multo magis incurritur modo illa excommunicatio.

¶ Tertio arguitur. Illa excommunicatio lata eſt contra illos qui contrahebant in illis gradibus prohibitis, & intelligendū eſt quantum videtur de illis qui contrahebāt ſicut tunc contrahebatur:ſed tunc uerus cōtractus matrimonialis erat qui celebratur ſine parocho,& teſtibus:ergo etiam modo ſi contrahant in illis gradibus ſine parocho & teſtibus incurritur illa excommunicatio.

¶ Vltimò arguitur. Si aliqua ratione nō incurritur excommunicatio poſt Conciliū Tridentinum, maximè quoniam illud matrimonium eſt nullū poſt Concilium: hæc autem ratio nulla eſt, ergo. Minor probatur. Nam ſemper matrimonium celebratum inter affines vel cognatos eſt nullū,vt conſtat,cum ſit impedimentum dirimens, ergo illa ratio non eſt bona.

¶ Nihilominus tamen concluſio ſit, Poſt Concilium Tridentinū non incurritur excommunicatio à contrahētibus in illis gradibus prohibitis, niſi fiat corā parocho, & teſtibus. Itaque ſi duo affines vel conſanguinei contraherent modo per uerba de præſenti,in occulto,ſine parocho, & teſtibus,non incurritur excommunicatio. Hæc concluſio probatur primo fortiſſimo argumento. Ad incurrendā excōmunicationem illā neceſſarium eſt quod cōtrahant in gradibus illis prohibitis, ſed iſti ſic cōtrahētes poſt Conciliū non uere contrahunt,etiam in forma exteriori,ergo non incurrit excōmunicationem. Minor probatur. Nam iſti non ſeruāt formam contractus matrimonialis,nam in Cōcilio Tridentino conſtituta eſt forma contrahendi matrimonialiter. Secundo probatur concluſio. Et cōfirmatur argumentum præcedens: In Concilio Tridentino non ſolum annullatur matrimonium aliter factum, & perſonæ reddū-

tur inhabiles ad ſic contrahendum: verum etiam conſtituitur, & præſcribitur forma contractus matrimonialis, ita vt non ſit uerus contractus ſine illa, ergo poſt Conciliũ non eſt contractus matrimonialis nec forma illius ſi fiat in occulto, ac ſubinde nõ incurritur excommunicatio lata contra illos qui contrahunt in gradibus prohibitis. Tertio probatur concluſio. Simoniacus mentalis non incurrit excommunicationẽ latam contra ſimoniacos, quoniam non eſt forma externa contractus ſimoniaci, vt dicunt Theologi in materia de ſimonia: ſed in noſtro caſu non ſeruatur forma neceſſaria contractus matrimonialis, ut iam probauimus, ergo non incurritur excommunicatio. Quibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principo dubii.

¶ Ad primum argumentum reſpondetur, quòd taliter contrahentes non faciunt totum, quod in ſe eſt ad contrahẽdum: nam non ſeruant formam præſcriptam à Concilio Tridentino in contractu matrimoniali, & ita non incurrunt excommunicationem latam contra contrahentes in gradibus prohibitis.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod ante Concilium Tridentinum ſine dubio incurrebatur excõmunicatio quoniã tunc illa erat vera forma cõtractus matrimonialis, modo vero non eſt forma talis contractus. Itaque in illa Clementina excõmunicatur actus cõtrahendi, & ante Concilium erat actus cõtrahendi, nõ vero poſt, & excommunicatio non eſt lata ſolum contra peccatum, ſed contra peccatum cum tali modo & forma.

¶ Ad tertium argumentum reſpõdetur, quòd verba illius Clementinæ accipienda ſunt ſecundum ſuam ſignificationem: contrahere vero matrimonialiter dicit formã contractus matrimonialis, quam non habet ille contractus in occulto poſt Concilium Tridentinum, & ita non incurritur excommunicatio in illo caſu.

¶ Ad ultimum, reſpondetur, negando maiorem, non enim illa eſt ratio vt probat optime argumentum, & amplius explicabitur in dubio ſequenti, ſed ratio potiſſima eſt, quia non ſeruatur forma contractus matrimonialis præſcripta à Concilio Tridentino, & ita non verificatur, quod contrahunt. Et per hoc reſpondetur ad quartum argumentum dubii principalis.

¶ Ad quintum argumentum dubii principalis, dubiũ eſt An ſi duo affines, uel conſanguinei, uel alii cõtenti in Clemẽtina, cõtrahant matrimonium, & velint contrahere propter metum cadẽtẽ in virum conſtãtem, in caſu quo nullum eſt matrimonium, ſaltẽ iure poſitiuo, incurrant illam excommunicationem. Et uidetur quod incurrant excommunicationem, ſupponimus enim quod fiat coram parocho & teſtibus.

¶ Primò arguitur. Iſti vere contrahunt in gradibus prohibitis, nam ſeruant formã contractus matrimonialis: ergo incurrunt excommunicationem. Probatur conſequẽtia. Nam excommunicatio lata eſt contra illos qui contrahunt in gradibus prohibitis in illa Clementina.

¶ Secundo arguitur. Si aliqua ratione illi non incurrerẽt excommunicationem maximẽ quia reuera nõ cõtrahunt, quoniam ſaltem iure poſitiuo matrimonium factum per metum cadentem in virũ cõſtãtẽ eſt irritũ, & nullum, hæc aũt ratio nulla eſt, nam nullum matrimonium inter affines uel cognatos eſt ualidum. Item nam ſi aliqui cõtrahant non ſolum cum impedimento affinitatis, uel conſanguinitatis, ſed etiam cum impedimento cognationis legalis, vel ſpiritualis matrimoniũ eſt nullum, etiam ratione vltimi impedimẽti, tamen incurritur excommunicatio, vt conſtat, nam ſi contrahẽdo cum impedimento affinitatis, uel cõſanguinitatis incurritur: ergo etiam contrahẽdo ſimul cum alio impedimento ſuperueniente, ergo.

IN hac difficultate autores ſupra citati, qui aſſerunt quòd matrimonium factũ per metum cadentem in uirum conſtantem eſt irritum, & nullum iure naturali, cõſequenter debet dicere, quod qui contrahunt in illis gradibus prohibitis propter talem metũ, non incurrũt excommunicationem. Ratio huius eſt. Nam nõ reperitur ratio contractus matrimonialis: non enim ſeruant formam contrahendi præſcriptam & cõſtitutam ab ipſo iure naturali. Et enim ſi illi qui non ſeruant formam præſcriptam à Concilio Tridentino, non incurrunt excõmunicationem, nec ibi ſeruatur ratio cõtractus matrimonialis, multo magis non incurrunt excõmunicationẽ illi, qui non ſeruant formã conſtitutam ab ipſo iure naturali.

rali. Nam ibi non eſt ratio contractus matrimonialis cum deficiat eius forma.

¶Cæterum in noſtra ſententia ſit etiam concluſio. Mihi videtur, quòd ſi contractus matrimonialis fiat per metum cadentem in virum conſtantem in illis gradibus, non incurritur iſta excommunicatio, niſi forte in aliquo caſu. Hanc concluſionē tenet Nauarro in Manuali ca. 27. nu. 141. hoc tenet Syluester uerbo, excōmunicatio 9. dubio. 5 circa hanc excommunicationem & uerbo excommunicatio. 5. § vltimo dubio 14. & probatur breuiter. Nam vt dicitur in materia de legibus in. 1. 2. q. 96. art. 4. Lex humana qualis eſt iſta de non contrahendo in gradibus prohibitis, non obligat cum periculo vitæ, ergo ſi matrimonium ſit contractum propter periculum vitæ, vel propter aliud quod illi æquiualeat, nō incurrit excommunicatio ibi lata in illa Clemētina. Dixi tamen in concluſione, niſi forte in aliquo caſu tamen, quoniam ſi non ſit periculum vitæ, vel æquiualēs illi, incurritur excommunicatio, tum etiam quoniam, vt dicitur in loco citato lex humana aliquando obligat cum periculo vitæ vt ſi incurratur metus in contemptum legum eccleſiaſticarum & in aliis caſibus vide ibi. Non enim eſt huius loci hoc amplius explicare, quib. poſitis reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio.

¶Ad primum argumentum rńdetur, ꝙ in iſto caſu non incurritur excōicatio, non quidem; quia non ſit ibi forma contractus matrimonialis: ſed quia ſit propter metum illum grauiſſimum, vt diximus iam.

¶Ad ſecundum argumentum rńdetur, ꝙ illud argumentum optime conuincit, ꝙ ratio quare in iſto caſu non incurritur excommunicatio non eſt, quia matrimonium eſt nullum(. Argumentum enim ibi factū hoc manifeſtè conuincit) ſed propter rationem iam aſſignatam. Ex dictis reſpondetur ad quintum argumentum dubij principalis.

¶Ad ſextum argumentum dubii principalis, eſt dubium de illis qui contrahunt in gradib. affinitatis quæ oritur ex matrimonio rato non conſummato, an incurrant excommunicationē latam in illa Clemētina.

¶In hac difficultate illi autores qui exiſtimāt, ꝙ ex matrimonio rato non conſummato non oritur affinitas, ſed impedimentū

A publicæ honeſtatis (vt dicunt multi præcipuè Iuriſperiti citati in art. 1. huius quæſt.) conſequenter tenentur dicere ꝙ illi qui cōtrahunt cum tali impedimento non incurrunt excommunicationem ibi latam. Nam illa conſtitutio ſen Clementina, loquitur de contrahentib. in gradibus affinitatis: illi verò qui dicunt ꝙ oritur impedimentū affinitatis ex matrimonio rato non cōſummato (vt dicunt multi citati in eodem loco) ex conſequenti tenentur dicere ꝙ illi qui in illo gradu contrahunt incurrunt excōicationem. Concluſio ſit. Probabilis ſen-
B tentia eſt quòd in iſto caſu incurritur excōicatio, probabilius tamen eſt oppoſitum. Prima pars huius concluſionis conſtat autoritate Doctorum qui tenent quòd ex matrimonio rato non conſummato oritur impedimentum affinitatis & argumentis factis pro illa ſententia. Secunda vero pars probatur autoritate Doctorum, qui tenent quod ex matrimonio rato non conſummato non oritur impedimentū affinitatis, ſed publicæ honeſtatis, & argumētis factis pro illa, Vt præcipue probatur. Nā vt ego exiſtimaui probabilius, ex matrimonio rato, nō
C conſummato oritur affinitas initiatiue, & veluti imperfecta, ergo probabilius eſt ꝙ non incurritur excommunicatio. Probatur conſequentia: nam excōicatio lata contra illos, qui contrahunt in gradibus affinitatis intelligi debet de affinitate perfecta, & nō de affinitate initiatiue. Et per hoc reſpondetur ad ſextum argumentum principale.

¶Ad ſeptimum argumentū dubij principalis eſt ſeptimum dubiū, an affines, uel conſanguinei qui poſt ſponſalia de futuro habent coitum affectu maritali, incurrant excommunicationem huius Clementinæ.
D Diximus in dubio, affectu maritali: nam ſi coitus eſt fornicarius non incurrūt excōmunicationem: nam tunc ſponſalia nō trāſeunt in rationem matrimonij. Et rationes dubitandi ponūtur in illo ſexto argumēto.

¶In huius rei explicationem ſit prima concluſio. Ante Cōcilium Tridentinum ſi poſt ſpōſalia de futuro inter affines, vel cōſanguineos ſequebatur coitus affectu cōiugali incurrebatur excommunicatio. Hanc ſententiam tenet Caieta verbo, excommunicatio cap. 47. Syluester loco ſupra citato dubio. 6. Nauar. in Manuali ca 27. nu. 141. Et ratio huius eſt. Nam talia ſponſalia con

iuncta cum tali copula tranſeunt in rationem matrimonii, & habent ueram rōnem contractus mrimonialis ſi fiant effectu cõiugali, ergo, incidunt in excõmunicationẽ. Secunda concluſio. Poſt Concilium Tridẽtinum illi qui contrahũt ſponſalia per uerba de futuro in illis gradibus prohibitis, & habent coitum etiam affectu maritali, non incurrunt illam excõmmunicationem. Hãc ſentẽtiam tenet Nauarro in loco immediate citato, & hanc debent tenere omnes doctores qui dicunt quod poſt Conciliũ Tridentinum ſponſalia de futuro non poſſunt tranſire in rationem matrimonii per copulam carnalem, etiam ſi fiat affectu maritali: Et ratio eſt manifeſta. Nam nõ incurritur prædicta excommunicatio niſi per contractum matrimonialiũ, ut iam ſæpe dictũ eſt, ſed in iſto caſu. non eſt cõtractus matrimonialis poſt Concilium Tridentinum: ergo non incurritur excommunicatio in tali caſu. Ex dictis in hoc dubio reſpõdetur optimè ad ſeptimum argumẽtum dubii principalis.

¶ Ad octauum argumentum dubii principalis, eſt dubium octauum. An incurratur iſta ex excommunicatio, quando contrahitur cum affine, uel conſanguinea ignorãter. Ad cuius explicationem ſupponendum eſt quod duplex poteſt eſſe ignorantia. Altera iuris, altera uero facti. Ignorantia iuris in hoc caſu eſſet, ſi quis ignoraret excõmunicationẽ illius Clementinæ, ignorãtia uero facti eſt ſi quis ignoraret ſe eſſe affines, uel conſanguineos, &c. Et uidetur quod incurratur excommonicatio etiam ſi contractus matrimonialis fiat ignoranter.

¶ Primo arguitur octauo argumẽto principali. Quando quis ignorat vincibiliter ius quamuis nõ habeat ignorãtiam facti incurrit excommunicationem: nã reuera peccat cõtra illud ius, cũ illa ignorãtia ſit uincibilis: ergo contrahere in illis gradibus prohibitis ẽt ignoranter ſubiicitur excõmunicationi. Cõfirmatur argumentum. Nam vt habet in regulis iuris in ſexto, regula ignorantia. Ignorantia facti nõ iuris excuſat: ergo quantumuis aliquis ignoret ius ſi nõ habet ignorantiam facti non excuſatur ab excommunicatione.

De regulis iuris in 6. regula ignorantia.

¶ Secundo arguitur, de illis qui cõtrahũt in huiuſmodi gradibus prohibitis per ignorantiam affectatam ſiue iuris, ſiue facti. In

A iſto caſu contrahitur ignoranter, & ſcienter ut conſtat, nam habent ignorantiam: tamen incurrunt excommunicationem illã, ergo. Minor probatur. Nam cum illa ignorantia ſit affectata actus ipſe redit in naturam ſuæ formæ & perinde ſe hẽt qui operatur cum tali ignorantia ac ſi ſciret.

¶ Tertio arguitur, quando alter contrahentium habet ignorantiam ſiue facti, ſiue iuris, alius vero non. Tũc ſic. In iſto caſu incurritur excõmunicatio illa de qua loquimur: nam talis cõtractus ſcienter fit ſaltem ab uno illorum contrahentium, tamen fit

B ẽt ignoranter cum alter illorum ignoret: ergo excommunicatio incurritur quando contrahitur ignoranter in illis gradibus.

IN hac difficultate ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ circa illam particulam poſitã in illa Clementina, ſcienter. Prima ſentẽtia eſt quod intelligitur de ſcientia facti: itaq; ſola ignorantia facti excuſat á tali excõicatione, videlicet, quia neſciebat eſſe cognatam uel affinem vel monialem, ignorantia vero iuris non excuſat. Hanc ſententiam tenet Caietan. in Summa, loco citato, eãdem ſeatentiam tenet Sylueſter verbo excom-

C municatio q. 41 excommunicatione, quæſt. 1. Idem tenet gloſſa ſuper illam Clementinam, verbo, ſcienter, & alii, qui referuntur á Nauar. ubi ſupra, & ipſe dicit tenuiſſe illam ſententiam aliquando. Secunda ſententia eſt huic oppoſita, quòd non ſolum ignorãtia facti verum etiam ignorantia iuris excuſat in iſto caſu ab excõicatione. Hanc ſententiam ſequitur Nauarro in loco iam citato & alii autores.

¶ In huius rei expoſitionem ſit concluſio. Prima ſententia eſt probabilis, ſecunda vero mihi uidetur probabilior. Hæc concluſio habet duas partes. Prima pars probatur

D argumentis factis primo loco & autoritate Doctorum qui illam tenent. Et ſecundum iſtam ſententiam illa particula, ſcienter, debet coniungi cum eo quod ſequitur in gradib. prohibitis, &c. Ita quod ſenſus ſit quod ſciat eſſe huiuſmodi impedimenta, uel aliquod illorum eſſe inter illos. Secunda pars probatur. Primo ex ipſa Clementina. Non enim loquitur ſimpliciter de contrahente, ſed de contrahente ſcienter, & non eſt cur illa Clementina reſtringatur ad ſciẽtiam facti, præcipuè cum ſit rigoroſa: ergo intelligi debet de ſciẽtia tam iuris, quam facti.

cti. Secundo probatur. Nam quacunq; ignorantia aliquis aliquid faciat, non facit illud ſcienter ſiue ſit ignorantia facti, ſiue iuris, ergo hæc excummunicatio, non incurritur quomodocunq; ſit ignorantia. Confirmatur argumētū: nam ſiue ſit ignorantia facti, ſiue iuris, minuit peccatum, ut dicitur in 2.2.quæſt. 74. art. 1. ergo ſi in uno caſu nō incurritur excommunicatio nec in alio. Ex hac ſecunda parte concluſionis ſequitur, quòd ignorantia vincilis, & culpabilis etiam ſi ſit craſſa excuſat ab excommunicatione. De affectata uero dicet poſtea. Hoc corollarium ponitur in materia de excommunicatione, nā quando dicitur ſi quis ſciēter hoc fecerit ſit excommunicatus, non incurritur excommunicatio ſi ſit ignorantia etiam culpabilis & craſſa, vt dicit D. Anto. 3.par.titu.24.cap. 36.nu.13. Caiet. 12.quæſtio. 73. art. 9. Syluester verbo Ignorantia dicto 4. Aduertendum tamen eſt, quod in prima parte illius Clementinæ ponitur illa particula ſcienter, cum dicitur, eos qui ſciēter in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis, aut cum monialibus, &c. Poſtea uero in ſecunda parte non ponit illam particulam cum dicit, necnō religioſos, & moniales ac clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, matrimonia contrahentes. Et ratio fuit: Quoniā in caſibus contentis in prima parte potuit eſſe ꝓbabilis ignorantia nō vero in caſib. ſecundæ partis, & ita in caſib. contentis in ſecunda parte ſi interueniat ignorantia culpabilis, ēt incurritur excōmunicatio.

¶ Quibus poſitis reſpondēdum eſt ad argumenta facta in principio. Ad primū argumentū reſpondetur, quòd quāuis in illo caſu peccet etiam mortaliter, nō incurritur excommunicatio propter rationes iam dictas. Et idem reſpōdetur ad confirmationē. Item dici poteſt ad confirmationē, ꝙ ignorātia iuris nō excuſat niſi ipſum ius excuſet & eos excipiat qui habent ignorātiam.

¶ Ad ſecūdum argumentū dubiū poſſet eſſe in iſto caſu, an ſi ignorātia ſit affectata ſiue ſit iuris ſiue facti incurratur excōmunicatio. Dicendum eſt breuiter, ꝙ incurritur excōmunicatio huius Clemētinæ Iſtā ſententiam tenet Syluest. ubi ſupra, & glo. ſuper iſtam Clementinam: & hanc ſententiam tenet Caiet. Nam vt ipſe dicit ignorātia affectata reducit actum in naturam ſuæ formæ: & ita ſe hēt qui facit aliquid ex ta-

A li ignorantia, ac ſi faceret ex certa ſcientia, & ita ſit illud opus ſcienter.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur cū Syluest. ibidē, quod ſi alter contrahentiū in illis gradibus prohibitis habet ſcientiā, & alter ignoratiam: ille qui habet ignorantiā & contrahit ignoranter non incurrit illam excommunicationem: tamen ille qui habet ſcientiam, & contrahit ſcienter incurrit illā excōmunicationē. Ex dictis reſpondetur ad octauū argumentum dubii principalis.

AD nouum argumentum dubii principalis eſt dubium, An illi qui a principio

B contractus ignorabant conſanguinitatem vel affinitatē, uel aliud impedimentum ex poſitis in illa Clementina, & poſtea perſeuerant ſcienter nō ſolum in cōcubitu verū etiam in coniugio, incurrant excōmunicationem. Et ratio dubitandi eſt illa quæ poſita eſt in illo argumēto. In hac difficultate Caietan. loco ſæpe allegato exiſtimat quod non minus ſunt excommunicati qui licet ignoranter contraxerunt ſcienter perſeuerant, non in ſolo concubitu, ſed in coniugio: hoc eſt in concubitu affectu coniugali, quam ſi à principio contraxiſſent ſciēter.

C Nam concubitus affectu coniugali claudit in ſe contractum matrimonii, pluſquā contractus matrimonii claudit in ſe ſpōſalia: & ideo cum excommunicantur contrahētes, multo magis excōmunicantur conſummātes ſcienter. Syluester loco citato quæſt. 2. ponit dubium, quid ſi quis ignoranter contraxit ſed ſuperueniente ſciētia cohabitat. Et adducit varias ſententias. Prima ſententia eſt Ioan. Andr. qui dicit, ꝙ ille nō incidit in excōmunicationē. Nā iſta conſtitutio non ponit cohabitationē vel inceſtum, ſed contractū matrimonialē, quamuis mor

D taliter peccet cognoſcendo eam. Et probat quia iſte ſine iudicio Eccleſiæ non pteſt diuertere ab illa. Et hanc ſententiam ſequitur Cardinalis. Apponit tamen exceptionē dicēs, niſi de nouo contrahat. Paulus vero dicit, ꝙ ſi talis cohabitat ei affectu maritali, incurrit iſtā pœnā, cum videatur ex nouo conſenſu cū ea cōtrahere: ſi vero ex primo non incurrit excommunicationē. Syluester verò dicit, quòd iſta non repugnant quia ſtant in hoc ꝙ iſte incidit in excommunicationē. ſi poſtquā ſciuit explicite aut virtualiter contrahit. Nauarro in loco citato expreſſè dicit quòd ad incurrendam hanc, nō

ſufficit quod ſcientia ſupra dictorum impedimentorum ſuperueniat, poſt contractũ, licet ſufficiat ad peccatum ſi non ſeparentur: & hanc ſententiam tenet gloſſa ſuper illam Clementinam, uerbo, ſcienter.

¶ In huius rei explicationem ſit prima concluſio. Ante Concilium Tridẽtinum ſi aduertẽter ſcientia horum impedimentorũ perſeuerando in cõiugio formaliter vel virtualiter cõtraherent in ſecreto, incurrerẽt prædictã excõmunicatione: nã reuera eſſet cõtractus matrimonialis de nouo inter illo (& ita intelligẽdi ſunt iſti Doctores) ſi aũt non cõtraherent formaliter vel virtualiter q̃tumuis perſeuerarẽt nõ incurrerẽt excõmunicatione: nã in illa Clemen. ſolũ excõmunicat actus cõtrahẽdi in illis gradibus.

¶ Secunda concluſio. Poſt Concil. Triden. quantumuis perſeuerent in coniugio poſt certam ſcientiã de impedimento ſi de nouo non contrahunt corã parocho & teſtibus, non incurrunt excommunicationem. Ratio eſt. Nam ut iam diximus nõ ſeruant formã cõtractus matrimonialis præſcriptã in Concil. ac ſubinde non incurrunt excommunicationẽ: nam actus ſubiectus excommunicationi eſt actus contrahendi matrimonium. Ex dictis in hoc dubio ſoluitur argumentum vltimi dubii principalis.

¶ Circa eãdem Clementinã aduertendũ cum Caietano loco citato circa finem, & cum Syluestro vbi ſupra dubio. 8. quòd celebrans ſcienter eadem damnata coniugia, inter eoſdem incurrit excommunicationem. Nomine vero celebrantis intelligitur ille qui adhibet eccleſiaſticam celebritatẽ huiuſmodi damnatis contractibus. H æc tamen celebritas non exigit ſolennitatem aliquam, ſed ad eam ſufficit quod ſacerdos celebret matrimonium dicendo verba ſolita, puta, placet tibi iſte coniux? Itaque celebritas iſta conſtat, aut ſi celebritas eccleſiaſtica fiat, aut ſi ſacerdos ex ſacerdotali officio celebret contractum, dicendo verba, vel quaſi authorizãdo interſit, contra c. fi. de clãdeſtina deſponſatione, ad q̃ ſe refert canon iſte in fine. Hæc dicta ſint de iſta Clementina.

¶ Solum reſtat adhuc vnicum dubiũ circa illam: an ſi iſti contraherẽt per procuratores uel per parentes, taliter quod parentes contraherent loco ipſorum: dubiũ inquã eſt an procuratores vel parẽtes incurrant talem excommunicationem. Ad hoc dubium dicendum eſt, quod iſti non incurrunt excommunicationem, nam iſti reuera non contrahunt. Item, nam in illa excommunicatione non excommunicantur præbentes conſilium, auxilium, &c. ſed iſti ſolum ſe habent, vt præbentes auxilium non vt cõtrahentes, ergo iſti non incurrunt excommunicationem.

Circa iſtum articulum, & totam iſtam quæſtionem, & præcedentem eſt ſecundum dubium, illudq; grauiſſimum. An matrimonium contractum cum ea quam credebat conſanguineam uel affinem cum in rei veritate non ſit, ſit validum. Et idem eſt de illo qui putat eſſe aliquod aliud impedimentum dirimens matrimonium cũ reuera nõ ſit. Et uidetur quod matrimonium non ſit validum.

¶ Primo arguitur. iſte errat circa ſubſtantiam matrimonii, ergo matrimonium contractum nullum eſt. Conſequentia eſt euidens, nam vt ſupra quæſt. 51. art. 1. & 2. diffinitum eſt, error circa ſubſtantiã coniugii iure naturali irritat & annullat matrimonium. Antecedens vero conſtat, nã iſte in illo caſu exiſtimat quod nõ poteſt dari mutua traditio corporũ, nec cohabitatio, propter conſanguinitatis vel affinitatis impedimentum, ergo habet errorem circa ſubſtantiam & eſſentiam matrimonii.

¶ Secundo arguitur. Iſti qui exiſtimant quod eſt impedimẽtum inter illos dirimẽs matrimonium non poſſunt habere conſenſum ergo matrimonium contractum inter illos nullum eſt. Conſequentia eſt euidens: nam matrimonium non poteſt conſiſtere ſine conſenſu. Antecedens vero probatur, nam iſti exiſtimant quod habent impedimentum annullans matrimonium, & cõſequenter iudicant quod nihil faciunt quantumuis contrahant, & quod eſt impoſſibile quod contrahant, ergo non poſſunt uelle contrahere: nam uoluntas & eius cõſenſus non poteſt ferri ad impoſſibilia.

¶ Tertio arguitur & confirmatur argumentum præcedens, Si quis certo credat ſe non eſſe ordinatum non poteſt habere intentionem conſecrandi, nam credit eſſe impoſſibile conſecrare, & idem eſt de illo qui certo credit ſe nõ eſſe epiſcopum, non poteſt habere intentionem ordinandi, quoniã iudicat impoſſibile ordinare, ergo qui certo credit aliquã eſſe affinẽ uel cõſanguineã

iudicat non poſſe cum illa contrahere: ac ſubinde non poteſt habere intentionem, & conſenſum contrahendi cum illa. Probatur conſequentia, nam eſt omnino eadem ratio.

l. is qui. ¶ Quartò arguitur ex iure. Nam in l. is qui, putat ſe eſſe neceſſarium hæredem, cū tamen ſit uoluntarius: repudiare non poteſt: itaque opinio præferenda eſt ueritati, ergo ſimiliter ille qui exiſtimat quod eſt impedimentum dirimens matrimonium vere non contrahit, & opinio præferenda eſt varitati etiam in noſtro caſu.

¶ In oppoſitum eſt primo. In iſto contractu matrimoniali non eſt error circa ipſas perſonas, vt ſupponimus: nec circa conditionem ad mutuam traditionem nec eſſentiā: cum reuera nullum ſit impedimentum ergo tale matrimonium eſt ualidum.

¶ Secundo arguitur. Si aliqua ratione nō eſſet ualidum matrimonium, maxime quia in illo caſu dubii non poteſt eſſe verus conſenſus in matrimoniū: ſed hæc ratio eſt nulla, ergo. Conſequentia eſt bona, maior eſt manifeſta. Nam illa ratio aſſignatur ab aliquibus. Minor probatur ex cap. 1. de ſponſal. & matrimon. in 6. ubi expreſſè dicitur, ex ſponſalibus puris & certis, etiā ſi cōſanguinitatis & affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quauis ratione ſint nulla: dum modo non ſint nulla ex defectu conſenſus oritur efficax impedimentū, &c. In quibus verbis aperte ſignificatur quod poteſt eſſe conſenſus ad contrahēdum ſponſalia inter affines, cognatos, &c ergo etiam poteſt eſſe conſenſus ad contrahendū matrimonium. Confirmatur. Nam vt dictum eſt dubio precedenti in ſolutione ad ſecūdum illa excōmunicatio quæ lata eſt in illa Clementina ſecundum probabiliorem ſententiā non incurritur, niſi ſit cōſenſus ſufficiens ad matrimonium, ergo inter cognatos & affines poteſt eſſe conſenſus interior ſufficiens ad matrimonium.

cap. 1. de ſponſal. & matrimon. in 6.

¶ Tertio arguitur. Si quis ex errore particulari exiſtimet quod in ſacramento baptiſmi nulla eſt virtus ad iuſtificandū, & ad remittendum peccatum originale, nihilominus poteſt habere intentionem baptizandi, quæ quidem ſufficiet ad hoc quod conferatur verum ſacramentum baptiſmi, ergo ſimiliter in noſtro caſu, poteſt eſſe ſufficiens conſenſus an matrimonium, quamuis contrahentes exiſtiment quòd eſt impedimentum dirimens inter illos. Antecedens eſt omnium Doctorum in materia de ſacramentis in genere. 3. p. q. 64. Conſequētia vero probatur ex paritate rationis.

A

¶ In hac difficultate propter argumenta poſita pro utraque parte ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ inter grauiſſimos, & doctiſſimos viros. Prima ſentētia dicit quod in noſtro caſu matrimonium eſt nullū, quia non poteſt eſſe legitimus cōſenſus. Hanc ſententiā tenet expreſſe Syluest. verbo matrimonium. 8. q. 13. dicto 5. & citat pro iſta ſentētia Hugo. & Archid. & alios. Omnes enim iſti exiſtimant quòd non poteſt eſſe in tali caſu legitima intētio ad cōtrahendū. Citat etiam Summā Angelicam in fauorē huius ſententiæ. Eandem ſententiā tenet Nauar. in manua. ca. 22. nu. 43. circa fin. & nu. 56. Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quod in tali caſu validum eſt matrimonium, & quod poteſt eſſe legitima intentio & legitimus conſenſus ad contrahendum. Hanc ſententiam tenet Summa Roſella, vt refert Syluest. ubi ſupra. Et hanc tenet Couar. ca. 3. §. 7. nu. 2. circa finem. Pro hac ſententia adducit iſte autor Magiſt. Sotum in 4. d. 27. q. 1. ar. 3. ubi hoc uidetur ſignificare cum dicit, quod conſenſus poteſt ferri in materiam illegitimam, idem dicit. diſt. 29. q. 2. ar. 1. & diſt. 35. quæſt. vnica, art. 2. ad tertium.

B

C

¶ In huius rei explicationem ſupponendum eſt, quòd ut conſtat ex iā dictis impedimentū matrimonii duplex eſt, aliud quidem quod impedit, non tamen dirimit matrimoniū, aliud uero quod impedit & dirimit matrimonium. Item iſti qui cōtrahūt poſſunt exiſtimare quod ſunt cognati uel affines, uel habere aliquod aliud impedimētum dirimens dupliciter. Vno modo certè ita ut certo credant quod habent tale impedimentum, alio modo non certè & indubitatè, ſed dubitanter vel opinatiue.

D

¶ Quo poſito fundamento, ſit prima cōcluſio, ut à clarioribus procedamus. Si contrahētes credunt etiam certiſſime quòd habent impedimētum quòd impedit, & non dirimit, poſſunt habere conſenſū, & intētionē neceſſariā ad matrimoniū, & matrimonium erit ualidum, quis tale impedimētū non ſit reuera à parte rei: imo etiā ſi reuera ſit. Hanc ſententiam tenent Doctores ci

tati pro utraque ſententia, & in ſpeciali con ſtituit iſtam concluſionem Syluest.loco citato:& hanc debent tenere omne Theologi. Omnes enim dicũt quod matrimoniũ contractum cum tali impedimento, quãuis ſit peccatum, validũ eſt. Et ex hoc deſumitur manifeſta ratio pro hac concluſione :& de hac concluſione non eſt difficultas.

¶ Vnde ſit ſecunda concluſio. Si iſti contrahentes exiſtiment ſe habere aliquod impedimentum dirimens matrimoniũ, videlicet, affinitatem uel cognationem, &c. illa tamen exiſtimatio non ſit omnino certa, & indubitata, bene poſſunt habere legitimum conſenſum, & intentionem contrahendi, ac ſubinde contractus matrimonialis erit validus ſi illam habeant. Hæc concluſio probatur, primo argumentis factis ſecundo loco, quæ hanc concluſionem uidentur conuincere præcipuè ſecundo & tertio. Secundo probatur. Iſti contrahentes in iſto caſu non credunt certo & indubitate, quòd ſint affines vel cognati, ac ſubinde non credunt certo, & indubitate, quod matrimonium ab illis cõtractum ſit nullum, ergo poſſunt habere intentionẽ, & conſenſum ſufficientem ad matrimonium: nam poſſunt habere conſenſum faciendi quod poſſunt. Et de iis concluſionibus non eſt difficultas. Tota autem difficultas eſt quãdo certo & indubitate credũt quod ſunt cognati vel affines vel quod habent aliquod aliud legitimum impedimentum dirimens, cum reuera nõ ſit.

¶ In cuius rei expoſitionem ſit tertia concluſio. Loquendo in iſto caſu prima, ſententia eſt probabilis, ſecunda uero longè probabilior. Prima pars huius concluſionis probatur argumentis factis primo loco quæ probabilia ſunt, & authoritate doctorũ qui illã tenẽt. Secũda verò pars pbatur authoritate ſapiẽtiſſimorum virorum qui illam docent, & argumentis factis. Secundo loco quæ ſunt longè probabiliora. Quibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principio quæ militant contra iſtã ſecundam partem.

¶ Ad primum argumẽtum reſpondetur negando antecedens. Ad probationem dicendum eſt, quod error ille quo credit adeſſe impedimentum dirimens, non eſt error circa ea quæ ſunt ſubſtantialia, & eſſentialia matrimonio: nec eſt error qui annullat matrimonium. Ratio huius eſt, nam vt dicit D.Thom. ſupra quæſt. 51. arti. 1. error qui annullat matrimonium eſt ille qui tollit conſenſum contrãhentis: error vero iſte quo credit eſſe impedimentum dirimens, cũ reuera non ſit, non tollit conſẽſum neceſſarium ad matrimonium, vt explicabitur ſtatim in ſolutionem ad ſecundum argumentum.

A

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur negando antecedens. Ad probationem dicendum eſt, quod quãuis ipſe credat, & exiſtimet, quod nihil facit, nihilominus tamen poteſt habere conſenſum, & intentionem ſufficientem de ſe ad matrimonium: hoc enim non eſt impoſſibile. Nam licet re vera haberet tale impedimentum poſſent habere conſenſum, & intentionẽ de ſe ſufficientem ad contrahendũ, vt conſtat in exẽplo adducto de hæretico qui credit quod in ſacramẽto baptiſmi nihil fit tamẽ cũ hoc ſtat quod poteſt habere ſufficientem intentionem ad cõferendum baptiſmũ. Sic etiã in noſtro propoſito, cum habeat ſufficientem conſenſum, & aliàs materia non ſit illegitima & inhabilis, ad contrahendum, cum non ſint affines vel conſanguinei vel habentes aliud impedimentum dirimens conficitur uerum matrimonium Item poſſunt habere iſtum cõſenſum ad hunc modum. Dicat vnus, ergo credo quod eſt impedimentum dirimens matrimonium, nihilominus ego uolo cõtrahere & facere totum quod poſſum: & ſimiliter alius dicat idem, & habeat ſimilẽ conſenſum, ſicut hæreticus credit quod in baptiſmate nihil ſit, nihilominus vult facere quod alii miniſtri faciunt quicquid illud ſit, ſiue aliquid fiat ſiue non.

B

C

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur negando antecedens, & dicimus quod ille poteſt habere intentionem conſecrandi, vel ordinandi, vt declarauimus in præcedenti ſolutione.

D

¶ Ad quartum argumentum reſpondet, Couar. loco ſupra citato quod illa lex præcipit quòd opinio ſit præferenda veritati: quia ad illum actum eſt neceſſarium, quod agens ſciat ex qua cauſa, & quo iure eundẽ actum agat, ut in matrimonio non eſt neceſſarium, quod cõtrahens certo ſciat, quod nullum eſt impedimentum ad contrahendum, ſed ſufficit, quod habeat conſenſum de ſe ſufficientem, & quod uelit facere quod poteſt.

Articulus

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum ad ſeparationem matrimonii contracti inter affines & conſanguineos ſit procedẽdum per uiam accuſationis.

AD DECIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ B *ad ſeparationem matrimonÿ quod eſt inter affines & conſanguineos cõtractum non ſit procedendum per uiam accuſationis. Quia accuſationem precedit inſcriptio qua aliquis ſe ad talionem obligat ſi in probatione defecerit: ſed hac non requiruntur quando de matrimonÿ ſeparatione agitur, ergo ibi locum non habet accuſatio.*

¶ 2 *Præterea. In cauſa matrimonÿ audiuntur ſolum propinqui, ut in li-* C *tera dicitur: ſed in accuſationibus audiuntur etiam extranei, ergo in cauſa ſeparationis matrimonÿ non agitur per uiam accuſationis.*

¶ 3 *Pręterea. Si matrimonium accuſari deberet, tunc precipue hoc eſſet faciendum quando minus difficile eſt, quod ſeparatur: ſed hoc eſt quando ſunt ſponſalia tantum contracta, non autem tunc accuſatur matrimonium, ergo nũquam de cætero debet fieri accuſatio.*

¶ 4 *Pręterea. Ad accuſandum non* D *p̃cluditur uia alicui per hoc quod nõ ſtatim accuſat, ſed hoc ſit in matrimonio, quia ſi primo tacui quando matrimonium contrahebatur non poſſũ poſtea matrimonium accuſare quaſi ſuſpectus, ergo &c.*

SED contra. Omne illicitum poteſt accuſari: ſed matrimonium affinũ uel conſanguineorum eſt illicitum, ergo de eo poteſt eſſe accuſatio.

RESPONDEO dicendum, quod accuſatio ad hoc eſt inſtitia ne aliquis ſuſtineatur innocens qui culpam habet, A *ſicut autem ex ignorantia facti contingit quod aliquis homo reputatur innocens qui in culpa eſt, ita ex ignorantia alicuius circunſtãtiæ contingit quod aliquod factum reputatur licitum, quod eſt illicitum: & ideo ſicut homo accuſatur quandoque, ita & factũ ipſum accuſari poteſt, & ſic matrimonium accuſatur, quando propter ignorantiam impedimenti æſtimatur legitimum quod eſt illegitimum.*

AD primum ergo dicendum, quod B *obligatio ad pœnam talionis habet locũ quando accuſatur perſona de crimine, quia tunc agitur ad punitionẽ eius: ſed quando accuſatur factum tunc non agitur ad pœnam facientis, ſed ad impediendum quod eſt illicitum: & ideo in matrimonio accuſator nõ ſe obligat ad aliquam pœnã: ſed talis accuſatio poteſt & uerbis & ſcripto fieri, ita quod exprimatur & perſona accuſans matrimonium quod accuſatur, & impedimentum propter quod accuſatur.*

C *AD ſecundum dicendum, quod extranei non poſſunt ſcire conſanguinitatem niſi per conſanguineos, de quibus probabilius eſt quod ſciãt. Vnde quãdo ipſi tacent ſuſpicio habetur cõtra extraneum, ꝙ ex maleuolentia procedat, niſi per conſanguineos probare uoluerit: unde repellitur ab accuſatione quando ſunt cõſanguinei qui tacẽt, & per quos probare nõ poteſt: ſed conſanguinei q̃tũcunq; ſint propinqui, nõ repellentur ab accuſatione quando accuſatur matri-* D *monium propter aliquod impedimentũ quod impedit contrahendũ, & dirimit cõtractum: ſed quãdo accuſatur ex hoc ꝙ dicitur nõ fuiſſe cõtractũ, tũc parẽtes tanquã ſuſpecti ſunt repellẽdi, niſi ex parte illius qui eſt inferior dignitate & diuitÿs, de q̃bus p̃babiliter æſtimari põt q̃d libẽter vellẽt q̃d matrimoniũ ſtaret.*

AD tertiũ dicẽdũ, q̃d ſi matrimoniũ nõdũ eſt cõtractũ: ſed ſpõſalia tantũ, nõ põt accuſari, q͛a nõ accuſatur q̃d nõ eſt: ſeu poteſt denunciari impedimẽtum ne matrimonium contrahatur.

AD

AD quartum dicendum, quòd ille qui tacuit primo quandoque auditur poſtea ſi uelit matrimonium accuſare, quandoque repellitur, quod patet ex Decre. quæ ſic dicit. Si uero poſt contractum matrimonium aliquis accuſator appareat cum non prodierit in publicũ, quando banna ſecundũ conſuetudinem in eccleſiis edebantur, utrum uox ſuæ accuſationis debeat admitti merito quæri poteſt. Super quo reſpondemus quod ſi tempore denunciationis præmiſſæ is qui iã coniunctos impetit extra diœceſim exiſtebat, uel aliàs denunciatio non potuit ad eius deuenire notitiam: ut puta, ſi nimiæ infirmitatis feruore laborans ſanæ mentis patiebatur exilium, uel in annis erat tã teneris conſtitutus, quod ad comprehenſionem talium eius ætas ſufficere non ualebat, ſeu alia cauſa legitima fuerit impeditus, eius accuſatio debet audiri: alioquin tãquam ſuſpenſus eſt proculdubio repellendus, niſi firmauerit iuramento quod poſt didicerit ea quæ obiecerit, & ad hoc ex malitia non procedat.

li. 4. tit. 18. c. cũ in tua.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio huius articuli eſt affirmatiua. ¶ Secunda concluſio. Ipſum matrimonium accuſari poteſt in iudicio. Ratio huius eſt. Nam ipſum matrimoniũ aliquando de ſe eſt illicitum quãuis ignoretur a coniugibus, qui quidem neſciunt ipſum impedimentum, ergo matrimoniũ ipſum accuſari poteſt ſicut accuſatur homo. Vide ſolutiones argumentorum præcipue ſolutionem ad primum.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrum ad ſeparationem matrimonij contracti inter affines & conſanguineos procedi debeat per teſtes.

AD VNDECIMVM ſic proceditur. Videtur quod in tali cauſa non ſit procedendum per teſtes ſicut in aliis cauſis, quia in aliis cauſis adducuntur A *ad teſtificandum quicunque ſunt omni exceptione maiores: ſed hic non admittuntur extranei quamuis ſint omni exceptione maiores: ergo, &c.*

¶ 2 Præterea. Teſtes ſuſpecti de priuato odio vel amore repelluntur: ſed maxime poſſunt propinqui eſſe ſuſpecti de amore reſpectu unius partis, & odio ad partem alteram: ergo non eſt audiẽdum eorum teſtimonium.

¶ 3 Præterea Matrimonium eſt fauorabilius quam aliæ cauſæ in quibus B *de rebus pure corporalibus agitur: ſed in illis non poteſt idem eſſe teſtis & accuſator: ergo in matrimonio uidetur, quod non conuenienter in cauſa iſta per teſtes procedatur.*

SED contra. Teſtes inducuntur in cauſis ut ſuper his de quibus dubitatur fiat iudici fides: ſed ita facienda eſt iudici fides in cauſa iſta ſicut in alijs cauſis, quia non debet præcipitari ſententia de eo, de quo non conſtat: ergo procedendũ eſt hic ex teſtibus ſicut ĩ alijs cauſis.

C *RESPONDEO dicendum: quod in hac cauſa oportet, quod per teſtes veritas pateſiat, ſicut & in aliis: tamen ut Iuriſtæ dicunt, in hac cauſa multa ſpecialia inueniuntur, ſcilicet, quod idẽ poteſt eſſe accuſator & teſtis, & quod nõ iuratur de calumnia, cũ ſit cauſa quaſi ſpiritualis & quod conſanguinei admittuntur ad teſtificãdum, & quod nõ obſeruatur omnino ordo iudiciarius: quia denũtiatione facta contumax poteſt ex* D *communicari lite non conteſtata: & ualet hoc teſtimonium de auditu, & poſt publicationem teſtium teſtes poſſunt induci, et hoc totum eſt ut peccatum impediatur, quod in tali coniunctione eſſe poteſt.*

¶ Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

SVMMA ARTICVLI.

COncluſio eſt affirmatiua. Rõ huius eſt. Nã in aliis cauſis proceditur per teſtes: ergo ſimiliter in hac cauſa per teſtes procedendum eſt.

¶De

¶ De materia horum articulorum diſputare nõ pertinet ad Theologum, eſſet enim mittere falcem in meſſem alienam, De hoc tamẽ diſputãt Iuriſperiti in titulo. Qui matrimonium accuſare poſſunt, uel cõtra illud teſtificari. Vide Couarru. ſuper quartũ Decretalium par. 2. cap. 8. §. 12. per totum Et Syluestrum uerbo. Matrimonium. 9. & 10. ubi omnia pertinentia ad iſtos articulos pertractat. Videnda etiam ſunt, quæ diximus ſupra articul. 6. huius quæſtionis in difficultate prima præcipue in ſolutionẽ ad vltimum argumentum unde etiã ſapientiſſimum Magiſtrum Sotum in 4. diſtin. 41. quæſtio. unica. art. 5.

IN his articulis prima difficultas eẽ poteſt, vtrum ſigillum confeſſionis ſacramẽtalis reuelari poſſit in iudicio, ad probandum matrimonium, uel non matrimoniũ. Et ratio dubitandi eſſe poteſt, Nam in foro exteriori ſæpiſſime iudicatur eſſe matrimonium, quod reuera nõ eſt uel ècontra, ergo ad uitandum iſtud maximũ malum ſecretum confeſſionis aperiri poteſt in foro exteriori: In hac difficultate Couar. loco immediatè citato nu. 9. refert aliquos Iuriſperitos qui aſſerunt, quod confeſſionis ſacramentalis arcana, poſſunt reuelari in indicio ad probandum coniugium. Et adducunt iſti autores gloſſam ſingularem in capit. Tua nos, de ſponſalibus. uerbo, conſtituerit.

cap. tua nos, de ſponſal.

¶ In huius tamen rei expoſitionẽ breuiter ſit concluſio. Sigillum confeſſionis ſacramentalis in nullo modo reuelandũ eſt in iudicio exteriori ad probandum matrimonium, & oppoſita ſententia cuiuſcunque ſit, eſt reprobanda omnino. Hæc concluſio eſt omnium doctorum. Omnes enim affirmant quod ſecretum confeſſionis ſacramentalis non eſt reuelandum etiam propter grauiſſimum periculum totius reipublicæ. Ita tenent omnes Theologi in 4. diſtinct. 21. & ibi D. Thom. & omnes Doctores ibidem, & Caietan. in opuſ. 27. quæſtion. capit. 15. & Magiſter Sotus in relectione de ſecreto, membro 3. quæſtio. 4. vide alios autores qui citantur a Couarruuias, vbi ſupra. Probatur concluſio. Nam ridiculum eſt dicere, quod ſacrum ſecretũ confeſſionis ſacramentalis eſt reuelandũ in foro exteriori, propter rem ita leuem, ut eſt contractus matrimonialis, & ut de illo

A conſtet, ergo. Confirmatur argumentum. Sciẽtia quam ſacerdos habet ex confeſſione ſacramentali nihil omnino ad iudicialem controuerſiã pertinet, ut habetur capit. 2. de officio ordinarii: & capit. Dilectus, de excess. prælatorum: ergo nullo modo ſigillum confeſſionis aperiendũ eſt in foro iudiciali ad probandũ, vel infirmandum matrimoniũ. Ex quo optime inferunt aliqui grauiſſimi Iuriſperiti citati à Coua. vbi ſupra, quod ſi ſacerdos apud iudicem, ſecretum confeſſionis aperiret, nulla fides ei adhibenda eſt: nã ut dictũ eſt ſcientia, quæ

ca. 2. de officio ordinarii, & c. dilectus de exceſſ. p̃latorũ.

B habetur ex cõfeſſione ſacramẽtali nihil ad forum externũ pertinet: ſed eſt veluti alterius ordinis & rõnis. Itaq; per ſe forum externum nullam connexionem hẽt cũ ſcientia ex confeſſione. Secundo colligitur, q̃ in cauſis matrimonialibus nec in alijs cauſis, procedendum eſt à foro externo ad forum conſcientiæ, nec econtra, cum non habeant connexionem inter ſe: ſed iudices in foro externo debent iudicare ſecundũ allegata, & probata in illo foro, nõ attendẽdo, niſi ad ſcientiam publicam. Et ita male faciũt aliqui iudices, qui in cauſis matrimonialibus

C partibus præcipiunt, ut accedant ad talem, uel talem cõfeſſorem, ut confiteantur peccata ſua: nam daretur occaſio pœnitẽtibus committendi multa ſacrilegia in confeſſione, & mentiendi in illa. Et propter eandem rationem male faciunt confeſſores, qui ex ſcientia habita in confeſſione uolunt remedia adhibere in foro externo. Hæc breuiter dicta ſint in explicationem huius difficultatis. Et ad rationem dubitandi dicẽdum eſt, quod nullum eſt inconueniens, quod aliquando in foro externo iudicetur matrimonium, quod reuera non eſt, uel econtra.

D Hoc enim neceſſario ſequitur eo ipſo, q̃d proceditur in illo foro per hominum teſtimonia, quæ fallacia ſunt. Et idem contingeret ſi ſigillum confeſſionis reuelandum eſſet in foro exteriori, & in tribunali externo: nam ẽt notitia accepta ex confeſſione, poteſt eſſe fallax, cum habeatur ex teſtimoniis hominum fallacibus. Quomodo uero intelligatur illa gloſſa adducta ab illis autoribus, videte in Couarruuias, ubi ſupra numero 10.

EST ſecunda difficultas præcipuè circa articulum undecimum. De matrimonio, quod ſecundum allegata, & probata

bata indicatur validum cum reuera nō ſit. An qui exiſtimātur coniuges & iudicātur tales, teneātur ſtare mr̄imonio & poſſint, & teneantur hr̄e actū coniugalem. Et vr̄ ueta pars affirmatiua huius dubii.

¶ Primò arguitur. Nam vt diffinitur in 2.2. quæſt. 67. artic. 2. licitum eſt occidere innocentem probatum nocentem ſecūdum allegata & probata in foro exteriori: ergo licitum etiam erit accedere ad nō ſuā probatam ſuam ſecundum allegata, & probata per teſtes. Probatur conſequētia: nam ſicut accedere ad non ſuam eſt intrinſecè malum ita occidere innocētem: ergo ſicut occidere innocentem efficitur licitum, propter probationes publicas: ita etiam accedere ad nō ſuam efficietur licitum in iſto caſu propter ꝓbationes publicas & teſtimonia externa.

¶ Secūdò arguitur. Iudex ordinarius ex mandato iudicis delegati, nō ſolum poteſt, verum etiam tenetur exequi ſententiam illius etiam ſi iniuſtam eſſe cognouerit, ergo ſimiliter iſti qui iudicati ſunt coniuges ſecūdū allegata & probata poſſunt exequi ſententiam illam, quādo ſciunt eſſe iniuſtam. Conſequentia eſt bona ex paritate rationis antecedens verò conſtat ex cap. paſtoralis. §. quia vero, vbi dicitur quòd cū ordinarius teneatur obſequi delegato, & ſi ſciat ſententiam illam iniuſtā, exequi nihilominus tenetur eandem, &c.

c. paſto. de officio. iud. de legati.

¶ Tertiò arguitur: Supponendo quòd iudex eccleſiaſticus præcepit ſub pœna excōmunicationis latæ ſententiæ, vt ſtent matrimonio iſti coniuges. Tūc eſt argumentum. Iſta excommunicatio procedit à poteſtate clauium claue non errante: nā procedit ſecundum allegata & probata, vt conſtat, ergo talis excommunicatio ligat in foro conſcientiæ, ac ſubinde iſti tenentur obedire. Confirmatur argumentum in particulari, quando iudex præcipit ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quòd faciant vitam materialem, & reddant debitum: tūc enim, ſi nō reddant ſequūtur multa incōueniētia; ergo tenebitur reddere quilibet illorum etiam ſi certo ſciat non eſſe matrimonium, antecedens vero conſtat.

¶ Quartò arguit̄. Sit caſus quòd ex cohabitatione ſit periculum morale incontinentiæ, & iudex præcipiat ſub pœna excōmunicationis latæ ſententiæ quod cohabitent. Tunc ſic. Sequitur, quòd ſi non tenen-

A tur reddere debitum quod non teneātur ſimul cohabitare: conſequens autem eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam ideo non poſſunt nec tenētur reddere debitum, quoniā eſſet acceſſus ad nō ſuam, qui eſt intrinſecè malus: ſed in illo caſu cohabitare ſimul eſt intrinſecè malū, nam periculū accedendi ad non ſuam ergo. Falſitas cōſequentis conſtat: nā tunc apertum ſequitur ſcandalū in republica, ex eo quòd non obſeruant mādatū iudicis Eccleſiaſtici præcipientis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ.

B ¶ His non obſtantibus ſit prima concluſio. In iſto caſu iſti exiſtimati & iudicati cōiugati, non poſſunt habere acceſſum carnalem. In hac cōcluſione conueniunt omnes Theologi, & Iuriſperiti nullo excepto. Et hæc concluſio probatur primo. Illa mulier reuera eſt non ſua vt cōſtat: nā non eſt verū matrimoniū inter illos; vt ſupponimus ergo accedere ad illam mulierē eſt intrinſecè malū, ac ſubinde nulla de cauſa poteſt eſſe licitū etiam ſi iudex proferat ſentētiā ſecūdum allegata & probata. Cōfirmatur argumentū: nā ut ſupra diximus. q. 45. tota Ec-

C cleſia, non poteſt facere quòd matrimoniū, quod non fuit validū à principio, ſit validū, ergo nō poteſt facere quod iſtud matrimonium, quod à parte rei nullū eſt, ſit ualidū, ac ſubinde non poteſt facere, quod acceſſus ad talem mulierem ſit licitus. Secundo probatur cōcluſio. Nā ut diffinitur in 2.2.q. 60 art. 5. ſententia iniuſta ſecundum rem, etiā ſi prolata ſit ſecundum allegata & probata nullū ius tribuit in conſcientia ſicut nec lex iniuſta: ſed iſta ſecūdū rē eſt iniuſta, ut ſupponimus, quamuis prolata ſit ſecundū allegata & probata: ergo nullū ius tribuit in cō-

D ſcientia, ac ſubinde per ſententiam de qua hic loquimur nullum ius acquiritur erga illam mulierem, ac ſubinde accedere ad illam erit illicitum. Tertio probatur cōcluſio & cōfirmatur argumentum præcedēs. Nā ut dicitur in 2.2.q. 67. art. 2. Si quis innocens condēnetur iuſte, ſecundū allegata & probata, non tenetur ſtare ſententiæ iudicis ſi ſine ſcādalo id facere poteſt, ſed in propoſito iſte poteſt non habere acceſſum coniugalem ſine aliquo ſcandalo, ut conſtat, ergo quātū ad hoc nō tenetur nec poteſt obedire tali ſētentiæ. Quarto probatur, et ſi in ipſa ſententia apponatur pœna excommunicationis

nicationis latæ ſententię. Nam vt diffiniunt
Theologi in materia de excommunica-
tione, ſententia excommunicationis in-
iuſta ex ipſa cauſa, quantumuis alias ſit la-
ta legitime ſecundum allegata & probata
nihilominus irrita eſt in foro conſcientiæ
& nullam habet vim. Vide Sotum in 4.
diſt. 2. 2. quæſt. art. 3. Caieta. in. 2. 2. quæſt.
70. art. 4 ad ſecundum. ergo huiuſmodi ſen
tentia quantumuis apponatur cenſura ex
communicationis, non obligat in cõſcien-
tia, ſubinde non tenetur reddere debitũ,
ſeu habere acceſſum coniugalem. Vide de
re hac in particulari Syluestrum, verbo, ma
trimonium. 8. dubio 3. per totum, ubi hoc
optime explicat.

¶ Secunda concluſio. Poſt ſententiam iu
dicis ſecundum allegata & probata iſti qui
iudicatur in illo tribunali coniugati in fo-
ro externo & quantum ad externam for-
mam, debent ſe habere ut coniugati inquã
tum poſsibile fuerit, ſine offenſa creatores,
cohabitando ſimul & faciendo alia huiuſ-
modi quæ pertinent ad effigiem externam
matrimonii, debent tamen hoc facere ſine
Dei offenſa. Hanc etiam concluſionem te-
nent omnes Theologi, & Iuriſperiti. Proba
tur primo concluſio. Nam ſi iſti non obedi-
rent in forma exteriori ſẽtẽtiæ iudicis prę
cipiẽtis, vt ſtent matrimoniũ ſub pœna ex-
communicationis, ſequeretur maximũ ſcan
dalum, cum uiderent ſententiam eſſe iuſtã
ſecundum allegata & probata: ergo tenen-
tur in figura exteriori obedire in quantum
poſsibile eſt ſine Dei offenſa. Secundo pro-
batur concluſio. Nam vt dicitur in loco ſu-
pra citato innocẽs probatus nocẽs, tenetur
obedire ſententiæ iudici; ſi ex inobidientia
ſequatur ſcandalum, & ita ſi non poteſt fu-
gere ſine ſcandalo non poteſt illud facere,
ſed in noſtro caſu maximũ ſequeretur ſcã-
dalum ex inobedientia, vt conſtat: ergo te-
netur obdire in exteriori forma quantum
poterit. Tertio probatur concluſio. Vt dici-
tur in materia de ex communicatione, ille
contra quem lata eſt ſententia excommuni
cationis iuſta ſecundum allegata & proba-
ta, quamuis in foro conſcientiæ nõ ſit excõ
municatus, cum excõmunicatio iniuſta
ſecundum rem, tamen in foro externo, &
quantum ad ea quæ publica ſunt, debet ſe
habere vt excõmunicatus; alias enim eſſet
maximum ſcandalum in Republica: ergo ſi-

A militer in noſtro caſu iſti ſe debent habere,
vt coniugati in forma externa.

¶ Quibus poſitis reſpondendum eſt ad
argumenta facta in principio. Ad primum
argumentum reſpondetur negando conſe-
quentiam duplici ratione, prima ratio eſt.
Quoniam occidere innocentem, vt ſic non
eſt intrinſecè malum ſed aliquando licitum
eſt vt dicitur in 2. 2. q. 64. art. 6 accedere ve
ro ad nõ ſuã ſemper eſt intrinſecè malum
Secũda ratio eſt. Nã in iſto caſu antecedẽtis
nõ occiditur innocens, vt innocẽs eſt forma
liter loquẽdo ſed nocens: nã occiditur à po
B teſtate publica & à miniſtris publicis qui
ſequuntur ſcientiam publicam, & occiditur
in publico: at vero iſte, vt ſubeſt illi ſcientiæ
publicæ, non eſt innocens, ſed nocens, ſicut
conſequens huius conſequentiæ, Deus ſci-
uit Antichriſtum futurum: ergo Antichri-
ſtus erit abſolutè eſt contingens, cæterum,
vt ſubeſt diuinæ ſcientiæ eſt neceſſarium.
At verò in noſtro caſu iſte ſimpliciter &
omnibus modis accedit ad non ſuam: nam
talis acceſſus non debet eſſe publicus ſed ſe
cretus: nec procedit ab illo, vt à miniſtro pu
blico: ſed vt à perſona particulari, quæ non
C ſequitur ſcientiam publicam ſed particula-
rem. Deniq; ad pacẽ Reipublicæ nõ eſt ne-
ceſſarium quod iſte accedat ad non ſuã, ſed
ſatis eſt quod in exterioribus habeat eã vt
propriam, at uero in caſu inocẽtis eſt neceſ
ſariũ ad pacem Reipublicæ, quod occidatur
innocens probatus nocens.

¶ Ad ſecundum argumentum cõceſſo ã
tecedenti negatur conſequentia. Ratio eſt:
Nam in caſu antecedentis iudex ordinarius
eſt ueluti miniſter, & inſtrumẽtũ iudicis de
legati, & debet ſequi ſcientiã publicam alte
rius & non propriam, miniſter enim & in-
D ſtrumentum mouetur ab alio, & ita dicitur
ibidem. Attendentes itaq; quod non cogni-
tio, ſed exequutio tantum demãdatur eidẽ,
reſpõdemus quod cum ordinarius, &c. Cę
terũ in noſtro caſu ipſi qui iudicati ſunt cõ
iugati, non ſunt miniſtri iudicis pronunciã-
tis ſententiam ſecundũ allegata & proba-
ta; nec ſunt mere exequutores acceſſus con
iugalis: ſed habent ſe vt cauſæ principales,
quæ à ſeipſis debent moueri, & ita tenetur
ſequi ſcientiam propriam. Quomodo uero
ſit intelligendus ille textus adductus in ar-
gumento magis in particulari explicatur à
Iuriſperitis qui interpretatur illũ textum

¶ Ad

A ¶Ad tertium argumentum reſpõdetur, quòd etiam ſi præcipiat iudex ut debitum reddat ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, non tenentur obedire. Et ad argumentum dicendum eſt, diſtinguendo antecedens, ſcilicet, illa ſententia procedit à poteſtate clauium claue non errante, diſtinguo: claue non errante practicè, concedo, ſpeculatiuè, nego. Etenim, ſicut duplex error inuenitur, alius practicus, alius vero ſpeculatiuus: ita dupliciter errari poteſt. Itaque ad hoc quòd talis ſententia per ſe obliget in foro conſcientiæ, neceſſarium eſt quòd non erret clauis etiam ſpeculatiue. B Ad confirmationem reſpondetur, quòd accedere ad non ſuam ſemper eſt intrinſece malum, & ita nullo modo debet accedere etiam ſi ſequantur innumera ſcandala, non enim ſunt facienda mala ut inde eueniant bona, & ita non eſt accedendum ad illam ad uitanda ſcandala.

¶Ad quartum argumentum dicendum eſt, quòd ſi cohabitio haberet adiunctum periculum morale, accedendi ad nõ ſuam, ipſa cohabitatio ut ſic eſſet intrinſece mala ſicut ipſe acceſſus ad non ſuam: nam qui amat periculum, peribit in illo, C & ita in tali caſu nullo modo deberent cohabitare ſimul. Tunc autem remedium erit fugere in terram longinquam, uel ſi hoc facere non poteſt, debet patienter ferre ipſam ex communicationem & ſe habere ut excommunicatum potius quam cohabitare cum tali muliere uel uiro.

EX reſolutione huius difficultatis manifeſtè colligitur quid dicendum ſit ad aliud dubium, uidelicet, quando matrimonium reuera eſt ualidum, tamen in foro exteriori ſecundum allegata & probata iudicatur nullum, omnia enim dicenda ſunt D ſicut ad dubium præcedens. Et in hoc eſt facilius remedium, nam in hoc caſu poſſunt de nouo contrahere in facie eccleſiæ. Hæc dicta ſint de iſtis articulis, & de tota iſta quæſtione in particulari.

¶In iſtum reiectæ erant quædam difficultates pertinẽtes ad diſpenſationes matrimonii, de illis tamẽ commodius diſputabitur poſtquam dictum fuerit de omnibus impedimentis pertinentibus ad matrimonium.

QVAE-

QVAESTIO LVI.

De impedimento cognationis ſpiritualis.

DEinde conſiderandum eſt de impedimento cognationis ſpiritualis. Circa quod quæruntur quinque. Primò, vtrum ſpiritualis cognatio matrimoniũ impediat. Secundo, ex qua cauſa contrahatur. Tertio, inter quos. Quartò, vtrum tranſeat a viro in vxorem. Quinto, vtrum tranſeat ad filios carnales patris.

DE hac materia diſputant Doctores in 4. diſt. 42. Iuriſperiti 3. quæſt. 1. 2. 3. & 4. & in Decretalibus. titulo de cognatione ſpirituali: & etiam in 6. eodem titulo. Sylueſt. uerbo matrimonium 8. quæſt. 7. Couarru. ſuper quartum Decretalium. ca. 6. §. 4. Magiſter Sotus, diſtinct. 42. quæſt. 1. Nauar. in Manuali. capitulo 22. num. 41. & Caietan. uerbo matrimonium, in ſua Summa.

¶Vtrum ſpiritualis cognatio impediat matrimonium.

ARTICVLVS PRIMVS.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ſpiritualis cognatio matrimonium non impediat. Matrimonium enim nõ impedit niſi quod contrariatur alicui bono matrimonij: ſed ſpiritualis cognatio nõ contrariatur alicui bono matrimonij; ergo non impedit matrimonium. Tho. 4. diſt. 42. q. 1. art. 1. & ſeq.

¶ 2 *Præterea Impedimentum perpetuum matrimonii non poteſt ſtare ſimul cum matrimonio: ſed cognatio ſpiritualis ſtat ſimul aliquando cũ matrimonio,*

monio, vt in litera dicitur: ſicut cum aliquis in caſu neceſſitatis filium baptizat, quia tunc fit vxori ſuæ ſpirituali cognatione coniunctus, nec tamen matrimoniũ ſeparatur, ergo ſpiritualis cognatio matrimonium non impedit.

¶ 3 *Præterea. Vnio ſpiritus non trãſit in carnem: ſed matrimonium eſt carnalis coniunctio, ergo cum cognatio ſpiritualis ſit vnio ſpiritus, non poteſt tranſire ad matrimonium impediendum.*

¶ 4 *Præterea. Contrariorum non ſunt iidem effectus: ſed ſpiritualis cognatio videtur eſſe contraria diſparitati cultus, cũ ſpiritualis cognatio ſit propinquitas proueniens ex datione ſacramenti, vel tentatione ad idẽ, diſparitas autem cultus conſiſtit in ſacramenti carentia, vt prius dictum eſt: cum ergo diſparitas cultus matrimonium impediat, videtur quod ſpiritualis cognatio non habeat hunc effectum.*

SED contra. Quanto aliquo vinculum ſanctius eſt, tanto magis eſt cuſtodiendum: ſed vinculum ſpirituale eſt ſanctius quam corporale, cum ergo vinculum propinquitatis corporalis matrimonium impediat: videtur etiam ꝙ cognatio ſpiritualis idem faciat.

¶ *Præterea. In matrimonio coniunctio animarum eſt principalior quam coniunctio corporum, quia præcedit ipſam, ergo multo fortius ſpiritualis cognatio matrimonium impedire poteſt quam carnalis.*

RESPONDEO dicendum, quod ſicut per carnalem propagationem homo accipit eſſe naturæ, ita per ſacramẽta accipit eſſe ſpiritualis gratiæ: vnde ſicut vinculum, quod ex carnis propagatione contrahitur eſt homini naturale inquantum eſt res quædam naturæ, ita vinculũ quod cõtrahitur ex ſacramentorum ſuſceptione eſt aliquo modo naturale alicui inquãtum eſt membrũ eccleſiæ: & ideo ſicut carnalis cognatio impedit matrimoniũ, ita ſpiritualis ex eccleſiæ ſtatuto. Tamẽ diſtinguẽdũ eſt

A *de ſpirituali cognatione, quia aut præceſſit matrimonium, aut ſequitur: ſi præceſſit, impedit contrahendũ, & dirimit contractum: ſi ſequitur, tunc non dirimit vinculum matrimonij: Sed quantum ad actum matrimonij eſt diſtinguendum, quia aut ſpiritualis cognatio inducitur cauſa neceſſitatis ſicut pater baptizat filium in articulo mortis, & tunc non impedit actum matrimonij ex neutra parte: aut inducitur extra caſum neceſſitatis ex ignorantia, &*

B *tunc ſi ille ex cuius actu inducitur diligentiam adhibuit, eſt eadem ratio ſicut & de primo: aut ex induſtria extra caſum neceſſitatis, & tunc ille ex cuius actu inducitur amittit ius petendi debitum, ſed tamen debet reddere ſi petatur, quia ex culpa eius non debet aliquod incommodum alius reportare.*

AD primum ergo dicendum, ꝙ quamuis ſpiritualis cognatio non impediat aliquod de principalibus bonis ma

C *trimonij: tamen impedit aliquod de ſecundarijs bonis, quod eſt amicitiæ multiplicatio, quia ſpiritualis cognatio eſt ſufficiens ratio amicitiæ per ſe: vnde oportet quòd ad alios per matrimoniũ familiaritas & amicitia quæratur.*

AD ſecundum dicendum, ꝙ matrimoniũ eſt vinculum perpetuum: & iõ nullum impedimentum ſuperueniens poteſt ipſum dirimere: & ſic quandoq; contingit ꝙ matrimonium & matrimonij impedimentum ſtant ſimul, non

D *autem ſi impedimentum præcedit.*

AD tertium dicendum, ꝙ in matrimonio non eſt tantum coniunctio corporalis, ſed etiam ſpiritualis: & ideo propinquitas ſpiritus ei impedimẽtum præſtat ſine hoc ꝙ propinquitas ſpiritualis tranſire debeat in carnalem.

AD quartum dicendum, ꝙ non eſt inconueniens ꝙ duo contraria adinuicẽ contrarientur eidem, ſicut magnum & paruũ æquali: & ſic diſparitas cultus, & ſpiritualis cognatio matrimonio repugnãt, quia in vno eſt maior diſtãtia,

in altero maior ꝓpinquitas quã matrimonium requirat, & ideo ex vtraque parte matrimonium impeditur.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio ſpiritualis cognatio quando precedit ad matrimonium impedit contrahendum & dirimit contractum. Ratio huius concluſionis eſt. Nam ſicut per carnalem propagationem homo accipit eſſe naturæ, ita per ſacramenta accipit eſſe ſpiritualis gratiæ, ergo ſicut per carnalem propagationem contrahitur vinculum quod impedit & dirimit matrimoniũ, ita per ſpiritualem:

¶ Secunda concluſio. Si ſubſequatur ad matrimonium tunc non dirimit vinculum matrimonij.

¶ Tertia concluſio. Quantum ad actum matrimonij eſt diſtinguendum, nam ſi ſpiritualis cognatio inducitur cauſa neceſſitatis ſicut quando pater baptizat filium in articulo mortis, tunc illa cognatio ſubſequens non impedit actum matrimonij ex neutra parte, id eſt, ex neutro coniuge.

¶ Quarta concluſio. Si autem illa cognatio inducatur extra caſum neceſſitatis, & ex ignorantia, tunc ſi ille ex cuius actu inducitur, adhibuit diligentiam, eadem eſt ratio ſicut quando ex neceſſitate baptizat.

Quinta cõcluſio. Si autem extra caſum neceſſitatis, & ex induſtria, tunc ille ex cuius actu inducitur amittit ius petẽdi debitum, ſed debet reddere ſi petatur, quia ex culpa eius non debet alius aliquod incommodum reportare.

Circa totam iſtam queſtionem & articulum ſupponendum eſt ante omnia, quid ſit cognatio ſpiritualis. Cognatio autem ſpiritualis ſic põt definiri. Cognatio ſpiritualis eſt vinculum ex ſuſceptione ſacramentorum inter fideles contractum; ex eccleſiæ inſtitutione uim habens, uel ut dicit Syluester. cognatio ſpiritualis eſt quædam perſonarum proximitas, proueniẽs ex hoc quod quis confert ſacramentum baptiſmi uel cõfirmationis, ſeu tenet uel ſuſcipit illum cui tale ſacramentum confertur. Hęc definitio colligitur aperte ex iuribus & Doctoribus ſupracitatis. Et ut illam explicemus, aduertẽdũ eſt: Primo, quod ut dicit D. Tho.

Definitio cognationis ſpiritualis.

A in articulo, ſicut per carnalem propagationem homo accipit eſſe naturæ, ita per ſacramenta quę ſunt ordinis diuini & ſupernaturalis homo accipit eſſe ſupernaturale gratiæ ſecundum quod eſſe quodammodo regeneratur. Vnde ſicut contrahitur uinculum ex carnali propagatione, ita ex ſacramentorum ſuſceptione contrahitur uinculum inter membra ipſa eccleſiæ. Et ratione huius uinculi oritur reſpectus ſuperioritatis, & inferioritatis, & amicitia inter illos & ita cognatio ſpiritualis habet rationem uinculi, & impedimenti B ad contrahendum matrimonium. Ex quorum ſacramẽtorum ſuſceptione proueniat ita cognatio ſpiritualis dicetur articulo ſequenti. Itaque eſt uinculũ ex ſuſceptione ſacramentorum proueniens. Ex quo colligitur quod non contrahitur cognatio ſpiritualis ſi uel ex errore uel de induſtria iteraretur baptizatio: tunc enim re uera non ſuſcipitur ſacramentum aliquod, & idem dicendum eſt de Confirmatione. inter fideles contractum. Aduertendum ſecundo, quod ſicut relatio conſanguinitatis non inuenitur niſi inter perſonas, quibus adeſt funda- C mentum carnalis originis, ita etiam cognatio ſpiritualis non habet locum niſi inter eos qui à Chriſto ſecundum ſpiritualem uitam proceſſerunt mediãte uiſibili ſacramẽto, & ita dicitur in definitione inter fideles contractum. Ex quo colligitur, quod ſi infidelis aliquem baptizet aut etiam fideles catechumeni aliquos baptizent, etiamſi poſtea illi baptizentur, nullum eſt inter illos impedimentum. Hoc docet D. Thom. art. 3. ad 3. & art. 4. ad 4. Sylueſter loco ſupra citato, dict. 1. & Magiſter Sotus loco citato art. 3. Nullus autem habetur textus de hac D re, ſed omnes adhibent eandem rationem quia qui expers eſt uitæ ſpiritualis, non poteſt cognationem ſpiritualem contrahere. Alia etiam ratio eſſe poteſt. Nam cum hoc impedimentum ſit ex ſtatuto eccleſiæ, non ligat illos qui ſunt extra eccleſiã. An uero ſi quis baptizet filium infidelis, cõtrahatur compaternitas inter baptizantẽ & infidelẽ patrem, dicetur poſtea art. 3. Hæc tamen dicta ſint in explicationem illius particulæ inter fideles contractũ. Ab eccleſiæ inſtitutione uim habens. In qua particula declaratur quod hoc impedimentum nõ eſt de iure naturali & diuino, ſed de iure humano

eccleſia-

eccleſiaſtico. Hęc autem inſtitutio eccleſiæ habuit maximum fundamentum in diuino iure: nã ſpiritualis generatio per Chriſtum hominibus collata eſt per quẽ vt dicitur 1. Petri c. 1. Pater regenerauit nos, vnde ſicut carnalis generatio eſt cauſa propinquitatis & vinculi cognationis carnalis, ita etiam ratione generationis ſpiritualis eccleſia inſtituit hoc impedimentũ cognationis ſpiritualis. Et huius inſtitutionis sũt etiam aliæ rationes. Prima ratio eſt, vt mẽtionis hominum hæc ſpiritualis natiuitas altius imprimeretur, cum viderent cognationem contrahere ſicut contrahitur carnali natiuitate. Secũda ratio, nã olim baptizantibus ſicut patribus ſpiritualibus magna debebatur reuerentia vſque adeo ut eſſet de hac re zelus & cõtentio vt dicit D. Paulus 1. Cor. 3. Tertia ratio: nam ratione huius inſtitutionis tanta erat cõicatio inter filios naturales, & illos qui erant ex ſuſceptione baptiſmi, vt eſſet veluti quædã fraterna neceſſitudo inter illos, & ideo eccleſia huiuſmodi legem tulit ne matrimonia cõſtarẽt. De quibus omnibus plura in ſequentibus. Hæc autem lex fuit antiquiſſima traditio vt videri poteſt 30. quæſt. 1. per multa capita. Ex quo apertè colligitur ꝙ Papa poteſt diſpenſare in hoc impedimento. Secundo ſupponendũ eſt & explicandum quem effectum habeat hæc cognatio ſpiritualis. Et ex doctrina D. Th. in hoc articulo colligitur, quòd ſi cognatio ſpiritualis antecedit ipſum matrimoniũ impedit & dirimit matrimonium, ita ꝙ matrimonium ſubſequutum eſt nullum, Si vero cognatio ſpiritualis ſuperueniat matrimonio, nõ dirimit illud, ille tamen qui eſt in culpa, nõ poteſt petere debitum, tenetur tamen reddere, vt dictum eſt de affinitate in quæſt. præcedenti. In hoc conueniunt oẽs Doctores ſupra citati. Et conſtat aperte ex iuribus ſupra citatis, & in ſpeciali in cap. ſi vir. de cognatione ſpirituali & in c. 1. 30 quæſt. 1. Quibus poſitis circa tres ultimas concluſiones D. Tho. in hoc articulo ſunt aliqua dubia.

30. q. 1. per aliqua capita.

¶ Eſt primum dubium circa tertiam cõcluſionem D. Tho. an ſi ſpiritualis cognatio inducatur in caſu neceſſitatis poſt matrimonii contractum impediat actum matrimonii v. g. quando pater baptizat filium in articulo mortis, & non eſt alius qui illũ baptizet & quod dicitur de baptizante in

A huiuſmodi dubijs ſequentibus, dicendum eſt de ſuſcipiẽtibus, niſi forte in hoc primo dubio quoniã nulla uidetur eſſe neceſſitas ſuſcipiendi. Et videtur quod impediat.

¶ Primo arguitur. Iſti coniuges in tali caſu reuera contrahunt cognationem ſpiritualem, vt eſt manifeſtum, & dicetur in articulo ſequenti. Sed cognatio ſpiritualis impedit actum matrimonii, ergo. Quod ſiquis dicat quòd cognatio ſpiritualis impedit vſum matrimonii, quando non inducitur in caſu neceſſitatis, nõ vero in caſu neceſſitatis, contra hanc ſolutionem arguitur. B Nã cognatio ſpiritualis eſt omnino eiuſdem rationis ſiue inducatur in caſu neceſſitatis ſiue nõ, vt de ſe eſt manifeſtũ, ſed ſi inducatur extra caſum neceſſitatis, impedit actum coniugalem, ergo etiam in illo caſu.

¶ Secũdo arguitur. Cognatio ſpiritualis quæ inducitur in caſu extremæ neceſſitatis impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum ſi antecedat matrimonium, ergo etiam impedit actum matrimonij. Antecedẽs aſſeritur à Doctoribus ſupra citatis, conſequentia vero probatur. Impe- C dimentum aliquod in tantum impedit & dirimit contractum matrimonialem, inquãtum ordinatur ad actum matrimonialem, ergo ſi impedit & dirimit matrimonium in iſto caſu etiam impedit actum cõiugalem.

¶ Tertio arguitur in ſpeciali quando aliquis baptizat filium ſuum ſuſceptũ ex fornicatione in caſu neceſſitatis. Nam ſaltem ſequitur quòd in iſto caſu poſſit contrahere matrimonium cũ illius matre; cõſequẽs autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur: nam poſt matrimonium ſi ſuperueniat cognatio ſpiritualis po- D teſt petere & reddere debitum in illo caſu in quo inducitur cognatio ſpiritualis in caſu neceſſitatis, ergo poterit etiam cõtrahere matrimonium ſi antecedat. Falſitas vero conſequentis probatur. Nam inter illos eſt cognatio ſpiritualis antecedens matrimonium, ergo non poteſt contrahere.

¶ Quarto. Probabilis ſententia eſt, quòd aliquis poſt ſuſceptos ordines incurrit irregularitatem quando occidit aliquem in defenſionem innocentis quando tenebatur illum ex præcepto defendere, taliter ꝙ non poteſt exercere, actum ordinis vt dicitur in 2. 2. quæſt. 64. ar. 8. & in materia de irregu-

 lari-

laritate, ergo ſimiliter erit probabilis ſentẽtia quod in noſtro caſu iſte poſt contractum matrimonium impeditur à petitione debiti etiam ſi teneretur puerum baptizare.

¶ His nihil obſtantibus concluſio ſit. In iſto caſu cognatio ſpiritualis ſuperueniens non impedit actum matrimonialẽ, ac ſubinde poteſt eſſe petitio & redditio debiti. Hãc ſententiam docet expreſſe D. Tho. in hac concluſione & eam docent omnes Thomiſtæ, & omnes Doctores citati in principio huius quæſtionis. Syluester ſtatim in principio Magiſter Sotus in art. 1. Nauarro ubi ſupra circa finem.& cap.16.nu.34. Et probatur cõcluſio primo. Ex definitione eccleſiæ, nam 30 quæſt.1.ca. Ad limina, ubi expreſſe diffinitur quod nõ debet ullo modo ſeparari ab uxore qui neceſſitatis cauſa filium ſolum baptizauit:& inculpabile eſt iudicãdum quod neceſſitas intulit. Et ſtatim ſubdit, quod bene feciſſe laudatur & idcirco ſuæ vxori ſibi iã legitime ſociatæ impune quamdiu vixerit iudicamus manere coniunctum. Ex quibus verbis aperte colligitur quòd pòteſt petere & reddere debitum, ergo. Secundo probatur concluſio ratione. Nam quòd poſt contractum matrimonium non poſſit aliquis liberè vti matrimonio petendo debitum hẽt rationem pœnæ vt conſtat (nam priuatur vſu rei propriæ) pœna uero non incurritur pp actum qui eſt in præcepto, ergo in illo caſu non impeditur à petitione debiti, nam actus ille baptizandi filium ſuũ in illa extrema neceſſitate, erat actus præceptus. Cõfirmatur argumentum. Nam vt dictum eſt in quæſtione præcedenti & diffinitur expreſſe in ca. Diſcretionem. de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ mulier quæ cognita eſt per vim à cõſanguineo vxoris libere poteſt petere & reddere debitum, quoniã ſuo iure nõ debet ſine culpa priuari, ſed in noſtro caſu nulla interuenit culpa vt ſupponimus, ergo licite poteſt petere & reddere debitum. Tertio probatur. Nã vt dicemus in dubio ſequenti, ſi per ignorantiam inculpabilem ſuperueniat cognatio ſpiritualis, non priuatur iure petendi debitum vt diffinitur in ca. ſi vir. de cognatione ſpirituali quia ſi ex ignorantia id factũ eſt, eos ignorantia excuſare videtur, ergo multo magis poſſunt petere debitũ, ſi inducatur cognatio ſpiritualis in caſu neceſſitatis. Vltimo

30. q. 1. c. Ad limina.

c. ſi vir, de cognatiõe ſpirituali.

A probatur argumento ſatis probabili, ut habet ſententia probabiliſſima grauiſſimorũ Theologorum in loco citato in vltimo argumento, ſi quis poſtquam ordinatus eſt occidat aliquẽ in defenſionem innocentis, quando tenebatur ex præcepto defendere: non incurrit irregularitatem, quia non eſt priuãdus iure quod habet ad exequutionẽ ordinum propter actum qui eſt in præcepto, ergo multo minus priuandus eſt in noſtro caſu vſu matrimoniali propter actum præceptum. Probatur conſequentia. Nam maius ius habet qui contraxit matrimoniũ ad vſum matrimonialem, quam ordinatus

B ad exequutionem ordinũ vt iam ſupra diximus in quæſtione præcedenti articu.6.in quinta difficultate ibi poſita ad tertium argumentum.

¶ Quibus poſitis reſpondendũ eſt ad argumenta facta primo loco. Ad argumẽtum primum rñdetur, quòd ſolutio ibi aſſignata eſt optima. Et ad replicam factam cõtra illam, dicẽdum eſt quod cognatio ſpiritualis quando inducitur in caſu neceſſitatis,& extra caſum neceſſitatis eſt oĩno eiuſdem rationis, quãtum ad id quod habet ex ſe &

C ex natura ſua cęterum non eſt eiuſdem rationis quantũ ad id quod habet ex iure poſitiuo & hẽt rationem impedimenti ex iure poſitiuo, quod quidem voluit, quòd quãdo, cognatio ſpiritualis inducitur in caſu neceſſitatis, non impediat petitionem debiti, quando vero inducitur extra caſum neceſſitatis, impedit petitionem debiti.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur concedendo antecedens,& negãdo conſequentiam. Et ad probationem dicendum eſt, quòd ſi eſſet impedimẽtum de iure naturali quod dirimeret contractum, ſemper

D actus eſſet illicitus, cęterum cognatio ſpiritualis eſt impedimentum de iure poſitiuo, quod quidem voluit ꝙ ſi antecederet matrimoniũ dirimeret illud. Si vero poſt contractum matrimoniũ inducitur cognatio ſpiritualis in caſu extremę neceſſitatis, uoluit, quòd non impediret actum matrimonialem: quod quidem conſtat ex illo textu citato. Eſt optimum ſimile. Nã vt diximus in illo loco citato de affinitate, ſi affinitas antecedat matrimonium, etiam ſi ſit cõtracta per vim, impedit matrimonium: at poſt contractum matrimonium, nõ impedit petitionem debiti, in illo qui paſſus eſt vim.

¶ Ad

¶Ad tertium argumentum eſt dubium, an quando aliquis baptizat filium ſuum ſuſceptum ex fornicatione in caſu neceſſitatis poſſit contrahere matrimonium cum illius matre. De hoc tamen diſputabitur ſtatis poſt hoc dubium. Ad argumentum pro nunc negatur ſequela, & ad probationem illius conceſſo antecedenti negatur conſequentia: nam caſus antecedẽtis expreſſe eſt conceſſus in iure, nõ verò caſus cõſequẽtis.

¶Ad quartum argumentum conceſſo antecedenti negatur conſequẽtia. Ratio differentiæ eſt. Nam in iure eſt expreſſum ꝙ in noſtro caſu nõ impeditur á petitione debiti, non verò eſt expreſſum in caſu antecedentis. Et fundamẽtum huius rei reperitur in ipſis rebus, quod quidem poſitum eſt ſupra quæſtione præcedenti ar. 6. ad tertium argumentum, Videte illam ſolutionem.

EST ſecundum dubium annexum præcedenti, an quando aliquis baptizat filium ſuum ſuſceptum ex fornicatione in caſu neceſsitatis poſsit contrahere matrimonium cum illius matre. Et videtur vera pars affirmatiua.

¶Primò. In extrema neceſſitate omnes tenentur iure diuino baptizare ergo eccleſia nõ potuit vel ſaltem nõ debuit propter illum actum priuare hominem iure quod habebat, ad contrahendum cum iſta muliere: duriſsimum enim videtur priuare hominem tali iure propter actum qui eſt in præcepto. Confirmatur argumẽtum. Nam priuare hominem iure quod habet contrahendi cum iſta, aliquod grauamen eſt vt cõſtat ergo non debet illud incurrere homo propter actum præceptum iure diuino.

¶Secundo arguitur Si pater baptizaret in caſu neceſsitatis filium ſuum ſuſceptum ex ſua vxore, poterat optimè petere & reddere debitum, vt iam diffinitũ eſt in dubio præcedenti, ergo ſi baptizat filium ſuũ ſuſceptum ex fornicatione poterit contrahere cum matre eius: nã in tãtum aliquid eſt impedimentum ad contrahendum inquantum impedit actum coniugalem.

¶Tertio arguitur. Si accederet ad illam mulierem poſtquam baptizauit filium ſuſceptum ex illa, non haberet ſpecialem deformitatẽ, ſed tantum haberet rationẽ fornicationis, non inceſtus, ergo poterit cũ illa contrahere. Probatur conſequentia. Nam nullum videtur habere impedimentum ad

A contrahendum, cum nõ habeat illud ad copulam carnalem. Antecedens vero conſtat, nam accedẽdo ad propriam vxorem, etiam per debiti petitionem quando baptizauit filium ſuum in caſu neceſsitatis, nullam habet circunſtantiam, ergo nec accedere ad mulierem ex qua accepit filium, &c.

IN hac difficultate & propter hæc argumenta Magiſter Sotus in illo articulo 1. eſt veluti dubius, & dicit, quòd aliqui Iuriſperiti dicunt hoc eſſe dubium & quòd Summus Pontifex eſſet cõſulendus de hac re, & adducit etiam Paludanum.

B ¶ Nihilominus tñ ſit concluſio. In iſto caſu ille qui baptizauit filium ſuũ ſuſceptum ex fornicatione, non poteſt contrahere cum eius matre, & ſi cõtrahat matrimonium nullũ eſt. Hanc ſententiam tenet expreſſe Nauarro in Manuali, cap. 16. nu. 34. & idem tenet. cap. 22. num. 40. circa finem, & in hãc ſententiam declinat Magiſter Sotus vbi ſupra & ſimiliter Paludanus ab eo citatus: iſti enim autores non ſunt auſi oppoſitum tenere. Et probatur concluſio. Primo. Nam regula iuris eſt vt iam ſupradictũ eſt ex c. 1. de cognatione ſpirituali, in 6. ca. 1. de cognatione ſpirituali.
C quòd cognatio ſpiritualis impedit & dirimit matrimonium contractum, inter baptizantem & parentes baptizati, & ab iſta regula non excipitur niſi baptizans filiũ ſuũ, & coniugis ſuæ, vel ſui, cũ qua, uel cũ quo iam contraxit matrimonium, ut patet ex illo cap. Ad limina, citato in præcedenti dubio, ergo. Secundo probatur cõcluſio & explicatur ratione adducta in eodem cap. Ad limina. Nam hac ratione licitum eſt in illo caſu illius capitis & dubii præcedẽtis, quia per actum bonum non debet præiudicari matrimonio ſancto iam contracto: hæc autem ratio ceſſat in matrimonio cõtrahẽdo
D vt conſtat manifeſtè, ergo non licet contrahere in iſto caſu, nec cõtractus eſt validus, Vide gloſſam illius cap. Ad limina. Tertio probatur concluſio. Per optimum actum põt aliquis impediri ne aſcendat ad ſacros ordines, ergo etiam per actum baptizandi proprium filium ſuſceptum ex fornicatione ĩ extrema neceſsitate, poteſt aliquis impediri ne contrahat matrimonium, & facere quòd matrimonium ſit nullum. Conſequentia eſt bona ex paritate rationis: antecedens probatur. Nam quãdo quis occidit aliquem in defenſionem innocentis quãdo

tenebatur ex præcepto defendere, incurrit irregularitatem, ratione cuius non poteſt aſcendere ad ſacros ordines.

¶ Quibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principio. Ad primum argumentum reſpondetũr, quod quamuis in extrema neceſſitate omnes teneantur iure diuino baptizare, nihilominus eccleſia potuit ratione dilatãdæ, amicitiæ, ut matrimoniũ non cõtraheretur cum illis nec ualeret, ſed cum aliis, ſicut potuit facere & facit de facto quod aliquis propter actum præceptũ incurrat irregularitatẽ, vt in caſu poſito in tertio argumẽto pro cõcluſione. Et quãdo B iudex occidit aliquem quãdo tenetur illud facere ex iuſtitia. In iſtis enim caſibus aliquo modo priuantur iure aliquo aſcendẽdi ad ſacros ordines. Ad cõfirmationem reſpondetur quod cognatio ſpiritualis in extrema neceſſitate contracta non proprie dicitur grauamen, ſed potius ius amicitiæ q̃d cum baptizato & eius parentibus contrahitur, & quamuis eſſet grauamen eccleſia potuit apponere iſtud impedimentum dirimens matrimonium, taliter quod contrahatur per actum præceptum.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur concedendo antecedens & negando cõſequentiam. Ratio differentiæ eſt. Nã aliud eſt loqui poſt contractum matrimonium quando eſt ius ad petendum debitum, tunc enim nõ debet priuari illo iure ſine ſua culpa, at uero ante contractum matrimonium poteſt eſſe impedimentum ad contrahendum matrimoniũ illa cognatio ſpiritualis, & huius rei adducta ſunt exẽpla multa ſupra quæſtione præcedenti art. 6 dubio 5.

¶ Ad tertium argumentum reſpõdetur, quod ſi homo accederet ad illã mulierẽ ex qua ſuſcepit filiũ poſtquã baptizauit illum, cõmitteret peccatũ inceſtus contra cognationem ſpiritualẽ, & ita negatur antecedẽs. Ad probationem ãtecedentis conceſſo antecedenti negatur conſequentia. Nam caſus ãtecedentis eſt expreſſus in ipſo iure, nõ verò caſus conſequentis, vt cõſtat ex iã dictis.

EST tertium dubium annexum præcedenti circa eandem concluſionem, an ſi uir baptizet filium ſuæ uxoris, & non ſuum, poſſit non ſolum reddere, uerum ẽt petere ſi illum baptizauit in extrema neceſſitate. Ratio dubitandi eſt: nam cõtrahit cognationem ſpiritualem cum ſua uxore, A vt conſtat, ergo non poteſt petere debitũ. Confirmatur hæc ratio. Nã in iure abſolute dicitur quod inter baptizãtem & baptizatum, & parentes baptizati contrahitur cognatio ſpiritualis, quæ impedit petitionem debiti poſt contractũ matrimoniũ, & ſolum excipitur caſus in iſto c. Ad limina. q̃n pater in extrema neceſſitate baptizat filium ſuum, ergo cum in iſto caſu baptizet filium alienũ, non poterit petere debitum.

¶ Concluſio ſit. In iſto caſu licitum eſt etiam petere debitum. Hoc docet expreſſe Magiſter Sotus vbi ſupra, imo idem uidetur docere Nauarro in ſecundo loco citato pro cõcluſione dubii præcedentis. Et probatur. Neceſſitas caret lege, ergo excuſat à pęna ipſius legis. Eſſet aũt maxima pœna in illo caſu quòd quis nõ poſſet petere debitum ut conſtat, ergo optime poteſt reddere & petere debitũ non obſtante illa cõgnatione ſpirituali. Secundo probatur ex illo c. Ad limina. citato, nam ibi definitur ꝙ ſi babtizauit filium ſuum in neceſſitate extrema, non debet priuari iure petendi debitum: & ratio quæ in illo textu adhibetur eſt, quia non debet priuari iure petendi debitum propter actum qui erat in pręcepto C hęc autem ratio aperte militat in præſenti vt conſtat, ergo.

¶ Unde ad rationem dubitandi dicẽdum eſt, quòd quamuis in illo caſu contrahatur cognatio ſpiritualis, non impedit petitionẽ debiti, quoniam ille caſus excipitur in ipſo iure, quamuis nõ formaliter ſaltem virtualiter & implicite, cum ſit omnino eadem ratio decidendi. Ad confirmationem idẽ omnino reſpondetur, quòd quamuis in illo c. Ad limina, non excipiatur iſte caſus formaliter, excipitur virtualiter. Et cõſtat ex ipſo D iure quòd non vult priuare iure petẽdi debitum ſine culpa, vt patet in c. Si vir de cognatione ſpirituali, & in c. Diſcretionem de affinitate & conſanguinitate.

EST quartum dubium circa quartam concluſionem, an ſi cognatio ſpiritualis inducatur extra caſum neceſſitatis, tamen ex ignorantia ille ex cuius actu contrahitur, poſſit non ſolum reddere, verum etiã petere debitum. v.g. Baptizat quis filium ſuũ ex vxore vel filium vxoris, ignorans eſſe ſuũ vel ſuæ vxoris, dubium eſt an poſſit petere debitum ab vxore. Et videtur quod non.

¶ Primo

c Peruenit ad nu. 30. c. 1.

Primo arguitur. In cap. peruenit ad nos, 3. quæſt. 1. expreſſe diffinitur, quod qui ſuſceperunt proprios filios ex ſacro fonte neſcientes, non debent ad proprium vſum redire, ergo idem dicendum eſt ſi propriũ baptizaſſet filium ignorans.

¶Secundo arguitur. Cognatio ſpiritualis cõtrahitur per actum baptizandi vel ſuſcipiẽdi in baptiſmate filium ſuum, ergo ſiue ille actus fiat ex ignorantia ſiue ex certa ſcientia, inducitur illud impedimentum, ac ſubinde non poteſt petere debitum ille ex cuius actu inducitur.

A ¶Prima cõcluſio. Si ignorantia eſt inuincibilis & inculpabilis, taliter quòd adhibuit ſufficientem diligentiam ad hoc. v. g. quòd non baptizaret vel ſuſciperet filium ſuum. non priuatur iure petendi debitum, ſed optime poteſt illud petere. Ita docet Magiſter Sotus in illo primo articulo. Syluester vbi ſupra in principio. Et idem tenẽt omnes alij autores, præcipue Iuriſperiti Nauarro in Manuali cap. 16. num. 33. ubi citat Palu. Syluestrum, & alios, pro iſta ſententia. Hæc concluſio probatur primo ex ipſo iure, in cap. ſi vir, de cognatione ſpirituali, vbi expreſſe diffinitur hæc concluſio cum dicitur, ꝙ ſi vir vel mulier ex ignorantia filium ſuum ex ſacro fonte ſuſceperit: non ſunt propter hoc ab inuicem ſeparandi, nec alter alteri debitum debet ſubtrahere. Et ſubdit rationem, quia ex ignorantia id factum eſt eos ignorantia excuſare uidetur, ergo. Secundo probatur. Nõ eſt priuandus iure petendi debitum poſt contractum matrimonium ſine culpa ſua ut dicitur in illo ca. Diſcretionem, de conſanguinitate & affinitate. Sed hic nulla interuenit culpa, cũ fuerit ignorantia inuincibilis & inculpabilis, ergo. Confirmatur argumentũ. Nam in quæſtione præcedenti diffinitum eſt, quòd ſi vis acceſſit ad conſanguineam uxoris exiſtimans inuincibiliter non eſſe conſanguineam, non impeditur à petitione debiti, ſed poteſt optime petere debitum, ergo ſimiliter in noſtro caſu licitum erit petere debitum. Aduertendũ tamen, ꝙ ſi poſſunt induci ad continentiã in iſto caſu, inducẽdi ſunt & admonẽdi vt dicit ille textus. ſi vir.

¶Secunda concluſio. Si ignorãtia ſit vincibilis, craſſa, vel affectata, ille cuius actu inducitur cognatio ſpiritualis priuatur iure petendi debitum, itaque nõ poteſt petere, tenetur tamen reddere. Hæc concluſio probatur ex illo ca. Si uir, in quo adhibetur talis ratio. Nam ſi ex ignorãtia id factum eſt, eos ignorãtia excuſare uidetur, ubi expreſſè loquitur textus de ignorantia quæ excuſat a peccato. Confirmatur argumentum. Nam cum in iſto caſu ſit culpa & peccatũ poteſt optime priuari iure petẽdi debitum propter illud peccatum.

B ¶Ad primum argumẽtum factũ in principio reſpondetur primo, quod ille textus loquitur de ignorantia culpabili. Secunda ſolutio eſt, quod illud decretum fuit reuocatum in illo cap. ſi uir, ut dicunt aliqui doctores & Iuriſperiti.

¶Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod in illo caſu inducitur cognatio ſpiritualis, non tamen impedit debiti petitionem, quoniam ita determinatum eſt in iure. ſicut qui cognoſcit conſanguineã uxoris ignorans cognationem inculpabiliter, cõtra affinitatem, non tamen priuatur iure petendi debitum ut diximus quæſtione præcedenti. Sunt enim impedimenta de iure poſitiuo quæ obligant iuxta determinationem ipſius iuris, & non aliter.

C Est quintum dubium circa ultimam concluſionem, an ſi cognatio ſpiritualis extra caſum neceſſitatis inducatur ex malitia, poſſit petere debitum ille ex cuius actu inducitur: vt ſi quis ex malitia baptizet, uel ſuſcipiat filium ſuum. Et quidem ſi nomine malitiæ intelligatur culpa, certa res eſt, ut iam ſupra diximus quod ille qui eſt in cauſa, non poteſt petere debitum quãuis poſſit reddere & teneatur reddere. Sed in hoc dubio nomine malitiæ intelligitur ſpecialiter malitia, quãdo illud factum eſt in fraudẽ matrimonii: & in iſto D caſu diſputamus an qui fuit in cauſa poſſit petere debitum. Et uidetur quod poſſit petere debitum.

¶Primo arguitur ex illo ca. ſi uir. in quo expreſſe Summus Pontifex diffinit idẽ de illo qui ex malitia cõmiſit actum per quẽ inducitur cognatio ſpiritualis atque de illo qui ex ignorãtia, dicit enim. Quia ſi ex ignorantia id factum eſt, eos ignorantia excuſare uidetur, ſi ex malitia, eis fraus non debet patrocinari uel dolus, ſed certum eſt ut diximus dubio præcedenti, quod ſi fecit illum actum ex ignorantia inuincibili & inculpabili poteſt non ſolum reddere, uerum etiã

Petere debitum, ergo etiam ſi ſcit illud ex malitia.

¶ Secũdo arguitur ex ratione deſumpta ex eodem textu. Iſte commiſit actum illũ in fraudem matrimonij, vt ſupponimus, ac ſubinde non debet illi patrocinari. ergo matrimonium ipſum omnino impeditũ ſicut antea, ac ſubinde iſte poteſt non ſolum reddere, verum etiam petere debitum.

¶ Tertio arguitur. Alias ſequiť quod ſi uterque commiſit actum per quem inducitur cognatio ſpiritualis ex malitia in fraudem matrimonii. ꝙ neuter poſsit petere debitum; conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela eſt manifeſta ex oppoſita ſententia: falſitas conſeqentis videtur eſſe nota; nam in iſto caſu malitia & fraus patrocinatur illis

¶ Propter hæc argumenta aliqui Iuriſperiti exiſtimant quòd iſte poteſt petere debitum & reddere, nec amittit ius petendi & idem dicunt de vtroque coniuge quando vterque fuit in cauſa ex malitia.

¶ Nihilominus tamen ſit concluſio. Ille qui ex malitia in fraudem matrimonii facit actum per quem inducitur cognatio ſpiritualis, non poteſt petere debitum, ſed amittit ius petendi, tenetur tamen reddere. Hãc ſententiam tenet D.Thom. expreſſe in illa 5. concluſione. Syluester in illo verbo matrimoniũ. 8. quæſt. 7. in prin. Nauarro in Manuali, cap. 16. num. 33. Paulud. in. 4 diſt. 32. quæſt. 1. art. 1. con. 7. Hæc concluſio habet duas partes. Prima pars probatur primo ex cap. De eo. 30. quæſt. 1. ubi habetur quod ille cuius culpa contracta eſt cognatio ſpiritualis ex induſtria, in fraudem matrimonii priuatur iure petendi debitum, in ſuper priuatur facultate ducendi ſecundã mortua prima uxore, ergo. Confirmatur argumentum ex cap. Diſcretionem de eo qui cognouit conſanguineam uxoris ſuæ, nam ut diximus quæſt. præcedenti uir qui in fraudem matrimonii fecit quòd uxor eius cognoſceretur à conſanguineo ſuo, priuatur iure petẽdi debitum, nõ uerò mulier, ergo idẽ erit in noſtro caſu. Secundo probatur hæc pars. Si aliquis ſciẽter & nõ ex errore fecit actũ per quem inducitur cognatio ſpiritualis cũ coniuge: priuatur iure petendum debitũ, ergo multo magis in noſtro caſu, nam eſt grauius peccatum & maior malitia ut conſtat. Confirmatur. Nam in caſu antecedentis priuatur iure petendi debitum propter culpã ut conſtat, ſed hic eſt maior culpa, ergo etiã priuatur iure petendi debitum. Secunda pars cõcluſionis cõſtat ex illo ca. ſi uir ubi dicetur, ſi ex malitia ei ſua fraus non debet patrocinari uel dolus, at ſi nõ tenetur reddere debitũ ei patrocinaretur fraus uel dolus ut conſtat, nam non habet obligationẽ reddendi debitũ, ergo tenetur reddere debitum. Confirmatur ex cap. Diſcretionem, nam ut diffiniuimus in præcedenti q. ex illo textu ille qui fecit fraudem matrimonii quod eius uxor per uim cognoſceretur à conſanguineo ſuo, tenetur reddere debitum, ergo idem erit in noſtro caſu. Secundo probatur hæc pars. Nã alias cõniux propter maximã malitiam alterius priuaretur iure ſuo quod nullo modo eſt admittendũ. Sequela patet: Nam ſi ille, nõ teneť reddere debitum illa priuaretur iure quod habẽbat ut ei redderetur debitum. Ex hac concluſione ſequiť quòd ſi uterque fecit actũ per quem inducitur cognatio ſpiritualis, ex malitia & in fraudẽ matrimonii, neuter poteſt petere: tamen uterque tenetur reddere debitum ſi petatur: quam ſententiam tenẽt omnes Doctores citati pro concluſione: uide illos.

¶ Quibus poſitis reſpõdetur ad argumẽta facta principio Ad primum argumentum reſpondetur, quod quamuis Summus Pontifex Alexander III. in illo textu, ſi uir, formaliter loquendo uideatur loqui eodem modo de illo, qui fecit actũ ex ignorantia & ex malitia in fraudem matrimonii: tamen uirtualiter loquitur diuerſimodè: nã adhibet diuerſas rationes: quia loquẽdo de illo qui fecit actũ, ex ignorantia dicit, quòd eum ignorantia excuſare uidetur: loquendo uero de illo qui ex malitia, dicit. quòd ſua fraus non debet ei patrocinari. Ex quibus rationibus colligitur apertè differentiã in deciſione. Nam ille qui ex ignorantia inculpabili excuſatur, non debet priuari iure petendi, quoniam, ut ſupponitur ex ipſo iure, nullus debet priuari ſuo iure ſine culpa: ille uero qui ex malitia, cũ interueniat culpa & maxima culpa, priuatur iure petendi, tamen non debet eius fraus & malitia patrocinari: & ita tenetur reddere debitũ. Secundo reſpondetur, quòd in illo capit. notatur ſaltem formaliter facultas petendi, ſed ſolum reddendi debitum.

¶ Ad.

¶ Ad ſecūdum reſpōdetur, quod ut malitia illius coniugis non ſit in fraudē matrimonii, ſatis eſt, ꝙ teneatur redderre debitum; per hoc enim nō fraudatur matrimonium. Itaq; aduertendum eſt, quod ille qui ex malitia facit illum actum non debet reportare commodum, ſed incommodum, & ita priuatur iure petendi debitum: alius uero non debet reportare incommodum, & ita ſi ipſe petat, alius tenetur reddere debitum, & conſequenter non fraudatur matrimonium ipſum.

¶ Ad tertium argumentum reſpōdetur, ex iam dictis in corollario. Vterque enim tenetur reddere in illo caſu, non tamen poteſt petere. De iis omnibus plura dicentur in ſequentibus.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum per ſolum baptiſmum ſpiritualis propinquitas contrahatur.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod per ſolum baptiſmum ſpiritualis propinquitas contrahatur. Sicut enim ſe habet corporalis cognatio ad corporalem generationem, ita ſpiritualis ad ſpiritualem: ſed ſolus baptiſmus dicitur ſpiritualis generatio: ergo per ſolū baptiſmum contrahitur ſpiritualis cognatio, ſicut & per ſolam generationē carnalem carnalis cognatio.

¶ 2 *Præterea. Sicut in confirmatione imprimitur character ita in ordine:* D *ſed in ſuſceptione ordinis non ſequitur ſpiritualis cognatio: ergo nec ex confirmatione, & ſic ſolum ex baptiſmo.*

¶ 3 *Præterea. Sacramenta ſunt digniora ſacramentalibus; ſed ex quibuſdam ſacramentis ſpiritualibus cognatio non ſequitur, ſicut patet in extrema unctione: ergo multo minus ex catechiſmo, vt quidam dicunt.*

¶ 4 *Præterea. Inter ſacramentalia baptiſmi multa alia præter catechiſ-* A *mum numerantur: ergo ex catechiſmo non magis contrahitur ſpiritualis cognatio, quam ex alijs.*

¶ 5 *Præterea. Oratio non eſt minus efficax ad promouendū in bonum quā inſtructio uel cathechizatio: ſed ex oratione non contrahitur ſpiritualis cognatio: ergo nec ex catechiſmo.*

¶ 6 *Præterea. Inſtructio quæ fit baptizatis per prædicationē non minus ualet quam illa quæ fit nondum baptizatis: ſed ex prædicatione non contrahitur* B *aliqua cognatio ſpiritualis, ergo nec ex catechiſmo.*

SED contra 1. Corint. 4. In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui: ſed ſpiritualis generatio cauſat ſpiritualem cognationem: ergo ex prædicatione Euangelij et inſtructione fit ſpiritualis cognatio, & non ſolum ex baptiſmo.

¶ *Præterea. Sicut per baptiſmum tollitur peccatum originale, ita per penitentiam actuale: ergo ſicut baptiſmus* C *cauſat ſpiritualem cognationem, ita & pœnitentia.*

¶ *Præterea. Pater nomen cognationis eſt: ſed per penitentiam, & doctrinam, & curam paſtoralem, & multa huiuſmodi aliquis dicitur alteri ſpiritualis pater: ergo ex multis alijs præter baptiſmum & confirmationem ſpiritualis cognatio contrahitur.*

RESPONDEO dicendum ꝙ circa hoc eſt triplex opinio, quidam dicunt ꝙ ſpiritualis regeneratio ſicut per ſepti- D *formem Spiritus ſancti gratiam datur ita per ſeptem efficitur, incipiendo à primo pabulo ſalis ſacramenti vſq; ad confirmationem per epiſcopum factam & per quodlibet horum ſeptem ſpiritualis cognatio contrahitur. Sed illud non videtur rationabile, quia cognatio carnalis non contrahitur niſi per actum generationis completum: unde ēt affinitas non cōtrahitur niſi facta commixtione ſeminū, ex qua poteſt ſequi generatio carnalis: ſpiritualis autē generatio non perficitur niſi per aliquod ſacra-*

 mentum:

mentum: vnde nō videtur cōueniens ꝙ ſpiritualis cognatio cōtrahatur niſi per aliquod ſacramentū. Et ideò alij dicunt ꝙ per tria tantū ſacramenta ſpiritualis cognatio contrahitur, ſcilicet, per catechiſmum, baptiſmum, et cōfirmationē. Sed iſti propriam vocē videntur ignorare, quia catechiſmus non eſt ſacramentum: ſed ſacramentale. Et ideo alii dicunt ꝙ tantum per duo ſacramēta contrahitur, ſcilicet, per confirmationem & baptiſmum, & hæc eſt opinio communior: tamen de catechiſmo horum quidam dicunt, quòd eſt debile impedimentum, quia impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum.

AD primum ergo dicendum, quod duplex eſt carnalis natiuitas. Prima in vtero, in qua adhuc id quod natum eſt, eſt adeò debile ꝙ non poſſit extra exponi ſine periculo, et huic natiuitati aſſimilatur regeneratio per baptiſmū, in quo regeneratur aliquis adhuc quaſi fouendus intra viarum Eccleſiæ. Secūda eſt natiuitas ex vtero quādo iam quod natum erat in vtero tantū roboratum eſt ꝙ poteſt ſine periculo exponi exterioribus quæ nata ſunt corrumpere: et huic aſſimilatur cōfirmatio per quam homo roboratus exponitur in publicū ad confeſſionem nominis Chriſti: et ideò congruè per vtrunque iſtorum ſacramentorum contrahitur ſpiritualis cognatio.

AD ſecundum dicendum, quod per ordinis ſacramentum non fit alia regeneratio, ſed quædam promotio poteſtatis, & propterea mulier non ſuſcipit ordinem, & ſic non poteſt aliquod impedimentum præſtari matrimonio: & ideo talis cognatio non computatur.

AD tertium dicendum, quòd in catechiſmo fit quædam profeſſio futuri baptiſmi, ſicut in ſponſalibus quædam ſponſio futurarum nuptiarum: vnde ſicut in ſponſalibus contrahitur quidam modus propinquitatis, ita in catechiſmo ad minus impediens cōtra- A *hendum, vt quidam dicunt, non autem in ſacramentis aliis.*

AD quartum dicendum, quod talis profeſſio fidei non fit in alijs ſacramentalibus baptiſmi ſicut in catechiſmo: & ideò non eſt ſimilis ratio.

Et ſimiliter dicendum ad quintum de oratione, & ad ſextum de prædicatione.

AD ſeptimum dicendum, quod Apoſtolus eos ad fidem inſtruxerat per modum catechiſmi, & ſic aliquo modo talis inſtructio habebat ordinem B *ad ſpiritualem generationem.*

AD octauum dicendum, quòd per ſacramentum pœnitentiæ non contrahitur propriè loquendo ſpiritualis cognatio: vnde filius ſacerdotis poteſt contrahere cum illa quam ſacerdos in confeſſione audit: aliàs filius ſacerdotis non inueniret in tota parochia mulierem cum qua contrahere poſſet: nec obſtat quòd per pœnitentiam tollitur peccatum actuale, quia hoc non eſt per modum regenerationis, ſed magis per modum ſanationis. Sed tamen per pœni- C *tentiam contrahitur quoddam fœdus inter mulierem & ſacerdotem confitentem ſpirituali cognationi ſimile, vt tantum peccet eam carnaliter cognoſcens, ac ſi eſſet ſua ſpiritualis filia: & hoc ideo, quia maxima familiaritas eſt inter ſacerdotem & confitentem, & ob hoc iſta prohibitio eſt inducta, vt tollatur peccandi occaſio.*

AD nonum dicendum, quod pater ſpiritualis dicitur ad ſimilitudinem patris carnalis: pater autem carnalis, vt D *Philoſophus dicit in 8. Ethi. tria dat filio, eſſe, nutrimentum, et inſtructionem:* cap. 11. & 12. *& ideò ſpiritualis pater aliquis alicuius dicitur, ratione alicuius horum trium: tamen ex hoc quod eſt ſpiritualis pater non habet ſpiritualem cognationem niſi conueniat cum patre, quantum ad generatiouem per quam eſt eſſe: & ſic etiam poteſt ſolui octauum ꝙ præceſſit.*

SVMMA ARTICVLI.

COcluſio eſt. Tantum contrahitur hæc propinquitas per duo ſacramenta, ſcilicet, per baptiſmum & confirmationem. Ratio huius concluſionis eſt. Nam baptiſmus eſt quædam regeneratio, ſacramentum uero confirmationis eſt quædam illius confirmatio. Vide ſolutionem ad primum, in qua D. Thom. magis in particulari explicat iſtam rationem.

¶ Circa iſtum articulum duo explicanda ſunt. Primum eſt, an contrahatur cognatio ſpiritualis per ſacramentum baptiſmi & confirmationis, ubi etiam explicanda ſunt omnia quæ attinent ad hæc ſacramenta. Secundum explicandum eſt, an contrahatur hæc ſpiritualis cognatio per aliqua alia ſacramenta.

VT explicemur primum. Dubium eſt, an cognatio ſpiritualis inducatur per ſacramentum baptiſmi uel confirmationis. Et uidetur uera pars negatiua. Primo arguitur de vtroque ſacramento ſimul. Cognatio ſpiritualis eſt impedimentum quoddam matrimonii: ſed impedimentum matrimonii non contrahitur per ſacraméta iſta, ergo per ſacramentum baptiſmi uel cõfirmationis nõ inducitur cognatio ſpiritualis. Conſequentia eſt bona: Maior eſt manifeſta. Minor vero probatur. Nam per ſacramenta quæ ſunt ſpiritualia ordinis diuini & ſupernaturalis, fit coniunctio quædam & vnio ſpiritualis, ergo non debet eſſe impedimentum matrimonii qnod eſt res quædam materialis.

¶ Secundo arguitur. Ad probandum quòd non contrahatur cognatio ſpiritualis per baptiſmum. Cognatio ſpiritualis inducitur per catechiſmum, qui præcedit baptiſmum, ergo non inducitur per baptiſmum. Conſequentia videtur euidens: nam ſi inducitur per illud, quod antecedit, non debet etiam induci per illud quòd ſubſequitur: antecedens vero conſtat ex decreto Bonifacii Octaui in cap. per catechiſmum, de cognatione ſpirituali, in *6*. Vbi dicitur, quod per catechiſmum cognatio ſpiritualis contrahitur.

¶ Tertio arguitur, ad probandum quod ex ſacramento confirmationis non contra-

A hatur cognatio ſpiritualis: Cognatio ſpiritualis contrahitur per baptiſmum quoniam in illo regeneratur homo ſecundum eſſe ſpirituale, ſicut contrahitur cognatio naturalis per generationem: ſed ſacramentum confirmationis non habet rationem generationis, ut conſtat, ergo per iſtud ſacramentum non contrahitur cognatio ſpiritualis. ¶ Ijs non obſtantibus concluſio fit. Per ſacramentum baptiſmi, & per ſacramentum confirmationis inducitur ſpiritualis cognatio. In hac concluſione conueniunt vniuerſi Theologi & Iuriſperiti. Vi-
B de ſupra citatos, & in ſpeciali Magiſt: Sotum in articul. 2. Et probatur concluſio primo ex ipſo iure. Ita enim diffinitur in capit. 1. de cognatione ſpirituali in *6*. Vbi Bonifac. viij. hoc determinat de vtroque ſacramento, ſcilicet, baptiſmi & confirmationis: & idem ſupponitur in titulo, de cognatione ſpirituali. Et de baptiſmo in particulari ſunt multi Canones 30. quæſt. 1. Et de confirmatione in particulari habetur expreſſe in capit. ſi quis filiaſtrum eadem quæſtione & cauſa. Imo in Concilio Trident. Seſſion. 24. cap. 2. de reformatio-
C ne matrimonii, manifeſte ſupponitur, quòd cognatio ſpiritualis cõtrahitur per iſta duo ſacramenta, ergo. Secundo probatur concluſio & explicatur ratione D. Thom. in ſolutione ad primum. Cognatio ſpiritualis oritur ex generatione ſpirituali ſicut cognatio carnalis per carnalem generationem cõtrahitur: ſed generatio ſpiritualis fit per baptiſmum, ut dicitur Ioan. cap. 3. Niſi quis renatus fuerit, &c. & per confirmationis ſacramentum confirmatur: nã vt dicitur in materia de confirmatione 3. par. quæſt. 72. Confirmatio nihil aliud eſt quam argu-
D mentario quædam baptiſmalis gratiæ: nam per baptiſmum recipitur eſſe ſpirituale, & per confirmationem roboratur ad publicam fidei defenſionem, ſicut per generationem fit homo & per quantitatis augmentũ fit validus homo, ergo per hæc duo ſacramenta cõtrahitur cognatio ſpiritualis. Confirmatur adhuc & explicatur ex uerbis D. Thom. Nam ſicut in generatione naturali præcedunt diſpoſitiones & ſubſequitur generatio, & poſtea ſequitur natiuitas: ita etiã in ſpirituali generatione antecedunt catechiſmi, qui ſunt veluti quædam diſpoſitiones ad generationem ſpiritualem, deinde

ſequitur

ca. 1: de cognatione ſpiritua li in *6*.

30. q. 1. ca. de iis & ĩ c. ſi quis filiaſtrum eadẽ q. & cauſa Concil. Tri. Seſ. 24. c. 2. de reformatiõe.

Ioan. c. 3.

ſequitur baptiſmus qui eſt quædam ſpiritualis generatio:& denique cōſequitur cōfirmatio quæ eſt veluti natiuitas per quam homo publicè fidem profitetur, ergo per hæc ſacramenta contrahitur cognatio ſpiritualis. Quæ vero perſonæ cōtrahant iſtam cognationē ſpiritualem in baptiſmo, uel confirmatione, dicetur in articulo ſequēti.

¶ Quibus poſitis reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio. Ad primum argumentum reſpondetur concedendo maiorē,& negando minorem. Et ad probationem minoris dicendum eſt, quod quamuis vnio, & coniūctio quæ fit per huiſmodi ſacramenta ſit ſpiritualis diuini ordinis, nihilominus tamen poteſt eſſe impedimentū matrimonii: nam matrimonium non ſolū eſt res materialis, & quædam cōiūctio materialis,& corporalis, ſed etiam ſpiritualis. Et ideo coniunctio ſpiritualis poteſt eſſe impedimentum matrimonii.

¶ Ad ſecundum argumentum. Dubium eſt, an contrahatur cognatio ſpiritualis per catechiſmum. D.Thom. hic in ſolutione ad tertiū videtur de hoc dubitare,& dicit aliorum ſententiam. Nihilominus tamen dicendum eſt quod ex catechiſmo non oritur impedimentū cognationis ſpiritualis, quod matrimonium dirimat, tamen impedit cōntrahendum. Quod quidem verum habet ēt ſi catechiſmus fiat ex interuallo maximo poſt baptiſmum Conſiderandam enim, ꝙ in catechiſmo fit quædam profeſſio futuri baptiſmi ſicut in ſpōſalibus de futuro quæ dam promiſſio futurarum nuptiarum: vnde ſicut in ſponſalibus cōtrahitur quoddā uinculum, quod non attingit rationem affinitatis, ſed dicitū publica honeſtas uel iuſtitia publicæ honeſtatis: ita etiam in catechiſmo contrahitur quoddam impedimentum affine cognationi legali, quod quidem non dirimit matrimonium poſtea factum: ſed impedit. Hoc diffinitur expreſſe in ca. per cathechiſmum, de cognatione ſpirituali in ſexto. Et ita dicit Couar. loco ſupra citato. §. citato: nu. 12.& multi alii. Forte tamen nō impedit matrimonium ſub mortali peccato, de quo ſupra quęſtione. 50.& Caietā. in ſumma, uerb. matrimonium. Ex hoc infert Couar. in loco immediate citato, quod diſpenſatio ad matrimonium contrahendum eſt irrita & nulla quæ tollit aliquod aliud impedimentum canonicum dirimēs

c. per catechiſmum de cognatione ſpirituali in 6.

A matrimonium, ſi non fiat mentio de hoc impedimento, quod contrahitur per cathechiſmum. Ratio huius eſt: Nam cum ſit impedimentum matrimonii forte princeps ſi eius notitiam haberet non concederet diſpenſationem. Vnde ad ſecundum argumētum conceſſo antecedenti negatur conſequentia. Nam etiam per ſponſalia quæ ſunt præuia ad matrimonium contrahitur, tāmen inde non ſequitur quòd per matrimōnium non contrahetur impedimentum dirimēns ipſum matrimonium, non diſſimiliter in propoſito, quamuis per catechiſmū contrahatur impedimentum aliquod, nō

B inde ſequitur, non contrahatur impedimentum matrimonii. An uero poſt decretum Concil. Tridentini de cognatione ſpirituali impediat matrimonium dicetur articulo ſequenti.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur, ex dictis in ſecunda probatione concluſionis, quòd quamuis ſacramentum confirmationis proprie nō habeat rationē regenerationis, nec propriè regeneret, nihilominus tū eſt quedā corroboratio baptiſmatis & quaſi quædam natiuitas ex vtero ad publicam fidei confeſſionem.

C ¶ Eſt ſecundum dubium, vt explicemus ſecundum. Vtrum contrahatur conatio ſpiritualis per aliqua alia ſacramenta. Et videtur vera pars affirmatiua. ¶ Primo arguitur. Ex doctrina D. Thom. in ſolutione ad actuum, ubi dicit quòd per pœnitentiam contrahitur quoddam fœdus inter mulierem & ſacerdotem confitentem, ſpirituali cognationi ſimile, vt tantum peccet eam carnaliter cognoſcendo, ac ſi eſſet ſua ſpiritualis filia:& rationem adhibet, quia maxima familiaritas eſt inter ſacerdotem con-

D fitentem,& propter hoc hæc prohibitio eſt inducta, ut tollatur peccandi occaſio, ergo ſaltim ex ſacramento pœnitentiæ oritur aliqualis cognatio ſpiritualis.

¶ Secundo arguitur. Per baptiſmum cōtrahitur cognatio ſpiritualis, quoniam qui baptizat habet ſe inſtar patris in naturali generatione, ut iam dictum eſt in dubio præcedenti: ſed ſimiliter ſacramento pœnitentiæ ſacerdos habet ſe inſtar patris, ergo per ſacramentum pœnitentiæ contrahitur cognatio ſpiritualis. Conſequentia eſt bona Minor probatur ex eo quod dicit Simachus Papa. 30. q. 1. c. omnes, ubi dicit: omnes

c. omnes 30. q. prima.

omnes quos in pœnitentia ſuſcipimus ita noſtri ſunt ſpirituales filii, ut & ipſi quos vel nobis ſuſcipientibus uel ſub trinæ mer ſionis vocabulo mergentibus vnde ſacri ba ptiſmatis regenerauit, ergo.

¶ Tertio arguitur. In omnibus ſacramentis regeneratur homo ergo omnia ſacramẽta habent rationem generationis: ac ſubinde per omnia ſacramenta inducitur cognatio ſpiritualis. Conſequentia eſt bona: nam in omnibus ſacramenta ſaltem per accidẽs confertur prima gratia, ut diffinitur in materia de ſacramentis in genere. 3.p.q. 62. art. 1. ergo omnia ſacramenta regenerant. Confirmatur argumentum nam miniſter eccleſiæ per prædicationem dicitur generare homines, ut pate. 2. Corinth. 13. In Chriſto Ieſu per euangelium uos genui, ergò multo magis per alia ſacramenta dicetur, quòd miniſter eccleſiæ generat homines: ſiquidem in aliis ſacramentis datur gratia ex operato, nõ vero in prædicatione.

2. Corin. 13.

¶ Iis non obſtantibus ſit concluſio Per alia ſacramenta à baptiſmate, & confirmatione nõ contrahitur cognatio ſpiritualis impediens, & dirimẽs matrimonium, nec ſolum impediens. Hæc concluſio eſt expreſſa D. Tho. in hoc articulo in ſolutione ad octauum. Hanc tenent omnes Thomiſtæ, Magiſt. Sotus ubi ſupra arti. 2. Et idem docent omnes Doctores ſupra citati. Itaq; filius ſacerdotis (dicit D. Tho.) poteſt contrahere cum illa quam ſacerdos in confeſſione audit. Et probatur concluſio. Primo ex iure. Nam in c. quamuis non plures. de cognatione ſpirituali in 6. circa finem, diffinitur, quod inducitur cognatio ſpiritualis per baptiſmum & cõfirmationem; & ſubditur ſtatim. Ex datione vero aliorum ſacramento rum cognatio ſpiritualis nequaquam oritur quæ matrimonium impediat uel diſſol uat, ergo. Et idem colligitur ex aliis teſtib. Secundo probatur ratione quæ deducitur ex iam dictis. Nam nullum aliud ſacramentum cenſetur generatio uel natiuitas, ut cõſtat, ſed cenſetur uel alimentatio, ut ſacramentum euchariſtiæ, vel ſanatio, & reconciliatio, ut pœnitentia, &c. ergo per nullũ aliud ſacramentum inducitur talis cognatio ſpiritualis. Vltimo probatur. Nam vt dictum eſt in arti. 1. huius quæſtionis ſtatim in principio cognatio ſpiritualis habet impedire, & dirimere matrimonium ex ec

c. quamuis, non plures. de cognatione ſpirituali, in ſexto

A cleſiæ ſtatuto: ſed in toto iure non repeiturñ quod ex aliis ſacramẽtis oriatur aliquid detrimens matrimonium uel ſaltem impediẽs vt manifeſte conſtat, ergo per alia ſacramẽta non inducitur tale impedimentum.

¶ Quibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principio. Ad primum argumentum eſt dubium quod inſinuatur à D. Tho. ſolutione ad octauũ circa ſacramẽtum confeſſionis in particulari, an per ſacramẽtum confeſſionis cõtrahatur aliqua propinquitas uel vinculum aliquod ratione cuius ſit ſpeciale peccatum accedere ad B filiam confeſſionis. Et uidetur vera pars affirmatiua huius dubii.

¶ Primo arguitur, ex doctrina D. Tho. in illa ſolutione ubi dicit: Per pœnitentiã contrahitur quoddam fœdus inter mulierem, & ſacerdotem confitentem ſpirituali cognationi ſimile, vt tantũ peccet eam carnaliter cognoſcẽs ac ſi eſſet ſpiritualis filia, ſed ſi accedere ad ſpiritualem filiam ratione illius ſpiritualis propinquitatis eſſet ſpeciale peccatum, ergo ſimiliter in noſtro caſu per ſacramentũ pœnitẽtiæ cõtrahitur vinculũ, ratione cuius eſt ſpeciale C peccatum, accedere ad filiam confeſſionis.

¶ Secundo arguitur. Ex cap. oẽs. 30. q. 1. ad ducto in ſecundo argumento huius dubii principalis, ubi dicitur, omnes quos in pœnitentia accipimus ita filii noſtri ſũt ut in baptiſmate ſuſcepti: & grauiſſima pœna diffinitur ſacerdoti tale fœdus uiolanti. Et in ca. ſi quis, eadem cauſa & quæſtione dicitur. Si quis ſacerdos cũ filia ſpirituali fornicatus fuerit ſciat ſe graue adulterium commiſiſſe, & imponitur ibi grauis pœna, ergo accedere ad filiam confeſſionis eſt ſpeciale peccatum: aliàs enim non imponeretur ita grauis pœna: nam pro ſimplici fornicatione nõ imponitur tam grauis pœna. Et idem determinatur in ca. ſeq.

c. omnes 30. q. prima.

D

¶ Tertio arguitur. Accedere ad filiã confeſſionis eſt non ſolum contra puritatem, verum etiam contra ſecuritatẽ quę debet eſſe in illo foro ſacramentali, ergo ex confeſſione contrahitur ſpeciale vinculum ratione cuius eſt ſpeciale peccatum accedere ad filiam confeſſionis.

¶ Quarto arguitur. Sacerdos ex officio confeſſionis quodã modo ſumit curã illius mulieris: ſed actus carnalis ſine dubio eſt contrarius huic obligationi, ergo actus car-

na-

nalis cum filia confeſſionis habet ſpecialem deformitatem, ac ſubinde ex confeſſione contrahitur vinculum aliquod.

¶In oppoſitū eſt primo. Huiuſmodi vincula & impedimēta potiſſimū habent uim ex lege humana eccleſiaſtica, vt conſtat de cognatione ſpirituali, ſed non inuenitur in toto iure aliquid vnde oriatur aliquod impedimentū, vel aliquid ſimile illi cognationi ſpirituali, ergo non contrahitur ex ſacramento cōfeſſionis vinculum aliquod, ratione cuius ſit peccatum alterius rationis accedere ad filiam confeſſionis.

¶Secundo arguitur. Si iſtud vinculū oritur ex ſacramento cōfeſſionis illud debet oriri ex natura rei vt conſtat, & non ex aliqua lege poſitiua quæ nulla extat: ſed ex natura rei non oritur ergo. Minor. probatur. In omnibus aliis ſacramentis inter cōferentem, & ſuſcipientem non contrahitur aliquod uinculū, ratione cuius ſit grauius peccatū in ſpecie loquēdo ex natura rei. Si quis.n. accederet ad mulierē q̄ baptizauit vel confirmauit non cōmittit ſpeciale peccatū loquendo ex natura rei ſecluſa lege poſitiua & idē eſt de aliis ſacramētis, ergo idem erit de cōfeſſore & filia cōfeſſiōis.

¶Tertio arguitur. Si iſtud vinculū cōtrahitur ex natura rei, ſequitur quod ſtando in iure diuino ſecluſa lege poſitiua per ſacramentum confeſſionis contrahatur impedimentum ad contrahendum matrimonium, ſaltem quod impediat quamuis nō dirimat: conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Falſitas cōſequētis conſtat: nam nullus Doctor annumerauit tale impedimentum inter impedimenta matrimonii. Itē, Nā ſecluſa lege poſitiua, quæ prohibet quod ſacerdotes non contrahāt matrimonium, & quæ annullat matrimonium illorum, non videtur eſſe prohibitum iure diuino matrimoniū cū filia confeſſionis. Sequela uero probatur, nā accedere ad filiā cōfeſſionis habet ſpecialē deformitatē ex natura rei: ergo ex natura rei eſt impedimentū ad contrahendū matrimoniū: hac enim ratione votū ſimplex caſtitatis eſt impedimentum ad contrahēdum, quoniam accedere ad mulierem habet ſpecialem deformitatem.

¶Quarto arguitur. Si ex ſacramento cōfeſſionis contrahitur tale vinculū ſecluſa lege poſitiua, ſequitur quod ſit maius vinculum quam cognatio ſpiritualis: conſequēs autem videtur aperte falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Cognatio ſpiritualis eſt vinculum quoddam, & quoddam fœdus ex iure poſitiuo, & ex lege humana: at uero hoc vinculū, quod cōtrahitur ex confeſſione eſt ex iure diuino, ergo eſt maius, ſicut maius vinculum eſt cognatio naturalis in illis gradibus qui prohibentur iure naturali diuino, quam in illis qui prohibentur lege poſitiua.

¶Quinto arguitur. Si aliqua ratione cōtraheretur tale vinculum maximè quia ſacerdos qui confitetur aliquem quodāmodo ſumit curam illius, hæc aūt ratio nulla B eſt: nam aliàs ſequitur, quod ſi ſacerdos ſolicitaret filium confeſſionis ad aliqd̄ peccatum peccaret noua malitia, quod eſt falſum vt cōſtat, ergo nō cōtrahitur aliquod vinculum ex confeſſione. ¶ In hac difficultate ſunt duæ oppoſitæ ſentētiæ. Prima ſententia aſſerit quod ex ſacramento pœnitentiæ etiam ſecluſa omnia lege poſitiua, contrahitur vinculum quoddā ſpirituale inter confeſſorem, & filiam confeſſionis ratione cuius ſecluſa omni lege poſitiua C habet peculiarem deformitatem accedere ad filiam confeſſionis, non ſolum in confeſſione uel proximè ad confeſſionem, verū etiam extra confeſſionem & longè poſt illam. Hanc ſentētiam videtur tenere D.Th. in illa ſolutione citata. Et hanc ſententiam tenent aliqui Thom. Secunda ſententia eſt huic oppoſita, uidelicet, quod nullum vinculum oritur ex ſacramento cōfeſſionis ratione cuius ſit peccatum alterius rationis accedere ad filiam confeſsionis. Hanc ſententiam tenent multi Theologi etiam ex ſchola D.Thom. loquendo de acceſſu vel D congreſſu extra confeſsionem, uel taliter quod non fiat proximè ad confeſsionem. In huius rei expoſitionem aliqua breuiter dicenda ſunt, quoniam hæc difficultas non pertinet ad iſtum locum ſed ad materiam de confeſsione.

¶Prima cōcluſio. Si acceſſus ad mulierē filiam confeſsionis vel ſolicitatio ad congreſſum fiat in ipſa confeſsione, uel proximè ad ipſam confeſsionem, taliter quod redundet in iniuriam ipſius ſacramenti confeſsionis habet peculiariſsimam deformitatē, & eſt immane ſacrilegiū, & hoc eſt certiſsimum: In hac concluſione debent cōue

nire

nire omnes Theologi & Iuriſperiti. Ratio huius concluſionis eſt. Quoniam iſtud peccatum non ſolum eſt contra puritatem huius diuini ſacramẽti, & contra ſanctitatem illius: verum etiam contra ſecuritatem. Et hoc ipſum conuincunt argumẽta facta primo loco. Imò ita eſt grauiſſimum, & immane ſacrilegium, ut tanquam ſuſpecti de fide ſacramenti habendi ſint. Et ita meritiſſima ratione iudices fidei integerrimi, Inquiſitores, videlicet, puniunt huiuſmodi cõfeſſores. Tales enim confeſſores medicinã vitæ conuertunt in mortiferũ venenũ. Et de hoc nulla eſt difficultas. Tota autem difficultas eſt quando quis accedit ad filiã confeſſionis vel ſolicitat illã nõ in ipſa cõfeſſione nec ꝓximè ad illã, ſed poſt longũ tps elapſum, & de hoc ſit ſcda cõcluſio.

¶ Prima ſententia eſt ſatis probabilis, ſecunda etiam habet multam probabilitatẽ. Hæc concluſio habet duas partes prima pars probatur argumentis factis. Primo loco quæ ſunt ſatis ꝓbabilia, & authoritate Doctorum qui illã tenent, præcipuè authoritate D. Tho. nam quãuis D. Tho illud dixerit in quarto, nihilominus tamen habet probabilitatem. Et ſecundum iſtam ſententiam dicendum eſt, quòd ſicut fęminæ debent confeſſoribus magnam reuerentiã iure diuino, ita ipſi tenentur ſpecialiter cum illis munditiam ſeruare. Et non eſt idẽ de aliis peccatis atq; de peccato immũditiæ: nam in peccato illo eſt quædam immunditia quæ magis contrariat huic uinculo: & eſt quædã æqualitas quam non debet habere mulier ad confeſſorem: & hæc omnia ſunt contra ipſum ſacramentũ. Vnde ſi cõfeſſor ſolicitaret extra cõfeſsionem ad aliquod aliud peccatum non peccaret peccatum quod haberet nouã malitiam, niſi ſit proprius ſacerdos vel epiſcopus, &c. Secunda pars probatur argumentis factis ſecundo loco quę habent maximam probabilitatem, & authoritate Doctorum qui illã tenent. Et qui voluerit iſtam ſententiam uel aliam tenere, nõ difficile poterit ſoluere argumenta alterius ſententię. Et ex dictis reſpondetur ad primum argumentum dubii principalis. Vide Magiſt. Sot. in illo art. 2.

¶ Ad ſecundum argumentũ dubii principalis reſpõdetur. Primo, ꝙ quãuis ratio illa ibi adducta ſit bona congruẽtia, illa tamen ſola non eſt ſufficiens ad hoc quod cõ

A trahatur cognatio ſpiritualis, ſine ſuper addita lege humana canonica, quæ tamen nõ eſt appoſita in ſacramento pœnitentiæ, vt conſtat. Et ita per ſacramentum baptiſmi contrahitur cognatio ſpiritualis, non uero per ſacramentum pœnitentiæ. Secundo reſpondetur, & longe melius, concedendo maiorem, & negando minorem, & ratio eſt: Nam ſacramentũ pœnitentiæ nõ habet rationem generationis nec natiuitatis ſicut ſacramentũ baptiſmi, & cõfirmationis. Et ad probationẽ minoris reſpondetur, quod pęnitẽtes non dicuntur ea rõne filii

B ſacerdotis, quod cõtrahant cognationem ſpiritualẽ, ſed dicũtur filii ſpirituales, quia per doctrinã, & ſacramentum pœnitentiæ, eos reconciliat Deo, quod quidem habet quandam ſimilitudinem generationis.

¶ Ad tertium argumentum reſpondet negando antecedens, nõ enim omnia ſacramenta habent rationem generationis. Nã quãuis omnia ſacramenta conferant gratiam, imo primam gratiam, nõ dicũtur regenerare, quoniã nõ dant illam per modũ regenerationis, hoc enim proprium eſt baptiſmatis. Ad cõfirmationẽ rñdetur, quod

C miniſter eccleſiæ per prædicationem dicũtur generare homines per metaphoram, & largo modo, quòd explicat Magiſter Sotus ubi ſupra: non tamen hoc ſufficit ad cõtrahendum cognationem ſpiritualem, ſed requiritur collatio gratiæ per modũ generationis, uel coroborationis. Plura alia quę ad iſtum articulum pertinent dicentur in articulo ſequẽti in quo declarabit qui ſũt qui contrahunt cognationem ſpiritualem.

ARTICVLVS III.

D

¶ Vtrum cognatio ſpiritualis cõtrahatur inter ſuſcipientem ſacramentum baptiſmi, & leuãtem de ſacro fonte.

AD TERTIVM ſic ꝓcedıtur. Videt ꝙ cognatio ſpiritualis nõ cõtrahat inter ſuſcipiẽtẽ ſacramẽtũ baptiſmi, et leuãtẽ de ſacro fonte. Quia in generatione carnali con-

li cõtrahitur propinquitas ſolũ ex parte eius cuius ſemine generatur proles, non autem ex parte eius qui filium natum ſuſcipit: ergo nec ſpiritualis cognatio contrahitur inter eum qui ſuſcipit de ſacro fonte, & eum qui ſuſcipitur.

ca. 7. de cœleſt. hierar. ¶ 2 *Præterea Ille qui in ſacro fonte leuat anadochus à Dionyſio dicitur, & ad eius officium ſpectat puerum inſtruere: ſed inſtructio non eſt ſufficiens cauſa ſpiritualis cognationis, vt dictum eſt: ergo nulla cognatio contrahitur inter eum & illum qui de ſacro fonte leuatur.*

¶ 3 *Præterea. Poteſt contingere ꝙ aliquis leuet aliquem de ſacro fonte antequam ipſe ſit baptizatus, ſed ex hoc non contrahitur aliqua ſpiritualis cognatio, quia ille qui non eſt baptizatus non eſt capax alicuius ſpiritualitatis: ergo aliquem leuare de ſacro fonte non ſufficit ad ſpiritualem cognationem contrahendam.*

SED contra eſt diffinitio ſpiritualis cognationis ſupra inducta, & authoritates quæ ponuntur in litera.

li. 4. ſenten. diſt. 42. *RESPONDEO dicendum, quod ſicut in generatione carnali aliquis naſcitur ex matre & patre, ita in generatione ſpirituali aliquis renaſcitur filius Dei ſicut patris, & eccleſiæ ſicut matris: ſicut autem ille qui ſacramentum confert gerit perſonam Dei cuius inſtrumentum & miniſter eſt, ita ille qui baptizatum ſuſcipit de ſacro fonte aut confirmandum tenet, gerit perſonam eccleſiæ: unde ad utrumque ſpiritualis cognatio contrahitur.*

AD primum ergo dicendum, ꝙ non tantum pater ex cuius ſemine generatur proles habet cognationem carnalem ad natum ſed etiam mater quæ materiam ſubminiſtrat, & in cuius vero generatur: & ita etiam anadotus, qui baptizãdũ vice totius eccleſiæ offert & ſuſcipit, & confirmandum tenet, ſpiritualem cognationem cõtrahit.

AD ſecundum dicendum, ꝙ non A *ratione inſtructionis debitæ ſed ratione generationis ſpiritualis ad quam cooperatur, cognationem ſpiritualem contrahit.*

AD tertium dicendum, ꝙ non baptizatus non poteſt aliquem leuare de ſacro fonte, cum non ſit membrum eccleſiæ, cuius typum gerit in baptiſmo ſuſcipiens, quamuis poſſit baptizare quia eſt creatura Dei cuius typum gerit baptizans: nec tamen aliquam cognationem ſpiritualem contrahere poteſt, B *quia eſt expers ſpiritualis uitæ; in quam homo primo per baptiſmum naſcitur.*

SVMMA ARTICVLI.

Prima concluſio. Spiritualis cognatio contrahitur inter baptizatum & baptizantem, & etiam inter ſuſcipientem de ſacro fonte. Ratio huius concluſionis, nam cognatio carnalis per carnalem generationem contrahitur inter filium ſuſceptũ ex C generatione & inter patrẽ & matrem (nã naſcitur ex patre & matre) ſed in generatione ſpirituali naſcitur filius per baptiſmum, qui verò confert ſacramentum baptiſmi habet rationem patris qui filium generat virtute Dei: ille verò qui baptizatũ ſuſcipit de ſacro fonte gerit perſonam matris, nam gerit vicem eccleſiæ, ergo.

¶ Secunda cõcluſio in corpore & ad primum. Quod dictum eſt de ſacramento baptiſmi dicendum etiam eſt de ſacramento confirmationis, & ratio eſt eadem.

¶ Tertia concluſio ad tertium. Non ba- D ptizat us non poteſt aliquem leuare de ſacro fonte, cum non ſit membrum eccleſiæ, cuius figuram gerit in baptiſmate quæ ſuſcipit: nec poteſt contrahere cognationem ſpiritualem, quia eſt expers uitæ ſpiritualis in quam homo primum per baptiſmum naſcitur.

¶ Circa iſtum articulum, & totam quæſtionem ante omnia explicandum eſt, quęnam ſint perſonæ quæ contrahunt cognationem ſpiritualem per huiuſmodi ſacramenta. Et ut hoc explicemus aduertendum eſt, ꝙ ut conſtat ex iuribus ſupra citatis in tempore antiquo tres ſpecies cogna-

gnationis ſpiritualis erant. Prima inter baptizatum ut filium, & inter baptizantem, vt patrem, & ſuſcipientem ad baptiſmum, ut matrem, & iſta ſpecies deſumebatur inſtar carnalis generationis. Vbi eſt obſeruāda regula quod vbi cognatio oritur ex actione alicuius, per illum transfunditur cognatio ſpiritualis in perſonam à ſe carnaliter cognitam, ſiue in legitimo matrimonio ſiue illicito congreſſu: quia fiunt una caro quæ autem oritur ex paſsione non diffunditur ad aliam. Ex quo ſequitur primo, quod ſi baptizans habet vxorem, uel ſuſceptor concubinam, ad illas fœminas tranſit cognatio ſpiritualis. Secundo ſequitur, quòd ſi baptizatus habeat vxorem inter illam, & baptizantem nulla erit cognatio ſpiritualis: quoniam baptizatus eſt veluti patiens, & idem dicendum de vxore patris carnalis quando non eſt mater baptizati nullam contrahit cognationem. Secunda ſpecies cognationis ſpiritualis eſt compaternitas inter patrem, & matrem baptizati, ex una parte, & baptizantem, & ſuſcipientem ad baptiſmū ex alia, cum ſuis vxoribus. Inter eos tamen inter ſe non eſt cognatio ſpiritualis: cæterum ſi baptizaretur filius patris ex alia fœmina vxor illius non contrahit cognationem iſtam cum patribus ſpiritualibus ſecūdum regulam iam poſitam. Tertia ſpecies eſt confraternitatis inter baptizatum, & filios baptizātis, uel ſuſcipientis ad baptiſmum: nam ſunt filii ſpirituales, & carnales, & ita inter illos non poteſt conſtare matrimonium. Quæ dicta ſunt de baptiſmate, dicenda ſunt de ſacramento confirmationis. Hæc omnia habentur in iure antiquo, vide Syluestrum loco ſupra citato, & Couar. & Magiſtrum in locis ſupra citatis. qui quidem ad longum explicant iſtas ſpecies. Modo tamen non eſt neceſſarium dies explicare: quoniam modo eſt ius nouum Concilii. Tridentini, quod quidem ad longum explicandum eſt. Decretum vero Concilii Tridentini hēt in hūc modum in c. 2. de cognatione ſpirituali ſeſsione 24. de reformatione matrimonii. Sācta Synodus ſtatuit vt vnus tantum, ſiue vir, ſiue mulier, iuxta ſacrorum Canonum inſtitūta, uel ad ſummū vnus, & una, baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant: inter quos, ac baptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem, necnon inter

Conc. Triden. Seſ. 14. c. 2. de reformat.

A baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem ſpiritualis cognatio cōtrahatur. Parochus antequam ad baptiſmum conferendum accedat diligenter ab iis ad quos ſpectabit ſciſcitetur quem, uel quos elegerint vt baptizatū de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum, uel eos, tantum ad illum ſuſcipiendum admittat: & in libro nomina eorum deſcribat, doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excuſari ualeant. Quod ſi alii vltra deſignatos baptizatum tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahant, B conſtitutionibus in contrarium facientibus non obſtantibus. Si parochi culpa vel negligentia ſecus factum fuerit arbitrio ordinarii puniantur. Ea quoque cognatio quæ ex confirmatione cōtrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiuſq; patrem, & matrem ac tenentem non egrediatur: omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis omnino ſublatis. Hoc eſt decretū Concilii: quod quidem cōdidit nouum ius, & abrogauit antiquum: nam dicit, quod non ſit hæc cognatio ſpiritualis niſi inter perſo- C nas ibi ſignatas. Et ita hoc nouum ius diligenter explicandum eſt, nam illi tantum ſtandum eſt. Ex tenore vero Concilii colligitur, quod tertia ſpecies cognationis ſpiritualis omnino ablata eſt: nam in illo decreto nulla fit mentio illius, & dicit quòd tantum inter perſonas ibi nnmeratas contrahatur. Secunda uero ſpecies reſtringitur ad vnum compatrem, & unam commatrem, cum tamen antea ſi plures ſuſcipiebant, omnes cognationem iſtam contrahebant, & quoniam compaternitas etiam fundabatur in illa prima ſpecie, ſcilicet, D paternitate conſequenter iſta quoque ſpecies reſtricta eſt.

¶ Circa iſtud decretum Concilii ſunt aliqua dubia quæ explicandá ſunt in præſenti. Primum eſt an inter eos qui contraxerant cognationem iſtam ſpiritualem, ante determinationem Concilii Tridentini quæ ablata eſt per Concilium, poſſit conſtare matrimonium? Et ratio dubitandi à parte negatiua eſt: Nam concilium dicit, quòd in alijs non contrahatur cognatio ſpiritualis niſi in nominatis in illo decreto: ergo ſi iam contracta erat, non tollitur illud impedimentum, ſed rema-

remanet ſicut antea, ac ſubinde non poteſt conſtare matrimonium. Ad hoc dubium concluſio certiſſima ſit. Optime conſtare matrimonium, & nullo modo eſt impedimentum nec eſt neceſſaria diſpenſatio ad contrahendum. Hæc concluſio cōſtat aperte ex determinatione Pij Quinti in quodam motu proprio edito ann. 1566. vigeſima die mēſis Auguſti, in quo reſoluit hoc dubium, & declarauit eos qui ante cōfirmationem Concilii Tridētini ſpiritualem cognationem cōtraxerunt, modo non ſint ex perſonis in decreto Concilii numeratis, & inter quas tantum Concilium voluit deinceps contrahi hanc cognationem ſpiritualem, matrimonii vinculo inter ſe abſq; diſpenſatione aliqua liberè & licitè copulari poſſe, & matrimonia vſq; ad illud tempus contracta valere, vſque ad illud (inquam) tēpus declarationis factæ per Pium Quintum, poſt confirmationem tamen Concilii. Et ad rationem dubitandi dicēdum eſt, quòd ſenſus illorum verborum eſt nō contrahatur, id eſt, non amplius ſit impedimentum matrimonii. Et iſte ſenſus colligitur ex vltimis verbis capitis, vbi dicitur, omnibus impedimentis omnino ſublatis.

SED adhuc circa hoc ipſum eſt grauius dubium. Supponamus quòd ante confirmationem Concilii Tridentini fuerunt plures qui eundem puerum tenuerunt in baptiſmate vel in confirmatione. Dubium eſt an poſt confirmationem Concilii in omnibus maneat cognatio ſpiritualis quę impediat & dirimat matrimonium. Dixi ante confirmationem Concilii, nam mō certum eſt poſt illud decretum quòd tenetur parochus deſignare vnum compatrem & vnam commatrem iuxta volūtatem deferentium infantem, & eorum nomina ſubſcribere in libro: & iſti ſunt qui contrahunt cognationem vt dicit decretum. Tota autē difficultas eſt quando tēpore præcedenti ante cōfirmationem Concilii non eſt ita factū, ſed plures eundem puerum tenuerunt an omnes contrahant cognationem ſpiritualem Et pro utraque parte eſt ratio dubii.

¶ Et quidē pro parte negatiua ſumitur rō dubitandi ex declaratione illa Pij Quinti, in qua dicit. Ad tollendum omne dubiū eos qui ante confirmationem prædicti Cōcilii cognationē ſpiritualem contraxerunt dummodo nō ſint ex perſonis in dictis decretis numeratis & inter quas tantum Cōcilium voluit deinceps contrāhi, hanc cognationem ſpiritualem matrimonii uinculo inter ſe abſque diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, inter eas iam contracta ualere, plenamq; roboris firmitatem obtinere: ſed iſti de quibus loquitur dubium nō ſunt ex numeratis in illo decreto, nam in illo decreto ſolum numeratur unus uel ſaltem unus & una qui paruulum ſuſcipiant, ergo. Pro alia uero parte eſt ratio dubitandi. Nā Concilium in illo decreto non tollit ſecundam ſpeciem cognationis ſpiritualis, ſed illam reſtringit ad unum compatrem & commatrē ergo cum in prædicto caſu nō ſit maior ratio de uno quam de alio omnes contrahūt cognationem ſpiritualem. Et quamuis propter hæc argumēta ſit aliquale dubium in re hac, nihilominus tamē ſit cōcluſio certa.

¶ Mihi uidetur quod in iſto caſu in omnibus manſit cognatio ſpiritualis poſt confirmationem Concilii Tridētini, & hoc cō uincit argumentum factum pro parte affirmatiua. Nam ut diximus Concilium nō intendit tollere ſecundam ſpeciem cognationis ſpiritualis, ſed reſtringit illam. Et ex dictis ſoluitur ratio dubitandi pro parte negatiua. Dicendum enim eſt quod iſti de quibus loquitur dubium, ſunt de perſonis numeratis in dicto decreto, nā perſonæ quæ non numerantur in dicto decreto ſunt illæ quæ pertinent ad tertiam ſpeciem cognationis ſpiritualis: illæ uero quæ pertinent ad ſecundam ſpeciem ibi numerantur.

¶ Eſt aliud dubium annexum præcedenti poſt decretū Concilii Tridentini, an quādo nulli deſignantur in patrinos per culpā parochi uel alterius in neceſſitate baptizantis, omnes & ſoli tangentes baptizatum fiant cognati cognatione ſpiritali. Et uidetur quod nullus illorum contrahat cognationem ſpiritualem. Nam decretum dicit, quod non contrahitur cognatio ſpiritualis inter tāgentes puerum niſi fuerint deſignatis parocho. Dicit enim qđ ſi alii ultra deſignatos baptizatum tetigerint, cognationē ſpiritualē nullo pacto contrahantur, ſed in iſto caſu non ſunt deſignati a parocho, ut conſtat, ergo modo non contrahunt cognationē ſpiritualē. ¶ Nihilominus tñ ſit concluſio. Verius uidetur quod in iſto caſu omnes & ſoli tangentes contrahunt cognationem ſpiritualem. Hanc ſententiā tenet Nauarro

uarro in Manuali c. 22. nu. 39. circa finem, & eandem tenent alij viri doctiſſimi etiam ex ijs qui interfuerunt Concilio. Et probatur concluſio. Primò, à iure antiquo nõ eſt recedendum niſi quoad excepta in nouo, vt habetur l. præcipimus. C. de appellationibus: ſed in nouo iure Concilii Tridentini, nihil determinatur quando nõ deſignantur aliqui patrini, vt patet ex contextu totius decreti: ergo tunc locum habet ius antiquum, & ſubinde oẽs tangentes contrahunt cognationem ſpiritualem. Secundo probatur concluſio, & confirmatur argũ præcedens. Nam vt conſtat ex contextu Concilii, Concilium ipſum noluit tollere ſecundam ſpeciem cognationis ſpiritualis, ſed ſolum reſtringere illam: ſed in iſto caſu non eſt reſtricta in ipſo Concilio, nec aliquid eſt determinatum: ergo omnes tangentes puerum contrahunt illam. Confirmatur hæc ratio. In iſto caſu eſt ſecũda ſpecies cognationis ſpiritualis, vt probauimus, & non eſt maior ratio quare illa ſit in uno quam in alio, cum nullus ſit ſignatus a parocho: ergo omnes contrahunt cognationem ſpiritualem. Ad rationem dubitandi dicendum eſt, ꝙ Concilium nõ dicit, quòd non contrahant cognationem ſpiritualem niſi deſignati a parocho, ſed ſolum dicit quod quando deſignãtur aliqui a parocho omnes alii vltra deſignatos etiam ſi tetigerint puerum non contrahũt cognationem ſpiritualem, cæterum quando nõ deſignantur a parocho nihil determinat, & ita ſtandum videtur iuri antiquo.

l. præcipimus. de appellationibus.

¶ Eſt aliud dubium, poſt decretum Concilii Tridentini, an illa cognatio, quæ fundatur in actione, diffundatur ad perſonam carnaliter cognitam cum qua efficitur vna caro ſiue copula ſit licita ſiue illicita. v.g. baptizat aliquis vel ſuſcipit puerum, & cognoſcit carnaliter aliquam mulierem, dubium eſt, an cognatio quæ contrahitur inter baptizantem ſeu ſuſcipientem, & baptizatum diffundatur ad illam mulierem. In hac difficultate aliqui viri docti etiam ex illis qui Concilio interfuerunt dubitant de hac re, quamuis probabilius exiſtiment, ꝙ talis cognatio ſpiritualis non diffundatur ad talem mulierem.

¶ Concluſio ſit Mihi certiſſimum videtur quòd in iſto caſu cognatio ſpiritualis non diffunditur ad talem mulierem. Hanc

A ſententiam tenet expreſſè Nauarro in Manuali c. 22. nu. 39. Et probatur primò: Nã impedimenta huius cognationis ſunt omnino ſublata quantum ad alias perſonas, quæ ibi non exprimuntur, vt patet ex vltimis verbis decreti, ſed iſtæ perſonæ carnaliter cognitæ non exprimuntur in illo decreto, vt conſtat videnti & intuenti: ergo iſtæ perſonæ nullum contrahunt impedimentum. Secundo probatur concluſio ex ratione illius textus, quæ fuit, vt cauerentur peccata, quæ committebant propter difficultatem talium impedimentorum, ſed in

B hac cognatione nihil eſt difficilius, (vt patet, maxime in mulieribus cognitis per illicitam copulam) quam illud impedimentum quòd diffundebatur per carnalem copulam: ergo illud impedimentum nõ contrahitur poſt illud decretum. Tertio probatur concluſio. Iſtud decretum eſt multum fauorabile matrimonio, vt conſtat, fauores verò ſunt extendendi, & ampliandi: ergo non amplius contrahitur hoc impedimentum in iſtis perſonis carnaliter cognitis. Ex quo colligitur, quòd mulier carnaliter cognita a baptizante vel a patrino po-

C teſt optimè contrahere matrimonium, abſque aliqua diſpenſatione cum baptizato: nam nullam contrahunt cognationem ſpiritualem. Et aduertendum quòd noſtra concluſio cum ſuo corol. determinata eſt a Pio V. in quadam bulla promulgata Anno 1566. quarto Calen. Decembris, licet hoc ſatis perſpicuum eſſet ex Concilio. Ibi enim dicit quòd non deriuatur iſta cognatio ſpiritualis ab uno in alterum cõiugem, ſic diffiniens. Nos piarum mentium quieti, & matrimoniorum fauori quantum ex alto nobis permittitur, conſulere volẽtes,

D a præciſis uerbis Cõcilii minimè diſcedendum in præmiſſis eſſe cenſuimus, & propterea nullum amplius impedimentum ratione cognationis huiuſmodi ſubeſſe decernimus & declaramus, quominus inter dictos maritum vel uxorem ſuſcipientis, & baptizatum baptizatique patrem, & matrem, & quaſcunque alias perſonas tam ex parte ſuſcipientis, quam baptizantis, & baptizati, in dicto Concilio nominatim non expreſſas, matrimonium liberè ac licitè cõtrahi poſſit, &c. non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, &c.

¶ Eſt aliud dubium circa illud decretum an poſt illud contrahatur impedimentum per cathechiſmũ. Diximus in art. præcedenti dubio primo in ſolutione ad ſecundum, quòd per catechiſmum contrahitur impedimentum quoddam, quod quidẽ non dirimit matrimonium, impedit tamen illud. Dubium eſt an iſta cognatio ſpiritualis habeat locum poſt determinationem Concilii Tridentini. In quo quidem dubio ſupponendum eſt tãquam certum, quod cum baptizatur puer in domo ſine ſolẽnitate propter neceſſitatem, & poſtea in eccleſia exorcizatur, & vngitur chriſmate, cognatio ſpiritualis impediens, & dirimẽs matrimoniũ non contrahitur ex ſecundo actu, quoniam iſte ſecundus actus non eſt ſacramentum, nec imprimit characterẽ nec cõfert gratiã ex opere operato, ſed eſt quoddã ſacramentale, ſed contrahitur talis cognatio ex primo actu qui habet rationem ſacramẽti; ex actu uero ſecundo in tẽpore antiquo oriebatur quædam cognatio minor impediens & non dirimens, ut diximus ibidem ex ca.: per catechiſmum. & aduertit illud optime Naua. in Manuali c.22. nu 40. ¶ Dubium autem eſt, an hæc cognatio ſpiritualis minor quæ oriebatur ex catechiſmo, manſit poſt decretum illud Concilii Tridẽtini. Et videtur vera pars affirmatiua. Nã à iure antiquo non eſt recedendum niſi quo ad excepta in noua, ut iã ſæpe dictũ eſt, ſed Cõcilium Tridẽtinum ſolum loquitur de cognatione ſpirituali quæ contrahitur in baptiſmate vel confirmatione, & illam limitat & reſtringit, ergo illa quæ oritur ex catechiſmo mãſit, cum nihil de illa determinet Cõcilium. Pro parte uero negatiua eſt argumentum. Concil. Tridentin. non exprimit in illo cap. eos, qui puerum in catechiſmo tenent, ſed eos tantũ qui baptizatũ de baptiſmate ſuſcipiunt, & de ſacro fonte, ſed Pius Quintus poſtea declarauit nõ eſſe diſcedendum à præciſis Concilii verbis, vt conſtat ex illo motu proprio iam citato, ergo non contrahitur aliqua cognatio ſpiritualis modo.

¶ Propter hæc argumenta pro vtraque parte ſunt duæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſententia aſſerit, ꝙ illa cognatio ſpiritualis quæ oriebatur ex catechiſmo, & impediebat matrimonium, oritur modo ex catechiſmo etiam poſt Concilium Tridentinum. Hanc ſententiam tenet Nauarro in Manuali. ca. 22. nu. 40. ſi attente legatur, & clarius num. 72. & hanc ſententiam tenent alii Doctores. Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quod poſt Concilium Tridentinum nulla cognatio ſpiritualis cõtrahitur per tentionẽ in catechiſmo. Itaque ſicut ablata eſt tertia ſpecies cognationis ſpiritualis, ita ablata eſt illa cognatio ſpiritualis quæ impediebat matrimonium. Hanc ſententiam tenent multi diſcipuli D.Tho. 3.part. quæſt. 67. art. vlti. & in hac quæſt.

B ¶ In huius expoſitionem ſit concluſio. Primo ſententia eſt probabilis, ſecundã vero probabilior. Prima pars huius concluſionis probatur argumento facto primo loco, & authoritate Doctorũ, qui illam tenẽt præcipue authoritate Doctoris Nauarro. Sed vt hæc pars amplius explicetur dubiũ eſt. An ſuppoſito quod hoc impedimentũ quod oritur ex catechiſmo mãſit poſt Cõcilium Tridentinũ ſit reſtrictum ad vnum, & unam, ſicut reſtrictum eſt impedimentũ quod oritur ex baptiſmate, & cõfirmatione. Ratio dubitãdi à parte negatiua eſt. Nã

C cũ hoc impedimentũ non dirimat matrimoniũ, ſolum impediat, ſed non militat rõ Concilii. In principio enim dicit ꝙ ſit illa reſtrictio quoniam ignoranter ſiebant multa matrimonia, quæ inualida erãt in quib. non ſine peccato perſeueratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimuntur. Nihilominus tamen probabiliſſi mẽ dicitur iuxta iſtam primam ſentẽtiam, quod illud impedimentum ex catechiſmo ortum, eſt reſtrictum ad vnum, & vnam, ſicut impedimentum quod oritur ex baptiſmate vel confirmatione. Hanc ſententiam tenet Nauarro

D in ultimo loco immediate citato. Et adducit ad hoc propoſitum gloſsã quandam ſolennẽ in cap. non debet, de conſanguinitate & affinitate, quatenus habet per illud cap. fuiſſe ſublata quædam genera publicæ honeſtatis eo quod fuerunt ſublata ſimilia genera affinitatis. Et ratio illius deducitur in hunc modum ex dictis. Cum duo ſic ſe habent quòd vnum eſt menſura, & alterũ mẽſuratum lex corrigens uel limitans ipſam menſuram cenſetur corrigere uel limitare mẽſuratum, ſi eadem ratio militat in vtroque in exẽplo adducto de affinitate & de iuſtitia publicæ honeſtatis, at conſtat quod cognatio

cognatio ſpiritualis, quæ ex baptiſmo oritur eſt menſura eius, quæ ex cõfirmatione & præcipuè ex catechiſmo naſcitur: ergo Concilium quod limitat vnam, aliam etiã limitat. Et aduertendum quòd militat ſuo modo eadem ratio, non quidem quantum ad omnia, ſed ſuo modo quantum ad hoc, quod eſt impedire, quod quidem non indiget expoſitione. Secunda pars cõcluſionis, quæ probabilior eſt probatur argumento facto ſecundo loco, & authoritate Doctorum qui illã tenent. Vnde aduertendum ꝙ parochus qui ex decreto Concilii tenetur nõia in libro ſcribere, debet in eodem libro adnotare; fuerint ne ſuſceptores puerorum de baptiſmo, an verò tenuerint tñ in catechiſmo, vſu.n. venire ſolet quòd puer tantum teneatur in catechiſmo quoties domi baptizatus eſt. Et hoc adnotat Nauarro in Manuali primo loco citato. Et ad argm̃ factum pro contraria ſententia facile reſponderi poteſt ex dictis in hac ſententia.

¶ Vltimo circa illud decretum explicandum eſt per quem actum ſuſceptores contrahant cognitionem ſpiritualem. Et aduertendum ꝙ Concilium ponit veluti duos actus. Primus eſt ſuſcipere baptizatum de ſacro fonte, ſecundus eum tãgere ſuſcipiendo. Dicit.n. quòd parochus ſciſcitetur quẽ vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, &c. & debet illos docere ꝙ contrahunt cognationem ſpiritualem. In quo ſignificatur, quòd debent illum ſuſcipere de ſacro fonte. Quòd vero debeant tangere ſuſcipiendo, cõſtat ex eo, quòd ſub ditur quòd ſi alii vltra deſignatos baptizatum tetigerint, cognationem ſpirituale͂ nullo pacto contrahant. In quo inſinuatur qđ tangendo contrahitur cognatio ſpiritualis in deſignatis per parochum. Et hoc determinatum eſt per ſacram congregationem Cardinalium qui habent authoritatem interpretandi ſacrum Concilium. Cui propoſitum fuit dubium ex parte Epiſcopi Abulenſis, quod quidem eſt huiuſmodi Illuſtriſſime & Reuerendiſſime domine, ſacrum Concilium Tridentinum c. 2. de reformatione matrimonii, ſeſ. 23. diſponit, ꝙ in ſacramento baptiſmi poſſit interuenire unus qui ſuſcipiat infantem de baptiſmo, vel ad ſummũ duo. In epiſcopatu Abulẽſi adeſt conſuetudo ꝙ commater vulgariter dicta, *madrina*, non tangit infantem donec

A compater poſtquam infans eſt baptizatus, & infuſa ſuper eum aqua baptiſmi, ponit infantem in manibus commatris, ita ꝙ dicta commater non tangit baptizatum donec, vt præfertũr infans eſt leuatus a fonte baptiſmali. Dubitatur ſi attentis præmiſſis dicta commater contrahat cognationẽ ſpiritualem cum infante, & illius parentib. ex ſupra geſtis, & aſſiſtentia in dicto actu vti commater nominata ad ipſum effectum. Et ne deſuper dubitari contingat ſupplicatur ſacræ congregationi pro declaratione diffinitionis huiuſmodi. Congregatio Con-

B cilii cenſuit mulierem, quæ aſſiſtit tãtum, & non tangit infantem non contrahere cognationem ſpiritualem. Et hanc declarationem, vt iacet ego propriis oculis uidi.

¶ Ex reſolutione huius dubii ſoluitur aliud quod ſolet diſputari. Vtrum quando Principes, & Magnates contendunt eſſe ſuſceptores infantis abſentes qui baptizatur, & ueluti ſuſcipiunt per ſuos procuratores quos mittunt ad hoc officium, an in hoc caſu contrahant cognationem ſpiritualem ipſi principes & magnates, an uero procuratores. In qua re Sylueſter, verbo matri-

C monium, 8. quæſt. 7. §. 14. multa dicit, & adducit multos Doctores pro vtraque parte. Et Magiſt. Sotus loco ſupra citato art. 2. circa finem, ponit hoc dubium, & reſoluit illud optime, & idem faciunt alii authores. Nihilominus concluſio ſit. Principes & magnates non contrahunt cognationẽ ſpiritualem, ſed procuratores qui illum ſuſcipiunt. Ratio huius concluſionis eſt: nam ex dictis in dubio præcedenti conſtat quòd ad contrahendam illãm cognationem ſpiritualem eſt neceſſaria actio realis tangẽdi, quæ quidem actio non reperitur in principib.

D & in magnatibus, ſed in procuratoribus: ergo ſolum procuratores contrahunt illam. Confirmatur. Nam ex tenore Concilii, & declaratione Cardinalium conſtat quod debent puerum ſuſcipere de ſacro fonte: ſed ſolũ procuratores ſuſcipiunt de ſacro fonte: ergo ſolũ illi contrahũt cognationẽ ſpiritualem. Vide alias rationes in Magiſt. Soto, & apponit ſimile, ſi Papa alicui presbytero committat facultatem ad cõfirmandũ, & reuera confirmet, Papa non contrahit cognationem ſpiritualem, ſed presbyter, qui confirmat.

¶ Circa ſolutionẽ ad tertiũ aduertendũ

quod non baptizatus non poteſt aliquem leuare de ſacro fonte, cum nō ſit membrū eccleſiæ cuius typum gerit in baptiſmo ſuſcipiens, nec poteſt contrahere aliquam cognationem ſpiritualē. Vnde ſi infidelis aliquem baptizet aut etiā fidelis cathecumenus, non contrahit cognationē ſpiritualē, & ita etiam ſi poſtea baptizetur, nullū eſt impedimētum inter illos, & hoc ipſum docet D.Thom. in art.4. ad 3. & Sylueſter dicit idem, uerbo, Matrimonium. 8. quæſt.7. §.1. & Magiſter Sotus diſt. citata, quæſt.1. art.3. Et de hac re nullū extat decretum, ſed omnes adducunt eandem rationem, ſcilicet, quòd qui expers eſt vitæ ſpiritualis non poteſt cognationem ſpiritualem contrahere.

¶ Sed adhuc dubium eſt, an ſi quis baptizatus baptizet filium infidelis contrahatur compaternitas inter baptizantem, & infidelem patrem. Ratio dubitandi eſſe poteſt. Nam iſte qui baptizat, contrahit cognationem ſpiritualem cū baptizato, ergo etiam contrahit cognationem ſpiritualem cum patre baptizati. Confirmatur. Nam ipſe baptizans eſt capax huius cognationis ſpiritualis, ergo quantumuis alius non ſit capax, cum ſit infidelis, contrahit cognationem ſpiritualem Sylueſter ubi ſupra. §.12. adducit etiam alios autores, & tenet quod baptizatus qui baptizat filium infidelis cōtrahit compaternitatem cum patre infideli. Idem tenet gloſſa in cap.1. 30. quæſt.1. Nihilominus tamen ſit concluſio quod nō contrahit cognationem ſpiritualem cū patre infideli. Hoc docet expreſſe Magiſter Sotus ubi ſupra. Et hanc cōcluſionem etiā tenent multi alii, & ratio pro hac concluſione hæc eſt. Nam non eſt aliquis textus pro contraria ſentētia. Et ſi attendimus ad rationem eſt ratio fortiſſima pro noſtra cōcluſione. Nam cum compaternitas ſit relatio, & natura relationis ſit vt exigat terminos ſi nulla eſt cognatio ex parte infidelis ad fidelē nec vice verſa ex parte fidelis baptizati inueniri poteſt talis ſpiritualis cognatio. Et ad rationem dubitandi dicendū eſt, quod quāuis baptizans contrahat cognationem ſpiritualem cum filio baptizato, nō tamen cum patre infideli: nam filius eſt capax talis cognationis, cum ſit batizatus, non uero pater. Ad confirmationem reſpondetur, quod baptizatus quāuis ſecun-

A dum ſe ſit capax talis cognationis, non tamen eſt capax talis cognationis in ordine ad non baptizatum. Eſt optimum ſimile: nam baptizatus capax eſt ſacramēti matrimonii abſolutè loquendo, non tamen eſt capax illius in ordine ad non baptizatum: nō diſſimiliter in propoſito.

ARTICVLVS IIII.

B ¶ Vtrum cognatio ſpiritualis trāſeat à uiro in vxorem.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quod cognatio ſpiritualis nō trāſeat à viro in uxorem, quia ſpiritualis vnio & corporalis ſunt diſparatæ, & diuerſorum generum: ergo mediante carnali coniunctione quæ inter virum, & vxorem eſt, non tranſitus ad ſpiritualem co- C *gnationem.*

¶ 2 *Præterea. Magis conueniunt in ſpirituali generatione, quæ eſt cauſa ſpiritualis cognationis, pater, & mater ſpiritualis, quam vir qui eſt ſpiritualis pater, & vxor: ſed pater, & mater ſpiritualis nullam ex hoc ſpiritualem cognationem contrahunt: ergo nec vxor contrahit aliquam ſpiritualem cognationem ex hoc quod uir eius ſit pater alicuius ſpiritualis.*

¶ 3 *Præterea. Poteſt contingere quod eſt baptizatus uir, & uxor non eſt ba-* D *ptizata, ſicut quando eſt ab infidelitate conuerſus ſine alterius coniugis conuerſione: ſed ſpiritualis cognatio non poteſt peruenire ad non baptizatum, ergo non tranſit ſemper de viro ad vxorem.*

¶ 4 *Præterea. Vir & vxor poſſunt aliquem ſimul de fonte leuare, ſi ergo ſpiritualis cognatio à uiro tranſiret in uxorem, ſequeretur quod uterque coniugum eſſet bis pater, & mater ſpiritualis eius quod eſt inconueniens.*

SED

multiplicabilia ſunt quam corporalia: A *ſed conſanguinitas corporalis viri tranſit ad uxorem per affinitatem, ergo multo magis ſpiritualis.*

RESPONDEO dicendum, quod aliquis poteſt fieri alicuius compater dupliciter. Vno modo per actum alterius qui baptizat uel in baptiſmo ſuſcipit filiũ eius, & ſic cognatio ſpiritualis non tranſit à uiro in uxorem, niſi forte ille ſit filius uxoris, quia tunc directè uxor contrahit cognationem ſpiritualẽ, ſicut & vir. Alio modo per actum B *proprium ſicut cum leuat filium alterius de ſacro fonte, & ſic cognatio ſpiritualis tranſit ad vxorem quam iam carnaliter cognouit, non autem ſi nondum ſit matrimonium conſummatum, quia nondum effecti ſunt vna caro, & hoc eſt per modum cuiuſdam affinitatis: unde etiam pari ratione videtur tranſire ad mulierem quæ eſt carnaliter cognita quamuis non ſit uxor: vnde verſus.*

Quę mihi, uel cuius natum mea fonte C leuauit.
Hæc mea commater, fieri mea non ualet uxor.
Si qua meæ natum non ex me fonte leuauit.
Hanc poſt fata meę non inde vetabor habere.

AD primum ergo dicendum, ꝙ ex hoc quod ſunt diuerſorum generum unio corporalis, & ſpiritualis poteſt concludi ꝙ una non eſt altera: non autem quod una non poſſit eſſe cauſa alterius, D *vel per ſe, vel per accidens.*

AD ſecundum dicendum, ꝙ pater ſpiritualis et mater ſpiritualis eiuſdem non cõiũguntur in cognatione ſpirituali niſi per accidens, quia ad hoc vnus per ſe ſufficeret. Vnde non oportet quod ex hoc aliqua cognatio ſpiritualis inter eos naſcatur, quin poſſit eſſe inter eos matrimonium: unde verſus.

Vnus ſemper erit compatrũ ſpiritualis.
Alter carnalis, non fallit regula talis.

SED per matrimonium ſit, & vir & vxor una caro per ſe loquendo: & ideo non eſt ſimile.

AD tertium dicendum, ꝙ ſi vxor non ſit baptizata, nõ perueniet ad eam ſpiritualis cognatio propter hoc quod non eſt capax non ex hoc quod non poſſit per matrimonium traduci ſpiritualis cognatio a uiro in uxorem.

AD quartum ergo dicẽdum, quod ex quo inter patrem ſpiritualẽ, & matrem non contrahitur aliqua cognatio ſpiritualis, nihil prohibet quin vir, & uxor ſimul aliquẽ de ſacro fonte leuent nec eſt inconueniens quod uxor ex diuerſis cauſis efficiatur mater ſpiritualis eiuſdem: ſicut etiam poteſt eſſe ꝙ eſt affinis & conſanguinea eiuſdem per carnalem propinquitatem.

SVMMA ARTICVLI.

Prima concluſio. Dupliciter aliquis poteſt fieri compater alicuius: uno modo per actũ alterius qui baptizat, uel qui in baptiſmo ſuſcipit filium eius: ſecũdo modo per actum proprium, ſcilicet, ſi leuat filiũ alterius de ſacro fonte. ¶ Secunda concluſio. Quando primo modo, ideſt, quando per actum alterius fit Petrus compater illius exercentis talem actum, ſic ſpiritualis cognatio viri non taanſit in vxorem, niſi forte ille qui baptizatur uel ſuſcipitur ſit etiã filius talis uxoris, quoniam tunc directe vxor contrahit cognationem ſpiritualem ſicut & uir. ¶ Tertia concluſio. Quando ſecundo modo ideſt, per actum proprium Petrus fit compater alterius, quia leuat filiũ illius de ſacro fonte, ſic cognatio ſpiritualis tranſit in vxorem eiuſdem Petri, ſi iam eam carnaliter cognouit non autem ſi matrimonium nondum eſt conſummatum, quia nondum effecti ſunt una caro.

¶ Quarta concluſio. Pari ratione uidetur talis cognatio tranſire ad mulierem quæ eſt carnaliter cognita quamuis non ſit vxor.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum cognatio ſpiritualis trã ſeat ad filios carnales patris ſpi ritualis.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quod non tranſeat ad filios carnales patris ſpiritualis, quia ſpirituali cognationi non aſſignantur gradus: eſſent autem gradus ſi tranſirent à patre in filium, quia perſona generata mutat gradum, vt ſupra dictum eſt, ergo non tranſit ad filios carnales patris ſpiritualis.

art. 1. & 5. quæſ. 51. ¶ 2 *Præterea. Pater eodem gradu attinet filios, & frater fratri: ſi ergo cognatio ſpiritualis tranſit à patre in filium, eadem ratione tranſibit à fratre in fratrem, quod falſum eſt.*

lib. 4. Sẽten. di. 42. c. 12. *SED contra eſt quod in litera probatur per authoritatem.*

RESPONDEO dicendum, quod filius eſt aliquid patris, & non èconuerſo: ut dicitur in 8. Ethi. & ideo ſpiritualis cognatio tranſit à patre in filium, & non èconuerſo: & ſic patet quod tres ſunt cognationes ſpirituales. Vna quæ dicitur ſpiritualis paternitas, quæ eſt inter patrem & filium ſpirituale͂. Alia quæ dicitur compaternitas quæ eſt inter patrem ſpiritualem, & carnalem eiuſdem. Tertia autem dicitur ſpiritualis fraternitas, quæ eſt inter filium ſpiritualem, & filios carnales eiuſdem patris, & quælibet harum impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum.

AD primum ergo dicendum, quod perſona addita per carnis propagationem facit gradum, reſpectu illius perſonæ quæ eodem genere attinet, non autem reſpectu eius, quæ attinet in alio genere: ſic filius attinet in eodem gradu uxori patris, in quo & patri, quãuis alio genere attinentiæ. Spiritualis autẽ cognatio eſt alterius generis, q̃ carnalis: & ideo non in eode͂ gradu attinet filius ſpiritualis, filio naturali patris ſui ſpiritualis, in quo attinet ei pater eius, quo mediante cognatio ſpiritualis tranſit. & ita non oportet quod ſpiritualis cognatio habeat gradum.

AD ſecundum dicendum, quod frater non eſt aliquid fratris, ſicut filius eſt aliquid patris: ſed uxor eſt aliquid uiri, cũ quo effecta eſt unũ corpus: et iõ à fratre nõ tranſit, ſiue ſit ante genitus, ſiue poſt fraternitatem ſpiritualem.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio eſt affirmatiua. Secunda concluſio. Hæc cognatio ſpiritualis impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum.

¶ Circa iſtos duos articulos vide dicta in præcedenti articulo: nam quæ in iſtis articulis dicuntur à D. Thom. habent uerum ſecundum iura antiqua; iam tamẽ ſunt mutata per illud decretum Concilii Tridentini, quod explicatum eſt in articulo præcedenti. & omnia dicenda ſunt iuxta ibi dicta. Eſt vnicum dubiũ circa totã iſtam quæſt. quod nã ſit peccatũ accedere ad cognatam ſpirituale͂. De hoc tamen diſputatur 2 2. quæſt. 154. art. 9. vide Caietanum ibi elegantiſſime loquendo, & dicit, quod eſt peccatũ inceſtus metaphoricè, & idem dicit quando acceditur ad cognatam cognatione legali.

¶ Circa queſtiones iſtas in quibus agitur de impedimentis matrimonij, & præcipuè circa materiam quæſtionis 54. de conſanguinitate. & 55. de affinitate. & 56. de cognatione ſpirituali, aliqua dicenda ſunt, de diſpenſationibus. Et de hoc vide͂di ſunt authores ſæpe citati, & præcipuè Couar. ſuper 4. decretal. par. 2. cap. 6. §. 9. per totum.

EST igitur primum dubium, quando qui duo contraxerunt matrimoniũ, cum impedimento conſanguinitatis vel affinitatis uel publicæ honeſtatis, uel cognationis ſpiritualis, quod & impedit, & dirimit matrimonium, quis poſſit cum his diſpenſare, vt licitè, & ualide cõtrahant inter ſe, An ſolus Papa, an etiam epiſcopus ordinarius, uel Abbas habens iuriſdictionem epiſcopalem. ¶ Notandũ primo, quod uel iſti contraxerunt mala fide ſcientes impedi men-

mentũ vel illud ignorãtes ignorãtia craſſa, & ſupina, quia nullam diligentiam adhibere uoluerunt, uel contraxerunt bona fide aut ſaltem non cum ignorantia craſſa. Notandum ſecundo, quod impedimentũ illorum aut eſt occultum aut publicum, quod à multis ſcitur. Item tale matrimoniũ aut poteſt diſſolui ſine magno inconuenienti, & ſine graui ſcandalo, quia occultum fuit, & non in facie eccleſiæ, aut non poteſt dirimi, ſine graui inconuenienti, & ſcandalo. Notãdum tertio, quod uel iſti habent facilem uel commodum recurſum ad Papam. v.g. quia ſunt diuites: vel non poſſunt commode habere talem recurſum ad Papã uel Nuncium, quia ſunt pauperes. ¶ Prima opinio dicit, quod ſolus Papa, & nõ epiſcopus ordinarius poteſt diſpenſare in tali caſu, etiã ſi bona fide matrimoniũ cõtraxerint ignorantes tale impedimẽtum, & etiam ſi illud ſit occultiſſimum, & quamuis nequeant ſeparari ſine graui incõuenienti, & ſcandalo. Hæc opinio uidetur placere Soto 1. de iuſtitia, quæſt. vltima art. ultimo, poſt medium. vbi concedit, quod quando poſt contractũ matrimonium alter coniugum committit inceſtum cum conſanguinea alterius coniugis epiſcopus poterit cum illo diſpenſare, vt maneat habilis ad petendum debitum, ſecus, inquit ſi illud impedimentum antecederet matrimonium, quia tunc ſolus Papa diſpenſare poſſet: ubi apertè uidetur ſupponere, quod etiam in dicto ſtricto caſu quando bona fide cum occulto impedimento, contractum eſt matrimoniũ non poſſit epiſcopus diſpenſare. Idem videtur dicere 4 diſtin. 37. quæſt. vnica art. 2. & Corduba quæſtione 45. ſui Quæſtionarii Theologici q. 11. arti. 1. vbi hanc eligit vt probabiliorem & communem, & quæ practicatur in eccleſia. Oppoſitam tamen uocat opinionem piam & probabilem, & cum hac qualificatione tantum citat Soto pro ſua prima opinione. Eandem ſequuti ſunt aliqui Moderni. Hæc falſo tamẽ tribuitur Couar. 4 par. 2. cap. 6. §. 10. nu. 11. nam ibi tantum docet primam concluſionem à nobis ſtatim ponẽdam. Argumentũ huius opinionis eſt: quia contra Canonem pontificis vel Concilii generalis, non poteſt diſpenſare epiſcopus, niſi haberet ad hoc facultatẽ expreſſam, ſed canon, qui reddit inhabiles ad matrimonium conſanguineos uel affines, uel haben- A tes ſimile impedimentum, eſt canon Papæ vel Concil. generalis, ergo cum nullibi concessa ſit expreſſa facultas Epiſcopo in tali canone diſpenſandi, non poterit diſpenſare. Cõfirmatur, quia aliàs ſequeretur quod in multis caſibus vſurparent epiſcopi poteſtatem papæ, quod pareret magna inconueniẽtia. ¶ Secunda opinio dicit, quod cum illis conditionibus de bona fide, & impedimento occulto, & quando non poteſt commode diſſolui matrimoniũ, nec illi poſſunt habere commodum recurſum ad Papam, uel eius Nuncium forte propter magnam paupertatem poterit epiſcopus ordinarius, uel B Abbas habens iuriſdictionem epiſcopalem diſpenſare in prædicto impedimento & ualide, & licitè poſſint contrahere. Hæc ſentẽtia eſt communis multorum, Angel. uerbo, diſpenſatio. nu. 5. & Syluest. ibidem nu. 15. & verb. matrimonii 6. quæſt. 6. & Armill. verb. diſpenſatio. nu. 20. & Tabien. ibidem, nu. 14. & Nauar. ca. 22. nu. 85. vbi citat Angelum & Syluest. & dicit ſe primum omnium diuulgaſſe eorum opinionem Salmãticæ, & quod aliqui epiſcopi aliquoties diſpenſarunt in ſimili caſu pater horum Doctorum ſententiam. & Cordub. ſupra refert C pro ea Margaritam cõfeſſorum ubi agit de diſpenſatione. Solet etiam tribui Cano, hic, quæſt. 58. art. 4. vbi etiam aliqui uiri doctiſſii eandem ſequuti ſunt. Imo aliqui referunt quendam prælatum huius Regni, qui ad fuit Concil. Triden. dixiſſe hoc intẽdiſſe. Idem Cõcil. Seſſ. 24. de reformatione. ca. 6. Vbi conceditur epiſcopis poteſtas diſpenſandi in caſibus occultis. Conci. Tri. Seſſione 24 c. 6. de reformatione matrimonii.

¶ Prima concluſio. Si loquamur de iure ordinario certum videtur, quod ſolus Papa poteſt diſpenſare in ſimili caſu ubi eſt aliquod impedimentũ impediens, & dirimens D matrimonium: & ita eſt tenendum loquendo abſolutè. Hæc concluſio eſt clara ex vſu eccleſiæ, & Doctorum conſenſu. Vide Syluest. matrimonium, 6. quæſt. 5. par. 2. & Nauar. in cap. 22. nu. 84. & 85. & Couar. 4. part. 3. cap. 6. §. 10. nu. 11.

¶ Secunda concluſio. Loquendo tamen in caſu ſpeciali, de quo procedunt opiniones huius dubii probabilis uidetur nobis ſecunda opinio, quod poſſit epiſcopus in ſimili impedimento diſpenſare, quando eſt occultum, & quando matrimonium fuit publicum, & non eſt facilis vel commodus re-

curſis ad Papam vel Nuncium,prima vero probabilior. Secunda pars probatur. Primo,quia non eſt credibile, quod Papa intẽdat animas ſic contrahentiũ manere illaqueatas cum ex una parte bona fide proceſſerint,& ex altera non habuerint cõmodum recurſum ad Papã.Secundo probatur quia plures & graues autores docẽt ſecũdam opinionem: non eſt ergo timẽdum de eius probabilitate maiori. Confirmatur, quia Sotus,qui ſecutus eſt primam,multum fauet ſecundæ,in diſtin.37.quæſt.unica.ar.2.

¶Tertia concluſio. Sed quando mala fide contractum eſt tale matrimonium probabilius nobis eſt,quod non poſſit epiſcopus diſpenſare in tali caſu non obſtãte paupertate, uel non facili recurſu ad Papam. Probatur, quia oppoſita ſententia faueret multum culpæ uel negligentiæ ſic contrahentium.Vnde ſibi imputent graue inconueniens in quod voluntarie inciderũt. Hãc concluſionem damus argumẽtis primę opinionis ſicut etiam illis damus primam concluſionem.Sed nullo modo poſſumus nobis perſuadere,quod Triden. ſupra conceſſerit epiſcopis hanc facultatem diſpenſandi in caſu huius dubii.Probatur primo, quia Conc. ubi concedit facultatem diſpenſandi expreſsẽ loquitur de diſpẽſatione in aliquibus irregularitatib. vel ſuſpenſionibus: poſtea uero quando concedit epiſcopis,ut poſſint in omnibus caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis,nõ loquitur de poteſtate diſpenſandi, ſed expreſſe de poteſtate abſoluendi tantum in foro conſcientiæ. Diſpenſatio autẽ in hoc caſu circa impedimẽtum matrimonii non eſt abſolutio in foro cõſcientiæ. Item confirmatur,quia ex oppoſita ſentẽtia ſequeretur,quod quãdo impedimentũ eſſet occultum poſſet epiſcopus diſpenſare etiam ſi eſſet facillimus recurſus ad Papam.Imo etiam ſi mala fide illi tale matrimonium contraxiſſent.Et deniq; poſſet diſpenſare epiſcopus etiam antequam contraherent illud matrimonium quod tamen nullus opinantium hactenus conceſſit. Sequela probatur,quia Conciliũ ſupra nullam aliam ponit reſtrictionem vel determinationem,niſi quod caſus ſit occultus:non autem exigit quod nõ ſit facilis recurſus ad Papam.

¶Ad argumenta primæ opinionis, qua parte vnt contradicere noſtræ primæ parti ſecundæ concluſionis rñdetur ad maiorem argumenti,dicendo illã eſſe veram,loquendo abſolute & de poteſtate ordinaria. Nihilominus in illo caſu ſpeciali dicimus eſſe conceſſam epiſcopis facultatem, ſaltem virtualem,aut interpretatiuam, aut æquiualentem ut poſſint diſpenſare, ut auferatur neceſſitas illorum contrahentium bona fide. Ad confirmationem reſpõdetur,quod in ſimili caſu epiſcopi non vſurparẽt facultatem,ſed legitima facultate vterentur,nec Papa eſſet inuitus rationabiliter,quãdo impedimentum eſſet occultum, & non eſſet facilis recurſus ad ipſum præcedente bona fide contrahentium.

¶Quarta cõcluſio.Quicquid ſit de maiori ꝓbabilitate huius vel illius opinionis certum tamen eſt opinionem ſecundam eſſe ſatis probabilẽ, & ſecuram in conſcientia: atque adeo poterunt epiſcopi ſecure in cõſcientia iuxta illam diſpenſare,& qui obtinuerint talem diſpenſationem etiam erunt ſecuri in conſcientia. Etiam ſi fingamus ꝙ à patre rei nihil egerit epiſcopus ſic diſpenſando Probatur,quia tam epiſcopus diſpẽſans quam alii qui diſpenſationem talẽ obtinent habent ignorãtiam inuincibilem vel inculpabilem ſequentes opinionẽ ſatis probabilem, & piam etiam iudicio authorum primæ opinionis.

DVbium ſecundum circa idem. Quando interuenit aliquod impedimentum conſanguinitatis uel affinitatis, uel aliud ſimile quod impediat & dirimat matrimonium contrahendum vel iam contractum,quid requiratur ex parte petentis diſpenſationẽ,vt illa diſpenſatio cenſeatur legitima,& quia materia hæc eſt valde utilis neceſſarium eſt hoc dubium in tres difficultates diuidere.

¶Difficultas prima. Quando habẽtes ſimile impedimentum ſcienter contraxerũt matrimonium forte ea intentione ut facilius cum eis diſpenſaretur,vel ſine tali intẽtione,ſiue illud conſummauerint, ſiue non conſummauerint, eadem intentione ante petitionem diſpenſationis,an diſpẽſatio ſic obtenta ſit ſubreptitia, & nulla,an potius valida.Difficultas ſecunda eſt, quando illi non contraxerunt matrimonium,cum tali impepimento,ſed habuerunt ſcienter copulam carnalem antequam peterent diſpenſationem, poſtea vero in petitione diſpenſa-

tionis

tionis declararunt impedimen tum conſanguinitatis. v.g.ſed non copulam, an talis diſpenſatio ſit ſurreptitia & nulla. Difficultas tertia eſt, quando ante petitionem diſpenſationis, nec contraxerunt matrimonium, nec habuerunt copulam, nec vere intendebãt eam habere poſt factam petitionem, accidit tamen, quod poſt miſſas literas ad pontificem continentes diſpenſationis petitionẽ ſe cognouerunt carnaliter ex humana fragilitate, & non ſub alia fraude, an ſit ſurreptitia diſpenſatio, ſi tantũ in literis declaretur impedimentum, ſed non copula, ſiue illa copula contingat antequã Papa expediat commiſſionem diſpenſationis reſpectu ordinarii ſiue poſt expeditas literas Papæ, ſed antequam ordinarius de facto diſpenſet. De materia huius dubii vide Nauar. cap. 22. num. 86. & Couar. lib 1. Variar. cap. 20. vſque ad num. 5. & quarto part. 2. capit. 6. §. 7. num. 1. & 4. & §. 11. nu. 13. & 14. & Cordub. q. 45. in Hiſpa. puncto 1. & 5. ſecundæ opinionis.

¶Circa difficultatem primã prima concluſio. Quando aliqui habentes impedimẽtum dirimens matrimonium, ante obtentã diſpenſationẽ, & ante eius petitionem, con trahunt matrimonium, ſiue id faciãt, ea intentione, vt facilius eam diſpenſationẽ, obtineant, ſiue abſque tali intentione, ſi totũ hoc non declaret in literis petitionis diſpẽſatio obtenta cenſetur ſubreptitia & nulla. Hęc placet Doctoribus modo citatis, & debet eſſe cõis, quia in tali petitione illi occultarunt aliquid quod ſecundum ius tenebãtur manifeſtare in petitione diſpenſationis, ergo talis diſpenſatio ſurreptitia cenſenda eſt. Antecedens probatur ex Trid. Seſſ. 24. de reformatione matrimonij, c. 5. vbi quan do aliquis contraxit in gradu prohibito ſcienter expreſſẽ diffinit quod careat ſpe diſpenſationis. Quæ concluſio habet locum à fortiori quando tale matrimonium cõſummarunt ſic contrahentes & non declararunt, eius conſummationem. Patet ex eadem ratione & decreto Triden. ubi multo magis qñ iſti conſummarunt iudicantur à Concil. ſubiecti eiſdem pœnis, ideſt, quòd careant ſpe diſpenſationis.

Concil. Trid. Seſſio. 24. ca. 5. de reformatiõe matrimonii.

¶Secunda concluſio. Qñ nõ ſcienter ſed cum ignorantia in tali impedimento contraxerũt, ſi prætermittant ſollennitatem iuris in ſic contrahendo. v.g. publicas denuntiationes in eccleſia, vel ſi non cõtraxerint coram parocho & teſtibus, & hoc non declarauerint in literis petitionis, ſimiliter diſpenſatio cenſetur ſubreptitia, & nulla. Patet ex Trid. ſupra, cuius ratio eſt, quia non eſt dignus eccleſię benignitate qui eius pꝛcepta contemnit. Vnde pro his duabus cõcluſionibus põt colligi hæc ratio. Quia in ſimilibus caſibus non intendit Papa diſpẽſare, ergo diſpenſatio eſt nulla & ſurreptitia. Antecedens patet, quia occultatio taliũ circunſtantiarum in eo caſu erat prohibita ſecundum ius commune Concil. Trid. atq; adeo contra voluntatem papæ.

¶Circa ſecũdam difficultatem ſunt duo modi dicendi. Primus tenet quod eſt nulla talis diſpenſatio. Hunc modum refert Nauar. in reſponſione ad ſimilem caſum, quã Romę exiſtens manu ſcriptam miſit ad Hiſpaniam, vbi dicit, hunc modum placuiſſe, aliquibus de curia. Pro quo eſt argumentũ: quia in tali caſu occultũ eſt aliquid, quod ſi ſciret Papa difficilius diſpẽſaret, ergo diſpenſatio fuit ſurreptitia, tamque contraria intentioni papæ. Declaratur hæc a Nauar. Quia in eo caſu ſunt duo impedimenta, unum conſanguinitatis. v.g. alterum inceſtus, ergo cum in dicto caſu tantum declaretur, vnum, ſcilicet conſanguinitatis, nõ eſt legitima declaratio impedimenti: atque adeò diſpenſatio obtenta eſt nulla. Quod inceſtus ſit impedimentum non tantum impediens matrimonium inter ipſos inceſtuoſos, verum etiam cum aliis dicit Nauar. eẽ communem Canoniſt. cõtra Theol. ut ipſe docuit cap. 22. nu. 75. Pro hoc primo modo ſunt plures moderni, valde docti & eum ſequuntur Abbas, Decius, & Fel. citati Couar. 1. variar. c. 20. nu. 1. licet ibidem Coua. non omnino eligat hunc modum, eligit, tamen illum 4. par. 2. c. 6. §. 10 nu. 14. & argumentum factum confirmatur ex ca. ſuper literis. de reſcript. ubi Papa cenſet ſubreptitias literas & nullas, in quibus uel exprimitur aliquid falſum, vel occultatur aliquid verum, quãdo id fit ſcienter: quando autem ex ſimplicitate, uel ignorantia tacetur aliquid quod ſi ſciret Papa nõ dediſſet illas literas, etiam cenſet Papa tales literas eſſe nullas.

c. ſuper literis de reſcriptis.

¶Secundus modus dicẽdi eſt ꝙ in ſimili caſu huius ſecundæ difficultatis quãdo in petitione diſpenſationis tacetur vel occultatur

tatur illa copula, declaratur tamen impedimentum conſanguinitatis .v.g. diſpenſatio ſic obtenta eſt valida quantum ad impedimentum manifeſtatum. Hunc modum eligit Nauar. ſupra, & in Manuali.c. 22. nu. 86. Primo patet ex Rota noua deciſione 32.de reſcript. quam ſequitur Felin. in c. poſtulaſti. col. 4. de reſcript. In qua tenet ad impetrationem diſpenſationis non eſſe neceſſario mentionem faciendam, niſi de illis quæ iura iubent exprimi: non autem de aliis etiam ſi talia ſint, quibus cognitis Papa difficilius diſpenſaret: ſed iura non iubent in hoc caſu exprimi impedimentum inceſtus ad obtinendam diſpenſationem cõſanguinitatis, ergo non eſt neceſſaria talis expreſſio vt diſpenſatio ſuper impedimento cõſanguinitatis ſit valida. Secundum argumentum, quia ſtylus curiæ ita uidetur habere (dicit Nauarro) quod ad obtinendã diſpenſationem unius impedimenti non ſit neceſſarium exprimere aliud, vt talis diſpenſatio ſit valida, bene tamen eſt neceſſarium vt licite contrahatur matrimoniũ, & ut ſit diſpenſatum in alio impedimento etiam citat Nauar. pro hoc modo dicendi Belam.deciſi.698.

¶ Prima concluſio. Vterque modus dicendi videtur probabilis ſtando in iure cõmuni, quia habet authores probatæ authoritatis & rationes probabiles, & quia vterque poteſt probabiliter reſpondere argumẽtis alterius. Primus enim modus facilè poteſt reſpondere ex illo ſuo fundamento ſcilicet neceſſarium eſt ad validam diſpenſationẽ exprimere quodcunq; verum, ꝙ ſi ſciret Papa vel non diſpenſaret vel difficilius diſpenſaret. Quod vr̃ colligi ex dictis cap. ſuper literis. Secundus autem modus poteſt ſimiliter reſpondere ex ſuo fundamento, ſcilicet non eſſe neceſſarium exprimere quodcunq; verum, etiam ſi illo cognito, Papa difficilius diſpenſaret, ſed illud tantum quod iura iubent exprimi, & ſic poteſt explicari dict.c. ſuper literis.

¶ Secunda concluſio, Stando in eodẽ iure, quando in caſu huius difficultatis Papa committeret epiſcopo ordinario, vt diſpenſaret cum illis conſanguineis ad contrahẽdum matrimonium nõ poſita in ſuis literis alia cõditione de copula præcedẽti, poſſet ſatis ſecurè in conſcientia diſpenſare etiam tacita copula in petitione diſpenſationis, &

A hoc putamus probabilius & magis rationi & æquitati conſonum. Probatur: quia fundamentum primi modi dicendi, licet ſit ꝓbabile, eſt tamen multum generale fundamentum, verum ſecũdi modi eſt magis ſpeciale & ęquitati accommodatum, quia nec exigit ad validã diſpenſationem, ut exprimatur quodcunque verũ quo cognito Papa difficilius diſpenſaret, nec dicit quamcunque diſpenſationem eſſe validam occultato quocunque uero, ſed aſſerit eſſe neceſſarium, quod exprimatur tantum illud verum, quod iura iubent.

B ¶ Tertia concluſio. Certum debet eſſe, quod quãdo in petitione diſpenſationis exprimitur aliquid falſum alicuius momenti ad eius impetrationem talis diſpenſatio eſt nulla, & ſurreptitia ut patet ex c. ſuper literis. de reſcript. ibi enim interuenit aperta deceptio Pontificis atque ideò cenſetur diſpenſare inuoluntarius. Quid autem ſit dicendum quando epiſcopus ex ſuo proprio motu interrogaret cõſanguineos, an habuerint carnalem copulam. Et ſupponimus, ꝙ Papa non appoſuerit in ſuis literis talẽ conditionem. Vide in art. 3.

C ¶ Quarta concluſio. Stãdo determinationi congregationis cardinalium (ut ſtandum eſt) certa res eſt, quòd ſi non exprimatur copula carnalis habita inter cognatos vel affines ẽt poſt commiſſionem Romani Pontificis factam ordinario diſpenſatio nulla eſt. Ita enim habet declaratio cardinalium ut refert Ioannes Gutierrez, q. can. c. 15. nu. 23. congregatio Concilii cenſuit diſpenſationes factas nõ expreſſa copula habita inter cognatos uel affines etiam poſt cõmiſſionem Romani Pontificis factam ordinario de diſpenſando, ante tamen quã ab ipſo D diſpenſetur, ſubreptitias eſſe & nullas.

¶ Circa tertiã difficultatem, prima opinio dicit, quod eſt ualida illa diſpẽſatio & conſequenter hæc debet eſſe omnium Doctorum, qui habuerint ſecundam opinionẽ ſecundi argumenti, ſcilicet Nauar. Fel. Rotæ, Belameræ, & placet aliquib. modernis, ut Cordubę, q. 45. ĩ Hiſpano Queſtionario. Probatur, quia narratio facta fuit oĩno uera, ex hoc tñ quod non declarauit copulam non fuit defectuoſa, quia qñ facta eſt propoſita fuit petitio, nec copula erat in re nec in intentione conſanguineorum: nõ ergo eſt unde dicatur nulla talis diſpenſatio,

tio, & hæc prima opinio procedit ſuppoſito, quod Papa in ſuis literis quibus ordinario committit facultatem diſpenſandi, non appoſuerit conditionem, ſcilicet, ut poſſit diſpenſare, ſi copulam non habuerint. Nam poſita ea conditione, certum eſt, quod diſpenſatio eſſet nulla. ¶ Secunda opinio dicit, quod non eſſet ualida eo caſu diſpenſatio, ſed ſurreptitia. quia antequam uel Papa diſpenſet, uel ordinarius, ex commiſſione Papæ interceſſit carnalis copula quæ declarata non fuit. Hæc placet aliquibus Modernis, & ut accepi, eam ſecuti ſunt aliqui uiri doctiſſimi conſulti de ſimili caſu. pro ea non uideo aliud argumentum, niſi illud generale fundamentum primæ opinionis, ſecundæ difficultatis.

¶ Prima concluſio. Si papa in ſuis literis quibus ſuam facultatem ordinario committit non appponat illam conditionem, ſi copulam non habuerint, non poſſumus nō approbare primam opinionem pluriũ Doctorum, quod illa diſpenſatio ſit ualida propter illius argumentum iam factum. Item quia licet præceſſiſſet copula in petitione, eſſet occulta, diſpenſatio eſſet ualida ut dictum eſt in ſecunda difficultate, ergo a fortiori quando nulla copula præceſſit.

¶ Secunda concluſio. Quando epiſcopus cui commiſſa eſt facultas diſpēſandi ex ſuo proprio motu, interrogaret illos conſanguineos, an habuerint copulã ſuppoſito quod in literis Papę nō ſit illa cōditio aliter. Sed dicendum. quantum ad peccatum, quod illi interrogati cōmiſerint, negãdo ueritatẽ, & aliter quantum ad ualorem diſpenſationi explicatur. Nam ſi negarent ueritatem ſine ullo iuramento, peccarent tantum uenialiter ex ſuo genere, quia peccarent peccato mendacii officioſi, quod ex ſuo genere non eſt mortale; ſi uero negarunt cum iuramento, fuit peccatum mortale, ex genere, quia adducit Deum in teſtem falſi, & eſt peccatum contra uirtutem religionis. Sed non eſt peccatum eo caſu contra iuſtitiam interrogantis, quia ut ſupponimus non habet ius interrogandi de copula ut commiſſarius eſt Papæ, ſed quantum attinet ad diſpenſationem dicimus, quod eſſet ualida ſi fieret tunc ab epiſcopo ſiue illi, qui interrogantur negent ueritatem ſiue illam fateantur. Patet, quia ille habet facultatem ad diſpenſandum, ut commiſſarius.

A Papæ ſine tali conditione, ergo ſiue interroget ſiue non interroget, ſiue alii affirment, ſiue negent ueritatem perinde eſt cenſenda diſpenſatio ualida ac ſi diſpenſaret, ſine ulla interrogatione.

¶ Tertia concluſio. Quando papa in ſuis literis apponere illam conditionem ſi copulam non habuerint, ſi epiſcopus diſpenſaret tacita tali copula nulla eſſet diſpenſatio. Patet quia eſſet expreſsè contra intentionem Papæ, ergo nulla eſſet, & in eo caſu teneretur Epiſcopus in quantum eſt cõmiſſarius Papæ facere illam interrogatio-

B nem, & contrahentes ſi negarent veritatem etiam ſine iuramento peccarēt mortaliter, ex genere ſuo, quia iniuriam inferrent Epiſcopo iuridice interroganti.

¶ Ex dictis in his difficultatibus, primo ſequitur, quod cum ibi ſint duo impedimẽta, vnum conſanguinitatis, & alterum inceſtus, vt licitè valeant contrahere matrimonium illi qui ſic ſunt impediti, non ſatis eſt obtinuiſſe diſpenſationem à Papa circa impedimentum conſanguinitatis, ſed requiritur etiã quod ante uel poſt obtineatur ab epiſcopo ſaltem diſpenſatio impedimenti

C inceſtus. Ita docet Nauarrus in dicta reſpõſione, manu ſcripta ſupponens poſſe epiſcopum in eo impedimento diſpenſare. Videte Sot. diſtinctione 34. quæſtione unica. art. 1. ubi tradit quod inceſtus ſolum impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit poſt contractum. ad quod citat cap. ſi quis uiduam. 32. quæſtione 7. Et poſtea aduertit, quod ſuper inceſtu, & ſuper omnibus aliis impedimentis non dirimentibus matrimonium, poteſt epiſcopus diſpenſare, ad quod citat Abbas, & etiam Caieta. uerb. matrimonium. Vbi refert undecim impedimenta nõ

D dirimentia matrimonium, & exceptis tribus primis, videlicet interdicto eccleſiæ, uoto ſimplici caſtitatis, & ſpõſalitio cum alia perſona, ſuper omnibus aliis octo poterit, epiſcopus diſpenſare, inter quæ connumerat inceſtum, & dicit Caiet. hoc ſuppoſito, quod ſit conſuetudo petendi talem diſpenſationem, quia ubi non eſt hæc conſuetudo Epiſcopi uidentur conſentire, & hoc dato dicit, quod ſine peccato mortali poſſent cõtrahere ſine petitione diſpẽſationis: admonet tamen eſſe tutius ut petatur. Sed Soto aduertit, quod etiam dato, quod ſit cõſuetudo petendi diſpenſationẽ ab Epiſcopo, ſi

tamen

tamen ſine tali petitione de facto contrahatur matrimonium, quamuis committatur peccatum mortale, cum tamen matrimonium ſit ualidum & teneat factum, nulla poſtea eſt neceſſaria diſpenſatio, quia nullum impedimentum ex his quæ non dirimunt præcedens matrimonium impedit aut petitionem aut redditionem debiti.

¶ Secundo ſequitur parũ referre ad hunc finem, quod illi poſſint licite contrahere matrimonium obtenta diſpenſatione conſanguinitatis, occultato tamen inceſtu, quod talis inceſtus ſit in confeſſione ſacramentali manifeſtatus confeſſario. Et loquimur ubi eſt conſuetudo petendi diſpenſationem inceſtus. Aduertit tamen Nauar. ſupra optime, quod ſi illi conſanguinei habuerunt copulam carnalem præcedentem petitionem diſpenſationis, ſi eam habuerint ea intentione, ut facilius cum eis diſpenſaretur eſſet hoc declarandum in petitione tempore Papæ Pij Quinti: quia ipſe declarauit ſe non intendere eo caſu aliter diſpenſare, ſi tamen attendamus ius commune uel antiquum uel Concil. Trident. dicit optime Nauar. quod non uidetur neceſſarium exprimere illam circunſtantiam: & hoc eſt quod nos cum eodem Doctore intendebamus ſupra in reſolutione articuli ſecũdi huius dubii: nam quilibet Papa in particulari pro ſuo tempore poterit ſic uel aliter diſponere, ultra ea quæ neceſſaria ſunt de iure communi.

¶ Tertio ſequitur parum referre ad hoc, ut facilius diſpenſatio obtineatur, quod illa copula carnalis quæ præceſſit ſit declarata in confeſſione ipſi confeſſario.

¶ Quarto ſequitur, quod licet ante Tridentinũ, non noceret impetrationi diſpẽſationis, quod præceſſerit matrimonium cum illo impedimento conſanguinitatis, uel quod fuerit occultatum in petitione diſpenſationis, ſecus tamen eſt poſt Tridentinum, ut patet ex Seſſione 24. de reformatione matrimonii. capit. quinto. ut iam aduertimus in prima difficultate huius dubii.

Conci. Tri. Seſſione c. 5. de reform.

¶ Quinto ſequitur, quod quando concurrunt ſimul diuerſa impedimenta inter duos uolentes inter ſe contrahere matrimonium, non ſatis erit unum impedimentum exprimere in petitione (loquimur

A enim de impedimentis quæ etiam dirimũt matrimonium poſt contractum) ſed omnia huiuſmodi impedimenta declarari oportet, v. g. Petrus & Maria uolunt contrahere, & non tantum habent impedimentum conſanguinitatis intra quartum gradum, ſed ſimul habent impedimentum affinitatis in gradu dirimẽte: dicimus quod ut maneat ſufficienter diſpenſati, non ſatis eſt declarare impedimentũ conſanguinitatis, ſed oportet etiam declarari affinitatem: alioquin matrimoniũ poſt contractum erit nullum. Hæc eſt communis doctrina quæ traditur a Soto diſtinctione 41. arti. 2. & a Co

B uarruuias. 4. parte. 2. cap. 9. §. ſeptimo. nu. primo, & hoc idem eſt intelligendum, quando duplicatur impedimẽtum intra eandem ſpeciem, alio diuerſo titulo v. g. quando Petrus uellet contrahere cum Maria, quæ non tantum eſt ſibi conſanguinea in ſecundo gradu tranſuerſali, quia. v. g. eſt filia alicuius fratris ſui patris, ſed quia etiam eſt filia ſororis ſuæ matris, eo caſu dẽt declarari uterque titulus cõſanguinitatis in gradu ſecundo. Solum eſt hoc diſcrimẽ metaphoricum, quod quando ſolo diuerſo titulo interuenit impedimentum conſanguinitatis

C duplicatum, non eſt diuerſitas ſpecifica talis impedimenti: ſed tantum numerica: cæterum quando eſt duplicatum impedimentum, quia unum eſt conſanguinitatis & alterũ affinitatis inter illa impedimenta eſt diuerſitas ſpecifica ſicut, quando aliquis diuerſis de cauſis uel titulis eſt excommunicatus uel ſuſpenſus, illæ duæ excommunicationes tantum differunt numero, ſed quando quis eſt excommunicatus & ſimul eſt ſuſpenſus uel interdictus afficitur cenſuris diuerſæ ſpeciei.

D ¶ Sexto ſequitur, quod quando ſimul cum impedimento conſanguinitatis coniungitur impedimentum publicæ honeſtatis proprie dictæ utrumque impedimentum debet declarari eadem ratione. Hæc placet multis Doctoribus citatis à Couar. ſupra, num. 4. ubi pro ea citat gloſ communiter receptam in arbore affinitatis & Abbas in cap. ſponſam, de ſponſalib. eiuſdem ſententiæ eſt Syueſt. uerb. matrimonium. 7. q. 14. par. 4. & ſupplementum Gabr. 4. diſt. 41. q. unica. arti. 3. dub. 7. ubi ii duo authores ſtatuunt doctrinam per quam facile ponitur concordia inter alios diuerſos Docto-

Doctores. Doctrina eſt circa affinitatẽ: nam poteſt eſſe duplex. Quędã eſt affinitas contracta ex copula carnali licita, nẽpe ex matrimanio, altera eſt affinitas cõtracta per copulã prohibitã, & illicitã, ſcilicet fornicariã. Dicunt ergo hi Doctores, quod quãdo affinitas eſt cõtracta per licitã copulã, ſcilicet matrimonialem, non eſt neceſſariũ in ſpeciali exprimere publicã honeſtatẽ. Rõ videt clara: quia declarando ſe velle contrahere cum aliqua quæ fuit vxor ſui conſanguinei, intra quartum gradum, ſufficienter videtur declarare, ſaltem implicitè impedimentum publicæ honeſtatis, quia ſi illa fuit vxor, iã fuit ſponſa, at uero quãdo illa affinitas fuit contracta ex copula fornicaria vel illicita, dicunt hi autores, eſſe neceſſario declarandam publicam honeſtatem. Ratio eſt: quia ex hoc quod declaretur hoc impedimenrũ talis affinitatis, non conſequenter declaratur, nec implicitè impedimeutum publicæ honeſtatis, & ideo oportet, vt explicitè declaretur. Vnde Couar. ſuprà, & alii ab eo citati, cum dicunt non eſſe neceſſarium in caſu poſito exprimere impedimentum publicæ honeſtatis, intelligendi ſunt quando affinitas contracta fuit ex copula matrimoniali & licita. Alii uero dicentes eſſe neceſſarium quod exprimatur, loquuntur quando fuit contracta ex copula illicita.

¶ Dubium tertium. An aliquid aliud requiratur vt petens diſpenſationem gaudeat illa, cum petitio habuit omnia neceſſaria, & Papa viua voce per ſe conceſſit diſpenſationem.

¶ Prima concluſio. Requiritur quod literæ Apoſtolicæ expediantur, aliàs diſpenſatio illa Papæ nec ĩ iudicio, nec extra, ſuffragabitur illi qui ſic eam obtinuit. Patet ex regula 50. Cancellariæ expedita à Gregorio XIII. habetur cum aliis ad finem voluminis. motuum propriorum, quæ regula idem diſponit de omnibus diſpenſationibus etiã circa alias res. Ratio regulæ eſt ad vitanda inconuenientia quæ ex ſola uerbali diſpenſatione ſequerentur, ut ſi non bene intellexit uerba, &c.

Regula cancellariæ. Grego. 13.

¶ Secunda concluſio. De facto in literis quæ expediuntur de diſpẽſationibus in matrimonio, apponi ſolet clauſula. Ordinarius diſpenſet ſi narratio facta Papæ uerum habet, & dummodo propter hoc talis fœmina rapta non fuerit, & hoc de raptu habetur in regula 47. Cancellariæ ſuprà. Nos diximus ſupra quæſt. 50. artic. 1. Dubio ſecundo, ex Tridenti. Seſſione 24. de reformatione matrimonii, capit. ſexto. quod quamdiu fœmina rapta fuerit in raptoris poteſtate, non poteſt conſtare matrimonium: quod ſi eo fine rapta fuerit à cõſanguineo, iuxta Regulam 47. Cãcellariæ, in petitione diſpenſationis, neceſſario debet exprimi talis raptus aliàs diſpenſatio eſt nulla, & ſurreptitia.

Concil. Tri. Seſſione 24 c. 6. de reform.

Regula 47. Cancellar.

¶ Dubium quartum, Quæ ſint cauſæ rationabiles ad licitè petendam diſpenſationem in gradibus prohibitis, & ad licite eam concedendam.

¶ Prima concluſio. Ex prima ſecundæ, quæſtione 97. artic. 4 & Secunda ſecundæ, quæſtione 88. art. 12. habemus ad quamcunque diſpenſationem eſſe neceſſariam cauſam rationabilem, vt licitè fiat, tam in his quæ ſunt de iure humano tãtum, quã in his quæ ſunt de iure diuino: cum hac tamen differentia, quòd in illis ad diſpenſandum validè nulla requiritur cauſa præter uoluntatem & poteſtatem diſpenſantis, in iſtis vero requiritur cauſa ad hoc, ut ualida ſit diſpenſatio, patet ex dictis locis.

¶ Secunda concluſio. Plures ſunt cauſæ rationabiles ad licitè petendam ſeu concedendam diſpenſationem circa matrimonium. Prima eſt parentum pax & concordia, quæ non obtinebitur commodè ſine tali matrimonio. Secunda ſcandalum, quòd timetur ex ſeparationem matrimonii facti iam inter conſanguineos. Idem dicendum eſt, ſi quis habuiſſet iam prolem ex conſanguinea. De prima cauſa uide ſupplementum Gabrielis, quarta diſtinctione 40. quæſtione unica, articu. 3. dubio 3. & Diuum Anton. 3. par. titul. primo, cap. 14. §. ultimo, circa matrimonium. De ſecunda uide capit. quia, de conſanguinitate & affinitate. & Couarruuias 4. parte. 2. capit. 6. §. 10. num. 13. Tertia cauſa eſt defectus dotis competentis cum extraneo, ſibi æquali. Ita Nauar. capit. 22. numero 87. qui dicit ſufficere, quòd ſit defectus dotis reſpectu æqualitatis a quo petitur. Quarta eſt ſi maior pars populi inſignis eſt ſibi conſanguinea intra quartum gradum, uel ſi deſit dos competens, ut nubat extraneo, & populus eſt paruus. Ita Nauarrus ſupra. Notandum tamen, non eſſe rõnabilem cãm ſolam augmentationem patrimonij, ſed cauſa, ut ſit

c. quia, de conſanguinit. & affinitat.

ſit rationalis debet redundare in bonum ſpirituale maius. Vnde cum aſſignatur tertia cauſa non intenditur ibi dari diſpenſationem propter bonum temporale tantum, ſed ut ſit collocetur illa fœmina in ſtatu competenti ad ſuam ſalutem animæ. Tandem notandum, quod quanto gradus fuerit maior tanto maior cauſa exigitur ad diſpenſationem. Verbi gratia, maior ad diſpenſandum in tertio, quam in quarto gradu, &c. Vnde Tridentinum ſupra expreſſe ſtatuit, ut in ſecundo gradu conſanguinitatis, nunquam diſpenſetur niſi cum magnatibus & ob publicam cauſam. Vnde Diuus Thom. dicit ſecunda ſecũdæ, quæſt. 63. articulo ſecundo, ad ſecundum, non eſſe acceptionem perſonarum, facilius diſpenſari in matrimonio cũ pſonis excellentibus &c.

QVAESTIO LI.

De cognatione legali quæ eſt per adoptionem.

DEinde conſiderandum eſt de cognatione legali, quæ eſt per adoptionem, Circa quod quæruntur tria. Primo, quid ſit adoptio. Secundo, utrum ex ea aliquod uinculum contrahatur matrimonium impediens. Tertio inter quas perſonas contrahatur.

DE hac materia Doctores diſputant in 4. diſt. 22. Iuriſperiti, titul. de cognatione legali. & in Ciuili titulis, de Adoptionibus. Magiſter Sotus diſtin. 42. quæſt. 2. Sylueſter uerb. matrimonium, 8. quæſt. 8. Nauarro in Manuali, cap. 22. nu. 44. & 45. Couar. ſuper quartum decretalium: part. 2. cap. 6. §. 5. & multi alii authores.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum Adoptio conueniẽter definiatur.

Th. 4. diſtin. 42. q. [illegible]. 1.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quod inconuenienter adoptio definiatur. Adoptio enim eſt extranea perſonæ in filium uel nepotem, uel deinceps, legitima aſ- A *ſumptio: filius enim debet eſſe ſubditus patri: ſed aliquando ille qui adoptatur non tranſit in poteſtatem patris adoptãtis: ergo non ſemper per adoptionem aliquis in filium aſſumitur.*

¶ 2 Præterea. Parentes debent filijs theſaurizare. 2. Corinth 12. Sed pater adoptans non oportet, quod ſemper adoptato theſaurizet, quia quandoque adoptatus non ſuccedit in bonis adoptantis, ergo adoptatio non eſt aſſumptio alicuius in filium.

¶ 3 Præterea. Adoptio per quam B *aliquis in filium aſſumitur ſimilatur generationi naturali, per quam naturaliter producitur filius: ergo cui competit naturalis generatio filii, competit adoptio: ſed hoc eſt falſum, quia ille qui non eſt ſui iuris, & qui eſt minor viginti quinque annis, & mulier, non poſſunt adoptare, qui tamen poſſunt filium naturaliter generare, ergo adoptio non dicitur proprie aſſumptio alicuius in filium.*

¶ 4 Præterea. Aſſumptio extraneæ perſonæ in filium uidetur eſſe neceſſaria C *ad ſupplendum defectum naturalium filiorum: ſed ille qui non poteſt generare, ut ſpado, uel frigidus, maxime patitur defectum in filiis naturalibus: ergo maxime competit aſſumere aliquẽ in filium: ſed non competit ei adoptare: ergo adoptio non eſt aſſumptio alicuius in filium.*

¶ 5 Præterea. In ſpirituali cognatione ubi aliquis in filium aſſumitur ſine carnis propagatione poteſt indifferenter maior ætate effici pater minoris: & D *econuerſo, quia iuuenis poteſt ſenem baptizare, & econuerſo. Si ergo per adoptionem aliquis aſſumitur in filium ſine carnis propagatione, ſimiliter poſſet indifferenter ſenior iuniorem, uel minor ſeniorem adoptare, quod non eſt uerum: & ſic idem quod prius.*

¶ 6 Præterea. Adoptatus non differt ſecundum aliquem gradũ ab adoptante: ergo quilibet adoptatus adoptatur in filium, & ſic inconuenienter dici-

tur

tur quod adoptatur in nepotem.

¶ 7 Præterea. Adoptio ex dilectione procedit: unde & Deus dicitur nos per charitatem in filios adoptaſſe: ſed charitas maior habenda eſt ad proximos, quam ad extraneos: ergo non debet, eſſe adoptio extraneæ perſonæ, ſed magis propinquæ.

RESPONDEO dicendum, quod ars imitatur naturam & ſupplet defectum naturæ in illis in quibus natura deficit: unde ſicut per naturalem generationem aliquis filium producit, ita per ius poſitiuum, quod eſt ars boni & æqui, poteſt aliquis alium ſibi aſſumere in filium ad ſimilitudinem filij naturalis, & ad ſupplendum filiorum deperditorum defectum, propter quod præcipue adoptio eſt introducta: & quia aſſũptio importat terminum a quo, propter quod aſſumens non eſt aſſumptum oportet, quod ille qui aſſumitur in filium ſit perſona extranea: ergo ſicut naturalis generatio habet terminum ad quẽ, ſcilicet formam quæ eſt finis generationis, & terminum a quo ſcilicet formã contrariam, ita generatio legalis habet terminum ad quem, ſcilicet filium uel nepotem, & terminum a quo perſonam extraneam: & ſic patet quod prædicta aſſignatio comprehẽdit genus adoptionis, quia dicitur legitima aſſumptio: & terminum à quo, quia dicitur extraneæ perſonæ: & terminum ad quem, quia dicitur in filium uel nepotem.

AD primum ergo dicendum, quod filiatio adoptionis, eſt, quædam imitatio filiationis naturalis: & ideo duplex eſt adoptionis ſpecies. Vna quæ perfectã naturalem filiationem imitatur, & hæc uocatur arrogatio, per quam traducitur adoptatus in poteſtatem adoptantis, & ſic adoptatus ſuccedit patri adoptanti ex inteſtato, nec poteſt eum pater ſine culpa priuare puta parte hæreditatis. Sic autem adoptari non poteſt niſi ille qui eſt ſui iuris, qui ſcilicet, non habet patrem, aut ſi habet, eſt emancipatus, &

A hæc adoptio nõ fit niſi authoritate principis. Alia adoptio eſt quæ imitatur naturalem filiationem imperfectã, quæ uocatur ſimplex adoptio, per quam adoptatus non tranſit in poteſtatem adoptãtis. Vnde magis eſt diſpoſitio quædam ad perfectam adoptionem quam adoptio perfecta, & ſecundum hanc poteſt adoptari etiam ille qui non eſt ſui iuris, & ſine authoritate principis, ex authoritate magiſtratus: & ſic adoptatus non ſuccedit in bonis adoptantis, nec tenetur

B ei adoptatus aliquid de bonis ſuis in teſtamento dimittere, niſi uelit. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

AD tertium dicendum, quod generatio naturalis ordinatur ad ſpeciem conſequendam: & ideo omnibus competit poſſe naturaliter generare, in quibus natura ſpeciei non eſt impedita: ſed adoptio ordinatur ad hæreditatis ſucceſſionem, & ideo illis ſolis competit qui habent poteſtatem diſponendi de hæreditate ſua. Vnde qui non eſt ſui iuris,

C uel eſt minor viginti quinque annorum, aut mulier, non poteſt adoptare aliquem niſi ex ſpeciali conceſſione principis.

AD quartum dicendum, quod per eum qui habet impedimentum perpetuum ad generandum, non poteſt hæreditas tranſire in poſterum. Vnde ex hoc ipſo iam debetur illis qui ſuccedere ei debent iure propinquitatis: & ideo non ei competit adoptare, ſicut nec naturaliter generare. Et præterea maior eſt do-

D lor de filiis amiſſis, quam de illis, qui nunquam ſunt habiti: & ideo habentes impedimentum generationis non indigent ſolatio contra carentiam filiorum, ſicut illi qui habuerunt & amiſerunt, uel etiam qui habere potuerunt, ſed aliquo impedimento accidentali carent.

AD quintum dicendum, quod ſpiritualis cognitio contrahitur per ſacramentum quo fideles renaſcũtur in Chriſto in quo non differt maſculus & fœmina, ſeruus & liber, iuuenis & ſenex: & ideo

& ideo indifferenter quilibet poteſt effici pater ſpiritualis alterius: ſed adoptio fit ad hæreditatis ſucceſſionem & quandam ſubiectionem adoptati ad adoptantem, non autem eſt conueniens, quod antiquior inueni in cura rei familiaris ſubdatur: & ideo iunior non poteſt adoptare ſeniorem, ſed oportet ſecundum leges quod adoptatus ſit in tantum adoptante iunior quod poſſit eius eſſe filius naturalis.

AD ſextum dicendum, quod ſicut contingit amitti filios, ita & nepotes, & deinceps: & ideo cum adoptio ſit inducta in ſolatium filiorum amiſſorum, ſicut aliquis per adoptionem poteſt ſubrogari in locum filii, ita in locum nepotis, & deinceps.

AD ſeptimum ergo dicendum, ꝙ propinquus iure propinquitatis debet ſuccedere: & ideo non competit ei quod per adoptionem ad ſucceſſionem deducatur: & ſi aliquis propinquus cui non competat ſucceſſio hæreditatis adoptetur non adoptatur inquantũ eſt propinquus, ſed inquantum eſt extraneus a iure ſucceſſionis in bonis adoptantis.

SVMMA ARTICVLI.

COncluſio eſt affirmatiua. Et diffinitio adoptionis eſt hæc, Adoptio eſt extraneæ perſonæ in filium uel nepotem, vel deinceps, legitima aſſumptio. Ratio D. Thom. per quam explicat iſtam concluſionem eſt optima. Nam ars imitatur naturam illius: & defectum aliquando ſupplet in illis in quibus ipſa natura deficit, ergo ſicut per naturalem generationem aliquis producitur filius, ita per ius poſitiuum ꝙ eſt ars æqui & boni, aliquis poteſt aſſumi in filium ad ſupplendum defectum filiorum. Et ita filius qui aſſumitur debet eſſe perſona extranea. Vide alia quæ dicuntur à D. Tho.

CIrca quæſtionem & articulum ſupponenda eſt definitio adoptionis quæ conſtituitur à D. Thom. in articulo. Supponenda etiam eſt cum eodem. D. Tho. ad primum, quædam ueluti diuiſio adoptionis. Duplex enim eſt adoptio ut dicitur l. generalis. ff. de adoptione. & Inſtitut. §. adoptio. Altera eſt perfecta quæ dicitur arrogatio, altera uero imperfecta, quæ commune nomen retinuit, & dicitur adoptio: ſicut prima ſpecies qualitatis quæ dicitur diſpoſitio, diuiditur in habitum, qui eſt aliquid perfectum, & in diſpoſitionem quæ propter ſuam imperfectionem commune nomen diſpoſitionis retinuit. Adoptio perfecta quæ dicitur arrogatio, eſt illa, quæ perfectè naturalem filiationem imitatur, & per quam traducitur adoptatus in poteſtatem adoptãtis, & ita adoptatus ſuccedit patri adoptanti ab inteſtato, & pater non poteſt ſine culpa priuare quarta parte hæreditatis. Alia adoptio eſt quæ imitatur naturalem filiationem imperfectè, quæ uocatur ſimplex adoptio per quam adoptatus non tranſit in poteſtatem adoptantis: & ita magis eſt diſpoſitio quædam ad perfectam adoptionẽ quam adoptio perfecta, & ſic adoptatus nõ ſuccedit in bonis adoptantis, nec tenetur ei adoptãs aliquid de bonis ſuis in teſtamento dimittere, niſi ipſe uelit. Inter has vero adoptiones ſunt multæ differentiæ, quæ magis pertinent ad Iuriſperitos quàm ad Theologos. Vide illas in Syluestro verb. adoptio, in Couar. vbi ſupra in Magiſtro Soto in art. 1. quæſt. citatæ. Iſti enim authores optime illas conſtituunt. Secundo. Supponendum eſt, quòd ad adoptionem perfectam, quatuor cauſæ concurrunt ſuo ordine. Nam finis illius eſt ſupplere defectum naturalium filiorum, vel quia omnino deſunt, aut quia non tot adſunt, quot habere deſiderat, unde filius adoptiuus eſt veluti ramus inſitus præexiſtenti radici, & trunco, & loco naturalium filiorum aſſumitur. In cauſa vero efficienti, ſcilicet, in adoptante exigitur primo poteſtas naturalis, vel ad generandum, vel ad conſummandum matrimonium ſaltem, ut dicit D. Thom. ad quartum Secundo exigitur, quòd ſit ſui iuris, ideſt, quòd liberè poſſit de hæreditate diſpõnere, & cenſum adminiſtrare. Tertio, quòd ſit decem & octo annorum, ſit maior natu quam adoptatus: hæc enim omnia habentur in Inſtitut. loco citato. In forma exiguntur duo: primum authoritas principis, non enim ſufficit licentia inferioris magiſtratus, & ſecundo, quòd ſit mutua conſenſio adoptantis

[Margin: l. generalis. ff. de adoptione. & Inſtit. §. adoptio.]

tis & adoptati: alioquin non erit legitima adoptio. Demum ex parte ſubiecti qui eſt veluti materia, ex igitur in adoptatũ primum, quòd ſit ſui iuris, ideſt, extra potentiam adoptanti. Secundo, quòd libere velit in eius poteſtatem tranſire. Per adoptionem vero imperfectam poteſt adoptari etiam ille qui non eſt ſui iuris, & ſine authoritate principis ex authoritate magiſtratus. Ijs poſitis fundamẽtis deueniamus ad articulum ſecundum, qui quidem facit magis ad materiam de matrimonio.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum ex adoptione contrahatur aliquod uinculum impediens matrimonium.

AD SECVNDVM ſic proceditur. *Videtur ꝙ ex adoptione nõ contrahatur aliquod vinculũ impediẽs matrimoniũ, quia cura ſpiritualis eſt dignior quam cura corporalis: ſed ex hoc ꝙ aliqui: curæ alicuius ſubijcitur ſpiritualiter non contrahit aliquod propinquitatis vinculum, aliàs omnes qui habitant in parochia eſſent propinqui ſacerdotis, & cum filio eius non poſſent contrahere: ergo nec adoptio, quæ trahit adoptatum in curam adoptantis hoc facere poteſt.*

¶ 2 *Præterea. Ex hoc quòd aliquis alicui ſit beneficus non contrahitur aliquod propinquitatis vinculum: ſed nihil aliud eſt adoptio quam collatio cuiuſdam beneficij: ergo ex adoptione non fit aliquod propinquitatis vinculum.*

¶ 3 *Præterea Pater naturalis principaliter filio prouidet in tribus, vt Philoſophus dicit: quia ſcilicet ab ipſo habet eſſe, nutrimentum, & diſciplinam: hæreditatis autem ſucceſſio eſt poſterius ad iſta: ſed per hoc quòd aliquis alicui prouidet in nutrimento, & diſciplina non contrahitur aliud pro-* (Lib.8. Eth. ca. 11.& 12)

A *pinquitatis vinculum, aliàs nutrientes, & pædagogi & magiſtri eſſent propinqui, quod falſum eſt: ergo nec adoptionem per quam aliquis ſuccedit in hæreditatem alterius contrahitur aliqua propinquitas.*

¶ 4 *Præterea. Sacramenta eccleſiæ non ſubduntur humanis legibus: ſed matrimonium eſt ſacramentum Eccleſiæ: cum ergo adoptio ſit inducta per legem humanam, videtur quòd non poſſit impedire matrimonium aliquod vin-*

B *culum ex adoptione contractum.*

SED CONTRA. Cognatio matrimonium impedit: ſed ex adoptione quædam cognatio cauſatur, ſcilicet legalis, vt patet per eius definitionem, eſt enim legalis cognatio quædam proximitas proueniens ex adoptione: ergo ex adoptione cauſatur vinculum per quod matrimonium impeditur.

¶ Præterea. Hoc idem habetur ex authoritatibus in litera poſitis. Lib.4. Sent.diſtin.41.

RESPONDEO dicendum ꝙ

C *lex diuina illas præcipuè perſonas a matrimonio excludit quas neceſſe erat cohabitare, nè vt Rabbi Moyſes dicit; ſi ad eas liceret vti carnali copula, facilis pateret concupiſcentiæ locus, ad quã reprimendam matrimonium eſt ordinatum: & quia filius adoptatus conuerſatur in domo patris adoptantis ſicut filius naturalis, ideo legibus humanis prohibitum eſt inter tales matrimonium contrahi: & talis prohibitio eſt per eccleſiam approbata: & inde habet*

D *quòd legalis cognatio matrimonium impediat.*

Et per hoc patet ſolutio ad prima tria: quia per omnia illa non inducitur talis cohabitatio, quæ poſſit fomentum concupiſcentiæ præſtare: & ideo in eis non cauſatur propinquitas, quæ matrimonium impediat.

¶ AD quartum dicendum, quòd prohibitio legis humanæ non ſufficeret ad impedimentum matrimonij, niſi interueniret eccleſiæ authoritas, quæ idem etiam interdicit.

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio eſt affirmatiua. Itaque ex adoptione contrahitur aliquod vinculum impediens matrimonium, quod quidem impedimétum poſitum eſt per leges humanas ciuiles quæ prohibent tale matrimonium, & talis prohibitio eſt per eccleſiam approbata. Et ratio eſt. Nam lex diuina illas perſonas præcipuè à matrimonio excludit, quas neceſſarium erat cohabitare, ſed filius adoptatus debet cohabitare in domo patris ſicut filii naturales vt conſtat, ergo.

¶In hoc articulo & in tota hac quęſtione ſupponenda eſt ante omnia definitio cognationis legalis, quæ quidem definitio habet in hunc modum. Cognatio legalis eſt propinquitas ex adoptione prouenicns. vide Sylueſtrum, verbo, matrimonium. 8.quæſt.8. vbi dicit, quòd hoc impedimentum habet robur ex eccleſiæ inſtitutione, & non ſolum iure ciuili. Vide etiam Palud. in 4.diſtinct. 42. quæſt. 1.artic. 2.ubi conſtituit alias duas definitiones: hæc tamen poſita eſt ſufficientiſſima. Conſiderandum enim eſt, quod ex huiuſmodi filiatione oritur fœdus quoddam naturali cognationi ualde ſimile, ſicut adoptio ipſa eſt ſimilis filiationi naturali. Nam filius adoptiuus tenetur reuerentiam exhibere patri, ſicut vice verſa ipſe pater tenetur alere filium & partem hæreditatis cooncedere. Item cum tranſeat in poteſtatem alterius, iam inter illos eſt maximè neceſſitudo & familiaritas qualis eſt à natura inter conſanguineos, & ratione beneficij eſt quædam amicitia ratione cuius habet iure humano impedire matrimonium: & ita in definitione dicitur quòd ſit propinquitas in quo cōuenit cum cognatione naturali. Dicitur autem ex adoptione proueniens, in quo differt à cognatione naturali.

Definitio cognationis legalis.

EST primū dubiū in hoc articulo. Vtrū cognatio legalis impediat & dirimat matrimonium. Et uidetur uera pars negatina. Primò arguitur ex doctrina D. Tho. in hoc articulo, qui ſolū dicit quod hæc cognatio legis impedit matrimonium, & non dicit ꝙ dirimit, ergo cognatio legalis ñ impedit & dirimit matrimonium. Confirma-

A tur argumentum. Nam in iure canonico inuenitur quòd cognatio legis impediat & dirimat matrimonium, ſed ius ciuile nō poteſt conſtituere impedimenta matrimonij, ergo.

¶Secundò arguitur. Saltem ſequitur ꝙ cognatio legalis imperfecta, quæ oritur ex adoptione imperfectam nō impediat, & dirimat matrimonium, ergo. Antecedens probatur. Nam ius illud eſt odioſum vt cōſtat ergo reſtringendum eſt, ac ſubinde non eſt intelligendum de cognatione legali imperfecta, quæ oritur ex adoptione imperfecta quæ non eſt arrogatio.

B ¶Tertiò arguitur. Si cognatio legalis impedit & dirimit matrimonium, ſequitur ꝙ ſi ſequatur ad ipſum matrimonium impediat petitionem debiti. Conſequens eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam quando aliquid eſt impedimentum ad contrahendum matrimonium taliter quòd illud dirimat, etiam impedit uſum matrimonii poſt contractum matrimonium. Falſitas conſequentis probatur. Nam legalis cognatio poteſt accidere aliqui abſque aliqua culpa, ac ſubinde non debet priuari iure petendi debitum.

C ¶In hac difficultate aliqui authores exiſtimant quòd cognatio legalis impedit matrimonium contrahendum, non tamen dirimit cōtractum. Hoc tenet Ioānes Andreas & alii citati à Sylueſtro, uerbo, matrimoniū 8.quæſt.8.§.1.& eandem ſententiam tenet alii Iuriſperiti. Alii uero exiſtimant quòd omnis cognatio legalis īpediat, & dirimat matrimonium, ſiue ſit perfecta ſiue imperfecta, ſiue proueniat ex arrogatione ſiue ex adoptione. Alii uero medio mō incedunt, & dicunt, quod cognatio legalis perfecta

D impedit & dirimat matrimonium, imperfecta uero minime: de quibus omnibus uide Magiſtrum Sotum ubi ſupra, art.3.

¶ Et ut ueritatem explicemus. Prima concluſio ſit. Cognatio legalis perfecta quæ prouenit ex arrogatione impedit & dirimit matrimonium. Hanc concluſionem tenet D.Thom. in hoc articulo. Nam quamuis nō dicat niſi quod cognatio legalis impedit matrimonium, nihilominus tamen enumeratur ab illo inter impedimenta dirimentia matrimonium. Et ex ratione & aliis colligitur, quod dirimit matrimonium, & hanc ſententiam tenet Magiſter

Sotus

Sotus in art. 1. citato. Paludanus diſt. citata & idem tenent omnes Thomiſtæ: imo Syl ueſter loco citato, ubi etiam citat pro iſta ſententia Richardum, & Panormitanum, & gloſſam, in c. unico, de cogonatione lega li. Idem tenet Nauarro & Couarru. ubi ſu pra. Et probatur concluſio. Primo ex iure, 30. queſt. 3. cap. ita diligere. ubi Nicolaus Summus Pontifex determinat, quòd non poteſt eſſe coniugium inter illos inter quos eſt cognatio ſpiritualis, & probat tali ratione. Nā inter eos qui natura & eos qui ado ptione filii ſunt uenerandæ Romanæ leges matrimonia contrahi non permittunt, & ſubdit, ſi inter eos nō contrahitur matrimo nium; quos adoptio iungit, quanto potius à carnali oportet inter ſe contubernio ceſſa re illos quos per cœleſte ſacramentum rege neratio. Sancti Spiritus iungit? Ex quibus omnibus colligitur apertè quòd cognatio legalis ſaltem perfecta impedit & dirimit matrimonium, ſiquidē addij citur pro argumento ad probādum quòd cognatio ſpi tualis hoc ipſum facit. Et in c. unico, de cognatione legali, dicitur. Si qua per adoptio nem mihi ſoror eſſe cœperit, quamdiu durat adoptio, inter me & ipſam nuptiæ con ſiſtere non poſſunt. Vbi aperte diffinitur ꝙ cognatio legalis dirimit matrimoniū. Et in iure ciuili. l. quādo. & l. adoptiuus. ff. de ritu nuptiarum, & Inſtituta de nuptijs idē habetur, quod quidem confirmatū eſt per ius canonicum, & vſu, ergo. Secundo hæc concluſio probatur rationibus. Prima ratio eſt quæ deſumitur ex honeſtate, ne oriretur periculum incontinentiæ propter neceſsitatem ſimul cohabitandi. Etenim ſicut cognatio naturalis & affinitas impediūt & dirimunt matrimonium propter iſtam rationem, ita etiam ſuo modo cognatio lega lis, quæ eſt mutatio quædam cognationis naturalis. Secunda ratio eſt politica quam plurimi fecit eccleſia, videlicet, vt inter fideles amplius diffunderetur amicita. Nam cognatio legalis de ſe conciliat amicitiam. Et denique omnes rationes quæ inueniuntur in conſanguinitate ad impediendum & dirimendum matrimonium, reperiuntur quoque in hac cognatione legali, quamuis non ita perfecte

c. ita diligere. 30. q. 3.

l. quādo & l. adoptiuus. ff. de ritu nuptiarum. & Inſti. de nupt.

¶Secunda concluſio. Certiſſimum mihi uidetur quòd cognatio legalis imperfecta quæ oritur ex adoptione imperfecta impe-

A dit matrimonium, & probabile eſt ꝙ dirimat illud, probabilius tamen eſt ꝙ nō dirimit. Hæc cōcluſio habet tres partes. Prima pars explicatur. Dictū eſt ſupra quòd adoptio imperfecta eſt veluti uia ad adoptionem perfectam, quæ dicitur abrogatio: & ita ſicut diximus ſup. quòd ex catechiſmo oritur impedimentum ad matrimonium: ita dicimus quòd ex hac filiatione, & cogna tione legali imperfecta oritur impedimentum matrimonii, quoniam eſt diſpoſitio ad cognationem legalem perfectam. Hanc partem ita explicatam tenent multi autho B res ex ſupra citatis, imo omnes uidentur in hoc conuenire. Et probatur hæc pars. Nam iura ſupra citata dicunt, ꝙ cognatio legalis, eſt impedimentū matrimonij & loquuntur indiſtinctè de cognatione legali pfecta, & de cognatione imperfecta, ergo omnis cognatio legalis impedit matrimoniū. ſiue oriatur ex adoptione ſiue ex arrogatio ne. Secunda pars eſt etiā multorum Doctorum: & probatur eadē ratione. Nam omnia iura citata dicunt, ꝙ cognatio legalis impedit & dirimit matrimonium, & loquuntur indiſtinctè de cognatione legali, ergo C probabile eſt quod omnis cognatio legalis ſiue imperfecta, ſit ſiue perfecta, dirimit ma trimonium. Tertia pars eſt multorum authorum: Eam tenet Syluester vbi ſup. §. 4. & alii. Et probatur. Nam illa iura quæ dicunt quòd adoptio impedit & drimit matrimonium, ſunt odioſa, ergo reſtringenda ſunt, ac iubinde ſolum loquuntur de perfecta adoptione quæ ſimpliciter & omnibus modis habere rationem adoptionis. Confirmatur. Quia ratio legis prohibētis & annul lantis matrimoniū in adoptione fuit, quia adoptatum oportet cohabitare cum aliis D naturalibus, ſed quando nō eſt adoptio per fecta non eſt talis cohabitatio, ergo. Conſequētia eſt bona, maior cōſtat ex D. Thom. in articulo. Minor uero ex uſu eſt manifeſta. Sed tunc eſt dubium, quomodo ex illis iurib. colligatur quòd adoptio imperfecta ſit impedimentum matrimonii nō dirimens: perfecta ſit dirimēs, cum eodem mo dò omnino loquātur de vna atque de alia. Dicēdum eſt, quòd ex illis iuribus adiūcta ſimul ratione colligitur hoc. Nam in adoptione perfecta eſt neceſsitatis cohabitādi non verò in adoptione imperfecta. Colligi tur tamen, quòd impedit matrimonium.

¶Quibus poſitis reſpondendũ eſt ad argumenta facta in principio, Ad primum argumentum reſpondetur, quòd quãuis Diuus Thom. ſolum dicat quòd cognatio legalis eſt impedimentum matrimonii, tamẽ conſtituit illã, inter impedimenta dirimẽtia matrimoniũ, & ita faciunt omnes Theologi & Iuriſperiti. Ad confirmationem reſpondetur, quòd etiam in iure canonico reperitur, quòd cognatio legalis impedit & drimit matrimonium, vt conſtat ex locis citatis in concluſione prima. Item reperitur hoc in iure ciuili, quod quidem confirmatum eſt per ius canonicum, & uſu eccleſiæ, & ita dirimit matrimonium.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur ex dictis in ſecunda concluſione.

¶ Ad tertium argumentum eſt dubium ſecundũ, an cognatio legalis impediat vſum matrimonii poſt matrimonium contractũ, ſi illa ſuperueniat. Et loquimur de cognatione legali, quando eſt perfecta adoptio, nam quando eſt adoptio imperfecta non impedit uſum illius. v. g. patet naturalis uxoris alicuius, perfecte adoptet generum, dubiũ eſt an poſſit eſſe uſus mr̃imonii inter illos. Et ratio dubitandi deſumitur ex adductis in illo tertio argumento. Nam quando aliquid eſt impedimentum dirimẽs matrimonium, impedit uſum matrimonii poſt eius contractum, & hoc conſtat in affinitate ſuperueniente, in cognatione ſpirituali, ergo cum adoptio impediat & dirimat matrimonium ante contractum: impediat etiã vſum matrimonii poſt contractum. Confirmatur argumentum. Nam ſi adoptatur hoc modo uiolaret uxorem adoptantis, committeret peccatum inceſtus, & illud peccatum haberet ſpecialem circumſtantiam, ergo etiam impediat vſum matrimonii, nam eſt peculiare impedimentum iſta cognatio legalis.

¶Nihilominus tamen cõcluſio ſit. Si adoptio illa ſequatur ad illud matrimonium, ut in caſu poſito, illa cognatio nullum effectũ haberet nec impediret uſũ mr̃imonij. Et hoc videtur probabiliſsimum, & docent illud multi Doctores ex ſchola D. Tho. Et probatur concluſio primo. Nullus extat textus aut Doctor qui aſſerat, quòd in iſto caſu priuatur iure petendi debitum, vt maniſeſtè conſtat, ergo cum hoc ſit odioſum, dicendum eſt quòd poſſunt non ſolum reddere, verum etiam petere debitum. Secũdo

A probatur. Poteſt eſſe quòd abſque aliqua culpa aliquis fiat frater legalis ſuæ vxoris et conſtat manifeſte in caſu huius dubij, ergo poteſt reddere & petere debitum. Patet conſequentia, nam non debet aliquis priuari iuri petẽdi debitum abſque culpa. Vnde ad rationem dubitandi, & ſimul ad tertium argumentum dubii primi dicẽdum eſt. Quod cum iſta impedimenta ſint de iure poſitiuo, vt iam conſtat, & habeãt robur ex lege humana, debet eſſe determinatum per illam. In aliis vero caſibus iam determinatum eſt per ius poſitiuum, vt diximus,
B non vero in iſto caſu, & ita in noſtro caſu non priuatur aliquis iure petẽdi debitum. Ad confirmationem reſpondetur quod ſi adoptatus adoptione perfecta violaret vxorem adoptantis ſine dubio cõmitteret peccatum inceſtus. Nihilominus tamen nõ eſt impedimẽtum in noſtro caſu ad debiti petitionem, quia non eſt prohibitum in iure, vt iam dictum eſt. Et ratio eſſe põt. Nã poſt contractũ matrimoniũ iam cohabitatio non poteſt eſſe periculoſa, cum ipſi aliàs teneãtur ſimul cohabitare, cũ ſint cõiugati. Hæc autẽ omnia magis explicabũ
C tur in articulo ſequenti in declaratione ſpecierum huius cognationis legalis.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum cognatio legalis cõtrahatur ſolum inter adoptãtem patrem & filium adoptatum.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod talis cognatio non contrahatur niſi inter patrem adoptantem et filium adoptatum. Maxime enim uidetur quod deberet contrahi inter patrem adoptantem, & matrem naturalem adoptati, ſicut accidit in cognatione ſpirituali ſed inter tales nulla cognatio eſt legalis: ergo nec inter alias aliquas perſonas prater adoptantem & adoptatum.
D

¶ 2 Præterea. Cognatio impediens matrimonium eſt perpetuum impedimentum

mentum: ſed inter filium adoptatum & filiam adoptantis non eſt perpetuum impedimentum, quia ſoluta adoptione per mortem adoptantis vel emancipationem adoptati, poteſt contrahere cum ea: ergo cum ea non habuit aliquam propinquitatem quæ matrimonium impediret.

¶ 3 Præterea. Cognatio ſpiritualis in nullam perſonam tranſit quæ non poſſit ad aliquod ſacramentum tenere vel ſuſcipere, vnde in non baptizatum non trãſit: ſed mulier non poteſt adoptare, vt ex dictis patet: ergo cognatio legalis non tranſit à viro in vxorem.

Art. 1. huius q. ad 2.

¶ 4 Præterea. Cognatio ſpiritualis eſt fortior quam legalis: ſed ſpiritualis non tranſit in nepotem: ergo nec legalis.

SED contra Plus concordat cognatio legalis cum coniunctione carnis vel propagatione quam ſpiritualis: ſed ſpiritualis tranſit in alteram perſonam: ergo & legalis.

¶ Præterea. Ad hoc ſunt authoritates quæ in litera ponuntur.

RESPONDEO dicendum, quod triplex eſt legalis cognatio. Prima quaſi deſcendentium quæ contrahitur inter patrem adoptantem & filium adoptatum, & filium filij adoptiui, et nepotem, & ſic deinceps. Secunda quæ eſt inter filiũ adoptiuum & filium naturalẽ. Tertia per modũ cuiuſdam affinitatis quæ eſt inter patrem adoptantem & vxorem filij adoptiui, vel econtrario inter filium adoptatum & vxorem patris adoptãtis. Prima ergo cognatio & tertia perpetuo matrimoniũ impediũt. Secunda aũt non, niſi quamdiu manet in poteſtate patris adoptantis: vnde mortuo patre vel filio emancipato, poteſt contrahi inter eos matrimonium.

AD primum ergo dicendum, quòd per generationem ſpiritualem non trahitur extra ptãtem patris ſicut fit per adoptionem, & ſic filius ſpiritualis remanet filius vtriuſq; ſimul non aũt filius adoptiuus: & ideo non contrahitur

A aliqua propinquitas inter patrem adoptantem & matrem, vel patrem naturalẽ ſicut erat in cognatione ſpirituali.

AD ſecundum dicendum, ꝙ cognatio legalis impedit matrimonium propter cohabitationem & ideo quando ſoluitur neceſſitas cohabitationis non eſt inconueniens ſi prædictum uinculum non maneat, ſicut quando fuerit extra poteſtatem eiuſdem patris ſed pater adoptans & vxor eius ſemper quandam authoritatem retinent ſuper filiũ

B adoptatum & vxorem eius, & propter hoc manet vinculum inter eos.

AD tertium dicendum. ꝙ etiam mulier ex conceſſione principis adoptare poteſt: vnde & in ipſam tranſit cognatio legalis. Et præterea non eſt cauſa quare cognatio ſpiritualis non tranſit in non baptizatum: quia non poteſt tenere ad ſacramentum. ſed quia non eſt alicuius ſpiritualis capax

AD quartum dicendum, quòd per generationem ſpiritualem filius

C non ponitur in poteſtate & cura alterius patris ſpiritualis ſicut in cognatione legali: oportet enim quod quicquid eſt in poteſtate filij tranſeat in poteſtatem adoptantis patris. Vnde adoptato patre adoptantur filii & nepotes qui ſunt in poteſtate adoptati.

SVMMA ARTICVLI

PRima concluſio. Triplex eſt cognatio legalis. Prima eſt quaſi deſcendentium

D quæ contrahitur inter patrem adoptantem & filium adoptatum, & filium filii adoptiui & eius nepotẽ, &c. Secunda cognatio legalis eſt, quæ eſt inter filium adoptiuum & filium naturalem eiuſdem patris adoptãtis. Tertia eſt per modũ cuiuſdam affinitatis, & eſt inter partem adoptantem & vxorem filij adoptiui, & è contra inter filium adoptatum & vxorem patris adoptantis.

¶ Secunda cõcluſio. Prima cognatio & tertia perpetuo matrimonium impediunt, ſecunda vero minime, niſi quando filius adoptiuus manet in poteſtate patris adoptantis. Vnde mortuo patre vel ſi filius emanci

Petur contrahi poteſt inter illos matrimonium.

¶ Circa iſtum articulum explicandæ ſunt ſpecies huius cognationis legalis. Et vt conſtat ex iis quæ Diuus Thomas dicit in prædictis concluſionibus tres ſunt huius cognationis ſpecies. Prima ſpecies eſt ſimilis paternitati, ſiue aſcendendo ſiue deſcendendo. Etenim ſicut huiuſmodi cognatio eſt ſimilis cognationi naturali, & veluti imitatur illam, ita etiam eius ſpecies. Vnde adoptans cum adoptiua filia non poteſt contrahere matrimonium, nec cum eius poſterioribus vſque ad quartum gradum. Secunda ſpecies cognationis legalis eſt ſimilis affinitati rectæ lineæ. Itaque adoptans non poteſt contrahere matrimonium cum vxore adoptati quę eſt veluti nurus, nec vero filius adoptatus contrahere poteſt matrimonium cum vxore adoptantis quæ eſt ueluti nouerca. Tertia ſpecies appellatur fraternitas. Eſt enim ſimilis fraternitati naturali. Vnde filius adoptiuus non poteſt contrahere cum filia naturali niſi alter illorum emancipetur a patre, ut habet in Inſtitut. de nuptiis. §. ergo. Eſt autem differentia inter duos gradus primos & ultimum. Quod duo priores ſunt impedimenta perpetua. Et ratio huius eſt. Nam talis cognatio fundatur in reuerentia debita patri, & ſuperiori, quæ quidem reuerentia ſemper habet locum, & ita illi gradus habent rationem impedimenti perpetui, Tertius autem gradus ſeu ſpecies eſt temporalis, quamdiu vterquę filiorum permanet ſub poteſtate eiuſdem patris: nam hæc cognatio legalis fundatur vt diximus in cohabitatione, vt iam conſtat ex dictis. Hæc vero cohabitatio non eſt neceſſaria niſi quamdiu ſunt in poteſtate eiuſdem patris. Vnde vel patre defuncto vel altero eorum emancipato poteſt inter eos conſtare matrimonium. Ex iis tribus ſpeciebus ſola tertia habetur in iure canonico in capitulo unico de cognatione legali, omnes vero iſtę ſpecies habentur in Inſtitut. de nuptijs. §. Ergo. & authoritate & vſu eccleſiæ receptæ ſunt, ac ſi expreſſa lege haberentur. Imo videtur eam legem ciuilem approbaſſe Nicolaus Papa in capitulo ita diligere, 30. quæſt. 3. appellans illam venerandam legem, & ex ea duces argumentum ad cognationem ſpiritualem

Inſtit. de nuptiis. §. ergo.

A ¶ Sed circa hæc dicta ſunt duo dubia. Primum dubium eſt. Vtrum cognatio legalis tertiæ ſpeciei, extendatur ad filios naturales, etiam ſi non ſint legitimi. Itaque dubium eſt an inter filium naturalem non legitimum, & inter filiam adoptiuam poſſit ſtare matrimonium uel econtra. In hac difficultate ſunt duæ ſententiæ oppoſitæ. Prima ſententia eſt, quod filius naturalis illegitimus contrahere non poteſt cum filia adoptiua, uel econtra filius adoptiuus cum filia naturali illegitima. Itaque ſicut filius illegitimus non poteſt contrahere cum filia B carnali illegitima quæ eſt eius ſoror uel cum alia conſanguinea, ita nec cum filia adoptiua, ſicut etiam nec cum ſpirituali. Hanc ſententiam tenet Panormitanus, ut refert Syluest. uerbo, matrimonium. 8. quæſt. 7. §. 8. & Summa Angelica, quę aſſerit quod filius illegitimus etiam ſi non ſit in poteſtate patris contrahere non poteſt cum filia adoptiua. Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quod matrimonium inter iſtos eſt ualidum. Quia filius illegitimus non eſt ſub patria poteſtate. Hanc ſententiam tenet Syluest. ubi ſupra, C & pro ea citat Summam Roſellam. & hanc tenet Hoſtien. Innocentius, & glo. in cap. vnico, de cognatione legali: & Archid. 3. part. tit. 1. cap. 13. Couarru. in illo cap. 5. §. 5. circa fine Nauarro in Manuali. cap. 23. nu. 45. circa finem.

¶ In huius expoſitionem ſit concluſio. Prima ſententia eſt probabilis, ſecunda vero videtur probabilior. Prima pars huius concluſionis probatur authoritate Doctoris qui illam tenēt, & præterea probari poteſt exemplis ibi adductis. Nā filius illegitimus contrahere non poteſt cum filio ſpirituali, D ergo nec filius illegitimus naturalis cum filia adoptiua. Item probari poteſt. Nam quā uis filij illegitimi non cohabitent aliquando, illud non derogat communi legi, nā ab ipſa natura profectum eſt, ut filii ſubdantur paternæ poteſtati & ſint in domo eius, & quod ibi cōuerſentur, &c. ergo. Et denique 30. quæſtione 3. capit. ita diligēte. abſolutè dicitur inter filium naturalem, & adoptiuum matrimonium conſtare non poſſe, & ita hæc ſententia eſt ſatis probabilis. Secunda pars concluſionis probatur authoritate grauiſſimorū Doctorum qui illam tenent. Et probari poteſt quia filius illegiti-

mus

mus non cohabitat in domo patris naturalis, ergo deficit ratio legis. Confirmatur. Nam iſtæ leges ſunt odioſæ vt conſtat, ergo reſtringendæ ſunt ad filios naturales legitimos qui habitant in domo patris, & ſunt ſub poteſtate illius. Et non eſt eadem ratio de filio ſpirituali qui quidem contrahere non poteſt cum filia naturali illegitima, quia ibi maior eſt vis, vt dicit Syluester & conſtat ex iuribus.

¶ Eſt ſecundum dubium circa eandem ſpeciem cognationis legalis, an inter ipſos filios adoptiuos poſſit conſtare matrimonium. Et videtur vera pars affirmatiua. Nam inter duos filios ſpirituales eiuſdem patris ſpiritualis, poteſt conſtare matrimonium ut eſt per ſe notum, ergo etiam inter duos filios adoptiuos eiuſdem patris adoptantis. Conſequentia videtur bona ex paritate rationis, nam maior cognatio eſt inter filios ſpirituales. In oppoſitum eſt. Nam in capit. vnico, de cognatione legali dicitur, ſi qua per adoptionem mihi ſoror eſſe cœperit, quamdiu durat adoptio inter me & ipſam nuptiæ conſiſtere non poſſunt, ſed in iſto caſu per adoptionem incipit eſſe ſoror, ergo. Confirmatur argumentum ex ratione legis. Nam ratio huius legis deſumitur ex cohabitatione, ſed fratres, adoptiui debent ſimul cohabitare, ergo non poteſt eſſe matrimonium inter illos, ſed talis cognatio reddit matrimonium nullum.

c. vnico. de cognatione legali.

¶ In hac difficultate ſunt varij modi dicendi. Primus modus dicendi eſt quòd inter filios adoptiuos poteſt conſtare matrimonium. Ita tenet Hugon. 30. quæſtion. 3. capitu. ita diligere. & gl. iſta in dicto, cap. vnico, de cognatione legali & Archid. quos citat & ſequitur Syluester loco ſupra citato. §. 6. & idem tenent aliqui alii authores & inter illos Magiſter Sotus ubi ſupra. Secundus modus dicendi eſt huic oppoſitus, videlicet, quòd inter filios adoptiuos inter ſe, non poteſt conſtare matrimonium. Hanc ſententiam tenet Hoſtienſis ſaltem quantum ad arrogatos, ut refert Syluester loco citato, & hanc tenent alii Doctores.

¶ In huius expoſitionem ſit concluſio. Primus modus dicendi eſt probabilis, ſecundus uero uidetur probabilior. Prima pars huius concluſionis probatur authoritate Doctorum qui illam tenent, & argumento facto primo loco: quod quidem cõfirmari poteſt. Nam cum iſtæ leges ſint odioſæ, reſtringendæ ſunt quantum fuerit poſſibile. Secunda pars probatur argumentis factis ſecundo loco, quæ ſunt probabiliora & authoritate Doctorum qui illam tenent. Vnde ad rationem factam pro prima ſententia quæ militat contra iſtam partem, dicendum eſt ex confirmatione facta in oppoſitum, quòd filii adoptiui, & ita non eſt eadem ratio de filiis ſpiritualibus & de filiis adoptiuis. Ex reſolutione huius dubii reſoluitur aliud videlicet, an filii adoptiui poſſint contrahere cum filiis ſpiritualibus. Reſpondetur quòd optime poſſunt, & in hoc non eſt dubium. Et hoc tenent omnes Doctores, & ratio eſt aperta. Nam filii ſpirituales non cohabitant ſimul cum filiis adoptiuis, & ita deficit ratio legis, & aliàs nulla extat lex quæ hoc prohibeat, ergo tale matrimonium cõſtare poteſt. Quis vero poſſit diſpenſare ſuper iſtud impedimentum ſicut ſuper alia impedimẽta dicetur infra cum dicemus de diſpenſationibus.

QVAESTIO LVIII.

De impedimento frigiditatis, maleficij, furiæ & amentiæ, inceſtus, & defectus ætatis.

DEinde conſiderandũ eſt de quinque impedimentis matrimonii, ſcilicet, de impedimento frigiditatis, maleficij, furiæ, vel amentię, inceſtus, & defectus ætatis. Et circa hoc quæruntur quinque, Primo, vtrum frigiditas matrimonium impediat. Secundo, vtrum maleficium. Tertio, vtrum furia vel amentia. Quarto, vtrum inceſtus. Quinto, vtrum defectus ætatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum frigiditas matrimoniũ impediat.

Tho. 4. d. 34 q. vnic. ar. 2.& ſeq.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quod frigidi matrimonium contrahendum non impediat. Copula enim carnalis non eſt de eſſentia matrimonij, quia perfectiora ſunt matrimonia hominum pari uoto continentium: ſed frigiditas nihil tollit de matrimonio niſi carnalem copulam: ergo non eſt impedimentum dirimens matrimonium contractum.

¶ 2 *Praeterea, Sicuti nimia frigiditas impedit carnalem copulam, ita nimia caliditas quae hominem exſiccat: ſed caliditas non ponitur matrimonii impedimentum: ergo nec frigiditas debet poni.*

¶ 3 *Praeterea. Omnes ſenes ſunt frigidi, ſed ſenes poſſunt matrimonium contrahere: ergo &c.*

¶ 4 *Praeterea. Si ſcit mulier uirum eſſe frigidum quando cum eo contrahit uerum eſt matrimonium; ergo frigiditas quantum eſt de ſe non impedit matrimonium.*

¶ 5 *Praeterea. Contingit in aliquo eſſe ſiccitatem ſufficienter mouentem ad carnalem copulam cum aliqua corrupta; non autem cum aliqua uirgine, quia cito calidum euaporat ratione ſuae debilitatis, ut ad corrumpendum uirginem non ſufficiat: & ſimiliter eſt in aliquo ſufficiens caliditas ad pulchram quae magis concupiſcentiam inflammat, quae non ſufficienter ad turpem mouet: ergo uidetur quod frigiditas & ſi impediat reſpectu unius, non tamen impedit ſimpliciter.*

¶ 6 *Praeterea. Mulier eſt uniuerſaliter frigidior uiro: ſed mulieres non impediuntur a matrimonio: ergo nec frigidi.*

lib. 4. decreta. ti. 15. ca. 2. *SED contra eſt quod dicitur extra, de frigidis & maleficiatis. Sicut puer A qui non poteſt reddere debitum non eſt aptus coniugio, ſic qui impotentes ſunt minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur: tales autem ſunt frigidi: ergo &c.*

¶ *Praeterea. Nullus poteſt ſe obligare ad impoſſibile: ſed in matrimonio homo ſe obligat ad carnalem copulam, quia ad hoc dat alteri ſui corporis poteſtatem: ergo frigidus qui non poteſt carnaliter copulari, non poteſt matrimonium contrahere.*

B *RESPONDEO dicendum, quod in matrimonio eſt contractus quidam quo unus alteri obligatur ad debitum carnale ſoluendum. Vnde ſicut in alijs contractibus non eſt conueniens obligatio, ſi aliquis ſe obliget ad hoc quod non poteſt dare uel facere, ita non eſt conueniens matrimonio contractus ſi fiat ab aliquo qui debitum carnale ſoluere non poſſit: & hoc impedimentum uocatur impotentia coeundi nomine generali, quae quidem poteſt eſſe uel ex cauſa in-*
C *trinſeca & naturali: uel extrinſeca & accidentali ſicut per maleficium, de qua poſt dicetur. Si autem ſit ex cauſa naturali hoc poteſt eſſe dupliciter. Quia uel eſt temporalis cui poteſt ſubueniri remedio medicinae uel per exceſſum aetatis, & tunc non ſoluit matrimonium: uel eſt perpetua, & tunc ſoluit matrimonium, ita quod ille ex parte cuius allegatur impedimentum perpetuo maneat abſque ſpe coniugij, alius nubat cui uult in domino.* In arti. ſeq. *Ad hoc autem cogno-*
D *ſcendum utrum ſit impedimentum perpetuum uel non, eccleſia tempus determinatum adhibuit in quo huius rei poſſet eſſe exprimentum, ſcilicet, trienniũ. Quod ſi poſt triennium in quo fideliter ex utraque parte dederunt operã copulae carnali implendae inueniatur matrimonium non eſſe conſummatum, indicio eccleſiae diſſoluitur: & tamen in hoc quandoque eccleſia errat. quia per triennium quandoque non ſufficienter experiri poteſt perpetuitas impotentiae. Vnde eccleſia ſi ſe deceptam inueniat per*

hoc

hoc quòd ille in quo erat impedimentũ inuenitur carnalem copulam cum alia vel cum eadem perfeciſſe, reintegrat matrimonium præcedens, & dirimit ſecundum, quamuis de eius licentia ſit factum.

AD primum ergo dicendum, quod quamuis actus carnalis copulæ non ſit de eſſentia matrimonij, tamen ſequitur ad hoc quod eſt de eius eſſentia: quia per matrimonium datur vtrique coniugum poteſtas in corpore alterius reſpectu carnalis copulæ.

AD ſecundum dicendum, quòd caliditas ſuperflua vix poteſt eſſe impedimentum: ſi tamen inueniretur quod per triennium impediret carnalem copulã, iudicaretur perpetuum: tamen quia frigiditas magis & frequentius impedit, tollit enim non ſolum commixtionem ſeminum, ſed etiam uigorem membrorum, quo fit coniunctio corporum: ideo frigiditas magis hic ponitur impedimentum quam caliditas, cum omnis defectus naturalis ad frigiditatem reducatur.

AD tertium dicendum, quod ſenes quamuis non habeant caliditatem ſufficientem ad generandum, tamen habent caliditatem ſufficientem ad carnalem copulam: & ideo conceditur eis matrimonium ſecundum quòd eſt in remedium, quamuis non competat eis ſecundum quod eſt officium naturæ.

AD quartum dicendum, quod in quolibet contractu hoc uniuerſaliter tenetur, ꝙ ille qui eſt impotens ad ſoluendum aliquid, non reputatur idoneus ad contractum illum quo ſe obligat ad eius ſolutionem: tamen non poteſt impotens eſſe tripliciter. Vno modo, quia non poteſt ſoluere de iure, & ſic talis impotentia omnibus modis facit contractum eſſe nullum, ſiue ſciat ille cum quo facit talem contractum, hanc impotentiam, ſiue non. Alio modo quia non ſit ſoluendo de facto, & tunc ſi ſciat ille cum quo cantrahit hanc impotentiam, & nihilo minus contrahit, oſtenditur ꝙ aliũ ſi- A *nem ex contractu quærit: et ideo contractus ſtat. Si autem neſcit, tunc contractus nullus eſt: & ideo frigiditas quæ cauſat talem impotentiam, ut homo nõ poſſit de facto ſoluere debitum, & conditio ſeruitutis per quam non poteſt homo de facto liberè reddere, impediunt matrimonium quando alter coniugũ ignorat hoc, quod alius non poteſt reddere debitum: impedimentum autem per ꝙ quis non poteſt de iure reddere debitum, ut conſanguinitas, annullat con-* B *tractum matrimonium, ſiue faciat alter coniugum, ſiue non: & propter hoc magiſter ponit, quod hæc duo faciunt perſonas non omnino illegitimas.* In 4. ſé. diſt. 34.

AD quintum dicendum, quod non poteſt eſſe perpetuum impedimentum naturale uiro reſpectu unius perſonæ & nõ reſpectu alterius: ſed ſi non poſſit implere carnalem actum cum uirgine, & poſſit cum corrupta, tunc medicinaliter aliquo inſtrumento poſſunt clauſtra pudoris frangi, & ei coniungi, nec eſſet hoc C *contra naturam, quia non fieret ad delectationem, ſed ad medicamentum: abominatio autem mulieri non eſt cauſa naturalis, ſed cauſa accidentalis extrinſeca: & ideo de ea eſt iudicium idem quod de maleficio, de quo poſt dicetur.* Arti. ſequenti.

AD ſextum dicendum, quòd mas eſt agens in generatione, ſed fœmina eſt patiens: & ideò maior caliditas requiritur in mari quam in fœmina ad opus generationis. Vnde frigiditas facit impedimentum in uiro, ſed in mulie- D *re poteſt eſſe impedimentum naturale ex alia cauſa, ſcilicet, arctatione: et tũc idem eſt iudicium de arctatione mulieris, & frigiditate uiri.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Impotentia naturalis coeundi tollit matrimoniũ, ſi hæc impotentia fuerit perpetua: ſi autem fuerit temporalis, non tollit matrimoniũ. Itaq; ex parte eius qui habet tale impedimẽtum per-

perpetuo manet abſque ſpe coniugii; alius nubat cui vult in domino. Ratio huius cõcluſionis eſt. Nam matrimonium eſt cõtractus quidam in quo unus alteri obligatur ad ſoluendum debitum, ergo ſicut in aliis contractibus non põt aliquis ſe obligare ad id quod non poteſt dare, uel facere; ita etiam nec in matrimonio.

¶ Secunda concluſio. Si non conſtat de qualitate impotentiæ, datur ab eccleſia trięnium, vt experiantur ſuam potentiam: & ſi poſt triennium, in quo fideliter ex vtraque parte dederunt operam copulæ carnali matrimonium non eſt cõſummatum, iudicio eccleſiæ diſſoluitur.

¶ Tertia concluſio. Si poſt ſeparationem matrimonii aliquis reperiatᷓ habilis ad matrimonium debet redire ad primum matrimonium, diſſoluto ſecundo.

¶ Quarta cõcluſio in ſolutione ad quintum. Non poteſt eſſe perpetuum impedimẽtum naturale uiro reſpectu vnius perſonæ, & non reſpectu alterius.

¶ Prima concluſio. D. Thom. habetur cap. 3. de frigidis, & maleficiatis, & capit. ex literis, eodem titulo. Secunda uero habetur in c. fi. eodem titulo. Tertia in cap. fraternitas, eodem titulo, in quo etiam uidetur determinari quarta.

¶ De hac materia præcipuè huius ar diſputãt Doctores in 4 diſt. 34. & Doctores ſcholaſtici ibidem. Magiſter Sotus in eadę diſtin. quæſt. 1. artic. 2. Syluest. verb matrimonium. 8. quæſt. 15. Iuriſperiti diſputant in titul. de frigidis, & maleficiatis. Nauar. in Manuali. cap. 22. nu. 59. & 60.

¶ Circa iſtum articulum ante omnia eſt ſupponendũ quid ſit frigiditas, & impotentia coeundi. Potentia coeundi eſt potentia ad copulam carnalem: & ita per cõtrarium impotẽtia coeundi eſt impotentia ad copulam carnalem, ut dicunt omnes Doctores ſupra citati, præcipuè Syluester. Hæc aũt impotentia coeundi duplex eſt, alia perfecta, alia uero imperfecta, ſicut etiã ipſa potentia coeundi eſt duplex, perfecta, videlicet, & imperfecta. Impotentia perfecta eſt, quando aliquis nullo modo poteſt habere copulam, ſcilicet, nec ſeminando intra uas, nec erigendo membrum, ſed non ſeminando. Alia uero eſt imperfecta quando licet quis nõ poſſit ſeminare intra vas poteſt tamen erigere membrũ, & ita licet nõ poſſit

A habere integram copulam, poteſt tamẽ habere aliquid illius. Secundo ſupponendum eſt, quod non eſt idem impotentia coeundi, & impotentia generandi: Nã, vt dictum eſt, impotentia coeũdi eſt impotẽtia ad copulã carnalẽ: impotentia vero generãdi eſt impotentia non ad copulam, ſed ad generationem, & ita aliqui habent potentiam cõeundi qui non habent potentiam generandi, quia ſemen eorum eſt ſterile, ut patet eunuchis, & idem poſſet dici de ſenibus.

¶ Tertio ſupponendum eſt quòd, vt docet D. Thom. impotentia coeundi adhuc eſt

B duplex. Vna naturalis quæ prouenit à cauſa naturali, videlicet, quando quis propter defectum caloris naturalis non poteſt ſeminare, uel quando quis propter defectum ætatis non poteſt etiam ſeminare: altera eſt accidentalis, & extrinſeca: quando prouenit à maleficio, uel propter abſciſſionem membri (de qua agit D. Thom. artic. ſequenti) in hoc vero agit de impotentia naturali veluti intrinſeca, quæ vocatur frigiditas, quia communiter prouenit ex defectu caloris naturalis. Quarto ſupponenpum eſt, quòd hæc impotentia natnralis

C etiam eſt duplex: una perpetua, & altera temporalis. Perpetua eſt illa quæ per nullam attem poteſt tolli abſq; periculo mortis: dixi per artem, quia quamuis poſſit tolli per diabolum, vel artem magicam, uel per miraculum: nihilominus tamen dicitur perpetua. Nam in iure quòd non poteſt fieri ſine miraculo, cenſetur incurabile, vt colligitur ex Innocentio III. cap. fraternitatis. de frigidis, & maleficiatis. Dixi etiam niſi cum periculo mortis: quia ſi eſſet aliqua mulier ita clauſa, ut non poſſet aperiri niſi cum periculo mortis, cenſetur

D non poſſe aperiri. Temporalis uero impotentia ſeu frigiditas eſt illa, quæ poteſt tolli arte humana ſine periculo mortis. Vltimo ſupponendum eſt, quod duplex eſt impotentia naturalis: una reſpectu omnium perſonarum, & tam reſpectu virginis quam reſpectu corruptæ, & denique reſpectu omnium mulierũ: alia vero eſt impotentia naturalis reſpectu alicuius particularis perſonæ, ut v. g. ſi aliquis poſſit habere rem cum mulierem corrupta, non tamen cũ integra, & de iis omnibus dicẽdũ eſt in præſentia.

c. fraternitatis, de frigidis & maleficiatis.

¶ Eſt igitur grauiſſima difficultas an omnis frigiditas, & impotentia naturalis tollat

matri-

matrimonium. Et videtur vera pars negatiua. Primo. Si aliqua ratione impotentia naturalis tolleret matrimoniũ, maxime quia ut dicit D. Thom. in articulo ex contractu matrimoniali oritur obligatio ad copulam carnalem: ille vero qui habet impotentiam coeundi huic obligationi ſtare non poteſt: hæc autem ratio non omnino conuincit, ergo. Minor probatur, Nam vt conſtat quilibet poteſt cedere iuri ſuo, ergo ſaltem ſi ipſi velint contrahere non obſtante illa impotentia, ualidum erit matrimonium, imo uidentur cedere iuri ſuo ſi contrahant ſcientes impotentiam.

¶Secundo. Si impotentia coeundi tollit matrimonium, ſequitur quod impotentia generandi etiam tollat matrimonium: conſequens autẽ eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Impotẽtia coeundi ideo tolleret matrimonium quoniã ipſum matrimonium ex natura ſua ordinatur ad actum matrimonialẽ, ſed etiam ipſum matrimonium ordinatur ad generationem (imo potiſſimus matrimonii finis eſt generatio & conſeruatio ſpeciei) ergo ſi nõ eſt potentia generandi nõ poterit ſtare matrimonium. Falſitas conſequentis conſtat manifeſtè ex uſu Eccleſiæ multi enim contrahunt in Eccleſia qui non habent potentiam generandi, ut patet de coniugio ſenum quod quidam coniugum admittitur in Eccleſia. ¶ Tertio arguitur. Spadones poſſunt cõtrahere matrimonium, ut cõſtat ex vſu Eccleſiæ, tamen ſpadones non habet potentiam coeundi, ergò impotentia coeundi non tollit matrimonium. Conſequentia eſt optima, Minor probatur. Iſti non habent reuera potentiam ad ſeminandum niſi imperfectiſſimam, ergo non habent potentiam coeundi, nam ut poſtea dicemus potentia coeundi eſt potentia ad copulam cum ſeminatione, ut dicitur expreſſè in iure canonico. ¶ Quarto arguitur. Sit caſus ꝙ aliquis habeat potentiam coeundi imperfectam, taliter quòd poteſt erigere membrum, & penetrare vas, non tamen poteſt ſeminare taliter, quod hæc impotentia ſeminandi ſit perpetua. Iſta impotentia perpetua coeundi non tollit matrimonium, ergo non omnis impotentia coeundi tollit matrimonium. Conſequentia eſt bona: antecedens uero probatur. Nam quamuis in tali matrimonio nõ

A ſaluetur primarius finis matrimonii, ſaluatur tamen ſecundarius finis matrimonii qui eſt uitatio fornicationis ꝓpriæ, & vxoris, ergo cum tali impotentia validum erit matrimonium. Confirmatur argumentum de ſenibus, qui habent impotentiam ſeminandi, & generandi: tamẽ eorum matrimonia ualida ſunt ut cõſtat ex vſu eccleſiæ, ergo. ¶ Quinto arguitur. Si impotentia perpetua coeundi tollit matrimonium, ſequitur quod ſi aliquis ſit impotens ad unam, ſcilicet, ad uirginem, non uero ad aliam, ſcilicet, ad corruptam: quod matrimoniũ cum

B illa ad quam eſt impotens ſit inualidũ: conſequens autem eſt contra doctrinam Diui Thom. in vltima concluſione, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur, iſte habet naturalem impotentiam perpetuam in ordine ad iſtam, ergo hæc impotentia tollit matrimonium. ¶ Sexto arguitur. Si impotentia coeundi tollit matrimonium, ſequitur quòd ſi illa impotentia coeundi ſuperueniat ipſi matrimonio deſtruat ipſum matrimoniũ: conſequens aũt eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Falſitas cõſequentis probatur. Matrimoniũ eſt omnino indiſſo-

C lubile ſaltem per cauſas naturales, ergo. Sequela vero probatur. Nam matrimonium à principio nõ põt ſtare cũ tali impotẽtia ergo, nec poſtea poterit cõſeruari cum illa.

¶Septimo arguitur. Si impotẽtia coeundi tollit matrimonium, ſequitur quod iure naturali illud tollat: conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Nam ut dicit D. Tho. talis impotẽtia tollit matrimonium, quoniã nemo poteſt ſe obligare ad illud quod præſtare non poteſt: hoc autem iure naturali habet verũ, ergo matrimonium cum tali impedimento

D iure naturali eſt inualidũ. Falſitas cõſequẽtis, conſtat nã D. Tho. nunquam dicit quod talis impotentia dirimat matrimonium iure naturali. In oppoſitũ eſt doctrina Diui Tho. in hoc artic. qui aſſerit quod impotẽtia coeũdi, & frigiditas tollit matrimoniũ.

¶ Et vt à clarioribus incipiamus prima concluſio ſit. Impotentia naturalis coeundi perfecta, & perpetua, tollit omnino matrimonium, ſiue illa impotentia teneat ſe ex parte viri ſiue ex parte fœminæ. Ponamus exemplum ex parte uiri. Quãdo uir nullo modo poteſt penetrare vas nec ſeminando nec non ſeminãdo, nec poteſt habere ullũ

actum

actum coniugalem. Et hæc concluſio intel ligitur ſiue talis impotentia ſit cognita ſiue ignorata. Hanc concluſionem docet D. Tho.expreſſe in hoc articulo, & illam docent omnes ſcholaſtici in d. citata, & omnes ſupra citati nullo excepto. & D. Antoni.3.par. tit. 1. c. 12. Et probatur primo ex iure. Nam ita determinatur in toto titulo, de frigidis & maleficiatis, præcipuè in cap. quòd ſedem. vbi dicitur. Sicut puer qui nõ poteſt reddere debitum non eſt aptus coniugio, ſic qui impotẽtes ſunt minimè apti ad contrahenda matrimonia reputãtur. Et loquitur textus de impotentibus abſolutè. Et in c. ex literis hoc expreſſe determinatur, & idem in cap. conſultationi ergo. Secundo probatur concluſio, ratione D.Th. Nam in cõtractu matrimonii eſt obligatio ad reddendum debitum, & traditur ius ad copulam carnalem, ita vt ſine hoc conſtare non poſſit matrimonium, vt iam ſupra dictum eſt: ſed qui habet iſtam perpetuam impotentiam coeundi non poteſt ſe obligare ad copulam carnalẽ, nec tradere ius ad illam: quia nemo tenetur ad impoſſibile: ergo tale matrimonium nullum eſt. Confirmatur argumentum. Nam ut conſtat ex ſupradictis, in contractu matrimonij eſt translatio dominii corporum ad vſus matrimoniales: ergo ſicut in aliis contractibus, quando non eſt translatio dominii, vel eſt inutile dominium ad talem vſum, contractus eſt inualidus: ergo etiam in matrimonio. Tertio probatur. Quando materia contractus non eſt idonea ad proximum finem ad quem ordinatur, talis contractus eſt nullus, vt conſtat ex materia de cõtractibus: ſed quando impotẽtia eſt perpetua, & naturalis corpus illud non eſt apta materia contractus matrimonialis: ergo contractus talis eſt nullus. Vltimo probatur. In matrimonio debet eſſe æqualis conditio ex vtraque parte, tantum enim debet accipere quantum tribuit, ſicut in omnibus aliis contractibus iuſtitiæ: ſed quando ex una parte eſt impotentia, altera pars nihil accipit: ergo contractus erit nullus. Itaq; conſiderandum eſt, quod cum matrimonium ordinetur ad duplicem finem, ſcilicet, ad vſum matrimonii, qui eſt finis proximus, & ad prolẽ, qui eſt finis vltimus, ſicut ignis mediante calefactione introducit formam ignis, & ita immediate ordinatur ad ca-

In toto tit. de frigidis, & maleficiatis. præcipuè. c quòd ſedē. c. ex literis.& c.conſultationi.

A lefactionem, & mediate, & vltimate ad formam ignis: ſi nullo modo poteſt eſſe vſus matrimonii nullo modo erit ualidum ipſum matrimonium. Et hac ratione in matrimonio requiritur diuerſitas ſexuum propter vſum ipſum matrimonii, aliàs enim fruſtra eſſet talis diuerſitas in illo.

¶ Ex hac concluſione ſequitur, quòd falſa eſt ſententia Paluda in 4.diſt.43. quæſt. 2.& Diui Antonini in tertia parte, tit.primo. capit. 12. §.tertio. Iſti enim authores aſſerunt, quòd quando potens matrimonium contrahit cum impotente ſciens im-
B potentem eſſe, non poteſt ſe ſeparare ab illo contra eius voluntatem: eo quòd eſt verum matrimonium, & ſibi debet imputare contrahens cum impotente. Hæc inquam ſententia falſa eſt: quoniam fundamentum eorum falſum eſt. Nam ut cõſtat ex dictis talis impotentia perpetua, eſt impedimẽtum impediens & dirimens, & hoc aſſeritur expreſſè in capit. primo. & tertio. de frigidis & maleficiatis, & hoc conuincunt rationes adductæ pro concluſione. Et hanc ſententiam tenet Sylueſter verbo, matrimonium. 8. quæſtione 16. §. quinto.
C quamuis in eadem quæſtione videatur dicere oppoſitum. Et idem tenet Nauarro in Manuali, cap. 22. numero 60. Ex quo ſub infertur, quod is qui ſcit hoc impedimentum, non poteſt vti tali matrimonio ad delectationem carnalem: quamuis illi tanquã frater & ſoror conuenire poſſint, ut ſenſit Cæleſtinus, & eius gloſſa in c. laudabilem de frigidis & maleficiatis.

c. 1.& 3. de frigidis, & maleficiatis.

¶ Secunda concluſio. Quando impotentia naturalis eſt temporalis, & eſt ſcita non tollit matrimonium, ſiue impotentia ſe teneat ex parte viri ſiue ex parte fœminæ.
D Hæc concluſio eſt expreſſa Diui Thomæ hic & eam tenent oẽs Theoniſtæ & Theologi in locis ſupra citatis: & illam etiã tenent omnes Iuriſperiti, & alii citati in principio. Et probatur primo ex iure. Nam ita diffinitur ab Innocentio III. in c. fraternitatis, de frigidis & maleficiatis: ergo talis impotentia non tollit matrimonium. Secundo probatur ratione. Ex contractu matrimoniali obligantur coniuges ad reddendum debitum præcepto affirmatiuo, vt conſtat, vel ſaltem tale præceptum habet modũ præcepti affirmatiui: ſed præcepto affirmatiuo non tenetur homo ad ſemper, & pro

c. frater nitatis, de frigidis, & maleficiatis.

& pro ſemper, ſed pro ſuo tempore: ergo quamuis modo non poſſit reddere debitũ, ſi tamẽ poſtea poterit ſatis eſt ad hoc, ꝙ contractus ſit validus. Vnde impuberes poſſunt contrahere quamuis eo tempore non ſint apti ad ſoluendum debitum: ſi tamen poſtea poterunt ſoluere, & idem eſt de infirmis, & de illis a quibus poteſt auferri impedimentum per artem magicam. Quando verò ſit impotentia temporalis, quando perpetua, dictum eſt in quarto fundamento huius articuli. Et aliqua alia quæ ad hãc concluſionem pertinent in dubiis ſequentibus declarabuntur.

¶ Dixi in concluſione iſta, ſi talis impotentia eſt ſcita: nam ſi eſt ignorata, dubium eſt, an matrimonium ſit validum. In qua difficultate aliqui moderni Theologi cum Magiſtro Soto in dict. citata quęſtione vnica articu. 2. poſt medium docent, quòd ſi illa impotentia temporalis fuit ignorata, tollit matrimonium ad iſtum ſenſum, ꝙ poſtea comperta veritate impotẽtiæ ſi illa pars quæ ignorauit nolit permanere non eſt cogenda, ſed manet libera: ſi autem velit permanere validum eſt matrimonium: quia iam cenſetur omnino voluntaria, & aliunde non eſt impedimentum dirimẽs: quia tñ eſt impotentia temporalis. Hæc ſententia probari poteſt ex doctrina Diui Thom. ſupra quæſtione 52. articu. primo. & in hoc articulo ad quartum. In quib. locis Diuus Tho. comparat ſeruitutem cum naturali impotentia: ſed ſeruitus ignorata tollit matrimonium nõ verò ſcita: ergo ſimiliter impotẽtia iſta temporalis ſi ignoretur tollit matrimonium. Minor conſtat ex ſupradictis in loco immediate citato. Et hæc ſententia non uidetur omnino improbabilis. Cæterum mihi probabilius videtur quòd illa impotentia temporalis ſiue ignoretur ſiue ſciatur, nõ tollit matrimonium. Ratio eſt. Nam illa de ſe non tollit matrimonium iure naturali, vt infra dicemus, & nullum inuenitur ius in quo determinet, quòd ſi ignoratur annulliet matrimonium: ergo talis impotentia nullo modo annullat matrimonium. Minor conſtat ex toto titulo de frigidis & maleficiatis, & ex aliis locis, nec aliquis Doctor adducit aliquem textum ad hoc propoſitum. Confirmatur argumentum. Nam iſta iura, quæ conſtituunt impedimẽta matrimonii ſunt odio-

A ſa: ergo, ſi non reperiatur aliquod ius conſtituens impedimentum non eſt aſſerendum: hic autem non reperitur, ut iam diximus: ergo.

¶ Quibus poſitis reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio, in quibus explicabuntur omnia quæ pertinẽt ad iſtam materiam. Ad primum argumentum eſt primum dubium, vtrum contrahentes poſſint cedere iuri ſuo quando ſciunt impotentiam coeundi naturalem, & perpetuam. Itaque dubium eſt, an illi poſſint ex uoluntate ſua contrahere quamuis ſciant impo-
B tentiam. Et ratio dubitandi a parte affirmatiua deſumitur ex illo argumento. Nam in omnibus aliis quilibet poteſt pro ſua uoluntate cedere iuri ſuo: ergo etiam poteſt cedere in hoc.

¶ His non obſtantibus ſit concluſio. Contrahentes in hoc non poſſunt cedere iuri ſuo. Hanc concluſionẽ docent omnes ſcholaſtici. Et probatur tali ratione. Nam matrimonium non ordinatur ſolum ad bonum contrahentium, ſed in bonum naturæ, & totius ſpeciei, vt iam ſupra dictum eſt: ergo contrahentes non poſſunt cedere
C iuri ſuo in iis, quæ ſpectant ad ſubſtantiam matrimonii. Confirmatur argumentum & explicatur. Nam ſi cederent iuri ſuo in iis, quæ ſpectant ad ſubſtantiam matrimonii non ſolum cederent iuri ſuo, ſed ẽt iuri ꝙ habet ipſa natura, & ſpecies ad cuius bonũ ordinatur ipſum matrimonium: ſed homo particularis non poteſt cedere iuri, quod habet tota ipſa natura: ergo nec poteſt iuri ſuo cedere. Explicatur ſimili optimo. Ille qui eſt pars alicuius communitatis, & infamatus eſt iniuſtè ab aliquo, non poteſt cedere iuri ſuo: quoniam illa fama non ſo-
D lum ordinatur ad bonum ſuum, ſed ad bonum communitatis: ergo ſimiliter in noſtro propoſito contrahentes in his quę ſpectant ad matrimonium non poterunt cedere iuri ſuo, quoniam matrimonium ordinatur non ſolum ad bonum ipſorum, ſed ad bonum totius naturæ. Secundo probatur concluſio. Non poteſt vir cedere iuri ſuo in eo quòd mulier violet fidem: nam quãtumcunque ipſe velit ſemper erit iniuſtitia. Item non poteſt cedere iuri ſuo quantum ad diſſolutionẽ matrimonii: & ita matrimonium non poteſt diſſolui ex uoluntate vtriuſque contrahentis: ergo nec poſſũt

con-

contrahentes cedere iuri ſuo noſtro propoſito. Vltimo probatur cõcluſio ratione prima adducta pro prima concluſione dubii principalis,quę hanc concluſionem euidenter probat.Vnde ad rationem dubitandi reſpõdetur, ꝙ quilibet poteſt cedere iuri ſuo quando ordinatur ſolum in bonum ipſius: cæterùm quando ordinatur in bonum cõmune non poteſt cedere iuri ſuo : nam illud ius quodammodo eſt alterius, cum ordinatur in bonum illius. Et per hoc reſpondetur ad primum argumentum dubii principalis.

¶ Ad ſecundum argumẽtum dubii principalis eſt ſecundum dubium,an impotentia generandi tollat matrimonium.Et videtur vera pars affirmatiua huius dubii.

¶Primò arguitur argumẽto illo ſecundo. Nam ſicut matrimonium ordinatur ad actum matrimonialem, ita ordinatur ad generationẽ (imo eſt potiſſimus finis illius) ſed quando non poteſt eſſe actus matrimonialis non eſt matrimonium: ergo impotẽtia generandi ſimiliter tollit ipſum matrimonium,ſicut impotentia coeundi.

¶ Secundo arguitur, & confirmatur argumentum præcedens:nam actus ipſe matrimonialis ordinatur tanquam ad finem ad ipſam generationem : e.go ſi reuera eſt impotentia generandi deficiet finis actus matrimonialis, ac ſubinde matrimonium ipſum nullum erit.

¶ Vltimò arguitur. Si aliqua rõne matrimonium eſt validum in iſto caſu, maximè:quia ille actus matrimonialis eſt in remedium concupiſcentiæ : hæc autem ratio nulla eſt:ergo. Conſequentia eſt bona,maior eſt manifeſta, minor probatur : Nam aliàs matrimonia ſpadonum eſſent valida, quod eſt falſum, ut demonſtrabitur infra : nam poſſunt habere actum matrimonialem in remedium concupiſcentiæ.

¶ His non obſtantibus ſit concluſio.Impotentia generãdi non tollit matrimoniũ. In hac concluſione conueniunt omnes Doctores ſupra citati, imo omnes nullo excepto. Et probatur cõcluſio primò ex ſacris literis. Nam inter Abraham & Saram fuit verum matrimonium,cum tamen ex ſacra Scriptura conſtet,quòd Sara fuit ſterilis,& non poterat generare. Item inter parentes Ioãnis Baptiſtæ fuit verum matrimoniũ, tñ Eliſabeth erat ſterilis, vt patet Lucæ 1.

A ergo impotentia generandi non tollit matrimonium.Secundò probatur. Nã vt conſtat ex traditione vniuerſali Eccleſiæ matrimonia ſenum ſunt ualida, tñ ſenes habent impotentiam generandi,vt manifeſtè conſtat, ergo impotentia generãdi nõ tollit matrimonium. Tertiò probatur. Quãuis non habeant potentiam generandi,contrahentes poſſunt verè tradere dominium ſui corporis, & ſe obligare ad actus matrimoniales:nam poſſunt habere illos actus, vt ſupponimus,ergo ſine potentia generandi poteſt eſſe validũ matrimonium.Quar-

B tò. Finis præcepti vel artis non cadit ſub præcepto, ſed finis matrimonii eſt proles, ergo nõ cadit ſub præcepto, ac ſubinde q̃uis nõ poſſint generare erit verum matrimonium. Confirmatur argumentũ. Nam licet nõ maneat in illo caſu finis matrimonii qui eſt proles, manet tamen alius finis matrimonii:nam eſt in remedium concupiſcentiæ,ergo quamuis ſit impotentia generandi validum erit matrimonium.

¶Quibus poſitis rñdetur ad argumenta facta in principio. Ad primum argm̃ rñdetur,ꝙ in iſto caſu quamuis non poſſit eſſe finis vltimus matrimonii, & principalis,

C ſcilicet,generatio prolis, tamen poteſt eſſe alius finis,videlicet,remedium cõcupiſcentiæ, & ſine generatione poteſt eſſe verã traditio corporum, & obligatio ad reddendum debitum.

¶ Ad ſecũdum argumentũ reſpondetur ex iam dictis in præcedenti ſolutione.

¶ Ad vltimum argm̃ dicendum eſt infra cum diſputabitur de matrimonio ſpadonum in ſequenti dubio. Et ex dictis in hoc dubio reſpondetur ad ſecundum argumentum dubii principalis.

D ¶ Ad tertium argm̃ dubii principalis eſt dubium tertium de matrimonio ſpadonum, an ſit validum. Et videtur vera pars affirmatiua. Primò arguitur argumento tertio facto in dubio principali ex vſu Eccleſiæ, in qua permittitur matrimonium ſpadonum : tamen ſi tale matrimonium eſſet inualidum eſſet maximus error in ipſa Eccleſia: ergo tale matrimonium eſt validum.

¶ Secundò arguitur. Quia ut conſtat ex definitis in dubio præcedenti matrimoniũ eſt ualidum etiam ſi ſit impotẽtia generandi,quoniã eſt potentia coeundi & ſeminandi

di quæ ſufficit ad hoc quod matrimonium ſit ualidum: ſed ſpadones habent potentiã coeundi, & ſeminandi quãuis non habeant potentiã generandi, ergo ſpadones poſſunt contrahere matrimonium. Minor conſtat, quoniam ita communiter dicitur tanquam certum.

¶ Tertiò arguitur. Vt poſtea dicemus matrimonium ſenum ualidum eſt etiam ſi non habeant potentiam generandi, quoniam habent potentiam coeundi licet ſemen eorum ſit ſterile: ſed etiam ſpadones habent potentiam coeundi quamuis non habeant potentiam generandi, & ſemen eorum ſit ſterile, ergo matrimonium ſpadonum validum eſt.

¶ Quartò arguitur. Aliquid dicunt qđ ſenes, & alii qui poſſunt erigere membrum, & penetrare vas etiam ſi non poſſit ſeminare contrahunt verè matrimonium, quoniam ille actus eſt in remedium concupiſcentiæ: ſed ſpadones poſſunt erigere membrum, & penetrare uas, ergo etiam ſi non poſſint ſeminare, uel eorum ſemen ſit inutile, & ſterile ualidum erit matrimonium.

IN hac difficultate multi viri docti exiſtimant quòd matrimonia ſpadonum ualida ſunt. Ita tenet Syluester, verbo matrimonium. 8. quæſt. 15. dicto, 7. imo ſignificat quod eſt verum matrimonium etiam ſi non ſeminent ſi poſſunt erigere membrũ & penetrare vas. Et idem tenent multi alii authores ſi poſſunt penetrare vas, & ſeminare. Vide plures authores qui citantur à Syluestro ibidem. Alii uero dicunt, quod ſpadones ſunt in duplici differentia. Quidam ſunt penitus abſciſſi quin non habent potentiam generandi nec coeundi, & matrimonium inter iſtos eſt inualidũ: alii uero ſunt qui non ſunt penitus abſciſſi qui habent potentiã coeundi licet non generandi, & matrimonium iſtorum validum eſt: & adducunt pro hac ſententia c. conſultationi, & c. laudabilem. de frigidi, & maleficiatis. Aduertunt tamen iſti Doctores, ꝙ ſi mulier ignoret hũc defectum, & contrahat ſtando in iure naturali, tale matrimonium non eſt inualidum: nam perſonæ nõ ſunt inhabiles. Cæterum ſtando in iure poſitiuo ſi illa nolit, matrimonium nullum eſt ut diffinitur in ipſis capitulis citatis, ubi dicitur, quod ſi mulier dicat ſe uel-

A le eſſe matrem, & uir id præſtare nõ poſſit, matrimonium eſt nullum Et ita D. Tho. in hoc articul. ad 4. comparat iſtum defectum cum ſeruitute: nam ſicut ſeruitus nõ tollit matrimonium iure naturali etiam ſi ignoretur, tollit tamẽ iure poſitiuo ſi ignoretur: ita mulier ſi contrahat cum ſpadone ignorante ipſa illum defectum inualidum eſt matrimonium iure poſitiuo. Alii uero alia multa dicunt, & diſtingunt de ſpadonibus, caſtratis, & eunuchis.

¶ In huius tamen expoſitionem ſit concluſio. Matrimonia cõtracta per eunuchos, uel ſpadones, utroque teſte carentes cũ qui-
B buſcunque mulieribus ſiue ſcientibus ſiue ignorantibus, inualida ſunt & nulla: præcipuè poſt determinationem Sixti Quinti. Dixi in cõcluſione vtroque teſte carentes: nam ſi ſolum careant vno teſte validum eſt matrimonium, ut determinat Syluest. ubi ſupra, & omnes authores: nam iſti non ſolum habent potentiam coeundi verũ etiã aliquando generandi. Item nam ſi non carent vtroque teſte, ſed ſolum habent partes illas obtritas quodammodo, ita vt generare nequeant: poſſunt tamen omnia alia efficere, ualidum eſt matrimoniũ. Hanc concluſionem ſic explicatam tenent gra-
C uiſſimi authores, Magiſt. Sotus diſt. 34. quæſt. v. arti. 2. idem tenet Panormi. in ca. quod ſemel de frigidis, & maleficiatis. Et Syluester ẽt loco citato videtur inclinare in hanc ſententiã, & pro hac ſentẽtia refert quam plures authores. Vide illos ibidem. Et hæc ſententia probatur primo ex determinatione Sixti Quinti in quadam bulla quæ incipit, Sixtus Papa Quintus, & ab ipſo emanauit Anno 1587. die 27. Iunii, in qua ita dicit. Committimus fraternitati tuæ, & mandamus, ut coniugia per dictos, & alios quoſcunque eunu-
D chos, & ſpadones utroque teſte carentes, cum quibuſlibet mulieribus defectum prædictum ſiue ignorantibus, ſiue etiam ſcientibus contrahi prohibeas: eoſq; ad matrimonia qnomodocunq; contrahenda inhabiles authoritate noſtra declares, & tam locorum ordinariis ne huiuſmodi coniunctiones de cætero fieri quoquo modo permittant, interdicas: quam eos etiam qui ſic de facto contraxerint ſeparari cures, & matrimonia ipſa ſic de facto contracta, nulla, irrita, & inualida eſſe decernas. Eos etiã qui

ſic iam

ſic iam de facto contraxerunt, ſi apparet illos non vt caſtè ſimul viuant contraxiſſe, ſed actibus carnalibus, & libidinoſis operam dare: ſimulve in vno eodemque lecto cum prædictis mulieribus dormire conuincitur omnino ſimiliter ſeparari cures. Quę quidem uerba diriguntur ad nuntium Hiſpaniarum, & ipſe nuntius ita præcepit, & declarauit authoritate apoſtolica dicens: talia matrimonia ſi deinceps celebrentur eſſe irrita & nulla, & declaat illos inhabiles ad contrahendum, & qui in prętеritum ſic iam cōtraxerant ſi quidem appareat non ut caſte ſimul viuant contraxiſſe, ſed actibus carnalibus & libidinoſis operam dare, &c. omnino ſeparentur, ergo. Secundo probatur concluſio ratione. Nam iſti eunuchi & ſpadones carentes vtroque teſte non poſſunt, ſeminare, ut aliqui dicunt, cum ſemen tranſeat per ipſos teſtes, uel ſi ſeminare poſſūt, eorum ſemen non eſt eiuſdem rationis cū ſemine aliorum, non enim eſt ſemel prolificum, ut aperte conſtat, ergo matrimonia illorum eunuchorum uel ſpadonum inualida ſunt. Probatur conſequentia. Nam ut dicemus dubio ſequenti, copula neceſſaria ad matrimonium eſt illa in qua eſt ſeminatio & commixtio ſeminum.

¶Ex dictis infertur, quòd iſti eunuchi ſeu ſpadones quamuis non poſſint ſe coniungere per verum matrimonium, ſed tamen quantum ad cohabitationem & communicationem officiorum domus, poſſunt ſe in totam vitam confœderare & obligare ut fœmina ſeruiat uiro, & uir alat fœminam, quæ quidem confœderatio non matrimonium, ſed quædam ſocietas ciuilis eſt Hoc determinatur in cap. conſultationi. & in cap. laudabilem de frigidis, ubi dicitur quòd vir habeat illam tanquam ſororem non tanquam uxorem, & idem determinatur in illa bulla Sixti Quinti. Vnde iſti nō poſſunt ſe laſciue amplexari aut oſculari, aut impudice tangere, nec aliquid facere quod non ſit licitum inter illos, qui nón ſunt coniuncti per uinculum matrimonii quoniam, ut diximus non eſt uerum matrimonium inter illos.

c. conſultationi. c. laudabilē. de frigidis & maleficiatis.

¶Quibus poſitis reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio. Ad primum argumentum, quod eſt tertium dubii principalis reſpondetur, quòd Eccleſia nunquam exiſtimauit eſſe certum quod iſti ſpa-

A dones utroque teſte carentes uerum contraherent matrimonium, ſemper enim de hac re fuerunt opiniones in Eccleſia ſicut de aliis rebus, & ita propter illam uarietatem opinionū permittebat huiuſmodi matrimonia, & ita nullus error erat in eccleſia ſicut permittit alia quæ fiunt in eccleſia ſecundum probabiles ſententias. Modo uero iam determinatū eſt a capite eccleſiæ quod non cōtrahunt uera matrimonia: & ita matrimonia horum non ſunt permittenda in eccleſia.

B ¶Ad ſecundū argumentum reſpondetur quòd etiam ſi non ſit potentia generandi ſi adeſt potentia coeundi, validum eſt matrimonium: & ita conceditur maior argumenti negatur uero minor. Nam ſpadones vtroque teſte carantes non habent potentiam coeundi: nam non poſſunt ſeminare, ut diximus in ſecunda probatione concluſionis: nam quamuis uideantur ſeminare, tamen ſemen eorum non eſt eiuſdem rationis cū ſemine aliorum, non enim eſt prolificum ex natura ſua.

C ¶Ad tertium argumentum reſpondetur quod matrimonia ſenum ualida ſunt, quoniam habent potentiā coeūdi, & poſſunt habere copulam cum ſeminatione, ut ſtatim dicemus, & ſemen eorum eſt eiuſdem rationis cum ſemine aliorum, quamuis ex accidenti non ſit prolificum propter frigiditatem accidentalem. Cæterum eunuchi & ſpadones iſti non poſſunt habere copulam cum ſeminatione, nam illud quod iſti ſpadones emittunt non eſt ſemen, & ex natura ſua eſt maxime ſterile, & non ex accidenti. Et ita diximus quod nō eſt eiuſdem rationis cum ſemine aliorum.

D ¶Ad quartum argumentū reſpondetur, quod non exiſtimo uerā illam ſententiam illorum doctorū quæ refertur in illo antecedenti, de quo dicemus ſtatim in dubio ſequenti. Secundo reſpondetur, quod etiā ſi illa ſententia eſſet vera, loquendo de ſpadonib. utroque teſte carente, iam non habet locum poſt determinationem Sixti V. qui reddit illos inhabiles ad contrahendum, & contractus ipſos irritos, & nullos decernit, Et ex dictis reſpondetur ad tertium argumentum dubii principalis.

¶Ad quartum argumentum dubii principalis eſt quartū dubiū, An illi qui habent potentiam coeundi imperfectam taliter, q poſſunt

poſſunt erigere membrum, & penetrare uas, non tamen ſeminare in perpetuum, poſſint matrimonium cõtrahere, taliter ꝙ ſit validum. Videtur vera pars affirmatiua huius dubij. Primò argumento quarto ibi facto. Nam quamuis in tali matrimonio non ſaluetur finis principalis matrimonii, qui eſt generatio prolis: ſaluatur tamen finis ſecundarius matrimonii qui eſt vitatio fornicationis propriæ, & vxoris, ergo validum erit matrimonium. Confirmatur argumentum. Nam vt ſupra diximus, matrimonium etiam eſt inſtitutum in remediũ concupiſcentiæ, ſed talis copula eſt reme- B dium concupiſceutiæ, vt manifeſtè conſtat, ergo cum tali impotentia validum erit matrimonium.

¶ Secundò arguitur. Ea potentia coeundi ſufficit ad contrahendum matrimoniũ, quæ ſufficit ad illius conſummationem: ſed per verã corporum commixtionem abſque ſeminatione ſufficienter matrimoniũ conſummatur, ergo potentia ad talem copulã erit ſufficiens ad contrahendum matrimonium. Conſequẽtia eſt bona, maior videtur manifeſta, minor vero probatur. Si vir accedat ad vxorem, & penetret clauſtra pudo- C ris abſque ſeminatione, verè conſummatur matrimonium, & talis non poteſt tranſire ad religionem, nec eccleſia permittit illum ad religiorem tranſire, ergo ſufficienter cõſummatur matrimonium per copulam illam carnalem abſque ſeminatione.

¶ Tertiò arguitur. In omnibus canonib. ſolum dicitur, ꝙ impotentia coeundi tollit matrimonium, vt conſtat ex toto titulo de frigidis & maleficiatis. & in c.requiſiſti.33. q.1. vbi dicitur, quòd quia per carnalem cõiunctionem non facti fuerãt vna caro, &c. ſed in præſenti non eſt impotentia coeun- D di, cum poſſint fieri vna caro, & conſummare matrimonium, quamuis ſit impotentia ſeminandi, ergo verè efficitur matrimonium in noſtro caſu.

c.requiſiſti. 33. q.1.

¶ Quartò arguitur. Inter ſteriles ſterilitate cognita, & inter ſenes poteſt eſſe verũ matrimonium, vt ſtatim dicemus: quoniã inter illos poteſt eſſe corporum commixtio, quamuis non poſſit eſſe generatio, imo aliquando nec ſeminatio, ergo ſimiliter in noſtro caſu poterit eſſe verum matrimonium, cum ſit potentia ad corporum commixtionem, licet, non ad ſe- A minationem, nec ad generationem.

¶ Vltimò arguitur. Aliàs ſequitur, quod ſi aliquis poſt matrimonium contractum, & validum, habeat iſtam impotentiam ſeminandi, quod non poſſit habere copulam cum ſua vxore, ſed quòd habere illam ſit mortale. Conſequens autem duriſſimum videtur: nam talis copula etiam ſine ſeminatione eſt in remedium concupiſcentiæ, ergo. Sequela probatur. Nam ſecundùm oppoſitam ſententiam illa copula, ſine ſeminatione non eſt copula matrimonialis, ergo non eſt licita.

B ¶ In hac difficuultate ſunt aliqui viri docti qui exiſtimãt, ꝙ in caſu noſtri dubii matrimoniũ non eſt inualidum propter iſtam impotentiam etiam cognitam, & præcipuè mouentur propter primum argm̃ factum. Hanc ſententiam tenet glo. in c. hi qui. 32. q.1. & Magiſt. Sotus citat Syluest. pro iſtã ſententia in diſt.34 q.1.artic.2. Et eandem ſententiam debet tenere Nauar. in Manua li.c.22.num.60. circa finem, vbi dicit, quod ille qui verè maritus eſt, & non poteſt habere copulam carnalem perfectam, quia nõ poteſt fundere ſemen, licitè poteſt niti, & C vti uxore ad habendam copulam carnalẽ, nam ex hoc videtur ſequi quod ualidum ſit matrimonium ſi ſit talis potentia ad copulam ſine ſeminatione, & pro hac ſententia citat Caiet. de quo in quæſtionibus ſequentib Et eandem ſententiam tenent modo aliqui moderni Theologi.

¶ Nihilominus ſit concluſio. In caſu noſtri dubii matrimonium eſt inualidum ꝑ impotentiam perpetuam naturalem ſeminandi. Et hoc exiſtimo certũ Hanc ſententiam tenet Palud. diſt.34 q.2.art.1.num.8. Syluest. verbo, matrimoniũ. 8. q.16. dicto 3. vbi dicit, hanc ſententiam eſſe cõem, & D pro ea citat Abbatem. Idẽ tenet Syluest. dicto 7. & hæc ſententia tribuitur Turrecrematę. c.1. 33. q.1. & hanc ſententiam ſequitur Magiſt. Sotus in 4. diſt.34. q.1.art.2. & cõmuniter diſcipuli D. Tho. & alii Theologi, & hoc docet acutè Panor. in ca quod ſedem. eodem tit. Et probatur primo. Impotentia perpetua ad copulam carnalem reddit nullum matrimonium, ut iam ſupra diffinitum eſt in dubio principali huius articuli: ſed hic eſt impotentia ad copulam carnalẽ, ergo reddit nullum matrimonium. Cõſequentia eſt bona, minor probatur. Nã in

iure actus venereus non cenſetur copula A carnalis ſine ſeminatione, & ita dicit Sylue ſter ſupra, quòd actus generationis non eſt commixtio corporum ſed ſeminum, vel te-nentium locum ſeminum. Vnde in c. 1. de frigidis & maleficiatis dicitur, non potuiſſe coire cum illa, quòd quidem vt ſupra diximus in quæſt. 55. ar. 3. ſignificat copulam cum commixtione ſeminum, aliquando di citur non potuiſſe commiſceri, ut in c. ex li c. ex lite teris, qui quidem terminus idem ſignificat, ris. c. lau & in c. laudabilem. dicitur, quod nunquam dabilē. per carnis copulam vna caro effecti fuiſſēt: ad hoc vero quòd efficiantur vna caro ne- B ceſſaria eſt commixtio ſeminum, ergo. Secundò. Nam vt dictum eſt ſupra in loco immediatè citato, nunquam contrahitur affinitas, niſi per copulam carnalem cum ſeminatione: nam per ſolam illam efficiun tur vna caro, ergo ſi ſit impotentia ad copulam carnalem, ſine ſeminatione, nullum eſt matrimonium, non enim poſſunt fieri vna caro, quod quidem eſt neceſſarium ad rationē matrimonij. Tertio. In dubio præcedenti diffinimus matrimonium ſpadonum, & eunuchorum qui carent vtroque teſte nullum eſſe, quia non poſſunt ſeminare, vel ſi poſſunt, ſemen eorum eſt alterius C rationis, ergo ad validitatem matrimonii neceſſarium eſt, quod ſit potentia ad copulam carnalem cum ſeminatione, & alias nullum erit matrimonium.

¶ Ad argumenta facta in principio reſpondetur. Ad primum argumentum quod eſt quartum dubii principalis reſpōdetur, quod ſecūdarius finis matrimonii, eſt vitatio fornicationis, quæ quidem fieri debet per copulam carnalem, & non per aliquod aliud medium, vt conſtat, in præſenti vero non poteſt eſſe copula carnalis, cum non D poſſit ſeminatio: nam in iure non cenſetur copula carnalis ſine ſeminatione, vt iam dictum eſt. Ad confirmationem reſpōdetur, quod ſine dubio matrimonium ordinatur in remedium concupiſcentiæ: ordinatur tamen mediāte copula carnali, quæ quidem copula carnalis eſt impoſſibilis in præſenti propter rationem iam dictam.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod vt ſupra dictum eſt, q. 55. art. 3. dubio 2. ad primum, copula carnalis, q̄ ſufficit ad conſummationem matrimonii, non ſufficit ad contrahendam affinitatem: nam ad conſummationem matrimonii ſufficit copula per quam aperitur clauſtrum pudoris etiā ſine ſeminatione propter detrimentum iam factum: ad affinitatem vero requiritur copula per quā efficiantur vna caro: q̄d quidē non fit ſine ſeminatione, pōtentia vero neceſſaria ad matrimoniū, vt validū ſit eſt potentia ad copulam carnalem cū ſeminatione, & nō ſufficit potentia ad copulam illam imperfectam ſine ſeminatione. Vnde ad argumentum negatur maior argumēti.

Ad tertium argumentum reſpondetur, quod verum eſt, quod in toto titulo de frigidis, & in loco citato, ſolum ponitur impedimentum dirimens matrimonium impotentia coeundi, & quando non poſſunt fieri una caro; cæterum vt iam diximus non eſt potentia coeundi, ut conſtat ex iure, ſi nō ſit potentia ſeminandi, & non fiunt vna caro niſi per commixtionem ſeminum.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur, quod ut dicemus ſtatim, inter ſenes & ſteriles poteſt eſſe matrimonium, quoniā reuera poſſunt habere copulam carnalem cum ſeminatione, quamuis non ſemper, aliquando tamen Quod ſi haberent impotentiam perpetuam ſeminandi, nullum eſſet matrimonium.

¶ Ad vltimum argumentum dicetur infra in q. 64. Pro nunc breuiter dicendum eſt, quod non eſt licitum accedere ad propriā vxorem per copulā carnalē in qua nō ſit ſeminatio. Et ex dictis reſponderi pōt ad quartum argumēntum dubii principalis.

¶ Ad confirmationem quarti argumenti dubii principalis poſſet eſſe dubium de ſenibus, an poſſint contrahere, taliter quod matrimonium ſit validum. Et ratio dubitandi a parte negatiua eſt. Nam aliquando non habent potentiam generandi, nec ſeminandi, ergo nullum eſt matrimonium, ſicut eſt nullum matrimonium ſpadonum & aliorum qui non habent potentiā ſeminandi. In oppoſitum eſt uſus eccleſiæ: nam matrimonia iſtorum ſenum permittuntur in eccleſia, ergo eorum matrimonium etiā cum illa impotentia erit validum. Confirmatur argumentum. Nam Dauid iam ſenex & iam impotens (ſiquidem non poterat calefieri etiam ſi operiretur veſtibus, vt dicitur 3. Reg. 1.) verè contraxit matrimo- 3. Reg. 1. nium cum Sunamitide, ergo ſenes poſſunt contrahere matrimonium.

IN

IN hac difficultate Doctores ſupracitati varia dicunt,quę omnia breuiter explicanda ſunt his duabus concluſionibus.

¶Prima concluſio ſit.Si ſenes habeāt potentiam coeundi,taliter quod emittant ſemen,ualidum eſt matrimoniū,etiam ſi generare,non poſſint.Hoc docent omnes Doctores ubi ſupra,Magiſter Sotus in loco citato,ſimiliter Syluelter dicto tertio . Imo dicit,qđ nemo eſt adeo ſenex quin calere poſſit natura vel artificio,vt dicit gloſſa in ca.nuptiarum.32.q.1. Hæc concluſio probatur.Tales ſenes non habent impotētiam coeundi , vt manifeſte conſtat ex ſuppoſitione,ergo poſſunt cōtrahere matrimoniū, & matrimonium erit ualidū.Probatur conſequentia,nā ſola impotentia coeūdi tollit matrimonium.Secundo . Vt dictum eſt in ſecundo dubio huius articuli impotētia generandi non annullat matrimonium:ſed in præſenti ſolum eſt impotentia generandi : ergo non tollit matrimonium . Et hæc concluſio probari poteſt argumento facto ſecundo loco , & eius , confirmatione ex vſu eccleſiæ, ita enim fit ſæpiſſime in eccleſiā.

cap.nuptiarum 32. q. 1.

¶Secunda concluſio . Si ſenes ſint ita ſenio confecti , & exhauſti, ꝙ nullo modo ſeminare valeāt,quāuis poſſint erigere mēbrū & penetrare vas, non poſſunt contrahere matrimonium,& ſi contrahant,matrimonium eſt inualidum. Hāc concluſione docet expreſsè Magiſter Sotus loco citato, & ſimiliter Syluester,& Magiſter Sotus adducit pro iſta ſentētia Panormitanum,Sylueſter uero adducit Richardum.Et probatur concluſio prima . Nullus poteſt ſe obligare ad impoſſibile.ſed impoſſibile eſt quod iſti habeant copulam carnalem neceſſariam ad matrimonium:nā vt diximus in dubio præcedenti,copula neceſſaria ad matrimonium eſt cum ſeminatione, quam iſti nō poſſunt habere,ergo matrimonium iſtorum nullū eſt.Secundò . Vt iam dictum eſt,ſpadones & alii,qui ſeminare non, poſſunt non contrahunt verum matrimonium,ergo nec iſti ſenes ſi ſeminare non poſſunt.Hanc concluſionem probat argumentum factum primo loco. Ad argumentum vero factum ſecūdo loco quod militat cōtra iſtam cōcluſionem, reſpōdetur,quod vſus eccleſiæ habet quod ſenes contrahant matrimonium ſi habeant potentiam ad copulam carnalem ſeminan-

A do,non aliàs.Et ad confirmationem reſpondetur quòd rex Dauid in illo tempore licet non frequenter , poterat tamen aliquando habere uſum matrimonialem ſeminando , ſed quia illud tempus non erat aptum amplexibus non cognouit eam Dauid, tamen illi non fecit iniuriam , quia creditur illius conſenſu eſſe factum. Vide D.Tho.ad tertium,ubi uidetur inſinuare iſtas concluſiones.Et ex dictis in hoc dubio ſoluitur illa confirmatio .

¶Ad quintum argumentum dubii principalis eſt quintum dubium, illudque grauiſſimum,quod tangitur in ultima concluB ſione D.Tho.vtrum poſſit eſſe perpetuum impedimentum naturale viro uel fœminæ reſpectu unius perſonę, & non reſpectu alterius.Itaque dubium eſt,an detur impotentia coeundi naturalis perpetua reſpectiua reſpectu vnius , & non reſpectu alterius taliter quod reddat nullum matrimonium cum illa , & non cum alia. Dixi taliter quod reddat nullum matrimonium cum illa;nam certa res eſt,quod poteſt aliquis habere impotentiam reſpectu unius, & non reſpectu alterius : poteſt enim eſſe potens reſpectu corruptæ , & non reſpectu integræ . Item poteſt habere poten-C tiam ad mulierem aliam non ita arctam non vero ad iſtam quæ eſt magis arcta. Et idem eſt de muliere reſpectu uiri. Dubium tamen eſt an talis impotentia reſpectiua tollat matrimonium , & reddat illud nullum , & uidetur uera pars affirmatiua.

¶Primo. Nam iſte talis habet impotentiam perpetuam reſpectu iſtius, ergo talis impotentia tollit omnino matrimonium cum iſta, Confirmatur argumentum,& explicatur.Impotentia naturalis , & perpetua coeundi cum omni muliere tollit omnino D matrimonium cum omni muliere,ut manifeſte conſtat ex ſupradictis , ego impotentia coeundi perpetua cum iſta muliere annullat omnino matrimonium cum illa . Probatur conſequentia ex paritate rationis.

¶Secundo arguitur.Impotentia perpetua coeundi ideo tollit matrimonium in doctrina D.Thom.quia non poteſt aliquis ſe obligare ad id quod non poteſt dare uel facere,qui uero habet illā impotentiam non poteſt ſoluere carnale debitum ad quod ſe

obligat in contractu matrimonali. Hæc autem ratio eãdem uim habet in noſtro caſu. Nam iſte quamuis poſſit ſoluere carnale debitum alteri, non tamẽ huic, vt ſupponimus, ergo illa impotentia annullat matrimonium cum iſta. Confirmatur argumentum, & explicatur. Nullus poteſt ſe obligare ad id quod dare uel ſoluere non poteſt, ſed iſte non poteſt ſoluere debitum huic, ergo iſta impotentia annullat matrimoniũ cum iſta, non uero cum alia.

¶ Tertio arguitur. Quando materia contractus non eſt idonea ad finem, ad quem ordinatur contractus, talis contractus eſt nullus, ſed in præſenti materia huius contractus in particulari, non eſt idonea ad finem ad quem ordinatur contractus, nam iſte in ordine ad iſtam non habet potentiã coeundi, ut ſupponimus, ergo talis contractus inter iſtum, & iſtam nullus eſt.

¶ Quarto arguitur. Cõtractus, matrimonii reſpicit indiuiduam perſonã, & ita dicitur in eius definitione, indiuiduam uitę cõſuetudinem retinens, & matrimonium eſt vinculum quo vnus alteri obligat in indiuiduo, & in particulari, ergo ſi vir habet impotent iam reſpectu huius mulieris in particulari, quãtumuis aliàs habeat potentiam, inualidum erit matrimonium, & nullum.

IN hac difficultate sũt aliqui autores q aſſerunt, quod hæc impotentia reſpectiua, uidelicet, reſpectu huius mulieris, & nõ reſpectu alterius annullat matrimonium cum hac in particulari, non tamen cũ omnibus. Hanc ſententiam uidetur tenere Syl ueſter uerbo, matrimonium. 8. quæſt. 16. dicto. 6. ubi dicit, quando fit ſeparatio propter frigiditatem viri, mulieri datur licentia contrahendi cum alio viro, aut ſi eſt impotens ſimpliciter, ideſt, non valens fęminare, uel ualens quidem, ſed non in loco debito, & hoc ſit quo ad omnem fęminã, inter dicitur ſimpliciter matrimonium cõtrahere. Si autem hoc ſit reſpectu iſtius tantum, puta quia eſt uirgo licentiandus eſt cum corrupta, non ſimpliciter prohibendus. Quod dicit eſſe intelligẽdum ſi virgo cum qua cõtraxerat non põt ei aliquo inſtrumẽto ſine peccato coaptari. Et ſimiliter ſi mulier ita eſt arcta quod à nullo ordinariè eſt cognoſcibilis, debet manere ſine ſpe coniugii, quod intelligitur niſi ſine peccato ſit alicui coaptabilis: & uiro datur licẽtia contra-

A hendi cum alia. Sed ſi eſt arcta, quo ad aliquem, puta ſenem: cognoſcibilis uero per alium puta iuuenem licentianda eſt ad illum. Et pro iſta ſentẽtia citat Paludanum. Hanc ſententiam ſequũtur aliqui Moderni Theologi, & Iuriſperiti, & quidẽ ſi ad rationes attendamus non uidetur hæc ſentẽtia improbabilis.

¶ Nihilominus tamen ſit concluſio. Nõ datur impotentia reſpectiua quæ annullet matrimonium reſpectu huius, & non reſpectu alterius. Itaque ſi aliquis ſit ineptus ad coeundum cum virgine, aptus tamen ad B coeundum cum corrupta, talis impotentia quæ reſpectiua eſt, non tollit matrimoniũ. Hanc ſententiã docet expreſſe D. Thom. in ſolutione ad quintum, cum dicit quod non poteſt eſſe perpetuum impedimentũ naturale viro reſpectu vuius perſonę, & nõ reſpectu alterius. Vbi ſignificat, quod non tollit matrimonium, nam ſi impedimentũ non eſt perpetuum, non annullat matrimonium, vt iam dictũ eſt. Et in articulo ſequẽti circa finem corporis expreſsè dicit quod qui propter frigiditatem eſt impotens, ita eſt impotẽs ad unam ſicut ad aliam, & ideo C quando matrimonium dirimitur nõ datur licentia ei ut cõiungatur alteri. Hæc cõcluſio probatur primo ex iure. Nam in capit. laudabilem, & in cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis, in quibus expreſsè diffinitur quòd ſi aliquis poſt ſeparationem matrimonii reperiatur habilis ad aliam, redeat ad primum matrimonium, & ita habet uſus eccleſiæ. In quo uſu & determinatione eccleſia maxime erraret, ſi tale matrimonium uon eſſet validum: nam poſſet aliquis dicere ſe eſſe habilem ad iſtã & non ad aliam, ergo tale matrimonium D cum tali impotentia ualidum eſt. Et in ca. quod autem 33. quæſt. 3. Secundo probatur concluſio. Talis impotentia reſpectiua non eſt perpetua ſed temporalis, ergo non reddit matrimonium nullum. Couſequentia eſt euidens, nam ut dictum eſt in ſecunda concluſione principalis dubii, impotentia temporalis non tollit matrimonium. Antecedens uero probatur. Nam, ut dicunt medici, tale impedimentum ex parte mulieris auferri poteſt ſine periculo corporali, & D. Tho. in illa ſolutione ad quintum, expreſsè hoc dicit, ergo eſt impotentia temporalis; nam ut ſupra diximus

In ca. ¶ autem. 33. q. 3.

illa

illa eſt impotentia temporalis, quæ medicamentis curari poteſt. Confirmatur. Si illud impedimentum eſt medicabile validum eſt matrimonium, etiam ſi ipſa renuat: nam firmitas vel valor matrimonii non dependet ex facti contingentia, ſed ex hoc quod impedimentum illud ſit medicabile ſine periculo corporali, ꝙ vero ipſa conſentiat vel renuat nullum tribuit valorem: ergo matrimonium in noſtro caſu ualidum eſt. Tertiò. In iure ſolum dr̃ ꝙ impotentia coeundi perpetua, & frigiditas tollit matrimonium; ſed iſti non habent impotentiam coeundi, nec ſunt frigidi, vt conſtat; nã poſſũt habere copulam carnalem ſimpliciter loquendo, ergo talis impotentia non tollit matrimonium. Quibus poſitis colligit D. Tho. in loco citato regulam. Qui eſt habilis ad vnam, eſt habilis ad omnes, & ita matrimonium cum qualibet tenet. Ad argumenta vero facta in principio reſpondendum eſt.

¶ Ad primum argũ reſpondetur negãdo antecedens: nam ut diximus non poteſt eſſe impotentia perpetua reſpectu iſtius: nam tolli poteſt per artẽ, vt iam diximus: & ita non inualidat matrimonium. Ad confirmationem reſpondetur concedendo antecedens, negando conſequentiam: nam ſi eſt impotentia coeundi cum omni muliere eſt ſimpliciter impotentia coeundi, & eſt perpetua; ſi autem ſit impotentia reſpectu iſtius, non eſt impotentia ſimpliciter, & quamuis eſſet impotentia, nõ eſt perpetua; nam tolli poteſt per artem.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur concedendo maiorem, & aſſerendo ꝙ illa ratio D. Tho. eſt optima. Et ad minorẽ dicendum eſt, ꝙ illa ratio non habet vim in noſtro caſu; nam iſte ſimpliciter poteſt reddere debitum, imo huic poteſt reddere debitum, quamuis cum difficultate aliqua, illa tamẽ difficultas tolli poteſt per artem. Et per hoc reſpondetur ad confirmationem argumenti.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur concedendo maiorem, & negando minorem, & dicimus quòd iſte eſt materia idonea huius contractus: nam quamuis iſte in ordine ad iſtam habeat impotẽtiam coeundi, illa tamen impotentia non eſt perpetua, ſed temporalis, & ita non facit quòd illi non ſint apta materia huius contractus na- A turalis in particulari.

¶ Ad quartũ rñdetur, ꝙ ſine dubio matrimoniũ reſpicit indiuiduã perſonã, & eſt vinculũ quo vnus alteri obligatur in particulari; nihilominus tñ dicimus, ꝙ vir non põt habere potentiam reſpectu unius, & nõ reſpectu alterius loquendo abſolutè; nã vt diximus ſi hẽt impotẽtiam reſpectu huius, illa impotentia eſt temporalis non perpetua. Et ex dictis in hoc dubio ſoluitur quintum argumentum dubii principalis.

¶ Ad ſextum argumentum dubii principalis eſt ſextum dubium, an ſi impotentia B coeũdi perpetua ſuperueniat matrimonio iam cõtracto diſſoluat matrimoniũ, & tollat illud. Et videtur vera pars affirmatiua. Primò arguitur argumẽto ibi facto. Matrimonium a principio non poteſt ſtare cum impotẽtia perpetua coeundi, vt iam ſupra diffinitũ eſt in prima cõcluſione dubii principalis, ergo nec poterit poſtea conſeruari cum illa. Secundo arguitur. Obligatio ad reddendum debitum ſemper cõcomitatur ipſum matrimonium, & eſt propria paſſio illius, ſed ſi impotẽtia coeundi ſuperueniat matrimonio non poteſt eſſe obligatio ad C reddendum, cum ſit impoſſibile reddere debitum, & ad impoſſibile nullus tenetur, ergo nec erit matrimonium; nam matrimonium eſſe non poteſt ſine propria paſſione.

¶ In hac difficultate Gratianus 33. q. 1. c. 2. circa finem dicit, quòd impotentia perpetua coeundi ſi ſuperueniat matrimonio ante conſummationem diſſoluit matrimonium. Vnde dicit, impoſſibilitas officii ſoluit uinculum coniugii. Et ad authoritates ſacræ Scripturæ, quæ aſſerunt quòd matrimonium eſt indiſſolubile, & quòd non eſt licitum dimittere vxorem, reſpõdet, quod D coniugium confirmatur carnali officio, vt ſupra probatum eſt; poſtquam verò officio confirmatum fuerit niſi cauſa fornicationis non licet viro vxorem dimittere, vel vxori a uiro diſcedere. Verum antequam confirmetur impoſſibilitas officii ſoluit vinculũ cõiugii. Iſte enim author fundatur in hoc, quòd matrimonium non habet omnimodam eſſentiam, niſi ſit conſummatum, vt diximus ſupra quæſt. 42. art. 4.

33. q. 1. cap. 1.

¶ Nihilominus ſit concluſio. Si impotentia coeundi ſuperueniat matrimonio iam contracto, non diſſoluit matrimonium, etiã ſi non ſit conſummatum. In hac cõcluſione con-

conueniunt vniuerſi Theologi,& Iuriſperiti. Vide ſupracitatos. Probatur concluſio. Primò. Matrimonium ratum non poteſt diſſolui quantum ad vinculum, niſi per ſolennem profeſſionē religionis,vt iam dictū eſt,& dicemus etiam infra,ſed illud matrimoniū fuit validum, cum tūc nullum eſſet impedimentum, ergo impotentia coeundi ſuperueniens quantumuis ſit perpetua nō deſtruit matrimonium. Secundo probatur. In Concil. Tridet. ſeſſ. 24. can. 5. diffinitur, quòd matrimoniū ſemel ratum per nullā moleſtam cohabitationem diſſoluitur,ergo etiam ſi impotentia coeundi ſuperueniat matrimonio rato nō diſſoluit matrimoniū.

¶ Quibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta in oppoſitum. Ad primum argumentum quòd eſt ſextum dubii principalis reſpondetur negando conſequentiam. Nam vt ſupra diffinitum eſt, ſæpe aliqua ſunt neceſſaria ad hoc, quòd fiat matrimoniū,quæ tamen non ſunt neceſſaria, ut conſeruetur. Et in particulari dicendum quòd matrimonium fieri nō poteſt ſine eo quòd ſequatur obligatio reddendi debitum, tamen cōſeruari poteſt ſine tali obligatione, vt ſi vterq; poſt conſummationem matrimonii tranſeat ad religionem conſeruatur matrimoniū ſine obligatione reddendi debitum. Et in aliis caſibus poteſt conſeruari verum matrimonium ſine tali obligatione.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur ex dictis, quòd obligatio ad reddendum debitū non ſemper concomitatur matrimonium, vt propria illius paſſio, ſed ſolum a principio. Ex dictis in hoc dubio dubio ſoluitur ſextum argumētum huius dubii principalis.

¶ Ad ſeptimum argumentum dubii principalis eſt ſeptimum dubium, an impotentia coeundi tollat matrimonium iure naturali quando illud annullat, an uero iure poſitiuo. Et videtur quod iure poſitiuo.

¶ Primo arguitur argumēto ſeptimo facto in dubio principali. Nam D. Tho. in toto iſto articulo non dicit quòd impotentia coeundi tollat matrimonium iure naturali, vt videre eſt in corpore, & in ſolutionibus argumentorum, ergo talis impotentia non dirimit matrimonium iure naturali, ſed iure poſitiuo.

¶ Secundo arguitur. Qui percuſſus eſt morbo vel vulnere lethali, poteſt contrahere matrimonium, vt conſtat manifeſtè ex vſu eccleſiæ, & illud matrimonium non eſt irritum. & nullum iure naturali, alies eccleſia non permitteret tale matrimonium, tamen iſtè habet impotentiam, etiam perpetuam coeundi, ergo impotentia perpetua coeundi non tollit matrimonium iure naturali. Minor vero eſt manifeſta.

¶ Tertio arguitur. Impotentia temporalis coeundi non tollit matrimonium iure naturali etiam pro illo tempore quo eſt talis impotentia, imo nullo modo tollit matrimonium, ut iam ſupra diffinitum eſt, ergo impotentia perpetua nullo modo tollit matrimonium iure naturali. Probatur conſequentia: nam eadem ratio eſt de impotentia temporali pro tempore quo adeſt talis impotentia & de impotentia ꝑpetua.

¶ Quarto D. Th. in hoc articulo ad quartum impotentiā coeundi aſſimilatur ſeruituti, & clarius ſupra q. 52. art. 2. ſed ſeruitus non annullat matrimonium iure naturali, vt in illo loco diffinitum eſt, ergo naturalis impotentia etiam perpetua non annullat matrimonium iure naturali, ſed ſolum iure poſitiuo ſicut ipſa ſeruitus.

¶ Quinto. Id quod difficillimum eſt moraliter loquendo cenſetur impoſſibile, ſed quando vir difficillime poteſt cognoſcere mulierem propter aliquam infirmitatem non eſt nullum matrimonium iure naturali, vt conſtat, ergo naturalis impotentia coeundi quantumuis perpetua ſit, non annullat matrimonium iure naturali, ſed poſitiuo.

¶ Ad huius rei explicationem aduertendum, quòd multū refert ſcire, an hoc impedimentum ſit inductum iure naturali, aut iure humano; nam ſi ab ipſa natura ſit hoc impedimētum, leges humanæ canonicæ nihil nouum decernunt, ſed explicant ipſum ius naturale, & non ſubeſt diſpoſitioni humanæ legis, nec Summus Pontifex poteſt in illo diſpenſare, cum ſit de iure naturali, ſi uero ſit de iure humano poterit in illo diſpenſare.

¶ Quo poſito fundamento ſit prima concluſio, ut a clarioribus procedamus. Si illa impotentia naturalis ſit perpetua, & totaliter quod nec poteſt ſeminare intra vas, nec penetrare illud, nec habere aliquam copulam etiam imperfectam, matrimonium eſt nullum iure naturali. Hanc ſententiam

inſinuat

inſinuat D.Tho. in hoc articulo, cum probat illam ratione euidenti deducta ex lumi nē naturali. Et hāc concluſionē tenent oēs Theologi, præcipue diſcipuli D. Thom. & illam docent omnes Iuriſperiti. Et probatur ratione D. Thom. de eſſentia matrimonii eſt quod contrahentes ſe obligent ad copulam carnalē, ſed qui habet iſtam naturalem impotentiam perpetuam nō poteſt ſe obligare ad copulam carnalem, cū talis copula ſit impoſſibilis, ergo de iure naturali eſt quod talis impotētia dirimat matrimonium. Et hæc concluſio probari poteſt omnibus argumentis quibus probauimus primam concluſionem dubii principalis.

¶Secunda concluſio: Si impotentia perpetua non ſit totalis, & perfecta nō eſt omnino improbabile quòd non dirimat matrimonium iure naturæ, longe tamen probabilius, & fere certum eſt oppoſitum. Hæc cōcluſio habet duas partes. Prima pars ꝓbatur. Nā cū tali impotentia ſaluatur finis ſecundarius matrimonii, uidelicet uitatio fornicationis, licet non ſaluetur finis primarius, ergo iure naturali non eſt omnino improbabile, quod valeat matrimonium. Secūdo ꝓbatur hæc pars. Multi Doctores docent iſtam ſententiam, vt diximus ſupra ergo non eſt omnino improbabilis. Secūda pars probatur ante omnia authoritate fere omniū, Doctorum. Hęc enim eſt communis ſententia inter illos. Secundo probatur ratione. De ratione matrimonii eſt quòd detur poteſtas ad copulam carnalē: ſed copula carnalis in ſua intrinſeca ratione includit ſeminationē, ut dicunt iura ſupra allegata, ergo ubi non pōt eſſe ſeminatio quantumuis poſſit eſſe penetratio uaſis nullū erit matrimonium iure naturali. Itaque non ſolum iure poſitiuo eſt irritū matrimonium cum tali impotētia, ut definiuimus ſupra uerū etiam iure naturali. Ex hac ſecunda parte cōcluſionis colligitur, quòd motrimoniū eunuchorū q̄ carent utroq; teſtes, & matrimoniū ſenum qui perpetuo ſeminare non poſſunt eſt irritum, & nullum iure etiam naturali, nam iſti non habent potentiam ad copulam cum ſeminatione, ergo.

¶ Tertia cōcluſio. Si impotentia coeundi ſit temporalis, non impedit nec dirimit matrimonium iure naturali. Hanc concluſionem docent omnes Theologi. Et ratio

A eſt. Nam, ut iam diximus iſte, licet, pro tunc non poſſit reddere debitum, poteſt tamen abſolute reddere debitum, ergo poterit ſe obligare ad reddendum debitum. Cōfirmatur argumentum. Nam, ut ſupra diximus qui contrahit cum illa impotentia cū muliere cognoſcente illam, ualidum efficitur matrimonium, tamen ſi talis impotentia iure naturæ diſſolueret matrimonium, non eſſet ualidum, ſiue ſciretur ſiue nō, ergo talis impotentia nō eſt impedimentum iure naturæ.

¶Quibus poſitis reſpōdendum eſt ad ar-
B gumenta facta in principio. Ad primum argumentum reſpondetur quod ex Doctrina D.Tho. & ratione illius colligitur aperte quod impotētia coeundi ſi perpetua ſit, tollit matrimonium iure naturali, & ita q̄uis formaliter non dicat, quòd eſt de iure naturali, dicit tamen illud virtualiter.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur quod hoc impedimentum dupliciter poteſt eſſe, uno modo ab intrinſeco ꝓpter defectum intrinſecū naturalem, & tale impedimentum iure naturali reddit nullum matrimonium, alio modo poteſt eſſe ab ex
C trinſeco & accidentaliter, vt ſi quis perpetuo nō poſſit petere debitum uel reddere, quia condemnatus eſt ad carcerem perpetuum uel ad aliud ſupplicium. Item qui infirmi ſunt ex accidenti nō poſſunt reddere debitum, ſunt tamen habiles ſecundum ſe, & tale impedimentum non tollit matrimonium iure naturali, imò nec poſitiuo. Quoniā impedimentum eſt ex trinſecum, & hoc accidit in caſu noſtri argumenti.

¶ Ad tertium argumentum concesſo antecedenti negatur conſequentia. Ratio differentiæ eſt. Nam ille qui habet impotētiā
D temporalem etiam quando habet illam, poteſt ſe obligare ad reddendum debitū pro illo tempore quo habebit illam; ſicut ille qui modo non poteſt ſoluere pecuniam poteſt nunc facere contractum & tenebiť ſoluere pro tempore quo fuerit potens ad ſoluendum. Et præcipue hoc habet verum; nā obligatio ad reddendum debitum habet ſe ad modum pręcepti affirmatiui, quod obligat pro loco, & tempore. Cæterum ſi ſit impotentia perpetua non poteſt ſe nullo modo obligare ad reddendum debitum.

¶Ad quartum argumētum reſpondetur quod ut dictum eſt in eodē loco D. Tho.

non omnino aſſimilat impotentiā coëundi ſeruituti, præcipue ſi eſt perpetua; nā ſi illa ſit perpetua, nullo modo poteſt eſſe redditio debiti, cæterum cū ſeruitute poteſt eſſe redditio debiti, & ita non eſt eadem ratio. Cæterùm quando hæc impotentia eſt temporalis habet ſimilitudinem cum ſeruitute nam ſicut ſeruitus non impedit iure naturali matrimoniū nec illud dirimit; cæterū ſi ſit ignorata diri mit illud iure poſitiuo, non tamen ſi ſit ſcita: ita quidam dicunt de impotentia temporali, & ita intelligunt D. Tho. in illa ſolutione ad quartum, de quo vide ea quæ dicta ſunt ſupra in ſecunda cõcluſione principalis dubii.

¶ Ad quintum argumentū reſpondetur primo quod ſi poteſt eſſe vera corporū cõiunctio, quãuis cum magna difficultate, & periculo ægritudinis, matrimonium eſt ualidum iure naturali, & iure humano, ut patet c. 2. de coniugio leproſorum. Et aduertit Magiſter Sotus optimè, quod ea quæ his odioſis legibus continentur nõ oportet extendere niſi ubi fuerit erit vera impotentia naturalis, q̃ ſimpliciter prohibeat copulam carnalem. Dico ſecundo, quod poterit eſſe tam graue nocumentū, ut alter à redditione debiti ſit immunis, in quo quidẽ prudentia cõfeſſoris eſt maximè neceſſaria: nõ enim talis licentia facile debet cõcedi, cum Pontifex in dicto cap. etiam cum periculo lepræ iubeat cohabitare, imo reddere debitum. Et ex dictis in hoc dubio ſoluitur ſeptimum argumentum dubii principalis.

¶ Sed ut omnia iam dicta amplius explicentur, aduertẽdum eſt cum Syluest. uerb. matrimonium: 8. quæſt. 16. dicto. 4. Quod hæc naturalis impotẽtia perpetua, quæ diſſoluit matrimonium reperiri poteſt in muliere ſicut in viro, & ita aliqua in particulari dicẽda ſunt de ipſa muliere. Et in primis vt iã diximus illa impotẽtia eſt temporalis non perpetua, quæ abſq; diuino miraculo & abſque periculo corporis poteſt remoueri. Ita dicit Innocentius III. in cap. fraternitatis de frigidis & maleficiatis. (c. fraternitatis. de frigidis & malefic.)

¶ Quo poſito dubiū eſt: An fœmina cui per artem medicã poteſt ſubueniri ut reddat debitū, teneatur pati illud medicamẽtum, & idẽ eſt de uiro. Ad hoc dubiū dico primum. Certum eſt ex dictis quod periculoſum medicamẽtum fęmina non tenetur admittere, ſed ſi aliter ſubueniri non poteſt

A matrimonium cenſebitur irritū. Hoc cõſtat, nam propter illam cauſam in capit. ex literis, de frigidis, diſſoluitur matrimoniū eo quòd arte medica nõ poterat ſubueniri impedimẽto, ſed idem eſt non poſſe ſubueniri ſine periculo uitæ, & ſimpliciter non poſſe, ergo matrimonium cẽſetur irritum. (c. ex literis. de frigidis & maleficiatis.) Et aduertendum, quod quãuis fęmina dicat ſe velle periculum ſubire, uir non tenetur expectare; ſed accepta ſentẽtia diuortii poteſt ad alias nuptias tranſire. Si autem ſuſcepto medicamine habilis efficiat, primū matrimonium fuit ualidum ſine dubio, &

B ita dẽt reſtitui vt dicunt omnia illa iura ſuprà citata. Et quoniam eſt argumẽtū quod tale impedimentum non erat perpetuum, cum ſit ablatum per artem medicam abſq; miraculo, & periculo corporali, dico ſecundo. Si ex parte virginis eſt clauſura arctior ſolito, cui tamen per artem facili opera poteſt adhiberi remedium impedimentū eſt temporale, ac ſubinde matrimonium ualidum, & illa tenetur medicinam admittere. Prima pars huius dicti cõſtat ex regula poſita ex Innocentio. Secunda uero pars probatur. Tale medium eſt licitū, ut dicit D.

C Thom. in ſolutione ad quintum, & eſt neceſſarium ad reddẽdum debitum, ergo illa tenetur ſubire illud. Patet cõſequẽtia quia ad reddẽdum debitum temporale tenetur homo pati iacturam aliquam, ergo ſimiliter ad reddẽdum hoc debitum grauiſſimū. Dico tertio. Si ex parte virginis eſt dũtaxat ſolita clauſura; & ex parte uiri debilitas extraordinaria, qui tamen poteſt accedere ad corruptam, impedimentum eſt temporale ac ſubinde matrimonium validum, ſed fœmina non tenetur medicamẽtum admittere, quãuis poſſit fieri habilior. Prima pars

D huius dicti patet ex eadem regula, & uidetur caſus expreſſus illius capit. fraternitatis ſupracitati. Et notanda ſunt ad propoſitum vltima uerba capitis. Similiter illa quæ viro cui nupſerat adeo arcta eſt, ut nunquã ab eo valeat deflorari, ſi ab eo ſit per iudicium ſeparata, & nubat alteri cui arcta nõ ſit. &c. vide ibi. Secũda pars dicti probatur. Mulier nulla patitur ægritudinẽ aut defectū, & per illã nõ ſtat quominus reddat debitũ uiro ſuo. Igitur viro incũbit remediū quærere. Verum tñ ut diximus tale matrimonium ob talem cauſam non erit diſſoluendum, ſed in his ſeruanda eſt regula di-

cti Pontificis in c. fraternitatis, quòd non facile proferatur finale iudicium.

¶ Dubium tamen adhuc eſt, quãdo mulier ita eſt arcta, quod quamuis poſſit recipere ſemen, & ſic concipere, non tñ poteſt patere ſine periculo vitæ, an ſit validũ matrimonium contractum cum tali muliere. In hac difficultate Magiſter Victoria ſapiẽtiſſimus in ſcriptis ſuper iſtum articulũ & aliqui alii Doctores dicũt, quod matrimonium tunc non eſt validum. Et ratio huius ſententiæ eſt. Nam cum tanto periculo nec poteſt nec tenetur reddere debitum, aliàs peccaret mortaliter exponendo ſe periculo mortis. Et ſinę dbio hęc ſententia videtur vera propter rationem factam. Aduertendum tamen eſt, quòd eſt apponenda quædam reſtrictio, videlicet, niſi aliàs eſſet certitudo de ſterilitate illius mulieris, ſtãte n. ſterilitate validum eſſet matrimoniũ, quia poſſet reddere debitum ſine periculo mortis & ita nõ haberet impedimẽtũ ad matrimonium. Hæc dicta ſufficiant de iſto articulo nam plura ad hoc pertinentia facillime videri poſſunt in Summiſtis, præcipuè in Sylueſtro loco ſæpe citato. Quomodo uerò ſit expectandum tempus triennii ad videndum an impedimentum ſit perpetuũ dicetur articulo ſequenti.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum maleficium poſſit impedire matrimonium.

AD SECVMDVM *ſic proceditur. Videtur ꝙ maleficium non poſſit matrimonium impedire. Huiuſmodi enim maleficia ſiunt operatione dæmonum: ſed dæmones non habent poteſtatem ad impediendum matrimonij actum, magis quam corporales alios actus quos impedire non poſſunt: quia ſic totum mundum perimerent, ſi comeſtionem, & greſſum, & alia huiuſmodi impedirent: ergo per maleficia non poteſt impediri matrimonium.*

2 ¶ *Præterea. Opus Dei eſt fortius*
A *quam opus diaboli: ſed maleficium eſt opus diaboli: ergo non poteſt impedire matrimonium, quod eſt opus Dei.*

¶ 3 *Præterea. Nullum impedimentum dirimit contractum matrimoniũ quod nõ ſit perpetuum: ſed maleficium non poteſt eſſe impedimentum perpetuum, quia cum diabolus non habeat poteſtatem niſi ſuper peccatores, expulſo peccato tolletur maleficium, vel per aliud maleficium, vel etiam per exor-*
B *ciſmos eccleſiæ, qui ſunt ordinati ad reprimendam vim dæmonum: ergo maleficium non põt impedire matrimoniũ.*

¶ 4 *Præterea. Carnalis copula non poteſt impedire niſi impediatur potentia generandi, quæ eſt principium eius: ſed vnius viri generatiua potentia ſe habet ad omnes mulieres quaſi æqualiter, ergo per maleficium non poteſt eſſe impedimentum reſpectu vnius, niſi ſit reſpectu omnium.*

SED contra eſt quod dicitur in De-
C *cret. 33. quæſt. 1. ſi per ſortiarias vel maleficas. & infra. Si ſanari non potuerint ſeparari valebunt.*

¶ *Præterea. Poteſtas dæmonum eſt maior, quã poteſtas hominis. Iob 41. Nõ eſt poteſtas ſuper terram, &c. ſed opere humano poteſt aliquis fieri impotens ad carnalem copulam per aliquam poteſtatem vel caſtraturam, & ex hoc matrimoniũ impeditur: ergo multo fortius virtute dæmonis hoc poteſt fieri.*

RESPONDEO dicendum, quod
D *quidam dixerunt quod maleficium nihil aliud erat in mundo niſi in æſtimatione hominum, qui effectus naturales, quorum cauſæ ſunt occultæ, maleficiis imputabant. Sed hoc eſt contra authoritatem ſanctorum qui dicunt, quòd dæmones habent poteſtatem ſupra corpora, & ſupra imaginationem hominum quando à Deo permittuntur. Vnde per eos malefici aliqua ſigna facere poſſunt. Procedit autem hæc opinio ex radice infidelitatis, quia non credunt eſſe dæmones niſi in æſtimatione vulgi tantum,*

tum, ut terrores quos ſibi facit homo ex ſua æſtimationem imputet dæmoni: & quod etiam ex imaginatione aliqua figura apparēt in ſenſu tales quales homo cogitat, & tūc creduntur dæmones videri. Sed hæc uerba fides repudiat, ꝑquam angelos de cœlo cecidiſſe, & dæmones eſſe credimus, & ex ſubtilitat ſuæ naturæ multa poſſe quæ nos non poſſumus: & illi qui eos ad faciendum talia inducunt malefici uocātur. Et ideo alij dixerunt, ꝙ per maleficia præſtari pōt impedimentum, carnali copulæ ſed nullum tale eſt perpetuum: vnde non dirimit matrimoniū contractum & dicūt iura eſſe reuocata quæ hoc dicebāt. Sed hoc eſt contra experimentum & cōtra noua iura, quæ antiquis concordāt. Et ideo diſtinguendum eſt, quia impotentia coeundi ex maleficio, aut eſt perpetua, & tunc matrimonium dirimit, aut non eſt perpetua, & tunc non dirimit: & ad hoc experiendum eodē modo Eccleſia tempus triēnij præfixit, ſicut & de frigiditate dictum eſt: tamē hæc differentia eſt inter maleficium, & frigiditatem, quia qui propter frigitatem eſt impotens, ita eſt impotens ad unam, ſicut ad aliam, & ideo quando matrimonium dirimitur, non datur licentia ei, vt coniungatur alteri, ſed ex maleficio homo poteſt eſſe impotens ad vnam & non ad aliam: & ideo quando iudicio Eccleſiæ matrimoniū dirimitur vtrique datur licentia, ut alteram copulam quærat.

D. *AD primum ergo dicendum, quod quia corruptio peccati prima per quam homo factus eſt ſeruus diaboli in nos ꝑ actum generatiua deuenit: ideo maleficij poteſtas permittitur diabolo à Deo in hoc actu magis quam in alijs. ſicut in ſerpentibus magis oſtenditur virtus maleficiorum, quam in alijs animalib. ut dicitur in Geneſi: quia per ſerpētem diabolus mulierem tentauit.*

AD ſecundum dicendum, ꝙ opus Dei pōt opere diaboli impediri diuina permiſſione, non ꝙ ſit Deo fortior, ut

A *per uiolentiam opera eius deſtruat.*

AD tertium dicendum, quod maleficium eſt ita perpetuum quod non pōt homo habere remedium humanum, ꝗ̄uis Deus poſſet remedium præſtare dæmonem cogendo, uel etiam dæmon deſiſtendo: non enim ſemper oportet ut id quod per maleficium factum eſt poſſit per maleficium aliud deſtrui, ut ipſi malefici confitentur: & tamen ſi poſſet per maleficium remedium adhiberi, nihilo minus perpetuū reputaretur, quia nullo modo debet aliquis dæmonis auxiliū per maleficium inuocare. Similiter nō oportet quod ſi per peccatum aliquod diabolo data eſt poteſtas in aliquē, ꝙ ceſſante peccato ceſſet poteſtas, quia pœna interdum remanet culpa tranſeunte. Similiter etiam exorciſmi eccleſiæ non valent ad reprimendum dæmones ſemper quantum ad omnes moleſtias corporales, iudicio diuino hoc exigente: ſemper tamen valent contra illas infeſtationes dæmonum, contra quas inſtituti ſunt principaliter.

C *AD quartum dicendum, quod maleficium quandoque poteſt præſtare ad omnes impedimentum, quandoque ad unam tantum, quia diabolus uoluntaria cauſa eſt non ex neceſſitate naturæ agens. Et præterea impedimētum maleficij poteſt eſſe ex impreſſione dæmonis in imaginatione hominis, ex qua tollitur uiro concupiſcentia mouens ad talem mulierem, & non ad aliam.*

D. SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Impotentia coeundi quæ eſt ex maleficio: ſi ſit perpetua tollit matrimonium, ſin autem minime. Hāc concluſionem D. Thom. probat ſicut de frigiditate.

¶ Secunda concluſio. Ad experiendū an talis potentia ſit perpetua uel non, eccleſia determinauit tempus triennii ſicut dictum eſt de frigiditate.

¶ Tertia concluſio maxime adnotanda. differentia eſt inter maleficium, & frigiditatem,

tatem, nam qui propter frigitatem eſt impotens, ita eſt impotens ad unam ſicut ad aliam, & ita quando matrimonium dirimitur non datur licentia frigido ut contrahat cum altera, ſed ex maleficio poteſt aliquis eſſe impotens ad unam & non ad aliam & ideo quando matrimonium dirimitur utrique datur licentia ut alium quærat.

¶ De materia huius articuli diſputāt Doctores in locis citatis in præcedenti articulo Magiſter Sotus arti. 3. illius diſtinctionis & quæſtionis Syluester uerbo matrimonium. 8. quæſt. 16. dict. & 7. & 9. Ante omnia ſupponendum eſt primo quid ſit maleficium. Maleficium eſt ligamen quoddam arte dæmonis factum, Deo permittente, ratione cuius homo non habet potentiam coeundi. Quod vero dæmon poſſit hoc facere explicatur à Magiſtro Soto in loco immediate citato & à Paludano in articulo etiam tertio, & Syluestro loco immediate allegato. Et aduertendum ſecundò & ſupponendum quod cum D. Tho. dicit quod maleficium perpetuum impedit & tollit matrimonium & ſecundum iura antiqua & ſecundum noua, non eſt intelligendum ꝙ habeatur hoc in aliquo cap. in titu. de frigidis & maleficiatis, ſed habetur in cap. finali. 33. quæſt. 1. & illud capitulum eſt uidendum. Tertio ſupponendum eſt, quod maleficium eſt impedimentum matrimonii ſicut & impotentia coeundi, nam maleficium in tantum reddit nullum matrimonium inquantum perſonæ redduntur inhabiles ad copulam carnalem, Vnde ſi ratione maleficii homines maleficiati habeant perpetuum impedimentum coeundi, nullum eſt mtarimonium, ſi vero temporale matrimonium, ſi uero temporale matrimonium eſt ualidum ſicut dictum eſt de impotentia coeundi Et hoc intelligitur quādo antecedit hoc impedimentum ipſum matrimonium: nam ſi hoc impedimentum ſuperueniat matrimonio non reddit nullum matrimonium illud, nec diſſoluit ſicut nec impotentia ſuperueniens, vt tenent omnes Doctores præcipuè ſupra citati. Nā matrimonium etiam non cōſummatum eſt indiſſolubile niſi per profeſſionem ſolēnem religionis ut infra dicemus. uide Syluestrum qui refert aliquos authores oppoſitum ſentientes & illos impugnat optime. Quarto ſupponendum quod eſt duplex differentia

ca. final. 32. q. 1.

A inter maleficium & impotentiam coeundi. Prima eſt. Quod ſi impotentia coeundi miraculoſe curetur, non reddit ualidum matrimonium, nec facit quod matrimonium ſit ualidum, quia impedimentum illud ſuapte natura eſt perpetuum, & ita matrimonium, quod anteceſſit miraculoſam curationem nullum erat, cum perſonæ eſſent inhabiles niſi poſt curationem de nouo cōſentiant. Si autem maleficium curetur per remedia quæ apponuntur in illo cap. finali. 33. quæſt. 1. quæ licita ſunt (de quibus poſtea) ualidum eſt matrimonium: nam il- ca. finali 33. q. 2.

B lud impedimentum non erat perpetuum, ſiquidem ablatum eſt per remedia ordinaria contra incurſus demonum. Secunda differentia eſt. Nam ſi quis poſt ſeparationem coniugii propter impotentiam coeundi reperiatur habilis ad aliam, ualidum eſt matrimonium & debet ad illud redire. Nam qui habilis eſt ad unam per ſe loquendo habilis eſt ad omnes eiuſdem ſpeciei. per accidens tamen habet impotentiam reſpectu huius. At uero ſi quis poſt ſeparationem coniugii propter maleficium inueniatur habilis ad aliam, non debet redire ad primam.

C Ratio eſt quia poteſt eſſe perpetuo ligatus reſpectu unius & non reſpectu alterius. Quinto ſupponendum quod quando aliquis contraxit cum maleficio perpetuo uel impotentia & frigiditate naturali perpetua, ſi ſtatim hoc cognoſcatur, ſtatim ſunt ſeparandi per eccleſiam, nec eſt expectandum triennium: cum ſit res certa quod matrimoniū fuit nullū ſi uero res ſit dubia an maleficiū uel frigiditas habeant perpetuitatem expectandum eſt triennium, ut docet D. Tho. in articulo præcedenti, & diffinitur in cap. laudabilem. de frigidis & malefi-

D ciatis, & in illo triennio bona fide & licitè poſſunt habere acceſſum carnalem, ut experiātur ſuam potentiam, nam hoc eſt ius naturale, & non eſt aliquod aliud medium per quod experiantur ſuam potentiam. Et ita iure naturali poſſunt petere, & reddere debitum de quo ſupra quæſt. 45. art. 1. in 2. dubio ad ſecundum argumentum ſecundæ ſententiæ.

¶ Quibus poſitis in hoc articulo, Eſt primum dubium Quando ſolutum eſt matrimonium quod iudicatum eſt nullum propter maleficium; & maleficiatus contrahit cum ſecunda; ſi tunc reperiatur potens au-

te-

teneatur redire ad priorem.

¶In huius rei expoſitionem ſit prima cō cluſio. Si maleficium fuit certum, non tenetur redire ad priorem, erit autem certū ſi antequā contraheret cum prima, fuerit fornicatus cum alia, & poſtea videtur impotens ad primā, ſed nō ad ſecundam. Hæc cō cluſio probatur. Quia ex hoc quòd poteſt accedere ad aliam non eſt, ſignum ſufficiens quòd poſſit accedere ad primam, ergo non tenetur redire ad priorem, ſed poteſt manere cum ſecunda.

¶Secunda concluſio. Si in tali caſu accederet ad priorem vt experiretur ſuam impotentiam & inueniret ſe potentem ad illam teneretur ad eam redire. Ratio eſt: Nam tunc manifeſtum eſt illud impedimētum fuiſſe temporale, & non ſufficiens ad dirimendum matrimonium.

¶Tertia concluſio. Si conſtaret iſtum eſſe ligatum vel impeditum per tale maleficium ad omnes mulieres, & contraxit cum ſecunda, ad quam eſt expertus ſe eſſe potentem, tenebitur redire ad priorem, nam tunc cenſeretur impedimentum temporale reſpectu omnium mulierum, ergo non dirimitur matrimonium. Sed quid dicendum eſt ſi ſoluto matrimonio iſte ſit ingreſſus religionem, vel factus eſt ſacerdos, & poſtea inuentus eſt potens.

¶In huius explicationem ſit quarta cō cluſio. Si fecit ſolemne uotum religionis non tenetur, imo nec poteſt redire ad vxorem. Ratio huius eſt aperta. Nam ut poſtea dicemus votum ſolenne religionis diſſoluit matrimonium ratum ſi non ſit conſummatum, in præſenti vero non eſt conſummatum ergo.

¶Quinta concluſio. Si factus eſt ſacerdos, & vxor petit illum, poteſt nihilominus ſi vult ingredi religionem, & ita non tenetur ad illam redire, ſi autem noluerit tenebitur redire. Hæc concluſio conſtat. Nam per ſuſceptionem ordinis ſacri non tollitur matrimoninm etiam ſi non ſit conſummatum, ergo.

¶Sexta concluſio. Si vxor non petat illum poteſt manere in ſuo miniſterio ſacro, ipſa tamen ſi vult uiuere ſeparata, tenetur uouere caſtitatem.

¶Septima concluſio. Si uxor poſt diſſolutum matrimonium nuberet alteri, & ille ſacerdos qui antea erat ſuus maritus reper-

A tus eſt potens, non poteſt manere cum viro ſecundo. Ratio eſt: Nam conſtat. Impedimentum fuiſſe temporale, & conſequenter conſtat primum matrimonium fuiſſe validum & non diſſolutum per ordinem ſacrū. Secus, ſi ille iam eſſet religioſus profeſſus; nam tunc poſſet illa fœmina manere cum ſecundo, teneretur tamen ratificare illud matrimonium de nouo; quia illud matrimonium factum antequam prior vir profiteretur religionem fuerat nullum ut conſtat.

¶Eſt ſecundum dubium, utrum poſſit B quis petere à malefico ut diſſoluat opera maleficii. Et uidetur quòd ſit licitum, præcipuè ſi ſit paratus. Primo. Licitum eſt ab vſurario parato petere vſuras, ergo licitum etiam eſt à malefico parato petere ut diſſoluat opera maleficii. Antecedens diffinitur in 2. 2. quæſt. 78. artic. 4. conſequentia uero probatur ex paritate rationis.

¶Secundo arguitur. Licitum eſt aliquādo petere ſacramenta ab exiſtente in peccato mortali, ſi ipſe aliàs ſit paratus, ut diffinitur in 3. part. q. 64. artic. 6. ergo licitum etiam eſt petere à malefico, ut diſſoluat C opera maleficii. Probatur conſequentia, nam eſt omnino eadem ratio in utroque caſu.

¶Tertio arguitur. Licitum eſt petere iuramentum ab idolatria, quamuis ergo intelligam quòd debet iurare per falſos deos, ut diffinitur in eiſdem locis, ergo licitum eſt petere à malefico, ut diſſoluat opera maleficii, etiam ſi ego intelligam quod illud debet facere arte dæmonis, nulla enim in hoc eſt differentia.

¶Vltimo, aliàs ſequitur quòd nullū poſſit eſſe remedium ad tollendum maleficiū; D conſequens autem duriſſimum eſt, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela eſt nota, nam nullum aliud remedium excogitari poteſt niſi illud iam dictum.

IN hac difficultate Sūma Angelica uerbo Superſtitio. §. 13. tenet ꝙ poſſumus petere à malefico ut diſſoluat opera maleficii per artem dęmonis, ſi ipſe alias ſit paratus id facere, & hanc ſententiam tenet Aureo. in 4. diſt. 34. quæſt. 2.

¶In huius res explicationē ſit prima cō cluſio. Siue maleficus ſit paratus ad maleficiū, ſiue non, non eſt licitū petere ab illo vt per maleficiū tollat maleficiū. Hanc ſenten

tiam

tiã docet Caie. in 2.2. in loco citato in primo argumento, & in quodam opuſculo q̃ facit de re hac fol. 92. Ibi enim iudicat oppoſitum eſſe temerariũ & erroneũ. Hęc cõcluſio probatur primo. Nam ĩ ſacris literis condemnantur grauiſſime qui petunt ab ariolis & maleficis, ut ſoluant maleficia, ut patet Leuit. 19. & 20. & Exod. 18. ergo hoc illicitum eſt. Secundo probatur ex regula Theologica. Non eſt licitum petere ab aliquo quod ipſe licite præſtare non poteſt, nam hoc eſſet cooperari peccato alterius, ſed maleficus non poteſt licite diſſoluere opera maleficii, ergo hoc non poteſt peti ab illo. Aduertendum tamẽ quòd diximus in concluſione, ſiue ſit paratus ſiue nõ; nam ſi non erat paratus, peccat duplici titulo, ſcilicet, & peccato ſcandali, quando inducit illum ad peccandum, & tali peccato maleficii: ſi autem maleficus iam erat paratus ad minus conſentit in tali peccato maleficii ille qui petit.

¶ Secunda concluſio, quæ ſequitur ex dictis. Si maleficus haberet plures modos ad tollendum maleficium, & inter eos haberet aliquem modum licitum, erit petere ab eo vt tollat maleficium illo modo licito. nã peto rem licitam & per medium licitum: & hanc concluſionem probant argumenta facta in principio.

¶ Tertia concluſio. Si Petrus ſciret maleficium habere media licita & illicita ad tollendum illud, licitum eſſet petere à malefico remedium. Hanc ſententiam tenẽt multi viri docti & mihi videtur certa, & probatur. Nam Petrus tunc petit rem quã poteſt alter ſine peccato donare: ſicut licitum eſt petere mutuũ ab vſurario parato licet ſciat petens quòd de facto nõ mutuabit niſi ſub vſuris, quia iſte non petit rem illicitam, nec per medium illicitum, ſed petit rem quam alter poteſt licite facere. Aduertendum tamen eſt, quòd aliud eſt uti peccato alterius aliud uero cooperari peccato alterius. Nam vti peccato alterius in meam commoditatem licitum eſt aliquando, ſi alias ſit paratus, ut patet in exemplis adductis in argumentis poſitis in principio, nam quòd ego peto licite præſtare poteſt, licet ipſe ex malitia ſua non licite præſtet. Cooperari uero peccato alterius nunquàm eſt licitũ: quod quidem contingit quando peto id quod alius licite præſtare non poteſt ſicut in caſu

A noſtri dubii. Et per hoc reſpondetur ad tria priora argumenta facta in principio.

¶ Ad ultimũ uero dubium eſt, an ſit licitum uti aliquo remedio ad tollendum tale maleficium. In qua quidem difficultate, dico primum. Licitum eſt vti medio ad id ordinato ab eccleſia, quod optimè deſcribo in dicto cap. fin. 33. q. 1. ſcilicet, vti ſacramẽto cõfeſſionis & lachrymis & eleemoſynis, ieiunio & oratione & exorciſmis eccleſiæ. Dico ſecũdo. Si tolli nõ poſſit maleficiũ niſi per aliud maleficium clarum eſt quod non eſt licitũ uti tali medio, quia illud maleficium eſt peccatum ut iam diximus, &
B non ſunt facienda mala ut inde eueniãt bona. Dico tertio. Si aliquis cognoſcit cauſam naturalem maleficii poteſt auferre illam, nam per remedia naturali licitum eſt tollere maleficium.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum furia impediat matrimonium.

C *AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod furia non impedit matrimonium. Matrimonium enim ſpirituale quod in baptiſmo contrahitur dignius eſt quam carnale: ſed furioſi poſſunt baptizari: ergo & matrimonium contrahere.*

¶ 2 Præterea. Frigiditas impedit matrimonium, inquãtum impedit carnalem copulam, quæ non impeditur per
D *furiam: ergo nec matrimonium.*

¶ 3 Præterea. Matrimonium non dirimitur niſi per aliquod impedimentum perpetuum: ſed de furia non poteſt ſciri quod ſit impedimentum perpetuũ: ergo non dirimit matrimonium.

¶ 4 Præterea. In verſibus ſupradictis ſufficienter continentur impedimẽta impedientia matrimonium: ſed ibi non ſit mentio de furia: ergo &c. Quæſt. 50. arti. vnico corpore.

SED contra plus tollit vſum rationis furia quam error: ſed error impedit matrimonium: ergo & furia.

¶ Præ-

¶ *Præterea. Furioſi non ſunt idonei ad aliquem contractum faciendum: ſed matrimonium eſt contractus quidam: ergo &c.*

RESPONDEO dicendum, quod furia, aut præcedit matrimonium, aut ſequitur: ſi ſequitur nullo modo dirimit ipſum: ſi autem præcedit. tunc aut furioſus habet, lucida interualla, aut non: ſi habet tunc quamuis dum eſt in illo interuallo non ſit tutum quod matrimonium contrahat, quia neſciret prolem educare, tamen ſi contrahit eſt matrimonium ſi autem non habet, uel ſi quando non habet contrahit, tunc quia non poteſt eſſe conſenſus ubi deeſt rationis uſus, non erit uerum matrimonium

AD primum dicendum, quòd uſus rationis non exigitur ad baptiſmum quaſi cauſa ipſius, ſicut exigitur ad matrimonium: & ideo non eſt ſimilis ratio, cum de baptiſmo furioſorum dictum eſt ſupra.

AD ſecundum dicendum, quòd furia impedit matrimonium ratione ſuæ cauſæ quæ eſt conſenſus, quamuis non ratione actus ut frigiditas: ſed ſimul Magiſter de ea determinat, cum In 4. sēt. diſt. 34. *frigiditate, quia utrunque eſt quidam naturæ defectus.*

AD tertium dicendum, ꝙ momentaneum impedimentum quod cauſam matrimonii, ſcilicet conſenſum impedit, matrimonium totaliter tollit, ſed impedimentum quod impedit actū, oportet eſſe perpetuum ad hoc quod matrimonium tollat.

AD quartum dicendum, quòd impedimentum hoc reducitur ad errorem, quia utrobique eſt defectus conſenſus ex parte rationis.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Si furia ſubſequitur ad matrimonium non diſſoluit matrimonium, quod antea ualidum fuit, nā matrimonium ratum non diſſoluitur niſi per ſolennem profeſſionem religionis ut infra dicetur.

A ¶ Secunda concluſio. Si furia antecedat matrimonium ita ut nō maneat uſus rationis matrimonium ſubſequutum eſt nullū. Ratio eſt manifeſta, quia ad matrimonium requiritur conſenſus, ſed ſine iudicio rationis non eſt conſenſus, ergo matrimonium ſubſequutum eſt nullum.

¶ Tertia cōcluſio. Si homo habet lucida interualla, & contrahit, dum habet iudicium rationis, ualidum eſt matrimonium, quia tunc poteſt habere conſenſum.

¶ Quarta concluſio. Si amentia teneat ſe ex parte utriuſque uel fœminæ ſolum, B uſus matrimonii eſt interdicēdus tum propter periculum aborſus, tū etiam propter detrimentum prolis, quia vſus matrimonii ſuapte natura ordinatur ad bonum prolis, ſed tunc ſequitur detrimētum prolis, ergo interdicendus eſt.

¶ Quinta concluſio. Si amentia non ſe teneat ex parte fœminæ, uſus matrimonii non eſt interdicēdus, quia tunc non eſt periculum aborſus nec detrimentum prolis.

¶ De hac materia diſputant Doctores in 4. d. 34. Magiſter Sotus ibid. q. unic. art. 4. Iuriſperiti, in c. dilectus filius, de ſponſa- C libus. & matrimoniis & in cap. nec furio- c. nec furioſus. ſus, 32 q. 7. 32. q. 7.

¶ Prima concluſio D Thom. in hoc art. eſt certiſſima, ſiue matrimonium ſolum ſit ratum, ſiue ſit ratum & conſummatum. Ita enim determinatur in cap. hi qui matrimonium, 32. quæſt. 6. Et ratio eſt aperta. Nam matrimonium eſt indiſſolubile ex natura rei, & ſolum diſſoluitur per profeſſionem ſolennem religionis ut iam dictum eſt, & dicetur amplius infra. hi q matrimonium, 32. q. 7

¶ Circa ſecundam & tertiam concluſionem dubium eſt, an matrimonium contra- D ctum in amentia ſit ualidum. Et uidetur uera pars affirmatiua.

¶ Primo arguitur ex iure. Nam in c. neque furioſus. 21. quæſt. 8. expreſſe dicitur quod nec furioſus neque furioſa matrimonium contrahere poſſunt, ſed ſi cōtractum fuerit non ſeparentur, ergo quamuis nō ſit licitum cōtrahere matrimonium, ualidum tamen eſt, ſi contrahant de facto.

¶ Secundo arguitur. Sit caſus, quod aliquis qui habet lucida interualla, tempore ſanæ mentis uoluit matrimonium cōtrahere cum Maria, & poſtea tempore furiæ dicat uerba neceſſaria ad contractum, & ſimi

liter

ſiter Maria, in hoc caſu ualidū eſt matrimoniū, ergo furioſus poteſt cōttahere matrimonium. Conſequētia eſt bona, antecedēs probatur. Si aliquis tēpore ſanę mētis deſiderauit & petiuit aliquod ſacramentum ſi poſtea labatur in amentiam ualidum erit tale ſacramentum & poteſt illi conferri, & hoc cōſtat in ſacramēto eucharistiæ & extremæ vnctionis, ergo idem erit de matrimonio.

¶ Tertio arguitur. Furia non eſt impedimentum ad copulam carnalem, ut manifeſte conſtat, nam furioſus poteſt habere copulam carnalem, ergo non eſt impedimentum ad matrimonium. Probatur conſequentia. Aliquid in tantum eſt impedimentum ad matrimonium inquantum eſt impedimentum ad copulam carnalem.

¶ Nihilominus tamen concluſio ſit. Matrimonium contractum in amentia nullum eſt. Hanc ſententiam tenet expreſſe D. Thom. hic. Magiſter Sotus & Doctores citati ubi ſupra, & hanc tenent omnes diſcipuli D. Thom. Et probatur primo, ex iure canonico. Nam in cap. dilectus, de ſponſalibus & matrimoniis, ita diffinitur expreſſè & in cap. neque furioſus iam citatis, ergo tale matrimonium nullum eſt. Secundo ratione D. Tho. Ad matrimonium requiritur conſenſus legitimus qui eſt cauſa efficiens mattimonij ſine quo eſſe non poteſt matrimonium, ut ſupra diffinitum eſt q. 45. præcipue art 1. ſed furioſus non poteſt habere legitimum conſenſum, cum non habeat uſum rationis tempore furiæ, ergo matrimonium ab illo contractum eſt nullum. Et hanc rationem adducit capitulum cum dilectus cum dicit, propter alienationem furoris legitimus non potuit interuenire conſenſus, &c. Ex hac concluſione infertur quod matrimonium contractum in amentia eſt irritum & nullum iure naturali. Ratio eſt aperta. Nam ad matrimonium iure naturali requiritur conſenſus, ergo deficiente conſenſu matrimonium erit nullum ipſo iure naturali. Itaque furia eſt impedimentum iuris naturalis.

¶ Quibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principio. Ad primum argumentum reſpondetur primo, quod quādo illud cap. dicit quod ſi contractum fuerit non ſeparētur non intelligitur ſi contractum fuerit in amentia, ſed quando iam

A contractum eſt ante amentiam & ſuperuenit amentia, nam tunc ut iam diximus non diſſoluitur matrimonium, & ita ſeparari non debet. Secundo reſpondetur, quod quātum ad illam partem, illud capitulum intelligi poteſt quando qui contra hic habet lucida interualla & contrahit tempore, quo eſt ſanæ mentis, tum enim habere poteſt legitimū conſenſū ad matrimoniū.

¶ Ad ſecundū reſpondetur negando antecedens. Et ad probationē negādo conſequentiā. Ratio differentię deſumitur ex doctrina D. Tho. in ſolutione ad primum.

B Nam in aliis ſacramentis ſuſcipiens ſe habet ut paſſum, ad quod ſatis eſt aliquando fuiſſe diſpoſitum: & quòd tempore quo recipit ſacramentum non ponat obicem, ſed in ſacramento matrimonii ſimul eſt recipiens ſacramentum & conferens, eſt enim miniſter reſpectu ſacramenti, & ideo exigitur actualis conſenſus in ipſo qui comitetur ipſa verba exteriora. Imo etiam ſi contrahens non habet rationem miniſtri huius ſacramenti, eſſet neceſſarius conſenſus actualis in hoc ſacramento & non in aliis, quia illud ſacramentum eſt quidam contractus ciuilis: & ita ad eius rationem eſt neceſſarius talis conſenſus, ſicut etiam ad alios contractus. C

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur, quod inter impedimenta mattimonii, quædam ſunt quæ dirimunt & annullant matrimonium, quia habeant repugnātiam cum effectu circa vſum matrimonii, ut naturalis impotentia & alia huiuſmodi impedimēta, alia uero dirimūt quia repugnant cauſæ, videlicet, conſenſui mattimonii, & huiuſmodi eſt furia.

¶ Eſt ſecundum dubium, an ſi furia ſubſequatur ad matrimonium iam validum, ſint permittendi habere vſum matrimonii. Et uidetur vera pars affirmatiua. Primo arguitur: nam ille vſus eſt licitus, ergo eſt permittendus. Cōſequentia videtur bona, nam illud quod licitum eſt & ſanctum, permittendum eſt: antecedens vero probatur. Talis vſus eſt vere matrimonialis vt cōſtat ergo licitus & bonus. D

¶ Secundo arguitur. Si ille vſus matrimonialis non eſt licitus, ſequitur quòd furioſus qui habens lucida interualla contrahit dum eſt ſanæ mentis, peccet contrahēdo, imo ꝙ nullum ſit matrimonium conſequens

quens autem eſt falſum vt dicitur in tertia conclusione articuli, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Vſus matrimonialis inter iſtos non eſt licitus, præcipuè ſi mulier ipſa ſit furioſa, ergo nec matrimonium quod ordinatur ad talem actum erit licitum, imò erit nullum, ſi non poteſt habere actum.

¶Tertiò arguitur. Permittere copulari carnaliter duos amētes imo copulare illos, non eſt peccatum mortale, ergo nec permittere quod furioſi habeant vſum matrimonialem. Conſequentia eſt euidens à fortiori: antecedens vero probatur. Talis copula non eſt illicita illis, ergo non peccat mortaliter qui illos copulat. Conſequentia uidetur bona: antecedens probatur. Copulare carnaliter duo pecora non eſt peccatum, ſed duo amentes habent ſe ut duo pecora, cum non habeant iudicium rationis, ergo non eſt peccatum.

¶His non obſtantibus ſit prima concluſio. Si in utroque coniuge ſit amentia abſque dubio ſunt ſeparādi donec reſipiſcant & dare operam quod habeant vſum coniugii uidetur peccatum mortale. Hanc concluſionem tenent multi diſcipuli D. Tho. ſuper iſtum articulum. Et probatur ratione. Ex tali congreſſu manifeſtum imminet prolis periculum, & ſaltem proles non poteſt commode educari quemadmodum natura intendit, ergo erit peccatum mortale. Conſequentia videtur bona, nam hac ratione vagus concubitus eſt illicitus, quoniam ex illo non ſequitur commoda educatio prolis. Antecedens vero conſtat. Nam talis proles ita ſe habet ac ſi non haberet parentes, cū non habeant vſum rationis. Confirmatur. Magis ſequitur mala educatio prolis ex tali congreſſu quam ex vago concubitu, nam proles quæ ſequitur ex vago concubitu habet parentes, non vero talis proles, ergo cum vagus concubitus ſit peccatum mortale, ita erit peccatum mortale, dare operam ut iſti furioſi carnaliter coniungantur.

Secunda concluſio. Si alter fuerit ſanæ mentis & nulla eſt ſpes concipiendi vel nullum periculum aborſus, talis acceſſus non uidetur peccatum, puta ſi mulier eſt ſui cō pos & permittat virum ad illam accedere. Hanc etiam cōcluſionem tenet multi diſcipuli D. Thom. Et ratio illius eſt. Nam talis mulier utitur re ſua, & nihil mali timet ex tali vſu nec ſequitur mala educatio prolis, ergo talis acceſſus non eſt peccatum.

¶Tertia cōcluſio. Si fœmina fuerit amēs regulariter illicitus ē acceſſus ſi ſpes ſit cōcipiendi. Hanc etiam concluſionem docent iſti diſcipuli D. Tho. Ratio huius concluſionis eſt. Nam ſemper eſt probabile periculum aborſus ſi fęmina ſit amens, ergo talis acceſſus eſt illicitus.

¶Ad primum argumentum reſpondetur quod ille uſus matrimonialis eſt illicitus in caſu primæ & tertiæ concluſionis. Et ad argumentum dicendum eſt: quod quamuis ſit uſus matrimonialis, nihilominus tamen eſt illicitus propter rationes factas in illis concluſionibus, non enim eſt ſemper licitus uſus matrimonialis vt dicemus inf. quæſt 64.

¶Ad ſecundū reſpondetur primo, ꝙ ſine dubio ī illo caſu matrimoniū eſt validū, nā eſt legitimus cōſēſus & datur uere facultas ad copulā carnalem, nam quod vſus matrimonialis aliquando non ſit licitus non conuincit quod matrimonium non ſit validū. Dico ſecundo. Si furioſus qui habet lucida interualla tempore quo eſt ſane mentis cōtrahat, nōnihil iniuriæ matrimonio irrogat, quia non ſatis idoneus eſt ad prole educandā: & ſi tam vir quā fęmina frequentiā amentiæ paterentur fortaſſe eſſet mortale peccatum. Ita dicit Magiſter Sotus loco ſupra citato. Verū eſt quod moderatur iſtud dictum. dicens, quod intelligitur niſi forte per alias coniunctas perſonas ſatis eſſet cōſultum prolibus educandis. Iſta moderatio non uidetur ita certa, nam prolis educato per parentes fieri debet vel ipſi de hoc debent eſſe ſoliciti.

¶Ad tertium argumentum dubium eſſe poſſet, an copulare carnaliter duos amentes nō coniunctos matrimonialiter ſit peccatū mortale. Et ratio dubitandi eſſe poteſt illa quæ adducta eſt in argumēto. Nihilominus tamen dicendū eſt, quod eſt peccatum mortale illos coniungere carnaliter, ratio deſumitur ex D. Thom. hic, & ex dictis, quia ex tali copula ſequitur detrimentum prolis, ergo illicitum eſt illos copulare. Conſequentia eſt euidens, antecedens probatur. Nam frequētur mala educatio prolis, quæ ita ſe haberet ac ſi non haberet partē nec matrē qui poſſent educare illum ſecundū eſſe rationale,

tionale. Confirmatur. Quia ideo uagus cõcubitus eſt illicitus quia proles per ſe loquendo non poteſt bene educari ſecũdum eſſe rationale, ſed tũc non poteſt bene educari ſecundum eſſe rationale, ergo. Secũdo probatur. Ex tali copula ſequitur periculum aborſus ut iam diximus, ergo peccatum eſt illos copulari. Et ad rationem dubitandi reſpondetur, quod copula carnalis in amentibus non eſt peccatum, quia carẽt iudicio rationis, cæterum copula ex qua ſequitur detrimẽtum proli ex natura ſua eſt ſufficiens materiale ut ſit peccatum mortale, ſi fiat cum iudicio rationis, illi vero qui illos copulant habent iudicium rationis, & ita detrimentum prolis eſt uolitum ab illis, vel ſaltem copula ex qua oritur detrimentum proli. Secundo reſpondetur. quod ad hoc quod ſit peccatum mortale copulare illos ſufficiat quod obiectum ipſum ex natura ſua ſit illicitum, quamuis in indiuiduo non ſit illicitum, ſicut non licet inducere aliquem ad actum qui ex natura ſua eſt peccatum, licet, in indiuiduo ex ignorantia inuincibili nõ ſit peccatum. Et ad illud quod dicitur quod amentes ſunt ueluti pecora, reſpondetur, quod reuera manent homines, & generant hominem non pecus, in pecoribus uero nullum ſequitur detrimentum proli, nec actus eſt illicitus ex natura rei, at vero in amentibus ſequitur detrimentum proli & actus ipſe eſt illicitus ex natura rei, licet in indiuiduo nullum ſit peccatum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum inceſtus quo cognoſcit quis ſororem vxoris ſuæ matrimonium dirimat.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quod inceſtus quo quis cognoſcit ſororem vxoris ſuæ matrimonium non dirimat, quia mulier non debet puniri pro peccato viri: ſed puniretur ſi matrimonium ſolueretur: ergo, &c.

¶ 2 *Præterea. Plus peccat qui pro-*

A *priam conſanguineam cognoſcit quam qui cognoſcit conſanguineam vxoris: ſed primum peccatum non impedit matrimonium: ergo nec ſecundum.*

¶ 3 *Præterea. Si in pœnam peccati hoc infligitur, uidetur etiam ſi mortua vxore cum alia contrahat inceſtuoſus, quod ſeparari debeant, quod non eſt uerum*

¶ 4 *Præterea. Hoc etiam impedimentum non connumeratur inter alia ſupra enumerata: ergo non dirimit con*
B *tractum matrimonium.*

SED contra eſt, quia per hoc quod cognoſcit ſororem vxoris contrahitur affinitas dirimit matrimonium contractum: ergo & inceſtus prædictis.

¶ *Præterea. In quo quis peccat in hoc punitur. ſed talis peccat contra matrimoniũ: ergo debet puniri, quod matrimonio priuetur.*

RESPONDEO dicendum, quod ſi aliquis cognoſcit ſororem aut àliam conſanguineam vxoris ſuæ ante matri
C *monium contractum etiam poſt ſponſalia, oportet matrimoniũ ſeparari ratione affinitatis contract: aſi autem poſt matrimonium contractum & conſummatum, non debet totaliter matrimonium ſeparari, ſed uir amittit ius petendi debitum, nec poteſt ſine peccato petere, ſed tamen debet reddere petenti, quia vxor non debet puniri de peccato viri: ſed poſt mortem vxoris debet omnino manere abſque ſpe coniugij, niſi cum eo diſpenſetur propter fragilita*
D *tem ſuam cum timetur de illicito coitu: ſi tamen præter diſpenſationem contrahat, peccat contra ſtatuta eccleſiæ faciens, non tamen matrimonium dirimitur, nec propter hoc ſeparatur.*

ET per hoc patet ſolutio ad obiecta, quia inceſtus ponitur matrimonij impedimentum, non tam ratione culpæ quã ratione affinitatis, quam cauſat: & ideo etiam non connumeratur àlijs impedimentis, ſed impedimento affinitatis includitur.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Si aliquis cognoſcit ſororem aut aliam conſanguineam uxoris ante matrimonium contractum, etiam poſt ſponſalia oportet matrimonium ſeparari ratione affinitatis contractæ.

¶Secunda concluſio. Si quis poſt contractum matrimonium committit inceſtum cum conſanguinea vxoris, non poteſt petere debitum, tenetur tamen reddere.

¶Tertia concluſio. Qui committit inceſtum cum conſanguinea uxoris mortua vxore, non poteſt ducere vxorem in perpetuum: ſi tamen ducat vxorem peccat, tamē factum matrimonium tenet. Itaque talis inceſtus impedit ne contrahat, non tamen dirimit contractum.

¶Quarta concluſio in ſolutionibus argumentorum. Inceſtus cum cōſanguinea vxoris ponitur impedimentū matrimonii, non tam ratione culpæ, quam ratione affinitatis quam cauſat, & ita in impedimento affinitatis includitur.

¶De materia huius art. diſputant Doctores ſcholaſtici cum Magiſtro in 4. diſt. 37. C Magiſter Sotus ibidem quæſt. 1. art. 2. & in locis citatis in materia de affinitate. Nauarro in Manuali cap. 22. num. 74. 75. Couar. ſuper quartum Decretalium par. 2. ca. 6. §. Circa iſtū articulū ſupponendū, eſt q inceſtus ſumitur ꝓ carnali copula cū cōſanguinea propria vel vxoris. Et D. Th. in articulo loquitur de inceſtu cū cōſanguinea vxoris. Et prima concluſio D. Tho. habetur in cap. ex literis, & in capit. veniens de eo qui cognouit conſanguineā vxoris, & debet intelligi quando copula fuit conſummata cū ſeminatione intra vas legitimum vt dictū D eſt ſupra quæſt 55. aliàs enim non dirimit matrimonium, vt habetur ca. tuæ fraternitati de eo qui cognouit conſanguineā uxoris. Tertia uero concluſio habetur in ca. 2. & 4. eodem titulo.

c. ex literis c. ueniēs, de eo qui cognouit conſanguineā uxoris. c. fraternitatis. c. 2. & 4. eo. tit.

¶Circa concluſionem iſtam eſt primum dubium breue. Vtrum ſi vir mortua vxore cōmittat inceſtum cum conſanguinea vxoris, impediatur ad contrahendū. In hac difficultate Magiſter Sotus vbi ſupra art. 1. tenet quòd non impeditur. Ratio illius eſt. Quoniam hæ impedimenta reſtringenda ſunt, & canones non loquuntur niſi uiuēte A vxore. Alij vero Theologi & Iuriſperiti dubitant de hac re.

¶ Nihilominus ſit concluſio. Certiſſimū mihi videtur quod ille qui mortua vxore cōmittit inceſtum cum conſanguinea uxoris, impeditus manet ad contrahēdum matrimonium ſicut qui committit inceſtū viuente propria uxore. Nam in ca. tranſmiſſæ de eo qui cognouit conſanguineam vxoris, expreſſe dicitur, quod qui mortua vxore cognouit eius cōſanguineam ſit impeditus ad contrahēdum matrimoniū. An vero ſit peccatum mortale contrahere cum tali B impedimento non dirimente matrimoniū, dictum eſt ſupra in principio de impedimētis. Et oīa quæ pertinent ad inceſtum cum conſanguinea vxoris explicata ſunt ſupra quæſt. 55. de affinitate.

c. tranſmiſſę, de eo qui cognouit conſanguineā uxoris.

¶Eſt ſecundum dubium in hoc articulo an inceſtus cum propria conſanguinea impediat matrimoniū. Et videtur quod non, primo ex doctrina Theologorū & Iuriſperitorum qui omnes dicunt, quòd ex inceſtu cum conſanguinea oritur impedimentū affinitati; & nullum aliud impedimentū ponitur, vt patet ex doctrina D. Thom. in hoc C articulo. & Magiſtri Soti in loco citato artic. 2. D. Antonini 3 par. capit. 16. §. 4. tit. 1. Sylueſtri verbo matrimonium. 7. impedimēto vltimo, ergo inceſtus cū propria conſanguinea nō eſt impedimentū mr̄imonij.

¶Secundo arguitur. Nullum ius extat q inceſtus cum propria cōſanguinea ſit impedimentum matrimonij; nā in c 1. 2. & 4. de eo qui cognouit conſanguineā vxoris, ſolū ponitur impedimentum inceſtus cū affine, ergo inceſtus cū propria conſanguinea non eſt impedimentum matrimonii.

c. 1. 2. 4. de eo q cognouit conſanguineā, &c.

Tertio arguitur. Inceſtus ponitur impe- D dimentū matrimonii non ꝑꝑ grauitatem criminis, ſed propter iniuriā quæ fit matrimonio per cognatū cū cognata cōiugis q docet D. Th. in ſolutione ad argumenta, & conſtat ratione. Nam alia peccata ēt carnis poſſunt eſſe grauiora vt conſtat, ergo inceſtus cum propria conſanguinea non impedit ipſum matrimonium.

¶Quarto arguitur. Quādo quis eſt inceſtueſus cū propria conſanguinea, non contrahit impedimentum reſpectu vſus matrimonialis vt manifeſte conſtat, ergo nec reſpectu futuri matrimonii. Probatur conſequentia. Nā vt cōſtat ex doctrina D. Th. in

hoc

hoc articulo vtrumq; iſtorũ pari paſſu currit, ſcilicet, & impedire matrimonium & vſum matrimonij.

c.ſi duo. 35.q.6.

¶In oppoſitum eſt primo. Nam in ca.ſi duo 35.q.6 habetur conſanguineos matrimonio iunctos ſeparari debere, & poſſe cũ aliis contrahere ſi iuuenes ſunt, ſignificãdo (vt dicit gloſſa) indigere diſpẽſatione ſi ſciẽter ſe coniunxerunt, quæ tamen propter iuuentutem dari poteſt. Et in ca. finali. 35.q.8. de conſanguineis concubinariis ait. Si alter eorũ morte præuentus fuerit, alter quã diu uiuit grauiter pœniteat & ſine ſpe coniugii maneat. Et in c.de inceſtis. 36.q.3. dicitur. Inceſtuoſos nullo nomine coniugii deputandos, & in c.ſi quis viduam 32.q.7. expreſſe hoc determinatur vide illum.

c.ſi. 35. q.8.

Et in c. de inceſtis. 35. q. 3. & in cap.ſi quis uiduã. 32. q.7.

¶Secundo arguitur. Stylus Curiæ Romanæ hunc ſeruat modum, nam cum diſpenſat vt conſanguinei qui ſe inceſtu polluerunt contrahant inter ſe matrimoniũ, apponit clauſulam vt ſuperſtes ſine ſpe coniugij maneat, ergo ſupponitur manifeſte quod talis inceſtus eſt impedimentum matrimonii.

¶Tertio arguit. Inceſtus ponitur impedimentum matrimonij propter grauitatẽ criminis; & nõ ſolum propter iniuriã quæ fit matrimonio per coitũ cum cognata coniugis ſed inceſtus cũ propria cõſanguinea habet eandem grauitatem imo multo maiorẽ, ergo erit impedimentum matrimonii Cõſequentia eſt bona. Maior probatur. Nã inceſtus cũ affine nullo præcedente matrimonio idẽ facit, nã in cap. ſi quis cũ duab. 33.q.2. habetur ꝙ qui cũ duabus ſororibus fuerit fornicatus, nõ debet cõtrahere etiã cũ alia, niſi quædã cõcurrant ob quæ diſpenſetur vt ibi dicit gloſſa. Et in ca.ſi quis cum matre & filia. 35.quæſtione. 3. idem habetur & in cap. qui propinquam eadem cauſa & quæſtione. In quo Fabianus Papa ait, Qui propinquam ſanguinis vxorem duxerit, & ſeparantur, non licebit eis quamdiu uixerint alias uxores ſibi in coniugio ſociare.

c.ſi quis cũ duab. 33.q.2. c.ſi quis cum matre & filia 35. q.3. & in ca. qui propinquã. ea.cauſa & q.

¶Propter hæc argumenta pro utraq; poſita ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſnia aſſerit, quòd inceſtus cum propria conſanguinea non eſt impedimentũ matrimonii etiam impediens. Hãc ſententiam uidetur tenere D.Tho. & Magiſter Sotus diſt.37.quæſt.uni.arti.2.& D.

A Antonini. in loco citato in primo argumẽto & Syluester in loco ibi allegato. & Cardinalis, Alciatus citatus a Nauarro in loco citato in principio & alii autores citati ibidem. Secunda ſententia eſt huic oppoſita, uidelicet, quod inceſtus cum propria cõſanguinea eſt impedimentum matrimonii impediens, & non dirimens. Hanc ſententiam tenet Nauarro in loco citato & pro illa citat Panor. & Præpoſ. in ca. 1. & 2. de eo qui cognouit conſanguineam vxoris. Hanc etiã tenet Angelus uerbo inceſtus. §.5. & hanc tenent fere omnes Canoniſtæ.

B ¶In huius rei explicationẽ ſit concluſio. Prima ſententia eſt probabilis in iure, ſecũda vero longe probabilior. Prima pars probatur argumẽtis factis primo loco quę ſunt probabilia & autoritate Doctorum tenẽtiũ illam. Secunda vero pars probatur argumẽtis factis ſecundo loco quæ ſunt lõge probabiliora, & autoritate Doctorũ tenẽtium illam. Duo tamen ſunt aduertẽda circa iſtã partem. Primum eſt, quòd aliqui autores dicunt ꝙ quãuis ita inueniatur in iure, tamen per contrariam conſuetudinẽ iam inceſtus cum propria conſanguinea non impedit matrimonium. C Ita dicit Magiſter Sotus in loco iam citato circa finem; tutius tamen eſt oppoſitum vt eſt manifeſtum. Secundum aduertendum eſt quòd communiter dicũt Doctores, quòd Epiſcopus poteſt diſpenſare in inceſtu qui cõtrahitur cũ cõſanguinea vxoris poſt cõtractum matrimonium, ita ut non ſit impedimentum ad petendum debitum. Hãc ſententiã tenet Magiſter Sotus di. 37. quæſt. 1. art. 2. & citat Paluda. & Syluestrum, nam in iſtis caſibus non uidetur Epiſcopus reſtrictus à Sũmo Pontifice. Imo Caiet. uerbo matrimoniũ. & cõmuniter alii Doctores tenẽt, quod in D inceſtu cum propria conſanguinea, & in impedimentis quæ impediunt & nõ dirimũt matrimoniũ poterit Epiſcopus diſpenſare. Et ita Nauar. in loco ſupracitato dicit, ꝙ in impedimẽto noſtri dubii diſpenſare poteſt & debet Epiſcopus, ſi timeatur incontinentia. Et adducit ad hoc propoſitum cap. antiqui, cap. in adoleſcentia 33. quæſt. 2. & cap. ex literis. de eo qui cognouit conſanguineã uxoris. & Palud. in 4. diſtin. 34. quæſt. 1. & D. Anto. 3. part. tit. 1. cap. 15. §. 4. Hoc autem eſt contra Panor. & Præpo. tenẽtes in dict. cap. 1. quòd Epiſcopus non diſpenſat

in inceſtu cum cõſanguinea,ſed cum affine. Et ſuam ſententiã probat Nauarro. Primo quia plurimi dicunt ꝙ inceſtus cum propria cõſanguinea non eſt impedimentum. Secũdo quia in iuribus citatis permittitur diſpẽſatio ſimpliciter. Imo addit Nauarro ꝙ ſtante conſuetudine quòd propter nullum inceſtum diſpenſatio petatur quando timetur incontinentia, ẽt diſpenſatio Epiſcopi non eſt neceſſaria ſecundum Palud. & D. Antoni.& communem.Imo addit Palud.hoc conſuetudine ſeruari & hoc credit etiam Nauarro eo quòd nũquam uidimus nec audiuimus ullum inceſtuoſum petere diſpẽſationem à Papa uel Epiſcopo,niſi ad contrahendum cum ea cum qua inceſtum cõmiſſit uel eius conſanguinea propter affinitatem inde ortam. De hoc plura poſtea.

¶Quibus poſitis reſpõdendum eſt ad argumenta facta primo loco, nam ſecundam ſententiam exiſtimamus probabiliorem. Ad primũ argumentum reſpondetur,ꝙ ut conſtat ex iam dictis quòd inceſtus non ſolum eſt impedimentum propter affinitatẽ contractam,& ita D.Th. non ſolum poſuit impedimentum affinitatis ut patet ſupra quæſt.55.per totam,ſed in hoc articulo diſputat de impedimẽto inceſtus ſeorſum, ut intelligamus quòd eſt diſtinctum impedimentum ab affinitate.

¶ Ad ſecundum argumentum rñdetur ꝙ ex adductis pro ſecunda ſententia cõſtat apertè,ꝙ inceſtus etiam cum propria conſanguinea eſt impedimentum matrimonii.

¶Ad tertium argumentum reſpõdetur negando antecedens. Et ad primam probationem antecedentis ex doctrina D. Tho. reſpondetur quòd D.Th. ibidem loquitur de inceſtu cũ cõſanguinea vxoris, & ille inceſtus ſolum habet rationem impedimenti propter affinitatem contractam & propter iniuriã quæ fit matrimonio. Cęterũ inceſtus cum propria conſanguinea, eſt impedimentum propter grauitatẽ criminis. Ad ſecundam probationem dicendum eſt, quòd inceſtus cũ propria conſanguinea inter peccata carnalia eſt ſatis graue peccatũ,ut conſtat,& arguit maximam incontinentiam.

¶ Ad quartum argumentum Magiſter Sotus in illa quæſt.1.art.2.reſoluit,quòd inceſtus cum propria conſanguinea poſt contractum matrimoniũ non impedit petitionẽ debiti, quia hoc nullibi habetur in iure,

A & citat pro hac ſententia Syluestrum uerbo matrimonium 7.§. vlt. Et hæc eſt uera ſententia, quicquid alii dicant, quos citat ipſe Magiſter Sotus in quæſt.1.citata ar.1. circa finem.Vnde ad argumentum dicendũ eſt,quod etiam ſi inceſtus cum propria cõſanguinea non impediat matrimonium,impedit tamen vſum matrimonii,& ad probationem ex D. Thom. reſpondetur quod D. Thom. loquitur de inceſtu cum conſanguinea vxoris,qui quidẽ inceſtus ſicut impedit matrimonium impedit ẽt uſum matrimonii. Cæterum inceſtus cum propria conſanguinea impedit matrimonium non

B uſum.

¶Sed adhuc eſt dubiũ an illa pœna,quæ incurritur propter inceſtum cum propria cõſanguinea,uidelicet, quod impeditur ne contrahat matrimonium,incurratur ipſo facto uel ſit neceſſaria declaratio iudicis. Et uidetur hoc ſecũdũ. Nam in aliis pœnis eſt neceſſaria declaratio iudicis & non incurruntur ipſo facto,ergo idem erit de illa pœna. In hac difficultate & propter hoc argumentum.Panor.& alii in cap.literis de præſumptione & c.2. de pœnitentiis & remiſ-

C ſionibus tenet,quod non incurritur hoc impedimentum niſi poſt declarationem iudicis.Magiſter uero Canus ſuper iſtum articulum dicit quòd hæc lex fuit canon pęnalis,taliter quod ſicut olim peccantibus imponebãtur graues pœnæ taxatæ in iure, ſic in pęna inceſtus erat imponẽda hęc pœnitentia ut non contraheret. Sed quia modo per contrariam conſuetudinem derogatũ eſt illis legib.nemo tenetur illi impedimento,imo ſi a ſacerdote fuerit impoſita nõ tenetur pœnitens ſeruare.Syluester vero ubi ſupra,tenet,quòd illud impedimentum ſta-

D tim incurritur ex ſtatuto. Et hæc ſententia eſt probabilior.Nam alia impedimẽta quæ oriuntur ex crimine ſtatim incurruntur añ iudicis declarationem,ſed hoc impedimentum eſt eiuſdẽ rationis, ergo ſtatim incurritur ante declarationem iudicis.Maior cõſtat de eo qui occidit propriam vxorem & de aliis quæ ſtatim incurruntur. Et ad rationem dubitandi in oppoſitum pro nunc breuiter dicendum eſt,quòd pœnæ priuatiuæ ſtatim incurruntur vt patet de excõmunicatione latæ ſententiæ,& de irregularitate quæ hẽt rationem pęnæ, & cum impedire matrimoniũ ſit pœna priuatiua ſtatim in-

curri-

curritur ante iudicis declarationẽ de quo A plura in materia de excommunicatione.

ARTICVLVS V.

¶Vtrum defectus ætatis impediat matrimonium.

Tho. 4. d. 36. q. vni. ar. 6

AD QVINTVM *ſic proceditur. Videtur quod defectus ætatis non impediat matrimonium. Secũdum enim leges pueri accipiunt tutorem vſque ad 25. annum: ergo uidetur quod vſque ad tempus illud non ſit confortata ratio ad conſenſum, & ita uidetur quod illud debeat eſſe tempus ſtatutum matrimônium ineundi: ſed ante tempus illud matrimonium poteſt contrahi: ergo defectus ætatis non impedit matrimonium.*

¶ 2 *Præterea. Sicut vinculum religionis eſt perpetuum, ita & uinculum matrimonij: ſed ante 14. annum non poſſunt facere profeſſionem ſecundum nouam conſtitutionem: ergo nec matrimonium contrahere ſi defectus ætatis matrimonium impediret.*

¶ 3 *Præterea. Sicut conſenſus ad matrimonium requiritur ex parte uiri, ita ex parte vxoris: ſed mulier ante 14. annum poteſt contrahere matrimonium, ergo & vir.*

¶ 4 *Præterea. Impotentia coeundi niſi ſit perpetua & ignorata non impedit matrimonium: ſed defectus ætatis non eſt perpetuus nec ignoratus: ergo non impedit matrimonium.*

¶ 4 *Præterea. Non continetur in aliquo prædictorum impedimẽtum, & ita non videtur eſſe matrimonij impedimentum.*

lib. 4. ti. 15. d̃ frigidis. c. 2.

SED contra Decret. dicit quòd puer qui non poteſt reddere debitum non eſt aptus matrimonio: ſed ante 14. annũ (vt in pluribus) non poteſt reddere debitum, vt in 9. animalium dicitur: ergo, &c.

¶ *Præterea. Omnium natura conſtãtium poſitus eſt terminus magnitudinis & augmenti, & ita videtur cum matrimonium ſit naturale quòd debeat habere determinatum tempus per cuius defectum impediatur.*

RESPONDEO dicendum, quod matrimonium cum fiat per modum cõtractus cuiuſdam ordinationi legis poſitiuæ ſubiacet, ſicut & alii contractus: vnde ſecundum iura determinatum eſt, quòd ante illud tempus diſcretionis B *qua vterque poſſit ſufficienter de matrimonio deliberare, & debitum ſibi inuicem reddere, matrimonia nõ contrahantur, et ſi non ita facta fuerint, dirimuntur: hoc aũt tempus vt in pluribus eſt in maſculis in 14. anno. In fœmina autem in 12. anno: quia tamen præcepta iuris poſitiui ſequuntur id, quod in pluribus eſt. ſi aliquis ad perfectionẽ debitam ante tempus prædictum perueniat, ita ꝙ vigor naturæ & rationis defectũ ætatis ſuppleat, matrimoniũ non* C *diſſoluitur: & ideò ſi contrahentes ante annos pubertatis, ante tempus prædictum carnaliter fuerunt copulati, nihilominus matrimonium perpetuo ſtat indiſſolubile.*

lib. 4. de cret. tit. 2. ca. 3.

AD primum ergo dicendum, quòd in illis ad quæ natura inclinat, non exigitur tantus vigor rationis ad deliberandum, ſicut in alijs: & ideo ante poteſt deliberans in matrimoniũ ſufficienter conſentire, quam poſſit in contractibus alijs res ſuas ſine tutore pertracta- D *re. Et ſimiliter eſt dicendum ad ſecundum, quia votum religionis eſt eorum quæ ſunt ſine inclinatione naturæ quæ maiorem difficultatem habent quam matrimonium.*

AD tertium dicendum, quòd mulier citius ad tempus pubertatis peruenit quam vir, vt dicitur in 9. de animalibus: & ideo non eſt ſimile de vtroque.

AD quartũ dicendum, ꝙ ex parte iſta non ſolũ eſt impedimentum propter impotentiã coeundi, ſed ẽt pp̄ defectum

rationis quæ adhuc non ſufficit ad conſenſum illum ritè faciendum qui perpetuo durare debet.

AD quintum dicẽdum, quod ſicut impedimentum quod eſt ex furia, reducitur ad impedimentum erroris, ita ẽt impedimentum quod eſt ex defectu ætatis, quia homo nondum habet plenum vſum liberi arbitrij.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Secundum iura determinatum eſt quod ante illud tempus diſcretionis quo vterque poſſit ſufficienter de matrimonio deliberare: & debitum ſibi inuicem reddere, matrimonia non contrahantur, & ſi non ita facta fuerunt dirimuntur.

¶Secunda concluſio. Illud tempus ut in plurimum eſt in maſculis in quartodecimo anno, & in fœminis in duodecimo.

¶Tertia concluſio. Sed quia præcepta iuris poſitiui ſequuntur id quod vt in plurimum eſt: ſi aliquis ad perfectionẽ debitã ante prædictum tempus perueniat, ita ꝙ vigor naturæ & rõnis ſuppleat defectum ætatis, non diſſoluitur matrimoniũ. Et ideo ſi contrahentes ante annos pubertatis ante tempus prædictum carnaliter fuerint copulati, matrimonium contractum inter illos perpetuo ſtat indiſſolubile.

DE materia huius artic. agunt Doctores diſt. 35. de coniugio ſeruorum puerorum, Magiſter Sotus ibidem quæſt. vnica, art. vltimo Iuriſperiti in titu. de deſpon. impub. Syluestr. verbo, matrimonium 5. Couar ſuper 4. Decret. par. 2. cap. 5. nu. 1. 2. & 3. & omnes alij authores.

¶Circa iſtum articulum notandum prĩmo, quòd ſtando in iure naturali ſolum, certum eſt quod ſolus vſus rationis etiam ante annos pubertatis eſſet ſatis vt matrimonium ſit validum: nam tunc eſſet verus conſenſus non inhabilitatus ab ipſo iure naturæ, & ita matrimonium eſſet validum. Ex quo colligitur quòd tale matrimonium contractum inter infideles qui non ſunt ſubiecti legibus eccleſiæ eſſet validum, nam haberet requiſita ſecundum ius naturæ. Et quamuis pro tunc non eſſent illi apti ad co-

A pulam carnalem, eſſet tamen impotentia temporalis tantum quæ non dirimit matrimonium ſtando in iure naturali, vt diximus in artic. 1. huius quæſtionis. Secundò notandum eſt, quoſt ſtando in iure poſitiuo ſecunda concluſio D. Tho. eſt certiſſima, videlicet, quod tempus legitimum matrimonij contrahendi eſt in viro quatuordecim annorum, & in fœmina duodecim. Ita dicitur cap. quod ſedem. de frigidis & maleficiatis, vbi dicitur. Puer qui non poteſt reddere debitum non eſt aptus connugio Et de deponſatione impuberum. capit. vbi in quo Nicolaus inquit. Diſtrictius inhibemus ne aliqui quorum vterque vel alter ad ætatem legibus vel canonibus determinatam non peruenerint coniungantur. Canones autem ſunt cap. literas. ca. contineban‍tur. & cap. atteſtationes. de deſponſatione impuberum. lex verò ciuilis deſponſalibus habetur l. in ſponſalibus, ff. de ſponſalibus. Et ex dictis canonibus colligitur aperte, quòd hoc impedimentum non ſolũ impedit. verum etiam dirimit matrimoniũ Vide rationes Magiſtri Soti de hac re.

(ca. quòd ſedẽ, de frigidis & maleficiatis. c. vbi, de deſponſatione impuberum. c. literas c. contineban̄t. ca. atteſtationes. de deſpon. impuberum. l. in ſpõſalib. ff. de ſpõſalibus.)

B

¶Eſt tamen præcipua difficultas in hoc C articulo, an quando acceleratur vſus rationis añ annos illos pubertatis matrimoniũ contractum ſit validum de facto, etiam ſtãdo in iure humano, licet non interueniat pro tunc carnis copula. Itaque dubium eſt an vt ſit ualidum matrimonium ſatis ſit, quòd ſola prudentia ſuppleat ætatem: an ſimul requiratur quòd prudentia & malitia, id eſt, poſsibilitatis ad copulam pro tũc ſuppleant ætatem. Ad hanc difficultatem. Magiſter Sotus ubi ſupra, dicit quòd ipſe non auderet aſſerere, quòd ſit legitimum matrimonium ante tempus legitimum, D niſi etiam copula fuerit conſummata: uel ſaltem ſponſi fuerint ad id idonei. Et pro hac ſententia citat Abbatem & Syluestrũ, verbo, matrimonium. 5. Et hæc eſt vera ſententia. Probatur. Nam in illo capite totius iuris hoc permiſſum habetur: & in contrahendo matrimonio non eſt licitum arbitrari, ſed uerbis canonum inſiſtendum eſt. De ſponſalibus vero non tantum imminet periculum cum multis de cauſis dirimi poſſint. Et in hanc ſententiam inclinant viri doctiſſimi noſtri temporis, & videtur eſſe mens D. Thom. hic, & eam tenet Couar. ſupra quartum decret. part. 2. capitu.

capitu.5.nume.1.& 2. & videtur communis ſententia & eligenda. Sed aduertẽdum quòd completa ætate pubertatis & ſtante uſu rationis,licet forte pro tunc nõ eſſet aptitudo uel potentia ad copulã,nihilominus matrimonium tunc contractum eſſet ualidum:quia nihil deficit ex requiſitis ſecundum ius eccleſiaſticum. Nam illa impotentia eſt tantum temporalis, ut ſupponimus, & ita non annullat, matrimonium, Cætera omnia uide in Magiſtro Soto & aliis.

QVAESTIO LIX.

De diſparitate cultus, quæ matrimonium impediat.

DEinde conſiderandum eſt de diſparitate cultus quæ matrimonium impediat. Circa hoc quæruntur ſex. Primo, utrũ fidelis poſſit contrahere matrimonium cum infideli. Secundo, utrum inter infideles ſit matrimonium. Tertio. vtrum coniux conuerſus ad fidem poſſit commanere cum infideli nolente cõuerti. Quarto, utrum poſſit uxorem infidelem relinquere. Quinto, utrum ea dimiſſa poſſit aliam ducere, Sexto, utrum propter alia peccata uir poſſit dimittere vxorem ſicut propter infidelitatem.

DE hac materia diſputant Theologi in quarto, diſt. 39. Magiſter Sotus ibidem quæſtione vnica. Gratianus in decreto 28.quæſt.prima & ſecunda. Syluester verbo, matrimonium.8. quæſt. 10. Nauarro in manuali.cap.22.nu. 48. Couar. ſuper quartuum decret.par. 2.cap. 6. §. 12. per totum.

A

ARTICVLVS PRIMVS

¶ Vtrum fidelis poſsit contrahere cum infideli.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod fidelis poſſit matrimonium cum infideli contrahere, Quia Ioſeph con- Th.4.diſtin.36. q.unica. arti.1.& ſeq

B *traxit cum Aegyptia, & Heſter cum Aſſuero: in utroq; autem fuit diſparitas cultus, quia alter erat infidelis, & alter fidelis: ergo diſparitas cultus precedens matrimoniũ ipſum nõ impedit.*

¶ 2 Præterea. Eadem eſt fides quã docet vetus & noua lex: ſed ſecundum veterem legem poterat eſſe matrimonium inter fidelem & infidelem, ut patet Deuter. 21. Si egreſſus ad pugnam uideris mulierem pulchram in medio captiuorum, & adamaueris eam, in-

C *troibis ad eam, dormiens cum ea, & erit tibi uxor, ergo & in noua lege licet.*

¶ 3 Præterea. Sponſalia ad matrimonium ordinantur: ſed inter fidelem & infidelem poſſunt in aliquo caſu contrahi ſponſalia cum conditione futuræ conuerſionis: ergo ſub eadem cõditione matrimonium poteſt contrahi inter eos.

¶ 4 Præterea. Omne impedimentum matrimonij eſt aliquo modo cõtrarium matrimonio: ſed infidelitas nõ eſt

D *contraria matrimonio, quia matrimonium eſt in officium naturæ, cuius dicta menſ fides excedit: ergo diſparitas fidei non impedit matrimonium.*

¶ 5 Præterea. Diſparitas fidei etiã quandoq; eſt inter duos baptizatos ſicut quando aliquis poſt baptiſmum in hæreſim labitur: ſed ſi talis cum aliqua fideli cõtrahat, nihilominus eſt uerum matrimoniũ: ergo diſparitas fidei matrimonium non impedit.

SED contra eſt, quod dicitur 2. Corint. 6. Quæ cõuentio lucis ad tenebras:

ſed maxima cōuentio eſt inter uirū & uxorem: ergo ille qui eſt in luce fidei nō poteſt contrahere matrimonium cum illa qua eſt in tenebris infidelitatis.

¶ *Praterea. Malach. 2. dicitur, Contaminauit Iudas ſanctificationem Domini quoniam dilexit & habuit filiā Dei alieni: ſed hoc non eſſet, ſi inter eos poſſet uerum matrimonium contrahi: ergo diſparitas cultus matrimonium impedit.*

RESPONDEO dicendum, quod principalius matrimonij bonum eſt proles ad cultum Dei educanda: cum autem educatio fiat communiter inter patrem & matrem, uterq; ſecundum fidem intendit ad cultum Dei prolē educare: & ideo ſi ſint diuerſa fidei, intētio unius, alterius intētioni cōtraria erit: & ita inter eos non poteſt eſſe conueniēs matrimonium, & propter hoc diſpatas cultus pracedens matrimonium, impedit ne contrahi poſſit.

AD primum ergo dicendum, quod in ueteri lege de aliquibus infidelibus erat permiſſum, ꝙ cum eis poſſent inire coniugia, & de aliquibus prohibitum. Specialiter tamē erat de infidelibus habitantibus intra Chanaam: tum quia Dominus praceperat eos occidi propter eorum obſtinationem, tum quia maius periculum imminebat ne coniuges filios Iſrael ad idolatriam peruerterent, quia filij Iſrael ad ritus & mores eorum proniores erant propter conuerſationē cum eis: ſed alijs gētibus permiſit pracipue, quia non poterat eſſe timor ꝑtrahēdi ad idolatriā, & ſic Ioſeph. & Moyſes, & Heſter, cū infidelibus matrimonia cōtraxerunt. Sed in noua lege, ēt quæ ꝑ totū orbem diffunditur. ſimilis ratio ut prohibēdi de oībus infidelibus: & ideo diſparitas cultus pracedens matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum.

AD ſecundum dicendum, ꝙ lex illa uel loquitur de alijs rationib. cum quibus poterāt inire cōiugia, uel loquitur quādo illa captiua ad fidem & cultum Dei conuerti uolebat.

A

AD tertium dicendum, quod eadē eſt habitudo praſentis ad praſens, & futuri ad futurū: vnde ſicut quādo matrimoniū in praſenti cōtrahitur, requiritur vnitas cultus in utroq; contrahentium, ita ad ſponſalia quibus fit ſponſio futuri matrimonij ſufficit conditio appoſita de unitate cultus futuri.

AD quartum dicendum, quod iam ex dictis patet, ꝙ diſparitas cultus contraria eſt matrimonio ratione principalioris boni ipſius quod eſt bonum prolis. In corp. articuli.

B

AD quintum dicendum, ꝙ matrimonium eſt ſacramentum & ideo quātum pertinet ad neceſſitatem ſacramēti requirit paritatem, quantum ad ſacramentū fidei, ſcilicet baptiſmum, magis quam quantum ad interiorem fidē: unde etiam hoc impedimentum non dicitur diſparitas fidei, ſed cultus diſparitas qui reſpicit exterius ſeruitium: ut in 3. lib. dictum eſt. Et propter hoc ſi aliquis fidelis cum haretica baptizata matrimonium contrahat, verū eſt matrimonium, quamuis peccet contrahendo, ſi ſcit eam hareticam: ſicut peccaret ſi cum excommunicata contraheret, nō tamen propter hoc matrimonium dirimeretur: & econtrario ſi aliquis catechumenus habens rectam fidem, ſed nondum baptizatus cum aliqua fideli baptizata contraheret, non eſſet uerum matrimonium. Diſt. 9. q. 1. ar. 1. Quæſt. 1. in corpo.

C

SVMMA ARTICVLI.

D

PRima cōcluſio. Diſparitas cultus præcedens impedit ne contrahi poſſit matrimonium. Et ſenſus eſt vt habetur ad primum, quòd impedit contrahendum & dirimit cōtractū, & ipſe hoc explicat in articuli corpore. Ratio huius concluſionis eſt. Nam principalius bonum matrimonij eſt proles educanda in cultum Dei, quæ quidē educatio fit per parentes: at vero ſi ſint diuerſę fidei, intētio vnius erit contraria intentioni alterius, ergo inter eos non poteſt eſſe conueniens matrimonium.

¶ Secunda concluſio ad primum. Alia ratio eſt quo ad hoc in lege noua, ab ea quæ erat

erat in lege veteri: quia in iſta permiſſum erat Iudæis, ut contraherent matrimoniũ cum aliquibus infidelibus, cum quibus non erat timor, quod detraherent illos ad idololatriam, & ſic Ioſeph. & Moyſes, & Heſter contraxerunt: ſed cum alijs infideli bus erat prohibitum, præſertim cum habitantibus terram Chanaan: tum quia Domi nus præceperat eos occidi propter eorum obſtinationem, tum quia maius periculum imminebat, ne coniuges peruerterent filios Iſrael ad idololatriam: quia filii Iſrael erant proni ad ritus, & mores eorum propter conuerſationem cum eis. B Sed in noua lege ſimilis ratio eſt prohiben di de omnibus infidelibus.

¶ Tertia concluſio ad quintum. Si aliquis fidelis cũ hæretica baptizata cõtrahat, ualet, quia habent paritatem in ſacramento fidei, ſcilicet, in baptiſmo: quam paritatẽ requirit matrimonium inquantum eſt ſacramentum.

¶ Quarta concluſio ad quintum. Peccaret tamen cum ea contrahẽdo ſi ſciret eam eſſe hæreticam, ſicut peccaret ſi cum excõ municata contraheret.

¶ Quinta concluſio. Econtrario tamẽ ſi C aliquis catechumenus habens rectã fidem ſed nondum baptizatus cum aliqua fideli baptizata, contraheret non eſſet uerum matrimonium. D. Thomas in corpore, & in ſolutionibus argumentorum ponit do ctrinam fundamentalem ad hoc, ut ſoluantur omnes difficultates quæ moueri poſſunt.

¶ Circa primam concluſionem D. Tho. eſt primum dubium, an de facto ita ſit ꝙ diſparitas cultus ſit impedimentum prohibens, & dirimens matrimonnium ſubſequens. Itaque hic loquimur de diſparita D te cultus quando antecedit ipſum matri monium.

¶ Concluſio, ſit certiſſimum eſt, quod diſparitas cultus eſt impedimẽtũ dirimens matrimonium ſubſequens. Itaque ſi cõtrahatur matrimonium inter fidelem baptizatum, & alium quemcũque non baptizatũ ꝙ nullum eſt matrimonium. In hac cõcluſione conueniunt omnes Theologi. & Iuriſperiti. vide ſupra citatos præcipue Magiſtrũ Sotum ar. 2. Iuriſperitos in cap. 1. de ſpõſa libus. Et probatur concluſio primo ex iure c non oportet. cap. cauc. 28. quæſt. 1. Verum eſt, quod hoc non cõuincitur clarè & apertè aliquo textu vel decreto vniuerſalis eccleſiæ: nam illi canones qui habentur de hac materia in loco immediate citato, uel nõ, dicunt expreſsè quòd cultus diſparitas dirimat matrimoniũ, uel ſi illud dicũt ſunt aliquorum Doctorũ, & Sanctorum, vt Auguſtini, Ambroſii, Cypriani, aut Cõciliorũ prouincialium. Aſſerta uero Sanctorũ aut Conciliorum prouincialiũ niſi accedat authoritas eccleſiæ vniuerſalis, ſcilicet, Papæ uel Concilii generalis, non habent uim vel articuli fidei, vel legis obligantis vniuerſalem eccleſiam. Vnde probatur aliter cõcluſio ſecundo ex communi vſu & conſuetudine eccleſiæ quæ habet vim legis: & hæc debet eſſe ſufficientiſſima ratio fidelibus. Et contra hæreticos poſſumus aſſignare pro ratione, q\[uia\] eccleſia ita edocta eſt & inſtructa traditione Apoſtolorum, & quod inſtinctu Spiritus ſancti ſuſtinet iſtã veritatem. Tertio probari poteſt hæc concluſio optima ratione D. Tho. in hoc articulo. Itaque diſparitas cultus eſt impedimentum matrimonii, quod non ſolum impedit ipſum matrimonium uerum etiam dirimit, & hoc eſt certiſſimum.

¶ Et ſecundum dubiũ circa eandem concluſionem, an cultus diſparitas ſit impedimentum dirimens matrimoniũ iure naturali uel diuino: an uero ſolũ iure poſitiuo. Et uidetur, quod non ſolum iure poſitiuo, verum etiam iure naturali uel diuino. Primo arguitur ad probandum, quod cultus diſparitas dirimat matrimonium iure naturali. Et argumentum deſumitur ex ratione D. Tho. hic. Finis naturalis matrimonii eſt nõ ſolum generatio prolis, uerum etiã educatio illius ſecundum eſſe rationale & morale, quæ quidem vtrique parenti conuenit hæc autẽ educatio nõ poteſt eſſe ſi ſit cultus diſparitas, ergo cultus diſparitas iure naturali impedit & dirimit matrimonium. Cõſequentia eſt euidens, maior cõſtat ex iã ſupra dictis, minor uero probatur. Nã fidelis, & infidelis in tali educatione conuenire non poſſunt, cum non profiteantur eãdem religionem, & ita quilibet illorum uellet illum inſtituere in ſua religione, vnde nõ ſequeretur educatio illius. Confirmatur argumentum. Cultus diſparitas etiam aduerſatur ſecundo fini matrimonii qui eſt pacifica cohabitatio in eadẽ domo, nam ubi non eſt

eſt eadem religio, nec vitæ inſtitutio non poteſt eſſe pax nec amor.

¶ Secundo arguitur ad probãdum quod cultus diſparitas dirimat matrimonium iure diuino. Nam Diuus Paulus 1. Corin. 7. dicit, mulier ſi dormierit vir eius liberata eſt, cui autem vult nubat, tantum in domino. In quibus verbis Apoſtolus tanquam conditionem neceſſariam exigit ad legitimum cõtractum matrimonii, quòd contrahat cum habente fidem: nam omnes ſancti intelligunt quod illud verbum, tantum in Domino, requirit fidem in contrahentibus. Item illa conditio eſt neceſſaria de iure diuino. Nam quando ipſe præcepit aliquid, quod non ſit de iure diuino ſolet dicere præcipi o ego non dominus, ergo diſparitas cultus impedit matrimonium de iure diuino.

¶ Tertio arguitur. Secundum ſentẽtiam omnium Doctorũ tale matrimonium eſt irritum, & nullum: ſed non extat decretum aliquod eccleſię vniuerſalis irritans tale matrimonium, ergo tale matrimonium eſt irritum iure diuino. Probatur cõſequentia ex regula D. Auguſt. quæ habetur 12. d. c. illa. Minor probatur ex dictis dubio præcedenti. Nam omnia quæ adducuntur 28. quæſt. 1. ſunt teſtimonia Sanctorum vel Conciliorum prouincialium, vt bene aduertit Magiſter Sotus. adduci etiam ſolet canon 13. Cõcilii Calcedonenſis uniuerſalis, ſed canon ille non loquitur cum omnibus fidelibus, ſed ſolum cum clericis, & conſtat: nam prohibet matrimonium cum hæreticis ſicut cũ paganis, conſtat autem quod matrimonium cum hæreticis etiam modo, non eſt irritum, ergo ex illo non deducitur efficax argumentum.

¶ Quartò arguitur difficili argumento. Aliquid maius eſt diſſoluere matrimoniũ ratũ, & conſummatum, quam impedire, & dirimere matrimoniũ futurum, vt iã ſæpe dictum eſt: ſed propter diſparitatem cultus matrimonium ratum, & cõſummatum aliquando diſoluitur iure diuino, ut dicemus art. 5. ergo iure diuino impeditur, & dirimitur matrimonium poſtea factum. Confirmatur argumentum. Nam ſi matrimoniũ fidelis cum infideli non eſt validum ſolum iure poſitiuo, non poſſet eccleſia annullare tale matrimonium, cum nõ habeat poteſtatem ſupra infidelem, ergo.

A ¶ Quintò arguitur. Sicut ea quæ aduerſantur matrimonio, vt eſt in officiũ naturę impediunt, & dirimunt matrimonium iure naturali, ita quæ aduerſantur eidem vt eſt ſacramentum impediunt iure diuino ſuper naturali: ſed cõtractus Chriſtiani cum infideli aduerſatur matrimonio, vt eſt ſacramẽtũ, ergo iure diuino dirimitur. Minor ꝓbatur. Nã de ratione & natura huius ſacramẽti eſt quòd uterq; ſit capax illius, ſimul enim debet recipi in vtroque coniuge. Cõfirmatur. Nam ex ratione ſua, & ex ſua inſtitutione in qua inſtitutum eſt à Chriſto

B ordinatur ad educationem prolis in finem Chriſtianæ uitæ hoc autem manifeſtè, de eſt illi cõtractui, vt manifeſtè conſtat ex ratione D. Tho. in hoc articulo, ergo.

¶ In oppoſitum eſt primo. Nam non eſt irritum, & nullum tale matrimonium iure naturali: nam ſtando in iure naturali, matrimonium eſt contractus quidam naturalis ordinatus ad propagationem ſpeciei humanæ, & ad educationem prolis, ut iam ſupra ſæpe dictum eſt, & etiam ordinatur ad mutuam cohabitationem, ſed matrimonium inter fidelem, & infidelem põt optime

C me ordinari ad iſtos fines, ut conſtat, ergo tale matrimonium ſtando in iure naturali non eſt irritum, & nullum.

¶ Secundò arguitur ad probandũ quod nõ ſit irritum, & nullum iure diuino. In tota lege Euangelica non habetur tale impedimentũ dirimens matrimonium: imo Chriſtus Dominus in matrimonio nihil immutauit quod pertineret ad ius naturæ ꝑterquam quod fecit ut eſſet ſacramentum cõferens gratiam, ergo iure diuino ſupernaturali, matrimonium fidelis cum infideli non eſt irritum, & nullum. Confirmatur. Com-

D munis eſt ſententia omnium Theologorũ, quod in Euangelio non continentur moralia præcepta ꝑter ea quæ ſunt de lege naturæ: ſed in lege naturæ tale matrimoniũ non eſt irritum, ut probauimus, ergo nec modo eſt irritum iure diuino.

¶ Tertiò arguitur ad idem. Si tale matrimoniũ eſſet irritum iure diuino, ſequitur quod per hoc quod ex duobus infidelibus vxoratis alter conuertatur ad fidem matrimoniũ inter illos dirimeretur. Conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Matrimonium fidelis cũ infideli iure diuino eſt irritum, ergo.

Falſitas

Falſitas vero conſequentis conſtat. Nā aliàs D. Paulus. 1. Cor. c. 7. non potuiſſet conſulere, quod ſi infidelis velit, ſine contumelia creatoris cum fideli manere, eum fidelis non deſerat.

1. Cor. 7

¶ In hac difficultate propter argumēta facta pro utraque parte ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſententia aſſerit quod matrimonium fidelis cum infideli eſt irritum iure diuino, & non ſolum iure poſitiuo. Hanc ſententiam inter alios tenuit ſuper iſtum articulum frater Ioannes Gallo Magiſter meus, vir ſanctus & doctiſſimus, cuius memoria in benedictione eſt. Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quod matrimonium fidelis cum infideli eſt irritum, & nullum ſolum iure humano poſitiuo, & non iure naturali & diuino. Hæc eſt ſententia communis inter Doctores, vt etiam confitetur iſte author. Vide Doctores ſupra citatos qui omnes tenent iſtam ſententiam, præcipue Magiſter Sotus, in d. artic. 2.

¶ In huius rei explicationē ſit prima cōcluſio. Certiſſimum mihi videtur quod matrimonium fidelis cum infideli non ſit irritum & nullum iure naturali. Hanc concluſionem tenent omnes Doctores citati pro ſecunda ſentētia. Imo authores primæ ſententiæ videntur tenere iſtam concluſionē. Et probatur concluſio primo argumento facto in oppoſitum, quod quidem videtur conuincere iſtam concluſionem. Confirmatur argumentum. Nam lumen naturale nihil dictat de fideli vel infideli, cum fides ſit res ordinis diuini, & ſupernaturalis, vt conſtat, ſed ſolum dictat quod matrimoniū ordinatur ad generationem prolis, & ad eius educationem ſecūdum eſſe rationale intra ordinem naturæ, ergo lumen naturale nō poteſt dictare, quod matrimonium fidelis cum infideli ſit irritum & nullum: ac ſubinde non eſt irritum, & nullum iure naturali. Et ita tota difficultas eſt, an ſit irritum, & nullum iure naturali.

¶ In cuius explicationem ſit ſecūda concluſio. Prima ſententia eſt probabilis, ſecunda vero probabilior. Hęc concluſio habet duas partes. Prima pars probatur argumentis factis primo loco; quæ ſunt probabilia, & authoritate Doctorum qui illam tenēt, præcipue authoritate Magiſtri mei ſapientiſſimi. Et iſte author dicit, quod hæc videtur eſſe aperta ſententia D. Thom. in hoc articulo, & ſequenti ſolutione ad ſecūdum, & tertium: adducit etiam D. Aug. tomo 6. lib. 1. de adulterinis coniugiis. c. 21. vbi dicit, Hoc Deus iubet, docet Apoſtolis, vtrū que præcipit teſtamentū, vt non niſi vnius religionis Chriſtianæ coniugia contrahantur, &c. Et ſecundum iſtam ſententiam dicendum eſt, quod in Euangelio præter moralia præcepta, adduntur quæ pertinent ad explicationem fidei, & ad noua ſacramenta, & ex illis manifeſte colligitur iſta lex prohibens tale matrimonium, maxime docente illud Diuo Paulo iuxta Sanctorum explicationem. Item dicendum eſt, quod aliud eſt, quando contrahitur matrimoniū a principio inter fidelem, & infidelem, tunc enim ſtatim eſt nullum iure diuino ſecundum iſtam ſententiam: aliud uero quando poſt contractum, & validū matrimonium, alter illorum conuertitur ad fidem: tunc. n. non diſſoluitur ſtatim, vt poſtea dicemus. Secunda pars concluſionis probatur argumentis factis ſecundo loco, quæ ſunt probabiliora, & authoritate Doctorum qui illam tenent, quæ quidem pars amplius explicabitur in ſolutionibus argumentorum, quæ ponuntur primo loco.

¶ Tertia cōcluſio, quæ colligitur ex præcedentibus, ſecundum probabiliorem ſententiam matrimonium fidelis cum infideli, ſolum eſt irritum & nullum iure humano, illud tamen habet maximum fundamentū in iure diuino. Prima pars huius cōcluſionis conſtat ex dictis. Nā ut diximus in concluſione dubii præcedētis certisſimum eſt, quod matrimonium fidelis cum infideli ſit irritum & nullum, & nō eſt irritum & nullum iure naturali, vt probauimus in ſecunda concluſione huius dubii, nec etiā iure diuino ſupernaturali, ut diffiniuimus in præcedenti concluſione ſecundum probabiliorem ſentētiam, ergo eſt irritum & nullum ſolum iure humano poſitiuo.

¶ Aduertendum etiam eſt circa iſtā concluſionem, quod etiam ſponſalia abſoluta fidelis cum infideli ſunt irrita: nam eo ipſo quod irritatur matrimoniū, irritantur ſponſalia abſoluta: ſponſalia tamen cum tali cōditione ſi conuertatur ad fidem & baptizetur, valida ſunt, imo & licita, ut dicit optime Sylueſter loco citato, & etiam Magiſter Sotus.

¶ Ex

¶ Ex hac parte concluſionis colligitur A aperte, quòd ſummus Pontifex poteſt diſpenſare in hoc impedimento propter aliquod bonum maximum Reipublicæ Chriſtianæ: nam cum iſta prohibitio ſit de iure humano Summus Pontifex poterit in illa diſpenſare. Aduertendum tamen, quòd vt poſtea dicemus, ſi ſummus Pōtifex diſpenſet, matrimonium erit validum, vt eſt in officium naturæ, & vt contractus quidā naturalis, non autem in ratione ſacramenti, quia deficit ſacramentum baptiſmi (quod eſt ianua omnium ſacramentorum) nam alter illorū non eſt baptizatus. Secunda pars huius concluſionis probatur omnibus argu B mentis factis primo loco, quæ ad minus conuincunt, quòd iſtud ius poſitiuum habet maximum fundamentum in iure ipſo diuino: & hoc etiam inſinuatur in ratione D. Thom. in hoc articulo Et quoniam perſiſtendum eſt in ſecunda ſententia probabiliori, & communiori, reſpondendum eſt ad argumenta facta primo loco, quæ militant contra illam, & primam concluſionem, & contra ſecundam partem ſecundę concluſionis, & primam tertiæ concluſionis.

¶ Ad primum argumentum, q̃ procedit contra primam reſpondetur concedendo C maiorem, & negando minorem. Et ad probationem reſpondetur, q̃ fidelis & infidelis, conuenire poſſunt ad generationē prolis, & ad eius educationem etiam ſecundū eſſe rationale & morale, quantum ad id q̃ intra naturæ ordinem continetur: non uero quantum ad ſupernaturalia quæ pertinent ad fidem, de quibus nihil dictat lumē naturæ. Et ita matrimonium fidelis cum infideli non poteſt eſſe irritum & nullum iure naturali. Ad confirmationē reſpondetur, q̃ cultus diſparitas non omnino aduerſatur ſecundo fini matrimonii, qui eſt coha D bitatio pacifica, nam etiam cum diuerſitate religionis poteſt eſſe amor & pax abſolutè & ſimpliciter loquendo.

¶ Ad ſecundum argumentum, quòd procedit contra ſecundam ſententiam reſpondetur, quòd ille locus ita explicatur à multis Sanctis, ut dicit Magiſter Sotus ubi ſupra, ubi adducit Auguſt. Tertullianum, Diuum Ambro & D. Hieronymum, & ita illa expoſitio eſt probabilis. Tamē Magiſter Sotus & alii uiri docti, aliter explicant locum Pauli quantum ad illa verba, nubat tā men in domino, ideſt nubat regulariter ſecundum leges coniugii. Admonet enim ibi Paulus, ut fiat ad gloriam Dei, & iſtum putat legitimum ſenſum Magiſter Sotus. Et ita interpretatur iſtum locum Calixtus Papa in epiſtola ad epiſcopos Gallię, & alii grauiſſimi autores. Secundo reſpondetur ab eiſdem autoribus, q̃ non omnia Pauli præcepta ſunt de iure diuino, ſed aliqua ſunt poſita ab ipſo, ut à quodam pontifice: quod ſi ius poſitiuum; id eſt, eccleſiaſticum non obſtaret, euenire poſſet ut ſalubre eſſet fideli contrahere cum infideli, ſcilicet, quā do ſibi non imminerct periculum, ſed potius haberet ſpem, quòd poſſet infidelem lucrifacere: in tali enim caſu conſulit Paulus, ne fidelis infidelem deſerat: & ita etiā poſſet in ſimili caſu illam fœminam infidelem ducere.

¶ Ad tertium reſpondetur, quod ut diximus in dubio præcedenti, quamuis non ſit aliquod decretum eccleſiæ uniuerſalis irritans & annullans tale matrimonium: eſt tamen uſus & conſuetudo eccleſiæ uniuerſalis quæ habet uim legis. Inde tamen non ſequitur quòd hoc ſit de iure diuino, ſed q̃ ſit de iure diuino uel determinatum in aliquo uniuerſali Concilio, de quo non habemus notitiam, ut conſtat ex illo cap. illa. citato in eodem argumento, ubi dicitur, Illa quæ non ſcripta, ſed tradita ſunt cuſtodimus, quæ autem toto orbe terrarum obſeruantur, datur intelligi uel ab ipſis Apoſtolis uel ex plenariis Conciliis quorum eſt in eccleſia ſaluberrima authoritas commēdata atque ſtatuta retineri. Et adducit optimum ſimile de obſeruatione & celebratione annua Reſurrectionis, Aſcenſionis, &c. uide quæ ibi dicuntur.

¶ Ad quartū argumentū, quod eſt difficile rñdetur, pro nūc breuiter, q̃ ut dicemus in art. 9. huius quæſtionis non ſtatim atq; vnus conuertitur ad fidem diſſoluitur matrimoniū iure diuino: ſed poteſt diſſolui ſi nō uult habitare ſine iniuria creatoris. Et ita matrimoniū fidelis cum infideli non eſt irritum & nullum iure naturali. Sed ut hoc amplius explicetur eſt, difficultas. Nam ex contractu matrimonii obligatur ad commanendum & reddendum debitum: ſed fidelis quando contrahit cum infideli non ſe obligat ad illud, ergo. Minor probatur. Nā

ſtatim

ſtatim cõtracto matrimonio licitum eſt diſcedere ab illo ſecundũ teſtimonium Pauli,& nõ tenetur commanere cum illo. Certe hæc difficultas facit probabilem alteram partem. Nihilominus tamen perſiſtendo in communi ſententia dicendum eſt,quod in tali caſu tenetur remanere quamdiu nõ eſt ſcandalum aut periculum fidei, ſi tamen eſſet,non tenebitur ad illud. Ad confirmationem reſpondetur primo,quod matrimonium dicit mutuam obligationem ex vtraque parte,& ita cum eccleſia habeat poteſtatem ſupra fidelem, poterit eccleſia irritare, & annullare matrimonium ex parte fidelis, & illum inhabilitate ad talem contractum, & ita matrimonium erit irritum,& nullum. Secundo reſpondetur, ꝙ eccleſia in ordine ad bonum ſupernaturale & ad fidem habet pleniſſimam poteſtatem & ita potuit irritare matrimonium fidelis cum infideli, & habet poteſtatẽ ſupra infidelẽ in ordine ad bonũ ſupernaturale fidei.

¶ Ad quintum argumentum reſpondetur, ꝙ illud argumentum optime conuincit ꝙ illud matrimonium non ſit ſacramẽtum: & quod talis contractus eſt irritus,& nullus iure diuino in ratione ſacramenti, non tamen abſolute. Et aduertẽdum, quod illud ſacramentum matrimonii habet pro ſubiecto adæquato,& ueluti totale uirum, & fœminam, & ita quamuis unius illorum ſit capax ſacramenti matrimonii ſi alius non eſt capax non recipiunt verum ſacramentum. Ad confirmationem reſpondetur, quod ex inſtitutione qua matrimoniũ eſt inſtitutum à Chriſto vt ſacramentum, ordinatur ad educationem prolis in finem Chriſtianæ uitæ, & ita conuincit hæc confirmatio,quod tale matrimonium non habeat rationem ſacramenti non tamen conuincit quòd ſit irritum, & nullum ipſum matrimonium.

¶ Eſt tertium dubium. An matrimoniũ inter fidelem, & infidelem iam quòd non eſt irritum niſi ex iure humano eccleſiaſtico, an ſaltem ſit prohibitum iure naturali, & diuino. Poteſt enim contingere, ut ſupra diximus quod matrimonium non ſit irritum, & nullum iure naturali aut diuino tamen quod ſit prohibitum tali iure. Et uidetur quod non ſit prohibitum iure naturali diuino.

¶ Primo arguitur. Ea quæ ꝓhibita ſunt

A iure naturali & diuino, ſunt intrinſecè mala, vt conſtat, ſed matrimonium fidelis cum infideli non eſt intrinſecè malum, ergo nõ eſt prohibitum iure naturali,& diuino. Cõſequẽtia eſt bona. Minor ꝓbatur. Aliquãdo licuit fideli contrahere cum infideli, ut conſtat. Nam Iacob. uir Sãctus Gene. c. 29. accepit filias Laban infidelis, ergo non eſt intrinſecè malum, ac ſubinde non eſt prohibitum iure naturali aut diuino. Geneſ. c. 29.

¶ Secundo arguitur ſpecialiter, quòd nõ ſit prohibitum iure naturali. Ius naturale nihil dictat, nec dictare poteſt de fideli uel

B infideli, ut ſic: nam fidelis ſecundum illam rationem pertinet ad ordinem ſupernaturalẽ, ergo matrimonium fidelis cum infideli nõ poteſt eſſe prohibitum iure naturali. Probatur conſequentia. Nam illud de quo nihil dictat ius naturæ non poteſt eſſe prohibitum iure naturali.

¶ Tertio arguitur. Matrimonium fidelis cum infideli non eſt cõtra finem matrimonii, ergo tale matrimonium non eſt prohibitũ iure naturali. Conſequentia eſt bona. Nã illud matrimonium in quo non eſt aliquid contra finem matrimonii, non eſt pro

C hibitum iure naturali: antecedens uero ꝓbatur. Nã, ut dictum eſt dubio præcedenti in tali matrimonio poteſt conſtare finis matrimonii, poteſt enim eſſe educatio prolis, & repreſſio concupiſcentiæ, ergo.

¶ Quarto arguitur. Si matrimoniũ fidelis cum infideli eſt prohibitum iure natura li,& diuino, ſequitur quòd Summus Pontifex non poteſt diſpenſare, ut fidelis contrahat cũ infideli ét propter aliquod matrimonii bonum, conſequens autem eſt contra ea quæ dicta ſunt in corollario tertiæ cõcluſionis dubii ꝓcedentis, ergo Sequela

D vero eſt manifeſta, nam Summus Pontifex non poteſt diſpenſare in his quæ ſunt prohibita iure naturali, nec poteſt illa facere licita, cum ſint intrinſecè mala.

¶ In oppoſitũ eſt primo. Diuus Paulus 2. Corint. c. 6. adducit rationem ex lumine naturali vim habente ad hoc propoſitũ, ſcilicet, quæ conuentio lucis ad tenebras: & quæ communicatio templi Dei cum idolis quem locum affert D. Tho. hic in argumẽto, ſed contra: & quod Apoſtolus adducat iſtam rationem ad hoc propoſitum cõſtat, nam intendit probare iſtam concluſionem, nolite iugum ducere cum infidelibus, ergo 2. Corint. c. fi.

iure

iure naturali ꝓhibitum eſt matrimonium fidelis cum infideli.

¶Secũdo arguitur. Prima orbis euerſio propter talia matrimonia contigit, ut habetur Gene.ca.6. cum dicitur videntes filii Dei, ideſt, fideles qui deſcẽdebãt à Seth, filias hominum, ſcilicet, filias nepotũ Cain (qui dicuntur homines propter peccatum) & erant infideles, & filiæ infidelis Cham, ergo talia matrimonia prohibita erant iure naturali. Confirmatur argumentum. Filii Iacob illicitum, & nefarium cenſuerunt tradere ſororem ſuam Sichem, niſi prius tranſiret ad eorum ritum; tamen tunc ſolum erat ius naturale, ut conſtat, ergo iure naturali matrimonium fidelis cum infideli eſt prohibitum, & non ſolum iure poſitiuo.

¶ Tertio arguitur, ratione D.Th. in hoc articulo. Principale bonum matrimonii eſt ipſa proles ad cultum Dei educanda, cum autem educatio fiat inter patrem, & matrẽ vterque ſecundum fidem ſuam intendit ad cultum Dei educare prolem: & ita ſi ſint diuerſæ fidei, intentio vnius erit contraria intentioni alterius, ergo inter eos nõ põt eſſe conueniens matrimoniũ, ac ſubinde eſt prohibitum iure naturali: talis enim cõtractus eſſet cõtra bonũ prolis, quæ eſt finis præcipuus ipſius matrimonii. Confirmatur argumentũ. Quia tale matrimonium eſt contra mutuam cohabitationem quæ inter coniuges debet eſſe cum tranquilitate, & pace, ergo tale matrimonium eſt prohibitum iure naturali: antecedens conſtat quia illi diſſiderent facilè, & paſſim inter ſe ob diuerſam religionem.

¶In hac difficultate illi autores qui exiſtimat quod matrimonium fidelis cũ infideli eſt irritum, & nullum in lege euangelica iure diuino, conſequenter debent dicere quod eſt prohibitum iure diuino: nam ſi eſt irritum multo magis prohibitum.

¶In huius rei expoſitionẽ ſit prima concluſio. Matrimoniũ fidelis cum infideli prohibitum eſt iure naturali, & diuino regulariter, & communiter. Itaq; eſt de iure naturali quod non cõtrahatur, ut in plurimum & regulariter, & communiter: & tale præceptum naturale obligaret ſub peccato mortali, cum ſit de re grauiſſima. Hãc cõcluſionem tenet Magiſter Sotus, in illo articulo ſecũdo citato, & cõmuniter diſcipuli & ex-

A poſitores D. Tho. Imo illam inſinuat ipſe D. Tho. in hoc articulo, & in ſua ratione quam deducit ex lumine naturali, & hanc conuincunt argumẽta facta in oppoſitum. Quæ omnia cõfirmantur autoritate D.Augusti. 28.quæſt. 1. ca. ſic enim, ubi dicit, ꝙ hoc eſt contra præcepta ueteris, & noui teſtamenti. Confirmatur ſecundo. Regulariter, & communiter tale matrimoniũ eſſet cum periculo fidei, & in iniuriam Chriſtianę religionis: & filii in periculo verſarentur deflectendi ad infidelitatem, ergo regulariter, & communiter eſt contra ius natura-

B le, & diuinum. Deniq; tertia hæc concluſio confirmatur, & probatur omnibus argumentis factis primo loco in dubio præcedenti, quæ ad minus conuincunt iſtam concluſionem.

¶Secunda concluſio. Matrimonium fidelis cum infideli non eſt prohibitum iure naturali, & diuino in omni caſu, & euẽtu. caſus enim eſſe poteſt in quo ſit licitum. Itaque ſicut ea quæ pertinent ad lumen naturæ ꝓ nunc ſunt in duplici differentia, quædam ſunt quæ regulariter, & communiter ita contingunt, ſicut quod in vere ſint toni-

C trua, alia quæ ſemper ita contingunt, ut ꝙ homo ſit animal rationale quod homo ſit riſibilis: ita etiam ea quæ ſunt de iure naturali, uel iure naturali prohibita ſunt in duplici differentia quædam ſunt quæ regulariter, & communiter ſunt de iure naturali, ut qđ ſit reddendum depoſitum: alia uerò quæ in omni euentu ſunt de iure naturali, ut quod Deus ſit diligendus. Igitur matrimonium fidelis cum infideli, eſt prohibitum iure naturali, & diuino regulariter, & communiter, non tamen in omni euentu. Hanc concluſionem tenent autores

D citati pro præcedenti concluſione, uide in ſpeciali Magiſtrum Sotũ ubi ſupra. Et hæc concluſio probatur omnibus argumentis factis primo loco quæ illam conuincunt. Ex hac concluſione colligitur, quod occurrente iuſta cauſa, licite fieri poſſet etiam ſtãdo in ſolo iure naturali, & diuino: ut ſi fidelis eſſet certus, quod non peruerteretur ab infideli, ſed potius haberet ſpem conuertendi infidelem ad veram fidem: tunc cauſa eſſet adeo honeſta, ut non cenſeretur peccatum: nam prohibitio tota eſt facta propter hæc inconuenientia peruerſionis ipſorum fidelium ab infidelibus. Vnde illis inconuenien-

nientibus ceſſantibus, matrimonium eſſet ſine inconuenienti & licitum, attendendo ſolam prohibitionem iuris naturalis.

¶Tertia concluſio. In lege ueteri filiis Iſrael non erant prohibita coniugia cum omnibus infidelibus, cum aliquib. tamen etiã erant irrita. Prima pars manifeſte probatur

Deu. 21. ex illo Deuteronom. 21. ubi concedebatur coniugium cum alienigenis,& inter cæremonias requiſitas non habetur quod tranſirent ad eorum cultum, ut manifeſte patet intuenti. Secunda pars cõcluſionis con-

Deut. 7. ſtat Deuteronomii c. 7. unde & colliguntur ratione, Diui Thomæ ad primum, ubi dicit, quod ſpecialiter erat prohibitum cõtrahere matrimonia cum infidelib. habitantibus terram Chanaan. Et quod illa lex nõ ſolum prohiberet, uerum etiam irritaret

1. Eſdræ. c. ultim. matrimonia colligitur ex libro. 1. Eſdræ c. ultim. ubi talia matrimonia etiam poſt ſuſceptam prolem ſeparantur, ut ibi dicitur, ergo erant irrita & nulla. Et denique ſi infideles cõuertebantur ad ritus Iudaicos, non arbitror prohibita eſſe cum illis matrimonia, cum admitterentur ad ſacrificium Phaſe, quod erat inter eos ſolenniſſimum,

Exo. 12. ut patet Exod. 13.

¶Quarta concluſio. Nunc temporis matrimonium fidelis cum infideli prohibitum eſt & irritum iure eccleſiaſtico in omni caſu. In hac concluſione conueniunt omnes Doctores ſupra citati, & ſpecialiter Magiſter Sotus in loco ſæpe citato,& conſtat ex dictis in primo dubio, nam tale matrimonium eſt irritum, & nullum iure eccleſiaſtico, ergo prohibitum tali iure.

¶Quibus poſitis reſpondendum eſt ad argumenta pro utraque parte, nam quædam procedunt contra primam concluſionem, alia uero contra ſecundam. Ad argumenta poſita primo loco quatenus procedunt contra primam concluſionem reſpondetur. Ad primum argumentum reſpondetur, quod ea quæ prohibita ſunt iure naturali & diuino ſũt intrinſecè mala eo modo quo ſunt de iure naturali & diuino, unde conceditur maior in iſto ſenſu. Ad minorem reſpondetur, quod matrimonium fidelis cum infideli eſt intrinſecè malum regulariter,& communiter, ſicut eſt prohibitum iure naturali & diuino regulariter & communiter. Huic autem doctrinæ non aduerſatur quod aliquando licitum fuerit fi-

A deli contrahere matrimonium cum infideli peculiariter in caſu ſecundæ concluſionis,& ita contigit Iacob.

¶Ad ſecundum argumentum pro nunc breuiter dicendũ eſt, quod ius naturale aliquando dictare poteſt de aliquo ſupernaturali, aliquo ſupernaturali ſuppoſito: ſuppoſito .n. q per fidem ſcimus q ſacramentum Euchariſtiæ ſit res ſpiritualis, & maxime ſupernaturalis, lumen ipſum naturæ dictat quod Euchariſtia non ſit uendenda, & ita ſimonia eſt contra lumen naturæ, & huiuſmodi ſunt alia innumera exẽpla in Theo-

B logia. Et ita in propoſito ſuppoſita fide & & quod homines ordinantur in finem ſupernaturalem, lumen naturæ poteſt optime dictare quod fidelis,& infidelis nõ poſſunt bene educare prolem in fide & religione, cum non cõueniant in fide & religione, & ita ratio D. Tho. procedit ex lumine naturali ſuppoſito aliquo ſupernaturali.

¶Ad tertium argumentum reſpõdetur, quod matrimonium fidelis cum infideli regulariter & communiter eſt aliquo modo contra fidem matrimonii, ut iam diximus: nam proles non poteſt commode educari

C ſecundum eſſe rationale, nec poteſt eſſe pacifica cohabitatio. Dixi quodammodo, non ſimpliciter & abſolute. Et ita ualidum eſt matrimonium ſtando in iure naturali & diuino, eſt tamen prohibitum regulariter & communiter loquendo, de quo uide dicta ſupra quæſt. 54.

¶Ad quartum reſpondetur, quod matrimonium fidelis cum infideli eſt prohibitum iure naturali diuino regulariter, & communiter,& ita Summus Pontifex non poterit diſpenſare in tali matrimonio, quoniam eſt intrinſece malum quando ita eſt

D prohibitum. Cæterum non eſt prohibitum in omni caſu iure naturali,& diuino, ſed ſolum iure poſitiuo, & ita Summus Põtifex tunc poterit diſpenſare propter aliquod maximum bonum. Itaque Pontifex nõ poteſt diſpenſare in tali matrimonio in caſibus in quibus eſt prohibitum iure naturali, bene tamen in caſibus in quibus eſt prohibitum iure humano.

¶Ad argumenta facta ſecundo loco quatenus procedunt contra ſecundam concluſionem reſpondetur. Ad primum argumentum, quod illa ratio Diui Pauli conuincit quod tale matrimonium ſit prohibitum iure

re naturali & diuino, non tamen in omni euentu, ſed regulariter, & communiter.

¶Ad ſecundum argumentum cum ſua confirmatione idem reſpondetur. Et per hoc patet etiam ad tertium ex ratione Diui Thomæ deductum.

¶Circa tertiam & quartam concluſionē Diui Thom. eſt quartum dubium. An matrimonium fideliũ cum hæretica baptizata ualeat. Et uidetur uera pars negatiua huius dubii.

¶Primo arguitur omnibus argumentis factis in ſecundo dubio huius articuli ad probandum quod matrimonium fidelis cũ infideli ſit irritum & nullum iure diuino: omnia enim illa idem probant de matrimonio fidelis cum hæretica, uide ſingula argumenta, ergo.

¶Secundo arguitur ex diffinitis in illo dubio in ſecunda concluſione. Ibi enim dictum eſt, quòd eſt probabile, quòd matrimonium fidelis cum infideli eſt irritum & nullum iure diuino, ergo etiam erit probabile quòd matrimonium fidelis cum hæretica eſt nullum iure diuino. Probatur cōſequentia. Nam ſine dubio omnes rationes quæ reddant unam ſententiam, probabilē reddunt etiam probabilem aliam ſententiam, & æqualiter conuincunt in uno caſu atque in altero.

¶Tertio arguitur. Si matrimonium inter fidelem, & hæreticam eſt ualidum ſequitur quod etiam matrimonium iſtud ſit licitum: conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Falſitas conſequentis conſtat ex quarta concluſione Diui Thomæ. Sequela probatur. Nam ſi tale matrimonium eſt ualidum, conſequenter uidetur quod ſit licitum.

¶His non obſtantibus concluſio ſit. Matrimonium fidelis baptizati cum hæretica non eſt irritum & nullum ullo iure. Et aduertendum quod loquimur hic de hæretico non inquantum eſt excommunicatus, de hoc enim dicetur infra. Hanc concluſionem tenet Diuus Thomas expreſsè in illa tertia concluſione, & Magiſter Sotus vbi ſupra, Syluester loco citato dicto tertio. Et dicit eſſe communem ſententiam Doctorũ. Et probatur concluſio primo de iure poſitiuo. Nam in toto iure non habetur aliquod decretum, in quo irritetur matrimo-

A nium fidelis cum hæretica, nec extat aliqua conſuetudo eccleſiæ uniuerſalis quæ habeat uim legis, ergo tale matrimonium non eſt irritum & nullum iure humano. Secundo probatur de iure naturali & diuino, imo de omni iure. Nam in capit. quanto. de diuortiis, expreſſe diffinitur quod tale matrimonium ſit ualidum ergo. Confirmatur, nam in eodem cap. diffinitur quod ſi poſt matrimonium alter eorum efficiatur hæreticus nullo modo diſſoluitur matrimonium, etiam propter bonum fidei, quoniam illud matrimonium fuit uerum

B ſacramentum, & habuit indiſſolubilitatem ex ratione ſacramenti, ergo ſimiliter matrimonium contractum inter fidelem & hęreticam non eſt irritum & nullum. Tertio. Hæreticus, cum ſit baptizatus eſt capax omnium aliorum ſacramentorum, ita ut ſi illa ſuſcipiat valida ſint, vt ſi confirmetur vel ordinetur: nam ſacramentum baptiſmi eſt ianua omnium ſacramentorum, ergo ſimiliter eſt capax ſacramenti matrimonii. Vnde D. Tho. in ſolutione ad quintum argumentum dicit quòd matrimonium quãtum ad rationem ſacramenti requirit pa-

C ritatem quantum ad ſacramentum fidei, ſcilicet, baptiſmum: magis quam quantum ad interiorem fidē: Et ita hoc impedimentum non dicitur diſparitas fidei, ſed cultus diſparitas qui reſpicit exterius ſeruitium, vt dicitur in 2. 2.

¶ Quibus poſitis, reſpondetur ad argumenta tacta in principio. Ad primum reſpondetur ex dictis ad illa argumenta in illo dubio, in quo ſecundum probabiliorem ſententiam diximus, quod matrimonium fidelis cum infideli non eſt irritum & nullũ iure naturali vel diuino. Sed quare matri-

D monium fidelis cum infideli pagana vel Iudæa eſt irritum & nullũ iure poſitiuo non vero matrimonium fidelis cum hæretica, cum ſit idem periculum fidei? Reſpōdetur, quod duplici ratione hoc factũ eſt. Primo, quia matrimonium fidelis cum infideli pagana vel Iudæa non poterat habere rationem ſacramenti, cum alter illorum non ſit capax ſacramentorum: erat autem maximum inconueniens quòd aliquis fidelis cōtraheret matrimonium, quod non eſſet ſacramentum, cum ratio ſacramenti ex Chriſti inſtitutione ſit coniuncta cum ratione contractus. Quando vero contrahit fidelis

cum hæretica tale matrimonium habet vera rationem ſacramenti, cum vterque ſit capax ſacramentorum. Secunda ratio eſt propter periculum fidei. Nam in matrimonio fidelis cum infideli non baptizato, eſt maximum periculum fidei: nam talis infidelis non eſt ſubditus eccleſiæ, nec poteſt compelli ab eccleſia ad fidem. Cæterum hæreticus poteſt compelli ab eccleſia cum ſit intra eccleſiam, & ita non eſt tantum periculum fidei in vno caſu ſicut in alio.

¶ Ad ſecundum argumentum negatur conſequentia. Rationes differentiæ deſumi poſſunt ex dictis. Prima ratio eſt. Nam infidelis non baptizatus non eſt capax alicuius ſacramenti, & ita matrimonium fidelis cũ infideli ſecundum probabilem ſententiam eſt irritum & nullum iure diuino, non tamen matrimonium fidelis cum hæretica, cum uterque ſit capax ſacramentorum. Secundã ratio differentiæ eſt, quoniã non eſt tantum periculum fidei, vt diximus in præcedenti ſolutione.

¶ Ad tertium argumentum. Eſt dubiũ, an ſit licitum quod fidelis contrahat cum infideli hæretica.

¶ In cuius rei explicationẽ ſit concluſio. Peccatũ eſt mortale illudq; grauiſſimum, quod fidelis contrahat cum hæretica ſciens eſſe hæreticam. Hoc docet expreſſè D.Th. in quarta concluſione Magiſt. Sotus & omnes alii Doctores citati. Et probatur cõcluſio primo. Nam ita determinatũ eſt in Cõcil. Calcedonen. Ibi.n. prohibetur matrimonium fidelis cum hæretica, ergo tale matrimonium eſt illicitum. Vide etiam glo. in c. non oportet. 28. q. 1. Secundo probatur. Nã in tali matrimonio eſt periculum infectionis, ut manifeſtè conſtat, ergo peccatũ mortale eſt grauiſſimum, quod fidelis cõtrahat cum infideli. Vltimo probatur. Nam hæreticus peccat mortaliter grauiſſimè, recipiendo aliquod eccleſiæ ſacramentum, ac ſubinde peccat mortaliter contrahẽdo, ergo etiã peccat mortaliter fidelis qui cum illo contrahit. Probatur conſequentia: nam cooperatur peccato alterius. Et per hoc reſpondetur ad tertium.

¶ Circa quartam concluſionem D. Th. notandum eſt, quod matrimonium cõtractum cum excõicato validum eſt: nã ut dicitur in materia de excõicatione excõicatio non impedit a receptione ſacramentorum,

A taliter quod ſacramenta ſint nulla: nam ſi excommunicatus confirmetur vel ordinetur confirmatio valida eſt: & ſimiliter ordo. Et ita validum eſt matrimonium ſi contractum ſit cum excommunicato, tamen contrahere cum illo eſt peccatum mortale: nã excommunicatus excluſus eſt a participatione ſacramentorũ: contrahens vero participat cum illo, & ita peccat mortaliter.

¶ In vltima concluſione aſſerit D. Thõ. quod matrimonium fidelis cum catechumena quantumuis habeat fidem eſt nullum: quia non habent paritatem in ſacramento

B fidei. Idem docent omnes Doctores ſupra citati, præcipuè Syluest. & adducit c. caue. & c. non oportet 28. q. 1. & q. 3. §. ex his. Idem docet Nauarro in Man. c. 22. num. 49. circa finem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum inter infideles poſſit eſſe matrimonium.

C *AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q inter inter infideles non poſſit eſſe matrimonium. Matrimoniũ enim eſt ſacramentum eccleſiæ: ſed baptiſmus eſt ianua ſacramentorum: ergo infideles qui non ſunt baptizati matrimonium contrahere non poſſunt, ſicut nec alia ſacramenta ſuſcipere.*

¶ 2 *Præterea. Duo mala ſunt magis impeditiua boni quam vnum, ſed infidelitas vnius tantum impedit bonũ matrimonij: ergo multo fortius infide-*

D *litas vtriuſque: & ita inter infideles non poteſt eſſe matrimonium.*

¶ 3 *Præterea. Sicut inter infideles, & fideles eſt diſparitas cultus, ita inter duos infideles, vt ſi vnus ſit Gentilis & alter Iudæus: ſed diſparitas cultus impedit matrimonium, vt dictum eſt: ergo ad minus inter infideles qui habent cultum diſparem non poteſt eſſe verum matrimonium.* Art. 1. huius q. li. 1. de adulter. cõiugiis cap. 12. li. 4. ſen. diſt. 39 & in decretis 28. q. 1. c. 1.

¶ 4 *Præterea. In matrimonio eſt vera pudicitia: ſed ſicut dicit Auguſtinus, & habetur in litera, non eſt vera*

pudicitia infidelis cum vxore ſua: ergo nec verum matrimonium. A

¶ 5 *Præterea. Matrimonium verum excuſat carnalem copulam a peccato: ſed hoc non poteſt facere matrimonium inter infideles contractum, quia omnis vita infidelium peccatum eſt, vt dicit glo. Roma. 14. ergo inter infideles non eſt verum matrimonium.*

SED contra eſt quod dicitur. 1. Corint. 7. Si quis frater vxorem habeat infidelem, &c. ſed vxor non dicitur, niſi propter matrimonium: ergo matrimonium quod eſt inter infideles eſt verum matrimonium. B

¶ *Præterea. Remoto poſteriori non remouetur prius: ſed matrimoniũ pertinet ad officium naturæ, quæ præcedit ſtatum gratiæ, cuius principium eſt fides: ergo infidelitas non facit quin ſit inter infideles matrimonium.*

RESPONDEO dicendum, ꝙ matrimonium principaliter eſt inſtitutum ad bonum prolis non tantum generãdæ (quia hoc etiam ſine matrimonio fieri poteſt) C *ſed etiam promouendæ ad perfectum ſtatum, quia quælibet res intendit effectum ſuum naturaliter perducere ad perfectum: eſt autem in prole duplex perfectio naturæ, non ſolum quantum ad corpus, ſed etiam quantum ad animam, per ea quæ ſunt in lege naturæ: & perfectio gratiæ: & prima perfectio eſt materialis & imperfecta, reſpectu ſecundæ: & ideo cum res, quæ ſunt propter finem, ſint proportionatæ fini, matrimonium quod tendit in primam perfectionem* D *eſt imperfectum, & materiale reſpectu illius quod tẽdit in perfectionem ſecundam: et quia perfectio prima communis eſſe poteſt infidelib. & fidelibus. Secunda aũt tantum eſt fidelium: & ideo inter infideles eſt quidem matrimonium, ſed non perfectum vltima perfectione, ſicut eſt inter fideles.*

AD primum ergo dicendum, quòd matrimonium non tantum eſt inſtitutum in ſacramentum, ſed et in officium naturæ: & ideo quamuis infidelibus nõ competat matrimonium ſecundũ quod eſt ſacramentum in diſpenſatione miniſtrorum eccleſiæ conſiſtens, competit tamen eis inquantum eſt in officium naturæ: & tamen etiam matrimonium tale eſt aliquo modo ſacramentum habitualiter, quamuis nõ actualiter, eo quòd actu non contrahunt in fide eccleſiæ.

AD ſecundum dicendum, quòd diſparitas cultus non impedit matrimonium ratione infidelitatis, ſed ratione diſparitatis in fide. Diſparitas enim cultus non ſolùm ſecundam perfectionem prolis impedit, ſed ēt primã dũ parentes ad diuerſa trahere intẽdunt, qđ non eſt, quando uterque eſt infidelis.

AD tertium dicendũ, ꝙ inter infideles eſt matrimoniũ prout matrimoniũ eſt in officiũ naturæ. Ea aũt quæ pertinent ad legem naturæ ſunt determinabilia ꝑ ius poſitiuũ: & ideo ſi prohibentur ab alio iure poſitiuo apud eos infideles contrahere matrimonium cũ infidelib. alterius ritus, diſparitas cultus, apud eos impediret matrimoniũ, ex iure tamen diuino nõ prohibentur: q͞a apud Deũ non differt qualitercunq; aliquis a fide deuiet quantum ad hoc quod eſt ex gratia alienum eſſe: ſimiliter nec aliquo eccleſiæ ſtatuto quæ non habet de his, quæ foris ſunt iudicare.

AD quartum dicendum, ꝙ pudicitia, & aliæ virtutes infidelium non dicuntur eſſe veræ, quia non poſſunt attingere finem veræ virtutis qui eſt vera fęlicitas: ſicut non dicitur eſſe verum vinum quòd non habet effectum vini.

AD quintum dicendum, quòd infidelis cognoſcens vxorem ſuam, non peccat ſi propter bonũ prolis, aut fidei qua tenetur vxori debitũ reddat, cum hic ſit actus iuſtitiæ & temperantiæ, quæ in delectabilibus tactus debitas circunſtãtias ſeruat, ſicut non peccat faciens alios actus politicarum virtutum: nec dicitur omnis vita infidelium peccatũ, quia quolibet actu peccent: ſed quia per id quod agunt a ſeruitute peccati non poſſunt liberari.

SVM.

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio ſit. Inter infideles eſt matrimoniũ, ſed non pfectum ultima perfectione, ſicut eſt inter fideles. Hanc concluſionem explicat D. Tho. tali ratione. Matrimonium ordinatur ad bonum prolis generandæ, & ad promouendũ illam ad perfectũ ſtatum: duplex autem perfectio poteſt eſſe in tali prole. Altera ſecundũ eſſe naturale ẽt ſecundũ eſſe rationale: alia uero perfectio gratiæ, & prima perfectio eſt imperfecta reſpectu ſecundæ, ergo in infidelibus eſt matrimoniũ quãtũ ad primã perfectionẽ, nõ uero quãtũ ad ſecundã, & ita poteſt eſſe matrimonium inter infideles, nõ tamẽ perſectum vltima perfectione. In ſolutione ad primum & tertium D. Tho. docet, quod in infidelibus non eſt matrimonium, ut eſt ſacramentum, ſed vt inſtitutum eſt in officium naturę. De materia huius articuli Doctores ubi ſupra, Magiſter Sotus articul. 1. dictæ quæſtionis.

¶Circa iſtum articulum notabili primo, quod concluſio D. Tho. eſt certa ſecũdum fidem quãtum ad id quod afferit quod inter infideles eſt uerũ matrimoniũ. Hoc conſtat Primo ex illo quod dicit Paulus 1. Corinth. 7. & refertur à D. Tho. hic in argumẽto, ſed contra: ſi quis frater uxorem habet infidelem. Vxor enim non dicitur niſi propter matrimonium, ergo. Cõfirmatur. Nã ibidem dicitur ſi frater uxorem habẽt infidelem, & hæc conſentit habitare cũ illo nõ dimittat illam: ſed ſi non eſſet uerũ matrimoniũ non conſuleret Paulus, ut maneret cum illa, ergo verum eſt matrimonium. Secũdo probatur ex cap. gaudemus. de diuortiis, ubi hoc expreſsè diffinitur. Et confirmatur ex traditione eccleſiæ uniuerſalis, per quã habetur, qđ huiuſmodi contractus infidelium ſunt vera matrimonia. Tertio ꝓbatur rõne deſumpta ex articulo antecedenti ad ſecundum. Magis repugnat matrimonium inter diſpares cultu quã inter infideles, ſed ſtando in iure naturali inter diſpares cultu poteſt eſſe ualidum matrimonium, & perſeuerat etiam ſi altera illorum conuertatur ad fidem, ergo etiam inter infideles poteſt eſſe matrimonium.

1. Cor. 7

c. gaudemus, de diuortiis.

¶Ex dictis ſequitur primò, ꝙ inter infideles cultu diſpares poteſt matrimonium

A eſſe, vt inter Iudæum & Maurum, vt dicit D. Tho. ad tertium. nam infidelitas non eſt impedimẽtum ſufficiens ad irritãdum matrimonium, vel ad illud diſſoluẽdum, ergo poteſt eſſe matrimoniũ inter illos. Aduertendum tamen: quòd ex lege poſitiua ipſorum infideliũ poteſt fieri, ut tale matrimonium reddatur nullum: nam, ut ſupradictũ eſt, poteſtas ciuilis poteſt illegitimare perſonas. Et ita ſi rex Turcarũ illegitimet pſonas, & præcipiat ne cõtrahatur matrimonium cum Iudæis vel cũ fidelibus tale matrimonium non eſt ualidum: ſed ſi ad fidẽ B conuerteretur infidelis etiam ſub dominio principum infidelium, poſſent contrahere cum quocunq; fideli etiam alienigena, nam iura matrimonii, eccleſiaſticæ poteſtati reſeruata ſunt ſuper omnes fideles.

¶Secundo ſequitur quod ſi modo Iudęi habeant ueram politiam (nullibi autem habere uidentur) eorũ matrimonia intra gradus prohibitos iure diuino illis eſt nullũ. Et hoc probatur primo ex cap. de infidelibus, de conſanguinitate, & affinitate, ubi hoc habetur apertè. Secundo probatur ratione. Nam licet non ſit in illis obgatio C ueteris legis, ut fuit ab ipſa veteri lege, eſt tamen ſecundum quod eſt lex ſpeciali ſuſcitata ab ipſa republica, & ita poteſt habere effectum, ergo.

c. de infidelib. de conſanguinitate, & affinitate.

¶Secundo notab. quòd ſi duo infideles coniugati, & poſt matrimonium cõuertantur ad fidem, & baptizẽtur, illorum matrimonium ex hoc quod ſuſcipiunt baptiſmum non fit ſacramentum, ita quòd in eo conferatur gratia. Ratio eſt, nam ſacramenta eccleſiæ nunquam recipiuntur niſi per ſignum ſenſibile determinatum ad certum effectũ: ſed per hoc quod infideles recipiant D baptiſmum non adeſt ſignum aliquod ſenſibile determinatum ad illum effectum, ergo non fit ſacramentum conferens gratiam.

¶In hoc articulo ſunt duo vel tria dubia. Primum dubium eſt circa ſecundam partem concluſionis huius articuli. Vtrum matrimonium infidelium ſit ſacramentum. Et videtur uera pars affirmatiua.

¶Primo arguitur ex cap. gaudemus, de diuortiis, ubi expreſſe dicitur quod ſacramentum coniugii apud fideles, & infideles exiſtat, ibi enim ſignificatur, quod matrimonium inter infideles ſit ſacramentum

c. gaudemus, de diuortiis.

ſicut apud fideles, ergo matrimoniũ apud illos habet veram rationem ſacramenti.

¶ Secundo arguitur. Matrimoniũ infidelium eſt ſignum cõiunctionis Chriſti cũ eccleſia, vt conſtat, ergo eſt ſignum rei ſacræ, ac ſubinde eſt ſacrm̃. De hac re diſputatur aliqua ex parte ſupra q. 42. art. 1. & D. Th. de hoc diſputat in hoc articulo.

¶ In hac difficultate aduertendum eſt, quòd ſacramentum ſumitur dupliciter, vno modo large, pro ſigno cuiuſcunque rei ſacræ. Secũdo modo proprie pro ſigno ſignificante practice gratiam.

¶ Quo poſito ſit concluſio. Matrimoniũ infidelium non eſt ſacramentũ ſecũdo modo, bene tñ primo modo. Hæc concluſio habet duas partes. Prima pars probatur. Nam ſecũdo modo ſolum ſunt ſeptem ſacramenta eccleſiæ, & ſex illorum ſupponunt baptiſmum, qui eſt ianua omnium ſacramentorum, & per illum efficiuntur capaces illorum, ſed infideles nõ ſunt baptizati, ac ſubinde nõ ſunt capaces ſacramenti matrimonii, ergo illorũ matrimoniũ non eſt ſacrm̃ hoc ſecũdo modo. Secũda vero pars cõcluſionis, probatur argumentis factis in principio, præcipue illo ſecũdo. Nam matrimonium ex primæua ſua inſtitutione qua inſtitutum eſt habet ſignificare coniunctionem Chriſti cũ Eccleſia. Vnde ad argumenta facta facillime reſpondetur. Ad primum reſpondetur primo, quòd ibi ſacramentum accipitur large & primo modo, non ſecundo modo. Secundo reſpondetur & lõge melius, quòd ibi ſacramentum accipitur pro ipſa indiſſolubilitate, ſicut ſacramẽtum annumeratur inter bona matrimonii, vt dictum eſt ſupra quæſ. 49. Itaque vult dicere, quòd matrimonium eſt indiſſolubile etiã apud infideles ſuo modo ſicut apud fideles, licet non habeat tantam indiſſolubilitatẽ, vt poſtea dicemus. Ad ſecundum reſpondetur, quòd conuincit ſecundam partem noſtræ concluſionis, videlicet, quod eſt ſacramentum largo modo.

EST ſecundum dubiũ huius articuli. Vtrum matrimonium infidelium habeat ex natura ſua, quòd ſit indiſſolubile. Et videtur vera pars negatiua.

ca. q̃to. d diuor. ¶ Primò arguitur ex cap. quanto. de diuortiis. vbi expreſsè dicitur, quòd licet matrimonium verũ inter infideles exiſtat, non tamen eſt ratum: in quo ſignificatur, quòd

A non habet firmitatem, nec indiſſolubilitatem, ergo tale matrimonium non eſt indiſſolubile ex natura ſua.

¶ Secundo arguitur. Vt infra art. 5. dicemus tale matrimonium eſt diſſolubile, & re vera diſſoluitur per baptiſmum, & per conuerſionem alterius ad fidem, ergo tale matrimonium non eſt natura indiſſolubile.

¶ In hac difficultate Magiſter in 4. diſt. 39. c. 6. & refertur a Gratiano c. ſi quis Iudaice 28. q. 1. tenet quòd tale matrimoniũ non eſt indiſſolubile ex natura ſua. De hoc ca. ſi qi Iudaice. 28. q. 1.

B plura dicentur infra, cum dicemus de indiſſolubilitate matrimonii.

¶ Pro nunc breuiter explicandum eſt hoc dubium, & ſit prima concluſio. Matrimonium etiam quod eſt apud infideles ex natura ſua eſt indiſſolubile. Hæc concluſio probatur primo, ex illo cap. gaudemus. de diuortiis, vbi dicitur clare quòd ſacramentum coniugii eſt apud infideles, ſicut apud fideles, in quo ſignificatur quòd matrimonium apud infideles habet indiſſolubilitatem ſicut apud fideles; ſed apud fideles ex natura ſua eſt indiſſolubile, ergo etiã apud c. gaudemus. de diuor.

C infideles. Confirmatur: nam in eodem c. dicitur: quod matrimonium infidelium ſi ad fidem conuertantur non debet diſſolui, niſi ſit in gradibus prohibitis iure naturali, ergo tale matrimonium indiſſolubile eſt ex natura ſua. Secundo probatur concluſio: Vt iam determinatum eſt, matrimonium infidelium eſt verum matrimonium, at vero verum matrimonium ex natura ſua eſt indiſſolubile, ut infra demonſtrabitur, ergo matrimonium infidelium ex natura ſua eſt indiſſolubile.

¶ Secũda cõcluſio. Prædictæ naturæ ma-

D trimonii non obſtat quod ex diuina diſpẽſatione in aliquo caſu diſſoluatur: Chriſtus enim voluit quod ſi alter infidelium cõuerteretur ad fidem diſſolui poſſet tale matrimonium, ſ. ſi alter nolit cum conuerſo cohabitare ſine contumelia creatoris; eo modo quo factum eſt inter ipſos fideles de matrimonio rato, & non conſummato. Diſpenſauit enim Chriſtus, vt huiuſmodi matrimonium diſſoluatur per ſolennem profeſſionem religionis, licet de ſe ſit indiſſolubile. De quo plura infra artic. 5. & q. 67. in qua ex profeſſo dicemus de indiſſolubilitate matrimonii.

¶ Ad

¶ Ad primum argumentum reſpondetur, quòd ſenſus illius capitis eſt, quòd matrimonium infidelium ex prædicta diſpenſatione diuina non eſt ratum, ideſt, non eſt omnibus modis indiſſolubile: & ita intelligitur etiam Magiſter & Gratianus: ambo enim fundantur in quadã authoritate Diui Auguſtini dicentis, quòd tale matrimonium non eſt ratum.

¶ Ad ſecundum reſpondetur ex dictis in ſecunda concluſione.

EST tertium dubium; Vtrum ſi duo infideles coniugati cõuertantur ad fidem, & baptizentur matrimonium illorũ poſſit habere rationem ſacramenti. Et videtur vera pars affirmatiua.

¶ Primo arguitur ex doctrina D.Th. in hoc artic. ad primum, vbi dicit, ꝙ tale matrimonium infidelium quod eſt in officium naturæ aliquo modo eſt ſacramentum habitualiter, quamuis non actualiter, eo quòd non actu cõtrahunt in fide Eccleſiæ, in quo ſignificatur ꝙ tale matrimonium poteſt habere rationem ſacramenti, cum habitualiter ſit ſacramentum, ergo.

¶ Secundo arguitur. Non eſt improbabilis ſententia, quòd matrimonium celebratum per procuratores habet veram rationem contractus naturalis, non tamen ſacramenti vſque dum tale matrimonium celebretur in præſentia: tũc enim habet veram rationem ſacramẽti matrimonij, ergo ſimiliter in noſtro propoſito matrimonium infidelium ſi conuertãtur ad fidem, & de nouo contrahãt habebit tũc veram ſacramenti rationem. Probatur conſequentia: nam in vtroque caſu eſt omnino eadem ratio.

¶ Tertio arguitur. Iſti poſſunt renouare cõſenſum, & de nouo exprimere internum conſenſum ſecundum leges eccleſiæ, ac ſubinde poſſunt de nouo contrahere, ergo matrimonium illorum poteſt habere rationẽ ſacramenti. Probatur conſequẽtia. Nam ratio ſacramẽti annexa eſt ipſi cõtractui matrimoniali. Antecedẽs vero videtur notum & conſtat in aliis contractibus, qui quidem poſſunt renouari. Confirmatur argumentum. Aliàs daretur aliquod matrimonium inter fideles baptizatos, qui non haberet rationem ſacramenti, nec habere poſſet, conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela eſt manifeſta. Falſitas cõſequentis probatur. Nam tale matrimoniũ

A non ordinaretur ad procreationem, & educationem prolis ſecundum eſſe ſupernaturale, nec in illo daret gratia ad actus matrimoniales, quæ omnia videntur difficillima.

¶ In oppoſitum eſt primo. Iſti infideles coniugati ſi cõuertantur ad fidem, & baptizentur non poſſunt de nouo celebrare contractum matrimonii, ergo nec matrimonium in illis poteſt habere rationem ſacramenti. Conſequentia eſt euidens: nam ratio ſacramenti ex diuina inſtitutione annexa eſt, & coniuncta contractui matrimoniali. Antecedens vero conſtat. Nam iſti infideles nouiter

B conuerſi ad fidem iam contraxerant matrimonium indiſſolubile ex natura ſua, ergo modo non poſſunt de nouo contrahere. Confirmatur & explicatur. Quantumcunque iſti modo poſt conuerſionem renouent conſenſus, & exprimant illos, non eſt nouus contractus matrimonii, nec inducunt nouã obligationem, vt conſtat: nam non poſſunt illã inducere cum iam ſit inducta, ergo non eſt contractus matrimonialis, ac ſubinde nec ſacramentum.

¶ Secundo arguitur. Vinculũ ipſum matrimoniale, quod relinquitur ex ipſo con-

C tractũ, nõ poteſt habere rationem rei, & ſacramenti ſimul in iſto caſu, ergo nec contractus ipſe poteſt habere rationem ſacramenti. Conſequentia eſt euidens: nã in omni ſacramento debet eſſe res, & ſacramentum ſimul, & ſupra quæſ. 42. art. 1. diximus quòd in ſacramento matrimonij res, & ſacramentum ſimul eſt ipſum vinculũ, quod reſultat ex matrimonii contractu. Antecedens conſtat. Nam illud uinculum matrimoniale erat antequam iſti conuerterentur ad fidem, & baptizarentur, vt conſtat, ergo non põt eſſe res, & ſacramentum ſimul: nam res & ſacramentum ſimul debet

D eſſe effectus ſacramenti tantum.

¶ Tertio arguitur. Per hoc ꝙ repetãtur verba contractus exterius, non traditur poteſtas corporis, cũ iam eſſet tradita, ac ſubinde non eſt contractus matrimonii: nam in cõtractu matrimonii traditur poteſtas corporis, ergo non eſt ſacramentum: nam vt dictum eſt in loco citato ſacramentum matrimonii eſt ipſe cõtractus matrimonialis.

¶ Quarto arguitur. In ſacramento matrimonii datur gratia ſacramentalis ad vſus matrimoniales, quoniam in contractu matrimonii datur poteſtas ad actus matrimo-

niales: ſed in tali caſu per hoc quod renouentur actus, & expreſſiones non datur aliqua poteſtas,cum iam ſit data,ergo nec datur gratia ſacramentalis ad tales actus.

¶ In hac difficultate & propter hæc diuerſa argumenta ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ inter Theologos. Prima aſſerit, quòd matrimoniū illorum infidelium poteſt habere rationem ſacramenti ſi renouent conſenſus, & exprimât de nouo. Hanc ſententiam videtur tenere Syluester, verb.matrimonium. 8.quæſt. 10. dicto 2.circa finem. vbi dicit. Vnde ſi tales conuerterētur oporteret eos contrahere. Et idem debēt tenere illi qui dicūt, quòd matrimonium per procuratores habet verā ſacramenti rationem quando contrahunt in pręſentia. Et hanc ſententiā ſequūtur aliqui expoſitores Diui Tho. & eius diſcipuli. Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quòd quantumcunque uerba repetantur & conſenſus interni poſt conuerſionem ad fidem, & baptiſmum, tale matrimonium non habet rationem ſacramenti. Hanc ſententiā tenent etiam multi expoſitores, & diſcipuli Diui Thom.

¶ In hac difficultate ſit cōcluſio. Vtraq; ſententia eſt ſatis probabilis. Hæc concluſio uirtualiter habet duas partes. Prima pars, videlicet, quòd prima ſententia ſit ſatis probabilis probatur argumentis factis primo loco, quæ ſunt ſatis probabilia & authoritate Doctorum qui illam tenēt. Et ſecundum illam ſententiam quæ ſatis probabilis eſt aliquam dicenda ſunt. Primum eſt, quod ad hoc quòd matrimonium habeat rationem ſacramenti quando de nouo conſentiunt & exprimuntur conſenſus, ſatis eſt, quòd ille contractus matrimonialis quodammodo fiat de nouo quantum ad aliquid. Eſt optimum ſimile quantum ad hoc in matrimonio, quòd fit per ꝓcuratores in opinione probabili: nam quando contrahitur per ipſos procuratores non eſt verum ſacramentum quamuis habeat veram rationem contractus, & poſtea quando ipſi contrahentes de præſenti contrahunt non faciunt contractum matrimonii, ſed renouāt illud, & hoc ſatis eſt ad hoc, ꝙ ille contractus veluti continuatus habet veram rationem ſacramenti. Non diſſimiliter in noſtro propoſito. Itaque voluit Deus ꝙ contractus matrimonialis haberet veram rationē ſacramenti, vel in ſui initio, vel in ſua continuatione, & noua expreſſione. Secundo dicendum eſt, quod illud vinculum matrimoniale poſt nouam expreſſionem conſenſus, eſt iam res, & ſacramentum ſimul. Et quamuis illud vinculū entitatiuè iam erat productum per illum contractum iam celebratum in infidelitate; tamen poſtea per ſacramentum licet non producatur de nouo illa entitas, eleuatur tamen ad eſſe ſupernaturale, vnde habet quod ſit res, & ſacramentum ſimul, & ea ratione illud vinculum dicitur res producta, & effecta per ipſum ſacramentum: & per illam eleuationem ſignificat coniunctionem Chriſti cum Eccleſia. Eſt optimū ſimile in contritione quæ præcedit ſacramentum pœnitentiæ, & manet ſimul cum ipſo ſacramento: quæ quidē eſt res & ſacramentum ſimul reſpectu talis ſacramenti, non quidem ſecundum ſuam entitatem, vt antecedit ſacramētum, ſed vt ſubſequitur & eleuatur per ipſum ſacramētum. De quo ſupra quæſt. 42. dubio. 2. in artic. 1. Per hæc dicta reſpondetur ad argumēta facta ſecundo loco, quæ militant contra iſtam partem. Secunda vero pars concluſionis probatur argumentis factis ſecundo loco, quæ ſunt ſatis probabilia, & autoritate Doctorū qui illam tenent. Et ſecundum iſtam ſententiā reſpondendum eſt argumenta facta primo loco, quæ militant contra iſtam partem.

¶ Ad primum argumentum ex doctrina D. Tho. Prima ſolutio eſt quo dicitur aliquo modo habitualiter ſacramentū, matrimonium infidelium, quoniam ſignificat cōiunctionem Chriſti cū Eccleſia ſpeculatiuè, ſicut Innocen. III. in ca. gaudemus.de diuortiis. dicit, quod matrimonium infideliū eſt ſacramentum, de quo ſupra in 1. dubio huius artic. Secunda ſolutio eſt, ꝙ D.Tho. dicit, matrimonium infidelium eſſe aliquo modo ſacramentum habitualiter, quoniam in tali matrimonio reperitur materiale talis ſacramenti, ſcilicet, contractus ipſe: nō vero reperitur formale. Tertia ſolutio fit, quod dicitur aliquo modo ſacramentum habitualiter, quoniam quamuis ille contractus non ſit ſacramentum nec eſſe poſſit, tamen alius contractus eiuſdem ordinis, & rationis, imo ſpeciei poteſt eſſe ſacramentum, vt cōſtat. Sicut reddere cuique ſuum, dicitur actus iuſtitiæ virtutis, non quia ſem

per

per procedat a virtute iuſtitiæ: nam in homine, qui eſt in peccato mortali etiam reddere alicui ſuum, non eſt actus virtutis iuſtitiæ: ſed quia eſt ſufficiens materiale, quod quidem poteſt procedere a uirtute iuſtitiæ. & alius eiuſdem ordinis, & rationis, procedit à virtute iuſtitiæ.

¶ Ad ſecundum reſpondetur primo, quamuis illa ſententia ſit probabilis, oppoſita etiam eſt probabilis, imo probabilior. Et ita diximus quod ſententia oppoſita etiam eſt probabilis. Aduertendum tamen eſt, quod maiorem probabilitatem habet quod quando renouatur & exprimitur de nouo conſenſus in infidelibus nouiter conuerſis ad fidem, baptizatis, eſt ſacramentum matrimonij, quam quod matrimonium per procuratores non ſit ſacramentum vſq; dum in præſentia exprimantur conſenſus. Ratio differentiæ eſt. Nam in hac vltima ſententia aſſeritur, quod aliquis contractus uerus matrimonialis non ſit ſacramentum, quod eſt difficile, in prima uero ſententia ſolum aſſeritur, quod non ſolum contractus matrimonialis poteſt habere rationem ſacramenti à principio, uerum etiam in confirmatione & continuatione illius quando de nouo exprimuntur conſenſus poſt baptiſmum, quod quidem non eſt ita difficile.

¶ Ad tertiũ argumentum reſpondetur, quod quãtumuis exprimant ſuos cõſenſus, de nouo non contrahunt de nouo, nec eſt nouus cõtractus matrimonialis: & ita cum ratio ſacramenti ſit annexa contractui matrimoniali non erit uerum ſacramentum. Ad confirmationem reſpondetur, quod nõ eſt inconueniens cõcedere quòd matrimonium quod non fuit contractũ inter fideles baptizatos, non ſit ſacramentũ, quãuis modo perſeueret vinculum inter fideles baptizatos: imo eſt neceſſarium illud aſſerere, ut patet manifeſtè, ſi poſt baptiſmum non eſſent renouati conſenſus, nec expreſſi de nouo, tunc enim in omni ſententia eſſet uinculum matrimoniale inter fideles baptizatos, tamen non haberet illud matrimonium rationem ſacramenti. Verum eſt quod iſti ex eo quòd baptizati ſunt & eleuati ad eſſe ſupernaturale tenerẽtur prolẽ procreare ſecundum eſſe ſupernaturale: & verum eſt quod non daretur illis gratia ad actus matrimoniales, ſicut nec daretur quã

A do non renouantur expreſſiones cõſenſus. Ex dictis in hoc articulo colligitur qđ triplex eſt diſcrimẽ inter matrimonium fidelium, & infideliũ. Primum eſt ex parte cauſæ efficientis. Nam matrimonium infideliũ inſtitutum eſt à Deo vt eſt author naturæ, matrimonium uero fidelium inſtitutũ eſt à Deo ut eſt autor gratiæ. Secũdum diſcrimen eſt ex parte effectus. Nam matrimonium infidelium inducit vinculum obligationis ad temporalia obſequia, matrimonium vero fidelium gratiam confert, & uirtutes ad ſpiritualia officia. Tertium diſcri

B men eſt ex parte finis. Nam matrimonium infidelium ordinatur ad propagandam ſpeciem humanam, matrimoniũ vero fideliũ ordinatur ad multiplicandum, & implendum numerum prædeſtinatorum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum coniux conuerſus ad fidem poſsit commanere cũ vxore nolente conuerti.

C AD TERTIVM ſic procedi*tur. Videtur quod cõiux conuerſus ad fidem nõ poſſit commanere cũ vxore nolente conuerti, cum qua in infidelitate contraxerat, vbi enim eſt idẽ periculum oportet eandem cautelam adhiberi: ſi propter periculũ ſubuerſionis fidei prohibetur nè fidelis cum infideli contrahat: cum ergo periculum ſit ſi fidelis commaneat cum infideli cum quo prius contraxe-*

D *rat, & adhuc maius, quia neophyti facilius peruertuntur quam illi qui ſunt nutriti in fide, uidetur quòd fidelis poſt cõuerſionem non poſſit commanere cum uxorem infideli.*

¶ *2 Præterea. 28. quæſt. 1. dicitur: Nõ poteſt infidelis eius cõiunctione commanere, quæ iam in Chriſtianam tranſlata eſt fidem: ergo fidelis habet neceſſe vxorem infidelem dimittere.*

¶ *3 Præterea Matrimonium quod inter fideles contrahitur, eſt perfectius quam illud quod contrahitur inter infideles:*

deles: ſed ſi fideles contrahant in gradu ꝓhibito ab eccleſia diſſoluitur eorũ matrimoniũ: ergo & infideliũ, & ita uir fidelis non poteſt commanere cum uxore infideli, ad minus quando cum ea in infidelitate cõtraxit in gradu ꝓhibito.

¶ 4 Praeterea. Aliquis infidelis habet quandoque plures vxores ſecundum ritum ſuæ legis: ſi ergo poteſt commanere cum illis, cum quibus in infidelitate contraxit, uidetur quòd poſſit etiã poſt conuerſionem plures vxores retinere.

¶ 5 Praeterea. Poteſt contingere ꝙ repudiata vna uxore aliam duxerit, & in illo matrimonio exiſtens conuertatur: videtur ergo quod ſaltem in hoc caſu non poſſit cum uxore, quam de nouo habet commanere.

SED contra eſt, quod Apoſtolus. 1. Cor. 7. conſulit quod commaneant.

¶ Praeterea. Nullum impedimẽtum ſuperueniens uero matrimonio tollit ipſum: ſed matrimonium erat verum quando uterque infidelis erat, ergo quãdo alter conuertitur non dirimitur per hoc matrimonium, & ita uidetur quod poſſit licite commanere.

ar. præc. RESPONDEO dicendum, quod fides eius qui eſt in matrimonio non polluit, ſed perficit matrimonium: unde cum inter infideles ſit uerum matrimonium, ut ex dictis patet, per hoc alter eorum conuertitur ad fidem, non ex hoc ipſo uinculũ matrimonij ſoluitur. Sed aliquando vinculo matrimonij manente ſoluitur matrimonium quantum ad cohabitationem, & debiti ſolutionem, in quo pari paſſu currunt infidelitas, & adulterium, quia vtrumque eſt contra bonum prolis. Unde ſicut ſe habet in poteſtate dimittendi adulteram uel commanendi cum ea, ita ſe habet in poteſtate dimittendi infidelem, uel commanendi cum ea: poteſt enim vir innocens libere manere cũ adultera ſpe correctionis, nõ autem ſi in adulterij peccato fuerit obſtinata, nè uideatur patronus turpitudinis, quãuis ẽt cũ ſpe correptionis poſſit libere dimittere: ſimiliter fidelis

A conuerſus poteſt cum infideli commanere cum ſpe conuerſionis, ſi eã in infidelitate obſtinatam uiderit, & bene facit commanendo, tamen non tenetur, & de hoc eſt conſilium Apoſtoli.

AD primum ergo dicendum ꝙ facilius impeditur aliquid fiendum quam deſtruatur quod rite factum eſt, & ideo multa ſunt quæ impediunt matrimonium contrahendũ ſi præcedant, quæ tamen ipſum non poſſunt diſſoluere, ſi ſequantur, ſicut de affinitate patet: & ſimiliter dicendum eſt de diſparitate cultus. 1. Cor. 7

B AD ſecundum dicendum, quod in primitiua eccleſia tempore Apoſtolorum paſſim conuertebantur ad fidem, & Iudei & Gentiles: & ideo tunc fidelis uir poterat habere probabilem ſpem de uxoris conuerſione, etiam ſi cõuerſionem non promitteret. Poſtmodum autem tempore procedente Iudæi ſunt magis obſtinati quam Gentiles: quia Gentiles adhuc intrabant ad fidem ſicut tẽpore martyrum & temporibus Conſtãtini Imperatoris, & circa tempora illa:

C & ideo tunc non erat tutum fideli cum vxore infideli Iudæa cohabitare, nec erat ſpes de conuerſione eius ſicut erat de conuerſione uxoris Gentilis: & ideo tunc fidelis conuerſus poterat cohabitare cum Gentili, ſed non cum Iudæa, niſi conuerſionem promitteret, & ſecundũ hoc loquitur Decre. illud: Sed nunc pari paſſu ambulant vtrique, ſcilicet, Gentiles, & Iudæi, quia utrique obſtinati ſunt: & ideo niſi uxor infidelis conuerti velit, non permittetur ei cohabitare, ſiue ſit Gentilis ſiue Iudæa. In argu. 2. citato.

D AD tertium dicendum, quòd infideles non baptizati non ſunt aſtricti ſtatutis eccleſiæ, ſed ſunt aſtricti ſtatutis iuris diuini: & ideo ſi contraxerunt aliqui infideles in gradibus prohibitis ſecũdum legem diuinam. Leuit. 18. ſiue uterq; ſiue alter ad fidem cõuertatur, non poſſunt in tali matrimonio commanare: ſi autem contraxerunt in gradibus prohibitis per ſtatutum eccleſiæ poſſunt

ſunt commanere ſi vterque conuertatur, uel ſi unoconuerſo ſit ſpes de conuerſione alterius.

AD quartũ dicendum, ꝙ habere plures vxores eſt contra legem naturæ, cui etiam infideles ſunt aſtricti: & ideo non eſt verum matrimonium infidelis niſi cum illa, cum qua primo contraxit: unde ſi ipſe cum omnibus ſuis uxoribus conuertatur, poteſt cũ prima cõmanere, & alias debet abycere. Si autem prima conuerti noluerit, & aliqua aliarum conuertatur, idem ius habet contrahendi cum illa de nouo, quod cũ alia habet: de quo poſt dicetur. ar. 5. huius q̃ſt.

AD quintum dicendum, quod repudium vxoris eſt contra legem naturæ, vnde infideli non licet vxorem repudiare: & ideo ſi conuertatur poſtquam vna repudiata alteram duxerit idem iudicium eſt de hoc & de illo qui plures vxores habebat, quia tenetur primam quam repudiauerat accipere, ſi conuerti voluerit & aliam abycere.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Cum inter infideles ſit verum matrimoninm per hoc qđ alter eorum conuertitur ad fidem non ex hoc ipſo ſoluitur uinculũ matrimonii: Ratio huius eſt, nã fides eius qui eſt in matrimonio, nõ polluit ſed perficit ipſum matrimonium.

¶Secunda concluſio. Sicut quis ſe habet in poteſtate dimittendi adulteram uel commanendi cum ea, ſic ſe habet conuerſus ad fidem in poteſtate dimittendi infidelem.

¶Tertia concluſio. Sicut maritus adulteræ innocẽs poteſt liberè manere cum adultera ſpe correctionis eiuſdem adulteræ, nõ autem ſi obſtinata fuerit in peccato adulterii, ne uideatur ille patronus turpitudinis (quamuis etiam quando habet ſpem correctionis illius poſſit eã liberè dimittere,) ſimiliter conuerſus ad fidem. Et ad hoc eſt verbum Apoſtol. 1. Corint. 7. conſulentis ut maneat. 1. Cor. 7

¶ Circa iſtum articulum aduertendum primo quod prima concluſio D. Thom. eſt

A certiſſima. Itaque matrimonium infideliũ non diſſoluitur per conuerſionem vnius ad fidem, & multo minus ſi uterque conuertatur. Et hoc quidem conſtat ex D. Paulo 1. Corin. 7. ubi dicit, quod ſi infidelis poſt cõuerſionẽ alterius ad fidem vult cohabitare cum fideli ſine contumelia creatoris, fidelis non debet diſcedere ab infideli, tamẽ ſi matrimoniũ ſtatim eſſet irritum, & diſſolueretur, ſtatim deberet diſcedere, ut cõſtat, ergo tale matrimonium in doctrina Pauli non ſtatim diſſoluitur. Secũdo probatur hoc ex cap. guademus. de diuortiis, in quo hoc ex- 1. Cor. 7

B preſſe diffinitur cũ dicitur, quod per ſacramentũ baptiſmi non ſoluuntur cõiugia ſed crimina dimittuntur. Deniq; conſtat ratione D. Tho. Nam fides gratia & inſtrumenta gratiæ cuiuſmodi ſunt ſacramẽta, non deſtruunt naturam, ſed illam perficiunt, matrimoniũ vero vt iam dictum eſt, eſt indiſſolubile ex natura ſua etiã inter infideles, ergo tale matrimonium per conuerſionẽ non ſtatim diſſoluitur. Et hanc concluſionem docet etiam Diuus Auguſtinus libro de adulterinis coniugiis contra Polentium. capite octauo. tomo ſexto, qui aſſerebat

C talia matrimonia diſſolui. Hæc tamen doctrina intelligitur dummodo aliàs coniugium eſſet legitimum, nam ſi cõtra ius naturale inuenirẽtur cõtraxiſſe, ſeparãdi ſunt cum venerint ad eccleſiam, vt docet expreſſe Innocentius tertius, in c. gaudemus. ſæpe citato. ¶ Secundo notabis qđ in tali caſu nõ prohibetur iure diuino qđ cõuerſus ad fidẽ permaneat cum propria vxore. Et hoc aſſeritur à D. Auguſt. contra Polentiũ in loco citato. Ratio huius eſt: Nam impium eſt dicere quòd conſilium Apoſtoli ſit contra diuinum præceptum: at uero Apoſto-

D lus 1. Corinthiorũ 7. conſulit, quod fidelis, permaneat cum propria uxore vt patet ex verbis illius adductis in præcedenti notabili, ergo. Item dicit Apoſtolus ibidem: nã cæteris ego dico, non Dominus, ſi quis frater uxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, nõ dimittat illã, &c. Et hoc conſtat etiã ratione. Nam dominiũ corporis alterius, adhuc permanet, ergo licitus eſt vſus, & hoc certum eſt ſecundũ fidẽ. Tertio notandũ eſt quod quãdo ſpes fuerit lucrandi coniugem infidelem conſilium eſt permanere cum illo. Ratio huius eſt nã illud medium eſt licitum, & poteſt eſſe oc-

caſio magni boni, ergo eſt materia conſilii. A Et hæc eſt ratio quę mouet Apoſtolum in loco ſæpe citato ad præbendum tale conſilium. Ait enim, unde ſcis mulier ſi uirũ ſaluũ facies? Et in tali caſu docet D. Auguſt. ubi ſupra, quod non ſolum licet, verum ēt expedit ita facere, imo exiſtimo quòd eſſet certa ſpes conuerſionis coniugis infidelis ad fidem teneretur cõuerſus aliquo tempore manere nam præceptum charitatis, & fraternæ correctionis tali tempore obligaret, ergo multo magis obligaret coniugem qui multo magis tenetur diligere. Quarto notandũ eſt quòd quando nulla fuerit ſpes B conuertendi coniugem, non debet cum illo manere. Ratio huius eſt, nam ex tali cohabitatione potius eſt timendum periculum quam lucrum ſperandum, ergo in tali caſu non eſt permanendum, & ita diſtinguendo tempora, & caſus conciliantur uaria loca D. Pauli quæ uidentur contraria.
1. Cor. 6. Nam. 1. Corint. cap. 6. dicit Nolite iugum ducere cum infidelibus, quod quidem intelligitur in noſtro caſu, quando potius timetur periculum quam lucrum ſperetur. Quod uero admonet. cap. 7. & dictum eſt in tertio notabili intelligendum C eſt iuxta dicta ibidem. Et quoniam poſt tempora Apoſtolorum ex commercio infidelium timebatur periculum, in uniuerſum eccleſia legem tulit, vt conuerſus ad fidem ſeparetur ab infideli coniu-
Conc. Tol. tertiũ. c. 14. ge, & de Iudæis extat Decretum Concilii Tertii Toletani cap. 14. & Concilii 4. cap. 62. nam leges humanæ atten-
Conc. Tol. 4. c. 62. dunt id quòd regulariter, & ut in plurimum contingit. Et contra iſtas leges non eſt licitum modo facere niſi in duobus. Primus eſt quando breui tempore ſperatur conuerſio alterius; ſecundus quando ſine manifeſto periculo mortis diſcedere non poteſt. Hæc autem omnia amplius explicanda ſunt in articulis ſequentibus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum fidelis conuerſus poſſit vxorem infidelem dimittere volentem cohabitare ſine contumelia creatoris.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quod fidelis conuerſus non poſſit vxorem infidelem dimittere volentem cohabitare ſine contumelia creatoris. Maius enim eſt uinculum viri ad mulierem quam ſerui ad dominum: ſed ſeruus conuerſus non abſoluitur a ſeruitutis uinculo, ut patet 1. Corint. 7. & 1. Timo. 6. ergo & vir fidelis non poteſt vxorem infidelem dimittere.

¶ 2 Præterea. Nullus poteſt alteri præiudicium facere ſine conſenſu ipſius ſed vxor infidelis habebat ius in corpore uiri infidelis: ſi ergo per hoc quod uir ad fidem conuertitur, mulier præiudicium pati poſſet ut liberè dimitteretur, non poſſet uir conuerti ad fidem ſine conſenſu uxoris, ſicut nec ordinari, nec vouere continentiam ſine conſenſu eius.

¶ 3 Præterea Si aliquis contrahat cum ancilla ſcienter, ſiue ſit ſeruus ſiue liber, non propter diuerſam conditionem poteſt ipſam dimittere: cum ergo uir qui quando contraxit cum infideli ſciuerit eam eſſe infidelem, uidetur a ſimili quod non poſſit eam dimittere propter infidelitatem. D

¶ 4 Præterea. Pater tenetur ex debito procurare ſalutem prolis: ſed ſi diſcederet ab infideli vxore, filij communes matri remanerent, quia partus ſequitur ventrem, & ſic eſſent in periculo ſalutis: ergo non poteſt vxorem infidelem dimittere licite.

¶ 5 Præterea. Adulter non poteſt adulteram dimittere, etiam poſtquam adulterio pœnitentiam egit: ergo ſi ſit idem iudicium de adulterio & infideli, nec infidelis infidelem poteſt relinquere Vide in decret. 32. q. 6. ar. præc. corp.

etiam

etiam poſtquam ad fidem eſt cõuerſus.

SED contra eſt quod Apoſtol. dicit. 1.Cor.7.

¶ Præterea. Adulterium ſpirituale eſt grauius quam carnale: ſed propter carnale adulterium uir poteſt dimittere uxorem, quantum ad cohabitationem: ergo multo fortius propter infidelitatem, quæ eſt adulterium ſpirituale.

RESPONDEO dicẽdũ, q̃d homini ſecundum aliam & aliã vitã diuerſa cõpetunt & expediunt: & ideo qui B moritur priori uitæ non tenetur ad illa ad quæ in priori uita non tenebatur inde eſt quod ille qui in uita ſæculari exiſtens aliqua vouit, non tenetur illa quando mundo moritur, & vitam religioſam aſſumens, perficere. Ille aũt qui ad baptiſmũ accedit regeneratur in Chriſto, & priori uitæ moritur, cum generatio unius ſit corruptio alterius: & ideo liberatur ab obligatione qua uxori tenebatur reddere debitum, & ei cohabitare non tenetur quando conuerti non vult, quãmuis reddere debitum C in aliquo caſu libere id poſſit facere, ſicut dictum eſt: ſicut, & religioſus poteſt libere perficere vota quæ fecit in ſæculo, ſi non ſunt contra religionem ſuam, quamuis ad ea non teneatur, ut dictum eſt.

AD primum ergo dicendum, quod ſeruire non eſt aliquid incõpetens Chriſtianæ religionis perfectioni quæ maxime humilitatem profitetur: ſed obligatio mulieris ſiue matrimonij aliquid de D rogat perfectioni uitæ Chriſtianæ, cuius ſummum ſtatum continenter poſſidet, & ideo non eſt ſimile de utroque. Et præterea vnus coniugum non obligatur alteri quaſi poſſeſſio eius, quaſi domino ſeruus, ſed per modũ ſocietatis cuiuſdã quæ non cõgrua eſt infidelis ad fidelem ut, patet 1. Corinthiorum 6 & ideo nõ eſt ſimile de ſeruo, & coniuge.

AD ſecundum dicendum, q̃ uxor non habebat ius in corpore viri niſi quãdiu in uita illa manebat in qua cõtraxerunt, quia etiam mortuo viro uxor ſoluta eſt à lege uiri, vt patet 1. ad Corinthios 7. & ideo ſi poſtquam uir mutat uitam moriens priori vitæ ab ea diſcedat, nullum fit ei præiudicium. Trãſiens autem ad religionem moritur tantum ſpirituali morte, non autem corporali: & ideo ſi matrimonium ſit cõſummatum nõ poteſt vir ſine conſenſu uxoris ad religionem tranſire. Poteſt autẽ ante carnalem copulam quando eſt tãtum copula ſpiritualis, ſed ille qui ad baptiſmum accedit, corporaliter etiam conſepelitur Chriſto in morte: & ideo à debito ſoluitur reddendo etiam poſt matrimonium conſummatum. Vel dicendum, quod ex culpa ſua vxor præiudicium patitur quæ conuerti contemni.

AD tertium dicendum, quod diſparitas cultus facit perſonam ſimpliciter illegitimam, non autem conditio ſeruitutis, ſed ſolum quando ignorata eſt: & ideo non ſequitur ſimilis ratio de infideli & ancilla.

AD quartum dicendum, quod proles aut peruenit ad perfectam ætatem, & tunc poterit liberè ſequi patrem fidelem, uel matrem infidelẽ: uel eſt in minori ætate conſtitutus, & tunc debet dari fideli, non obſtante quod indiget matris obſequio ad educationem.

AD quintum dicendum, q̃ adulter per pœnitentiam non tranſit ad aliam vitam ſicut infidelis per baptiſmum; & ideo non eſt ſimilis ratio.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio eſt affirmatiua, ad iſtũ ſenſum quod quando illa cõuerti nõ vult, licet uelit cohabitare ſine contumelia creatoris, vir conuerſus non tenetur reddere debitum, nec illi cohabitare, licet poſſit ei libere reddere debitum in aliquo caſu. Ratio huius cõcluſionis eſt, nam ille qui accedit ad baptiſmum regeneratur in Chriſto, & morit̃ priori uitæ, ergo liberatur

ratur ab obligatione qua tenebatur cohabitare, & reddere debitum.

¶ Secunda concluſio ad quartum. In tali caſu, ſi proles ante ſuſcepta, ſit iam perfectæ ætatis, libere poterit ſequi uel patrem fidelem uel matrem infidelem, ſi uero ſit in minori ętate, tunc debet dari patri fideli, non obſtante, quod indigeat matris obſequio ad educationem prolis.

¶ Circa primam concluſionem huius articuli eſt primum dubium, an illa ſit uera, & uidetur quòd non. Primo ex D. Paulo in loco ſæpe citato dicente, quòd ſiquis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo non dirimittat illam, ergo in caſu primæ concluſionis, non poteſt vir fidelis uxorem infidelem dimittere, & non cohabitare cum illa.

¶ Secundo. Seruus per hoc quòd conuertatur ad fidem, non debet dimittere dominum ſuum; ſed debet manere cum domino ſuo, & cohabitare in domo eius, vt conſtat ex illo c. D. Pauli ſeruus uocatus es, &c. Et infra. Vnuſquiſq; maneat in vocatione qua uocatus eſt, ergo per hoc quod coniux conuertatur ad fidem, non excuſatur à redditione debiti, & cohabitatione. Probatur conſequentia, nam uidetur quod ſit eadem ratio.

¶ Tertio. Si infidelis conuertatur ad fidẽ & alius coniux velit cohabitare ſine iniuria creatoris, nõ diſſolouitur matrimonium, ut iam diffinitum eſt in articulo præcedenti, & dicitur amplius ſtatim, ergo fidelis tenetur reddere debitum, & cohabitare. Probatur conſequentia, nam ex ipſo matrimonio oritur obligatio ad cohabitandum, & reddẽdum debitum.

¶ Quarto arguitur. Si aliqua ratione fidelis conuerſus non tenetur reddere debitum nec cohabitare, maxime propter rationem D. Thom. in articulo, uidelicet, quia per baptiſmum regeneratur Chriſto & moritur priori vitæ, & ita liberatur ab obligatione qua tenebatur vxori reddere debitum, & ei cohabitare, hæc autem ratio nulla eſt, ergo. Conſequentia eſt bona. Minor probatur. Primo quoniam alias talis baptizatus liberaretur ab obligatione ſeruiendi domino ſuo Secundo. Quoniam ex hac ratione ſequitur quod per baptiſmum, & conuerſionem ad fidem, colligitur vinculũ matrimoniale, & dirimitur

A matrimonium, ſiquidem moritur ſæculo, & incipit nouam vitam.

IN hac difficultate aliqui dixerunt quod in tali caſu non poterat conuerſus ad fidem dimittere licite vxorem quoad thorũ & cohabitationem:

¶ Prima cõcluſio. Certiſſimum eſt quod in noſtro caſu vir fidelis poteſt vxorem infidelem dimittere, & non cohabitare cum illa, ad ſenſum expoſitum in prima concluſione articuli. Itaque per ſuſceptionem Chriſtianæ religionis abſoluitur conuerſus ab obligatione cohabitandi cum fideli. B Hanc concluſionem tenet D. Thom. hic, & Magiſter Sotus diſt. 39. quęſt. vnica. artic. 3. & idem tenent omnes expoſitores & diſcipuli D. Thom. Et probatur concluſio primo ex D. Auguſt. in illo lib. citato in præcedenti artic. cap. 17. ubi expreſsè diffinit iſtam ueritatem, ergo. Secundo. Nam adulterium carnale tollit obligationem cohabitandi ſimul, & reddendi debitum, quamuis non diſſoluat matrimonium vt ſtatim dicemus; ſed adulterium ſpirituale eſt maius, ergo etiam tollit iſtam obligationem. Tunc ultra, ſed infidelitas C eſt adulterium quoddam ſpirituale ut conſtat, ergo non tenetur Chriſtianus cohabitare. Hæc concluſio explicabitur amplius in ſequenti.

¶ Secunda concluſio explicatiua præcedentis. Quod uir fidelis poſſit diſcedere ab infideli quantum ad thorum, & cohabitationem, eſt priuilegium conceſſum à Chriſto Domino fidelibus conuerſis, in fauorem fidei. Itaque ſicut dicemus in quæſtione ſequenti, quod matrimonium ratum non conſummatum diſſoluitur per profeſſionem religionis, per priuilegium D conceſſum à Chriſto in fauorem religionis: ita etiam dicendum eſt quod eſt priuilegium Chriſti quod uir fidelis poſſit diſcedere ab infideli quantum ad thorum, & conhabitationem. Hanc concluſionem docent omnes diſcipuli D. Thom. Probatur primo ex Apoſtolo in loco ſæpe citato, ubi dicit. Nam cæteris ego dico non Dominus. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo non dimittat illam. In quibus uerbis ſignificat hoc eſſe conſilium ſuum, non Domini præceptum, ergo ex priuilegio Domini poteſt illam dimittere quoad thorum

rum

rum,& cohabitationem. Secundo. Poſt conſummationem matrimonii non poteſt poteſtas humana diuidere illos quãtũ ad thorum,& cohabitationem, cum dicat Dominus, quos Deus coniunxit homo non ſeparet, ergo ſi diuidi poſſunt quantum ad thorum, & cohabitationem illud eſt propter priuilegium Chriſti Domini conceſſum in fauorem fidei. Et hoc conuincit tertium argumentum poſitum in principio. Tertio probatur concluſio oſtendendo, & explicando rationem quare Chriſtus Dominus hoc priuilegium cõceſſerit. Nam regulariter ex tali commercio,& cohabitatione imminebat periculum fidei, & ita ſicut baptizatus moritur uitæ præcedenti, ita à uinculo illo periculoſo ſocietatis abſoluitur; & ita verificatur illud quod dicit Paulus in loco ſæpe allegato, qđ ſi infidelis diſcedit diſcedat, non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſorori in huiuſmodi. Et aduertendum quod ſi periculum ſubuerſionis teneretur, ceſſante omni lege humana, teneretur conuerſus diſcedere ſicut alia grauiſſima pericula tenetur cauere, & in eo caſu habet locum illud Matthæi 18. Si oculus tuus,&c.& illud etiam, quis non odit vxorem ſuam,&c non poteſt meus eſſe diſcipulus. Aduertendum etiam quod hoc priuilegium non eſt cõtrarium iuri naturali. Nam cum omnia naturalia ſubordinentur ſupernaturali fini, quando ad ſupernaturalia conſequenda eſt neceſſariũ in his detrimentum ſubire, non eſt inconueniens & eſt optime factum. Vnde propter bonũ fidei ſubtrahitur patri filius fidelis alias adultus; item à matre ſubtrahitur paruulus quando pater eſt conuerſus licet tunc magis pertineat ad matrem fouere illum, ut habetur cap. 2. de conuerſione infidelium. Nec mirum, cum princeps tẽporalis propter negotia regni poſſit diſtrahere virum ab uxore per multum temporis, ut patet tempore belli. Item non eſt contra ius naturale, nam Chriſtus eſt autor naturalium, & ſupernaturalium, & ita potuit concedere hoc priuilegium in fauorem fidei, quod quidem priuilegium eſt ſupra ius naturale, non contra. De quo uide Caietan. optime loquentem in 1.2. quæſt. 100 art. 8.

Matt. 18.

¶ Quibus poſitis reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio dubii. Ad primum argumentum ex verbis Pauli, prima ſolutio eſt, illaque communis, quod illa verba non continent præceptũ, ſed conſilium. Et hæc ſolutio videtur eſſe D. Auguſt. lib. citato de adulterinis coniungiis cap. 13. & 18. cuius verba referuntur. 28. quæſt. 1. cap. iam nunc, & hæc ſolutio colligitur ex contextu D. Pauli, nam apponit ſtatim rationem dicẽdo, unde enim ſcis mulier ſi uirũ ſaluum facies? Secunda ſolutio ſolet eſſe quod in illis uerbis Pauli eſſet præceptũ, erat tamẽ præceptum poſitiuum humanũ & pro illo tempore, quia ſic expediebat. Et hoc uidetur inſinuare in illis verbis quæ premiſit, nam cæteris ego dico non dominus, ſi quis frater, &c. quaſi dicat hoc quod ſequitur non eſt præceptum Domini. Confirmatur. Nam ſi illud eſſet præceptum diuinum eccleſia erraret in præcipiendo uel conſentiendo contrarium quod eſt abſurdum. Hoc etiam placent Magiſtro Soto in dicto articulo tertio in cuius ſignum adducit illa uerba Pauli ibidem: non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror eiuſmodi. In quibus uerbis non tantum ſignificat quod quando infidelis diſcedit: tunc fidelis debeat diſcedere, ſed etiam qđ ſiue fidelis diſcedat ſiue manere uelit, non eſt ei ſubiectus fidelis, & quod poſſit ſi libuerit eum relinquere, nec cogitur cum illo manere niſi ille fidem Catholicam optauerit.

18. q. 1. cap. iam nunc.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod Chriſtus Dominus noluit concedere illud priuilegium ſeruituti, uoluit autem illud concedere coniugato. Ratio differentiæ formaliter loquendo deſumitur ex beneplacito diuino, fundamentaliter tamẽ deſumitur ex ipſa natura rei non enim eſt eadem ratio de uinculo ſeruitutis & de uinculo matrimoniali. Ratio diſcriminis eſt. Nam ſerui ad dominum non ſolet eſſe tanta neceſſitudo,& amicitia, ſicuti eſt inter uirum, & uxorem, ratione cuius timeatur periculum. Si tamen dominus infidelis conaretur ſubuertere Chriſtianum, & ſibi timeret probabiliter, ſeruus poſſet optime fugam parare, ut fidem ſuam tueretur, & quoniam Iudæi ſemper fuerũt infeſti Chriſtianæ religioni, prouide inſtitutum eccleſiæ ne Chriſtiani eorum ſeruituti addicerentur, ut habetur cap. 1. & 2. de Iudæis, & Sarracenis.

c. 1. & 2. de Iudæis & Sarracenis.

¶ Ad

A ¶Ad tertium argumentum reſpondetur concedendo antecedens,& negando conſequentiam. Ad probationem reſpondetur quod aliquando inuenitur matrimonium quando non eſt obligatio ad cohabitandū & reddendum debitum,vt patet quando alter commiſit adulterium ut poſtea dicemus,& in aliis caſibus. Et præcipue hoc habet uerum in noſtro caſu propter Chriſti priuilegium quod quidem cōceſſit fidelibus in fauorem fidei.Itaque ut iam ſæpe dictum eſt,quamuis non poſſit eſſe matrimonium a principio ſine eo quod oriatur obligatio ad cohabitandum,& reddendum debitum,tamen bene cōſequatur poſtea ſine tali obligatione.

¶ Ad quartum argumentū reſpondetur quod ratio huius rei potiſſima eſt Chriſti beneplacitum, illa autem ratio, quæ adducitur à D. Tho. eſt optima congruentia ad explicandum diuinum beneplacitum, unde negatur minor. Ad primam vero ꝓbationem minoris iam diximus in ſolutione ad ſecundum:ad ſecūdam vero dicemus in ſequenti dubio.

¶ Circa iſtum articulum eſt ſecundum dubiū,illudque grauiſſimum,an quādo alter coniux cōuertitur ad fidem, & alius manet in infidelitate, & vult cohabitare, ſine contumelia creatoris,dirimatur,& diſſoluatur matrimonium quo ad vinculum.Et q̃uis hæc diſputatio pertineat ad articulū ſequentē,hic etiam diſputari poteſt, quoniā in hoc articulo diſputat D.Tho.de infideli qui vult cohabitare cum fideli ſine creatoris contumelia.Et uidetur quod in hoc caſu dirimatur,& diſſoluatur matrimonium quoad uinculum.

¶ Primo arguitur, ſecunda probatione minoris facta in quarto argumento dubii precedentis. Nam iſte qui conuertitur ad fidem,& baptizatus,moritur priori uitæ, ut dicit D.Tho.in ratione articuli, ergo liberatur non ſolum ab obligatione reddendi debitum,& cohabitandi, verum etiam à vinculo matrimoniali quod contraxerat in infidelitate. Patet conſequentia omnibus exemplis adductis à D. Tho. in illa rōne.

¶ Secundo arguitur. Quamuis tempore Apoſtolorum eſſet conſilium Apoſtolicum fidelem cohabitare cum infideli coniuge, quando ille conſentit citra creatoris contumeliam,tamen nunc temporis præceptum eſt non cohabitare cum illo coniuge etiam ſi maximè uelit citra contumeliam creatoris cohabitare: ita enim præcipitur in Concilio Toletano 3.cap. 14. & Concilio Toletano 4. capite 91.92.& refertur canone Iudæi. 28. quæſtione ſecunda, & ſequentibus; at uero duriſsimum eſſe fidelem neophitum cogere ad ſeruandum perpetuo cœlibatum. Confirmatur argumentum, & explicatur. Nam aliàs fidelis conuerſus cogeretur ſine culpa ſua ſeruare perpetuam caſtitatem, nam ex una parte dantur leges eccleſiaſticæ prohibentes co- B habitare cum tali infideli,vt patet ex c.ſæpe.28.q. 1. & ex altera parte non poteſt cū alia contrahere, ergo cogitur. Quod quidem uidetur maximum inconueniens, & ita reputat D.Tho.in arti.ſequenti in argumento ſed contra,vide illum.

¶ Tertio arguitur.Quando infidelis nō vult cohabitare citrà contumeliam creatoris diſſoluitur matrimoniū quod ad vinculum vt dicemus in articulo ſequenti, propter culpam ipſius infidelis:at uero quando conſentit cohabitare circa creatoris contumeliam eſt maxime coniux in culpa, er- C go ſimiliter diſſoluitur Matrimoniū quoad vinculum. Minor probatur. Tum quoniam culpam habet infidelitatis, immo obſtinationis in infidelitate. (Supponimus enim quod non eſt ſpes quod talis coniux infidelis conuertetur) tum etiam eſt in culpa, quoniam præbet rationē ſuſpicandi quod peruertet fidelem cōiugem. Confirmatur. Nam in hoc caſu quadrat illud Apoſtolicum, non enim ſubiectus eſt frater aut ſoror ſeruituti in huiuſmodi,ergo.

¶ Quarto arguitur.Demus Turcam aut Aethiopem ab extremis mūdi ſeu Oriētis D partib. adductum eſſe captiuum in Hiſpanias,& ad fidem conuerſum. Iſte talis poterit irrequiſita vxore cum qua in infidelitate cōtraxerat, aliud mr̄imoniū cōtrahere, ergo etiam ſi poſt requiſitionem vxoris factam illa uelit cohabitare cum eo citra creatoris contumeliam poterit matrimonium contrahere; ac ſubinde diſſoluitur matrimonium quoad vinculum. Antecedens probatur, quoniam eſſet duriſsimum, & intolerabile cogere huiuſmodi neophitum ad requirendum conſenſum vxoris diſtantis per tot milliaria. Conſequētia uero probatur quia ſi non eſt neceſ-

ſarium poſcere conſenſum coniugis,multo minus erit neceſſarium cõſentienti aliqua ex parte conſentire.

¶ Vltimo arguitur.Et iam ſi infideli coniux cohabitare velit citra creatoris contumeliam,licitum eſt coniugi fideli religionẽ profiteri,imo ſacros ordines ſuſcipere,ergo ſaltem in tali caſu diſſoluitur matrimoniũ per profeſſionem ſolennem, & ſuſceptionẽ ſacri ordinis.

¶ In hac difficultate aliqua præmittenda ſunt. Primo præmittendum eſt , Apoſtolorum tempore fuiſſe conſilium non præceptum de non dimittendo infideli coniuge qui cohabitare uellet pacificè . Conſilium hoc declarat D. Paulus in loco ſæpe allegato,cum dicit:ſi quis frater coniugem ſeu uxorem habet infidelẽ,& hæc cõſentit cohabitare cum illo,non dimittat illam.Significat autem D.Paul. conſilium,& non præceptum,tum quoniam cum antea dixiſſet, præcipio non ego ſed Dominus , dicturus tamen uerba allegata vſus eſt alio tenore loquendi, inquiens, ego dico,non dominus , ſi quis frater,&c.ubi ſignificat non eſſe præceptum nec ſuum, nec Domini , eſſe uero conſilium ſuum , ſicut & paulo inferius inquit de virginib. autem præceptum Domini non habeo,conſilium autem do.Tum etiam probatur ex ſubiectis verbis ad probandum non eſſe dimittendum qui vult cohabitare . Vnde ſcis ſi ſaluam facias uxorem aut ſaluum facias virum . Quæ verba ſignificant in dubio retinendum eſſe coniugem infidelem , etiam ſi nõ eſſet bona ſpes conuertendi coniugem infidelem. Tum denique probatur non eſſe præceptum ſed conſilium ex communi ſanctorum omnium, & interpretum intelligentia ſuper eundem locum.Vide Ambr.ibidem,& reliquos interpretes D. Auguſt.lib.1. de adulterinis coniugiis ad Polentium.c.13.vſque
28.q. 1. c.Iãnũc. & canõ, ſic enim ad 20.cuius verba referuntur 28.quæſt. 1. cap.iam nunc , & Can. ſic enim,vbi reprehendit Polentium qui exiſtimabat eſſe præceptum de non dimittendo coniuge in fideli . Tibi (inquit inter alia) videtur infideles quoque dimitti à fidelibus non licere,quia hoc uetat Apoſtolus , cum ego dicam licere , quia hoc non uetat Dominus,non tamen dico expedire, quia hoc ne fiat monet Apoſtolus . Ita denique interpretantur Apoſtolum Theologi ſcholaſtici

A cum Magiſtro in allegata diſt. 39. & cum Graciano in Canone ſi infidelis.28.q. 1.

¶ Secundo . Præmittendum eſt,non eſſe dubium quin Apoſtolorum tempore , matrimonium diſſolui non poſſet quando infidelis pacificè uellet cum fideli cohabitare . Hoc fundamentum eſt manifeſtum, tunc ex Apoſtolo qui quidem requirit ad hoc,ut dimittatũ infidelis diſceſſum ex parte illius;tũ ex cõi traditione,& doctrina eccleſiæ,&Theologorũ omnium. Vide illud capitulum immediate citatum ſi infidelis. c. ſi infidelis. 28 quæſt.1.

¶ Tertio. Præmittendũ eſt ſexcẽtis annis poſt Chriſtum natum impoſitum fuiſſe præceptum de non cohabitandi fidelem vxorem cum Iudæo infideli, quod patet ex allegato Concil.Toleta.4.Canone.7.quod eo tempore celebratum eſt,at uero iam nũc temporis nulli prorſus fideli licet cohabitare cum quocunque infideli,etiam ſi infidelis conſentiat pacifice cohabitare . Itaque propter ſummam, & peculiarem perfidiam,& obſtinationem,interdictum fuit cohabitare cum Iudæo infideli aliquo fortaſſe tempore quo licebat cum alijs ethnicis cohabitare. Verum paulo poſt certe ſaltem quingentis ab hinc annis cum nullo prorſus infideli cohabilare licet.Et prima huius diuerſi præcepti , & inſtituti ratio eſt . Nam tempore Apoſtolorum,& paulo poſt totis illis quingentis annis,erat tam efficax gratia in neophitis quod nulla eſſet formido quod illi eſſent ſeducendi ab infidelib. coniugibus imo econtra ſpes erat quod infideles coniuges eſſent conuertendi à fidelibus,attamen ſpes hæc ceſſauit,& formido ſupra poſita locum habuit , primum quidem in Iudæis, deinde in cunctis ethnicis. Secunda ratio eſt. Quoniam totis primis a Chriſto nato quingentis annis, eccleſia colligebatur,& congregabatur ex infidelibus qui quotidie ad fidem conuertebantur,at impediretur magna ex parte eorum conuerſio,eo tempore, ſi cõtinuo eſſet præceptum fidelibus de dimittendis coniugib. poſt uero non impeditur eorum conuerſio propter iſtã cauſam,ergo.Tertia ratio eſt. Quoniam infideles à principio naſcẽtis eccleſiæ,abominarẽtur Chriſti legem,& fidẽ ſi ſcirent per cõuerſionem ad illam,dirimẽda eſſe matrimonia,ita ut non liceret cohabitare fideli cum infideli coniuge , at nunc alijs de cauſis exoſam habẽt ſuam culpam.

Concil. Tole.4. Can. 7.

Deni-

Denique in principio in tam frequenti con
uerſione magna eſſet perturbatio totius ſta
tus,& rerum publicarum, ſi non liceret fide
li coniugi cohabitare cum infideli; at nunc
in tam rara conuerſione nulla ſequitur ta-
lis perturbatio,ergo. Cæterum hoc præce-
ptũ intelligendum eſt iuxta modum præ-
cepti humani poſitiui, qui modus eſt ut
tale præceptum non obliget quando aliàs
ſequitur ſcandalum, aut magnum aliquod
detrimentum ſiue in uita,ſiue in fama,ſiue
in ſenſu, ipſi fideli. Itaque ſi aliquis Turca
modo conuerteretur ad fidem,timeret au
tem mortem ſi diſcederet ab infideli cõiu-
ge:imo quoties commode diſcedere non
poſſet liceret cohabitare. Et in prima facie
uidetur quod ſit repugnantia inter hoc do
cumentum,& tertium ſuprapoſitum; quæ
magis uidetur augeri ſi dicamus ut quidã
uidentur aſſerere, quod Apoſtoli uerba in
loco allegato ſonant non conſilium tantũ,
ſed præceptum etiam. Sed etiam data hac
ſententia,nulla eſt prorſus diſſonãtia inter
utrũque documentum. Nam inter Apo-
ſtolica præcepta quædam ſunt ab illis inſti
tuta tanquam à gubernatoribus, & paſtori
bus eccleſiæ,habentia cauſam temporalem
& breuem pro loco,& tempore illo, cuiuſ-
modi ſunt præcepta de abſtinendo à ſangui
ne,& ſuffocato,quæ lata ſunt ab Apoſtolis
in Concilio Hieroſolymitano,ut reperitur
in actibus Apoſtolicis capite.14.inter,quæ
præcepta annumerãdum eſſet præceptum
hoc de cohabitando cum infideli ſi modo
præceptum eſſet:huiuſmodi autem præce-
pta ceſſant ceſſante cauſa, & abrogari poſ-
ſunt,& per contrariam conſuetudinem, &
per contrariam legem à Pontificibus latã.

¶ Tota controuerſia nunc temporis eſt,
an modo, quando ſtat præceptum de non
cohabitando diſſolui poſſit matrimoniũ ſi
coniux infidelis pacifice conſentiat cohabi-
tare. In hac difficultate Magiſter ſapientiſ-
ſimus Victoria, affirmat quòd in tali caſu
diſſoluitur matrimonium. Et exiſtimo
quòd fuit primus autor huius ſententiæ.
Ita tenet in additionibus ad tertiam partẽ
quæſt.59,artic.5. Et hanc ſentẽtiam ſequu
tus eſt expreſſo nomine autor ſpeculi con-
iugiorum 2.par. art.29. prope finem, &
Magiſter Sotus diſt.39. quæſt.unica.artic.
4. rem hanc affirmat ut ueram uide illum.

¶ Concluſio ſit certiſſima infidelis con-

A uerſus ad fidem noſtram uolente alio con-
iuge infideli cohabitare pacifice ſine contu
melia creatoris non poteſt contrahere cum
alia. Itaque in tali caſu non diſſoluitur ma
trimonium quoad uinculum.

¶ Hæc cõcluſio eſt communis inter Do
ctores,illã tenent ſupra citati. Et probatur
primo. Vt dictum eſt ſupra, & dicemus in-
fra magis ex profeſſo,uinculum matrimo-
nii eſt omnino indiſſolubile tã ex lege na-
turæ,quã ex Dei inſtitutione in paradiſo
quam ex euangelica lege. Ex quo colligitur
argumentum in hunc modũ. Temerarium
eſt excipere aliquid ab uniuerſali natura,&
fidei & euangeliorum lege ſine idoneo, &
irrefragabili teſtimonio, at nullum eſt tale
teſtimonium in præſentia ad excipiendum
hoc matrimonium ab his legibus quando
infidelis cohabitare conſentit ſine creatoris
contumelia, ergo in tali caſu matrimoniũ
non diſſoluitur quoad uinculum. Minor
probatur. Nam uſq; ad tempora ſapientiſſi
mi Magiſtri nemo fuit, qui talem ſenten-
tiam aſſerere. ¶ Secũdo probatur cõcluſio.
Nam tantum abeſt,quòd ſit idoneum teſti
monium ad illam ſententiam comproban-
C dam,quod potius irrefragabilia teſtimonia
illam reprobant, in primis D.Paullus loco
citato prius quam concedat diſſolui matri
moniũ, requirit ante neceſſario diſceſſum
ex parte infidelis, inquiẽs: Si infidelis diſce
dit diſcedat, non eſt enim,&c.& hoc idem
aſſerũt uniuerſi interpretes D. Pauli ſuper
iſtum locum,tam Latini,quã Græci, Am-
broſius,Chryſoſtomus. Quod ſi quis dicat
hæc dicta fuiſſe ab Apoſtolo,& illis grauiſ-
ſimis interpretibus Ambroſio, & Chryſo-
ſtomo pro ſuo tempore quando licebat co-
D habitare:imo expediebat fideli cohabitare
cum infideli: at poſt tempora Toletani Cõ
cilii quarti, & deinceps quo iam non licet
communem uitam agere cum infideli non
urgẽt nos hæc teſtimonia. ¶ Tertio argu-
tur contra hanc ſolutionem & ſimul proba
tur concluſio. Poſt tempora Apoſtoli Am-
broſii,Chryſoſt.& Auguſtini, non eſt facta
noua aliqua regulatio eccleſiæ ſuper diſſo-
lubilitate huius matrimonii,ergo uti debe-
mus reuelatione facta Apoſtolo,& nõ debe
mus illã extẽdere pro noſtro arbitrio. Pro-
batur conſequentia,nã iſta diſſolutio matri
monii non poteſt nobis conſtare niſi per re-
uelationem eccleſiæ factam,quãdoquidem

eſt

eſt præter leges euãgelicas quę habẽtur in ipſo teſtamento nouo. ¶ Quarto probatur concluſio. Vniuerſi Doctores, & Theologi ſcholaſtici, & Bibliorum interpretes qui fuerũt poſt Concilium Toletanum, in quo interdicta eſt hæc cohabitatio, incũctanter dicunt non diſſolui matrimonium ſi infideles cõſentiat communem vitam agere cum fideli, ergo. Antecedens probatur. Nam Petrus Lombardus in allegata diſ. 39. Gratianus in allegato cano. Si infidelis, id aſſeruerunt, tamen floruerunt quingẽtis annis, & iis amplius poſt tempora Cõcilii Toletani. Doctores etiã ſcholaſtici, & Iuriſperiti omnes ſequuntur iſtam ſententiam in eiſdem locis, ergo. ¶ Quinto probatur concluſio. Vt poſtea dicemus in articulo ſequenti, ſi hoc matrimonium diſſolueretur in hoc caſu illud eſſet ex ſolo diuino beneplacito Chriſti diſpenſantis in iure naturali, & ſupernaturali, ſed tale placitum non conſtat, quando alter coniux infidelis cohabitare conſentit pacifice, ergo in tali caſu non diſſoluitur matrimonium quo ad vinculum.

¶ Sexto probatur concluſio, & explicatur quare Chriſtus Dominus non diſpenſauerit in hoc caſu. In tali caſu naturalis indiſſolubilitas matrimonii quantum ad uinculum, non repugnat cum fide ſupernaturali: nec habent contrarietatem, ſiquidem infidelis conſentit, quod fidelis conuerſus cohabitet in fide, & ſine iniuria creatoris cohabitat pacifice, ergo non fuit conueniens, quod Chriſtus Dominus diſpenſauerit. Etenim ſi illud faceret deberet fieri propter bonum fidei, quod quidem in præſenti caſu nullum detrimentum patitur.

¶ Aduertendum tamen eſt, quod hæc concluſio intelligenda eſt, etiam ſi infidelis alias eſſet vitioſus, imo & uxori moleſtus: dum tamẽ propter religionem aſſumptam nihil mali faciat. Et hæc concluſio ſic explicata, & probata eſt adeo certa, ut non auderem ego ullo pacto concedere facul atem huic fideli, ut tranſeat ad alias nuptias, tamen ſi iam de facto tranſiſſet toleraſſem uſque ad ſedis Apoſtolicæ conſultationem propter authoritatem ſapientiſſimorum Magiſtrorum.

¶ Quibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta in principio Ad primum argumentum reſpondetur, quod Diuus Tho. illa ratione explicat ueluti congruentia quadam beneplacitum Chriſti Domini, ut iam dictum eſt in dubio præcedenti: & ita illa ratio non omnino conuincit, ſed explicat hoc beneplacitum. Et quidem quod non conuincat conſtat. Nam homo per conuerſionem ad fidem, & baptiſmum non liberatur ab obligationibus iuris naturalis: uinculum autem matrimoniale, & eius indiſſolubilitas pertinent ad ius naturale, & ita manet.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur. Primo. Signum eſſe non mediocris dilectionis ergo coniugem fidelem ſi infidelis velit cum illo communem uitam agere pacifice in vno lecto, ſub uno tecto: ac ſubinde eſſet maxima ſpes, quod aliquando propter coniugis amorem Chriſti legem ſuſcipet. Et ita non manebit coniux fidelis obligatus ad ſeruandam perpetuam caſtitatem. Secundo reſpondetur, non eſſe mirum ſi talis coniux fidelis obligetur ad ſeruandam perpetuam caſtitatem, quoniam Eccleſia potuit iuſtis de cauſis illam communem uitam interdicere inter utrumque coniugem: non tamen poteſt diſpenſare in indiſſolubilitate matrimonii. Nec eſt ſingularis caſus in præſenti propoſito, ſed ſunt alia exempla, ut quando alter coniux labitur in hæreſim obligatur alter ad ſernandum perpetuum cælibatum. Item coniux ſeu maritus, ſi inciditur ſeu fit eunuchus, obligatur uxor ad ſeruandum perpetuum cælibatum, exempla ſunt Innocentii Tertii in cap. 5. de diuortiis. Ad confirmationem reſpondetur ex dictis, quod non eſt inconueniens, quod per accidens aliquis cogatur ſeruare caſtitatem, ut in exemplis iam poſitis.

¶ Ad tertium argumẽtum reſpondetur, culpas quas habet uxor infidelis cohabitare pacifice conſentiens, eſſe ſufficientes ad diſſoluendum matrimonium, quantum ad lectum uel tectum poſt Toletani Concilii tempora: non tamẽ eſſe ſufficientes cauſas ad diſſoluendum matrimonii uinculum, quod quidem nulla de cauſa diſſolui poteſt, niſi ex Chriſti placito diſpenſantis, ut ſtatim dicemus articulo ſequenti.

¶ Ad quartum argumẽtũ authores oppoſitæ

poſitæ ſententiæ debent dicere quòd ſaltem requirendus eſt alter coniux utrum cõuerti uelit. Et quidem ſi cõmodè poſſet requiri conſenſus vxoris infidelis vel coniugis, deberet requiri, ſi tamen cõmodè requiri nõ poteſt, dicendum eſt, quòd vt res modo habent, morale eſt, talem coniugem infidelé nolle cohabitare ſaltem ſine creatoris cõtumelia. Et hæc certitudo moralis ſatis eſt, & ſupereſt, vt non teneatur fidelis cõiux infidelem requirere & monere, vt cohabitare, aut conuerti uelit. ¶ Ad vltimum argumẽtum dicemus in articulo ſequenti, in quo hæc omnia amplius declarabuntur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum fidelis diſcedẽs ab vxore infideli poſſit aliam ducere.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ fidelis diſcedens ab vxore infideli nõ poſſit aliam ducere in vxorem. Quia indiſſolubilitas eſt de ratione matrimonij cum repudium vxoris ſit contra legem naturæ: ſed inter infideles erat verum matrimonium, ergo nullo modo poteſt matrimonium ſolui, ſed manẽte vinculo matrimonij ad vnam, non poteſt aliquis cum alia contrahere: ergo fidelis diſcedens ab vxore infideli non poteſt cum alia contrahere.

¶ 2 *Præterea. Crimen ſuperueniẽs matrimonio non ſoluit matrimonium: ſed ſi mulier velit cohabitare ſine contumelia creatoris, non ſoluitur vinculũ matrimonij, quia vir non poteſt aliam ducere: ergo peccatum vxoris, quæ non vult cohabitare ſine contumelia creatoris non ſoluit matrimonium, vt libere poſſit vir aliam vxorem ducere.*

¶ 3 *Præterea. Vir & vxor ſunt pares in vinculo matrimonij: cum ergo vxori infideli non liceat viuente viro alium virum ducere, videtur quod nec fideli liceat.*

¶ 4 *Præterea. Fauorabilius eſt continentia votum matrimonij contractus:*
A *ſed viro fideli ſine conſenſu vxoris infidelis non licet, vt videtur, votum continentiæ emittere, quia tunc vxor fraudaretur matrimonio ſi poſt modum conuerteretur: ergo multo minus licet ei matrimonium contrahere cum alia.*

¶ 5 *Præterea. Filius qui remanet in infidelitate patre cõuerſo amittit ius paternæ hæreditatis: & tamen ſi poſtea cõuertitur redditur ei hæreditas ſua ẽt ſi alius in poſſeſſionẽ eius intrauit: ergo videtur a ſimili, quod ſi vxor infidelis*
B *poſt cõuertatur, quod ſit ſibi reddendus vir ſuus, etiam ſi cum alia contraxerit, quod non poſſet eſſe ſi ſecundum matrimonium verum eſſet: ergo non poteſt contrahere cum alia.*

SED contra. Matrimonium non eſt ratum ſine ſacramento baptiſmi: ſed quod non eſt ratum poteſt diſſolui: ergo matrimonium in infidelitate contractũ poteſt ſolui, & ita ſoluto matrimoniali vinculo, licet viro aliam ducere in vxorem.

C *Præterea. Vir non debet cohabitare uxori infideli nolenti cohabitare, ſine contumelia creatoris: ſi ergo non liceret ei aliam ducere, cogeretur cõtinentiam ſeruare, quòd videtur inconueniens, quia ſic ex conuerſione ſua incommodum reportaret.*

RESPONDEO dicendum, quod quando alter coniugum ad fidem cõuertitur altero in infidelitate manente, diſtinguendum eſt: quia ſi infidelis uult cohabitare ſine contumelia creato-
D *ris, id eſt, ſine hoc quod ad infidelitatem inducat, poteſt fidelis libere diſcedere, ſed diſcedens non poteſt alteri nubere. Si autem infidelis non uelit cohabitare ſine contumelia creatoris, in uerba blaſphemiæ prorũpens, & nomen Chriſti audire nolens, tunc ſi ad infidelitatem pertrahere nitatur, uir fidelis diſcedens, poteſt alteri per matrimonium copulari.*

AD primum ergo dicendum, quòd matrimonium infidelium eſt imperfectum: ſed matrimonium fidelium eſt per-

Perfectum : & ita eſt firmius : ſemper autem firmius uinculum ſoluit minus firmum, cum ei ſit contrarium : & ideo matrimonium quod poſt in fide Chriſti contrahitur ſoluit matrimonium quod prius in infidelitate contractum fuerat: vnde matrimonium infidelium non eſt omnino firmum & ratum, ſed ratificatur poſtmodum per fidem Chriſti.

AD ſecundum dicendum, quod crimen vxoris nolentis cohabitare ſine cõtumelia creatoris abſoluit virum a ſeruitute qua tenebatur uxori, vt non poſſet ea uiuente aliam ducere, ſed nondũ ſoluit matrimonium: quia ſi de blaſphemia illa conuerteretur ante quam ille aliud matrimonium cõtraheret, redderetur ei vir ſuus: ſed ſoluitur per matrimonium ſequens, ad quod peruenire non poſſet vir fidelis niſi ſolutus a ſeruitute vxoris per culpam eiuſdem.

AD tertium dicendum, quod poſtquam fidelis contraxit ſolutum eſt uinculum matrimonij ex vtraque parte, quia matrimonium non claudicat quãtum ad vinculum, ſed quandoque claudicat, quantum ad effectum: vnde in pœnã uxoris infidelis ei indicitur quod non poſſit cum alio contrahere magis quam ex uirtute matrimonij præcedentis: ſed ſi poſtea conuertatur poteſt ei cõcedi diſpenſatiue ut alteri nubat ſi uir eius aliam duxit in uxorem.

AD quartum dicendum, ꝙ ſi per cõuerſionem uiri aliqua probabilis ſpes de conuerſione vxoris ſit, non debet votum continentiæ uir emittere, nec ad aliud matrimonium tranſire, quia difficilius conuerteretur vxor viro ſuo ſciẽs ſe eſſe priuatam. Si autem non ſit ſpes de conuerſione poteſt ad ſacros ordines vel ad religionem accedere, prius requiſita vxore vt cõuertatur, & tunc ſi poſtquam vir ſacros ordines ſuſcepit vxor conuertatur non eſt ſibi vir ſuus reddẽdus, ſed debet imputare ſibi in pœnam tardæ conuerſionis quod viro ſuo priuatur.

AD quintum dicendum, quod vin

A *culum paternitatis non ſoluitur per diſparem cultum ſicut vinculum matrimonij: & ideo non eſt ſimile de hæreditate & vxore.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Quãdo alter coniugũ conuertitur ad fidem altero in infidelitate manente, diſtinguendum eſt: nã ſi infidelis velit cohabitare ſine contumelia creatoris, id eſt, ſine hoc quód inducat ad infi-

B delitatem, poteſt quidem fidelis liberè diſcedere, ſed diſcedens non poteſt alteri nubere.

¶ Secunda concluſio. Si tamen infidelis velit cohabitare ſine contumelia creatoris, ſcilicet, prorumpens in verba blaſphemiæ, & nomen Chriſti audire nolens: tunc ſi ad infidelitatem pertrahere nitatur, poterit vir fidelis diſcedens copulari alteri per matrimonium.

¶ Tertia concluſio. In ſolutione ad primum. Matrimonium infidelium nõ eſt omnino firmum & ratum, ſed ratificatur poſt

C modum per fidem Chriſti. Vide alias ſolutiones D. Tho. q́ ſunt annotatione dignæ.

¶ De prima concluſione D.Tho. in hoc artic. dictum eſt in artic. præcedenti, ex profeſſo quomodo in illo caſu diſſoluatur matrimonium quo ad cohabitationem, non tamen quo ad vinculum. Vnde in hoc articulo non eſt diſputandum de prima concluſione, ſed de ſecunda, & de alijs coniunctis illi.

¶ Eſt igitur difficultas, an matrimoniũ legitimum & conſummatum inter infideles, diſſolui poſſit per alterius coniugis conuerſionem ad fidé altero coniuge ꝑſeuerante in infidelitate, & nolẽte, cohabitare cum

D fideli ſine creatoris iniuria. Dixi altero ꝑſeuerante in infidelitate, quoniam ſi ambo cõuertantur ſine dubio matrimoniũ non diſſoluitur, ſed adhuc ꝑſeuerat. Dixi ẽt & nolẽte cohabitare ſine creationis iniuria, quoniã ſi vult cohabitare ſine contumelia creatoris iam diximus ꝙ non diſſoluitur quantum ad vinculum. Et uidetur uera pars negatiua. ¶ Primo arguitur. Vt dictum eſt ſupra & magis ex profeſſo dicetur infra q. 67. matrimonium ex natura ſua eſt indiſſolubile etiam ex diuina inſtitutione in paradiſo, & etiam ex lege euangelica: ſed matri

monii infideliũ legitimũ, & cõſummatum eſt uerum matrimoniũ, ergo eſt omnino indiſſolubile. Confirmatur argumentũ, ut dicemus infra, matrimonium legitimum & conſummatũ inter fideles, eſt omnino indiſſolubile per profeſſionẽ ſolennẽ religionis propter multas rõnes, ergo idẽ erit de matrimonio rato & conſummato inter infideles, nam illæ etiam rationes militant in tali matrimonio. ¶ Secundo arguitur. Ex diffinitione Conciliorũ quæ hoc uidẽtur determinare. Nam Concibũ Meldenſe ita diffinit, cuius diffinitio refertur 28. q. 2. cano. ſi quis: ubi dicitur. Si quis habuerit uxorẽ uirginẽ ante baptiſmum uiuente illa alterã habere non poteſt. Et ſubdit rõnem. Nam crimina in baptiſmo ſoluuntur non coniugia. Item Synodus Triburienſis. c. 39. refert ex Synodo Romana uxorem non eſſe dimittẽdam poſt baptiſmum quæ ante baptiſmum habebatur propter rationem poſitam in Concilio Meldenſi, ergo.

28. q. 2. cano. ſi quis.

Synod. Tribur. c. 39.

¶ Tertio arguitur. Non licet ipſi coniugi infideli qui nõ uult cohabitare cum fideli coniuge qui conuertitur, inire aliud coniugium ullo unquam tempore poſt fidelis coniugis conuerſionem, ergo non erat diſſolutum tale uinculum. Conſequẽtia uidetur euidens; antecedens uero conſtat ex doctrina D. Thom. in hoc articulo ad tertium argumentum ubi expreſſe dicit, quod infidelis coniux non poteſt aliud matrimoniũ contrahere.

¶ Quarto arguitur. Si inter Chriſtianos coniuges alter labatur in hæreſim uel Apoſtaſiam non diſſoluitur matrimoniũ quantum ad uinculum ut diffinitur expreſſe in cap. quanto, de diuortiis, ab Innocentio Tertio, ergo idem erit in noſtro caſu. Probatur conſequentia, nam grauius crimen eſt a fide Chriſti ad infidelitatem peruerti quam permanere in infidelitate in qua nutritus eſt infidelis.

Ca. quãto de diuortiis.

¶ Quinto arguitur. Si tale matrimoniũ diſſoluitur modo in lege euangelica, ſequitur quod ſimile matrimoniũ contractũ inter ethnicos & infideles & idololatras diſſolui potuiſſet ante euangelium, per cõuerſionem alterius coniugis ad Iudaiſmum, & unius ueri Dei cultum, conſequens eſt aperte falſum ut conſtat, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela probatur. Quoniam tunc procedebant omnes prorſus rationes iuris diuini & naturalis, quæ modo ꝓcedere poſſunt ad diſſoluẽdum matrimonium. Quod ſi quis dicat matrimoniũ modo diſſolui ex diſpenſatione diuina, & placito Chriſti, quod placitum docuit nos Apoſtolus. 1. Corint. 7. in illis verbis, ſi infidelis diſcedit diſcedat, non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in huiuſmodi. 1. Co. 7.

¶ Arguitur ſexto contra hanc ſolutionẽ oſtendẽdo quod D. Paulus nihil tale nobis ſignificauit in illo loco, & id oſtenditur tribus argumentis. Primum argũ eſt, Apoſtolus paulo ante verba faciens de coniugio pari, i. inter vtrumque coniugem fidelem præmiſerat Dominum præcipere vxorem a viro non diſcedere; poſtea vero cũ ſermonem conuertit ad tractandũ de impari coniugio, i. inter unum coniugem fidelem, & alterum infidelem inquit. Cæteris ego dico nõ Dominus, ſi quis frater uxorem hẽt infidelem &c. ergo manifeſtum eſt quod D. Paulus in præſentiã non utitur autoritate diuinæ Chriſti diſpenſantis. Secundum argumentum deſumitur ex verbo, diſcedit, quo vtitur Paulus & duplici cõiectura quæ ex illo deſumitur. Tum quoniã apud Paulum ut conſtat ex eodem contextu, uerbũ illud ſignificat diſceſſum imperfectũ quantum ad thorum & cohabitationem tãtum, non tamen quo ad uinculi ſolutionem, ut patet ex his quæ Apoſtolus præmiſerat præcipiens mulierem fidelem a uiro fideli non diſcedere, & ſi diſcederet manere innuptam aut uiro ſuo recõciliari, quo loco manifeſtiſſimũ eſt diſceſſum accipi pro imperfecto tãtum, id eſt, pro diſceſſu quantum ad thorum, & cohabitationem. Tum etiã quia cum Apoſtolus tantum dicat, ſi diſcedit diſcedat, nulla ꝓrſus apparet ratio quod dicatur matrimonium diſſolui quando infidelis non uult diſcedere ſed cohabitare ſimul cũ fideli, quãuis cohabitare uelit cum iniuria & contumelia creatoris, maxime quoniam cum res hæc ſit odioſa reſtringenda potius quam amplianda eſt. Tertium argumẽtum deſumitur ex illo uerbo, ſeruitutem. Seruitutem in hoc loco Apoſtolus uocat obligationem ſequendi coniugem diſcedentem: & obligationem exhibendi illi debita & officia coniugalia, at ex hoc quod non ſit frater ſubiectus aut ſoror huiuſmodi ſeruituti nulla ꝓrſus ratione ſequitur qđ uinculum matrimonii diſſoluatur, ergo nõ diſſoluitur.

¶ Septi-

¶Septimo arguitur. Quodcunque pecca tũ dicitur creatoris contumelia, ſed aſſerere quod propter peccatum quodcunque diſſolui poſſit huiuſmodi matrimonium eſt res omnino irrationabilis, ut manifeſte con ſtat, ergo propter contumeliam creatoris non poteſt diſſolui. Confirmatur argumentum. Nam ex oppoſita ſententia ſequitur, quod ſi coniux infidelis qui deceſſit, heri aut nudius tertius hodie vel craſtino die conſentiat cohabitare cum fideli coniuge, quod non poſſit cum illo cohabitare, niſi de nouo matrimonium contrahat, conſequens autem eſt improbabile, igitur & antecedens. Sequela patet: nam diſſolutum eſt matrimonium.

IN hac difficultate aliqua explicãda sũt. Primũ an diſſoluatur matrimoniũ quo ad vinculum. Secũdum quæuam dicatur in præſentia creatoris cõtumelia, & in vniuerſum, quę nã ſit culpa neceſſaria ex parte cõiugis infidelis, vt matrimoniũ diſſolui poſſit. Tertiũ an licitũ ſi; ipſi cõiugi infideli diſcedenti, aliud contrahere matrimonium. Quartũ eſt quo iure diſſoluatur matrimonium, & alia huiuſmodi quæ pertinent ad præcipuam quæſtionem. In præcipua difficultate Ioannes quidam Arboreus li. 6. ſuæ Theoſophiæ cap. 10. relinquit arbitrio legentis, an matrimonium diſſoluatur in tali caſu. D. Caietanus ſuper primam Cor. c. 7. exponens allegata verba inquit, ſe non mirari tantum, verum & ſtupere quomodo ecclesia collegerit ex illo loco matrimonii diſſolutionẽ: verum nõ audet diſſoluere. Quidam Gaſparus Minorita, tenet ſententiam Caiet. vt author eſt Richardus Staper in artic. 18. contra hæreticos noſtri tẽporis. Igitur vt hanc difficultatem explicemus ſit concluſio prima. Certum eſt ſecundum fidem quod matrimonium quantumlibet aliàs legitimum & conſummatum inter infideles, diſſolui poteſt ſi alter coniugũ baptiſmum ſuſcipiat, alter vero in ſua infidelitate perſeueret. Itaque erit error negare iſtã concluſionem. Et probatur diligentiſſime. Primo ex D. Paulo in loco citato ſi infidelis diſcedit &c. Quod autem iſte ſit ſenſus literalis huius loci probatur primo ex vſu & cõſuetudine eccleſiæ (quæ ſpiritum hẽt ſui ſponſi & vocem audit & agnoſcit) & ex hoc loco colligit vſum & conſuetudinẽ diſſoluendi talia matrimonia: ſecundo probatur. Summi Pontifices afferunt hunc locum ad probandum hanc concluſionem. Ita Innocentius III. in cap. quanto de diuortiis, & in cap. gaudemus eodem titulo D. Gregorius primus, vt refert Gratianus in can. ſi infidelis. 28. quæſt. 2. Imo Innocẽtius in allegato cap. Quanto, exponit etiam ad hunc modũ verba quæ habentur in hoc cano. Si infidelis, inquiens, ita exponendum canonem in quo dicitur. Cõtumelia creatoris diſſoluit ius matrimonii, circa eum qui relinquitur. Verum eſt quod ille canon, ſi infidelis, non reperitur in toto Gregorio, ſed habetur totus integer ad literam apud D. Amb. ſuper illum locum Paul. 1. Cor. 7. Tertio probatur ex communi intelligentia, & interpretatione ſanctorum, Ambroſii ibidem, Auguſt. li. 1. de adulterinis coniugiis ad Polentium capit. 13. cum ſequentibus vſque ad ſecundum, ac denique omnium interpretum ſuper allegatum locũ Pauli, & omniũ Theologorum ſcholaſticorum cum Magiſtro in 4. diſt. 2. & Iuriſperitorum in allegata cauſa. 28. q. 1. & in capitu. quanto, de diuortiis. Et iſte locus D. Pauli ſuauiter & abſque uiolentia exponi poteſt, & debet in hoc ſenſu. Quod oſtẽditur ad illum modũ: Nam Paulus paulo antea præmiſerat dominum præcipere coniugatis fidelib. uxorẽ a uiro, &c. deinde uerba facit cum coniugatis, quorum alter ad fidẽ conuerſus eſt inquiens, Cæteris ego dico non Dominus. In quibus uerbis ſignificare uoluit quæ dicta fuerant de coniugatis fidelibus non eſſe conſilia aut priuilegia euangelica, ſed præceptum, & non qualecunque ſed a Chriſto Domino proprio ore promulgatum certe Matth. c. 5. & 19. Marc. 10. Luc. 16. dicitur Vxorem uel a uiro non diſcedere, quod ſi diſceſſerit, innuptã manere, aut uiro ſuo reconciliari. Quæ uero poſtea dicunt de coniugatis, quorum alter fidelis, alter uero infidelis eſt, ſunt duo. Primum eſt euangelicum conſilium aut Apoſtolicum, ut. ſ. cohabitet fidelis cum infideli cohabitare uolenti. Secundum eſt priuilegium euangelicum legis gratiæ, quod ſi infidelis non conſentit cohabitare ſed diſcedit, diſcedat, non n. &c. Vtrumque autem iſtorum tam conſilium quam priuilegium non erat a Chriſto ore proprio promulgatum, ſed Apoſtolus in iſto loco promulgat, & ideo dicit, ego dico non Dominus, quãuis certe Apoſtolus au-

ca. quanto de diuortiis. c gaudemus eodem tit. can. ſi infidelis. 28. q. 1

Matth. cap. 5 & 19. Marci. 10. Luc. 16.

toritate diuinum tāquam promulgator, & græco Chriſti, vtrumque pronunciat. In hoc autem priuilegio uerbum, diſcedit, poſitum primo loco, idem pollet quod non cōſentit cohabitare: Quod autem ſubditur diſcedat, idē eſt acſi dicat, non adducas corā iudice ſed permittere non cohabitare: nec ſollicitus ſis, & anxius ſuper ſeruando cælibatū propter vinculū coniugii. Nō enim ſer uituti ſubiectus eſt frater aut ſoror ī huiuſ modi. Quod autē uerbum diſcedat, impor tet in præſentia diſſolutionem matrimonii probat primo ipſe textus Apoſtolicus, in quo cum paulo antea habeatur idem uerbū ubi dicitur uxorē a uirgo nō diſcedere, quod ſi diſceſſerit manere innuptā, &c. quæ verba manere innuptā aperte ſignificauerant fieri ibidem ſermonem de diſceſſu, q̄tum ad lectum, & tectum. Cæterum in præſentia cum dicitur ſi diſcedat ſubiicitur, diſ cedat, non enim ſeruituti, &c. Quib. uerbis proculdubio ſignificauit Paulus in hoc ultimo loco eſſe ſermonem de diſceſſu, quantum ad uinculū, imo hoc ipſum matrimonii uinculum uocauit ſeruitutem, quæ eſt relatio quæ refertur ad dominiū, & poteſta tem de qua in principio huius capitis Apo ſtolus dixerat, mulier ſui coporis poteſtatem non habet ſed uir, ſimiliter, & uir, &c. Etenim ut ſupra diximus vnius coniugis caro, eſt caro alterius cōiugis dominio, & poteſtate, & ſic uerū habet illud, erunt duo in carne, una. De hoc ipſo uinculo, & ſeruitute paulo inferius ēt dicit, mulier alligata eſt legi quanto tempore uir eius uiuit. Deinde cum Paulus dicat non eſt ſeruituti ſubiectus, &c. certe oſtendit nulli prorſus ſeruituti manere ſubiectū fratrē aut coniu gē erga alterum coniugē infidelem. Cur ergo reſtringēdus eſt textus Apoſtolicus ad ſeruitutē tantum ſequendi alterū, & cohabitandi alteri, & exhibendi ei officia marita lia Maxime quoniā etiam ſi non diſcederet infidelis coniux, ſed conſentiret cohabitare, non erat frater aut ſoror ſubiectus ſer uituti cohabitandi, & officia coniugalia prę ſtandi, quoniam non eſt præceptuum, ut di cebamus articulo p̄cedenti, ſed tantum con ſilium cohabitare in tali caſu cum infideli conſentiente. Probatur denique. Coniugatus fidelis quando diſcedit a coniuge fide li licitè, & ſanctè ex doctrina Apoſtolica in hoc loco non tenetur ad præſtanda officia

A coniugalia alteri à quo diſcedit, quāuis maneat aſtrictus uinculo coniugali, & ſubiectus proinde huic ſeruituti coniugii (quod patet ex illis uerbis, quod ſi diſceſſerit manere innuptā aut uiro ſuo recōciliari) ſed iuxta doctrinā Apoſtolicā in hoc eodē loco minus ſubiectus manere dēt fidelis coniux, a quo infidelis alter coniux diſcedit, ergo non ſolum manet in iſto poſteriori caſu fidelis ſolutus a lege cohabitandi, uerum a lege, & uinculo coniugii. Quod ſignificant illa uerba, non eſt enim ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror. In priori itaque caſu dixit

B ſi diſceſſerit maneat innupta; in poſteriori uero ſi deſcedit diſcedat, nō eſt enim ſeruituti, &c. Ideſt, contrahat alterum matrimonium ſi uelit, ergo ex hoc loco aperte colligitur noſtra prima concluſio. Secundo pro batur concluſio ex traditione Apoſtolica; quæ colligitur in præſenti duabus uiis. Pri ma uia eſt. Nam illud dogma ad Apoſtolicā traditionē reuocādum eſt quod uniuerſalis eccleſiæ uſus comprobat, humana aūt authoritate ſtatui aut effici non potuit, at matrimonii diſſolutio in hoc caſu nulla p̄ ſus autoritate humana effici pōt, ut cōſtat,

C ergo pertinet ad traditionem Secunda uia eſt. Ea certa doctrina ex apoſtolica traditione deriuari cēſenda eſt, quā eccleſia uniuerſali docet, & nullum illius inuenitur ini tium in decretis ſiue Cōciliorum, ſiue Pōtificum: ſed pontifices qui de re hac loquūtur in hoc caſu non id ſtatuunt tanquā nouum, ſed tāquam doctrinam antiquā iam, & uſu comprobatam, ut patet ex allegatis, capitulo quanto & gaudemus, de diuortiis. ergo hoc tenetur traditione apoſtolica. Tertio probatur cōcluſio authoritate eccleſiæ quæ errare non poteſt in his quæ ad fidem

D ſacramenta, & mores pertinēt. At iſta quæſtio, quā nos modo diſputamus ad fidē, ſacramenta & mores p̄tinet, ergo eccleſia dū aſſerit matrimonium diſſolui in noſtro caſu errare non pōt. Quarto p̄batur teſtimoniis ſanctorū quos partim allegabimus in cōcluſione ſequenti, teſtimoniis etiā Theologorū omniū, & Iuriſperitorum in locis allegatis. Rationes uero pro hac concluſione adducentur infra quando explicabimus quartum, quod propoſuimus.

¶ Vnde ut explicemus ſecundum quod p̄poſuimus ſit ſecūda cōcluſio. Tribus de cauſis ſeu culpis coniugiis diſcedentis diſſoluitur

uitur uinculum matrimoniale. Prima eſt ſi coniux infidelis diſcedat, ideſt, non uelit co habitare cum fideli, ſiue infidelis contrahat aliud matrimonium ſiue nõ. Secunda eſt ſi dato dato cohabitare, tamen cum cõtumelia creatoris cohabitet, hoc eſt blaſphemias iactet in Deum aut Chriſtum uel illius laudes audire non ſuſtineat. Tertia cauſa eſt, ſi eſto cohabitare cõſentiat, & blaſphemias nõ iactet, tamen pertrahit cõiugem fidelẽ ad mortale peccatum. Animaduertendũ eſt uerbum, pertrahit, quod quidem ſignificat non monitionem, aut perſuaſionem, ſed uiolentã, & iniurioſam tractationẽ, impulſionẽ, coactionem. Prima cauſa apertè explicatur ab Apoſtolo in loco allegato cũ dicitur ſi infidelis diſcedit, &c. reliquæ uero quamuis non aperte, & expreſſè, tamen per conſequẽtiam inde collectæ ſunt a ſanctis authoribus, & Pontificibus. Nam perinde eſt nolle cohabitare ſine creatoris contumelia, aut ſine pertractione cõiugis ad mortale, peccatũ atq; nolle cohabitare, & diſcedere, imo peius eſt ſi cohabitet, quã non cohabitare. Secũda uero cã exprimitur aperte à Diuo Ambroſio ſuper locum illum Apoſtoli, & refertur in canone, ſi infidelis 28. quæſtione 2. in illis uerbis contumelia creatoris, &c. & Paulo inferius dum dicit, non eſſe infideli diſcedenti ſeruandam fidem cõiugii, quia propterea diſcedit ne audiret Chriſtum eſſe Deum Chriſtianorum cõiugiorum. Habetur etiam apud Innocẽtium tertium in allegato cap. quanto, ubi exponit, illa verba Ambroſii contumelia creatoris, &c. eſſe intelligẽda de blaſphemia. Tertia cauſa habetur apud eundẽ Innocẽtium ibidẽ, quã ante ipſum docuerat D. Auguſt. in libro de fide, & operibus cap. 16. & lib. 1. de ſermone Domini in monte. Primus locus Auguſtini refertur à Gratiano in can. vxor legitima 28. quæſt. 1. ſecũdus in can. idolatria eadem cauſa, & quæſtio. Et hæc concluſio ſic explicata eſt certiſſima ita, ut ſit error, oppoſitum aſſerere, vt probant argumenta facta pro præcedenti concluſione.

can. ſi infidelis. 28. q. 2.

cã. uxor legitima 28. q. 1.

¶ Sed vt magis explicemus iſtam concluſionẽ eſt argumentum contra ſecunda cauſam. Si infideli. vellet cohabitare, perſeuerans tamen in infidelitate, non diſſoluitur matrimonium propter aliam cauſam, etiã ſi exerceat ritus, & ſuperſtitiones infideliũ.

A tamen in huiuſmodi ritibus, & ſuperſtitionibus includitur blaſphemia, & contumelia creatoris, ergo. Maior ſine dubio eſt aſſerẽda, alioqui nulla poſſet fieri diſtinctio inter infidelẽ qui vult cohabitare cum cõtumelia creatoris, & inter illum qui vult cohabitare ſine illa. Omnes ſiquidẽ cohabitarent cũ cõtumeliis. Minor uero præterquã quod videtur aperta habetur ex D. Tho. doctrina in 2. 2. quæſt. 94. ar. 3. ad ſecundũ. Ad hoc argumentum conceſſa maior negatur minor. Si loquamur de blaſphemia formaliter, quæ quidẽ poſita eſt in uerbis

B tantum, & opponitur confeſſioni fidei, de qua D. Tho. in 2. 2. quæſt. 13. Fatemur tamẽ qđ idololatria aut cultus ſuperſtitioſus, includit opere ipſo, & facto blaſphemiã indirectè & ueluti materialiter, & hoc uoluit D. Tho. in allegata quæſt. 94. cæterũ culpa quam infidelis diſcedens committere debet vt matrimonium diſſolui poſſit propter creatoris contumeliã, ſeu quia contumelias iactat in creatorẽ, neceſſe eſt quod ſit blaſphemalis formalis, quoniam per blaſphemiã opere ipſo exhibitã, vt idololatria irrogatur iniuria ſoli creatori, ut per bla-

C ſphemiam formalem irrogatur iniuria non ſolũ creatori ſed ipſi coniugi, quam iniuriã non debet ipſe coniux perferre. Et hoc eſt ꝙ voluit ſignificare Apoſtolus inter alia in illis uerbis, non enim ſeruituti, &c. oſtendẽs certã cauſam diſſolutionis matrimonij non eſſe referendã ad iniuriam Deo factã, ſed ad iniuriam coniugi factam. Idem ſignificat D. Ambr. ſup illũ locum inquiẽs; Infidelis, aut diſcedens, & in Deum peccat, & in matrimonium. Eſt optimum ſimile ad noſtrum propoſitum. Infideles blaſphemantes formaliter licitum eſt armis & fer-

D ro perſequi, ut docet D. Tho. in 2. 2. quæſt. 10. ar. 8. nõ autem infidelis idololatras aut quoſcunque alios, quoniam non licet nobis vlciſci bello quaſcũque iniurias Deo factas, bene tamẽ noſtras, blaſphemia autem formaliter non ſolum eſt in iniuriam Dei, ſed in iniuriam noſtram.

¶ Sed explicandum eſt tertium an licitũ ſit ipſi coniugi infideli diſcedenti aliud matrimonium contrahere. Ratio dubitandi à parte negatiua eſt. Nam infidelis diſcedens peccat cõtra matrimonium, at ius & æquũ poſcit, vt talis infidelis puniatur in eo in quo peccauit, ergo punitur in eo quod non

contrahat matrimonium, ac ſubinde non poteſt contrahere. Cõfirmatur. Nam ſi infideli diſcedenti liceret matrimonium contrahere, reportaret commodum ex ſua malitia & diſceſſu, conſequens non eſt aſſerendum: ergo. Sequela probatur: nam reportaret hoc commodum, vt relinqueret odioſum coniugẽ, & quæreret alium gratum. In hac difficultate aliqua certa apud oẽs Doctores præmittẽda ſunt. Primũ eſt. Antequam de facto diſſoluatur matrimoniũ, quod vt infra videbimus diſſoluitur quando fidelis coniux matrimonium aliud contrahit, non licet infideli diſcedẽti matrimonium aliud contrahere, quod ſi contrahit, irritum eſt, & nullum. Ratio eſt aperta. Nam primum matrimonium nondum eſt diſſolutum. Secundum documentum eſt. Poſtquam diſſolutũ eſt matrimonium in infidelitate contractum, matrimonium quod contraxerit infidelis eſt validum & tenet. Hoc videtur manifeſtum, quoniam coniux infidelis iam eſt ſolutus a vinculo matrimonii, & lege alterius cõiugis, ergo liber manet ad contrahendũ matrimoniũ: ita vt de facto teneat. Tertium documentum. Si poſt diſſolutum matrimonium infidelis coniux ad fidẽ conuertatur, poterit licite aliud matrimonium cõtrahere. Hoc etiam documentum eſt certum, quoniam per conuerſionem ad fidem purgauit culpã ſi aliqua fuit in diſcedendo a priore coniuge, & ideo concedit ei liberã facultatem vt tranſeat ad ſecundas nuptias. Tota igitur difficultas eſt, an poſt diſſolutũ matrimonium liceat infideli coniugi antequam ad fidem conuertatur aliud matrimonium contrahere In qua difficultate quidã dicunt non eſſe licitum illi aliud matrimonium contrahere propter culpam, quã commiſit in diſcedẽdo a coniuge, in cuius pœnam interdicuntur illi aliæ nuptiæ ſub peccato mortali. Ita videtur tenere Albertus Magnus in 4. diſtin. 39. art. 9. in reſponſione ad obiectionem, & ad ſextum argumentũ D. Bonauen. ead diſt. par. 2. q. 2. Richardus de media Villa eadem diſtinctione ſua art. 2. quæſt. vlti. & gloſſa quam ſequuntur Iuriſperiti in allegato can. Si infidelis. 28. quæſtio. 2. qui omnes tenent illam ſententiam, quos ſequitur Magiſter Sotus in allegata diſtinctione quæſt. vnica, art. 4. dubitatione ſecunda.

¶ Vt hoc explicemus, ſit tertia concluſio A affirmatiua quantum ad infideles non ſubiectos principibus Chriſtianis, negatiua vero quantum ad infideles ſubiectos illis. Itaque infideles non ſubiecti principibus Chriſtianis, licitè in tali caſu cõtrahere poſſunt aliud matrimonium, ſubiecti vero minime. Hæc cõcluſio duas habet partes. Prima pars probatur. Poſt diſſolutum ſemel matrimonium infidelis coniux manet ſolutus vinculo, & lege alterius coniugis, ergo libere, ac licite poterit tranſire ad ſecundas nuptias. Huic argumento reſpondẽt authores oppoſitæ ſententiæ negãdo conſequentiam; quoniam vetitum eſt coniugium ſecundum infideli diſcedenti propter crimen B commiſſum in diſcedendo. Secundo arguitur contra hanc ſolutionem, & ſimul probatur concluſio. In iſto caſu nullo iure, nec diuino, nec humano prohibentur tali infideli ſecundæ nuptiæ propter diſceſſum, ergo non eſt illicitum. Conſequentia eſt bona antecedens probatur. Et quidem quod nõ iure diuino probatur: nam diuinũ ius ſiue naturale ſiue ſupernaturale, quod ſequitur naturam gratiæ, ſiue poſitiuum quod ex placito Chriſti inſtitutum eſt circa materiam ſacramentorum, nullam pro crimine C vllo taxauit pœnam in hoc ſeculo puniendam, ſeu imponendam & luendam, ſed reſeruãtur culpæ puniendæ in futuro ſeculo pro quantitate ſua: & in hoc ſeculo ſolum dicitur iure diuino quod puniantur culpæ, qua tamẽ pœna puniantur ad diſcernẽdum eſt iure humano, ergo iure diuino nulla culpa infidelis punitur pro diſceſſu, ita vt non poſſit contrahere. Confirmatur. De iure diuino etiam ſi coniux coniugem interficiat, quamuis maxime peccet contra matrimonium, tñ non impeditur iure diuino quin D poſſit ſecundas nuptias contrahere licite, ergo quamuis infidelis peccauerit contra matrimonium diſcedẽdo, non tamen punitur iſta pena iure diuino. Quod vero nõ prohibeatur iure humano probatur. Nam iſti infideles, vt ſupponimus non ſunt ſubiecti in iſto pacto principib. Chriſtianis aut Eccleſiæ, ſed ſoli principes Chriſtiani, & Eccleſia ius iſtud dicere poterant cõtra iſtos infideles, ergo. Cõfirmatur ex illo teſtimonio vulgato D. Pau. 1. Cor. 5. de his qui foris ſunt nihil ad nos, hoc eſt, de infidelibus nõ ſubiectis iudicare non poſſumus, ergo. Secunda pars concluſionis probatur. Principes Chriſtiani 1. Co. 5

ſtiani puniri poſſunt peccata ſubditorum
et infidelium,quæ contra naturæ legẽ com
mittuntur,ſed talis diſceſſus eſt contra legẽ
naturæ ipſius matrimonij,ergo.Quod ſi qs
dicat ꝙ hoc argumentum optime probat
quod hoc peccatũ puniri poteſt tali pœna ,
non tamen probat de facto punitũ eſſe tali
pœna,quãdoquidẽ nullus extat textus Pon
tificis aut Cõcilii,nulla lex Cæſarea aut Re
gia, quæ talẽ pœnã diſcernat cõtra infidelẽ
diſcedẽtem, ergo . Rñ.vſu & conſuetudine,
quæ obtinet vim legis prohibita eſſe coniu
gia huiuſmodi infidelibus . Colligitur autẽ
huiuſmodi vſus, & conſuetudo ex ſentẽtiis
omnium Scholaſticorum , & Iuriſperitorũ
qui in locis allegatis aſſerunt non licere infi
delib. iſtis alia coniugia inire, quamuis ipſi
abſque vlla diſtinctione loquũtur de omni
bus infidelib. Et ad rationem dubitãdi, quæ
militat contra primã partẽ concluſionis re-
ſpondetur,negãdo cõſequentiã. Tum quo-
niam reſpectu infidelium qui nõ ſubiiciun-
tur principibus Chriſtianis,nõ eſt princeps
qui talẽ pœnam diſcernat lege aliqua , uel
propter defectum iuriſdictionis, ut patet
de eccleſia, vel quia nolunt talẽ legẽ diſcer
nere principes proprii infideles . Tum etiã
qm̃ leges pœnales non obligant, niſi poſt iu
dicis ſententiã . Ad confirmationem rñde-
tur negando ſequelam;imo reportat pœnã,
& odium magnum per ſe loquẽdo, etenim
non licet illi matrimonium cõtrahere , niſi
poſtquam fidelis coniux vel matrimonium
contraxerit,vel religionem fuerit profeſſus
ſolenniter,& ita manet per ſe loquendo in
perpetuo cœlibatu , niſi coniux fidelis ſtatũ
mutaret . Pendere autem a placito fidelis
coniugis mutantis ſtatum odium eſt, & pœ
na. Hæc dicta ſint de ſecundo, nunc dicen-
dum eſt de quarto .

¶ In cuius expoſitionẽ ſit quarta conclu
ſio. Matrimoniũ in præſenti propoſito non
diſſoluitur iure humano pontificio, nec na
turali,nec ſupernaturali quod ſequitur na-
turã gratiæ, nec euãgelico poſitiuo circa ſa
cramẽtorum materiam, quin potius ex his
iuribus habet indiſſolubilitatẽ omnimodã ,
vt iam dictũ eſt, & dicetur magis infra , ſed
diſſoluitur ex ſolo placito Chriſti diſpen-
ſantis ſuper his iuribus.Similem concluſio-
nem conſtituemus infra queſt. 61. de voto
ſolenni religionis,quando dirimit matrimo
nium ratum,& ita ibi probabitur hæc con-
cluſio ex profeſſo. Hic tamen conſtituen-
dæ ſunt rationes , propter quas Chriſtus
voluit diſpenſare in hoc caſu ſuper indiſſo-
lubilitate matrimonii etiam conſummati.
Prima ratio eſt. Nam homines imperfe-
cti non ſunt obligandi ad actus heroicos ,
& ſublimes cuiuſmodi ſunt obſeruatio per
petuæ caſtitatis , ergo neophiti qui recen-
ter conuerſi erant ad fidem non erant obli-
gandi quando infidelis diſcedere velit ad
manendum in perpetuo cœlibatu . Quod
autem perpetuus cælibatus ſit ſtatus quem
non poſſit quilibet homo apprehendere ,
B ſed tantum perfecti, & heroes,docet Chri-
ſtus Matth. decimonono , vbi loquens de Mat.19.
cœlibatu ait , non omnes capiunt verbum
iſtud , vſque ad illud qui poteſt capere ca-
piat . Confirmatur hæc ratio . In fauorem
monaſticæ religionis Chriſtus Dominus di
ſpenſauit ſuper matrimonii rati nondum
conſummati indiſſolubilitate,ergo in fauo-
rem Chriſtianæ religionis congruum fuit,
vt diſpenſaret ſuper matrimonii etiam con
ſummati indiſſolubilitate , quoniam mul-
ti auocarentur a profeſſione Chriſtianæ re-
ligionis ſi intelligerent diſcedente infideli
C coniuge eſſe illis ſeruãdum cælibatum per
petuum. Secunda ratio eſt.Per baptiſmum
regenerantur qui infideles erant in nouam
vitam,& conſepeliuntur corporali ablutio-
ne illa cum Chriſto quantum ad veterẽ vi-
tã,ergo cõgruũ fuit, ut diſſolui poſſit prius
matrimonium, & aliud contrahi. De qua ra-
tione videndus eſt D.Thom. in art. præce-
denti. Tertia ratio eſt. Matrimonii vinculũ
eſt cõiunctio & relatio æquiparantiæ inter
ſocios cõpares,coniuges,commilites,condi-
ſcipulos : non eſt tamen congruum eſſe ſo-
cios , & pares fideles cum infidelibus iuxta
D illud Apoſt. 2.Cor.6. nolite iugum ducere 2.Co.6.
cum infidelib.&c. & infra, quæ ſocietas lu-
cis ad tenebras aut quæ pax fideli cum infi
deli . Hæc ſunt quæ induxerunt Chriſtum
Dominum vt diſpenſaret , tamen non ſunt
hæ rationes, & cauſæ ſufficientes ad diſſol-
uendum matrimonium, ſed ſolum Chriſti
placitum & diſpenſatio.Et ideo argumenta
quæ fieri ſolent ex quibuſdam ſimilibus vt
quod non diſſoluatur matrimonium hoc ,
ex hoc quod nõ diſſoluitur vinculum ſerui
tutis, & dominii inter fidelem & infidelẽ ,
aut ex eo quod non ſoluitur matrimonium
ratum & cõſummatum per ſolennẽ profeſ-

ſionem

ſionem religionis, ſola ratione hac, facillime diſſoluuntur, negando conſequentiam, quia Chriſto placuit diſpẽſare ſuper matrimonio hoc, non vero ſuper aliis. Et authores ſcholaſtici qui in allegata diſt. 39. aliter ſoluunt hæc argumenta adducunt congruentias, & nos aliquid diximus articulo præcedenti.

¶ Sed adhuc explicandum eſt quãdo diſſoluitur matrimoniũ, an diſſoluatur ſtatim atque infidelis diſcedit, an vero quando contrahit aliud matrimonium. In qua difficultate eſt ſententia aliquorum Doctorũ quod cum primum diſcedit infidelis, & nõ vult cohabitare pacifice cũ fideli, continuo in eodem momento temporis diſſoluitur matrimonium præcedens. Hanc ſententiã tenet inter Iuriſperitos Abbas in c. quanto de diuortiis & alii, & gloſſa in cap. ſi infidelis, & ex Theologis ſequitur hanc ſententiam Richardus in allegata. diſt. 39. artic. 2. q. 2. in quam etiam inclinat Scotus in eadem diſt. Et argumentum pro hac ſententia eſt. Nam D. Ambr. in allegato can. ſi infidelis, & Innocentius tertius in allegato c. quanto. interpretans Ambroſium inquiũt. Contumelia creatoris ſoluit ius matrimonii circa eũ qui relinquitur; ergo ius & vinculum matrimonii diſſoluitur, dum primũ infidelis recuſat habitare pacifice, & eſt contumelioſus in creatorem. Confirmatur argumentum. Fidelis poteſt cum primum infidelis receſſerit, contrahere aliud matrimonium libere & licite, at ſi non eſſet tunc diſſolutum, tunc primum matrimonium, haberet ſimul duas uxores, ergo.

c. quãto đ diuortiis. Glo. c. ſi ĩfidelis.

¶ Nihilominus in huius rei explicationem ſit quinta concluſio certiſſima. Matrimonium non diſſoluitur in præſenti caſu, priuſquam fidelis aliud contrahat matrimonium. Hanc ſententiam tenet D. Thomas in hoc artic. ad 2. & illum ſequuntur omnes Thomiſtæ, imo fere omnes ſcholaſtici D. Anton. 3. par. tit. 1. c. 6. Syluester verbo matrimonium. 8. impedimento. 10. Et quidem quod non diſſoluatur continuo per baptiſmum & illius ſuſceptionem certa fides eſt, quam docet Paulus in loco ſupra allegato, concedens & conſulens cohabitationẽ inter fidelem & infidelẽ. Et hoc ipſum docent Synodus Meldenſis & Triburienſis, qui ſupracitati ſunt in prima concluſione. Et ratio quam afferunt hæ Synodi eſt illa

A qua etiam vtitur Innocentius in cap. gaudemus de diuortiis, ſcilicet, baptiſmus dimittit crimina, non ſoluit coniugia, & hæc ratio optima eſt. Id ipſum etiam docet D. Aug. lib. 1. de adulterinis coniugiis ad Polentinum c. 18. Quod autem non diſſoluatur matrimonium per diſceſſum infidelis continuo, probatur ratione manifeſta. Nam ſi infidelis qui ſemel diſceſſit, & contumelioſus fuit in creatorem, poſtea reſipiſcat, & ad fidem conuertatur prius, quam fidelis, qui relictus eſt contrahat ſecundum matrimonium, tenetur fidelis infidelem qui con-

B uertitur recipere, & ſine nouo matrimonii contractu poteſt cum illo cohabitare, & officia maritalia exercere, ergo non erat diſſolutum matrimonium per diſceſſum infidelis. Antecedens diffinitur ab Innocentio III. in allegato c. gaudemus. Conſequentia vero eſt manifeſta. Dicere autem quod requiratur nouus contractus matrimonii, & abſque ratione, & authoritate, & contra vſum dicitur. Quod autem diſſoluatur per matrimonium a fideli contractum probatur. Fides eſt quod diſſoluitur hoc matrimonium, non per ſuſceptionem baptiſmi,

C rurſus nec per diſceſſum infidelis, ut oſtendimus, ergo diſſoluitur per matrimonium a fideli contractum. Non enim eſt aliquid aliud per quod diſſolui poſſit. Cõfirmatur. Huiuſmodi matrimonium a fideli contractum, eſt matrimonium ratum, & firmum, præcedens autem matrimonium in infidelitate contractum nõ erat ratum, ergo congruum eſt, quod matrimonium ratum tanquam vinculum fortius, & firmius diſſoluat illud quod ratum non erat & firmum. Exempla ſunt in matrimonio de præſenti quod diſſoluit ſpõſalia de futuro præceden-

D tia, & uotũ ſolenne religionis diſſoluit matrimonium ratum non conſummatum. Iuuat etiam ratio naturalis: nam in illa ita comparatum eſt, quod generatio vnius ſit corruptio alterius, ad eundem ſiquidẽ modum vnius matrimonii contractus, & coniunctio eſt alterius diſſolutio. Vnde ad argumentum reſpondetur primo, contumeliam creatoris tribuere ius coniugi, qui relinquitur, quantum ad deſerendum alium coniugem quo ad thorum, & cohabitationem, & hoc vocatur ab Ambr. ius matrimonii de cohabitando, communem vitam agendo. Secundo reſpondetur ſoluere ius matrimonij,

c. gaude mus. de diuer.

nij,nihil aliud eſſe apud Ambroſium in eo loco,quam tribuere copiam, & facultatem ad ſoluendum ipſum matrimonii vinculũ, tamen non diſſoluitur, niſi quando fidelis iniret aliud coniugium. Ad confirmationẽ reſpondetur ex dictis quod nunquam conceditur quod quis poſſit habere duas vxores ſimul, ſed eo temporis puncto quo vnã ducit aliam deſerit, & primum eſſe vnius vxoris aut mariti,eſt primum non eſſe alterius vxoris aut mariti. Ex hac doctrina ſequit̃ qđ ſi infidelis diſcedẽs cõtraxit matrimoniũ in infidelitate ſua, & poſtea cõuertatur ad fidem, ſi illud contraxit antequam fidelis contraxerit ſecundum coniugium irritum fuit & nullum,quod ſi fidelis nondum contraxerit matrimonium quando conuertitur alter, primum matrimonium ab utroque contractum in infidelitate perſeuerat, ac ſubinde tenetur fidelis qui primo cõuerſus eſt,iſtum qui modo conuertitur recipere. Tamen ſi infidelis contraxit in infidelitate ſua matrimonium,poſtquam fidelis ſecundum contraxit matrimonium,illud validum fuit, & ſi poſt conuertatur cum ſuo coniuge,cum illo perſeuerare debet. Hoc corollarium manifeſte probatur ex dictis.

¶ Sed adhuc eſt difficultas, vt omnia iſta amplius explicẽtur, an tale matrimonium diſſolui poſſit per votum ſolenne religionis,aut per ſuſceptionem ordinis ſacri,ſicut diſſoluitur per aliud matrimonium. Ratio dubitandi a parte negatiua eſt.Nam votum ſolenne non dirimit matrimonium. Ratio dubitandi a parte negatiua eſt. Nam votũ ſolenne non dirimit matrimonium ratum & conſummatum, vt poſtea dicemus, ergo ſaltem ſi matrimonium contractum in infidelitate,ſit conſummatum, non dirimitur per votum ſolenne religionis.

¶ In huius rei explicationem ſit ſexta concluſio.Si infidelis diſcedat,& nolit pacifice cohabitare, matrimonium diſſoluitur quando fidelis profitetur ſolenniter religionem, ſi autem infidelis velit cohabitare pacifice non diſſoluitur matrimonium per talem profeſſionem, ſed qui profeſſus fuerit manebit ſimul & coniux & religioſus. Hæc cõcluſio habet duas partes. Prima pars probatur.primo. Nam quamuis nec in euangelio,nec in iure diffinita ſit, tamen habetur ex communi ſententia, & confeſſione omnium Theologorum in allegata diſtin.39.

Eam tenet Magiſter Sotus ibidem quæſt. vnica.art.4. & pro ea refert Richardum, & eam tenent moderni Theologi,ergo.Secũdo probatur hæc pars. Solennis profeſſio ex Chriſti inſtitutione ſufficiens eſt ad dirimendum matrimonium ratum, vt dicemus infra quæſt.61. ergo a fortiori & multo magis erit ſufficiens ad dirimendum matrimonium infidelium,quod non eſt ratũ, vt dicitur in iure.Confirmatur argumentũ, & explicatur. Matrimonium ratum,& non conſummatum fidelium, maiorem indiſſolubilitatem,& firmitatem habet quam matrimonium ratum,& conſummatum ſimul infidelium:ſed votum ſolenne religionis habet uim ad diſſoluendum matrimoniũ ratum fidelium, ergo etiam habet uim & efficaciam ad diſſoluendum matrimonium ratum & conſummatum infidelium. Probatur conſequentia: nam quod poteſt diſſoluere maius vinculum,poteſt diſſoluere minus. Minor vero eſt certa,maior vero ĩ qua eſt difficultas probatur. Matrimonium fidelium etiam ſi non ſit conſummatum habet indiſſolubilitatem, & firmitatem,nõ ſolum naturalem, verum etiam ſupernaturalem, prouenientem a ratione ſacramenti, ut infra dicemus, matrimonium vero infideliũ quantumuis conſummatum non habet indiſſolubilitatem, & firmitatem ſupernaturalem,& ita in iure non dicitur ratũ, ergo. Tertio probatur hæc pars. Per profeſſionem religionis diſſoluitur matrimonium ratum inter fideles, & nondum conſummatum, & per matrimonium ratũ diſſoluitur præcedens matrimonium quod fuit inter infideles etiam conſummatum,ergo de primo ad vltimum matrimonium quod fuit inter infideles etiam conſummatum,diſſoluitur per ſolẽnem profeſſionem religionis. Confirmatur. Quia quando datur priuilegium, vel diſpenſatio ad minus bonum,cẽſetur datum ad magis bonum, ergo ſi per matrimonium diſſoluitur præcedens matrimonium conſummatum multo magis per ſolennem profeſsionẽ religionis. Secunda pars concluſionis eſt contra aliquos authores,quos allegauimus in articulo præcedenti,in ſecundo dubio, qui exiſtimant qđ diſſoluitur matrimonium, etiam quo ad vinculum,etiam ſi infidelis velit pacifice cohabitare noſtris temporibus. Probatur tamen hæc pars omnibus argumentis quibus

ibi

ibi probauimus quod in tali caſu non diſſoluitur matrimonium, nec poteſt diſſolui per aliud matrimonium,& ex conſequenti nec per ſolennem profeſſionem religionis, ergo. Diximus autẽ quod ſi profitetur manebit ſimul religioſus, & coniugatus, ſicut qui profitetur de licentia vxoris poſt conſummationem matrimonii: nam non tenetur cohabitare, nec reddere debitum, nec expectare illũ coniugẽ infidelem, & ita põt ingredi religionem, & profiteri ſolenniter.

¶ Septima concluſio, votum ſolenne clericorum quod emittitur in ſuſceptione ordinis ſacri non dirimit. Hoc matrimoniũ, etiã quãdo infidelis diſcedit. Hæc concluſio eſt etiam cõmunis ſcholaſticis in allegata diſt. 39. Et quãuis Magiſter Sotus in allegato articulo 4. dubio tertio, dicat hanc quæſtionem tenuiſſe illum perplexum, tamen poſtea ſuis, & magnis argumentis cõuictus deſcendit in hanc noſtram ſententiam communé omnibus. Et probatur concluſio. Vt poſtea dicemus, uotum ſolenne clericorum non poteſt diſſoluere matrimonium ratum nondum cõſummatum, nec illud dirimere, ergo nec poteſt diſſoluere matrimoniũ ratum ipſorum infidelium. Confirmatur. Nã rationes, quæ fiunt de uoto religionis ſolenni, nõ militant de uoto ſolenni clericorum, ut patet, ergo. Vnde ad rationem dubitandi reſpondetur, quod uotum ſolenne religionis non dirimit matrimonium ratũ, & conſummatum inter ipſos infideles, bene tamẽ matrimonium ratum & conſummatum infidelium; nam votum ſolenne nõ habet illud priuilegium in caſu antecedentis, tamen habet illud in caſu conſequentis. Quod habeat illud in caſu conſequentis iam probatum eſt in ſexta concluſione, quod uero nõ habeat illud in caſu antecedentis prohabitur infra in quæſt. 61.

¶ Quibus poſitis, reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio dubii principalis. Ad primum argumentum reſpondetur, quod quãuis matrimonium etiam infidelium ſit indiſſolubile ex natura ſua, & ex inſtitutione Dei in paradiſo, nihilominus tamen diſſoluitur in aliquo caſu, & hęc diſſolutio matrimonii in hoc caſu eſt diſpenſatio Chriſti diſpenſantis ſuper indiſſolubilitate matrimonii rati & conſummati, diſpenſatio vero non tollit naturam rei. Ad confirmationem reſpondetur, concedendo antecedens, & negando conſequentiam, quia placuit Chriſto Domino diſpenſare in caſu conſequentis non vero in caſu antecedentis, & hoc in fauorem fidei, & ita non militant eædem rationes in vno caſu, atque in alio.

A

¶ Ad ſecundum argumentum reſpõdetur, quod illæ determinationes illorũ Conciliorum, quæ habentur in iure, intelligendæ ſunt quando infidelis vult cohabitare ſimul cum fideli pacifice, & ſine contumelia creatoris, non vero quando diſcedit, & non vult cohabitare pacifice Ad tertium argumentum reſpondetur ex dictis in tertia cõcluſione, vbi hoc dubium quod in hoc argumento tangitur explicatum eſt.

B

¶ Ad quartum reſpondetur negãdo conſequentiam. Ratio huius eſt. Qm̃ quamuis maior ſit talis culpa, tamen matrimonium infidelium aliàs legitimum, & conſummatum non eſt matrimonium ratum, vt dicitur in iure, eo quod eſt inter non baptizatos, tamen matrimonium conſummatum ſemel inter baptizatos ratum eſt, & firmũ propter ſacramentum baptiſmi, & ita nulla ratione poteſt diſſolui. Ita reſpõdet ad hoc argumentum Innocentius III. in c. quanto. de diuortiis. ſed quoniam diximus concluſionem noſtram eſſe certam ſecundum fidem, & etiam eſt certum ſecundum fidẽ, quod ſi coniux fidelis incidat in hæreſim, vel in aliud peccatum non diſſoluitur matrimonium, vt diffinitur in Concilio Trid. ſeſſio. 24. de ſacramento matrimonii can. quinto, cum dicitur, ſi quis dixerit propter hæreſim &c. doſſolui poſſe matrimonii vinculum, anathema ſit. Innocentius autem in allegato capit. quanto, inquit, prædeceſſorem ſuum quendam aliter ſenſiſſe, qui prædeceſſor dicitur ab Hoſtienſi, & aliis Iuriſperitis fuit Celeſtinum tertium in quadam Decretali, quæ olim circumferebatur tomo de conuerſione infidelium, reſpondetur tamen Celeſtinum in allegato Decretali loquutum fuiſſe vt priuatum quendam Doctorem, non diffiniendo, vt Paſtorem Eccleſiæ vniuerſalem, ſed proferendo ſuam opinionem, quod indicat Innocentius in illo verbo ſentire, quod idem pollet quod opinari, ſeu æſtimare, & per hoc reſpondetur ad argumentum.

C

Concil. Triden. ſeſſ. 24. can. 5.

D

¶ Ad quintum argumentum reſpondetur, quod ibi optime dictum eſt, quod nunc

in

in illo caſu matrimonium diſſoluitur ex di ſpenſatione Chriſti,non vero antea,& hoc conſtat ex loco D.Pauli. Ad ſextũ argumẽ tum quod eſt replica contra hanc ſolutionem reſpondetur ex dictis in explicationem textus Apoſtolici, quam afferebamus in prima probatione primæ concluſionis.

¶Ad ſeptimum argumentum reſpondetur,quod iam dictum eſt ſuper con. 2. quæ nam ſit creatoris iniuria. Ad confirmationem reſpondetur ex dictis in 5. & 6. concluſione.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm alia uitia ſoluant matrimonium.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quod alia uitia ſoluant matrimonium ſicut,& infidelitas. Adulterium enim uidetur eſſe directius contra matrimonium quam infidelitas: ſed infidelitas ſoluit matrimonium in aliquo caſu,ut liceat ad aliud matrimonium tranſire: ergo & adulterium idem facit.

¶ 2 Præterea. Sicut infidelitas eſt fornicatio ſpiritualis,ita et quolibet peccatum: ſi ergo propter hoc infidelitas matrimonium ſoluit, quia eſt fornicatio ſpiritualis, pari ratione quodlibet peccatum matrimonium ſoluet.

¶ 3 Præterea. Matt. 18 dicitur,Si dextra manus tua ſcandalizat te abſcinde eam & proijce abs te:dicit Gloſſ. quòd in manu. & dextro oculo poſſunt accipi frater,& uxor, propinqui & filij: ſed per quodlibet peccatum efficiuntur nobis impedimento: ergo propter quodlibet peccatum poteſt matrimonium diſſolui. Ex Hiero.i hoc loco.tomo 9.

¶ 4 Præterea. Auaritia idololatria eſt, ut dicitur Ephe. 5 ſed propter idololatriam poteſt mulier dimitti: ergo pari ratione propter auaritiam, & ita A *propter alia peccata quæ ſunt maiora quam auaritia.*

¶ 5 Præterea. Hoc expreſsè Magiſter dicit in litera. 4.ſentẽ. diſt. 39.

SED contra eſt,quod dicitur Math. 5. Qui dimiſſerit uxorem excepta cauſa fornicationis mœchatur.

¶ Præterea. Secundum hoc tota die fierent diuortia, cùm raro inueniatur matrimonium in quo alter coniugum in peccatum non labatur.

RESPONDEO dicendum, quod B *fornicatio corporalis & infidelitas ſpecialem habent contrarietatem ad bona matrimonij,ut ex dictis patet: unde ſpecialem habent uim ſeparandi matrimonia. Sed tamen intelligendum eſt ꝙ matrimonium dupliciter ſoluitur. Vno modo quantum ad uinculum,& ſic non poteſt ſolui poſtquam matrimonium, eſt ratificatum,neq; per infidelitatem, neq; per adulterium:ſed ſi non eſt ratificatum ſoluitur uinculum permanente infidelitate in altero coniugum,ſi alter* C *conuerſus ad fidem ad aliud coniugiũ tranſeat:non autem ſoluitur uinculum prædictum per adulterium, aliàs infidelis liberè poſſet dare libellũ repudij uxori adulteræ,& ea dimiſſa aliam ducere quod falſum eſt. Alio modo ſoluitur matrimoniũ quantum ad actum,& ſic ſolui poteſt tam per infidelitatẽ quam per fornicationem ſpiritualem:ſed propter alia peccata non poteſt ſolui matrimonium etiam quantum ad actum,niſi fortè ad tempus ſe uelit uir ſubtrahere a conſortio uxoris ad caſtigationem* D *eius, ſubtrahendo ei præſentia ſua ſolatium.* Art. 3. huius q. corp.

AD primum ergo dicendum,quòd quãuis adulterium magis directè opponatur matrimonio inquantum eſt in officium naturæ,quam infidelitas, tamen econtrario eſt inquantum matrimoniũ eſt ſacramentum eccleſiæ, ex quo habet perfectam firmitatem inquantum ſignificat indiuiſibilem coniunctionem Chriſti & eccleſiæ: & ideo matrimonium, quod non eſt ratum magis poteſt ſolui

quantum

quantum ad uinculũ per infidelitatem quantum adulterium.

AD tertium ergo dicendum, quod coniunctio prima animæ ad Deum, eſt per fidem, & ideo per eam anima quaſi deſponſatur Deo, ut patet Oſeæ. 2. Sponſabo te mihi in fide. Vnde in ſacra ſcriptura ſpecialiter per fornificatione idololatria & infidelitas deſignantur: ſed alia peccata magis remota ſignificatione dicuntur ſpirituales fornicationes.

AD tertium dicendum, quod hoc intelligendum eſt quando mulier præſtat magnam occaſionem peccati uiro ſuo, ut uir probabiliter ſibi de periculo timeat, tunc enim uir poteſt ſe ſubtrahere ab eius conuerſatione, ut dictum eſt.

Ar. præced. cor. *AD quartũ dicendum, quod auaritia dicitur idololatria per quandam ſimilitudinem ſeruitutis, quia tam auarus quam idololatria potius ſeruit creaturæ quam creatori, non autem per ſimilitudinem infidelitatis: quia corruptio infidelitatis eſt in intellectu, ſed auaritiæ in affectu.*

Loco in argumẽto citato. *AD quintum dicendum, quod uerba Magiſtri, ſunt accipienda de ſponſalibus, quia propter crimen ſuperueniens ſponſalia ſolui poſſunt; uel ſi loquitur de matrimonio intelligendum eſt de ſeparatione a communi conuerſatione ad tẽpus, ut dictum eſt: uel quando uxor non vult cohabitare niſi ſub conditione peccandi: ut tum dicit. Non ero uxor tua niſi mihi de latrocinio diuitias congreges, tunc enim potius eam debet dimittere, quam latrocinia exercere.*

In corp. art.

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio huius articuli, eſt negatiua. Itaque non diſſoluitur matrimoniũ per alia peccata nec quantum ad uinculum nec quantum ad actum, nam illa ſola peccata, ſcilicet, fornicatio & infidelitas habent ſpecialem contrarietatem ad bona matrimonii.

¶In hoc articulo diffinit D. Thom. & determinat, quod matrimonium quantum ad uinculum diſſoluitur per infidelitatem iux A ta dicta in articulis præcedentibus, & per adulterium ſeu fornicationem, quantũ ad actum ut infra dicemus. Et in ſolutione ad primum aſſignat elegantiſſime rationem, quare matrimonium diſſoluatur per infidelitatem quoad uinculum, non uero per fornicationem, cum magis uideatur repugnare matrimonio fornicatio quam infidelitas. Ratio autem hæc eſt. Nam quamuis adulteriũ magis directe opponatur matrimonio inquantum eſt in officium naturæ, quam infidelitas, tamen ſi matrimonium conſideretur inquantum eſt ſacramentum, econ- B tra res ſe habet, & ita matrimonium quod non eſt ratum magis diſſoluitur per infidelitatem quam per adulterium, quoniam firmitas maior matrimonii conuenit illi, ratione ſacramenti. Notandum etiam quod alia crimina, maxime quæ repugnant ſecundario fini matrimonii, diſſoluunt quidem matrimonium quantum ad iudicium eccleſiæ & quantum ad thorum, & cohabitationem vt ſi alter ſit intractabilis, aliàs autem quia uir eſt caput mulieris; poteſt interim debitum negare cauſa correctionis ut dicit D. Thom. in articulo circa finem corporis, C ſed mulier quia ſubiecta eſt, cauſa correctionis non poteſt debitum negare, alias enim hoc pertineret ad uindictam, non ad correctionem.

QVAESTIO LX.

De vxoricidio.

DEinde conſiderãdum eſt de vxoricidio. Circa quod quęruntur duo. Primo, utrum in ali- D quo caſu liceat uxorem occidere. Secundo, utrum uxoricidium matrimonium impediat.

DE hac materia Doctores ſcholaſtici. in 4. diſt. 37. cum Magiſtro ibidem cap. 2. Magiſter Sotus quæſt. unica art. 3. & iuriſperiti cum Gratiano. 33. q. 2. Sylueſter uerbo lex. q. 10. par. 4. & uerbo matrimonium. 8. quæſt. 9. Nauar. in manuali. capit. 22. nu. 46.

ARTICVLVS PRIMVS.

Tho. 4. diſt. 37. q. 2. art. 1. & 2.

¶ Vtrum liceat vxorem interficere in actu adulterij deprehenſam.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod liceat viro uxorem interficere in actu adulterij deprehenſam. Lex enim diuina præcipit adulterã lapidari: ſed ille qui legem diuinam exequitur non peccat: ergo nec occidens propriam uxorem ſi ſit adultera.

¶ Præterea. Illud quod licet legi, licet ei cui lex hoc committit: ſed legi licet interficere adulteram, aut quamlibet perſonam ream mortis: cum ergo lex commiſerit uiro interfectionem uxoris in actu adulterij deprehenſæ, uidetur quod ei liceat.

¶ Præterea. Vir habet poteſtatem maiorem ſuper uxorem adulteram quam ſuper eum, qui cum ea adulterium commiſit: ſed ſi uir percutiat clericum quẽ cum propria uxore inuenit, non eſt excommunicatus: ergo uidetur quod etiã liceat interficere propriam uxorem in adulterio deprehenſam.

¶ 4 Præterea. Vir tenetur uxorem ſuam corrigere, ſed correctio fit per inflictionem iuſtæ pęnæ, cum ergo iuſta pęna adulterij ſit mors, quia eſt capitale crimen, uidetur quod liceat uiro uxorem adulteram occidere.

Li. 4. ſẽ. diſt. 4. SED contra in litera dicitur, quod eccleſia Dei nunquam conſtringitur legibus humanis uel mũdanis, gladium enim non habet niſi ſpiritualem: ergo uidetur quod ei qui uult eſſe de eccleſia non ſit licitus actus legis illius quæ uxoricidium permittit.

¶ Præterea. Vir & uxor ad paria iudicantur: ſed uxori non licet interficere uirum in adulterio deprehenſum: ergo nec uiro uxorem.

RESPONDEO dicendum, quod

A virum interficere vxorem contingit dupliciter. Vno modo per iudicium ciuile, & ſic non eſt dubium quod ſine peccato poteſt vir zelo iuſtitiæ, non liuore vindictæ aut odij motus, vxorem adulteram in iudicio ſæculari accuſare criminaliter de adulterio, & pęnam mortis a lege ſtatutam petere: ſicut etiam licet aliquem accuſare de homicidio, aut de alio crimine: non tamen talis accuſatio poteſt fieri in iudicio eccleſiaſtico, quia eccleſia non habet gladium ma-

B terialem, vt in litera dicitur. Alio modo poſſet eam per ſeipſum occidere, non in iudicio conuictam, & ſic extra actum adulterij eam interficere quantumcunque ſciat eam adulteram, atque ſecundum leges ciuiles, neque ſecundum legem conſcientiæ licet. Sed lex ciuilis quaſi licitum putat quod in ipſo actu eam interficiat, non quaſi præcipiens, vel prohibens, ſed quaſi pœnam homicidij ei infligens propter maximum incitamentum, quod habet vir in

C tali facto ad occiſionem vxoris. Sed eccleſia in hoc non eſt aſtricta legibus humanis, vt iudicet eum, ſine reatu pœnæ æternæ, vel pœna eccleſiaſtico iudicio infligendæ ex hoc quod eſt, ſine reatu pœnæ infligendæ per iudicium ſæculare, & ideo in nullo caſu licet viro occidere vxorem propria authoritate.

AD primum ergo dicendum, quod pœnam illam infligendam non commiſit perſonis priuatis, ſed perſonis publi-

D cis, quæ habent officium ad hoc deputatum. Vir autem non eſt iudex vxoris: & ideo non poteſt eam interficere, ſed coram iudice accuſare.

AD ſecundum dicendum, quod lex ciuilis non commiſit viro occiſionem vxoris quaſi præcipiens, quia ſic non peccaret: ſicut non peccat miniſter iudicis latronem occidens cõdemnatum ad mortem: ſed permiſit pœnam non adhibens: vnde etiã difficultates quaſdam appoſuit quibus retraherentur uiri ab uxoricidio.

AD

AD tertium dicendum, quod ex hoc non probatur quod ſit licitum ſimpliciter, ſed quantum ad immunitatẽ ad aliquam pœnam, quia etiam excommunicatio quædam pœna eſt.

AD quartum dicendum, quod duplex eſt congregatio, quædam œconomica ſicut familia aliqua, & quædam politica ſicut ciuitas & regnum. Ille igitur qui præeſt ſecundæ congregationi, vt rex poteſt infligere pœnam & corrigere perſonam, & exterminare ad purgationem communitatis cuius curam gerit: ſed ille qui poteſt in prima congregatione paterfamilias non poteſt infligere, niſi pœnam corrigentem, quæ ſe non extendit ultra terminos emendationis, quam tranſcendit pœna mortis, & ideo uir qui ſic præeſt uxori, non poteſt ipſam interficere, ſed alias accuſare uel caſtigare.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Vir ſine peccato poteſt motus zelo iuſtitiæ non liuore vindictæ aut odij accuſare vxorẽ adulteram in iudicio ſęculari criminaliter de adulterio, & pœnam mortis à lege ſtatutã petere, ſicut etiã licet accuſare aliquem de homicidio vel alio crimine.

¶Secunda cõcluſio. Talis accuſatio non poteſt fieri in iudicio eccleſiaſtico. Ratio ẽſt: nam eccleſia non habet gladium materialem.

¶Tertia concluſio. Per ſeipſum non poteſt eam occidere extra actum adulterij, nõ in iudicio conuictam, quantumcunq; ſciat eam adulteram, & hoc habet verum ſiue ſecundum leges ciuiles, ſiue ſecundum leges conſcientiæ.

¶Quarto cõcluſio Lex ciuilis quaſi licitum putat, quod inuentam in ipſo actu eã interficiat, non quaſi præcipiens vel prohibens, ſed quaſi pœnam homicidii non infligens propter maximum incitamentũ quod habet vir in tali facto ad occiſionẽ vxoris. ẽſt aſtricta legibus humanis, vt iudicet cũ ſine reatu pœnæ æternæ, vel pœnæ infligẽdæ in eccleſiaſtico iudicio, ex eo q; eſt ſine reatu pœnæ infligendæ in iudicio ſeculari, & ideo: in nullo caſu licet viro occidere vxorem propria authoritate.

¶Notandum circa iſtum articulũ quod prima concluſio D Thom. eſt certiſſima, & poteſt intelligi primo quod maritus poteſt accuſare uxorem de hoc crimine adulterij, vſque ad mortem exequutioni mandandam per iuſtitiam publicam. Et in hoc ſenſu certiſſima eſt concluſio, & uidetur loqui D. Thom. iuxta morem aliarum nationum extra Hiſpaniam vbi adulteros occidit iuſtitia publica, ſicut & alios malefactores. Secundo poteſt intelligi quod poſſit accuſare & occidere manu propria poſtquam condemnata eſt per iudicem, vt fit in Hiſpania, de quo erit ſtatim dubium. Secundo notandum quod in quarta concluſione intendit D. Thom. ſecundum ius commune ciuile permiſſum eſſe marito vt ſi reperiat vxorem adulteram in ipſo actu adulterij, eam interficiat abſque hoc quod inde incurrat pęnas poſitas in iure contra homicidas, & quod vere hoc non eſt licitum in conſcientia ſed tantum eſt permiſſum vt quoddam malum ad mitigandum dolorem mariti ut ſtatim magis explicabitur. Communiter autem ad hoc ſolet allegari l. Grachus. C. de adulterijs & l. marito. ff. eodem titulo de quo in 2. 2. quæſt. 64. Magiſter Sotus in dicta diſt. artic. 3. Et Couarru. ſuper. 4. dectet. part. 2. cap. 7. §. 7. numero. 6. & 7. ubi adducit legem regni in qua permittitur marito occidere ambos adulteros in adulterio deprehenſos. l. 2. titu. 15. lib. 8. ordi. rega. Dicit tamen ibi Couarru. quod maritus ſic occidens vxorem adulteram, propria authoritate, amittit dotem & illa bona quæ propter adulterium vxoris marito adiudicantur per legem, ſed quando publica authoritate eam occidit dotem ſibi acquirit & arras & ad hoc citat Magiſter Sotus legem Taurenſem in loco citato.

L. Grachus. C. de adulterijs. L marito. ff. eo. ti. L. 2. tit. 15. lib. 8 ord. reg.

SEd vt hoc amplius explicetur eſt primum dubium an in dicto caſu quo propria & priuata authoritate maritus occidit vxorem adulteram peccat mortaliter Ratio dubitandi a parte negatiua eſt. Nam iſte qui occidit in actu adulterii habet authoritatem ab illis legibus iam citatis, ergo non peccat mortaliter. Confirmatur hæc

ratio

ratio. In iſto caſu iſte maritus videtur occidere authoritate reipublicæ, ſicut cum datur facultas filijs à republica vt interficiãt interfectores patris, ergo non peccat mortaliter ſicut nec illi.

¶Nihilominus ſit Concluſio. Certiſſimum eſt quod in dicto caſu maritus qui occidit uxorem adulteram peccat mortaliter, Hanc concluſionem docet D. Tho. in iſto articulo ad finem corporis; & omnes eius diſcipuli & alii authores ſupra citati. Et probatur concluſio. Primo ex multis textibus qui communiter adduci ſolent. 33. quæſt. 2. præcipue determinatur hoc ibidem capit. inter hæc & in aliis, ergo nõ eſt licitum. Secundo. Iure ipſo diuino naturali ſub illo præcepto, non occides, prohibetur à Deo omne homicidium quod fit priuata autoritate, ergo cum in iſto caſu maritus occidat priuata authoritate peccabit mortaliter. Et ut hoc amplius explicemus explicandum eſt quomodo lex illa ſit permiſſiua non præceptiua. Ad cuius expoſitionem, aduertenda eſt regula generalis. Quando id quod in lege ponitur eſt medium neceſſarium ad cõſequendum finem intentum à lege, tunc lex eſt præceptiua & præcipit aliquod bonum, nam finis intentus eſt bonus, & ideo id quod ponitur in lege ut medium neceſſarium ad conſequẽdum finem, debet habere bonitatem ſicut finis; nam medium participat bonitatem à fine. Cæterum ſi id quod ponitur in lege non ſit medium neceſſarium ad finem intentum permiſſio eſt, non præceptum, permiſſio autem poteſt eſſe de re mala, nam quamuis finis ſit bonus quod permittitur poteſt eſſe malum, cum non ſit medium neceſſarium. v. g. in lege quæ datur de deceptione citra dimidium iuſti pretii, duo ponuntur, primum eſt, quod non audiantur litigantes de re hac, ſecũdum eſt, quod non fiat reſtitutio. De primo eſt præceptum, de ſecundo uero eſt permiſſio. Ratio huius eſt, nam finis intentus à lege eſt quod non ſint multæ lites. Ad hoc autem medium neceſſarium eſt quod ita decepti non audiantur in iudicio, & propterea iudices tenentur ex præcepto non audire huiuſmodi lites, & peccarent mortaliter contra leges eas audiendo. Cæterum ad hoc quod non ſunt multæ lites, non eſt medium neceſſarium quod decipiens non reſtituat & ideo reſpectu huius, permiſſio eſt non præceptum. Igitur ad propoſitum, finis intentus a lege ciuili de occidenda vxore in flagranti delicto, eſt delinire iuſtum uiri dolorem: ad hoc autem non eſt medium neceſſarium occidere uxorem in actu adulterii inuentam, nam iſte finis poteſt aliter conſequi, ergo non eſt præceptum ſed permiſſio que quidem poteſt eſſe de malo.

33. q. 2. in multi ca. præcipue. c. inter hæc.

¶Ad rationem dubitandi, reſpondetur, quod illæ leges ſunt permiſſiuæ non præceptiuæ ut iam diximus, permiſſio autem eſt de re mala & illicita, permittitur autem ut diximus ad deliniendum iuſtum uiri dolorem. Ad confirmationem reſpondetur quod illud debet fieri rariſſime & propter grauiſſima crimina, & poſt auditam cauſam, at vero ante auditam cauſam nunquam datur facultas ab ipſa republica occidendi aliquem, & ita eſt illicitum occidere in noſtro caſu.

Est ſecundum dubium, an peccet mortaliter ille maritus quando prolata eſt publica ſententia a iudice ſi occidit propriam vxorem adulteram. Videtur quod peccet mortaliter.

¶Primo, quia quamuis iudex eam illi tradat occidendam, non tamen præcipit ut occidat, ſed in ſua libertate relinquit, vt ſic potius moueatur ad miſericordiam, & illi parcat, ergo quando de facto occidit, propria autoritate occidit, & non publica, ac ſubinde peccat mortaliter. Omnis enim qui occidit priuata authoritate, mortaliter peccat.

¶Secundo arguitur & confirmatur argumentum præcedens. Quando propria autoritate occidit inuentam in actu adulterii, ſine dubio peccat mortaliter, ut iam determinatum eſt in dubio præcedenti, ergo etiam peccat mortaliter in caſu noſtri dubii, etiam poſt ſententiam iudicis. Probatur conſequentia: quia ſicut lex cuius licentia illam occidit in primo caſu eſt tantum permiſſiua, ita etiam ſententia iudicis qua eam occidit publice tantum eſt permiſſiua.

¶Tertio arguitur. Maritus tunc non occidit ut miniſter iuſtitiæ, ergo non occidit publica ſed priuata autoritate, ac ſubinde peccat mortaliter. Vtraque conſequentia eſt bona antecedens vero probatur, Nam

A maritus non eſt miniſter iuſtitiæ vt cõſtat.

¶Propter hæc argumenta & alia ſimilia aliqui ex Iuriſperitis tenuerunt, quod maritus etiam in iſto caſu peccat mortaliter.

¶Nihilominus tamen his non obſtantibus ſit concluſio. Si depoſito omni liuore vindictæ contra charitatem ille maritus exequatur illam ſententiam iudicis zelo iuſtitiæ occidendo ſuam uxorem, nec peccat mortaliter nec venialiter. Hæc concluſio eſt cõmunis omnibus Doctoribus tam Theologis quam Iuriſperitis: vide ſupra ci tatos. Et probatur primo.

B ¶Iudex illam tradit illi in manus & parat omnia neceſſaria ad exequutionem illius ſententiæ, ergo non tantum ſe habet permiſſiuè, ſed etiam authoritatiuè, & poſitiuè, ac ſubinde non peccat eam occidendo.

¶Secundo. Quando aliquis vellet impedire illum maritum ab exequutione ſententiæ, non dubium quin iudex illum puniret uel compeſceret, ſi autem eſſet peccatum nullo modo iuuaretur à iudice publica ſua authoritate, ergo non peccat. Alia argumenta poſſent adduci ad hoc propoſitum, de hoc tamen in 2. 2. in materia de

C homicidio longius diſputatur.

¶Quibus poſitis reſpondendum eſt ad argumenta facta in principio. Ad primum argumentum reſpondetur quod quamuis iudex non obliget ad occidendum, præbet tamen poſitiuam licentiam: & ita maritus nõ authoritate propria ſed publica occidit propriam uxorem, ac ſubinde non peccat mortaliter.

¶Ad Secundum argumentum conceſſo antecedenti negatur conſequentia ratio differentiæ eſt. Nam ut diximus, iudex po

D ſitiue dat licentiam ad occidendum, in quo differt a lege nam lex poſitiue non dat licentiam ſed permittit quod maritus poſſit interficere uxorem deprehenſam in Adulterio.

¶Ad tertium argumentum reſpondetur, quod quando maritus ex vi ſententiæ iudicis occidit uxorem concurrit ut miniſter iuſtitiæ, non quidem vt miniſter ordinatius & neceſſarius, ſed ut miniſter uoluntarius tantum, & ita non peccat occidendo propriam uxorem.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum vxoricidium impediat matrimonium.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod vxoricidium non impediat matrimoniũ. Directius enim opponitur adulteriũ matrimonio quã homicidiũ: ſed adulterium non impedit matrimonium: ergo nec vxoricidium.

¶ 2 Præterea. Grauius eſt peccatũ occidere matrem quam vxorem, quia nunquam licet verberare matrem, licet autem verbare vxorem: ſed occiſio matris non impedit matrimonium: ergo nec vxoris occiſio.

¶ 3 Præterea. Magis peccat qui vxorem alterius propter adulterium interficit quam vxorem propriam, inquantum minus habet de motiuo, & minus ad eum ſpectat eius correctio: ſed qui alienam vxorem occidit non impeditur à matrimonio: ergo nec ille qui propriam vxorem interficit.

¶4 Præterea. Remota cauſa remouetur effectus: ſed peccatum homicidij poteſt per pœnitentiam remoueri, ergo & impedimentum matrimonij, quod ex eo cauſatur, & ita videtur quòd poſt peractam pœnitentiam non prohibeatur matrimonium contrahere.

SED contra eſt quod Canon dicit: Interfectores ſuarum coniugum ad pœnitentiam redigendi ſunt quibus penitus denegatur coniugium. 32.q.2. can. interfectores c. 14 ſent. d. 37.

¶ Præterea. In eo in quo quis peccat debet puniri: ſed peccat contra matrimonium qui vxorem occidit, ergo debet puniri vt matrimonio priuetur.

RESPONDEO dicendum, quod vxoricidium ex ſtatuto eccleſiæ matrimonium impedit: ſed quandoque impedit contrahendum, & non dirimit contractum, quando ſcilicet propter adulterium vir occidit vxorem, aut etiam propter

propter odium: tamen ſi timetur de **A** incontinentia ipſius poteſt cum eo diſpenſari per eccleſiam vt licite matrimonium contrahat: quandoque etiam dirimit contractum, ut quando aliquis interficit vxorem ſuam, ut ducat eam cum qua mœchatur: tunc enim efficitur illegitima perſona ſimpliciter ad cõtrahendum cum illa, ita quod ſi de facto cum ea contraxerit matrimonium dirimitur. Sed per hoc non efficitur ſimpliciter pſona illegitima reſpectu aliarum mulierum. Vnde ſi cum alia con- **B** traxerit quamuis peccet contra ſtatutum eccleſiæ faciens: tamen matrimonium contractum non dirimitur propter hoc.

A D primum ergo dicendum, quòd homicidium & adulterium in aliquo caſu impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt cõtractum, ſicut de vxoricidio dicitur, hic ẽt de adulterio infra dicetur. Vel dicendum, quod vxoricidium eſt contra ſubſtantiam coniugij, ſed adulterium contra bonum **C** *fidei ei debitæ: ſic adulterium non eſt magis cõtra matrimonium quã vxoricidium, & ita ratio procedit ex falſis.*

A D ſecundum dicendum, quod ſimpliciter loquendo grauius peccatum eſt occidere matrem quam vxorem, & magis contra naturam, quia naturaliter homo matrẽ reueretur, & ideo minus inclinatur ad interfectionem matris, & pronior eſt ad interfectionẽ vxoris, alicuius pronitatis repreſſionẽ vxoricidis eſt matrimonium ab eccleſia in- **D** *terdictum.*

A D tertium dicendum, quod talis non peccat contra matrimonium, ſicut ille qui propriam vxorem interdicit, & ideo non eſt ſimile.

A D quartum dicendum, ꝙ non eſt neceſſarium ꝙ deleta culpa deleatur omnis pœna, ſicut de irregularitate patet. Non enim penitentia reſtituit in priſtinam dignitatem quãuis poſſit reſtituere in priſtinum ſtatum gratiæ, vt dictum eſt.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Vxoricidium ex ſtatuto Eccleſiæ matrimoniũ impedit.

¶ Secunda concluſio. Aliquando tantum impedit contrahendum, & non dirimit cõtractum. ſicut quando maritus occidit vxorem propter adulterium vel propter odiũ.

¶ Tertia concluſio, In tali caſu ſi timeatur de incontinentia ipſius poteſt cum illo diſpenſari per eccleſiam, vt licitè cõtrahat.

¶ Quarta concluſio. Vxoricidium aliquando dirimit contractum, ſicut cum aliquis occidit ſuam vxorẽ, ut ducat eã cum qua mœchatur, tunc enim efficitur illegitima perſona ſimpliciter loquẽdo ad contrahendum cum illa: ita quod ſi de facto, cum ea contraxerit matrimonium erit nullum.

¶ Quinta concluſio. Per hoc non efficitur perſona ſimpliciter illegitima reſpectu aliarum mulierum.

CIrca iſtum articulum eſt aduertendũ. Primo, quod in illo diſputat D. Tho. de alio impedimento matrimonij, ꝙ dicitur crimen. & de crimine quod tantum impedit, ſed nõ dirimit, agit Syluеſt. verb. matrimonium. 7. quæſt. 6 in princ. ſed quando eſt crimen, quod etiam dirimit, agit verbo, matrimonium 8. quæſt. 9. Nauar. in loco citato in princ. quæſtionis. & Magiſt. etiam.

¶ Secundo not. cum aliquib. uiris doctiſſimis, quod ſecundum communem ſententiã quæ tribuitur Caiet. in verbo, matrimoniũ, non eſt peccatum mortale in caſu ſecundæ concluſionis. D. Tho. quod vxoricida cõtrahat ſine diſpenſatione, imo aliqui putant, ꝙ nec eſt veniale, quia leges illæ ſunt iã abrogatæ per contrariam conſuetudinẽ. Hoc adminus eſt certũ, quod epiſcopus poteſt diſpenſare in tali caſu. Sic debet intelligi tertia concluſio D. Thom.

¶ Circa quartam concluſionẽ, aduertendũ eſt quod ſunt quatuor caſus in quibus dirimitur matrimoniũ propter homicidiũ, vel adulterium: itaque crimẽ in his caſibus eſt impedimẽtum etiam dirimẽs matrimonium, taliter, quod ſi cõtrahatur cum illa, matrimonium ſit nullũ. ¶ Primus caſus eſt quando alter coniux occidit alterũ per tertiam perſonam: tunc non poteſt matrimonium conſtare inter tertiam perſonã & coniugem ſuperſtitem, & hoc in perpetuũ. Iſte

A caſus diffinitur expreſſe in c. laudabilem de conuerſione coniugatorum, & iſte caſus ponitur a Caiet. in ſumma verb. matrimoniũ impedimẽto 15. in prin. a Nauar. in Manũa li. cap. 22. nu. 46. Syluest. verb. matrimoniũ 8. quæſt. 9. dicto 3. ¶ Secundus caſus eſt, ſi quis occidat vxorem vt contrahat cũ ea cum qua prius adulterauit, non poteſt eſſe matrimonium inter illum & adulterã ſine diſpenſatione pontificis. Et hoc impedimẽtum cõſtat ex homicidio mixto adulterio: & intelligitur ſiue occidat, per ſe ſiue per aliũ. Ita diffinitur in c. ſuper hoc, de eo q duxit in matrimonium quam polluit per B adulterium, & in capit. ſi quis uiuente 31. quæſtione prima idem dicunt Doctores citati præcedenti caſu.

ca. ſuper hoc, de eo qui duxit in mrimonium q polluit per adulterium. c. ſi quis viuente 31. q. 1.

Circa illum caſum dubium eſt, an iſte caſus intelligendus ſit quando mors ſubſequuta fuerit animo contrahendi matrimonium. Ratio dubitandi a parte negatiua eſt. Nam hoc impedimentum conſtitutum eſt per ius poſitiuum, vt conſtat; ius vero poſitiuum non apponit prædictã conditionem, vt patet ex ipſo iure in illis locis citatis, nec eſt aliquis alius textus qui iſtã limitationem apponat, ergo talis limitatio C nõ eſt conſtituenda. In hac difficultate Caieta. propter argumentũ factum exiſtimat, quod etiam ſi homicidium non fiat illa intentione & illo animo dirimitur matrimonium ita dicit in loco ſupra citato, & ita dicunt alii autores; ¶ nihilominus tamẽ probabiliſſimũ eſt, eſſe neceſſariũ, quod vtrũq; crimen formaliter inueniatur: ita quod & vir ſit adulter, & quod ſciat ſe occidere virũ adulteræ: & ita ſi caſu occidiſſet aut penitus ignoraſſet non uideretur ſecundũ matrimonium dirimendum. Imo probabiliſſimum eſt eſſe neceſſarium quod homicidiũ D fiat animo contrahendi matrimonium. Ita intelligunt iura prædicta multi autores. Syluester in loco citato, dicto ſecundo. & citat pro iſta ſententia Bernard. & Hoſtienſem in dicto cap. ſuper hoc. & in cap. laudabilem. & Nauarrum loco ſupra citato. Et ipſa iura videntur hoc inſinuare, nam in c. laudabilem. dicitur, ſi in mortem ipſorum malitioſe fuerint machinatæ, &c. Idem dicitur in capit. ſuper hoc taliter reſpondemus, quod ſi adultera eſt in mortem aliquid machinata, &c. in quibus verbis inſinuatur, quod occiſio debet fieri cum tali intentione contrahendi. Ex dictis reſpondetur ad argumẽtũ Caiet. Et cum iura iſta rigoroſa ſint & odioſa & pœnalia reſtringenda ſunt.

¶ Aduertendum tamen, quod Nauarro in loco citato dicit, quod occiſio coniugis alicuius cauſa contrahendi cum eius coniuge quæ facta eſt vtroq; machinante, perpetuo impedit etiam ſi alter infidelis eſſet & ad eius conuerſionem procurandam patrata fuiſſet, & citat cap. laudabilem. Itaque ſola occiſio cum ijs conditionibus impedit & dirimit etiam ſi non interueniat adulterium: facta vero altero tantum machinante non ſufficit niſi interueniat adulterium, & citat capit. ſuper eo. & autores aliquos, & dicit hanc ſententiam eſſe communiter receptam. ¶ Tertius caſus eſt, ſi quis uiuente propria vxore dat fidem contrahendi matrimonium, illi cum qua adulterauit, non poteſt inter illum qui dedit fidem, & adulteram conſtare matrimonium. Ita diffinitur in cap. ſignificauit. & in alijs capitulis, & cap. ex literis. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. Et hoc docent omnes Doctores, vide ſupra citatos. V. g. ſi quis modo coniugatus cum iuuencula, conueniret carnaliter data fide, quod poſt mortem vxoris eam acciperet in ſuam, defuncta vxore ſua nunquam poterit eſſe matrimonium inter illos. Et obſeruandum quod eccleſia in ijs non tam attendit criminis enormitatem quam peccandi facilitatem. Itaque cognoſcere aliquam fœminam data fide, quod mortua propria vxore illam ducet, eſt impedimentum dirimens matrimonium. Itaque nec datio fidei de cõtrahẽdo ſine adulterio, nec cõtractus ſine adulterio ſufficit, vt habetur in illo capit. ſignificauit. & cap. 1. 31. quæſt. prima. Vide Nauarrum in loco ſupra citato, qui optime explicat caſum iſtũ. ¶ Quartus caſus eſt. Si quis uiuente propria vxore contrahat de præſenti cum alia, nõ poteſt eſſe matrimonium in perpetuum inter illos; ſi carnalis copula præceſſerit. Itaque oportet hæc duo ſimul conuenire & copula carnalis, & contractus ſecundi matrimonii. Et aduertendum eſt, quod eſt impedimentum ſi ipſa mulier ſciat eſſe coniugatum, nam ſi ignoret non erit impedimentum dirimẽs. Ita habetur in capit. ex literarum. & ex capit. primo, & ueniens, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

c. laudabilẽ. de frigidis, &c.

cap. ſup. eo.

c. ſignificauit. & c. ex literis. de eo qui duxit in matrimoniũ quã polluit per adulterium.

c. 1. q. 31 quæſt. 1.

c. ex literarũ. & c. 1. & c. veniẽs de eo q duxit in mrimonium q &c.

rium. Vide Doctores ſupra citatos, omnes enim conſtituunt hoc impedimentum.

QVAESTIO LXI.

De impedimento matrimonij, quod eſt votum ſolenne.

DEinde conſiderandum eſt, de impedimentis quæ ſuperueniunt matrimonio. Et primo, de impedimēto quod prouenit matrimonio, ſcilicet, de voto ſolenni. Secundo, de impedimento, quod prouenit matrimonio conſummato, ſcilicet, de fornicatione. Circa primum quæruntur tria. Primo, vtrum alter coniugū altero inuito poſt carnalem copulam poſſit religionem intrare. Secundo, vtrum ante carnalem copulam poſſit intrare. Tertio, vtrum altero intrante alter poſſit alteri nubere.

DE hac grauiſſima quæſtione Doctore in 4.diſt.27.Magiſt.c. 8.Magiſt.Sotus ibi.quæſt.1.ar.4.Iuriſperiti 27. quæſt. 2.c.ſunt qui dicunt, & in titul. de conuerſione coniugatorum.Syluest.uerbo,diuortium.quæſt. 12.&13. & verb. matrimoniū 8.quæſt.12.di.7. Couar. ſuper quartū Decretalium.par.2.cap.3. §.quarto. nu.8.Nauarro in Manuali cap. 22.nu.35.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum alter coniugum altero inuito poſt carnalem copulā poſſit religionem intrare.

Th.4.diſtin.27. q.1.ar.3 q.1.& ſequen.

*AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ alter coniugum etiam poſt carnalem copulam poſſit altero inuito ad religionem tranſire. Quia lex diuina magis debet ſpiri*A*tualibus fauere quam lex humana: ſed lex humana hoc permiſit: ergo multo fortius lex diuina pmittere debuit.*

¶ 2 Præterea. Minus bonum non impedit maius bonum: ſed matrimonij ſtatus eſt minus bonum: quam ſtatus religionis, vt patet 1. Corint.7. ergo per matrimonium non debet homo impediri quin poſſit ad religionem tranſire.

¶ 3 Præterea. In qualibet religione fit quoddā ſpirituale matrimoniū: ſed licet de leui religione ad arctiorē, ergo B *licet de matrimonio leuiori, ſcilicet carnali ad arctius, ſcilicet matrimoniū religionis tranſire, etiam inuita vxore.*

SED contra eſt quod dicitur 1. Corint.7. vt nec etiam ad tempus vacent orationi coniuges ſine mutuo conſenſu a matrimonio abſtinentes.

*¶ Præterea. Nullus poteſt facere licitè quod eſt in præiudiciū alterius ſine eius voluntate: ſed votum religionis emiſſum ab vno coniugum, eſt in præiudiciū alterius, quia vnus habet poteſta*C*tem corporis alterius, ergo vnus ſine cōſenſu alterius non poteſt votum religionis emittere.*

RESPONDEO dicendum, quod nullus poteſt facere oblationē Deo alieno: vnde cum per matrimonium iam conſummatum ſit corpus uiri factum vxoris, non poteſt ſine cōſenſu eius Deo ipſum offerre per continentiæ uotum.

*AD primum ergo dicendum, quod lex humana conſiderat matrimonium ſolum inquantum eſt in officium natu*D*ræ, ſed lex diuina ſecundum quod eſt ſacramentum, ex quo habet omnimodā indiuiſibilitatem & ideo non eſt ſimile.*

AD ſecundum dicendum, quod non eſt inconueniens maius bonum impediri per minus bonum, quod habet contrarietatem ad ipſum, ſicut etiam per malum bonum impeditur.

AD tertium dicendum, quod in qualibet religione contrahitur matrimonium ad vnam perſonam, ſcilicet ad Chriſtum, cui tamen ad plura obligatur aliquis in una religione ꝗ in alia

 ſed

ſed matrimonium materialis & reli
gionis, non ſiunt ad vnam perſonam,
& ideo non eſt ſimile.

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio eſt negatiua. Ratio illius eſt.
Nam nullus poteſt facere oblationẽ
Deo de alieno: at vero per matrimo-
nium cõſummatum corpus viri factum eſt
vxoris, nã facti ſunt ꝑfecte vna caro, ergo.
¶ In hoc articulo non loquitur D. Th.
quando matrimonium tantum eſt ratum,
& nondum conſummatum: nam de hoc
agit articulo ſequenti. Sed loquitur quan-
do etiam eſt conſummatũ. Et in præceden
tibus quæſtione 53. articu. 2. diſputauit de
uoto ſolenni quando antecedit matrimo-
nium, quòd impedit & dirimit, nunc autem
loquitur de uoto ſolenni quando ſubſe-
quitur & antecedit matrimonium: & in
hoc articulo dicere debemus de matrimo-
nio conſummato, in ſequenti vero dice-
mus de matrimonio ratio non conſumma-
to, ergo.
¶ Eſt grauiſſima difficultas. Vtrum vo-
tum ſolenne religionis habeat virtutem &
efficaciam ad diſſoluendum matrimonium
ratum & conſummatum. Et videtur vera
pars affirmatiua. ¶ Primo arguitur. Vt dice
mus articulo ſequenti votum ſolenne reli-
gionis habet virtutem & efficaciã ad diſſol
uendum matrimonium ratum & non con
ſummatum, ergo habet etiã efficaciam ad
diſſoluẽdum matrimonium conſummatũ.
Probatur cõſequẽtia. Nam matrimonium
ſolum ratum & matrimonium, ratum & cõ
ſummatum ſunt eiuſdẽ ſpeciei, ergo ſi vo-
tum ſolenne habet virtutem ad dirimendũ
vnum matrimoniũ, habet etiam ad dirimẽ-
dum aliud. ¶ Secũdo arguitur, & confirma
tur argumentum præcedens. Matrimoniũ
conſummatũ ſupra rationẽ matrimonii ſo
lum addit ipſam conſummationẽ, vt mani
feſte conſtat: ſed matrimonium ratione cõ
ſummationis nullam habet maiorem firmi
tatem, ergo ſi matrimonium ratũ non con
ſummatũ diſſoluitur per votum ſolennẽ re
ligionis, etiam diſſoluitur matrimoniũ con
ſummatũ. Minor probatur, nam vt poſtea
dicemus, matrimoniũ ſolum habet indiſſo-
lubilitatem in ratione contractus naturalis

A ordinati ad procreationem prolis, & ratio-
ne ipſius ſacramenti, ergo non ratione con
ſummationis. ¶ Tertio arguitur. Sit caſus,
quod uir antequam accedat ad vxorem vo
luntariã, vt opprimat illam, tunc ſic in illo
caſu matrimonium eſt vere cõſummatum
vt ſupponimus, tamen votum ſolenne reli-
gionis poteſt dirimere tale matrimoniũ, er
go. Minor probatur, nam vxor per violen-
tam oppreſſionem non amittit ius quod ha
bebat ante illã, vt conſtat, ſed ante oppreſ-
ſionem poterat ingredi religionem etiã in
uito coniuge, ergo etiam poterit poſt op-
B preſſionẽ. Quarto arguitur. Coniuges etiã
poſt matrimoniũ conſummatũ poſſunt trã
ſire ad religionẽ ex conſenſu vtriuſq;, ergo
matrimoniũ cõſummatũ diſſoluitur per ſo-
lennẽ profeſſionẽ religionis. Conſequentia
eſt bona, nam nõ poſſunt eſſe religioſi tota
liter traditi Deo & religioni, niſi diſſolua-
tur matrimoniũ ꝑ quod eſt traditus alteri
coniugi. Antecedens vero conſtat ex vſu ec
cleſiæ catholicæ, quæ hoc permittit. ¶ Quin
to arguitur. Si Petrus prius habeat copulã
carnalem cum Maria, & poſtea cõtrahat cũ
illa, & poſt matrimonium contractum nõ
C ſtatim eam cognoſcat, in illo caſu certũ eſt,
quod Petrus poſſit ſtatim cõualere ad reli
gionem: tamẽ illud matrimonium uidetur
conſummatum, cum fuerit inter illos copu
la carnalis, ergo.
¶ Sit prima cõcluſio. Totum ſolenne re
ligionis non habet uirtutem & efficaciã ad
diſſoluendum matrimonium cõſummatũ.
In hac concluſione cõueniũt omnes Theo
logi & Iuriſperiti. vide ſupra citatos. Et ꝓ-
batur cõcluſio. Primo ex vſu & traditione
eccleſiæ. Nunquã enim in eccleſia permitti
tur tranſire ad religionẽ poſt cõſummatio
D nem matrimonij, niſi ex voluntate vtriuſq;
vt poſtea dicemus, & hoc ſine diſſolutione
matrimonii: & traditio eccleſiæ ſemper ha
bet quod non diſſoluitur matrimonium ra
tum & conſummatum per profeſſionẽ ſo-
lennẽ religionis: imo hoc videtur diffinitũ
in Concil. Trid. Seſs. 24. can. 6. ergo. ¶ Secũ
do probatur cõcluſio. Vt infra dicemus ma
trimonium conſummatũ ex natura ſua eſt
indiſſolubile, vt eſt in officiũ naturæ, & ita
in eius definitione dicitur indiuiduam uitæ
conſuetudinem retinens: & ex lege gratiæ
habet indiſſolubilitatẽ ſecũdũ illud Math.
19. quos Deus coniunxit, homo, &c. Sed

alias

aliás non legitur quod facta ſit diſpenſatio ſuper firmitate & indiſſolubilitate matrimonii rati & conſummati, ergo certum eſt, quòd manet omnino firmum & indiſſolubile: ita vt in nullo caſu diſſoluatur. Rõnes vero quare Chriſtus Dominus noluit in hoc caſu diſpenſare ſicut diſpenſauit in firmitate matrimonii rati tm̃, ut poſtea dicemus ſunt quæ ſequuntur ¶ Prima ratio eſt. Quoniã quando eſt conſummatum fit iniuria proli & ipſi fœminæ, & ita non fuit conueniens, ꝙ Chriſtus Dominus diſpenſaret ſuper indiſſolubilitate matrimonii in hoc caſu: quãdo vero matrimonium ſolũ eſt ratũ non irrogatur iniuria, ergo. Secunda ratio Alexandri III. in c. verum, de conuerſione coniugatorum; quoniam cõiuges per conſummationẽ matrimonii fiunt perfecte vna caro, eſt aũt duriſſimum, & difficilimum ſeparare hominem à ſeipſo, ergo. ¶ Tertia ratio eſt. Matrimonium ratum & conſummatum eſt vinculum carnale; per profeſſionem vero homo non moritur carnaliter ſed ſpiritualiter, ergo non fuit conueniens, quòd Chriſtus Dominus diſpenſaret in tali vinculo: vinculum vero matrimonii rati tantum quodammodo eſt ſpirituale animorum, & non carnale.

ca. verũ, de conuerſiõe coniugatorum.

¶ Quarta ratio eſt, nam matrimonium ratum & conſummatum ſignificat coniunctionem Chriſti cum eccleſia, & cum anima per gratiam cõſummatam, & ſignificat coniunctionem uerbi cũ humanitate, iſtæ vero coniunctiones ſunt omnino indiſſolubiles, ergo. Matrimonium uero ratum tm̃ ſignificat coniunctionem Chriſti cum anima per gratiam, quæ coniunctio aliquãdo diſſoluitur per peccatum, ergo.

¶ Sed explicandum eſt, quodnam matrimonium dicatur cõſummatũ ad hunc effectum, vt non diſſoluatur per ſolennem profeſſionẽ religionis, an requiratur id quod ſupra diximus q. 55. requiri ad contrahendam affinitatem ex copula fornicaria videlicet, ꝙ ſeminetur intra uas naturale (tunc enim eſt copula perfecta) an uero ſufficiat quòd penetretur vas, licet non ſeminetur, quæ copula uocatur imperfecta. Et uidetur, quod requiratur copula perfecta cum ſeminatione. ¶ Primo arguitur ex ibidem dictis, nam ad cõtrahendam affinitatem ex copula illicita, requiritur copula perfecta, cum ſeminatione intra uas naturale, ergo

A idem erit ad hoc quòd matrimonium dicatur conſummatum quãtum ad illum effectum. ¶ Secundo arguitur. Matrimonium non cenſetur conſummatum, niſi quando eſt perfectè cõſummatum, ſed non eſt perfecte conſummatum niſi quando eſt perfecta copula coniuncta cũ ſeminatione: nam eius perfectio conſiſtit in ſeminatione viri intra vas legitimum mulieris, ergo. ¶ Tertio arguitur. Fauores ſunt ampliandi, ſed Chriſtus in fauorẽ ſtatus religionis & ipſorum fideliũ conceſſit, ut aliquis poſt matrimonium ratum & non cõſummatũ, poſB ſet ingredi religionẽ, & profiteri, ergo cum ſit maior fauor ſi explicemus quòd nõ cenſeatur conſummatum donec fiat ſeminatio viri intra vas legitimum, ita videtur dicendum. ¶ Quarto arguitur. Vt diximus matrimonium conſummatum nõ diſſoluitur ꝓp iniuriam quę infertur proli: ſed in noſtro caſu non eſt conſummatum taliter, ꝙ fiat iniuria proli, nam cum non ſit ſeminatio viri nullã ſequitur iniuria, cũ nõ ſequatur proles, ergo requiritur ſeminatio. Confirmatur, nam poteſt contingere, quòd aliquis contrahat cum muliere iam corrupta: C tunc in iſto caſu ex penetratione vaſis mulieris, nulla ſequitur iniuria ipſi mulieri, ergo non ſufficit talis copula, vt dicatur conſummatum.

¶ In oppoſitum eſt. Primo. Nam ꝙ carnalis copula imperfecta, & ſine ſeminatione intra vas ſufficiat ad illum affectum, habet maximum fundamentum in ca. verum de cõuerſione coniugatorum, vbi ut poſſit alter coniugum ad religionem tranſire altero inuito, ponitur hæc conditio, dummodo carnalis commixtio, non interuenerit inter eos, ſed quando ſe cognouerunt carD naliter modo dicto, fuit carnalis commixtio inter eos, ergo hæc copula imperfecta ſufficit. Secundo arguitur. Quòd matrimonium ratum nõdum conſummatum diſſoluatur per profeſſionem ſolennem religionis, eſt priuilegium conceſſum tali profeſſioni ex Chriſti placito diſpenſantis in lege naturali, & in lege gratiæ, vt dicemus articulo ſequẽti, ergo tale priuilegiũ reſtringẽdum eſt & ſimiliter illa dipenſatio: ac ſubinde quomodocunque matrimonium fuerit conſummatum per copulam etiam imperfectam ſine ſeminatione eſt omnino indiſſolubile. ¶ Tertio arguitur. Sine dubio

videtur grauis iniuria ipſius mulieris iam à Petro eius marito ſic cognitæ & corruptæ, vt Petrus ea inuita poſſit cõfugere ad religionẽ: quia illa non minus incapax manet ad matrimonium poſtquam ſic eſt corrupta, quam ſi Petrus vere ſeminaſſet, ergo illa copula imperfecta ſufficit ad hoc quod non diſſoluatur matrimonium per votum ſolenne religionis.

IN hac difficultate & propter hæc argumenta pro vtraq; parte poſita ſunt duæ ſententiæ inter Doctores. Prima ſententia eſt, quòd copula carnalis quantumcunque fiat cum apertione clauſtri pudoris, & penetrando vas, ſi tamen nõ fiat cum ſeminatione intra vas, non cenſetur matrimoniũ conſummatum ad effectum impediendi ingreſſum religionis vnius cõiugis, altero inuito. Itaq; ad iſtum effectum requiritur copula carnalis perfecta ſicut ad affinitatẽ ex copula illicita, & nõ ſufficit copula imperfecta. Hãc ſentẽtiã tenet Magiſt. Sotus in loco citato art. illo 4. in princ. & aliqui interpretes D. Th Syłueſt. verb. matrimoniũ 8. q. 15. dicto 2. ¶ Secunda ſententia eſt, quòd matrimonium dicitur conſummatũ quantum ad iſtum effectũ per copulã ẽt imperfectã & ſine ſeminatione ĩtra uas legitimũ. Hanc ſententiã tenẽt multi doctores, præcipue expoſitores D. Th. ſuper iſtũ locum, qui dicunt, quòd licet talis copula imperfecta & ſine ſeminatione non ſufficiat ad affinitatem: ſufficit tamen ad effectũ præſentẽ.

¶ In huius rei explicationem ſit concluſio ſecũda. Prima ſententia habet aliquam probabilitatem, ſecũda vero eſt longe probabilior. Prima pars huius cõcluſiõnis probatur argumentis factis primo loco, & autoritate doctorum qui illã tenent. Secunda vero pars probatur autoritate doctorũ qui illã tenent & argumentis factis ſecundo loco, quæ ſunt lõge probabiliora. Quæ omnia confirmantur. Nam quãdo fuit copula imperfecta poſt contractum matrimonii, præcipue ſi mulier amiſit virginitatem, fit maxima iniuria mulieri, ut cõſtat, ergo non eſt uerosimile, ꝙ Chriſtus Dominus uoluerit in tali caſu diſpẽſare cum iniuria mulieris. Quibus poſitis, dicendum eſt ad argumenta facta primo loco huius dubii, quoniam nobis in hac ſecunda ſententia perſiſtendum eſt tanquam in probabiliori.

¶ Ad primum iam dictum eſt ſupra in q. 55. de affinitate, ꝙ eſt alia ratio de affinitate, & alia ratio in noſtro caſu: nam ad affinitatem neceſſarium eſt, ꝙ fiant perfecte una caro, quod quidem non fit ſine ſeminatione, ad iſtum uero effectum ſufficit quæcunque copula etiam imperfecta propter iniuriam factã mulieri. uide dicta ibi.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod abſolute non cenſetur matrimonium conſummatum omnibus modis, niſi qñ fuerit copula perfecta: cæterum ad effectũ, de quo in propoſito ſatis eſt quæcunq; copula etiã imperfecta & ſine ſeminatione.

¶ Ad tertiũ argumentum rñdetur, ꝙ fauores quãdo ſunt aliquo modo contra ius, reſtringendi ſunt ut dicũt ẽt Iuriſperiti ꝙ uero diſſoluatur matrimoniũ in hoc caſu, eſt aliquo modo cõtra ius uel potius ſupra ius, ꝑ diſpenſationẽ Chriſti, ut dicemus ſtatim: nã de iure naturali & ſupernaturali eſt indiſſolubilitas matrimonij. Et ita hoc priuilegium eſt reſtringendũ, ita ut non liceat trãſire ad religionẽ poſt quãcunq; copulã ẽt imperfectam. Ad quintũ arg. reſpondetur, ꝙ quãuis nõ ſit iniuria illata proli per copulam imperfectam, infertur tñ iniuria mulieri ſi uir trãſeat ad religionẽ. Ad cõfirmationem reſpõdetur, ꝙ etiam in illo caſu infertur iniuria mulieri, ut de ſe conſtat.

¶ His poſitis, rñdendum eſt ad argumenta facta in principio dubii principalis. Ad primum argumentũ rñdetur, ꝙ quamuis matrimoniũ ratum tñ & matrimoniũ ratum & cõſummatũ ſint eiuſdem ſpeciei: tñ matrimonium ratum & conſummatum eſt omnibus modis indiſſolubile: non tamen matrimoniũ ratum tñ. Et huius rei ſunt exẽpla & in philoſophia & in Theologia. In philoſophia quidem, nam lux aeris, & lux ſolis ſunt eiuſdẽ ſpeciei, tñ lux aeris eſt amiſſibilis & corruptibilis & diſſolui põt, non tñ lux ſolis: in Theologia vero: nã gratia Chriſtj, & noſtra ſunt eiuſdẽ ſpeciei, tamen gratia noſtra eſt amiſsibilis & corruptibilis, non tamen gratia Chriſti Domini, & idem eſt de gratia in uia & in patria quę dicitur conſummata. Secũdo reſpõdetur, ꝙ licet matrimoniũ cõſummatũ ſit eiuſdem ſpeciei cũ matrimonio tñ rato, tñ Chriſtus Dñs noluit diſpẽſare in mrĩmonio rato, ut poſsit eſſe trãſitus ad religionẽ, nõ tñ in cõſummato, & hoc propter rationes factas & præcipuẽ propter iniuriam illatam proli,

& mu-

& mulieri. ¶ Ad ſecũdum argumentum reſpondetur ex dictis in hac ſecunda ſolutione, quod conſummatio matrimonii nullam addit maiorem indiſſolubilitatem, nihilominus tamẽ Chriſtus noluit in tali caſu diſpẽſare ſuper indiſſolubilitatẽ matrimonii.

¶ Ad tertium argumentum, eſt grauiſſima difficultas, an quãdo matrimoniũ eſt uere conſummatum per uim, & violentiam, vt ſi mulier per vim opprimatur, tale matrimonium diſſolui poſſit per uotum ſolenne religionis: ita ut cõiux oppreſſus libere, & licite poſſit tranſire ad religionem. Et videtur vera pars negatiua.

¶ Primo arguitur, tertio argumento facto. Nam matrimonium in iſto caſu eſt uere conſummatum, ut conſtat, ergo tale matrimonium eſt omnino indiſſolubile, etiam per uotum ſolenne religionis. Probatur conſequentia, nam uotum ſolenne religionis habet iſtam uirtutem diſſoluendi matrimonium ex Chriſti diſpenſatione, Chriſtus uero, vt diximus, noluit diſpenſare, in matrimonio conſummato, ſed ſolum in matrimonio rato.

¶ Secundo arguitur. Ex tali conſummatione per uim vel per metum per ſe ſequitur proles, ergo coniux oppreſſus non poteſt tranſire ad religionem. Antecedens eſt notum quando eſt conſummatum per copulam perfectam coniunctam cum ſeminatione: conſequentia vero probatur. Nam matrimonium ratum, & conſummatum, ideo eſt indiſſolubile omnino, quoniam per ſe ſequitur proles ex conſummatione, cui fieret iniuria ſi diſſolueretur: ſed ex conſummatione per uim ſequitur per ſe proles, ergo fit iniuria proli ſi tranſeat ad religionem qui oppreſſus eſt. Confirmatur. Nam ſi oppreſſus tranſeat ad religionem, per ſe ſequitur mala educatio prolis, ergo non poteſt tranſire. Conſequentia eſt euidens, antecedens probatur. Nam tunc proles non poterat eſſe ſub cura parentum.

¶ Tertiũ arguitur & probatur, quod quãdo matrimonium eſt conſummatũ per metum non poſſit oppreſſus tranſire ad religionem. Talis conſummatio eſt ſimpliciter voluntaria, ergo matrimonium eſt cõſummatũ perfecte, & uolũtarie: ac ſubinde non poteſt eſſe tranſitus ad religionem. ſequentia eſt euidens, antecedẽs probatur: Metus non tollit ſimpliciter uoluntarium, ut diffinit D. Thom in 1.2. quæſt. 6. ergo. Confirmatur argumentũ. Metus cadens in virum conſtantẽ, nõ irritat matrimoniũ iure naturali, vt diffinitum eſt ſupra: quoniã non tollit uoluntarium ſimpliciter, ergo cõſummatio matrimonii per metum ſimpliciter eſt voluntaria, ac ſubinde ualida iure naturali, & non eſt irrita iure poſitiuo, cũ non conſtet de tali iure, ergo. ¶ In oppoſitum eſt, quod dicitur in eodem tertio argumento principali: nam per violentam oppreſſionem illa non amittit ius quod antea habebat: ſed ante oppreſſionẽ poterat ingredi religionem, vt cõſtant, ergo etiã poſt oppreſſionem.

¶ In hac difficultate propter hæc argumenta ſunt diuerſæ ſententiæ inter Doctores. Prima aſſerit quod oppreſſus p uim nõ poteſt tranſire ad religionem. Ita tenet ſapientiſſimus Magiſter Canus ſuper iſtũ articulum, & præcipue mouetur ſecundo argumento facto, quem ſequitur Magiſter Sotus diſt. 27. quæſt. 1. artic. 4. & dicit hanc ſententiam tutiorem.

¶ Secunda ſententia eſt, quod in iſto caſu coniux oppreſſus poteſt licite tranſire ad religionem, & quod eſt ualida profeſſio, & quod dirimitur matrimonium, Syluelter verb. diuortium, quæſt. 5. citat aliquos authores pro hac ſententia, & aliqui citant Abbatem, & alios Iuriſperitos.

¶ Tertia ſentẽtia eſt veluti media, quam tenet Syluelter loco immediate citato, videlicet, quòd oppreſſus per metum non poteſt tranſire ad religionem, ſi autẽ oppreſſus ſit per violentiam abſolutã poteſt ad religionem tranſire.

¶ In huius rei explicationem, ſit prima concluſio. Vt à certioribus procedamus, ſi alter coniux opprimatur violentia vel metu poſt ſpatium bimeſtre, matrimoniũ eſt verè conſummatum, & oppreſſus non poteſt tranſire ad religionem.

¶ Prima pars huius concluſionis probatur. Nam fuit vera copula carnalis inter cõtrahentes, vt conſtat; ergo fuit verè conſummatum. Confirmatur, quia talis copula nõn fuit fornicatio nec adulterium ergo fuit vere conſummatum matrimonium.

¶ Secunda pars concluſionis probatur. Matrimonium fuit conſummatum ſine aliqua iniuria, ergo oppreſſus non poteſt

tranſire ad religionem. Antecedens probatur, nam coniux poſt bimeſtre habet ius ad petendum debitum, & alter non habet ius ad reſiſtendum, ergo eſt inuitus irrationabiliter, ac ſubinde nulla fit illi iniuria.

¶ Secunda concluſio etiam certa. Qui opprimit coniugem per uiolentiam abſolutā, aut per metum ante tempus bimeſtre, peccat mortaliter, & facit illi iniuriā. In hac cō cluſione conueniunt omnes Doctores. Eſt enim ſupponendū, quod ante duos menſes uterq; coniux habet ius ad non reddendū debitū alteri, quia ipſum ius commune in cap ex publico, præbuit ſpatium duorum menſiū, ut poſſint deliberare an ſibi magis placeat ſtatus religionis: & licet per uerba de præſenti uterq; dederit alteri ius ſui corporis, debet tamen intelligi ſub illa cōditione iuris, ut dicit Magiſt. Sotus in dicto art. 4. Hoc poſito fundamento probatur cōcluſio. Qui opprimit coniugem per uim abſolutam aut per metum intra illud ſpatium, facit cōtra ius alterius, quod habet ab eccleſia, & in re grauiſſima, ut conſtat, ergo peccat mortaliter.

c. ex publico, de conuerſione cō iugatorum.

¶ Tertia concluſio. Si coniux opprimatur per violentiam abſolutam vel metum ante tempus bimeſtre matrimonium eſt vere conſummatum, & omnino indiſſolubile, ſiue oppreſſus poſſit tranſire ad religionem ſiue non, itaq; uotum ſolenne in tali caſu non dirimit matrimonium: & ita qui oppreſſit ſi alter tranſeat ad religionem non poteſt tranſire ad ſecundas nuptias, viuente illo coniuge. Hæc concluſio eſt contra Panor. & alios, quos refert Sylueſt. ubi ſupra. Eam tenet Magiſt. Sotus in 4. diſt. 27. q. 1. art. 1. & Magiſt. Victoria ſuper iſtum artic. etiam Palud. in hac diſtin. & alii grauiſſimi uiri. Et probatur primo. Inter coniuges fuit copula carnalis, ergo matrimonium fuit uere conſummatum: ſed matrimonium conſummatum eſt omnino indiſſolubile ſecundum ordinem naturæ, & gratiæ, & non eſt facta reuelatio, quod in tali caſu diſſoluatur, ergo nō diſſoluitur.

¶ Secundo probatur concluſio. Ille qui fecit iniuriam vere & perfecte, & uoluntariè conſummauit matrimonium, ergo talis debet ſubire leges matrimonii rati, & conſummati: ac ſubinde non poteſt tranſire ad ſecundum matrimonium viuente coniuge oppreſſa. Tota autem difficultas A eſt, utrum qui oppreſſus eſt per talem violentiam uel metum, poſſit tranſire ad religionem altero inuito.

¶ In cuius rei expoſitionem ſit quarta concluſio. Qui oppreſſus eſt per uiolentiam abſolutam uel per metum, poteſt trāſire ad religionem altero inuito. Hanc concluſionem tenet Syluester quantum ad unam partem, & eam tenent multi alii authores quos refert ibi Syluester. Et probatur concluſio primo. Nam coniux oppreſſus non poteſt aliter recuperare ius ſuum niſi profitendo religionem, ergo poteſt illam profiteri. Conſequentia eſt bona, antecedens probatur. Nam ius ſuum erat, quod B poſſet tranſire ad religionem, ergo. Secundo probatur concluſio. Matrimonium ex parte oppreſſi nō fuit conſummatum perfecte, & ſimpliciter loquendo, ergo oppreſſus poteſt ad religionem tranſire. Antecedens probatur. Nam talis conſummatio matrimonii non fuit voluntaria ex parte oppreſſi, ergo matrimonium non fuit perfecte, & ſimpliciter conſummatum. Cōfirmatur. Nam ſi coniux opprimat alium in ſomno, vel ebrietate, poteſt tranſire ad religionem, quia non conſentit nec diſſentit in conſummatione illius, ſed oppreſſus C per uiolentiam vel metum, habet poſitiuū diſſenſum, ergo poteſt ad religionem trāſire. Tertio probatur concluſio. Propter alia crimina poteſt coniux tranſire ad religionem manente matrimonio indiſſoluto, ut propter hæreſim, fornicationem, &c. ut poſtea dicemus, ergo poterit tranſire ad religionem propter illam tam iniuriam oppreſſione manente matrimonio indiſſoluto. Quibus poſitis reſpondetur ad argumenta facta primo loco quæ militant cōtra iſtam concluſionem.

¶ Ad primum argumentum reſpondetur, D quod illud concludit, quod in noſtro caſu non diſſoluitur matrimonium, vt iam diximus: tamen non probat quod coniux oppreſſus non poſſit tranſire ad religionem, & profiteri.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod ſi illud argumentum aliquid concluderet, concluderet ſubinde, quod à matrimonio rato, & conſummato non poſſunt coniuges tranſire ad religionem ex voluntate utriuſque, quod eſt falſum, ut dicemus ſtatim. Nam ex matrimonio rato, &

to,& conſummato per ſe ſequitur proles. Vnde ad argumentum dicendum eſt, quod ſi ex tali conſummatione de facto non ſequatur proles, uel non ſit neceſſaria cura oppreſſi ad procreandam prolem poterit tranſire ad religionem altero inuito: ſi autem de facto ſequatur proles,& ſit neceſſaria præſentia oppreſſi ad educandam prolem non poterit tranſire ad religionem. Et per hoc reſpondetur ad confirmationẽ.

¶ Ad tertium cum ſua confirmatione reſpondetur, quòd illud concludit euidenter quod illud matrimonium eſt uere conſummatum, ut iam diximus: nihilominus talis oppreſſus poteſt tranſire ad religionẽ propter iniuriam illatam.

ET ex dictis in hoc dubio reſpondetur ad tertium argumentum dubii principalis. Ad quartum argumentum dubii principalis, eſt dubium an coniuges etiam poſt matrimonium conſummatum poſſint tranſire ad religionem ex uolũtate utriuſque. Et uidetur uera pars negatiua.

¶ Primo arguitur, argumento quarto facto in dubio principali. Nam alias ſequitur, quod matrimonium ratum,& cõſummatum ſit diſſolubile: conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Falſitas conſequentis conſtat. Nam matrimonium conſummatum eſt omnino indiſſolubile, ut iam dictum eſt. Sequela probatur. Non poteſt aliquis eſſe religioſus totaliter traditus Deo, niſi diſſoluatur matrimoniũ per quod traditur uxori, ergo. Confirmatur argumentum. Nam uotum ſolenne includit totalem traditionem Deo factam, ergo cum illa non poteſt ſtare uinculum matrimoniale per quod eſt traditus totaliter coniugi, uel ſaltem eſt traditus quantum ad aliquid. ¶ Secũdo arguitur. Matrimoniũ ordinatur ad bonum prolis, & cohabitatio utriuſq; coniugis ad bonũ illius ordinatur: ſed ex matrimonio cõſummato neceſſario, & per ſe ſequitur ples, ut cõſtat, ergo etiã ex volũtate vtriuſq; nõ põt eſſe trãſitus ad religionẽ, nã ſequeretur detrimentũ proli. ¶ Tertio arguitur. Nam poſt matrimoniũ etiam conſummatũ non poteſt aliquis tranſire ad religionem altero inuito, vt videtur certum, ergo etiam ex conſenſu vtriuſq; nõ eſt tranſitus ad religionem. Probatur conſequentia. Nam matrimonium conſummatum ordinatur ad bonum prolis, & ad bonum ſpeciei, & ipſi coniuges non poſſunt pro ſua uoluntate cedere iuri prolis, uel ſpeciei.

¶ His tñ nihil obſtantib. ſit cõcluſio. Cõiuges poſt matrimonium etiam conſummatum poſſunt tranſire ad religionem ex uoluntate vtriuſque: & quod dicitur de utroque coniuge dicendum etiam eſt de altero illorum ex voluntate alterius. Hæc concluſio eſt communis omnibus Theologis, & Iuriſperitis, & eſt de fide quãtum uidetur. Et probatur primo. Nam ita diffinitur in c. ſunt qui dicunt. 27. q. 2. & c. præterea, &c. vxoratus de conuerſione coniugatorum, ergo. Secundo probatur ex vſu eccleſiæ: ita enim habet vſus eccleſiæ, & ſi non eſſet licitum erraret eccleſia in re grauiſſima, ut conſtat, ergo licitum eſt tranſire ad religionem. Sed nota ualde circa iſtam concluſionem, quod ſi alter coniugum qui præbuit licentiam in iſto caſu velit manere in ſeculo diſtinguendum eſt. Nam uel eſt iuuenis vel ſenex. Si ſit iuuenis, non permittitur alter tranſire ad religionem, licet ille iuuenis qui remanet præbeat licentiam. Fundatur hoc in periculo incontinentiæ in quo manet, unde quamuis emitteret uotum continentiæ non ſatis eſſet, vt alter ingredi poſſet religionem,& hoc habet fundamẽtum in c. Agathoſa. 27. q. 2. habetur etiam in c. cum ſis, de conuerſione coniugatorũ. Si autem ille qui manet in ſeculo ſit ſenex, ita quòd ſine ſuſpicione fornicationis poſſit eſſe in ſeculo; poterit ibi ramanere emiſſo voto perpetuę caſtitatis, ut habetur expreſſe, in c. cum ſis, iam citato. & etiam in c. ſignificauit, eodem titulo. Sed quæres, an hęc licentia, & ingreſſus religionis debeat neceſſario fieri authoritate publica, an fieri poſſit priuata, & propria autoritate ipſorũ coniugum. Reſpondetur quòd, ſtando in ſolo iure diuino, poteſt fieri propria autoritate, ſtando autem in iure poſitiuo, vt commode fiat, nunquam fieri debet ſine iudicis autoritate, ſi matrimonium erat contractũ in facie eccleſiæ, ut neceſſario debet fieri poſt Concil. Trident. At uerò loquendo ante Concilium Trident. quando illud matrimonium clãdeſtinum erat, bene poterat fieri autoritate propria,& priuata. Et etiam poſt Concilium Tridentinum hoc eſt uerum, quod licet matrimonium factum fuerit in facie eccleſiæ,& cõſummatũ, ſi de facto,

c. ſunt q. dicunt. 27. q. 2. & c. prçterea & c. vxoratus, de cõuerſione coniugatorum.

c. Agathoſa. 27. q. 2. & ca. cũ ſis, de cõuerſione coniugatorum.

c. ſignificaui. eodem tit.

ѣto ſine publica autoritate de licentia vxoris. v.g. remanentis in ſeculo cum voto caſtitatis ſi ſit ſenex, maritus ingrediatur & ꝓfiteatur religionẽ factũm tenebit, ſi ſeruentur iuris conditiones iam explicatæ. Si autem non ſeruentur illæ cõditiones iuris, factũ non tenebit, vt ſi quis ex conſenſu vxoris remanentis in ſeculo ſine voto caſtitatis religionem profiteatur profeſſio non erit valida ad hunc ſenſum quod poterit reuocari, ut habetur expreſſe in cap. primo de conuerſione coniugatorum. Aduertendum etiam eſt, quod in caſu in quo de licentia vxoris poteſt maritus religionem profite- B ri ea remanente in ſeculo cum uoto perpetuæ caſtitatis, ſit ſit ſenex, poterit maritus ſacris initiari, ſed quando de licentia uxoris non poſſet ſecundum iura maritus profiteri religionem, non poterit ſimiliter ſacros ordines ſuſcipere etiam de vxoris licentia. ſicut quando illa eſſet iuuenis, et ſi alias face. et uotum continentiæ, vel quã do eſſet ſenex, ſed non faceret uotum perpetuæ continentiæ.

ca. 1. de conuerſione cõiugatorum.

¶ Ad primum argumentum reſpondetur, quod matrimonium quo ad vinculum poteſt optime ſimul ſtare cum uoto ſolen- C ni religionis, ut conſtat ex uſu & traditione eccleſiæ, non tamen matrimonium cum obligatione ad cohabitandum & reddendum debitum. Ratio huius eſt. Nam, vinculum illud matrimoniale, manet veluti in habitu, & ſimiliter poteſtas ad copulam carnalem., & nunquam debet exire in actum imo nec poteſt. Et ita non repugnat cum voto ſolenni religionis, quoniam copula ipſa carnalis in exercitio eſt, quæ habet repugnantiam cum tali uoto. Sicut ſupradiximus quod matrimonium ipſum ratum, in quo eſt copula carnalis in potentia, non re- D pugnat cum uoto caſtitatis. Item quamuis in uoto ſolenni ſit totalis traditio, nihilo minus poteſt eſſe matrimoniũ ſimul quo ad uinculum, quoniam matrimonium non eſt totalis traditio, ſed traditio ad vſus matrimoniales. Vnde cum in iſto caſu non ſit obligatio ad uſus matrimoniales non repugnat matrimonium quantum ad uinculum cum uoto religionis ſolenni. Et per hoc reſpondetur ad confirmationem. Ad ſecundum reſpondetur ex dictis in dubio præcedenti ad ſecundum argumentum. Ad ultimum argumentum reſpondetur

A eodem modo ſicut ad illud ſecundum.

¶ Eſt tamen dubium, an ſit licitum tranſire ad religionem poſt matrimonium conſummatum altero coniuge inuito.

¶ In huius rei explicationem ſit prima cõclusio. Per ſe & abſolute loquendo poſt conſummatum matrimonium non poteſt vnus coniugum altero inuito ingredi religionem, & hoc eſt verum iure diuino naturali. In hac concluſione conueniunt omnes doctores vide ſupracitatos. Ratio huius eſt. Nam vt diximus in prima concluſione dubii principalis huius articuli, matrimoniũ B ratum & conſummatum eſt omnino indiſſolubile, ergo per ſe & abſolute loquendo poſt matrimonium ratum & conſummatum, non eſt tranſitus ad religionem altero coniuge inuito. Vide cap. ſunt qui dicunt, 27. q. 2.

cap. ſunt qui dicunt. 27 q. 2.

¶ Secunda concluſio. Nihilo minus ſunt aliqui caſus particulares in quibus etiam poſt matrimonium conſummatum, licitum eſt uni coniugi altero inuito tranſire ad religionem. Primus caſus eſt, quando illud matrimonium fuit contractum & cõſummatum inter infideles altero tãtum C conuerſio ad fidem, qui caſus explicatus eſt ſupra quæſt. 59. Vide dicta ibi, nam iuxta illa declarandus eſt. Secundus caſus eſt quando alter coniugum catholicorum labitur in hæreſim vel aliam ſectam. Hic caſus habetur in c. finali, de conuerſione coniugatorum, vbi Papa dicit, ꝙ mulier quæ in fide remanſit poteſt nolente viro qui ab infidelitate reuertitur, propter quam ab eo fuerat iudicio eccleſiæ ſeparata: ad religionem libere conuolare. Et certum eſt, ꝙ intelligitur iſte textus de uiro qui prius fuerat Catholicus, & contraxerat cum Catho- D lica ſed incidit in infidelitatem. Et ex ratione formali in qua fundatur decisio illius textus, ſatis colligitur idem omnino eſſe quando econuerſo uxor inciderat in hæreſim, & vir remaneret in fide. Licet enim uxor conuerteretur ad fidem & ſic uellet cohabitare cum marito, poſſet licite maritus etiam inuita vxore ad religionem tranſire, niſi aliunde habet obligationem ad nõ ingrediendum religionem; quia habet filios paruulos & qui ſine eius præſentia cõmode educari non poſſunt. Tertius caſus eſt quando unus coniugum committit adulterium. Tunc enim alter qui eſt inno-

cens etiam poſt matrimonium conſummatum poteſt ingredi religionem. Iſte caſus habetur in cap. Agathoſa 27.q.2.& in cap. conſtitutus, de conuerſione coniugatorum Syluelter hoc dicit uerbo matrimonium. 8.q.12.dicto 4.& verbo diuortium. quæſt. 13. vbi dicit quod econtra ipſe adulter nõ poteſt ſine licentia innocentis intrare religionem. Ratio eſt quia cõiux adulter amittit ius perpetuo petendi debitum, reddere tamen tenetur, ergo. Aduertendum, q̃ id quod dictũ eſt de conuerſione coniugatorum ad ſtatum religionis, dicendum etiam eſt de conuerſione mariti ad ſacros ordines. Itaque in illis caſibus, in quibus ſecundum iura poteſt maritus etiam inuita uxore religionem ingredi, & eam profiteri, poterit etiam ea inuita, ſacros ordines ſuſcipere. Ex dictis in hoc dubio, & in præcedenti ſoluitur quartum argumentum dubij principalis.

¶ Ad quintum argumẽtum dubii principalis reſpondetur, q̃ in illo caſu matrimonium non eſt conſummatum, nã copula antecedit matrimonium, & non ſubſequitur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum alter coniugum poſſit altero inuito ante carnalem copulam religionem intrare.

AD SECVNDVM ſic p̄ceditur. Videtur q̄d nec etiam ante carnalem copulam. Indiuiſibilitas enim matrimonij ptinet ad matrimonij ſacramentum, inquantum, ſcilicet ſignificat perpetuam coniunctionem Chriſti ad eccleſiam, ſed ante carnalem copulam poſt conſenſum p̄ uerba de præſenti expreſſum, eſt uerum matrimonij ſacramentum: ergo non poteſt fieri diuiſio per hoc, quod alter ad religionem intrat.

¶ 2 Præterea. In ipſo conſenſu p̄ uerba de preſenti expreſſo, unus coniugum in alterum poteſtatem ſui corporis transferi: ergo ſtatim poteſt exigere debitũ & alter tenetur reddere, & ita non põt unus inuito altero ad religionẽ trãſire.

A *¶ 3 Præterea. Mat. 19. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet: ſed coniunctio quæ eſt ante carnalem copulam diuinitus facta eſt: ergo non poteſt ſeparari humana uoluntate.*

SED contra eſt, quod ſecundũ Hieronimum. Dominus vocauit Ioannem de nuptijs. In præfatio.e ſuper euãgelium Ioannis.

RESPONDEO dicendum, quod ante carnalem eſt inter coniuges tantũ vinculum ſpirituale, ſed poſtea etiam eſt inter eos uinculum carnale: & ideo B *ſicut poſt carnalem copulam matrimonium ſoluitur per mortem carnalem, ita per ingreſſum religionis, vinculum ante copulam carnalem ſoluitur: quia religio eſt quædam mors ſpiritualis, qua aliquis ſęculo moriens viuit Deo.*

AD primum ergo dicendum, quòd matrimonium ante carnalem copulam ſignificat illam coniunctionem quæ eſt Chriſti ad animam, quæ q̃dem ſoluitur per contrarium, ſcilicet, per peccatum: C *ſed per carnalem copulam ſignificat cõiunctionẽ ad eccleſiam quantum ad aſſumptionem humanæ naturæ in unitate perſonæ, quæ omnino eſt indiuiſibilis.*

AD ſecundum dicendum, quod ante carnalẽ copulam non eſt omnino trãſlatum corpus unius ſub poteſtate alterius ſed ſub conditione, ſi interea alter ad frugem melioris uitæ conuolet: ſed per carnalem copulam completur dicta trãſlatio, quia tunc intrat uterq; in corporalẽ poſſeſſionem ſibi traditæ poteſtatis. Vnde ẽt ante carnalem copulam nõ D *ſtatim tenetur reddere debitũ poſt matrimonium contractũ per uerba de præſenti: ſed datur ei tẽpus duorũ menſium propter tria: Primo, ut interim poſſit deliberare de tranſeundo ad religionem. Secundo ut præparentur quæ ſunt neceſſaria ad ſolennitatem nuptiarum. Tertio, ne uilem habeat maritus datã, quã non ſuſpirauit dilatam.*

AD tertium dicendum, quod coniunctio matrimonialis ante carnalẽ copulam eſt quidem perfecta quantum ad eſſe

ad eſſe primum: ſed non conſummata quantum ad actum ſecundum quod eſt operatio: & aſſimilatur poſſeſſioni corporali, & ideo non omnimodam indiuiſibilitatem habet.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio eſt affirmatiua. Ratio eſt: Nã religio eſt quædã mors ſpiritualis, ergo ſoluitur matrimonium per illã ſicut ſoluitur per mortem corporalem.

¶Secunda concluſio ad primum. Matrimonium ante carnalem copulam ſignificat illam coniunctionẽ quæ eſt Dei ad animã quæ ſoluitur per peccatum, ſed matrimoniũ conſummatum ſignificat coniunctionẽ Chriſti ad eccleſiam quãtum ad aſſumptionem humanæ naturæ in vnitate perſonæ quæ eſt omnino indiſſolubilis.

¶Tertio concluſio ad ſecundum. Ante copulam carnalem non eſt omnino tranſlatum corpus vnius ſub poteſtate alterius, ſed ſub conditione, niſi interim alter ad frugẽ melioris vitæ conuolet: per carnalem uero copulam completur dicta translatio, uide omnia alia dicta à D.Thom.

¶Circa iſtum articulum eſt celebris, & grauiſſima difficultas, an matrimonium ratum nondum conſummatum per ſolennem profeſſionem religionis diſſoluatur. Et videtur vera pars negatiua.

¶Primo. Matrimonium nondum conſummatum non poteſt diſſolui per ſolenne votum religionis ex natura ipſius uoti, & matrimonii; nec poteſt diſſolui in tali caſu per diſpenſationem, ergo nullo modo diſſoluitur. Conſequentia eſt bona, antecedẽs probatur quãtum ad primam partẽ. Quoniam alias matrimonium eſſet natura ſua diſſolubile. Quantum ad ſecundam partem probatur. Tũ quoniam regulariter & ſecũdum communem morem, & vſum eccleſiæ diſſoluuntur matrimonia per ingreſſum religionis; tum etiam quoniam potius uidetur commutatio rei minus bonæ qualis eſt matrimonium, in rem multo præſtantiorẽ & digniorem qualis eſt ſolemnis profeſſio religionis.

¶Secundo arguitur. Matrimonium ratũ etiamſi non ſit conſummatum eſt indiſſolubile ex natura ſua, & ex lege gratiæ, ut di-

A ximus ſupra, & copioſius dicemus infra, ergo non poteſt diſſolui per uotum ſolenne religionis. Probatur conſequẽtia, quia alias intra ordinem naturę, & gratiæ eſſet cauſa ſuæ diſſolutionis, ac ſubinde non eſſet indiſſolubile ex natura rei nec ex ordinatione gratiæ. Confirmatur. Nam matrimoniũ ratum, & matrimonium conſummatũ ſunt eiuſdem ſpeciei, & conſequenter habent eaſdem proprietates, ſed matrimonium cõſummatum eſt omnino indiſſolubile ex natura ſua, & lege gratiæ taliter ꝙ per ſolennẽ profeſſionem diſſolui nõ pôt, ergo idem erit de matrimonio rato nõ conſummato. B

¶Secũdo arguitur. Si aliqua ratione matrimonium ratum diſſolueretur per ſolennem profeſſionem religionis, maxime quoniam fit tranſitus ad meliorem ſtatum, ſed hæc ratio eſt nulla, ergo. Conſequentia eſt bona. Maior eſt manifeſta: minor probatur. Nam ſi illa ratio eſſet bona matrimonium diſſolueretur per ſuſceptionem ſacri ordinis, nam qui ſuſcipit ordinem ſacrum tranſit ad meliorem ſtatum, ut patet, ergo. Confirmatur argumentum. Status epiſcoporũ melior eſt & altior quam ſtatus monachorum, quia eſt ſtatus perfectionis, vt dicitur C in materia de ſtatib. ſed matrimonium ratum nondum conſummatum non diſſoluitur per aſſumptionem ſtatus epiſcopalis, ergo nec per ſolenne uotũ religionis. Et hac etiam confirmatione infirmatur ratio adducta in argumento.

¶Quarto arguitur ſi matrimonium ratum diſſoluitur per votum ſolenne, ſequitur quod uotum ſolemne equitum ordinis militaris Diui Ioannis, aut de Monteſa, aut de Chriſto in Luſitania habent eandem efficaciam, conſequens autem eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. Sequela D probatur, nam iſti equites faciunt uotum ſolẽne ſicut religioſi. Minor probatur. Quoniam iſti manent in ſeculo, & viuunt ſecũdum leges ſeculi, & non tranſeunt meliorem ſtatum, ergo nõ diſſoluitur matrimonium ratum per tale uotum.

¶Quinto arguitur. Votum ſimplex religionis & ſolenne ſunt eiuſdem ſpeciei, nam pertinent ad eandem uirtutem religionis, vt cõſtat, ſed votum ſimplex non habet virtutem dirimendi matrimonium, ergo nec ſollenne. Probatur cõſequẽtia, quia ea quæ ſunt eiuſdem ſpeciei habẽt eandẽ uirtutẽ.

In hac

IN hac difficultate Eraſmus in annotatio nibus ſuper epiſtolam primam ad Cor. cap. 7. aſſerit quod matrimonium ratum etiam ſi non ſit conſummatum non poteſt diſſolui per ſolenne votum religionis,& ob murmurat contra ſententiam,& contra rationes Theologorum. Et inter alia inquit. Præclara æquitas, egregius religionis fauor ob humanum inſtitutum violare legem diuinam.Et infra. Et hic offertur nobis frigida ſubtilitas,monachi ſunt viuẽdo mortui, mors corporis dirimit matrimonium,ergo multo magis mors ſpiritualis.

¶ His tamen nihil obſtantibus ſit concluſio. Certum eſt ſecundum fidem quod votum ſolenne religionis dirimit matrimonium ratum nondum cõſummatum. Et ita ſententia Eraſmi eſt hæretica. Hæc concluſio probatur primo. Nam quod matrimonium ratum nondum conſummatum diſſoluatur per votum ſolenne religionis,eſt traditio Apoſtolica, ergo eſt certum ſecũdum fidem. Conſequentia eſt euidens & conſtat ex determinatione Concilii Tridentini ſeſſione quarta. decreto de canonicis ſcripturis: antecedens vero probatur tribus viis. Prima via eſt. Nam id quod vniuerſalis eccleſia tenet,& probat nec tamẽ humana poteſtas efficere potuit, ex Apoſtolica traditione deriuari credendum eſt,ſed quod votum ſolenne religionis dirimat matrimonium ratum nõdum conſummatum tenet, & approbat vniuerſalis eccleſia, nec humana poteſtas id efficere potuit. Nam quos Deus coniunxit homo non ſeparet,ergo eſt traditio.Maior patet in voti diſpenſatione, & iuramentorum relaxatione. Minor conſtabit infra, conſtat etiam ex vſu eccleſiæ vniuerſalis, & quotidianis exemplis, & hiſtoriis.Secunda via eſt. Id quod vniuerſalis eccleſia probat & tenet,& non legimus initium aliquod talis moris,aut vſus in aliquo decreto,ſiue Pontificis ſiue Concilii,id certe ſecundum traditionem Apoſtolicam aſſerendum eſt habere momentum,& robur, at talis eſt diſſolutio qua matrimonium ratum diſſoluitur per votum ſolenne religionis,ergo hoc habetur per traditionem.Maior præterquam quod aſſeritur a D. Aug. lib.4 contra Donatiſtas.cap.24. patet inductione in adoratione imaginum, in monaſtica profeſſione,in baptiſmate paruulorũ, in minoribus ordinibus,&c. Minor eſt ma-

Concil. Triden. ſeſ.4. decreto de canonicis ſcripturis.

A nifeſta ex lectione Conciliorum & Decretorum. Tertia via eſt. Nam exempla & facta ſanctorum probata in hiſtoriis tam diuinis quam humanis a tempore Chriſti, & Apoſtolorum vſque ad noſtra tempora,arguũt manifeſte traditionem Apoſtolicam, cui conſentanea ſint talia geſta,& facta, ſed diſſolutio matrimonii per ſolenne religionis votum eſt factum quoddam a ſanctis geſtum a tempore Chriſti vſque ad noſtra tempora, ergo. Maior certiſſima eſt,& eſt D.Auguſt.in lib. de mendacio ad Conſentium. cap. 15.idem dicit D.Greg. Homilia

B 10. ſuper Ezech. iſti enim Doctores ſancti dicunt exempla ſanctorum docere nos id quod obſcurum eſt in ſacris literis. Minor probatur. Nam D. Hieronymus lib.primo contra Iouinianum affirmat Ioannẽ Euangeliſtam fuiſſe maritum & virginem, & ſiue ipſe Hieronymus, ſiue quiſquis author eſt proœmii in Ioannem Euangeliſtam aſſerit vocatum fuiſſe ad Apoſtolatum,& ſolenne religionis votum. D. Ioannem è nuptiis quibus interfuiſſe Dominum refert ipſe Ioannes cap. 2. & ſeparatum fuiſſe a ſponſa ſua Chriſto vocante & iubente.D.

C Epipha. lib. de hæreſ. hære. 78. refert Teclam virginem deſponſatam fuiſſe iuueni cuidam vrbis primario, authoritate tamen Pauli ſeparatam fuiſſe ab eodem. Et notiſſimæ ſunt hiſtoriæ quæ referunt D. Macharium Antonii diſcipulum, & Alexum reliquiſſe vxores ſuas, & ſequutos fuiſſe religionem, & Gratianus in cap.ſcripſit.27.q. 2. & Magiſter in 4. diſt.27. afferunt etiam hæc exempla. Et Alexander tertius in cap. verum de conuerſione cõiugatorum refert multos ſanctos vocatos fuiſſe a nuptiis ad religionem. Secundo probatur concluſio.

D Ex diffinitionibus Pontificum,hanc veritatem diffinit Euſebius Papa & martyr, vt refertur in cap. deſponſatam. 27. quæſt 2. Gregorius Magnus in epiſtola. 2.lib.6. epiſtolarum & refertur in can.decreta, eadem cauſa & quæſt. Alexander. 3.in can. uerum in cap ex publico, de conuerſione coniugatorum.Innocentius tertius in cap. ex parte 2.eodem titulo, Ioãnes XXII. in extrauaganti quæ incipit, Antiquæ concertationi de uoto. Et nouiſſime hæc concluſio diffinita eſt in Concilio Tridentino ſeſſio 24.in doctrina de ſacramẽto matrimonii can.6.ſi quis dixerit matrimonium ratum non con

Ioã.c.2. Ca.ſcripſit.27. q.2. ca. verũ de conuerſiõe coniugatorum. Can. de ſponſatam.27. q.2.can. decreta eadẽ cã. & q. cã. uerum. c. ex publico de conuerſione cõiug.c.ex parte.2. eod tit. & in extrauagãti Antiquæ cõcertationi,& cõcil. Triden. ſeſ. 24. can. 6.

ſummatum

ſummatum per ſolennē religionis profeſſio- A nem alterius coniugum non dirimi, anathe ma ſit, ergo. Tertio probatur concluſio. Nā hæc eſt communis confeſſio totius eccleſiæ uniuerſalis, & non ſolum omnium Theologorū in allegata diſt. 27. & omniū Iuriſperitorum in allegata cauſa. 27. q. 2. & in titulo de conuerſione coniugatorum, uerum etiam omnium fidelium, contra Eraſmum, & hæreticos noſtri temporis, ergo. Quarto probatur concluſio ratione D. Tho. in hoc articulo. Et in ſolutione ad primum ponentur aliquæ rationes, & congruentiæ huius diſſolutionis, cum declarabimus, quo iure diſſoluatur matrimonium per ſolennē pro- B feſſionem religionis, ergo.

¶ Hæc autem concluſio intelligenda eſt etiam altero coniuge inuito, ita tamen, ut licitum ſit ipſi cōiugi in ſeculo relicto, aliud matrimonium libere contrahere.

¶ Quibus poſitis reſpōdendum eſt ad argumenta in principio facta. Ad primum argumentum eſt, grauiſſima difficultas quo iure diſſoluatur matrimonium in hoc caſu, an dirimatur per diſpēſationem Chriſti, diſpenſantis in lege naturæ & gratiæ, an uero ex ſtatuto eccleſię, uel iure naturali ex natura rei. Et uidetur q̧ non diſſoluatur per Chriſti diſpenſationem. C

¶ Primo arguitur argumēto primo facto in principio huius dubii principalis. Nam regulariter & ſecundum uſum & morē eccleſiæ diſſoluuntur matrimonia per ſolēnē profeſſionem religionis, ergo non eſt diſpenſatio.

¶ Secundo arguitur. Votum ſolēne religionis dirimit matrimonium iure humano eccleſiaſtico, ergo nō per diſpenſationē Chriſti. Conſequentia eſt euidens. Antecedens probatur teſtimonio Bonifacij Pōtificis in c. unico, de uoto in 6. dicentis, q̧ uotū dēat dici ſolenne, ac ad dirimendum matrimo- D niū efficax, nos conſulere uoluiſti. Nos igitur attendentes, q̧ uoti ſolennitas ex ſola conſtitutione eccleſiæ eſt inuenta, &c. In quibus uerbis aperte ſignat ſummus Pontifex, q̧ efficacia uoti ſolennis ad dirimēdum matrimonium cōuenit illi ex eccleſiæ ſtatuto.

¶ Tertio arguitur. Votū ſolenne religionis dirimit matrimoniū iure naturali, ergo non per diſpenſationem Chriſti diſpenſantis in lege naturæ & gratiæ. Cōſequētia eſt euidens, antecedens probatur. Nam uno & eodem iure uotum ſolenne caſſat matrimoniū ſubſequens, & diſſoluit matrimonium ratum præcedens, ſed ſubſequens caſſat ex natura rei, ut diximus ſupra q. 53. art. 2. ergo etiam antecedēs diſſoluit iure naturali.

¶ Quarto arguitur. Votum ſolenne religionis dirimit matrimoniū ratum per commutationem in rem meliorem & altiorem, ergo non per diſpenſationem Chriſti. Conſequentia eſt euidens, & antecedens probatur. Nam Alexander III. in c. ſcripturæ de uoto, inquit omnia uota commutari in ſolenne religionis uotum, ergo etiam matrimonium.

IN hac difficultate ſolent duæ opiniones circumferri de re hac. Cæterum in rei ueritate ſunt tres uel quatuor ſententiæ. Prima ſententia eſt quod matrimonium in hoc caſu dirimitur iure humano eccleſiaſtico per ſtatutū eccleſię, ita diſpenſantis in capitibus & canonibus, quæ citantur pro indiſſolubilitate matrimonii, de quib. infra. In hac ſentētia ſunt omnes fere Iuriſperiti in locis iam citatis, imo etiam aliqui Theologi tenent iſtam ſententiam: tum in dicta diſt. 27, tum etiam in 4. diſt. 38. Hēricus de Gandauo in quodlib. 5. q. 39. Caie. etiā uidetur eſſe huius ſententiæ in 2. 2. q. 88. art. 7. ad undecimum, & alii moderni Theologi qui interpretantur D. Tho. Secunda ſententia eſt, q̧ matrimonium diſſoluitur in iſto caſu iure diuino naturali quōd ſequitur naturā matrimonii, & naturam uoti ſolennis. Hanc ſententiā tenet Paluda. in 4. diſt. 27. q. 3. ar. 3. Magiſter Sotus in eadem diſt. quæſt. 1. ar. 4. Caieta. in opuſc. 27. quæſtionum. quæſt. 24. & fere omnes interpretes D. Tho. & arbitrantur eſſe ſententiā illius. Decanus Louaniēſis, Ruardus Taper in articulo 18. contra hæreſes noſtri temporis moderatur iſtam ſententiā dicens, eſſe commutationē rei minus bonæ, & perfectæ in rem digniorem & excellentiorē, matrimonium, ſcilicet, in ſolenne religionis uotum: & ita interpretatur D. Tho. & Scotū. d. 31. Tertia ſentētia eſt, quæ mihi uidetur uera, & explicabitur ſequentibus cōcluſionibus. In cuius expoſitionem aduertendum eſt, quod uotum ſolenne poteſt comparari ad matrimonium præcedens, & ſubſequens, & de uoto ſolenni quando antecedit matrimonium dictum eſt ſupra q. 53. arti. 2. hic uero dicendum eſt de efficacia uoti ſolēnis

quando

quando ſubſequitur ad matrimonium ratum non conſummatum.

¶ Quibus poſitis, eſt prima concluſio. Matrimonium ratum non dirimitur per profeſſionem ſolennem religionis ex ſtatuto eccleſiaſtico Pontificis vel Concilii. Hæc concluſio probatur. Primo: Nam vt dicemus infra quæſt. 67. art. 2. non eſt in eccleſia poteſtas ad dirimendum matrimonium ratum, etiam ſi nõ ſit conſummatum: ergo non dirimitur in noſtro caſu per ſtatutũ eccleſiæ. Secundo probatur. Vt diximus in probationibus concluſionis dubii principalis, temporibus Chriſti Domini & Apoſtolorum ante omnem diffinitionem Pontificum & Conciliorum diſſoluta ſunt matrimonia rata non conſummata per uotum ſolenne religionis: ergo non dirimitur per ſtatutum eccleſiæ. Cõfirmatur argumentum. Quoniam Euſebius, qui primus rem hanc diffiniuit, ſedit anno plus quam 300. poſt Chriſtum natum: ergo. Tertio. Si id fieret authoritate Põtificis, aut eccleſiæ, poſſet eadem eccleſia, aut Pontifex oppoſitum ſtatuere, conſequens eſt falſum, & ab omnibus negatum; ergo illud ex quo ſequit. Sequela vero eſt manifeſta, cum ſit ſolum de iure poſitiuo. Vltimo probatur. Eccleſia non poteſt ſtatuere quod debitor non ſoluat debitum ſi profeſſus fuerit religionẽ, aut quod reſcindat contractus quoſcunque alios in præiudicium tertii: ergo multo minus poterat ſtatuere Pontifex quod reſcindatur contractus matrimonii, quãdoquidem hic contractus inter alios indiſſolubilis eſt, & reſcindi non poteſt.

¶ Secunda concluſio. Matrimonium ratum non conſummatũ non diſſoluitur per ſolenne votum religionis, ex eo quod ita poſcat natura matrimonii, & uoti ſolẽnis. Itaque ſi attendamus naturam vtriuſque, uotum ſolenne religionis poſt matrimonium ratum non conſummatum erat nullum, & irritum; & idem eſſe aſſerendum ſi attendamus legem euangelicam.

¶ Hæc concluſio probatur primo. Matrimonium ratum non conſummatum ex natura ſua, & ex lege euangelica eſt indiſſolubile, ut infra dicemus, & hoc eſt certum ſecundum fidem, at ſi ex natura voti ſolẽnis, & ipſius matrimonii, & ex euangelica lege circa utrumque a Chriſto lata diſſolueret matrimonium per uotum ſolẽne, non eſſet

A indiſſolubile ex natura rei, vel ex lege euãgelica: ergo matrimonium nõ habet quod diſſoluatur iure naturali. Minor probatur exemplis, ſi diſſolueretur per fornicationẽ, aut per hæreſim, matrimonium eſſet natura ſua diſſolubile: ergo ſimiliter ſi diſſolueretur per votum ſolenne ex natura ipſius voti. Confirmatur argumentum. Nam hac ratione alii contractus ſunt per naturæ leges diſſolubiles: quoniam in eorum natura dantur cauſæ legitimæ reſciſſionis, & diſſolutionis: ergo ſi matrimonii rati datur cauſa naturalis, & legitima, & ſimiliter in euan-

B gelio, vt reſcindatur, reuera matrimonium ratum & non conſummatum ſecundum naturam ſuam, & legem euangelicam eſſet diſſolubile. Secundo probatur concluſio. Efficacia uoti ſolennis non eſt potens ex natura ſua ad diſſoluendum aliquem alium contractum per quem comparatum ſit ius tertiæ perſonæ: ergo multo minus eſt potens ad diſſoluendum matrimonium ratum. Antecedens eſt notiſſimum, conſequentia probatur euidenter. Nam matrimoniũ eſt contractus natura ſua indiſſolubilis, reliqui vero ſunt diſſolubiles. Tertio probatur cõclu-

C ſio. Si illud haberet ex natura talis uoti ſolẽnis, maxime quia ex natura ſua eſt maius, & perfectius vinculum quam uinculũ matrimonii rati non conſummati, hæc autem ratio eſt nulla: nam aliàs uotum ſolenne religionis dirimeret matrimonium ratum, & conſummatum: nam tale votum eſt perfectius vinculum. Hoc argumentum confirmari poteſt tertio argumento facto in principio dubij principalis.

¶ Tertia concluſio. Non ſit diſſolutio matrimonii in hoc caſu per commutationem ipſius matrimonii uotum ſolenne.

D ¶ Hæc concluſio probatur primo. Commutatio propriè loquendo non eſt diſſolutio uinculi, ſed mutatiò illius in aliud, ſed matrimonium in noſtro caſu propriè, & in rigore loquendo dirimitur, & diſſoluitur in noſtro caſu, ut iam determinatum eſt: ergo non eſt propriè commutatio. Secundo. Commutatio in rem, quæ eſt euidenter melior, poteſt fieri abſque ulla ſuperioris authoritate, uotũ ſolenne quantumcunq; præſtantius ſit matrimonio non dirimeret matrimoniũ, niſi Chriſtus interpoſuiſſet ſuã authoritatem. Imo homo cõiugatus eſt inhabilis ad uouendum ſolenni-

ter, ergo. Maior eſt certa, minor probatur. Vt dictum eſt traditio eſt hæc Apoſtolica deſcendens ex placito Chriſti, quod quidem ipſe docuit Apoſtolos, Apoſtoli vero eccleſiam. Quilibet alius contractus in quo cõparatum ſit ius iuſtitiæ tertiæ perſonæ, non poteſt commutari in uotum ſolenne religionis: ergo multo minus cõtractus matrimonialis.

¶ Quarto probatur concluſio omnibus argumentis factis pro præcedenti concluſione. Omnia. n. illa conuincunt quòd non ſit commutatio in rem meliorem: nam non diſſoluitur per naturam ipſius voti ſolẽnis etiam ſi ſit dignius, at ſi eſſet cõmutatio in rẽ meliorẽ diſſolueretur per naturã: ergo.

¶ Quarta concluſio. Matrimoniũ ratum non conſummatum diſſoluitur per uotum ſolenne religionis authoritate Chriſti diſpenſantis in naturali, & legitima euangelica lege de matrimonii indiſſolubilitate. Itaque diſſolutio in iſto caſu ſit iure diuino nõ eccleſiaſtico tñ, & non diuino naturali quod ſequatur naturã uoti ſolennis, & matrimonii, non diuino euãgelico quod ſequatur naturã gratię, ſed diuino poſitiuo quod ſuperadditum eſt naturæ & gratiæ ex Chriſti placito ſupra naturã, & præter communem curſum gratiæ. Eſt ſimile, olim in lege Moyſi diſſoluebatur matrimonium per repudium, nõ quidem ex natura matrimonii aut repudii, ſed omnino ſupra naturam matrimonii, imo præter Dei inſtitutionem in paradiſo, ad eundem modum in noſtro propoſito diſſoluitur matrimonium ſupra naturam, imo præter inſtitutionem euangelicam Chriſti Domini per diſpenſationẽ in in ipſis inſtitutionib. & legibus a Chriſto factam. Sed hoc in luco eſt aduertendũ, diſcrimen inter legem Moſaycam, & Euangelicam, quod in Moſayca concedebatur diſſolutio matrimonii ad duritiã cordis, tanquã res, licet nr̃a ſnĩa bona, minus tamẽ bona, ut infra dicemus, at in lege euãgelica cõcedit diſſolutio matrimonii in nr̃o caſu ꝓp profeſſionẽ euãgelicæ pfectionis. Hæc concluſio ſic explicata probat primo. Hoc mõ diſpẽſationis cõſonant bene cũcta q̃ dicunt de indiſſolubilitate matrimonii rati, & non cõſummati, ſecũdum naturã, & euangelicas leges cũ diſſolutione in ꝑſenti caſu ꝑ uotũ ſolẽne religionis: ergo hic modus dicẽdi eſt bonus, Antecedẽs patet. Nã Xp̃s Dominus

A diſpẽſare potuit, & in natura matrimonii, & in lege euãgelica. Secũdo probat concluſio. Diſſolutio in nr̃o caſu ſit iure diuino, vt diximus ĩ prima cõcluſione, ſed nõ diuino naturali, ut ꝓbauimus in ſecũda, nõ ꝑ cõmutationẽ authoritate Xp̃i, ut demõſtrauimus ĩ tertia; ergo ꝑ diſpẽſationẽ authoritate Xp̃i Domini diſpẽſantis. Tertio, Princeps ꝓpriè diſpẽſat ĩ lege quoties remittit obligationẽ legis in aliquo peculiari caſu, ne impediat maius bonũ, ſed in præſenti caſu Chriſtus princeps Euangelii, & legiſlator relaxat obligationem legis de matrimonii indiſſolubilitate ne impediatur maius bonum, ſci-
B licet, votum ſolenne: ergo. Maior eſt D. Thom. in 1. 2. quæſt. 97. artic. 4. minor vero probatur. Quoniam niſi Chriſtus diſpenſaſſet in tali lege non poterat coniugatus vouere religionem ſolenniter, per diſpenſationem vero abſtulit Chriſtus a ſua lege euangelica iſtum defectum. Aduertendum tamen eſt, quod huius placiti Chriſti, & diſpenſationis multæ aſſignantur congruentiæ, & rationes. Prima ratio & potiſſima eſt, quam modo inſinuauimus: nam impediretur maius bonum per legem matrimonii: & ita voluit Chriſtus repurgare matrimonium ab hac imperfectione, quæ ei ex
C natura ſua conueniebat, & ex inſtitutione in paradiſo facta, ita vt modo reformauerit matrimonium quod iam degenerauerat a primęua inſtitutione, verũ etiam eleuauit illud, & abſtulit hanc imperfectionẽ, quæ conueniebat ei ex ſua primæua inſtitutione, & reformauit per leges euangelicas iam dictas, & per diſpẽſationem. Secunda ratio quæ reducitur ad primum eſt, quã Theologi ſolẽt adducere, videlicet, qđ in matrimonio rato eſt tacita conditio, niſi alter coniugum velit tranſire ad religionem, quæ ratio infra explicabitur. Tertia
D ratio eſt: Quia nemo tenetur legibus alterius politiæ, Galli enim non tenentur legibus Hiſpaniæ, ſed qui facit profeſſionem pertinet ad ſpiritualem politiam, & moritur ſæculo: ergo non tenetur legibus ſæculi, & matrimonii. Et hac ratione aliqui putant quod ſi homines eſſent in ſtatu innocentiæ, per tranſlationem in cœlum diſſolueretur matrimonium: quoniã pertinerent ad aliam politiam. Vltima ratio eſt. Nam vinculum matrimonii rati eſt aliquo modo ſpirituale: nam cauſatur per conſen-

ſum

ſum animorum, ſed qui facit profeſſionem moritur ſpiritualiter, ergo maxime congruum eſt, ut diſſoluatur per talem profeſſionem matrimonium ratum nondum conſummatum.

¶Quibus poſitis, reſpõdetur ad argumẽta facta in principio huius dubii. Ad primũ argumentum reſpondetur, quod quãuis regulariter diſſoluantur matrimonia per ſolennem profeſſionem religionis, nihilominus tamen talis diſſolutio fit per diſpenſationẽ. Verũ eſt quod illa diſpenſatio facta eſt per modũ legis, & per modũ permanentis, eſt optimũ ſimile in myſterio incarnationis. Nã ſm legẽ gratiæ ex animæ gloria deriuatur gloria corporis; nihilominus per diuinam diſpenſationem factum eſt quod illa gloria animæ non deriuaretur ad corpus, illa tamen diſpenſatio facta eſt per modum legis, non diſſimiliter in noſtro propoſito.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod aliud eſt diſſerere de exiſtẽtia uoti ſolennis efficacis ad dirimendum matrimonium, aliud de eius iam exiſtentis natura, & efficacia. Primum quidem habetur ex ſola conſtitutione eccleſiæ efficiẽtis, & approbantis ſolennia vota, ſecundum vero cõuenit voto ex ſe iure diuino citra omnem conſtitutionẽ eccleſiaſticam, de quo in 2. 2. quæſtione.. 88. art. 7. eſt ſimile. Matrimonium quantum ad ſui exiſtentiam ſine dubio dependet a conſenſu partium contrahentium tanquam à cauſa efficiente ipſum matrimonium; cæterum indiſſolubilitas matrimonii non pendent ex conſenſu contrahentium, ſed conuenit ipſi matrimonio ex natura ſua.

¶ Ad tertium argumẽtum reſpõdetur, negando antecedens, & ad probationem negatur maior. Et ad probationem maioris dicendum eſt, quod non uno, & eodem iure uotũ ſolenne caſſat matrimonium ſubſequens, & diſſoluit matrimonium præcedens. Nam ſi antecedat votum ſolenne ita, ut prius ſit quam matrimonium, ipſum matrimonium ex natura rei eſt nullum, quoniam eſt traditio rei quæ iam erat tradita Deo. Item quoniam votum reddit ſubiectũ omnino inhabile ad hoc quod cõtrahat matrimonium, cæterum per diſpenſationem Chriſti factum eſt, vt qui traditus erat coniugi, poſſit per uotũ ſolẽne ſe tradere Deo.

A ¶Ad quartum argumentũ reſpondetur, negando conſequentiã. Ratio differentiæ eſt, nam promiſſiones Deo factæ cõmutari potuerunt, imo de facto commutantur in traditionẽ ſeu uotum ſolenne, quod eſt traditio Deo facta. Cæterũ traditiones factæ aliis hominibus commutari non potuerunt in traditionem Deo factam, ut eſt manifeſtũ in omnibus aliis promiſſionibus, & contractibus. Et ita multo magis cõtractus matrimonii non potuit commutari in votũ ſolenne religionis. Ex dictis in hoc dubio ſoluitur primũ argumentũ dubii præcedẽtis.

B ¶Ad ſecundũ argumentũ præcedẽtis dubii reſpondetur, ꝙ illud conuincit ꝙ matrimonium ratum eſt indiſſolubile ex natura ſua, & ex lege gratiæ ꝙ libenter admittimus; tamen ex diſpenſatione Chriſti matrimoniũ ratũ nondũ cõſummatũ diſſoluitur, non tamen cõſummatũ. Hæc tamen diſpenſatio nõ eſt naturalis matrimonio, & ita nõ eſt diſſolubile ex natura rei, ſicut homo ex natura rei eſt riſibilis. Deus tamen ſupra curſum naturæ poteſt tollere riſibilitatem ab homine. Ad confirmationem reſpondetur, ꝙ quãuis matrimoniũ ratũ, & conſummatum ſint eiuſdẽ ſpeciei, & habeant eaſdẽ

C proprietates; tamẽ Chriſtus Dñs uoluit diſpẽſare in indiſſolubilitate matrimonii rati nondũ conſummati, non tamen in indiſſolubilitate matrimonii cõſummati, propter rationes ſupradictas.

¶ Ad tertiũ argumẽtum reſpõdetur, negando maiorẽ, ſed ratio potiſſima eſt, volũtas Chriſti volentis diſpẽſare ſuper indiſſolubilitate matrimonii rati vt iam diximus. Verũ eſt quòd Chriſtus Dñs hoc fecit propter adiunctã traditionem in uoto ſolenni, & ita dicendũ eſt ꝙ votum quod emittitur

D in ſuſceptione ſacri ordinis, nõ diſſoluit matrimoniũ, ut diffinit a Ioanne 22. in extrauaganti quæ incipit. Antiquæ cõcertationi. Et ratio eſt: nã votum, ꝙ emittitur in ſuſceptione ordinis nõ eſt ſolẽne, nec hẽt annexã totalem traditionẽ, licet habeat quãdam conditionem uoti ſolennis, & ita non diſſoluit matrimoniũ. Vnde Papa poteſt diſpenſare ſuper hoc ꝙ clericus conſtitutus in ordine ſacro matrimonium contrahat, nõ tñ poteſt diſpenſare cũ monacho ut dicitur in materia de uoto ſecundũ ueriorẽ ſententiã Thomiſtarũ. Ad confirmationem reſpõdetur, ꝙ epiſcopatus non diſſoluit matrimonium

In extrauag. quæ incipit Antiquæ concertationi.

cap. ſane, de cõuerſione cõiugatorum.

nium, vt diffinitur in cap. ſane de conuerſio ne coniugatorũ, nam licet ſit perfectior ſtatus quam ſtatus religioſi, tamen epiſcopus eſt homo ſui iuris, & talis ſtatus nõ habet annexam totalem traditionẽ. Imo quia eſt perfectiſſimus ſtatus non repugnant illi multa quæ repugnant ſtatui monachorũ; nã ſtatui monachorũ repugnãt diuitiæ, nõ vero epiſcopatui, & ita ſtatui monachorũ repugnat matrimonium, non uero ſtatui Epiſcoporũ. Ratio huius eſt, nã ſtatus monachi eſt ſtatus diſcipuli in virtute, epiſcopatus uero habet rationem ſtatus magiſtri in eadem virtute; diſcipulus vero facilius auocatur à ueritate, quam magiſter. Et ita ſtatui diſcipuli diuitiæ, & matrimonium repugnãt ne animus diſcipuli auocetur à uirtute, hæc autem omnia non repugnant epiſcopatui, quia epiſcopus eſt Magiſter uirtutis, & debet eſſe firmus in virtute.

¶ Ad quartum argumentum eſt dubium an per uotum ſolenne quod nouẽt religioſi equites militarium ordinum, cum quib. hactenus non eſt diſpenſatum vt vxores poſſint ducere, diſſoluatur matrimonium ratum nondum conſummatum. Exemplũ eſt in religionibus poſitis in argumento, Ratio dubitandi a parte negatiua eſt quæ ponitur in argumento. Nam iſti viuunt in ſæculo, & ſecũdum leges ſæculi, ergo. Confirmatur. Nam quãuis hactenus nõ ſit diſpẽſatum cum his equitibus, ut nuptias celebrare poſſint, tamẽ certe ſalua eorum religione diſpenſare põt, ergo. Propter hæc argumenta Magiſter Sotus in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 4. expreſsè docet, quod per tale uotum non diſſoluitur matrimonium ratum, & in ſpeciali dicit quod per ingreſſum religionis. D. Ioannis quantum ad equites, affirmare non auderet, dirimi matrimoniũ ratum, aut poſſe coniugatum inuita vxore illam religionem profiteri: idem tenuit ille autor. 7. de iuſtitia, & iure, quæſt. 5. art. 3. vide illum.

¶ Dicendum eſt. Votum ſolenne earum religionum militarium in quibus equites non ducunt vxores, dirimit matrimonium ratum nondum conſummatum etiam quãtum ad equites. Primò probatur concluſio ex diffinitione Concilii Tridentini quæ ſu prapoſita eſt, in qua dicitur. Si quis dixerit per ſolennem profeſſionem religionis alterius coniugum, non dirimi matrimo- A nium anathema ſit. Vbi Concilium aperte loquitur de quacunque religione, & de cuiuſcunque religionis profeſſione ſolenni, ſed equites religionis D. Ioannis, & alii ſimiles profitentur religionem, ergo. Minor probatur. Nam profeſſio religionis. D. Ioannis, & cuiuſcunque ordinis militaris cum quo non ſit diſpenſatum ad contrahendum matrimonium, caſſat, & irritum facit matrimonium ſubſequens, ergo profeſſio illius fuit ſolennis, quando quidem profeſſio ſimplex non ſufficit ad irritum faciendum matrimonium ſubſequens. Rurſus B fuit profeſſio, & uotum ſolenne, & nõ clericorum, ergo ſolenne religioſorum, ac ſubinde dirimit matrimonium ratum non conſummatum. Secundo probatur concluſio, nam Euſebius Papa D. Gregorius, Innocencius Tertius, Alexander Tertius, ac alii Pontifices allegati pro concluſione dubii principalis, tantum expoſcunt religionis profeſſionem ad hoc quod dirimatur matrimonium ratum nondum conſummatum. Ac tandem Ioannes 22. in allegata extrauaganti, antiquæ concertationi, tantum poſcit religionis ingreſſum approbatæ C & eius regulæ expreſſam uel tacitam profeſſionem, non tamen expoſcunt iſti Pontifices quod talis religio ſit reformata, & reparata in qua vigeat regularis obſeruantia & monaſtica diſciplina, ſed religio militaris eorum equitum quibus interdictum eſt cõiugum, eſt approbata religio continens tria vota, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, ergo. Tertio probatur. In aliis religionibus non militaribus ſi quæ ſunt forte in quib. iaceat religio, & monaſtica diſciplina non ſeruetur, citra dubium dirimitur matrimonium ratum per illarum profeſſionem ſo- D lennẽ, ergo ſimiliter per votum quod emittunt equites militares ſolẽne. Probatur conſequentia, quia uitium quod eſt in vtraque religione non reformata non eſt uitium ipſius religionis ſed religioſi diſcoli, & claustralis. Vnde ad rationem dubitandi reſpõdetur, quod iſti equites tranſeunt ad meliorem ſtatum per illam profeſſionem, & ſunt mortui ſæculo, quod ſi ipſi viuũt ſecũdũ leges ſæculi, ſibi imputẽt, nõ religioni. Ad cõfirmationem dicendũ eſt conſulte fortaſſe concedi poſſe talem diſpenſationem cum his equitibus vt vxores ducant propter vitium relaxationis, & remiſſionis quod eſt

in perſonis horum ordinum,verum tamen id fieret tollendo illorum antiquã religionẽ,& inſtituẽdo aliam,at ea quæ mod o eſt quãuis ſit relaxata continet tria vota ſolennia. Quę nã vero religio,& regula dicatur approbata, non eſt huius loci, ſed pertinet ad materiam de uoto.in 2.2.q.88.vide quę ibi dicuntur. Et per hoc reſpondetur ad quartum argumentum dubii principalis.

¶ Ad quintum argumẽtum dubii principalis reſpondetur primo, quod quãuis uotum ſimplex, & ſolẽne ſint eiuſdẽ ſpeciei, tñ ex diſpenſatione Chriſti uotum ſolenne hẽt virtutem dirimendi matrimonium, B ratum,non tamen uotum ſimplex. Secundo reſpondetur, quod uotum ſolẽne habet adiunctam traditionẽ, ratione cuius habet ex diuina diſpenſatione quod dirimat matrimonium ratum non conſummatum,non tamẽ uotum ſimplex, & ita quodammodo differunt ſpecie, de quo in loco immediate citato.

¶ Sed adhuc manent duo breuiſſima dubia.Primum dubium eſt,an matrimonium ratum diſſoluatur per aliud matrimonium conſummatum. Ratio dubitandi a parte affirmatiua eſt. Nam Alexander III. in c.licet,de ſponſa.duorum,expreſsè dicit, quòd prædeceſſores ſui aliter iudicauerunt, ait enim. Licet a prædeceſſoribus noſtris aliter fuerit iudicatum, ergo ſecundum ſententiã ſummorum Pontificum prædeceſſorũ matrimonium ſubſequens conſummatum dirimit matrimonium ratum præcedens.

c.licet đ ſponſa. duorũ.

¶ Nihilominus tamen dicendũ eſt, quòd eſt error in fide, & ad mores maximè pertinens dicere, quod matrimonium ratũ nondum conſummatum diſſoluitur per matrimonium ſubſequens conſummatũ. Hoc ita diffinitur ab Alexãdro III. in illo c. licet, & in cano.3.& in cap.duas.eodem tit.Secũdo probatur ex communi ſenſu totius eccleſiæ,& omnium Theológorum & Iuriſperitorum in locis allegatis ubi ſupra. Et ad illud quòd dicit Alexãder aliqui dicũt quod nomine prædeceſſorum intelligit Celeſtinum Pontificem qui in ultimo cap. de conuerſione infidelium,olim id diffinierat: tamen iam eſt abſciſſum illud caput ab illo loco,& a titulo illo. Vnde dicendum eſt Alexandrum loco allegato nomine prædeceſſorũ intelligere fortaſſe Doctores aliquos, qui ita olim ſenſerant,aut certè ſi intelligit

c.licet đ ſponſa. duorum ca. duas eod.tit.

A Pontificem aliquem (nam certum eſt Celeſtinum III. non intellexiſſe,qui poſt tempora illius ſedit in Apoſtolica Sede) iudicatum, idem valet apud Alexandrum quod exiſtimatum, & per opinionem habitum a Põtifice, vt Doctor quidam priuatus erat. Ita reſpondet Magiſter Canus lib.6.de locis Theologicis.cap. vltimo ad tertium argumentum.

EST ſecundum dubium breue, an per aliquid aliud quàm per uotũ ſolenne religionis dirimatur matrimoniũ ratũ nondum conſummatum. Ratio dubii a parte affirmatiua eſt. Nam D.Gregor. Magnus in epiſtola quadã,& D. Gregorius III. in epiſtola ad Bonifacium,& refertur. 32. quæſt. 7.cap.quod propoſuiſti,dicunt;ſi mulier in firmitate correpta non ualuerit marito debitum reddere,maritus aliam ducere poterit. In hac difficultate quidam Theologi quos refert Richardus in 4.in allegata.diſt. 27.art.ſeu diſtinctione ſua. 2. q.3. aſſerunt matrimonium ratum non conſummatum diſſolui per ſubſequentem abſciſſionem genitalium. Cui ſententiæ non omnino repugnat iſte author, ſed putat illam probabilem quamuis oppoſitam eligat ut tutiorẽ.

32. q.7. ca.quod propoſuiſti.

C ¶ Nihilominus tamen fit concluſio. Omne,& ſolum uotum religionis ſolenne dirimit matrimonium ratũ non conſummatũ. Hæc concluſio conſtat ex iam dictis, & ex his, quæ infra dicentur de indiſſolubilitate matrimonii.Ex quo colligitur quòd ſentẽtia illorũ authorum,quæ refertur a Richardo eſt omnino improbabilis, & ad errorem accedit ſi non eſt manifeſtus error. Quod manifeſte colligitur ex iam dictis, & dicendis de indiſſolubil[illegible] matrimonii. Vnde ad rationem dubit[illegible] [illegible]rianus in allegato loco nihil aliud reſpo[illegible] niſi quod illa D Gregoriana ſententia Euangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ eſt contraria. Sed iſte author audacter, & temerarie loquitur cõtra vtriuſque Gregorii ſanctitatem, & doctrinam.Igitur reſpondetur quòd iſti ſancti,& Pontifices loquuti ſint de femina, quæ ante matrimonium per infirmitatem impotens erat ad ſoluendum debitum, etenim in eo caſu matrimonium contractum non fuerat ualidum, & idcirco poterat maritus aliam ducere, quòd explicat idem Gregorius III. in can.requiſiſti 33.q.1.

Can.requiſiſti. 33.q.1.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum mulier poſſit nubere alteri viro ante carnalem copulam, viro ſuo religionem ingreſſo.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd mulier non poſſit nubere alteri viro ante carnalem copulam viro ſuo religionem ingreſſo. Quia illud quod cum matrimonio ſtare poteſt, non ſoluit matrimoniale vinculum: ſed adhuc manet vinculum matrimoniale inter eos, qui pari voto religionem intrant: ergo ex hoc quod unus intrat religionem alter non abſoluitur a uinculo matrimoniali, ſed quādiu manet vinculum matrimoniale ad unum, non poteſt nubere alteri: ergo &c.

¶ 2 Præterea. Vir poſt ingreſſum religionis poteſt ante profeſſionem redire ad ſæculum: ſi ergo mulier poſſet alteri nubere viro intrante religionem, et ipſe poſſet alteram ducere rediens ad ſæculum. Quod videtur abſurdum.

In Dec. li. 3. tit. 31. c. 16. *¶ 3 Præterea. Per Decretalem nouam, profeſſio ante annum emiſſa pro nulla reputatur: ergo ſi poſt talem profeſſionem ad vxorem redeat, tenetur eum recipere: ergo neque per introitum viri in religionem, neque per votum datur mulieri poteſtas, alteri nubendi.*

SED contra. Nullus poteſt alterum obligare ad ea, quæ ſunt perfectionis; ſed continentia eſt de his, quæ ad perfectionē pertinent: ergo mulier nō arctatur ad continentiā ex hoc quod vir religionem ingreditur, & ſic poteſt nubere.

RESPONDEO dicendum, quòd ſicut mors corporalis viri hoc modo vinculum matrimoniale ſoluit, ut mulier nubat cui vult ſecundum Apoſtoli ſententiam: ita etiam poſt mortem ſpiritualem viri per religionis ingreſſum poterit cui uoluerit nubere.

A *AD primum ergo dicendum, quòd quando uterque pari uoto continentiam uouet, tunc neuter coniugali uinculo abrenūciat, & ideo adhuc manet: ſed quādo unus tantum uouet, tunc quantū eſt in ſe abrenunciat uinculo coniugali: & ideo alter abſoluitur a uinculo illo.*

AD ſecundum dicendum, quòd nō intelligitur mortuus ſæculo per religionis ingreſſum quouſque profeſſionem emiſerit: & ideo uſque ad tempus illud tenetur eum uxor ſua expectare.

B *AD tertium dicendum, quod de profeſſione ſic emiſſa ante tempus determinatum a iure eſt idem iudicium quod de uoto ſimplici. Vnde ſicut poſt uotum ſimplex uiri mulier ei debitum reddere non tenetur tamen ipſa non habet poteſtatem alteri nubere: ita & hic.*

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio huius articuli eſt affirmatiua. Ratio huius eſt. Nam ſicut mors corporalis viri vinculum matrimonii ſoluit, ita etiam mors ſpiritualis per ingreſſū religionis, ergo ſicut poſt mortem corporalem uiri mulier poteſt nubere cui uoluerit, ita etiam poſt religionis ingreſſum.

C ¶ Circa iſtum articulum aduertendum, quod concluſio intelligitur poſt religionis ingreſſum perfectum, videlicet, poſt profeſſionem, ut explicat idem D. Tho. in ſolutione ad ſecundum & tertium. Omnia alia, quæ tractari poſſunt in hoc articulo explicata ſunt ſupra in duob. articulis præcedentibus, præcipue in art. 2.

D

QVAESTIO LXII.

De impedimento quod ſuperuenit matrimonio conſummato, quod eſt fornicatio.

DEinde conſiderandum eſt, de impedimētis quod ſuperuenit matrimonio conſūmato, ſ. de fornicatione, q̄ impedit matrimoniū præcedens quoad actū, remanente vinculo matrimoniali.

Et

A Et circa hoc quæruntur ſex. Primò, utrum liceat uiro dimittere uxorem cauſa fornicationis. Secundo, utrum ad hoc teneatur. Tertiò, utrum proprio iudicio eam dimittere poſſit. Quarto, utrum vir, & uxor quantum ad hoc ſint æqualis conditionis. Quinto utrum poſt diuortium debeant manere innupti. Sextò, vtrum poſt diuortium poſſint reconciliari. B

DE hac materia agunt Doctores in 4. diſtinſtione. 35. & 36. & diſtin. 38. capit. penultimo, vbi agit de adulterio. & Gratianus. 32. quæſt. 6. & 7. Magiſter Sotus in eadem diſtin. 36 quæſtione unica. & in aliis locis. Couarruuias in epitome ſuper quartum Decretalium, parte. 2. capit. 7. §. 5. Nauar. in Manual. cap. 22. nu. 23.

ARTICVLVS PRIMVS. C

¶ Vtrum propter fornicationem liceat viro uxorem dimittere.

Tho. 4. diſt. 35. q. vnic. ar. 1. & ſeauent.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod propter fornicationem non liceat viro uxorem dimittere Non enim eſt malum pro malo reddendum: ſed uir D *dimittendo uxorem propter fornicationem uidetur malum pro malo reddere: ergo hoc non licet.*

¶ 2 Præterea. Maius peccatum eſt ſi uterque fornicetur, quam ſi alter tantum: ſed ſi uterque fornicetur non poterit propter hoc fieri diuortium: ergo nec ſi unus tantum fornicatus fuerit.

¶ 3 Præterea. Fornicatio ſpiritualis, & quædam alia peccata ſunt grauiora quam fornicatio carnalis: ſed propter illa non poteſt fieri ſeparatio A *à toto: ergo nec propter fornicationem carnalem.*

¶ 4 Præterea. Vitium contra naturam magis remotum eſt à bonis matrimonij quam fornicatio quæ modo naturæ fit: ergo magis debuit poni cauſa ſeparationis quam fornicatio.

SED contra eſt quod dicitur Matthæi 5.

¶ Præterea. Illi qui frangit fidẽ, non tenetur aliquis ſeruare fidem: ſed coniux fornicando fidem frangit, quam alteri coniugi debet, B *ergo alter poteſt alterum cauſa fornicationis dimittere.*

RESPONDEO dicendum, quod Dominus dimittere uxorem conceſſit propter fornicationem in pœnam illius qui fidem fregit, & in fauorem illius qui fidem ſeruauit, ut non ſit aſtrictus ad reddendum ei debitum qui non ſeruauit fidem, & propter hoc excipiuntur ſeptem caſus in quibus non licet uiro vxorem dimittere fornicatricem, in quibus uel uxor à culpa immunis eſt, C *uel utrique æqualiter culpabiles ſunt. Primus eſt ſi ipſe vir ſimiliter fornicatus fuerit. Secundus, ſi ipſe vxorem proſtituerit. Tertius ſi uxor uirũ probabiliter mortuũ credens propter lõgam eius abſentiam alteri nupſerit. Quartus eſt. ſi latenter cognita eſt ab aliquo ſub ſpecie uiri lectũ ſubintrante. Quintus, ſi fuerit ui oppreſſa. Sextus, ſi recõciliauit eam ſibi poſt adulterium perpetratum, carnaliter eam cognoſcens. Septimus, ſi matrimonio in infidelitate utrinſque contracto* D *uir dederit vxori libellum repudij, & uxor alteri nupſerit: tunc enim ſi uterque conuertatur, tenetur eam vir recipere.*

AD primum ergo dicendum, quod uir ſi dimittat uxorem fornicantem liuore uindictæ peccat: ſi autem ad infamiam propriam cauendam, ne uideatur particeps criminis, uel ad uitiũ uxoris corrigendum, uel ad uitandum prolis incertitudinem non peccat.

AD ſecundum dicendum quod diuortium ex cauſa fornicationis fit uno

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum mulier poſſit nubere alteri viro ante carnalem copulam, viro ſuo religionem ingreſſo.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd mulier non poſſit nubere alteri viro ante carnalem copulam viro ſuo religionem ingreſſo. Quia illud quod cum matrimonio ſtare poteſt, non ſoluit matrimoniale vinculum: ſed adhuc manet vinculum matrimoniale inter eos, qui pari voto religionem intrant: ergo ex hoc quod unus intrat religionem alter non abſoluitur a uinculo matrimoniali, ſed quãdiu manet vinculum matrimoniale ad unum, non poteſt nubere alteri: ergo &c.

¶ 2 Præterea. Vir poſt ingreſſum religionis poteſt ante profeſſionem redire ad ſæculum: ſi ergo mulier poſſet alteri nubere viro intrante religionem, et ipſe poſſet alteram ducere rediens ad ſæculum. Quod videtur abſurdum.

In Dec. li. 3. tit. 31. c. 16. *¶ 3 Præterea. Per Decretalem nouam, profeſſio ante annum emiſſa pro nulla reputatur: ergo ſi poſt talem profeſſionem ad vxorem redeat, tenetur eum recipere: ergo neque per introitum viri in religionem, neque per votum datur mulieri poteſtas, alteri nubendi.*

SED contra. Nullus poteſt alterum obligare ad ea, quæ ſunt perfectionis; ſed continentia eſt de his, quæ ad perfectionẽ pertinent: ergo mulier nõ arctatur ad continentiã ex hoc quod vir religionem ingreditur, & ſic poteſt nubere.

RESPONDEO dicendum, quòd ſicut mors corporalis viri hoc modo vinculum matrimoniale ſoluit, ut mulier nubat cui vult ſecundum Apoſtoli ſententiam: ita etiam poſt mortem ſpiritualem viri per religionis ingreſſum poterit cui uoluerit nubere.

A *AD primum ergo dicendum, quòd quando uterque pari uoto continẽtiam uouet, tunc neuter coniugali uinculo abrenũciat, & ideo adhuc manet: ſed quãdo unus tantum uouet, tunc quantũ eſt in ſe abrenunciat uinculo coniugali: & ideo alter abſoluitur a uinculo illo.*

AD ſecundum dicendum, ꝙ nõ intelligitur mortuus ſæculo per religionis ingreſſum quouſque profeſſionem emiſerit: & ideo uſque ad tempus illud tenetur eum uxor ſua expectare.

B *AD tertium dicendum, quod de profeſſione ſic emiſſa ante tempus determinatum a iure eſt idem iudicium quod de uoto ſimplici. Vnde ſicut poſt uotum ſimplex uiri mulier ei debitum reddere non tenetur tamen ipſa non habet poteſtatem alteri nubere: ita & hic.*

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio huius articuli eſt affirmatiua. Ratio huius eſt. Nam ſicut mors corporalis viri vinculum matrimonii ſoluit, ita etiam mors ſpiritualis per ingreſſũ religionis, ergo ſicut poſt mortem corporalem uiri mulier poteſt nubere cui uoluerit, ita etiam poſt religionis ingreſſum. C

¶ Circa iſtum articulum aduertendum, quod concluſio intelligitur poſt religionis ingreſſum perfectum, videlicet, poſt profeſſionem, ut explicat idem D. Tho. in ſolutione ad ſecundum & tertium. Omnia alia, quæ tractari poſſunt in hoc articulo explicata ſunt ſupra in duob. articulis præcedentibus, præcipue in art. 2.

D

QVAESTIO LXII.

De impedimento quod ſuperuenit matrimonio conſummato, quod eſt fornicatio.

DEinde conſiderandum eſt, de impedimẽtis quod ſuperuenit matrimonio conſũmato, ſ. de fornicatione, q̃ impedit matrimoniũ præcedens quoad actũ, remanente vinculo matrimoniali.

Et

Et circa hoc quæruntur ſex. Primò, utrum liceat uiro dimittere uxorem cauſa fornicationis. Secundo, utrum ad hoc teneatur. Tertiò, utrum proprio iudicio eam dimittere poſſit. Quarto, utrum vir, & uxor quantum ad hoc ſint æqualis conditionis. Quinto utrum poſt diuortium debeant manere innupti. Sextò, vtrum poſt diuortium poſſint reconciliari.

DE hac materia agunt Doctores in 4. diſtinſtione. 35. & 36. & diſtin. 38. capit. penultimo, vbi agit de adulterio. & Gratianus. 32. quæſt. 6. & 7. Magiſter Sotus in eadem diſtin. 36 quæſtione unica. & in aliis locis. Couarruuias in epitome ſuper quartum Decretalium, parte. 2. capit. 7. §. 5. Nauar. in Manual. cap. 22. nu. 23.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum propter fornicationem liceat viro uxorem dimittere.

Tho. 4. diſt. 35. q. vnic. ar. 1. & ſequent.

AD PRIMVM *ſic proceditur. Videtur quod propter fornicationem non liceat viro uxorem dimittere Non enim eſt malum pro malo reddendum: ſed uir dimittendo uxorem propter fornicationem uidetur malum pro malo reddere: ergo hoc non licet.*

¶ 2 *Præterea. Maius peccatum eſt ſi uterque fornicetur, quam ſi alter tantum: ſed ſi uterque fornicetur non poterit propter hoc fieri diuortium: ergo nec ſi unus tantum fornicatus fuerit.*

¶ 3 *Præterea. Fornicatio ſpiritualis, & quædam alia peccata ſunt grauiora quam fornicatio carnalis: ſed propter illa non poteſt fieri ſeparatio à toto: ergo nec propter fornicationem carnalem.*

¶ 4 *Præterea. Vitium contra naturam magis remotum eſt à bonis matrimonij quam fornicatio quæ modo naturæ fit: ergo magis debuit poni cauſa ſeparationis quam fornicatio.*

SED contra eſt quod dicitur Matthæi 5.

¶ *Præterea. Illi qui frangit fidẽ, non tenetur aliquis ſeruare fidem: ſed coniux fornicando fidem frangit, quam alteri coniugi debet, ergo alter poteſt alterum cauſa fornicationis dimittere.*

RESPONDEO dicendum, quod Dominus dimittere uxorem conceſſit propter fornicationem in pœnam illius qui fidem fregit, & in fauorem illius qui fidem ſeruauit, ut non ſit aſtrictus ad reddendum ei debitum qui non ſeruauit fidem, & propter hoc excipiuntur ſeptem caſus in quibus non licet uiro vxorem dimittere fornicatricem, in quibus uel uxor à culpa immunis eſt, uel utrique æqualiter culpabiles ſunt. Primus eſt ſi ipſe vir ſimiliter fornicatus fuerit. Secundus, ſi ipſe vxorem proſtituerit. Tertius ſi uxor uirũ probabiliter mortuũ credens propter lõgam eius abſentiam alteri nupſerit. Quartus eſt. ſi latenter cognita eſt ab aliquo ſub ſpeciei viri lectũ ſubintrante. Quintus, ſi fuerit ui oppreſſa. Sextus, ſi recõciliauit eam ſibi poſt adulterium perpetratum, carnaliter eam cognoſcens. Septimus, ſi matrimonio in infidelitate utriuſque contracto uir dederit vxori libellum repudij, & uxor alteri nupſerit: tunc enim ſi uterque conuertatur, tenetur eam vir recipere.

AD primum ergo dicendum, quod uir ſi dimittat uxorem fornicantem liuore uindictæ peccat: ſi autem ad infamiam propriam cauendam, ne uideatur particeps criminis, uel ad uitiũ uxoris corrigendum, uel ad uitandum prolis incertitudinem non peccat.

AD ſecundum dicendum quod diuortium ex cauſa fornicationis fit uno

accuſante alium, & quia nullus poteſt accuſare qui in ſimili crimine exiſtit, quando uterque fornicatur diuortium celebrari nõ poteſt, quamuis magis peccetur contra matrimonium utroq; fornicante, quam altero tantum.

AD tertium dicendum, quod fornicatio directè eſt contra bonum matrimonij, quia tollitur per eam certitudo prolis, & fides frangitur, & ſignificatio nõ ſeruatur, dum vnus coniugum plurib. carnem ſuam diuidit; & ideò alia crimina quamuis forte ſint maiora fornicatione, non tamen cauſant diuortium. Sed quia infidelitas, quæ dicitur ſpiritualis fornicatio, etiam eſt contra bonum matrimonij quod eſt proles educanda ad cultum Dei: etiam ipſa facit diuortium, ſed tamen aliter quã corporalis fornicatio, quia non propter unũ actum infidelitatis, ſed propter conſuetudinem quæ pertinaciam oſtendit, in qua infidelitas perficitur.

AD quartum dicendum, quod etiã propter vitium contra naturam poteſt procedi ad diuortium, ſed tamen non fit ita mentio de ipſo, tum quia eſt paſſio innominabilis, tum q̃a rarius accidit, tum quia non ita cauſat incertitudinem prolis.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio eſt affirmatiua. Quia non tenetur ſeruare fidem ſi ei frangitur fides.

¶ Secunda concluſio. Excipiuntur ſeptem caſus in quibus non licet uiro vxorem fornicantem dimittere, quia in his vel vxor eſt immunis à culpa, vel vterq; æqualiter culpabilis eſt. Primus caſus eſt, ſi ipſe vir ſimiliter fornicatus fuerit. Secũdus caſus, ſi ipſe vir uxorem proſtituerit. Tertius caſus, ſi vxor virum probabiliter mortuum credens, propter longam eius abſentiam alteri nupſerit. Quartus caſus, ſi latenter cognita eſt ab aliquo ſub ſpecie viri lectulũ ſubintrante. Quintus ſi fuerit vi oppreſſa. Sextus ſi vir recõcilíauit eam ſibi poſt adulterium perpetratũ carnaliter eam cognoſcens. Septimus eſt, ſi in matrimonio in infidelitate vtriuſque contracto, vir dederit vxori libellum repudii, & mulier alteri nupſerit, tunc enim ſi uterque cõuertatur, tenetur eam uir recipere.

¶ Tertia concluſio ad quartũ. Etiã propter vitium contra naturam procedi poteſt ad diuortium, ſed tamen non fit ita mẽtio de ipſo, uel quia eſt paſſio innominabilis, vel quia rarius accidit, vel quia nõ ita cauſat incertitudinem prolis.

¶ In hoc articulo ſupponendum eſt tanquam certum quod prima concluſio Diui Thomæ eſt certiſſima. Quod quidem conſtat Matthæi cap. 5. Omnis qui dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, &c. Et Doctores communiter dicũt, quod talis concluſio eſt de iure naturæ. Ita dicit Magiſter Sotus in quæſtione illa unica, articulo primo, vbi dicit, quod illa concluſio explicat ipſum ius naturale. Et hoc quidẽ conſtat. Primo, nam Chriſtus Dominus in Euangelio præter præceptũ fidei, & ſacramẽtorũ nihil innouauit ſupra ius naturale. Secundo cõſtat, nã fundatur in ipſa ratione naturali. Nã vbi duo mutua fide ſunt inter ſe obligati, tũc ratio naturalis dictat vt fides nõ ſeruetur ei qui fidẽ fregit, & hãc rationem tangit Diuus Thomas in corpore articuli, & habetur expreſsè in cap. peruenit. 2. de iureiurando, ita ius naturale permittit adulteram dimitti quo ad thorum, & cohabitationem, & domeſticam conſuetudinem.

Matt. 5.

c. peruenit. 2. de iureiurãdo.

¶ Circa ſecundam concluſionem aduertendum eſt, quòd duo ſunt capita potiſſima quæ prohibent ius dimittẽdi vxorem. Primum eſt quando vterque eſt particeps eiuſdem criminis; nam ut eſt in prouerbio Iuriſperitis: paria delicta mutua compenſatione ſoluuntur. Secũdum caput eſt, quã do formaliter nõ eſt adulterium, quamuis ſit concubitus cum alieno, quia uacat culpa, uel quando præcedens culpa condonata eſt. Ex his duobus capitibus infert Diuus Thomas illos ſeptem caſus in quibus non eſt licitum dimittere adulteram. Et circa primum caſum aduertendum, quod ſi vtriuſque adulterium ſit manifeſtum, neutri licet petere diuortium, quãuis alter aut poſterius deliquerit aut plura adulteria commiſerit. Vide alios caſus in D. Thom.

Eſt

EST primum dubium circa iſtum articulum, an adulter ſit priuatus iure petendi debitum ab altero coniuge. De quo dubio uide Caietan. opuſc. 17. reſponſionum, reſponſione 4. Circa iſtud dubium notandum primo quòd dupliciter poteſt intelligi dubium. Primo modo an adulter habeat ius ad cogendum & obligandum innocentem coniugem ad reddendum debitum, & hoc poſſumus vocare cum Caieta. ius exigendi. Secundo modo an habeat ius ſimpliciter petendi debitum ita quòd non peccet petendo, licet alter non teneatur ei reddere debitum. Secundo notãdum, quòd innocens dupliciter ſe poteſt habere, uno modo taliter, quòd ſciat adulterium alterius cõiugis, alio modo taliter, quòd illud ignoret.

¶Quibus ſuppoſitis ſit prima concluſio. Siue alter innocens ſciat ſiue ignoret adulterium, certum eſt: quòd adulter priuatur iure petendi per modũ exactionis, ita ꝙ non habet ius ad obligandum alterũ innocentem ad reddendum debitum per ſe loquendo. Hęc concluſio probatnr. Nam per ſe loquendo ille adulter poteſt ſtando in iure naturali & diuino euangelico repudiari vel dimitti ab altero innocente vt Diuus Thomas docet in prima concluſione. Ita quod non tenetur alrer cum eo cohabitare aut habere commnnem thorum, ergo priuatur adulter iure petendi debitum per modum exactionis. Dixi per ſe loquendo, nam per accidens ſi ille qui eſt innocens ignoret adulterium alterius ex conſcientia erronea tenebitur ad reddendum alteri debitum, ſed nõ ex vero iure quo adulter poſſit eum obligare.

¶Secunda concluſio. Talis adulter non priuatur ſimpliciter iure petendi ſiue innocens ſciat eius adulterium ſiue non ſciat, & ita non peccat petẽdo debitum. Et quidem ſi innocens ſciat, videtur clarum quòd adulter non peccet petendo; quia innocens reddendo iam uidetur credere iuri ſuo, ſi aũt nolit reddere verum eſt quòd uon faciet iniuriam petenti, & ſimiliter qui ſic ſimpliciter petit, nulla vidẽtnr afficere iniuria alterum innocentem. Quod autem quando innocens adulterium ignorat, alter nõ peccet petendo, eſt ſententia non ſolum Caietani vbi ſupra, ſed eſt communis ſententia, & probatur tali ratione. Ille non tenetur

A ſeipſum prodere & priuare ſeipſum iure ſuo ſicut filius qui cõmiſit aliquod crimen contra parentes, occulte tamen propter quod poterat priuari hæreditate, ſi illam hæreditatem petat, non peccat. Huius rei eſt optima ratio. Nam priuatio iuris petendi debitum, eſt pœna adulterii, pœnam autem nemo tenetur ſibi inferre donec condemnetur.

¶Circa eandem ſecũdam concluſionem notandum primo, ꝙ circa omnes illos caſus Sylneſter aſſignat textum verbo diuortium, quæſtione 9. Et aduertendum, quòd B exceptiones quæ habentur in iſtis caſibus. ſunt non tantum de iure eccleſiaſtico ſed etiam ſunt de iure naturali, ſpecialiter autem circa primum caſum quando ipſe maritus etiam fuerit adulteratus habetur 32. quæſtione 6. per totam & in titulo de diuortijs. capit. ſignificaſti, & capit. intelleximus de adulterijs, ubi ad hoc probandum ponuntur illa verba, paria delicta mutua compenſatione tolluntur, & in hoc caſu eſt communis conſenſus Doctorum. Secũdo notandum, quod intelligitur ille caſus non tantum in iure eccleſiaſtico & foro ex C teriori, quando probari poteſt, ſed etiam in foro conſcientiæ quando eſt occultum crimen ſicut quando vir commiſit adulterium ſciente vxore, ſed ita quòd non poſſet p^obari, & ſimiliter uxor, ſtante ex utraque parte adulterio neuter illorum poteſt ſeparari, etiam quoad thorum ab altero etiam ſtando in foro conſcientiæ. Et ad veritatem huius primi caſns parum refert à quo illorum prius inceperit adulterium, & hoc etiam intelligo uerum in foro conſcientiæ, quando uir v. g. eſt adulter ſciente uxore, ſed uxor eſt adnltera ignoD rante viro. Tunc enim in conſcientia nen poteſt uxor negare debitum marito petenti.

32. q. 6. per totã c. ſignificaſti de diuortii & c. intelleximus de adulterijs.

CIrca eundem primnm caſum eſt ſecundum dubium, quando ambo coniuges erant adulteri, ſed vnus cognitus vt talis ab altero, alter tamen in occulto & ingnoratus ab altero; ſi ille qui erat occultus agat pęnitentiam ſui peccati coram Deo, alter autem qui eſt cognitus adulter perſeueret in ſuo peccato, dubium eſt an ille qui egit pœnitentiam poſsit negare debitum alteri & facere dinortium.

¶Prima concluſio. Certum eſt quòd ſi

vterque

vterque ſciuit crimen alterius,& ſemel reconciliati ſunt per copulam carnalem,ſi poſtea qui erat innocens,incidat in adulteriū, alius perinde ac ſi nō peccaſſet , poſſet illū accuſare & facere diuortium . Sed dubium procedit,quando in caſu poſito delictum vnius erat occultum,& non ſunt illi nec ante nec poſt reconciliati per pœnitentiam, an poſſit qui egit pęnitentiam, negare debitum alteri. In hac difficultate Syluester verbo,matrimonium 9. quæſtione 6.uidetur dicere,quò ille coniux in tali caſu egit pœnitentiam , ſi eius delictum fuit occultum, & alter monitus nō uelit agere pœnitentiam poſſit denegare debitum alteri, & accuſare illum .

¶In cuius explicationem ſit ſecunda concluſio. Probabilior uidetur oppoſita ſententia,uidelicet , quòd in foro conſcientiæ non poteſt denegare debitum , & ꝙ in foro exteriori ſolum poteſt: quia deeſt probatio,& tunc ſentētia diuortij fundatur in falſa præſumptione: Ratio eſt: quia ille cōiux qui egit pœnitentiā, reuera cōmiſit adulterium, & nō eſt reconciliatus alteri coniugi,ergo ſicut ante pœnitentiam non poterat in cōſcientia denegare debitum,nec accuſare alterum coniugem,ſic nec facta pœnitentia. Quia quāuis ſit recōciliatus Deo per ueram pœnitentiā,non tamen per hoc eſt reconciliatus alteri coniugi; alias ſequeretur,quod aliquis vir innocens poſtquam ſciret adulterium uxoris, non poſſet eā accuſare, ſuppoſito ꝙ coram Deo iam egiſſet pœnitentiam , quòd tamen eſt falſum.

EST tertium dubium ſuppoſito quòd vxorem adulteram non poſſit maritus qui etiam fuit adulter, accuſare in foro exteriori eccleſiæ, petendo diuortium à iudice eccleſiaſtico: an ſaltem poſſit talis maritus nō obſtante fornitatione propria, accuſare vxorem adulteram criminaliter corā iudice ſæculari ? Itaq; quærimus,an iu hac parte ſit idem iudicium quoad forum externum eccleſiæ,& quoad forum ciuile. Ratio dubitandi a parte negatiua eſt. Nam vt ſupra dictum eſt,ex capit. intelleximus, paria delicta mutua compenſatione tolluntur , ergo uidetur quòd ſicut in foro ciuili vxor nō poteſt virum adulterum accuſare, ſic nec maritus vxorē ob paritatem criminis. Confirmatur. Quia ſi in tribunali eccleſiaſtico non poteſt eam accuſare quoad di-

A uortium faciendum,quod eſt minoris pœnæ,videtur a fortiori quod nec poſſit eam accuſare in tribunali ciuili ubi agiť de grauiori pœna,ſcilicet,de pœna capitis.

¶Nihilominus tamen ſit concluſio. Mihi videtur,quòd in caſu poſito licitè poſſit maritus in cōſcientia accuſare vxorē adulteram in iudicio ſæculari,petendo pœnam criminalem taxatam à lege , infligi.

¶Hæc concluſio eſt aliquorum virorum doctiſſimorum.Et probatur primo . Cum uir accuſat uxorem coram iudice ſæculari, non interrogatur, an ipſe ſit adulter , ergo
B quamuis reuera ſit adulter poterit illam accuſare.Secundo. Lex ciuilis præbet hanc facultatem accuſandi viro & non uxori,ergo licitū eſt in noſtro caſu illam accuſare.Tertio . Ex adulterio uxoris tantum ſequitur magnum malum matrimonii,nō autem ex adulterio viri,ergo.Antecedens conſtat ex D.Tho.in art.4.vbi dicit,quòd adulterium uxoris plus eſt contra bonum prolis,quàm adulterium viri.Quod ſic declarari poteſt. Quia ex adulterio uxoris ſequiť incertitudo ꝓlis, & quòd filius alienus ſit hæres.Et inde probatur minor. Ex adulterio uiri tā-
C tum ſequitnr malū contra fidem matrimonii,ſed non contra bonū prolis,ergo.Quarto.Ex adulterio uxoris ſequitur magnum dedecus ipſi viro & inexpiabile : vxori autem non prouenit tale dedecus ex adulterio mariti vt conſtat , ergo . Quinto.Quia licet conſtet in iudicio plubico , quòd uir commiſit adulterium & vxor alleget adulterium uiri,nō audietur nec excuſabitur,ergo lex ciuilis commiſit poteſtatem uiro, vt non obſtante, quòd ille cōmiſerit adulterium poſſit accuſare uxorem : lex autem illa ciuilis non eſt tantum permiſſiua,
D ſed conceſſiua, ergo dicēdum eſt quòd maritus poteſt ſine peccato vxorem accuſare criminaliter in iudicio ſæculari.

¶Ad rationem dubitandi negatur conſequentia.Et dicendum eſt primo , quod ius eccleſiaſticum poſſet ſtatuere, quòd uxor adultera puniretur grauiori pœna quā vir. Secundo dicendum eſt,eſſe diſcrimē in hac parte inter ius canonicum & ciuile . Ius.n. ciuile cum ſit punitiuum etiam pęna criminali , iuſtè potuit conſiderare tantum malum quantum eſt in adulterio uxoris,& ſic illud acrius punire : eccleſia uero quia pia mater eſt, nihil uoluit in hac parte determinare

minare niſi quod natura determinauit, videlicet, ꝙ frangenti fidẽ, fides frangatur ei dem, iuxta id quod diffinierat ipſum Euangelium. Et ex dictis reſpondetur ad confirmationem.

¶ Eſt quartum dubium, an ſint aliquæ aliæ cauſæ propter quas fieri poſſit diuortium inter coniuges; ideſt, ſeparatio vel quoad thorum tantum, vel etiam quod communem cohabitationem. De quo vide Couaruuiã ſuper quartum Decretal. parte 2. ca. 7. §. 6. de cuius mente ſit concluſio. Plures aliæ cauſæ ſunt propter quas licitum ſit diuortium inter cõiuges, etiam prę B ter fornicationem. Explicatur concluſio: nam vna cauſa eſt fornicatio vxoris, de qua in dubiis præcedentibus. Secunda cauſa eſt peccatum contra naturam, ideſt, peccatum Sodomiæ, quam ponit D. Thom. hic ad quartum, & Magiſter Sotus in ſuo artĩ. 1. & pro ea citat D. Thom. & Palu. & Syluestrum, & Abbat. Et adducit rationem: quia nomine fornicationis intelligitur omnis coitus illicitus, ſeminatio autem extra vas dicit Magiſter Sotus quod non ſufficit ad petendum vel faciendum diuortium, quicquid in contrarium videatur inſinuare C Palud. & pro eadem cauſa refert Couarruuias nume. 5. plures Doctores. Tertia cauſa eſt ſæuitia mariti propter quam poteſt vxor petere ſeparationem à marito quoad cohabitationem ſi maritus non reddit ſuffi cientem cautionem de non offendenda vxore. Pro hac cauſa eſt textus in capit. literas, de reſtitutione ſpoliatorum. his verbis, in fine. Si vero tanta ſit viri ſæuitia &c. Quarta, erit ſi alter coniugum tentauerit veneno alterum occidere. Ita Couar. nu. 2. Quinta eſt habitare cum coniuge furioſo quando furor eſſet ita excedens & vehe- D mens, vt eſſet periculum cum illo cohabitare. Sexta eſt fornicatio ſpiritualis, ſcilicet, quãdo alter coniugum incidit in hæreſim. Hec cauſa habetur in ca. fina. de conuerſione coniugatorum. & non bene probatur à Couar. ex capitu. 1. de diuortiis.

c. literas de reſtit. ſpol.

ca. final. de conuerſione cõiugatorũ.

A

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere.

AD SECVNDVM *ſic proceditur. Videtur quod vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere, vir enim cũ ſit caput vxoris, tenetur vxorem corrigere: ſed ſeparatio à thoro eſt inducta ad correctionem vxoris fornicantis, ergo tenetur eam a ſe ſeparare.*

¶ 2 *Præterea. Qui conſentit peccanti mortaliter, ipſe etiam mortaliter peccat; ſed vir retinens vxorem fornicantem, conſentire ei videtur, vt in litera dicitur, ergo peccat niſi eam a ſe eijciat.*

¶ 3 *Præterea. 3. Corinth. 2. dicitur, qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur: ſed non poteſt aliquis ſimul eſſe membrum meretricis & Chriſti, vt ibidem dicitur, ergo vir vxori fornicãti adhærens, membrum Chriſti eſſe deſinit, mortaliter peccans.*

¶ 4 *Præterea. Sicut cognatio tollit vinculum matrimonij, ita fornicatio ſeparat a thoro: ſed poſtquã uir nouerit conſanguinitatem ſui ad vxorẽ, mortaliter peccat eam cognoſcens carnaliter, ergo & ſi cognoſcit uxorem poſtquam ſcit ipſam eſſe fornicatam, mortaliter peccat.*

SED *contra eſt quod dicit Gloſſ. 1. Corin. 7. Quod Dominus permiſit cauſa fornicationis uxorem dimittere, ergo non ex præcepto.*

Interline. ſuper illud uir uxorem non dimittat.

¶ *Præterea. Quilibet poteſt dimittere alteri quod in ſe peccauit: ſed uxor fornicando peccauit in uirum, ergo vir poteſt ei parcere, ut non dimittat eam.*

RESPONDEO *dicendum, ꝙ dimiſſio vxoris fornicantis introductæ eſt*

eſt ad corrigendũ vxoris crimẽ per talẽ pœnã, pœna aũt corrigens non requiritur vbi emendatio iam præceſſit: & ideo ſi mulier de peccato pœniteat, vir non tenetur eam dimittere: ſi aũt non pœniteat tenetur, ne peccato conſentire videatur, dum correptionem debitam non apponit.

A

AD primum ergo dicendum, quod peccatum fornicationis in vxore poteſt corrigi non tantum tali pœna, ſed etiã verbis & uerbere: & iō ſi aliàs ad correctionem ſit parata, non tenetur uir prædictam pœnam ad eius correctionẽ adhibere.

B

AD ſecundum dicendum, quod tunc vir vxori conſentire videtur quãdo eam tenet non ceſſantem a peccato præterito: ſi autem emendata fuerit, non ei conſentit.

AD tertium dicendum, qđ ex quo de peccato fornicationis pœnituit meretrix dici non poteſt: & ideo vir ei ſe coniungendo membrum meretricis nõ ſit. Vel dicendum, quod non coniũgitur ei quaſi meretrici, ſed quaſi vxori.

C

AD quartum dicendum, quod non eſt ſimile quia conſanguinitas facit vt non ſit inter eos vinculum matrimoniale, & ideo carnalis copula ſit illicita: ſed fornicatio nõ tollit vinculum prædictum: & ideo actus remanet quantum eſt de ſe licitus, niſi per accidens illicitus fiat, inquantum vir conſentire turpitudini vxoris videtur.

AD quintum dicendum, quod permiſſio illa eſt intelligenda per prohibitionis priuationem, & ſic contra præceptum non diuiditur, quia etiam quod cadit ſub præcepto non eſt prohibitum.

D

AD ſextum dicendum, quod vxor non tantum peccat in uirum, ſed etiam in ſeipſum, & in Deum: & ideo uir non totaliter poteſt pœnam dimittere niſi emendatio ſequatur.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Si mulier de peccato pœniteat, vir nõ tenetur eam dimittere, nam dimiſſio vxoris introducta eſt ad corrigendum crimen uxoris per talem pœnam, ergo ſi mulier iam pœnituit, non tenetur uir eam dimittere.

¶ Secunda concluſio. Si autem non pęniteat, tenetur, ne peccato cõſentire videaẽ, dum correctionem debitam non apponit.

CIrca iſtum articulum eſt vnicum dubium, an ſit mortale peccatum, aliquando non dimittere adulteram vxorem. Ratio dubitandi ex altera parte eſt, quod D.Thom. aſſerit aliquãdo ad id teneri, ſed hæc res eſt grauiſſima, ergo eſt peccatum mortale. Ex altera parte eſt ratio; nam hoc priuilegium conceditur in fauorem innocentis, ſed vnuſquiſque poteſt proprio priuilegio renunciare, ſicut poteſt cedere iuri ſuo, ergo nõn eſt peccato mortale.

¶ In huius rei explicationem primo notandum, quod in cauſa diuortii, humanę leges ius non tribuunt, ſed exequuntur id quod eſt a natura conceſſum, ſed ratione naturali inueſtigare oportet, an lex naturæ taliter conceſſerit priuilegium hoc quod etiam præceptum impoſuerit. Secundo notandum, quod inter pœnam diuortii & alias quæ per leges inferuntur, eſt diſcrimen: nam aliæ pœnæ ſic reis applicantur quod non comprehendunt autorem aut innocentem: pœna autem diuortii innocenti & reo quodammodo eſt communis, propter matrimonii fœdera vtrique communia. Vnde innocens qui diuortium petit & priuatur licita voluptate, domeſticis obſequiis, & remedio contra concupiſcentiam ſibi conceſſo: & ideo ad inducendum obligationem culpæ maritalis hæc omnia ſunt conſideranda, ne faciliores ſimus quam oportet in proferenda ſententia. Tertio notandum, quod præceptum iſtud de non retinenda adultera, quamuis negatiuum ſecũdum formam videatur, eſt tamen ſimpliciter affirmatiuũ, quo præcipitur actus expellendi, nam huiuſmodi præcepta de neceſſariis actibus feruntur. Ideo attendendum eſt ad quid ſit neceſſarium expellere vxorem adulteram, poteſt enim neceſſariũ eſſe vel ad cauendam prolis incertitudinem,

nem vel ad correctionem peccatoris, vel ad cauendum aliorum ſcãdalum, vel ad repellendum infamiam & dedecus. Et qm̃ uir caput eſt vxoris, ſeorſum de vtroque dicendum eſt.

¶Sit ergo prima concluſio. Vxor regulariter non tenetur ſub reatu mortali dimittere virum adulterũ in crimine permanentem. Probatur. Quia id non eſt neceſſariũ ad vitandam prolis certitudinem, caſta.n. vxor certiſſime ſcit ſuſceptam prolem eſſe à uiro, quamuis ille ſit adulter, infamia fere nulla eſt uxori ſi hanc iniuriam a viro patiatur, ſexus enim infirmitas excuſat, itẽ ſcandalum nullum oritur ex hoc quod permaneat cum adultero, cum aliàs conſtare poſſit quòd inuita & dolens crimen uiri patiatur. Sola una ratio ſupereſt, ſcilicet, propter viri correctionem, & ſi ſpes certa eſſet quod negaret debitum adultero aut denunciaret crimen eccleſiæ, eſſet efficax remedium ad correctionem illius: præceptò charitatis teneretur tanto arctius quãto magis tenetur uirum diligere quam extraneum. Cæterum regulariter procacibus uiris ea medicina non eſt idonea, imo potius ad deteriora labuntur ab uxoribus dimiſſi, & ita regulariter fœminæ a crimine mortali excuſantur, & huic ueritati atteſtatur prudens confeſſorum conſuetudo. qui conſulunt fœminis talem iniuriam paſſis, ut uiros non deſerant, & ita tenet Magiſter Sotus articulo 2. Caiet. quodlibet. 2. quæſt. 20.

¶Secunda concluſio. Vir tenetur ſub reatu mortali uxorem in adulterio perſeuerãtem dimittere. Hæc propoſitio ſicut præcedens regulariter eſt intelligenda In qua quidem re indulgentior apparet Magiſter Sotus quam opus ſit. Probatur concluſio. Nam repugnat ſtatim rationi naturali ꝙ vir qui eſt caput uxoris, tantum nefas permittat, unde ſtultitiæ & dementiæ reputatur. Prouerb. 18. qui tenet adulteram ſtultus eſt & inſipiens. Neque leue ducitur argumentum ex eo quòd habetur Matth. c. 1. nã Ioſeph iuſtus ex eo, quòd iuſtus erat, nolebat tenere prægnantem, ex eo autem quod multum deferebat ſanctitati ſponſæ nolebat eam traducere, ergo non erat uiri iuſti retinere vxorem quã exſtimabat adulteram. Erit autem peccatum mortale, primo quando eſſet tale commercium uiri &

Prouer. 18.

Matth. c. 1.

A adulteri cum fœmina ut incerta ſit proles hoc enim eſt directè contra bonum matrimonii, nec talem iniuriam uir poterit condonare. Secundo, quando ſequitur ſcandalum: ſequitur autem regulariter. Nam cũ vir poſſit etiam facto corripere mulierem illi crimen adulterii imputabitur. Tertio quando illud medium eſſet neceſſarium ad corrigendam uxorem. Vir enim ſpeciali iure ad hoc tenetur, eo quòd eſt caput mulieris. Et in his duobus cabus locum habet illud Chryſoſtomi, quod refertur ca. ſicut, 32. quæſt. 1. Patronus cenſetur turpitudi-

B nis qui crimen celat uxoris. Vnde & uiris adeo negligentibus canonica pœna indicitur, ut patet in cap. ſi quis, primo & ſecundo. eodem loco. Quartò, quando ſequitur infamia quæ uiris ingenuis maxima eſt, atque adeo propter domeſtica diſſidia, nuſquam enim poterit eſſe integra familiæ gubernatio, cum adulterii crimen omnibus fuerit manifeſtum, atq; adeo à rectore per miſſum. Cæterum quando propter nocumentum honoris & infamiæ vel famæ culpam arguimus, attendere oportet an ex alia etiam parte ſint etiam nocumenti iſtis

C comparanda: puta depulſa uxore ſubtrahitur uiro pauperi infirmo ſubſidia neceſſaria, ſi forte dimiſſa uxore ſubeat periculum incontinentiæ.

ca. ſicut 32. q. 1.

c. ſi quis ſup.

¶Tertia concluſio. Quando uxor fuerit correcta, licet uir poſſit eam dimittere, tamen ſub reatu mortali ad id non tenetur. Prima pars eſt nota, nam propter crimen adulterii non ſolum erat obnoxia Deo uerum etiam uiro, ergo quamuis per pœnitentiam Deo ſatisfecerit adhuc poterit vir iuſtam pœnam exigere: quemadmodum quamuis peccatum furti fuerit per pœnitentiam dimiſſum iudex poterit ſuppliciũ

D ſumere. Secunda pars probatur. Quando mulier eſt correcta, deficiunt omnes rationes quibus ad mortalem culpam obligabatur vir dimittere vxorem, ergo ad id non tenetur ſub mortali: quin potius prudenter admonet Magiſter Sotus in eo caſu ſæpe erit conſilium, non dimittere ne fortè deſtituta uiri præſidio, labatur in deterius, ſicut & Apoſtolus propter hunc finem conſulit fideli ne mulierem infidelem dimittat.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrũ vir proprio iudicio poſſit vxorem fornicantem dimittere.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod proprio iudicio vir vxorem fornicantem poſſit dimittere. Sententiam enim a iudice latam abſque alio iudicio exequi licet: ſed Deus iudex iuſtus dedit hanc ſententiam, ut propter fornicationẽ vir uxorẽ dimittere poſſit, nõ ergo requiritur ad hoc aliud iudiciũ.

¶ 2 Præterea. Matth. 1. dicitur, ꝙ Ioſeph. cum eſſet iuſtus cogitauit occulte dimittere Mariam, ergo videtur ꝙ occulte vir poſſit diuortium celebrare abſque iudicio eccclefiæ.

¶ 3 Præterea. Si uir poſt fornicationem uxoris cognitam, debitum ei reddit, amittit actionem quam contra fornicariam habebat, ergo denegatio debiti, quæ ad diuortium pertinet, debet eccleſiæ iudicium præcedere.

¶ 4 Præterea. Illud quod non poteſt probari, non debet ad eccleſiæ iudicium adduci: ſed fornicationis crimen non poteſt probari, quia oculus adulteri obſeruat caliginẽ: ut dicitur Iob. 25. ergo non debet iudicio eccleſiæ prædictum diuortium fieri

¶ 5 Præterea. Accuſationem debet inſcriptio præcedere, qua aliquis ſe ad talionem obliget ſi in probatione deficiat: ſed hoc non poteſt eſſe in iſta materia, quia qualitercunque res iret, vir conſequeretur intentum ſuum. ſiue ipſe vxorem dimitterret. ſiue uxor eum, ergo non debet ad iudicium eccleſiæ per accuſationem adduci.

¶ 7 Præterea. Plus tenetur homo vxori quam extraneo; ſed homo crimen alicrius etiam extranei non debet eccleſiæ deferre, niſi monitione præmiſſa in ſecreto, ut patet Matth. 19. ergo multo minus poteſt crimen vxoris A *ad eccleſiam deferre, ſi eam prius occulte non corripuerit.*

SED contra Nullus debet ſeipſum vindicare: ſed ſi uir vxorem fornicantem proprio arbitrio dimitteret, ipſe ſe vindicaret: ergo hoc non debet fieri.

¶ Præterea. Nullus in eadem cauſa eſt actor & iudex: ſed uir eſt actor impetens uxorem de offenſa in ſe commiſſa: ergo ipſe non poteſt eſſe iudex, & ſic non debet proprio arbitrio dimittere.

RESPONDEO dicendum, quod B *uir poteſt vxorem dimittere dupliciter. Vno modo quãtum ad thorum tantum, & ſic poteſt eam dimittere quam citò ſibi conſtat de fornicatione uxoris, ꝓprio arbitrio, nec tenetur reddere debitum exigenti niſi per eccleſiam compellatur, & taliter reddẽs, nullum præiudicium ſibi facit. Alio modo quãtũ ad thorũ & cohabitationẽ, et hoc modo non poteſt dimitti niſi iudicio eccleſiæ, & ſi aliàs dimiſſa fuerit, debet cogi ad cohabitandum, niſi poſſet ei uir inconti*C *nenti fornicationem probare: hæc aũt. dimiſſio diuortium dicitur: & ideo concedendum eſt quod diuortium non poteſt celebrari niſi iudicio eccleſiæ.*

AD primum ergo dicendum, quod ſententia eſt applicatio iuris communis ad particulare factum: vnde Deus ius promulgauit ſecundum quod ſententia in iudicio formari debet.

*AD ſecundum dicendum, quod Ioſeph. uoluit Virginẽ dimittere nõ quaſi ſuſpectam de fornicatione, ſed ob reue*D *rentiam ſanctitatis eius, timens cohabitare ei. nec tamẽ eſt ſimile, quia tunc ex adulterio non ſolum procedebatur ad diuortium, ſed vlterius ad lapidationem, non autem nunc quando agitur in iuditio eccleſiæ.*

AD tertium patet ſolutio ex dictis. In corp.

AD quartum dicendum, quod quandoque vir uxorem ſuſpectam habens ei inſidiatur, vt deprehendere poſſit eam cum teſtibus in crimine fornicationis, & ſic poteſt ad accuſationem procedere.

E

Et præterea, ſi de facto ipſo non conſtat, poſſunt eſſe violentæ ſuſpicationes fornicationis, quibus probatis videtur fornicatio probata eſſe, vt ſi inueniatur ſolus cum ſola, horis & locis ſuſpectis, & nudus cum nuda.

AD quintum dicendum, quod maritus pōt accuſare vxorem de adulterio dupliciter. Vno modo ad thori ſeparationem coram iudice ſpirituali, & tunc inſcriptio non debet fieri cum oblatione ad legem talionis: quia ſic vir conſequeretur intentum ſuum, ut probat obiectio. Alio modo ad punitionem criminis in iudicio ſæculari, & ſic oportet quod præcedat inſcriptio per quam ad pœnam talionis ſe obliget, ſi in probatione deficiat.

AD ſextum dicendum, quod ſicut Decret. dicit: tribus modis in criminibus procedi poteſt. Primo, per inquiſitionem, quam debet præcedere clamoſa inſinuatio, quę locum accuſationis tenet. Secundo, per accuſationem, quam debet præcedere legitima inſcriptio. Tertio, per denunciationem, quā debet præcedere trina correctio. Verbum ergo Domini intelligitur quando agitur per uiam denunciationis, non quando agitur per uiam accuſationis: quia tunc non agitur ſolum ad correctionem delinquentis, ſed ad punitionem propter bonum commune conſeruandum, quod iuſtitia deficiente periret.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Vir conſcius de vxoris adulterio, proprio iudicio poteſt ei thorum denegare.

¶ Secunda concluſio. Sine iudicio eccleſiæ non debet ſeparari adultera quo ad cohabitationem.

¶ Circa hanc concluſio notandum. Primo, quod adulterii crimen ob eius turpitudinem regulariter non poteſt ita manifeſtè cōuinci, ſicut & alia. Oculus enim adulteri obſeruat caliginem, ideo ut proprio

A iudicio poſſit vir negare debitum vxori, ſatis eſt, vel quod ipſe ſolus certo ſciat, aut quod tam efficacia habeat indicia quod ſi probarentur in exteriori foro, iudicaretur conuictā de crimine, Quo caſu locum habet ſententia Hyeronimi. 32. quæſt. 1. cap. dixit dominus. vbicunque, inquit, fuerit fornicatio, aut fornicationis ſuſpicio, libere poteſt vir vxorē dimittere, loquitur enim de ſuſpicione, quam manifeſta indicia confirmant: ſi autem fuerit leuior, non poteſt debitum ſubtrahi, licebit tamen viro obſeruare vxorem cum teſtibus idoneis, vt eam B de crimine poſſit conuincere, ſicut D. Th. ait ad quartum argumentum. Neque hoc eſt cōſentire in eius peccatum, ſed vti aliena malitia ad proprium commodum, quod aliàs ſæpe licet. *ca. dixit Dominus. 32. q. 1.*

¶ Secundo notandum, quod quando uir conſcius de crimine illud apud iudicē probare non poterit, ſi ad petitionem mulieris per cenſuras compellatur ei debitum reddere uti tunc poterit duplici remedio. Primo, poterit ſtāte ſententia debitum negare, & in publico a ſacris abſtinere, vt paſtoris ſenteriæ honor deferatur, quo ad C Deum tamen non eſt excommunicatus cum nulla ſubſit cauſa. Secundo poteſt vti dicit Diuus Thomas debitum reddere ſine præiudicio: ſi tamen poſtea ſuppetat probatio, poterit diuortium petere. Verum ſi ſua ſponte debitum petierit ab adultera, non habet vltra ius petendi ſeparationem, quia crimen præcedens condonaſſe iudicatur.

¶ Secunda concluſio. Sine iudicio Eccleſiæ non debet ſeparari adultera quoad cohabitationem. Hæc concluſio habetur cap. porro. de diuortiis. Circa hanc concluſio- *c. porro, de diuort.* D nem notandum ſecundo, quod licet regulariter ſententia Eccleſiæ ſit expectanda, vt penitus abiiciatur adultera: duo tamen caſus excipiuntur. Primus quando eius adulteria adeo fuerint manifeſta: vt nullo modo celari poſſint: puta ſi rediens uir inueniat vxorem proſtitutam. Secundus caſus, quando matrimonium non erat in facie Eccleſiæ celebratum, ſed adhuc erat occultum, tunc licebit uiro ab vxore diſcedere, & ſi crimen fuerit occultum, in neutro enim caſu, fit iniuria Eccleſiæ. Hæc eſt ſententia Magiſt. Sot. art. 3.

AR-

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum vir & vxor in cauſa diuortii poſſint ad paria iudicari.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quod vir & vxor non debeant in cauſa diuortij ad paria iudicari. Diuortium enim tenetur in lege noua loco repudij, quod erat in lege veteri, vt patet Matth. 5. ſed in repudio uir et vxor non iudicabantur ad paria, qa vir poterat repudiare vxorem, & non econuerſo, ergo non debent ad paria iudicari in diuortio.

¶ 2 *Praeterea. Plus eſt contra legem naturæ quod uxor plures uiros habeat, quam quod vir plures mulieres: vnde hoc quandoque licuit: illud vero nunquam, ergo plus peccat mulier in adulterio quam vir, & ita non debent ad paria iudicari.*

¶ 3 *Praeterea. Vbi eſt maius nocumentum proximi, ibi eſt maius peccatum: ſed plus nocet vxor adultera uiro quam uir adulter vxori, quia adulterium uxoris facit incertitudinem prolis: non autem adulterium viri: ergo maius eſt peccatum vxoris, & ſic non debuit ad paria iudicari.*

¶ 4 *Praeterea. Diuortium inducitur ad crimen adulterij corrigendum, ſed magis pertinet ad uirum qui eſt caput mulieris: vt dicitur 1. Corin. 11. Corrigere vxorem, quam econuerſo, ergo non debent in repudio ad paria iudicari ſed vir debet eſſe melioris conditionis.*

SED contra, uidetur quod in hoc uxor debeat eſſe melioris conditionis. Quia quanto eſt maior fragilitas in peccante, tanto magis eſt peccatum venia dignum: ſed in mulieribus eſt maior fragilitas quam in viris, ratione cuius dicit Chryſo. Quod propria paſſio mulierum eſt luxuria: & Philoſophus

Chryſ. homil. 86.in Io

A *dicit in.7. Ethico. Quod mulieres nõ dicuntur continentes proprie loquendo ꝓpter facilem inclinationem ad concupiſcentias: quia nec bruta animalia poſſunt continere propter hoc quod non habent aliquid quod concupiſcentijs obuiare poſſit, ergo mulieribus in pęna diuortij deberet magis parci.*

an.& homil.40.i Matth.i imperfe 7.Ethic. cap.5.

¶ *Praeterea. Ponitur uir caput mulieris ut ipſam corrigat, ergo magis peccat quam mulier, & ſic debet magis puniri.*

RESPONDEO dicendum, quod B *in cauſa diuortij uir & uxor ad paria iudicantur, ut idem ſit licitum & illicitum uni quod alteri, non tamen pariter iudicantur ad illa, quia cauſa diuortij eſt maior in uno quam in alio, cum tamen in utroq; ſit ſufficiens cauſa ad diuortium. Diuortium enim pœna eſt adulterij, inquantum eſt cõtra matrimonij bona quantum ad bonum fidei, ad quã coniuges æqualiter ſibi inuicẽ tenẽtur. Tantũ enim peccat contra matrimonium adulteriũ unius, ſicut adulte-* C *riũ alterius, & hæc cauſa in vtroq; ſufficit ad diuortiũ. Sed quantũ ad bonũ prolis plus peccat adulterium vxoris quam viri: & ideo maior eſt cauſa diuortij in vxore quã in uiro, & ſic ob æqualẽ cauſã obligantur, nec iniuſte: quia in utroque eſt cauſa ſufficiens ad hãc pœnam ſicut eſt etiam de duobus, qui damnantur ad eiuſdem mortis pœnam, quamuis alius altero grauius peccauerit.*

D *AD primum ergo dicendum, quod repudium non permittebatur niſi ad euitandum homicidium: & quia in viris magis erat de hoc periculum quam in mulieribus, ideo uiro per libellum repudij permittebatur dimittere vxorẽ, non autem econuerſo.*

¶ *Ad ſecundum & tertium dicendum, quod rationes illæ procedũt ſecũdũ ꝙ in cõparatione ad bonũ prolis maior ſit cã diuortij in vxore adultera q̃ in uiro, nõ tamẽ ſequitur quod non indicentur ad paria, ut ex dictis patet.*

AD

In corp. artic.

A D quartum dicendum, quod quã uis vir ſit caput mulieris quaſi gubernator, non tamen quaſi iudex ipſius ſicut nec econuerſo: & ideo in eis quæ per iudicium facienda ſunt non plus poteſt uir in uxorem quam econuerſo.

A D quintum dicendum, quod in adulterio inuenitur de ratione peccati idem quod eſt in fornicatione ſimplici, & adhuc plus quod magis grauat ſcilicet, matrimonii læſio. Si aũt conſideretur id quod eſt cõmune adulterio, & fornicationi, peccatũ uiri & mulieris ſe habent ut excedẽtia & exceſſu, quia in muliere eſt plus de humore: & ideo ſunt magis ducibiles a cõcupiſcẽtijs, ſed in uiro eſt plus de calore qui concupiſcẽtiam excitat: ſed tamen ſimpliciter loquendo cæteris paribus uir ſimplici fornicatione plus peccat quam mulier, qñ plus habet de rationis bono, quod præualet quibuſlibet motibus corporalium paſſionũ. Sed quantum ad læſionem matrimonij quã adulterium fornicationi addit, ex qua diuortium cauſat, plus peccat mulier quam vir, ut ex dictis patet & quia hoc eſt grauius quam ſimplex fornicatio: ideo ſimpliciter loquendo plus peccat mulier adultera quam uir adulter cæteris paribus

In corp. artic.

AD ſextum dicẽdum, quod quamuis regimen quod datur uiro in mulierem ſit quædam circũſtantia aggrauãs tamen ex illa circumſtantia quæ in aliam ſpeciem trahit magis aggrauatur peccatum ſcilicet, ex læſione matrimonij quæ trahit ad ſpeciem iniuſtitiæ in hoc quod furtiue aliena proles ſubmittitur.

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio: Iudicantur ad paria uir & uxor, inquantum obligantur ad æqualia ut idem ſit licitũ uel illicitum vni quod alteri coniugum: ſed non ex æquali cauſa, imo quantum ad bonum prolis plus peccat uxor adultera quam maritus adulter.

¶Notandum, quod licet cenſeantur pares uir & uxor quo ad forum eccleſiaſticũ

A quoad diuortium petendum, quando alter eorum fornicatus eſt: at uero quo ad forum ciuile, & quoad petendas pœnas ciuiles uel criminales: non ſe habeat cum eadem æqualitate in huiuſmodi negotio diuortii. Imo uero datur actio contra uxorem adulteram in foro criminali: ſed non datur actio ibi uxori contra maritum adulterum. Hoc patet, ex dictis ſupra articu. 1. dubio 3. ubi poſuimus rationes & uide tit. 20. per totum, præſertim l. 3. lib. 8. nouæ Recopil.

ARTICVLVS V.

B ¶Vtrum poſt diuortium vir alteri nubere poſſit.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur qđ poſt diuortiũ uir alteri nubere poſſit. Nullus enim tenetur ad perpetuam cõtinentiam: ſed uir tenetur in aliquo caſu uxorem fornicantem a ſe in perpetuum ſeparare, vt patet ex dictis, ergo uidetur quod ad minus in tali caſu alteram ducere poſſit.

C *¶ 2 Præterea. Peccanti non eſt danda maior occaſio peccandi: ſed ſi ei qui propter culpam fornicationis dimittitur, non licet aliam copulam quærere, datur ſibi maior occaſio peccandi: non enim eſt probabile ꝙ qui in matrimonio non continuit poſtea continere poſſit, ergo videtur quod liceat ei ad aliam copulam tranſire.*

¶ 3 Præterea. Vxor non tenetur uiro niſi ad debitũ reddendũ & cohabitatione: ſed per diuortiũ ab utroq; abſoluit: ergo ſoluta eſt a lege uiri, ergo põt alteri nubere, & eadẽ ratio eſt de uiro.

D

¶ 4 Præterea Matth. 19. dicitur. Qui dimiſerit vxorem & aliam duxerit excepta cauſa fornicationis, mœchatur, ergo uidetur qđ ſi cauſa fornicationis dimiſſa vxore aliam duxerit, non mœchetur, & ita eſt uerũ matrimoniũ.

SED cõtra. 1. Corinth. 7. Præcipio nõ ego, ſed Dominus, vxorẽ a uiro nõ diſcedere, qđ ſi diſceſſerit manere innuptã.

Præterea. Nullus ex peccato dẽt reportare commodum: ſed reportaret ſi li-

 ceret

ceret adultera ad aliud magis deſideratum connubium tranſire: & eſſet occaſio adulterandi volentibus alia matrimonia quærere, ergo non licet aliam copulam quærere neque viro neque vxori.

A

RESPONDEO dicendum, quod nihil adueniens ſupra matrimonium poteſt ipſum diſſoluere: & ideo adulterium non facit quin ſit verum matrimonium. Manet enim, vt Aug. dicit, inter viuentes coniugale vinculum quod nec ſeparatio, nec cum aliquo iunctio poteſt auferre: & ideo non licet vni altero viuente ad aliam copulam tranſire.

B

AD primum ergo dicendum, quod quamuis per ſe nullus obligetur ad continentiam, tamen per accidens poteſt eſſe quod obligetur: ſicut ſi vxor ſua ægritudinem incurabilem incurrat, & talem quæ carnalem copulam non patiatur, & ſimiliter etiam eſt ſi incorrigibiliter ſpirituali infirmitate, ſcilicet, fornicatione laborat.

C

AD ſecundum dicendum, quòd ipſa confuſio quam reportat à diuortio debet eam cohibere à peccato, quia ſi cohibere non poteſt minus malum eſt quod ipſa ſola peccet quam quod peccati uir eius ſit particeps.

AD tertium dicendum, quod quamuis vxor poſt diuortium non teneatur viro adultero ad debitum reddendum, et cohabitandū, tamen adhuc manet vinculum matrimonii, ex quo ad hoc tenebatur: & ideo non poteſt ad aliam copulam tranſire viro viuente, poteſt tamen continentiam vouere viro inuito, niſi videatur eccleſia decepta fuiſſe per falſos teſtes ſententiando de diuortio: quia in tali caſu etiam ſi votum profeſſionis emiſiſſet, reſtitueretur viro, & teneretur reddere debitum, ſed non liceret ei exigere.

D

AD quartum dicendum, quod exceptio illa quæ eſt in uerbis Domini refertur ad dimiſſionem vxoris & ideo obiectio ex falſo intellectu procedit.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio eſt negatiua. Circa iſtum articulum eſt grauiſſimum dubium, Vtrum matrimonium quodcunque etiam conſummatum, & ſacramentum diſſoluatur quantum ad vinculum propter adulterium alterius coniugis. Videtur uera pars affirmatiua. Primò ex uerbis Chriſti Domini, Matth. 19. Qui dimiſerit vxorē ſuam niſi ob fornicationē, & aliā duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit mechatur, vbi aperte vr̄ Chriſtus ſignificare, licere dimittere vxorē & aliā ducere, ſi illa fornicetur. Cōfirmatur hoc argumentū. Chriſtus hoc in loco rñdebat ad interrogationem Phariſæorum de repudio & dimiſſione quantū ad vinculum quæ erat in vſu apud Iudęos, licita ex noſtra etiam ſententia. Rogabant ſi quidem Phariſæi, an quacūque ex cauſa liceret tale repudium de quo erat lis inter Iudæos: Ad quam interrogatum Chriſtus rñdet verbis allegatis, ergo repudiare vxorem, ēt poſt cōſummatum matrimonium ex cauſa ſaltem fornicationis licitū eſt, iuxta Chriſti reſponſionem. Confirmatur amplius. Aliquid peculiare voluit Dominus hoc in loco tribuere fornicationi quantum ad ſolennitatem matrimonii, & alia multa crimina poſſunt diſſoluere & diſſoluūt matrimonium quātum ād thorum & cohabitationem, ut diffinitū eſt in Tridentina Synodo doctrina allegata, cā. 8. ergo Chriſtus tribuit hoc peculiare fornicationi, ut dirimat quantum ad uinculum.

Matth. 19.

Concil. Triden. Seſſ. 24. can. 8.

¶ Secundo arguitur ex vſu primitiuæ eccleſiæ, & ex doctrina Sanctorum patrum, Iuſtinus Philoſophus & martyr, qui floruit poſt ann. Domini 100. in prima pro Chriſtianis ad Antoninum Imperatorem apologia, laudat Chriſtianā fœminam quæ cum virum haberet omne libidinum genus, etiā cōtra naturæ leges perquirētem, miſſo repudij libello ſe ab eo cōiugii iure diſtraxit & alter nupſit. Tertullianus qui floruit ante annum Domini 200. inquit, Chriſtum non omnino & in totum ſed conditionaliter prohibuiſſe repudium propter adulterium. Hoc eſt ſi ideo quis dimittat vxorem vt aliam ducat. Origenes qui floruit circa annum Domini 200. tract. 7. in Matth. affirmat, ſibi notos fuiſſe quoſdam epiſcopos,

qui

qui permiſerunt vxoribus, quæ cũ viris diuortium fecerãt aliis nubere viris, ne quid inde ſequeretur deterius In Cõcil. itẽ Arelatenſi 1. quod celebratũ fuit tempore Sancti Sylueſtri, imo cõfirmatum illius autoritate, vt dicitur in 1. tomo Cõcil. & in Summa Concil. cap. 10. dicitur. conſilium datũ eſſe uiris ne uiuentibus vxoribus adulteris, alias accipiant: at ſi illicitum eſſet alias accipere, Concil. cogeret ne acciperent, non cõſiliũ daret tantum D. Ambroſ. qui floruit ante annum Domini 400. in epiſt. 1. ad Corin. c. 7. expreſſè docet, qđ ſi dimiſerit uir vxorem cauſa fornicationis, licet aliam ducere. Hiero. in epitaphio Fabiolæ ad Oceanum refert Fabiolam nobilem̃ Romanam ciuẽ repudiato prodigioſo libidinis marito, ad ſecundum matrimonium ſe trãſtuliſſe Innocen. I. contemporaneus Auguſt. in epiſt. 9. diffinit, quod coniugem connentũ cum ſecũda, ſuperſtite priore, nec diuortio eiecta, nullo pacto eſſe legitimũ, ubi ſignificat, quod ſi propter diuortiũ fuiſſet prior eiecta, coniugium cum ſecunda eſſet legitimum. Refertur hoc teſtimonium Innocen. a Gratiano 34. q. 2. can. cum in captiuitate.

In Summa Cõcil. c. 10.

34. q. 2. cã. cum in captiuitate.

¶ Tertio arguitur. Non eſt æquũ ut coniux qui nihil promeruit, propter alterius coniugis crimẽ, & adulteriũ, maneat orbatus perpetuo & deſolatus, & cogatur ad cælibatum, maxime ſi talis eſt propter corporis temperaturam, aut aliã quamlibet cauſã ad uenerea inclinatus, ita ut maxima cũ difficultate poſſit ſe temperare a rebus uenereis, ergo concedenda eſt huic copia, ut aliam ducat ſuperſtite priore.

¶ Quarto arguitur. Cuncti alii cõtractus reſcinduntur violata fide circa ſubſtantiam contractus, ſed per adulterium alterius coniugis, violatur fides circa ſubſtantiam, contractus circa corpus marito, non alteri tradendum, ergo reſcinditur contractus.

¶ Hæc quæſtio olim fuit cõtrouerſa. Origenis ſiquidem temporibus fuere inter catholicos epiſcopi qui aſſererent partem affirmatiuam huius quæſtionis. Temporibus item D. Auguſt. idem arbitrãtus eſt Polentius quidã. Faceſſit aũt hæc quæſtio D. Auguſt. multũ negotii, ita vt ille dicat multis locis eſſe perplexiſsimam & obſcuriſsimã, & in qua venialiter quiſque fallatur, & nodum Sacræ ſcripturæ difficilem. Legitur de bono coniugali cap. 7. & de fide & de operi- A bus cap. 19. & li. 1. ad Polen. cap. 11 & 15. Sed uſq; adeo Aug. acriter & copioſè quæſtionem hanc diſputauit & diffiniuit, vt cõſentaneum ſit credere Polentiũ, talibus tribus libris ad eum miſsis deuictum, ad palinodiam cantandam coegiſſe. Hanc ſententiam Aug. opera & induſtria, ſecutam, vtq; ad noſtra tempora, tandem Eraſmus ſequitur in annotationib. ſuper Matth. capit. 18. & 1. Corin. 7. & in paraphraſi ſuper vtrũq; locum ſecuti ſunt Eraſmum. Caietã ſuper Matth. cap. 19 vbi habet hæc verba Intelligo igitur, ex hoc Domini Chriſti verbo, li- B citum eſſe Chriſtiano dimittere vxorẽ, ob fornicationem carnalem, ipſius & poſſe ducere aliam vxorem (ſalua ſemper eccleſiæ diffinitione) quæ hactenus nõ apparet. Nã decretales Põtificiæ de hac materia nõ sũt diffinitiones fidei, ſed iudiciales. Hæc Cai. ſed cum poſt Theologi Pariſienſes damnarent quoſdã articulos, ex Caiet. decerptos. Primus articulus fuit licet viro vxore fornicãte, aliam ducere. Caie. tamen in reſpõſione ad hos articulos quæ habetur in editione Antonii Bladi Romæ, anno Dñi 1542. in cõment. ſuper Prouerbia qui eſt vltimus C tomus ſuper Biblia, negat inquã hoc loco Caieta. talem articulum eſſe ſuum: quoniam ſolũ diſputauit de hac materia ſuper Matth. cap. 19. & eam eccleſiæ diffiniendã reliquit. Ambroſ. Catharin lib. 5. annot. contra Caiet. & 1 Corinth 7. ſecutus eſt Caie. & Eraſmum. Hæretici vero noſtri temporis omnes immodeſtiſsimè affirmant, eccleſiam errare cum docet matrimonium propter hanc cauſam non diſſolui.

¶ Prima concluſio. Hæreſis nota quantum opinor inurenda eſt ſententia aſſerẽs matrimonium diſſolui propter adulteriũ D alterius coniugum. Hanc concluſionẽ probant vniuerſa quæ adducẽtur ad probãdũ, eſſe errorẽ dicere, qđ ante euãgeliũ poterat diſſolui matrimoniũ natura ſua. Probant etiã omnia quæ attulimus quæſtione præcedenti & adducẽtur inf. q. 68. ad probãdũ eẽ errorẽ negare matrimoniũ eſſe indiſſolubile ex euãgelica lege, maximè apertiſſima teſtimonia ex euãgeliſtis Marco & Luca. Etenim ſi propter fornicationẽ mrimoniũ diſſoluitur, & natura ſua ante Euãgelium & euangelica lege eſſet diſſolubile. Accedũt ſupradictis teſtimonia, Euariſti Põtificis q. fuit Quartus à Petro in epiſto

la ſecunda dicentis. Sicut vir nō debet adulterare vxorem ſuam, ita neq; epiſcopus eccleſiam ſuam, ideſt, vt illam dimittat, & ſicut uxori non licet dimittere virum ſuum vt alteri ſe viuente matrimonio ſociet, aut cū adulteret licet fornicatus fuerit vir eius ſed iuxta Apoſtolum, aut viro ſuo reconciliari debet, aut manere inupta: ita, &c. Hæc Euariſtus ante annum Domini 100. diffiniuit expreſsè noſtram ſententiam, & oſtendit eſſe nullam expoſitionem quam tribuit Eraſmus, & ſequaces Apoſtolo 1. Corin. 7. dum inquit Apoſtolum eſſe intelligendum de fœmina quæ propter aliam cauſam quā adulterium dimittitur. Clementis ēt Alexandrini ante annum Domini 200 libr. 2. Stromatum, prope finem dicentis, Quod autem conſulat ſcriptura uxorem ducere, & nec à coniugio vnquam permittat diſcedere legem aperte conſtituit, non dimittes vxorem preterquam propter fornicationē Adulterium autem exiſtimat coniungi matrimonio viuo altero ex ſeparatis. Et infra qui dimiſſam accipit vxorē mœchatur, inquit, Si quis enim dimiſerit uxorē mœchatur ipſam, ideſt, cogit eam mœchari: non ſolum autē qui dimiſit eſt eius cauſa, ſed ēt qui eā ſuſcipit. Hyeronimus in epitaphio Fabiolæ ad Oceanum. Præcipit Dominus uxorem nō debere dimitti excepta fornicationis cā, etſi dimiſſa fuerit, manere innuptam, quicquid uiris iubetur, hoc cōſequēter redundat ex fœminis. Neque enim uir mœchus retinendus. Aliæ ſunt leges Cæſarum, aliæ Chriſti, aliud Papinianus, aliud Paulus noſter præcepit. Poſtea luculenta, & eleganti oratione deſcribit pœnitētiam publicam pro peccato, quod commiſerat, in nubendo alteri uiro, priore dimiſſo, propter adulteriū, referens, quod Fabiola ſaccum induit & tota urbe ſpectante Romana ante diem Paſchæ in Baſilica ſtaret in ordine pœnitentiū, Epiſcopo, Presbyteris, & omni populo conlachrymantibus ſparſum crimen ora lurida, ſqualidas manus, ſordida colla, ſubmiſerit, &c. Legitur Chryſoſt. in Matth. 5. & 19. & 1. Corin. 7. & in his locis eius ſectatores Theophilactus, & Euthymius his locis, & ſuper Marcum & Lucam. Sed in primis legitur D. Auguſt. in locis allegatis. & in lib. 1. de ſerm. Dñi in mōte. Legitur ēt D. Leo Pontifex, cuius teſtimoniū refertur in can. qualis 3. q. 5. Diuus

Cā. qualis. 3. q. 5.

A Gregorius cuius teſtimoniū refertur can. ij uero 32. q. 7. in qua quæſtione referuntur multa, & Hierony. & Aug. teſtimonia. legitur etiam ſchola tota, cum Mag. in 4. d. 35. Sapientiſſi. Magiſter Soto, diſtin. 36 q. unica art. 5. Reuocetur in memoriam diffinitio Florentinæ ſynodi, accedat tandem diffinitio Triden. ſynodi, in allegata doctrina de ſacramento matrimonij can. 7. ſi quis dixerit, eccleſiam errare cum docuit & docet iuxta euangelicam & apoſtolicā doctrinā, propter adulterium alterius coniugum matrimonii uinculū non poſſe diſſolui: & vtrunq; uel etiam innocentem, qui cauſam B adulterio nō dedit, non poſſe altero coniuge uiuente, aliud matrimonium cōtrahere mœchariq; cum qui dimiſſa adultera, aliā duxerit, & eā quæ dimiſſo, adultero alii nupſerit, anathema ſit. Qua ī diffinitione animaduertendum eſt, non modo uideri diffinitam noſtrā concluſionem, uerumēt diffinitum eſſe noſtrā concluſionem eſſe Chriſti, & Pauli doctrinā, & probari apertè ex ſacris literis euangelicis & Paulinis. Legantur plura pro hac concluſione noſtra apud ſcriptores catholicos noſtri temporis contra Lutherum & alios hæreticos.

Cā. ij vero. 32. q. 7.

Concil. Floren. Concil. Tri. Seſ. 24. can. 7.

¶ Sed contra hanc cōcluſionem eſt argu- C mentum, Tridētina ſynodus in allegato canone 7. pro concluſione præcedenti, uſa eſt quodam uerborum circuitu ad damnandū iſtam ſententiam, ut patet ex allegato canone, & non diffiniuit ſuo more abſolutè eſſe anathema qui diceret matrimoniū diſſolui propter adulterium, ergo nō eſt hæreſis ſaltem oppoſita ſententia. Confirmatur argumentum. Primo eadem Tridē. Synodus in canone 5. ſic abſolute diffiniuerat eſſe anathema, qui diceret matrimonii uinculum diſſolui poſſe ꝑpter hæreſim aut moleſtam cohabitationem aut affectatam ab- D ſentiā à coniuge, ergo ad eundē modū damnanda eſſet anathemate ſententia dicentiū diſſolui poſſe matrimonium propter adulterium ſi hæreſis eſſet. Confirmatur ſecundo, ex hoc quod eccleſia diffiniat; eſſe anathema qui dixerit eccleſiam errare cū docet iſtam ſententiam negatiuam, nō exinde ſequitur quod oppoſita ſententia ſit hæretica, imo neq; error neque vlla ratione cōtra fidem: poterat enim, & noſtra, & oppoſita ſententia eſſe opinio probabilis ſalua diffinitione iſta concilii.

¶ Sit

¶ Sit ſecunda cõcluſio, Non eſt tam manifeſta hæreſis dicere matrimonii uinculũ diſſoluit propter adulterium alterius cõiugum, quam dicere, diſſolui propter hæreſim aut moleſtam cohabitationẽ, aut abſentiam affectatam. Hæc concluſio conceditur argumẽto facto: ver um reliquum eſt reſpõdere ad idem argumentum quatenus cõtẽdit non eſſe hæreſim. Reſpõdetur ergo eſſe morem obſeruatũ a ſacris Conciliis, vt quãdo congregantur contra aliquas hæreſes & hæreticos, eorum proprias ſententias inurant hæreſis nota. Cæterum catholicorum ſententias quãuis & ipſi maxime errent, nõ inurunt tali nota, quamuis damnẽt eas ſententias. In hac autẽ controuerſia hæreticorum propria ſententia erat propter hæreſim, propter moleſtam cohabitationẽ, propter. affectatam abſentiam a cõiuge dirimi matrimonii vinculum. Propria, item illorũ ſentẽtia erat, eccleſiam errare cum docebat propter adulterium alterius coniugum matrimonii vinculum non diſſolui. Erat autẽ ſententia quorundam catholicorum, & fuit olim, vt dicitur, beati Ambroſ. matrimonii vinculum diſſolui poſſe propter adulteriũ, & idcirco ſententiæ illæ hæreticorum proprie damnãtur hæreſis nota. Iſta vero quæ a catholicis afferebatur, non damnatur tam acerrima cẽſura. Accedit huc quod vt aiũt, Senatus Venetorum inſtanter petiit a ſacra Synodo, ne ſubditos ſuos Cretenſes, & alios Græcos, qui hanc ſententiam ſequebantur, damnaret, vt hæreticos, Conſuluit ergo prudenter Sacra Synodus, & filiorũ humilium honori dum illo circuitu uerborum & ambage vſa eſt, & ſauæ & catholicæ doctrinæ cum addit illa verba. Iuxta Euangelicam & apoſtolicam doctrinam. Ex illis ſi quidem colligitur ſententiam catholicam negatiuam eſſe manifeſtam fidem euangelicam & apoſtolicam, & contrariam proinde eſſe hereticam. Et hoc ipſum colligitur ex uerbis quæ præmittit Sãcta ſynodus in doctrina ante canones immediate

¶ Ad primum argumentum, quod eſt Achiles hæreticorũ, reſpondetur prima ſolutione cõmuni omnibus doctoribus ſacris ab Euariſto & Clemente Alexandrino, & omnibus ſcolaſticis in allegata diſtinct. 35. præter vnum Durand. illam exceptionem niſi ob fornicarionem eſſe referendã ad dimiſsionem vxoris tãtum, non ad totũ

A hoc, quod eſt dimitterre vxorem & aliã ducere. itaque eſt exceptio a parte & non a toto. Licet enim dimittere vxorem quantum ad lectum, tectum, & torum: & cohibitationem propter fornicationem, non tamẽ tũc licet aliã ducere. Pro cuius rei ampliori intelligentia notãdum eſt, Chriſtum ſolitum eſſe ſæpe occaſione accepta; aliqua de cauſa euangelicam legem quod erat illius inſtitutum, homines docere. Ita Ioã. 6. ſumpta occaſione de conuiuio, quo ſociauerat homines panibus & piſcibus edocuit turbã ſummum & ineffabile Euchariſtiæ myſterium. Io. ca. 6.

B Ad eundem modum in præſentia ſumpta occaſione ex Phariſæorum interrogatione primum docuit indiſſolubilitatem, quæ natura ſua matrimonio cõuenit. Deinde docuit degeneraſſe matrimonium in lege Moſayca ab hac indiſſolubilitate ; inde docuit euangelicam legem de matrimonii indiſſolubilitate, præmittens illa verba, ergo autẽ dico vobis, quia quicunque dimiſerit, &c. Quib. uerbis tres leges euãgelicas circa indiſſolubilitatẽ matrimonii tulit. Prima lex Chriſtiana eſt. Quicunque dimiſerit vxorẽ ſuam niſi ob fornicationẽ mœchatur, id eſt, facit eam mœchari. Quam ob cauſam meri

C to reprehendẽdus eſt. Durand. qui in. 4. diſtin. 35. quæſt. 2. ad ſecundum. refellit hanc reſponſionẽ ex eo quod propter ſolam dimiſſionẽ vxoris vir non mœchatur. Et adhibet ipſe aliam irridẽdam ſolutionẽ. Et quãuis multæ ſint aliæ cauſæ propter quas iuſtẽ dimittitur vxor quantum ad thorum, & cohabitationem tamen ſolam fornicationẽ aſſerit Chriſtus eſſe cauſam iuſti diuortii quãtum ad cohabitationem, quoniam loquebatur de diuortio perpetuo, quod eſt ſimpliciter, diuortium. Sola vero fornicatio

D attento iure diuino naturali & euangelico, eſt legitima cauſa diuortii perpetui, abſque vlla reconciliationis ſpe, etiam poſt peractam de fornicationẽ pœnitentiam. Reliquæ vero cauſæ diuortii ſunt tantum cauſe diuortii temporalis, quod eſt, ſecundũ quid diuortium. Sed de hac re dicemus infra copioſius. Secunda lex a Chriſto lata ibidem eſt. Quicunq; poſt dimiſſam vxorem etiã licite & ex fornicationis cauſa, aliam duxerit viuente priore dimiſſa, mœchatur. Per hanc ſecundam legem reſpondet Chriſtus ad interogationem factam a Phariſæis docendo quid in Euangelio ſentiendum eſſet

circa quæſtionem ab illis propoſitam poſt quã ſimul docuerat quid iuris in lege Moſaica. Tertia lex. Quicunque uxorem ab alio dimiſſam etiam licitè cauſa fornicationis duxerit mœchatur: harum legum primam & ſecundã iam Dñs promulgauerat in monte in cõcione illic facta, vt autor eſt Matth. cap. 5. explicans illas diſertis & expreſſis verbis, Dictum eſt ꝙ qui dimiſerit vxorẽ ſuam, det ei libellũ repudii, ego aũt dico vobis, quia omnis qui dimiſerit vxorẽ ſuã excepta fornicationis cã, facit eam mœchari (ecce primam legem) & qui dimiſſam duxerit adulterat (en ſecundam) In præſentia vero Matth. 19. tam has leges quam ſecundam ſuperadditam ſubobſcurè indicauit, quoniam vt referunt Matth. & Marc. reſpondebat ad Phariſæos tentantes illum vt ex reſponſione, quam præſumebant ipſi futuram in fauorem matrimonii diſſuadẽdo repudium in lege permiſſum, iuxta ea quæ docuerat in monte Matth. 5. conflarent Chriſto inuidiã quaſi abrogatori legis Moſaycæ a Deo latæ: ut ergo tolleret eis Chriſtus calumniandi occaſionem non eſt aperte loquutus ipſis Phariſæis. Cæterum diſcipulis de hac eadẽ quæſtione in domo iterum interrogantibus, vt refert Marc. c. 10. planis & apertis uerbis docuit uniuerſalem legem a nobis explicatam, inquiens, Quicunque dimiſerit vxorem & aliam duxerit adulterium committit. Et per hæc patet ad confirmationem vtramque primi argumenti. Secunda reſponſio ad allegatum locum Matth. eſt propria & quidem digna Auguſt. li. 1. de adulterinis cõiugiis ad Polent. c. 9. & ſequentib. Eſto illa interpoſitio niſi ob fornicationem referatur ad totum hoc, dimittere vxorem, & aliam ducere, adhuc tñ non ſequitur, qui dimiſerit uxorem ſuam, & aliã duxerit, niſi ob fornicationẽ, mœchatur, ergo qui dimiſeria vxorẽ ſuam & aliam duxerit, ob fornicationem prioris non mœchatur. Sed ſolum ſequitur, minus mœchatur. Damnauit ſiquidem Dominus his verbis apud Matthæum illud adulteriũ quod maius eſt, & exinde voluit tanquam aperte ſignificare totum, & damnandũ eſſe ẽt tanquam adulteriũ, leuius tamen dimittere vxorẽ fornicariã, & alia ducere. Quo genere & forma locutionis vſus eſt D. Iacobus in ſua Canonica cã. 4. inquiens, Scienti bonum facere, & non facienti, peccatũ eſt illi. Inde autem non recte colligitur neſciẽti bonum facere, & nõ facienti, non eſſe peccatũ: ſunt ſiquidem & peccata ex ignorantia commiſſa: ſed ſolum ſequitur eſſe leuius peccatum. Ad eundem modum in noſtro propoſito. Iuxta quam expoſitionem Auguſtinianã illa interpoſitio, niſi ob fornicationem, non eſt accipienda exceptiuè, ſed negatiuè vt perinde polleat niſi ob fornicationem, atq; ſi diceretur, non fornicantem, mœchatur. Inde ſiquidem non ſequitur, ergo qui dimiſerit fornicantẽ non mœchatur, ſed ſequitur, leuius mœchatur. Ad ſecundum argumentum reſpondetur. Iuſtinum martyrem laudaſſe quidem diuortiũ a fœmina illa factum, ſed non referre quod talis fœmina nupſerit alteri priore viuente viro, quod ſi demus eã nupſiſſe alteri priore viuente viro, potuit id facere iure optimo. Qm̃ per conuerſionem ad fidem ex diſpenſatione diuina dirimitur infideliũ matrimonium, qñ alter infidelis, qui in infidelitate manet non vult cohabitare ſine iniuria creatoris. Ad Tertullianũ reſpõdetur, fauere nobis Tertullianũ in præſentia, qm̃ nos approbamus diuortiũ, dummodo alia uxor non ducatur, & hoc approbauit Tertullianus Origenis uero temporibus fatemur fuiſſe Epiſcopos qui oppoſitã ſententiam tenerent, ſed tandẽ contra ſcripturã, autore ipſo Origene. Ad Conc. Arelatenſe reſpondetur. Primo diffinitionem illã eſſe adeo blandam, & indulgẽtẽ, tum quia illis temporibus nõ erat res hæc adeo diffinita, tum ẽt fortaſſe ad euitanda maiora mala, ne forte occiderent priores vxores. Secundo reſpondetur. Concilium tm̃ habere eſſe illis conſilium dandum, & eſſe monendos, at Conſilium & monitio, etiam datur erga præcepta. Quod ſi iſti forent rebelles monitioni, & conſilio non dicit Concilium nõ eſſe cogendos cenſuris & pœnis. Ad diuum Ambroſium reſpondent quidam, nil mirũ quod i hac quæſtione hallucinatus fuerit, cum in eo iuxta Aug ſententiam, ueniāliter quiſquam falli poſſit, propter eius obſcuritatem, illis ſaltem temporibus, qñ nihil de re hac diffinitum erat. Verum tamẽ mihi magis placet reſponſio quã quadringentis ab hinc annis, & Magiſt. in 4. d. 35. & Gratia. 32. q. 7. tribuunt Ambroſio, ſcilicet deprauatos fuiſſe a falſariis codices Ambroſianos, in hac parte, cuius rei duplex habetur

Matth. c. 5.
Matth. 19.
Matth. 5.
D. Iac. in ſua canonica ca. 4.

betur indicium. Primum, quõ idẽ Ambroſ. A ſuper Lucam c. 16. & ad Rom. 7. & li. 1. de Abraham c. 7. multus eſt in aſſerendo non licere diuortium quantum ad vinculum vlla ratione. Secundum indicium eſt quoniam Polentius & Auguſtinus, qui floruerunt temporibus Ambroſij, nullam prorſus mentionem fecerunt huius ſententiæ Ambroſianæ, neque Polentius prò ſe, neq; Aug. contra Polentium, diluendo & reſpondendo ad illam, cum tamen alias Aug. maxime reuereatur Ambroſiũ. Poteſt etiam ex Ambroſio ex locis allegatis colligi alia ſolutio, illũ loqui iuxta leges Cæſareas in exteriori foro, nam ut vidimus Cæſares & Iuriſperiti permittebant diuortium & repudium quantum ad vinculum. Fabiolæ vero factum & delictum purgatum eſt pœnitentia publica, quam pœnitentiã celebrauit in epitaphio ſuo Diuus Hieron. Ad S. Innoc. reſpondetur, reſpõſum illius eſſe legitimum, nam ſi uxor prior eiecta eſſet diuortio propter aliquod impedimentum cõſanguinitatis vel affinitatis, uel aliud ſimile præcedens & dirimens matrimonium, cum illa ſecunda erat uera uxor. Si autem diuortium factum erat propter fornicationem ſuperueniente matrimonio, quamuis, ſecunda non eſſet vera uxor, ſed prima, non tamen erat cogendus redire ad primam & habitare cum illa.

¶ Ad tertium argumentum reſpõdetur, fortaſſe propter hanc rationem, inter alios Apoſtolos dixiſſe Chriſto, ut author eſt Matth. cap. 19. ſi ita eſt cauſa hominis, cum uxori, non expedit nubere, quibus reſpondet Chriſtus, non omnes capiunt verbum iſtud, ſed qui poteſt capere, capiat. In noſtro ergo propoſito manebit, ille innocens cælebs perpetuo, dũ vixerit adulter, & niſi adulter pęnitentiam agat, iam pęnitentem poterit innocens, ſi modo uelit reconciliare, & ſi alias non poteſt cælibatum conſeruare, tenetur illam reconciliare. Quod ſi adulter perſeueret in ſua malitia, nil mirum eſt, quod per accidens cogatur innocẽs ad cęlibatum ſeruandum, vt cogeretur, ſi alter coniux incideret in morbum incurabilem aut in captiuitatem.

Matth. c. 19.

¶ Ad ultimum argumentum reſpondetur. Ex ſupradictis, hoc eſſe diſcrimen inter matrimonii cõtractum & reliquos omnes, ꝙ hic ſolus eſt indiſſolubilis ex natura ſua.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum poſt diuortium uir & uxor poſſint reconciliari.

AD SEXTVM ſic proceditur Videtur quod poſt diuortium vir & vxor: non poſſint reconciliari. Regula enim eſt in iure: quod ſemel bene diffinitum eſt nulla debet iteratione retractari: ſed iudi- B *cio eccleſiæ diffinitum eſt quod debent ſeparari, ergo non poſſunt reconciliari vlterius.*

¶ 2 *Præterea. Si poſſet eſſe reconciliatio præcipue videretur ꝙ poſt pœnitentiam vxoris vir teneatur eam recipere: ſed non tenetur, quia etiam vxor non poteſt prò exceptione proponere in iudicio ſuam pœnitentiam contra uirum accuſantem de fornicatione, ergo nullo modo poteſt fieri reconciliatio.*

C ¶ 3 *Præterea. Si poſſet eſſe reconciliatio videtur quod uxor adultera teneretur redire ad uirum ipſam reuocantem: ſed non tenetur, quia iam ſeparati ſunt iudicio eccleſiæ, ergo, &c.*

¶ 4 *Præterea. Si liceret reconciliare vxorem adulteram, in illo caſu præcipuè deberet fieri, quando vir poſt diuortium inuenitur adulterium cõmittere: ſed in hoc caſu vxor non poteſt cogere eum ad reconciliationem, cum iuſtè ſit diuortium celebratum, ergo nul-* D *lo modo poteſt reconciliari.*

¶ 5 *Præterea. Si uir adultèr occultè dimittat uxorem conuictam de adulterio per eccleſiæ iudicium, non uidetur iuſtè factum diuortium: ſed tamen uir non tenetur uxorem ſibi reconciliare, quia uxor probare in iudicio adulteriũ uiri non poteſt, ergo multo minus quando diuortium iuſtè eſt celebratum reconciliatio fieri poteſt.*

SED contra eſt ꝙ dicitur 1. *Corint.* 7. *Quod ſi diſceſſerit manere innuptã, aut uiro ſuo reconciliari.*

¶ Præterea. Vir poterit eam non dimittere poſt fornicationem, ergo eadẽ ratione eam reconciliare ſibi poteſt poſt diuortium.

RESPONDEO dicendum, quod ſi vxor poſt diuortium de peccato pœnitentiam agens emendata fuerit, poteſt eam ſibi vir reconciliare: ſi autem in peccato incorrigibilis maneat, non debet aſſumere eam eadem ratione qua non licebat eam nolentem à peccato deſiſtere, retinere.

AD primum ergo dicendum, quòd ſententia eccleſiæ diuortium celebrantis, non fuit cogens ad ſeparationẽ, ſed licentiam præbens: & ideo abſq; retractatione præcedentis ſententiæ poteſt reconciliatio fieri vel ſequi.

AD ſecundum dicendum, ꝙ pœnitentia vxoris debet inducere virum ut vxorem fornicantem non accuſet aut dimittat, ſed tamen non poteſt ad hoc cogi, nec poteſt per pœnitentiam cum vxor ab accuſatione repellere: quia ceſſante culpa et quantum ad actum, & quantum ad maculã, adhuc manet aliquid de reatu, & ceſſante reatu ẽt quãtum ad Deũ, adhuc manet reatus quo ad pœnam humano iudicio inferendã, quia homo non videt cor ſicut Deus.

AD tertium dicendum, quod illud quod inducitur in fauorem alicuius nõ facit ei præiudiciũ: vnde cum diuortiũ ſit inductum in fauorem viri, non aufert ei ius petendi debitum vel reuocandi vxorem. Vnde uxor tenetur reddere & ad eum redire ſi fuerit reuocata, niſi de licentia votum cõtinentiæ emiſerit.

AD quartum dicendum, quod propter adulterium quod vir prius innocẽs poſt diuortium committit ſecundum rigorem iuris, non debet cogi ad recipiendum uxorem adulteram: prius tamen ſecundum æquitatem iuris iudex ex officio ſuo debet eum cogere, vt caueat periculo animæ eius, & ſcandalo aliorum quamuis vxor non poſſit reconciliationem petere.

AD quintum dicẽdum, ꝙ ſi adulte- A rium uiri ſit occultũ, per hoc non aufertur ius excipiendi cõtra accuſationem viri vxori adulteræ, quamuis deſit ſibi probatio: & ideo peccat uir diuortium petens: & ſi poſt ſententiam de diuortio vxor petat debitum aut reconciliationem, vir tenetur ad utrumque.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio eſt affirmatiua, ſi agat pœnitentiam. ¶ Secunda concluſio ad quintum. Quando uir alias, etiam eſt adulter, occulto tamen adulterio, peccat petens diuortium contra uxorem probatam adulteram. Quod ſi poſt ſententiam diuortii & poſt factum diuortium uxor petat a marito debitum aut reconciliationẽ a marito debitum aut reconciliationem maritus tenetur ad vtrunque. B

¶ Circa iſtum articulum notandũ, quod prima concluſio eſt certa ſecundum fidem quantum ad hoc quod reconciliatio ſit licita, vt patet. 1. Corint. 6. ubi dicitur ijs aũt qui matrimonio iuncti ſunt, &c. 1. Ad Corint. 7.

¶ Eſt tamen dubium. Vtrum uir teneatur ex præcepto uxorem dimiſſam reconciliare ſibi & uidetur uera pars affirmatiua Primo arguitur. Nam charitatis ordo exigit ut fratrem correctum, & ueniam petentem recipiamus in gratiam & amicitiã, ſed fieri poteſt aliquando quod adultera correcta ſit & ueniã petat, ergo uir tenetur tunc illam in gratiam recipere ſaltem ex præcepto charitatis. Secundo. Remedium concupiſcentiæ a Deo exhibitum & conſtitutum, tenentur coniuges ſuſcipere ex præcepto, ſed vſus matrimonii eſt remediũ concupiſcentiæ, vt ſupra diffinitũ eſt, ergo ſaltem cũ timetur periculũ cõcupiſcẽtiæ tenetur vir uxorẽ ſuſcipere. Tertio. Nã uir ex iuſtitia tenetur debitũ reddere, ut dicemus infra, quod ſi in iſto caſu, videlicet, quando mulier eſt fornicata, nõ tenetur ex ratione delicti commiſſi, ſed iſtud delictum iam eſt ablatum per pœnitentiam cum iam illa mulier correcta fuerit reddit obligatio ex iuſtitia, ac ſubinde uir tenetur eã dimittere. C D

IN huius dubij expoſitione ſupponendũ eſt tanquam certum, quod inter coniuges duplex inuenitur obligatio, altera obligatio eſt ex iuſtitia ad coniugalia officia, quæ quidem oritur ex mutuo cõtractu matrimoniali, qui contractus pertinet ad

virtu-

virtutem iuſtitiæ, & obligat ex iuſtitia ad huiuſmodi officia matrimonialia. Altera obligatio eſt charitatis, etiam eſt particularis quæ oritur ex illa mutua coniunctione, & unione, quæ eſt inter virum, & fœminã, Ad Ephe.c.5. iuxta illud ad Epheſ capit. quinto, uiri debent diligere vxores veluti corpora ſua. Nã per coniunctionem, & maxime per cõſummationem matrimonii, duo corpora fiunt vnum corpus, ſecundum illud, erunt duo in carne una. Et quamuis charitatis uinculum ſit omnibus fidelibus commune fortius tamen aſtringit coniuges propter ſacramentum ab utroque ſimul receptum.

¶ Prima concluſio. Quamuis adultera ſit correcta; & ſupplex veniam petat nõ tenetur uir præcepto iuſtitiæ illam reconciliare poſt diuortium ritè celebratum. Hæc concluſio probatur. Primo authoritate D. Thom. in hoc articulo ad ſecundum, ubi dicit, quod pœnitentia uxoris debet inducere uirum ut uxorem fornicantem non accuſet aut dimittat, ſed tamen non poteſt ad hoc cogi. In quibus verbis aperte ſignificat D. Tho. quod non tenetur vir ex iuſtitia eam non dimittere, dicit enim quod debet ad hoc induci, & quod non debet cogi. Hoc etiam conſtat ex ratione quam ponit D. Thom ibidem, dicit enim quod quamuis ceſſet reatus quãtum ad Deum, manet tamen reatus quoad pœnam humano iudicio inferendam, quia homo non uidet cor ſicuti Deus, ergo Secundò probatur ratione. Illa prior obligatio iuſtitiæ qua vir tenebatur uxori, quamuis non fuerit penitus extincta, eſt tamen impedita propter adulterium, ita ut innocẽs reputetur abſolutus acſi non eſſet obligatus, ergo de iuſtitia non tenetur eam recipere. Tertio probatur, ex capit. admonere 33. q. 3. in quo Stephanus Papa expreſſe diffinit, & determinat noſtram concluſionem igitur ex iuſtitia uir non tenetur vxorem in gratiã recipere, ergo. c. admonere. 33. q. ſecunda.

¶ Diximus in concluſione, quando diuortium fuerit rite celebratum hoc eſt, quando is qui accuſauit erat vere innocens. Nam ſi adulterium commiſit quamuis occulte ita correctam illam tenetur exaudire & recipere in gratiam ſicut ait D. Tho. in ſolutione ad 5. arg.

¶ Secũda concluſio. Etiam ſi poſt diuortium innocens committat adulterium, non

A tenetur ex iuſtitia vxorem recipere. Hæc concluſio eſt D. Thom. in ſolutione ad 4. vbi ait quod propter adulterium quod vir prius innocens poſt diuortium committit, ſecundum rigorem iuris non debet cogi ad recipiendam vxorem adulteram. Probatur concluſio ratione. Illa ſententia prior diuortii fuit rite lata, hoc autem ius perſequens peccatum, non eſt omnino extinctũ, ergo. Probatur minor ex. c. quod bene. 6. q. 4. ubi Nicol. Pontif. diffinit, quod bene ſemel diffinitum eſt, nulla debet iteratione retractari, ca. quod bene. 6. q. quarta.

B ¶ Sed contra, hoc extat cap. ex literis. de diuortiis, ubi poſt diuortium ratione adulterii à viro commiſſi ſeparati coniuges iterum coniunguntur, de hac re Durand. q. 1. refert tres opiniones, & Palud. ibidem quatuor. Sed ſine controuerſia dicendum eſt. Primo quod in tali caſu vir non tenetur in conſcientia redire ad uxorem dimiſſam. Et hæc eſt ſententia iſtorum Doctorum. Secundo dicitur quod etiam in exteriori foro regulariter non eſt compellendus. Nõ enim eccleſiæ ſententia ſemel iſte lata reuocari debet, at uero ſi manifeſtũ eſſet periculum coniugum, & aliorum ſcandalum, C prælatus ſicut animarum paſtor, debet dare operam ex officio vt, reconcilientur. Et hoc eſt quod ſenſit Diuus Tho. Et ad text. allegatum reſpondetur, quod in eo caſu, neque fuit rite celebratum diuortium, neq; poſtea fuit ſolum adulterii crimen, ſed quedam machinatio ad ſeparandum prius matrimonium, & temerarius tranſitus ad ſecundum: quare in pœnam coactus eſt redire ad primum. c. ex literis. de diuortiis.

¶ Tertia concluſio. Quando celebrato diuortio uir innocẽs adulterã reuocat, illa tenetur D ex iuſtitia reſtire. Hęc cõcluſio uidetur eſſe D. Tho. in ſolutione ad tertium, & eſt Duran. & Palud. vbi ſupra atq; adeo Magiſt. Sot. Et ratio D. Tho. eſt. Quia quod in fauorem conceditur alicui, non debet ei præiudiciũ generare: ſed ſententia diuortii eſt lata in fauorem uiri, ergo. Sed antea habebat ius petendi debitum, & modo non eſt ablatum, ergo altera ex iuſtitia tenetur reddere. Excipit D. Tho. niſi de licentia uiri votum continentiæ emiſerit.

¶ Circa hoc tamen eſt aduertendũ, quod ſi celebrato diuortio repulſa mulier fuerit religionem profeſſa, illa profeſſio eſt ualidum

A da ſine alia licētia uiri.Imo credo, quod uotum ſimplex eſſet validū,& ſi tempore nouitiatus repeteretur à uiro,non teneretur exire. Probatur hoc: quia ex quo uir ſua ſponte petiuit diuortium, & ſententiæ conſenſit, viſus eſt ſuo iuri renunciaſſe. Vnde probabiliter teneri pōt oppoſita ſentētia, quod vxor de iuſtitia redire non tenetur, quia iam dedit pœnas quas vir poſtulabat.

¶ Quarta concluſio. Etiā præcepto charitatis non tenetur innocens recipere adulteram,etiam ſi veniam petat.Probatur præceptum charitatis non obligat cum graui detrimento proprio, niſi quando eſt extre B ma neceſſitas aliena,uel certe multum grauis:ſed in iſto caſu eſt graue detrimentum recipere adulteram, & ex parte illius non eſt tanta neceſſitas cui aliter ſubueniri non poſſit, ergo. Cæterum in caſu tertiæ concluſionis,quando vir innocens in neceſſitate conſtitutus reuocat adulteram, illa tenetur ex charitate redire: dedit enim cauſam diuortii. & in hoc caſu locum habet ſententia D.Thom.

¶ Ad primum argumentum in oppoſitū reſpondetur,quod Chriſtiana charitas non C cogit ſemper debitas pœnas remittere, ſed liuorem ex animo deponere, & ſigna beneuolentiæ oſtendere:at quando fuit tā grauis offenſio quod omne commercium excludat,ſicut in caſu adulterii, non tenetur uir tantam beneuolentiam exhibere vt eam in ſocietatem iterum recipiat.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, qđ licet vſus matrimonii fuiſſet remedium concupiſcentiæ uxoris adulteræ,non tenetur uir adhibere illud, eo quod ipſa ſe fecit indignam: periculo uero proprio ipſe poteſt aliter prouidere per ieiunia, & orationes,& alia remedia, quibus continentes D vtūtur. Quod ſi talibus remediis nolit vti, & eis periculo ſuo prouidere, ex ſuppoſitione tenetur uxori recōciliari ſicut aliàs tenetur contrahere matrimonium.

¶ Ad tertium argumentum facilis eſt ſolutio. Quod quamuis vir antea teneretur, ex iuſtitia reddere uxori debitum uirtute matrimonii, tamen propter infidelitatem uxoris hoc ius impeditum eſt.

QVAESTIO LXIII.

A Conſequenter conſiderandū eſt de ſecūdis nuptiis. Et circa hoc quæruntur duo. Primò,utrum ſint licitæ. Secundò, utrum ſint ſacramentales.

B De hac materia Doctores ſcholaſtici cū Magiſtro in quarto diſtinct. 42. & 43. Iuriſperiti in decretalibus, titulo de ſecūdis nuptiis. Magiſter Sotus ibidē, quæſt. 3. articulo unico. Couarruuias ſuper quartum decretalium,part.ſecunda capit.7.§ 3. Nauarro in Manuali c.22.nu.53.54.55.& 56.Syluest.verbo, nuptiæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

C ¶ Vtrum ſecundæ nuptiæ ſint licitæ.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur qđ ſecūdæ nuptiæ non ſint licitæ, quia iudicium de re debet eſſe ſecundum ueritatem, dicit autem Chryſoſto. quod ſecundum virum accipere eſt fornicatio ſecundum veritatem, quæ non eſt licita, ergo nec ſecundum matrimonium. Th.4.diſtin.42. q.3.art. 1. & ſecundo. Homi. 72.i Math.in imperfecto

D ¶ 2 *Præterea. Omne quod non eſt bonum non eſt licitum: ſed Ambroſ. dicit quod duplex matrimonium non eſt bonum, ergo non eſt licitum.* & decreta.31.q. 1.cap. 9. Ambro. 1. conc. 7.

¶ 3 *Præterea. Nullus arceri debet nè interſit illis, quæ ſunt honeſta, & licita: ſed ſacerdotes arcentur nè interſint ſecundis nuptijs, ut in litera patet, ergo non ſunt licitæ.*

¶ 4 *Præterea. Nullus reportat pœnam niſi pro culpa: ſed pro ſecūdis nuptijs aliquis reportet irregularitatis pœnam, ergo non ſunt licitæ.*

SED

SED contra eſt quòd Abraham legitur ſecundas nuptias contraxiſſe: Geneſ. 25.

¶ *Præterea.* 1. *Timoth.* 5. *dicit Apoſtolus, Volo autē iuniores, ſ. viduas, nubere, filios procreare, ergo ſecundæ nuptiæ ſunt licitæ.*

RESPONDEO *dicendum, quod uinculum matrimoniale non durat niſi uſque ad mortem, ut patet Rom.* 4. *& ideo moriente altero coniugum uinculum matrimoniale ceſſat: unde propter præcedens matrimonium non impeditur aliquis à ſecūdo, mortuo coniuge, & ſic non ſolum ſecundæ, ſed tertiæ, & ſic deinceps nuptiæ ſunt licitæ.*

AD *primum ergo dicendum, quod Chryſo. loquitur quantum ad cauſam quæ aliquando ſolum ad ſecundas nuptias incitaret, ſ. concupiſcentiam, quæ etiam ad fornicationem incitat.*

AD *ſecundum dicendum, quod ſecundum matrimonium non dicitur eſſe bonum, quia non ſit licitum, ſed quia caret illo honore ſignificationis qui eſt in primis nuptijs, ut ſit una unius: ſicut eſt in Chriſto & eccleſia.*

AD *tertium dicendum, quod homines diuinis dediti, non ſolum ab illicitis ſed etiam ab illis quæ habent aliquam turpitudinis ſpeciem arcentur: & ideo arcentur a ſecundis nuptijs quæ carent honeſtate quæ eſt in primis.*

AD *quartum dicendum, quod irregularitas non ſemper inducitur propter culpam, ſed propter defectum ſacramēti: & ideo ratio non eſt ad propoſitum.*

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio huius articuli, eſt affirmatiua. Ratio huius concluſionis eſt. Nam vinculum matrimoniale ſolum durat vſque ad mortem, & ita mortuo altero coniuge ceſſat, ergo propter matrimonium præcedens non impeditur aliquis à ſecundo matrimonio, & idem eſt de tertio & quarto &c.

Circa iſtum articulum eſt difficultas. Vtrum ſint licitæ ſecūdæ nuptiæ, uidetur uera pars negatiua. In concil. Neocæſarienſi ca. 5. Imponitur pœnitentia his qui ſecundas contrahunt nuptias, breuianda tamen propter bonam ipſorum qui contrahunt conuerſationem, & capit. 7. ibidem præcipitur clericis, ne illis interſint. referuntur ambo hæc cap. 31. q. 1. can. de his qui. In Concil. Laodi. cap. 10. dicitur eos qui ſecundis nuptiis legitimè iuncti ſunt, uacare debere ieiuniis, & ſecūdum ueniam redire ad communionē. In conc. Valentino, in Gallia celebrato c. 1. dicitur, bigamum maculare ſe infelici ſortis neceſſitate: at macula peccatum eſt, ergo. Item D. Hieron. lib. 1. contra Iouin. & refertur in allegata cauſa & queſt. cano. quomodo. & in epiſt. ad Euſtoch. ad Demetriadem, ad Furiam, ad Geron. uidetur damnare ſecundas nuptias.

¶ In hac quæſt. Montanus hæreticus antiquiſſimus, damnauit ſecūdas nuptias: cui ſubſcripſit Tertullianus edito hæretico libro de monogamia, & ab eo dicti ſunt hæretici Tertullianiſtæ. Quorū meminit D. Aug. lib. de hæreſib. ad Quoduuldeum c. 86. meminerat etiā hæreſis Montani c. 26. In eadē hæreſi fuerūt Cataphryges, & Nouatus, cū ſuis ſequacibus. Refertur etiā hic error inter Græcorū errores. Eundem errorem habuit author imperfecti operis ſuper Matt. hom. 32. in tomis Chryſo & non eſt eius. Refertur à Gratiano can. hac ratione. in allegata cauſa & qu. Poſtea uero tēpore Florentini concil. fuit alia hæreſis quorundam qui approbant ſecundas nuptias, damnant quartas, ita habetur in allegato Concil. in unione Iacobinorum & Armenorum prope finem, decre. 10.

¶ Concluſio ſit. Certum eſt ſecūdū fidē, quod trāſire ad ſecūdas nuptias mortua prima uxore, eſt licitū. Vnde ſententia iſtorū eſt manifeſta hæreſis. Hæc concluſio probatur primo à D Paulo 1. ad Cor. 7 dico aūt non nuptis & uiduis &c. uſq; ad illud quod ſi non ſe cōtinent, nubāt. Et pauló inferius mulier alligata eſt legi, quāto tempore uir eius uiuit, quod ſi dormierit uir eius, liberata eſt, cui autem uoluerit nubat. Idem Apoſtolus 1. ad Tim. 5. conſiliū dat uiduas iuniores, deuita uſque ad illud, uolo iuniores nubere: uolo filios procreare, matres familias eſſe. Secundo probatur teſtimoniis Cōcil. Niceni, qd fuit primum generale in quo uniuerſaliter præcipitur, Inacaſionos hære-

hæreticos recipiendos eſſe ſi ad Eccleſiam venire voluerint: modo tamen confiteãtur ſe communicaturos his, qui forte ſecundas nuptias experti ſunt. Florent. etiam Conc. in allegato decreto, de vnione Armenorum vniuerſaliter dicit Synodus, Declaramus non ſolum ſecundas nuptias, & tertias, ſed & quartas, aut ulterius licite contrahi poſſe. Tertio probatur ex definitione Pontificum Vrbani III. cap. penult. & Innocent. III. cap. vltimo, de ſecundis nuptiis. Vtuntur autem hi Pontifices, & hæc concilia, teſtimonio D. Pauli 1. Corinth. ſecundo, loco allegato a nobis, abrogant autem ii pontifices in his locis leges ciuiles, quæ notant infamia fœminas, quæ intra annum viduitatis, aut aliud diffinitum tempus ſecundo nubunt, quales ſunt lex prima. C. de ſecundis nuptiis. lex fin. ff. de his qui notan. infa. & lex Regni finalis titu. 12. par. 4. Quarto probatur. Teſtimoniis ſacrorum Doctorũ Aug. in lib. de bono viduitatis c. 12. & li. 2. contra aduerſarium legis, & prophetarum c. 11. quæ teſtimonia referuntur a Gratiano 31. q. 1. can. vlt & penul. Hiero. item qui execratur hæreticos iſtos in explanatione Symboli ad Damaſum, & in lib. vnico comment. in epiſt. ad Titum. vniuerſaliter meminit Montani, Tertulliani, & inquit Tertulliani librum de monogamia Apoſtolo contraire nemo, qui Apoſtolum legerit ignorat. Et in apologia pro ſuis libris contra Iouinia. excuſat ſe ab hac nota quam ei Ruffinus, & alii obtrectatores imponebant, eo quod in allegatis libris contra Iouinia. viſus eſſet damnare ſecundus nuptias, inquiens. Non damno bigamos imo nec trigamos, & ſi dici poteſt octogamos. Referuntur hec uerba in can. aperiantur. 31. q. 2. & in epiſt. ad Geron. inquit. Quid? damnamus, ſecunda matrimonia? Minime &c vſque ad illud, ſed ad continentiam prouocamus. Quin etiam incredibile quoddam factum, ſed multorum teſtimoniis comprobatum refertur in illa epiſtola, fuiſſe uidelicet Romæ uirum qui 20. ſepelierat vxores; contra fœminam, quæ uiginti duos uiros habuerat in matrimonio. Poſtea uero matrimonio fuere iuncti, ſumma autẽ erat totius. Romanæ vrbis expectatio uter alterum efferret vicit maritus, & toto Romano populo acclamante coronatus, & palmam gerens multinubæ vxoris feretrum

Cap. penulti. & c. ult. de ſecũdis nupt.

L. 1. C. de ſecũd. nuptiis. l. finalis. ff. de his qui notãtur in fa. l. regni. fin. tit. 12. partita. 4.

31. q. 1. cano. ulti. & penult.

Cano. aperiantur. 31. quæſ. 2.

A præcedebat. Tota ſchola cum Magiſt. diſtin. 42. imo omnes fideles, & totius Eccleſiæ uſus, hoc teſtatur. Rationes autem pro hac parte tantum inſinuabo, quas Apoſtolus Paulus locis allegatis tradit. Prima in priori loco ad Corinth. & in ea quæ ad Timoth. eſt. matrimonium inſtitutum eſt in remedium concupiſcentiæ, ſed interdum concupiſcentia uexat, & cruciat uiduos, & uiduas poſt quotlibet nuptias: ergo. Secunda in ſecundo loco ad Corinth. Quicunque ſolutus licitè ac liberè poteſt matrimoniũ contrahere, ſi uiduus ac uidua ſoluti ſunt

B coniugii legibus, ergo. Accumulari poſſũt hic omnes rationes, quę probant primas nuptias eſſe licitas.

¶ Ad teſtimonia Concil. reſpondetur nuptias quidem licet ſecundum ſe licitæ ſint, tamen afferre quandam fœditatem, ſi ſecundo, aut tertio, contrahantur, & eſſe ſignum incontinentiæ, ac profecto eſſe parum honorificas. Et propter hanc cauſam in allegatis Concil. imponitur ieiunium polygamis ad domandam carnem, & concupiſcentiam: & præcipitur, eis, ut abſtineant, a communicatione, maximè, quoniam illis tẽ

C poribus frequens erat omnium fideliũ communio. Quod uero Valent. Concil. uocat maculam & infelicem neceſſitatem bigamiam: eo eſt, quod incurrunt irregularitatẽ bigami & nõ poſſunt promoueri ad ſacros ordines. Iam uero audiuimus Hieron. excuſantem ſe in hac parte, atque ad eundem modum excuſare debemus Ambroſ. ſuper capit. 7. 1. Corinth.

ARTICVLVS II.

D ¶ Vtrum ſecũdũ matrimonium ſit ſacramentum.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ſecũdum matrimoniũm non ſit ſacramentum. Qui enim iterat ſacramentũ facit ei iniuriam: ſed nulli ſacramento facienda eſt iniuria. ergo ſi ſecundum matrimonium eſſet ſacramentum, nullo modo eſſet iterandum.

¶ *2 Praeterea. In omni ſacramẽto adhibetur*

lib.4.ſen tē.d.42. *hibetur aliqua benedictio: ſed in ſecundis nuptijs non adhibetur benedictio, ut in litera dicitur, ergo non ſit ibi aliquod ſacramentum.*

¶ 3 *Preterea. Significatio eſt de eſſentia ſacramenti: ſed in ſecundo matrimonio non ſaluatur ſignificatio matrimonij, quia non eſt una unius ſicut Chriſtus & eccleſia, ergo non eſt ſacramētū.*

¶ 4 *Preterea. Vnum ſacramentum non impedit à ſuſceptione alterius, ſed ſecundum matrimonium impedit à ſuſceptione ordinum, ergo non eſt ſacramentum.*

SED contra. Coitus in ſecundis nuptijs excuſat à peccato ſicut et in primis ſed ꝑ tria bona matrimonij excuſatur coitus matrimonialis quæ ſunt fides, proles, & ſacramentum, ergo ſecundum matrimonium eſt ſacramentum.

¶ *Preterea. Ex ſecunda coniunctione uiri ad mulierem non ſacramentali nō contrahitur irregularitas, ſicut patet ex fornicatione: ſed in ſecundis nuptijs contrahitur irregularitas, ergo ſunt ſacramentales.*

RESPONDEO dicendum, quod ubicunque inueniuntur illa quæ ſint de eſſe ſacramenti ibi eſt uerum ſacramētum. Vnde cū in ſecundis nuptijs inueniantur omnia quæ ſunt de eſſe ſacramēti, quia debita materia quā facit perſona legitima & debita forma, ſcilicet, expreſſio conſenſus interioris per uerba de præſenti, conſtat quod etiam ſecundum matrimonium eſt ſacramentum ſicut & primum.

*AD primum ergo dicendum, ꝙ hoc intelligitur de ſacramento quod inducit perpetuum effectum: tunc enim ſi iteratur ſacramētum datur intelligi ꝙ primum nō fuit efficax, & ſic fit primo iniuria, ſicut patet in omnibus ſacramentis quæ imprimunt characterem: ſed illa ſacramenta quæ habent effectum non perpetuum poſſunt iterari ſine iniuria ſacramenti, ſicut patet de pœnitentia: & quia vinculum matrimoniale tollitur per mortem, nulla fit iniu*A *ria ſacramento ſi mulier poſt mortem uiri iterato nubat.*

AD ſecundum dicendum, quod ſecundum matrimoniū quamuis in ſe cōſideratum ſit perfectum ſacramentum, tamen in ordine ad primū conſideratū habet aliquid de defectu ſacramēti, q̄a non habet plenam ſignificationem cum non ſit una unius, ſicut eſt in matrimonio Chriſti, & eccleſiæ. & ratione huius defectus benedictio à ſecūdis nuptijs ſubtrahitur: ſed hoc eſt intelligendum quādo ſecundæ nuptię ſunt ſecundę, & ex

B *parte viri, & ex parte mulieris tantum: ſi enim virgo contrahat cum viro qui habuit aliam vxorem nihilominus nuptiæ benedicūtur, ſaluatur enim aliquo modo ſignificatio etiam in ordine ad primas nuptias. Quia Chriſtus et ſi unam eccleſiam ſponſam habeat, habet tamen plures perſonas deſponſatas in vna eccleſia: ſed anima non poteſt eſſe ſponſa alterius quam Chriſti, quia alias cū dæmone fornicatur, nec eſt ibi*

C *matrimonium ſpirituale, & ꝑpter hoc quando mulier ſecundo nubit nuptiæ non benedicuntur propter defectum ſacramenti.*

AD tertium dicendum, quòd ſignificatio perfecta inuenitur in ſecūdo matrimonio ſecundum ſe conſiderato, non autem ſi conſideretur in ordine ad præcedens matrimonium, & ſic habet defectum ſacramenti.

AD quartum dicendum, quod ſecūdū matrimonium impedit ſacramen-

D *tum ordinis quantum ad id quod habet de defectu ſacramenti, & non inquantum eſt ſacramentum.*

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio affirmatiua. Ratio illius eſt. Nam in tali matrimonio inueniuntur omnia quæ ſunt de eſſentia ſacramenti matrimonii, ſcilicet, debita materia, & forma, & omnia alia, ergo tale matrimonium eſt ſacramentum.

¶ Secun-

¶Secunda concluſio ad ſecundum. Bene dictio à ſecũdis nuptiis ſubtrahitur quãdo ſecundæ nuptiæ ſunt ſecundæ ex parte viri & mulieris: ſi enim uirgo cõtrahat cum uiro qui aliam habuit vxorem nuptiæ ſecundæ benedicuntur.

Circa primã cõcluſionẽ eſt dubium de illa. Videtur enim falſa. Primo. Bigamia tollit ſignificationem coniunctionis vnius Chriſti cũ vna eccleſia. Hæc autem ſignificatio eſt de ratione ſacramenti, vt iam ſupra diximus, ergo. ¶Secundo, omnia ſacramenta celebrantur adhibita benedictione, ut patet inductione, ſed ſecũdæ nuptiæ non celebrantur adhibita benedictione, ergo. Minor probatur ex cap. 2. & 3. de ſecundis nuptiis. Nam iubet Alexan. III. quod ſacerdos qui vſus fuerit benedictione in huiuſmodi nuptiis, ſuſpendatur ab officio, & beneficio, & mittẽdum eſſe ad ſedem Apoſtolicam. Quod ſi dicas, quod iſti text. intelliguntur de ſecundis nuptiis quæ ab eccleſia reprobantur nõ ſolutis prioribus nuptiis, quod videtur indicare magnitudo pœnæ. ¶Tertio arguitur contra hoc, tum ex ratione Vrbani III. cap. 3. citato, quæ eſt, quia iã benedicti ſunt coniuges, & eorũ benedictio iterari non debet. Quæ ratio procedit de ſecundis nuptiis legitimis prioribus ſolutis. Tum etiam patet ex vſu eccleſiæ qui habet quod tales nuptiæ non benedicantur. Quod ſi quis adhuc dicat ad argumentum poſitum: quod prohibetur benedictio in ſecundis nuptiis non quia non ſit ſacramentum, ſed propter rationem Vrbani, videlicet ne iteraretur benedictio.

(c. 2. & 3. de ſecundis nuptiis.)

¶ Vltimo arguitur contra ſolutionem. Nam non eſt inconueniens, vt qui ſecundo recipit ſacramentum quod iterari poteſt ſecundo benedicatur, ut patet in benedictione in aliis ſacramentis quę iterari poſſunt: in pœnitentia, extrema unctione, ergo. Hæc ratio nulla eſt. ¶ Concluſio ſit. Manifeſta fides eſt, quod ſecundæ nuptiæ ſunt ſacramentum. Probatur primo. Nam vt probatum eſt articulo præcedenti, fides eſt quod ſecundæ nuptiæ ſunt matrimonium, ſed certa fides eſt quod matrimonium, eſt ſacramentum, ergo certum eſt de fide quod ſecundæ nuptiæ ſunt ſacramentum ſicut prima. ¶Secundo. Quia fides eſt quod omnia ſacramenta, quę non imprimunt characterem poſſunt iterari: ſed matrimonium non imprimit characterem, ergo. Maior habetur in Concil. Florenti. decreto de vnione Armen. & Concil. Trident. ſeſs. 7. can. 9. de ſacrament. in genere.

(Conc. Floren. & Triden. ſeſſ. 7. cano. 6.)

¶ Ad primũ argumentũ Magiſt. Soto in quarto, diſt. 42. quæſt. 3. ar. 1. reſpondetur, quod ſignificatio vnius cum vna non eſt de ratione ſacramenti, ſed tantum ſignificatio cõiunctionis Chriſti cũ eccleſia, & dicit eſſe accidentarium ſacramento, quod ſignificet unitatem. Hæc tñ ſolutio uidetur eſſe contra communem ſententiam Sanctorum locis citatis Gene. 2. Matthæi 9. Marc. 10. ad Epheſ. 5. & contra ſententiam ſcholaſticorum. diſt. 33. in 4. vt iam ſupra diximus. Et ita uidetur quod hoc ſacramentum ſignificet vnitatem. Vnde ad argumẽtum reſpondetur, quod matrimonium ſecundum, ſi ſecundum ſe conſideretur perfectum eſt, & ſignificat coniunctionem vnius Chriſti cũ vna eccleſia, quæ eſt ratio per ſe & eſſentialis matrimonii in ratione ſacramenti: uerum ſi in ordine ad primum matrimoniũ cõſideretur, deficit a rõne ſacramenti. Hæc tamen conſideratio eſt ſecundũ quid, & hæc eſt doctrina expreſſa D. Thom. in 4. diſtin. 42. quæſt. 3. ar. 2. ad ſecundum. de quo dicemus plura in materia de bigamia.

¶ Ad ſecundum, & reliqua argumenta, eſt difficultas de vſu ſacerdotalis benedictionis in ſecundis nuptiis. Nam Ioannes Andreas D. Antoni. Abbas, & etiam iuriſperiti, ut refert Couar. 4. decret. parte 2. capit. 8. §. 11. nume. 2. dicunt, quod text. illi intelliguntur de ſecundis nuptiis iure reprobatis. Hoſtienſis uero, Panormitanus, & alii quo refert Syluefter, uerbo nuptiæ, & alii quos refert Couar. ubi ſupra dicunt, quod in ſecundis nuptiis etiam legitimis non eſt adhibenda ſacerdotalis benedictio ſi coniuges fuerunt benedicti in prioribus nuptiis, aut ſaltem alter illorum, cæterum ſi non fuerunt benedicti adhibenda eſt benedictio. Tertia ſententia circa D. Thom. loco citato, & in hoc articulo in primo argumento quæ vera eſt. Videlicet, quod ſecundæ nuptiæ benedicendæ non ſunt ſi ſecundæ nuptiæ fuerint ex parte vtriuſque, aut certe ex parte vxoris tantum: ſecus autem ſi fuerint ſecundæ ex parte viri tantum: tunc enim benedicendæ ſunt. Hæc ſententia probatur, ex vſu receptiſ-

ceptiſſimo Eccleſiæ. Et iuxta hunc vſum intelligendi ſunt textus allegati. Ratio vero pro hac concluſione D. Tho. in eodem loco eſt. Nam ſecundum matrimonium ſi ſecundum ſe cōſideretur, perfectum quidem ſacramentum eſt, tamen ſi conſideretur ea ratione qua comparatur ad primum deficit a ſignificatione plena ſacramenti matrimonij, & hic defectus reperitur in ſecundis nuptiis, quando ſecundæ nuptiæ ſunt ex parte vtriuſque, aut ex parte vxoris tantum: non tamen quando ex parte viri tantum; ergo conſequentia probatur; nam propter hunc defectum, non eſt adhibenda ſacerdotalis benedictio. Maior probatur. Sacramentum matrimonij ſignificat coniunctionem unius Chriſti cum unica eccleſia: in ſecundo verò matrimonio per comparationem ad primum, non eſt unius uiri unica vxor: ergo. Minor probatur. Nam in ſecundis nuptiis ex utraque parte manifeſtus eſt huius ſignificationis defectus, in ſecundis uero ex parte uxoris Chriſtus unicus eſt tantum, qui ſolus eſt uir matrimonium contrahens cum tota Eccleſia, & cum omnibus animabus: cæterum quando ex parte viri tantum ſunt ſecundæ nuptiæ ſaluatur ſignificatio, quoniã Chriſtus multas ducit uxores, ut diximus; ſed anima fidelis non poteſt nubere multis viris: ergo.

¶ Ex dictis patet ad primum argumentum. Aduertendum tamen circa magnitudinem pœnæ quæ ponitur in argumento, quod illa ſuſpenſio, non incurritur ſtatim, ſed eſt inferenda a iudice ſecundum ſententiam Iuriſperitorum. Quod attinet ad deportationem in vrbem Romæ, reſpondetur, quod iſta pœna iam ablata eſt, & diminuta per Ioannem X X I I. in quadam extrauaganti, quæ non habetur in iure, refertur tamen a Couar. loco citato.

¶ Ad ſecundum & tertium reſpondetur ex dictis. Quod ratio quare non iteratur benedictio eſt adducta ex D. Th. quamuis aliqua ex parte poſſit dici quod illa ex ratione iteretur benedictio.

¶ Ad ultimum, ratio conſtat ex dictis.

A

QVAESTIO LXIIII.

De annexis matrimonio & debiti redditione.

CONſequenter conſiderandū eſt de annexis matrimonio, & Primò, de debiti redditione. Secundò de pluralitate uxorum. Tertiò, de bigamia. Quartò, de libello repudii. Quintò, de filiis illegitimè natis. Circa primum quæruntur ſeptem. Primò, utrū alter coniugum teneatur alteri debitum reddere. Secundò, vtrū debeat aliquando reddere non poſcenti. Tertiò, vtrum vir & vxor in hoc ſint æquales. Quartò, vtrum vnus ſine conſenſu alterius poſſit votum emittere per quod redditio debiti impediatur. Quintò, vtrum tempus impediat debiti petitionem. Sextò, vtrum petens tempore ſacro peccet mortaliter. Septimò, vtrum reddere teneatur tēpore feſtiuo.

B

C

DE hac materia Doctores in quarto diſtin. 32. & ibi Magiſter Soto, Syluelter, & Summiſt. vero debitum coniugale, Nauarro in Manuali capit. 16. num. 24. vſque ad 31. Couar. ſuper Decretal. part. 2. c. 7. §. 2.

D

ARTICTLVS PRIMVS.

¶ Vtrum alter coniugum teneatur alteri ad redditionē debiti.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod alter coniugum non teneatur alteri ad redditionem debiti ex neceſſitate præcepti. Nullus enim prohibetur a ſumptione Euchariſtiæ propter Th. 4. diſtin. 32. q. unica. artic. 1. & ſeq.

hoc

A hoc quòd præceptum implet: ſed ille qui uxori debitum reddit non poteſt carnes Agni edere, vt Hieronym. in litera dicit: ergo reddere debitum non eſt de neceſſitate præcepti.

¶ 2 Præterea. Quilibet poteſt licitè abſtinere ab his, quæ ſunt ſibi nociua in perſona: ſed aliquãdo reddere debitum poſcenti eſſet perſonæ nociuum, vel ratione infirmitatis, vel ratione ſolutionis iam factæ: ergo videtur quòd licitè poſſit debitum poſcenti negari.

B ¶ 3 Præterea. Quicunque facit ſe impotentem ad faciendum id, ad quod ex præcepto tenetur peccat: ſi ergo aliquis ex neceſſitate præcepti tenetur ad reddendum debitum, videtur quòd peccet ſi ieiunando vel alias corpus ſuum attenuando impotẽtem ſe reddat ad debiti ſolutionem, quod nõ videtur verũ.

8.Ethic. c.12. ¶ 4 Præterea. Matrimonium, ſecundum Philoſophum, ordinatur ad procreationem prolis, & educationem, & iterum ad communicationem vitæ: ſed lepra eſt contra vtrumque matrimonij C finem: quia cum ſit morbus contagioſus, mulier leproſo non tenetur cohabitare viro: ſimiliter etiam morbus frequenter tranſmittitur ad prolem: ergo viro leproſo vxor debitum reddere non tenetur, vt videtur.

SED contra. Sicut ſeruus eſt in poteſtate domini ſui, ita & vnus coniugum in poteſtate alterius, vt patet. 1 Corinth. 7. ſed ſeruus tenetur ex neceſſitate præcepti domino ſuo debitum ſeruitutis reddere, ut patet Rom. 13. Reddite D omnibus debita, cui tributum &c. ergo & unus coniugum ex neceſſitate præcepti tenetur alteri debitum reddere.

¶ Præterea. Matrimonium eſt ordinatum ad fornicationem vitandam, ut patet. 1. Corin. 7. ſed hoc non poſſet per matrimonium fieri, ſi unus alteri non teneretur debitum reddere quando concupiſcentia infeſtatur: ergo reddere debitum eſt de neceſſitate præcepti.

RESPONDEO dicendum, quod matrimonium principaliter eſt inſtitu-

A tum in officium naturæ: & ideo in actu ipſius ſeruãdus eſt naturæ motus ſecundum quem nutritiua non miniſtrat generatiuæ, niſi illud quod ſuperfluit ad conſeruationem indiuidui: quia hic eſt ordo naturalis, ut prius aliquid in ſeipſo perficiatur, & poſtmodum alteri de perfectione ſua communicet, & hic eſt etiam ordo charitatis, quæ naturã perficit: & ideo cum uxor in uiro poteſtatẽ non habeat, niſi quantum ad generatiuam uirtutem: non autem quãtum ad B ea, quæ ſunt de conſeruatione indiuidui ordinata, vir tenetur uxori debitum reddere in his, quæ ad generationem prolis ſpectant, ſalua tamen prius perſonæ incolumitate.

AD primum ergo dicendum, quòd aliquis implens aliquod præceptum poteſt reddi inhabilis ad aliquod ſacrum officium proſequendum, ſicut iudex qui hominem ad mortem condemnans præceptum implens irregularis efficitur: ſimiliter ẽt ille qui præceptũ implens de-C bitum ſoluit redditur ineptus ad diuina officia exequenda, non quod ille actus ſit peccatũ, ſed ratione carnalitatis illius actus: Et ſic ſecundum quòd Magiſter In 4. diſtin. 32 dicit, Hieron. loquitur tantum de miniſtris eccleſiæ: non autem de alijs qui ſunt ſuo iudicio relinquendi, quia poſſunt, & ex deuotione dimittere, & ſumere corpus Chriſti abſque peccato.

AD ſecundum dicendum, quod vxor non habet poteſtatem in corpus uiri, niſi ſalua conſiſtentia perſonæ ipſius, ut di-In corpore artic. D ctum eſt. Vnde ſi ultra exigit non eſt petitio debiti, ſed iniuſta exactio, & propter hoc uir non tenetur ei ſatisfacere.

AD tertium dicendum, quod ſi aliquis redditur impotens ad debitum ſoluendum ex cauſa ex matrimonio ſequuta, puta cum prius debitum reddidit, & eſt impotens ad debitum ſoluendum vlterius, mulier non habet ius petendi, & in petendo ulterius ſe magis meretricem quàm coniugem exhibet: ſi autem reddatur impotens ex alia cauſa, ſi illa eſt licita, ſic iterum

non

non tenetur, nec poteſt mulier exigere: ſi non eſt licita, tunc peccat, & peccatum vxoris ſi propter hoc in fornicationem labatur aliquo modo ſibi imputatur: & ideo debet quantum poteſt dare operam, vt vxor contineat.

AD quartum dicendum, quòd lepra ſoluit ſponſalia, ſed non matrimonium: vnde etiam vxor viro leproſo tenetur reddere debitum, non tamen tenetur ei cohabitare: quia non ita citò inficitur ex coitu ſicut ex frequenti cohabitatione: & quamuis generetur infirma proles, tamen melius eſt ei ſic eſſe quàm penitus non eſſe.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Cum uxor in uirum poteſtatem non habeat, niſi quantum ad generatiuam virtutem, nô autem quantum ad ea, quæ ſunt ad conſeruationem in diuidui ordinata: vir tenetur uxori debitum reddere in his, quæ ad generationem prolis ſpectant, ſalua prius perſonæ incolumitate.

¶Secunda concluſio ad quartum. Lepra ſoluit ſponſalia, ſed non matrimonium. Vnde etiam & uxor uiro leproſo tenetur reddere debitum non tamen cohabitare ei: quia non ita citò inficitur ex coitu, ſicut ex frequenti cohabitatione, & quamuis generetur infirma proles, melius tamen eſt ei ſic eſſe, quam penitus non eſſe.

¶Circa iſtam quæſtionem, & articulum aduertêdum, quod D. Thom. agit in illa de quadam proprietate matrimonii, quæ eſt ius ad petendum & reddendum debitũ, & cohabitandum ſimul. Vocatur hæc proprietas a Theologis debitum, quod ad præſens attinet, carnalis copula, & coniugalis actus. Nec eſt inuentum ab ſcholaſticis hoc vocabulum in hac ſignificatione, ſed acceptum a vetuſtiſſimis & latiniſſimis authoribus ſacris a Hieron. lib. 1. contra Iouin. vbi non ſemel utitur hoc vocabulo. In qua ſignificatione, & coniuges vocat ob hanc cauſam debitores. Frequetior eſt huius uocabuli uſus apud D. Aug. lib. de bono coniugali cap. 6. & 7. & epiſt. 199. & aliàs ſæpe quos authores ſecuti ſunt Gratia. 33. quæſt. 5. & ibi Iuriſperiti Magiſter cum ſchola in 4. diſt. 32. quæſt 4.

¶Circa primam concluſionem huius articuli eſt prima difficultas. Vtrũ ius ad petendum & reddendum debitum oriatur neceſſario ex natura uinculi matrimonialis. Et vr̃ quod non. Primò. In aliis contractibus diſtinguitur dñium ab uſu, & ab vſufructu, ita ut poſſit quis tradere domiuium, & non uſum: ergo in cõtractu matrimonii poteſt quis tradere dominium corporis, & nõ vſum, & ſic erit uerum matrimonium, ſine iure petendi, uel reddendi debitũ. Antecedens probatur & explicatur. Nã aliquando parentes tradunt filiis dominium alicuius rei ſine vſu illius, & uiri aliquando concedunt vxoribus uſum rei, & non dominium. Confirmatur. Nam hæc eſt differẽtia inter contractum matrimonii, & alios cõtractus, quod res quæ ſunt materia aliorum cõtractuum, cõſiderantur ſecundum utilitatem, & uſum contrahentium, matrimoniũ uero totum poſitum eſt in traditione corporum non in uſu, ut dicitur in 2. 2. q. 77. art. 2. & hac ratione nos ſupra diffiniuimus quod error perſonæ in contractu matrimonii reddit nullum matrimonium Error uero ſubſtantiæ in aliis contractib ſi ſit eiuſdẽ uſus, & utilitatis minime: ergo ſi in aliis contractib. poteſt tradi dominium ſine uſu, a fortiori in contractu matrimonii qui conſiſtit in traditione corporum, non in uſu.

¶Secundò. Matrimonium nihil aliud eſt quam coniunctio animorum, ut patet ex eius diffinitione, & aſſeritur a D. Thoma in 3. par. quæſt. 29 art. 2. ſed ex hac coniunctione non ſequitur neceſſario ius ad copulam carnalem, ut dicit D. Thom ibidem, ergo. Cõfirmatur primò. Nam hac ratione D. Tho. loco immediate citato docet, quod inter beatam Virginem & Ioſeph fuit uerũ matrimonium & perfectum, qũi matrimonium conſiſtit in coniunctione animorum non iure ad copulam carnalem. Secundò confirmatur. Nam copula carnalis licet ſit conſummatio, & perfectio matrimonii, eſt accidens illius: ergo poteſt eſſe matrimoniũ ſine iure ad copulam carnalem.

¶Tertiò. Si ius ad petẽdum & reddendũ debitum ſequitur neceſſario ex natura uinculi matrimonialis, uel eſſet eſſentia matrimonii, uel eius propria paſſio. Sed non eſt eius eſſentia, ut patet ex eius diffinitione,

nec propria paſſio: ergo. Minor probatur quantum ad ſecundam partem: nam propriæ paſſiones non poſſunt naturaliter ſeparari a ſubiecto, ſed ius ad petendum, & reddendum debitum poteſt ſeparari a matrimonio manente matrimonio: nam multæ ſunt cauſæ propter quas coniuges non tenentur reddere debitum manente matrimonio: ergo.

¶ Vltimo. Propriæ paſſiones non poſſũt impediri ab eccleſia, ſed eccleſia per ſuum ſtatutum poteſt facere, quod coniux non poſſit debitũ petere, nec habeat ius ad hoc, vt patet ſi maritus accedat ad conſanguineam vxoris in gradu prohibito ab eccleſia: non habet ius ad petendum debitum. Maior patet. Nam hac ratione eccleſia non poteſt ſeparari a matrimonio indiſſolubilitatem, quoniam indiſſolubilitas eſt propria paſſio matrimonij.

¶ In hac difficultate, omnes Theologi conueniunt in hoc quod coniuges tenentur reddere debitum, alteri coniugi petenti. Hæc vero obligatio habet ſe ad modum præcepti affirmatiui: nam ſicut præceptũ affirmatiuum non obligat pro ſemper, ita coniuges non tenentur reddere debitum pro ſemper, ſed pro loco & tempore. Scotus tamen in 4. diſt. 30. q. 2. artic. 2. exiſtimat, quòd hæc obligatio ad reddendum debitum nõ oritur ex natura matrimonii, ſed ex voluntate contrahentium, & ita dicit quod per eorum uoluntatem poteſt hæc obligatio tolli a matrimonio, manente matrimonio: & ita eſt merum accidens. Hanc ſententiam ſequuntur eius diſcipuli, & etiã Palud. eadem diſtin. quæſt. 1. art. 3. concluſione. 2. & 3.

¶ Concluſio. Ius ad petendum, & reddendum debitum eſt propria paſſio, quæ naturaliter ſequit̃ ex natura matrimonii. Hæc cõcluſio probatur. Eſſentia matrimonii eſt cõiunctio uiri, & fœminæ in ordine ad procreationem, educationem, & inſtitutionem prolis, ſed ex hoc neceſſario ſequitur ius ad petendum, & reddẽdum debitum: ergo eſt propria paſſio. Maior patet, minor probatur. Nam procreatio prolis eſſe non poteſt ſine redditione debiti. Confirmatur. Nam matrimonium eſt uinculum quoddã, quo alter coniux alteri obligatur ad conſeruationem ſpeciei, ſed nõ poteſt eſſe conſeruatio ſpeciei ſine redditione debiti: ergo ius

A ad petendum & reddendum debitum naturaliter ſequitur ex matrimonio. Secundò. Matrimonium eſt uinculum quo coniuges obligantur in remedium concupiſcentiæ, ſed concupiſcentia non poteſt mederi, ſine ſine redditione debiti, ergo ex natura matrimonii ſequitur ius ad petendum & reddendum debitum. Vltimò probatur ex ipſo vocabulo debitum coniugale, quo ſignificatur ſecundum Auguſt. & Hieron. & omnes ſcholaſticos, quòd ex natura matrimonii oritur tale debitum.

¶ Ex hac concluſione ſequitur ſecunda. Ius ad ſimul cohabitandum oritur ex natu-

B ra matrimonii, & eſt propria paſſio illius. Hæc concluſio probatur primò ex diffinitione matrimonii, in qua dicitur indiuiduã vitæ conſuetudinem retinens, ſed ad hoc eſt neceſſariũ quod ſimul cohabitent: ergo. Secundò. Ex natura matrimonii ſequitur ius ad petendum, & reddendum debitum, ſed non poteſt eſſe commoda redditio debiti, niſi ſimul cohabitent: ergo. Tertiò. Matrimonium ordinatur ad procreationem, & inſtitutionem prolis, ſed non poteſt eſſe commoda educatio, & inſtitutio prolis, niſi ſi-

C mul cohabitent: ergo. Confirmatur. Nam intenſiſſima amicitia, quæ debet eſſe inter virum, & vxorem, non poteſt reperiri ſine maxima familiaritate, & mutua cohabitatione: ergo. Vltimò. Magis eſt animal coniugale quam politicum, ut docet Ariſto. 8. Ethic. cap. 12. ſed quia eſt animal politicum naturaliter inclinatur ad cohabitandum in ciuitate; ergo quia eſt animal coniugale, naturaliter inclinatur ad cohabitandum in eadem domo.

¶ Tertia concluſio. Iſtæ paſſiones & pro-

D prietates ſunt neceſſariæ ad matrimonium quantum ad fieri, non tamen quantum ad conſeruationem. Itaque matrimonium nõ poteſt fieri ſine his proprietatibus, poteſt tamen conſeruari ſine illis. V. g. ſeruitus ignorata ab altero coniuge, deſtruit matrimoniũ in principio, ut iam diximus, tamẽ ſi ſeruitus ſuperueniat matrimonio, cõſeruatur matrimonium. Eſt aliud exemplum in naturalibus, nam quidquid impedit generationem hominis impedit creationem animæ, tamen diſpoſitiones, quæ deſtruunt hominem non corrumpunt animam. Hæc concluſio ſic explicata probatur tertiò, & quarto argumento facto in principio. Ex

quo

quo ſequitur, quod Eccleſia poteſt poſt factum matrimonium cōſtituere impedimēta ad reddendum, & petendum debitū: quoniam iſtæ proprietates non ſunt neceſſariæ ad conſeruationem matrimonii: non tamē poteſt Eccleſia facere in principio quod ſit verum matrimonium ſine iure ad petendū & reddendum debitum: quoniam iſtæ proprietates ſunt neceſſariç matrimonio quantum ad fieri. Vnde colligitur differentia inter diſſolubilitatē quę eſt propria paſſio, neceſſaria quantum ad fieri, & quātum ad cōſeruatiouem. Iſtæ vero ſolum quantum ad fieri licet non bene conſeruetur matrimonium ſine illis.

¶ Ad primum argumentum reſpondetur, quod in aliis contractibus ſi detur dominiū rei ita vt nunquā ſit futura facultas vtēdi re, contractus eſt inualidus: quoniam dominium eſt inutile, ſi homo nunquam debet vti re illa. Cæterū ſi tradatur dominiū rei, & per aliquod tempus differatur vſus, validus eſt contractus. Sic in propoſito, ſi tradatur dominium corporis per aliquod tempus hac lege, & conditione, quod nō ſit futurus vſus per aliquod tempus, poſtea tamen ſit futurus, ualidum erit matrimoniū: ſi tamen tradatur dominiū ſine iure ad petendum, &c. nullum eſt matrimonium. Ex dictis reſpondetur ad confirmationem.

¶ Ad ſecundum cum prima confirmatione reſpōdetur, quod inter beatam Virginē & Ioſeph fuit uerum, & perfectum matrimonium: fuit etiam ius ad petēdum, & reddēdum debitum. Hoc tamen nō repugnat puritati Beatæ Virginis quoniam non conſenſit in copulam carnalem in actu exercito, vt ſupra diximus. Ad ſecundam confirmationem reſpōdetur, quod licet uſus matrimonii non ſit eſſentia matrimonii, ius tamen ad uſum eſt propria paſſio quæ neceſſario ſequitur ex matrimonio.

¶ Ad tertium, & quartum reſpondetur, quod illa argumenta conuincunt vltimam concluſionem.

¶ Circa ſecundam concluſionem eſt ſecunda difficultas, Vtrum gratia ſalutis tuēdæ, & procurandæ liberetur coniux à iure reddendi debitum alteri coniugi petenti. Videtur uera pars negatiua.

cap. quoniam de coniug. lepros. ¶ Primò. Alexan. III. in cap. quoniam, de coniugio leproſorum, docet, quoniam nemini licet excepta cauſa fornicationis, A vxorem dimittere, conſtat, quod ſiue mulier lepra percuſſa fuerit, vel alia graui infirmitate detenta, non eſt propterea à uiro ſeparanda, uel dimittenda. Et paulo inferius, Si uirum ſiue vxorem leproſum fieri contigerit, & infirmus a ſano carnale debitū exigat, generali præcepto Apoſtoli quod exigitur eſt ſoluendum. Cui pręcepto nulla in hoc caſu exceptio inuenitur. Etenim Pontifex in dicto ca. ex euangelica doctrina probat, non eſſe licitum coniugem ſanum coniugi leproſo domicilium ſiue cohabitationem denegare. In poſtrema vero parte ex B Apoſtolica doctrina non eſſe licitum debitum denegare, tamen manifeſtum imminet periculum coniugi ſano cohabitāti aut reddenti debitum leproſo, quod eodem inficietur morbo. Idem ſentit Alexan. cap. 1. eodem titulo. & idem ſignificat Vrbanus III. in cap. ibidem. 3. Quæ de lepra diffinita ſunt in his cap. accommodari poſſunt morbo Gallico, qui frequenter ſerpit apud noſtrates inter homines infimæ cōditionis & ſupremæ. Etenim hic morbus Gallicus cōtagione ſua, inficit nō minus quā lepra. ca. 1. eodem tit. & c. 3.

¶ Secundò arguitur, haud dubium quin C matrimonium contractum inter leproſum & alterum bene ualētem ſit firmum, & ualidum, quod docuit Alex. in allegato capite quoniā, ſed ad matrimoniū validum ex natura rei ſequitur iſtud ius in ſui generatione, vt ſupra oſtēdimus, ergo cum poſtea nullum commiſerit cōiux leproſus crimē, propter quod mereatur priuari iure iſto, manebit illi ius ſuum integrum. Reſpondebit quiſpiam, ſatis eſſe quod leproſus tempore contractus matrimonialis non indicauerit alteri coniugi morbum quem habebat. Sed huic reſpōſioni occurrimus. Quid D ſi indicauit leproſus coniugi antequam cōtraheret, ſed habere lepram aut morbum Gallicum.

¶ Tertiò arguitur. Ponamus coniugē qui ſine culpa ſua poſt matrimonium contractum incidit in lepram aut morbū Gallicum: fingamus rurſus illum vexari paſſionibus & cōcupiſcentiis inordinatis, ita, vt expoſitus ſit periculo incontinentiæ. Tūc ſic. Coniuges per matrimonium obligant ſe inuicem ad actum cōiugalē etiam quatenus eſt in concupiſcētiæ remedium: ſed in caſu iſto coniux leproſus innocēs eſt, & indiget remedio concupiſcentiæ, ergò. Confirmatur.

tur. Quoniā lege etiam charitatis tenetur quiſque magis diligere alterius bona ſpiritualia quā bona corporalia propria, ac multo magis ſocii ſociorum bona, eſt autem ſumma inter coniuges ſocietas, ergo.

¶ Quartò arguitur. Bonum vniuerſale anteponendū eſt bono priuato cuiuſcunq; hominis, ſed redditio debiti ꝑtinet ad uniuerſi bonum, & ad ſpeciei propagationem, ergo obligat etiam cum diſpendio proprię ſalutis. Huic argumento reſpondet Magiſter Sotus in 4. diſt. 32. quæſt. unica, ar. 1. ordinariam conſeruationem totius quæ ab intrinſeco eſt debere fieri, abſque partium detrimento: conſeruatio vero ſpeciei & orbis per generationem eſt ordinaria conſeruatio, ac ſubinde ſupponit incolumitatem eius qui conſeruat. Exemplum adhibet in membris quæ ab intrinſeco non conſeruāt totum, niſi ſuppoſita ſua conſiſtentia, & accipiendo primum alimentum quod neceſſarium eſt ad ſuam incolumitatem, quamuis extraordinaria conſeruatio totius: quæ eſt illius defenſio, contra pericula forinſeca ab extrinſeco, non ſupponat incolumitatem partium. Sed contra hanc ſolutionem poſſunt formari multæ calumniæ. Et enim bonum commune, cum ſit diuinum, anteponendum eſt bono priuato ſiue illud conſeruare teneamur per ordinariā, ſiue extraordinariam cōſeruationem: maxime quoniā ſi ciuis non proſpiciat uniuerſi bono, ipſe ſimul peribit cum vniuerſo ac deniq; quid quid ciuis eſt, eius vita, incolumitas, eſſe, eſt propter vniuerſi eſſe.

¶ In hac quæſtione Theologi omnes cōueniunt in hac concluſione prima certiſſima, excuſari coniugem ab obligatione reddendi debitum, alteri coniugi, ſi ex redditione immineat periculum uitæ aut propriæ ſalutis. Deſcendentes verò ad peculiarē caſum lepræ: antiquiores Theolog. D. Tho. D. Bonauen. Ricardus, & alii, diſt. 32. aiunt ſanum coniugem teneri ad reddendum debitū leproſo, non tamen ad cohabitandum cum illo, eo quod ex debiti redditione nō ſequitur communiter periculum cōtagionis, ex cohabitatione tamen ſequitur. Et idcirco recentiores Theologi Durand. Paludan. Soto, in eadem diſt. Syluester, uerbo, debitum coniugale. §. 1. & Caietan. verbo, matrimonium, cap. de vſu matrimonii: & D. Tho. interpretes, Victoria, Cano. in additionibus ad 3. par. quæſt. 64. intelligūt hos authores quoties ex redditione non immi net contagionis periculum. Quando vero ſequitur hoc periculum, quando vero non; cognoſcat Theolo. ex ſententia medici periti. Concluſio ſic explicata probatur primo. Per matrimonium ſolū obligatur vnus coniux alteri quātum ad actum generationis in redditione debiti, ſed generationis inſtrumentum eſt ſemen quod fit ex ſuperfluo alimenti ad indiuidui conſeruationem ergo non tenetur vnus alteri debitum reddere niſi ſuppoſita prius conſeruatione, & indiuidui incolumitate. Secūdo probatur. Nihil ferè durius fingi poteſt quam obligari hominem valetudinarium cui certo prognoſticantur medici mortem ſi ad vxorem accedat, ad debitum reddendum cōiugale. Confirmatur ex dictis 2. 2. de obligatione præcepti quod non obligat cum diſpendio vitæ & ſalutis.

¶ Cæterū quoniam hæc concluſio ſic in vniuerſum accepta, poteſt pati aliquas limitationes maxime neceſſarias, ſit ſecunda cōcluſio. Quoties coniux qui habet lepram, morbum Gallicū aut aliud contagioſum ante matrimonium formaliter vel virtualiter ſignificauerit alteri ſuum morbum: tenetur cōiux q̄ rectè valet ex lege iuſtitiæ reddere debitū ægroto, quāuis ueriſimile ſit eū inficiēdum eſſe ſimili morbo. Probatur primo. Coniux infirmus aptus erat ad matrimonium, & per illud accepit dominiū corporis alterius coniugis, omnino voluntarii recedēte omni fraude & vi, ergo. Confirmatur a ſimili. In reliquis cōtractibus ſi venditor vitium rei patefaciat emptori, contractus omnino obligat nō minus quam ſi res eſſet abſque vitio. Secūdo. Cōiux ægrotus inueniret alium coniugem qui non obſtante morbo, & contagionis periculo uellet cum illo contrahere, & vſum corpori concedere, ergo.

¶ Tertia concluſio. In caſu tertii argumenti ſimiliter tenebitur coniux qui bene valet reddere debitum ægroto etiam cum periculo contagionis, ſi ægroto immineat graue incontinentiæ periculum. Hęc concluſio conceditur argumento tertio, & amplius probatur. Prælatus tenetur in graui ſubditi neceſſitate ſpirituali etiā cum periculo propriæ vitæ, & ſalutis ſubuenire ſubdito, eo quod ex iuſtitia & officio tenetur

proui-

Prouidere ſubdito, ſed etiam coniux tenetur ex iuſtitia & officio prouidere incontinentiæ coniugis per vſum coniugalem, ergo. Maior eſt certa minor probatur. Quoniam matrimonium conſtitutum eſt in concupiſcentiæ remedium. Sed rogabit quiſpiam, quando præmitur ipſa graui neceſſitate? Facile reſpondetur, tunc temporis præmiſſa graui neceſſitate coniux quando propter paſſiones uehementes, aut propter exuberantem humorem non niſi cum magna difficultate poteſt reſiſtere paſſionibus.

¶Quarta concluſio pro reſolutione argumenti ultimi. Quando bonum commune ſiue totius uniuerſi, ſiue regni, ſiue communitatis, popoſcerit vt coniux generationi vacet, tenetur etiam cum uitæ manifeſto diſcrimine vacare generationi. v. g. expedit ad regni bonum, quod Rex aliàs ualetudinarius, & imbecillis ſalutis, ſobolem ex Regina recipiat, haud dubium, quin, etiam ſi medici minentur illi mortem ſi ad illam accedat, tenetur accedere. Fortaſſe huius rei exemplum habemus in Enrico III. Caſtellæ & Legionis Rege, qui a noſtris dicitur cognomento, Enfermo, eo quod laboraret morbo perpetuo, nihilominus tamen, & vxorem duxit, & ex ea genuit prolem ſecundam, & ob id mortuus eſt. Hæc concluſio conceditur argumēto ultimo, hæc enim eſt legitima eius reſponſio, quoniam uniuerſi Theologi aſſerentes primam concluſionem, loquuntur tantum de debiti redditione ſecundum quod talis redditio pertinet ad iuſtitiam particularem commutatiuam, quæ eſt inter vtrumque coniugem. Hæc ſiquidem non obligat cum tāto diſcrimine uitæ & ſalutis. Cæterū ſi loquamur de uſu coniugali ſecundum quod pertinet ad commodum publicum, & ad iuſtitiam legalem, quæ reſpicit bonum publicū, haud dubium, quin teneatur, quicunque coniux cum manifeſto, & euidenti periculo, & diſcrimine uitæ, & petere, & reddere debitū, & hoc eſt certum.

¶Ad rationem uero Magiſt. Sot. reſpondetur negando quod in ordine ad bonum commune tātum teneatur homo illud conſeruare per conſeruationem etiā ab intrinſeco ſine detrimento propriæ ſalutis, & vitæ, quoniam totū quod eſt homo tenetur quilibet referre ad bona publica, ſiue hoc, A ſiue illo modo fiat boni publici conſeruatio, ſiue ab intrinſeco ſiue ab extrinſeco. Ad exēplum uero de membris, & de toto corpore reſpondetur, naturam indidiſſe membris, appetitum qui maxime confert ad incolumitatem, & ſubſtantiam totius. Verum quoniam membra ipſa ex arbitrio, & propoſito agere non poterant, contulit natura digniorib. & potiorib. membris, potentiam maiorem multo, & uim efficaciorem ad ſumendam ex alimento portionem ſibi neceſſariam: ita ut quantum membrū potius eſt, tanto potentius ſit ad ſumendum cibum ſibi neceſſariū. B Et idcirco ſi propter inopiam cibi aſſumpti, aliquod membrum detrimētum patitur indignius membrum illud patietur, & dignioribus iuxta gradus ſuos prouidebitur. Ita uidebimus euenire in republica bene conſtituta, principes præaſſumunt ſibi neceſſaria per potentiam ſuam, poſt habetur inferiorum ratio.

¶Difficultas tertia. Vtrum gratia euitandi morbi in prole generanda, excuſetur coniux a debiti redditione. Exempla ſunt quando uxor patitur profluuium ſanguinis, aut certè purgatur ſanguine mēſtruo, aut quando alter coniux eſt leproſus, etenim in his C caſibus euenire frequenter ſolet, fœtus conceptos naſci morboſos. Videtur utra pars affirmatiua. Primò. Gratia uitandi morbi in ſeipſis excuſantur coniuges a debiti redditione, ut diximus quæſtione præcedenti; ergo. Probatur conſequentia, & quantum uidetur a fortiori, quoniam quilibet poteſt cedere iuri ſuo, & detrimentis propriis, neutiquam tamen alienis.

¶Secundò. Vnuſquiſque tenetur ex lege tum charitatis, tum iuſtitiæ, nō inferre alteri damnum, & præſertim parentes liberis; D ſed per talem coitum infertur damnum: ergo. Confirmatur. Idcirco fornicatio ſimplex eſt mortale peccatū, quia eſt in detrimētum prolis generādæ, ſed hic concubitus eſt in detrimentū prolis generandæ: ergo.

¶ Tertiò arguitur. Accedere ad uxorem tempore menſtrui ſanguinis regularis, & naturalis idcirco eſt peccatum, quia exinde prouenit proli detrimentum: ergo quoties timetur prolis detrimentum, non licet accedere. Antecedens quantum ad id quod ſit peccatum acceſſus ille, oſtenditur ex Leuit. 20. cap. ubi dicitur. Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpi- Leu. 20.

A tudinem eius ipſaque aperuerit fontē ſan-
guinis ſui interficientur ambo. Reſponde-
bit quiſpiam hoc præceptum fuiſſe cære-
moniale tantum,& iudiciale,quod proinde
ceſſauit in Euangelica lege. At huic reſpon
ſioni obſtat,quòd Ezechiel Propheta.c.18.
Ezec.18 & 22. & 22. hoc peccatum acceſſus ad menſtrua-
tam enumerat inter peccata contra naturæ
legem,& id apertè docet Diuus Auguſt. li-
bro 3. quæſt. in Leuit. q. 50. c. 64. & li. 3. de
peccatorum meritis,& remiſſione,& paruu-
lorum baptiſmo,cap. 12. ubi docet, hoc eſſe
morale præceptum,& perſeuerare in Euan-
B gelica lege. Idipſum docet D. Hieron. ſuper
Ezech. locis citatis. & in commentariis ſu-
per Hierem. cap. 1. & D. Grego. in reſpon-
ſione. 10. ad Aug. Cantuarienſem Epiſcopū
in fine epiſtolarum,& refertur in canone ad
Can. ad eius. diſtinct. 5. eius. diſt. 5.

¶ Pro huius quęſtionis intelligentia di-
ſtinguendum eſt, periculum hoc quod ti-
metur proli generandæ, prouenire poſſe ex
cauſa ſeu morbo perpetuo parentum, aut
certè ex cauſa temporali. Exēplum primi
eſt in leproſis, & in uxore patiente proflu-
uium ſanguinis continuum. Secundi eſt in
C fœmina tempore quo releuatur ſanguine
menſtruo.

¶ Prima concluſio. Quādo cauſa eſt per-
petua nullum eſt peccatum, coniuges pete-
re aut reddere debitum, etiam ſi periculū
inſit proli generandæ, quod naſcetur mor-
boſa, aut monſtruoſa. Hæc concluſio eſt cō-
munis cunctis Theologis, diſt. 32. allegata,
& probatur. Quoniam duriſſimū eſſet obli-
gare coniuges ad caſtitatem perpetuā, ma-
xime quoniam viuntur coniuges iure ſuo,
hoc eſt ius quod unus habet ſuper alterius
corpus.

D ¶ Deniq; ipſimet proli morbo quocunq;
affectæ, melius eſt ſic eſſe, quam nō eſſe: ſu-
ſcipit itaq; proles maximū a parentib. bene
ficium: quandoquidē ad diſpoſitiones quas
parentes introducunt in materiam, ſequi-
tur quod Deus creet animā rationalem, im-
mortalem, virtutis ac beatitudinis capacē.

¶ Tota difficultas eſt quando cauſa im-
perfectionis in prole eſt temporalis, ut in
mēſtruo regulari. De qua re ſunt variæ ſen-
tentiæ. Prima eſt D. Tho. diſt. 32. quæſt. 2.
art. 2. aſſerentis, eſſe peccatum petere debi-
tum menſtrui regularis tempore, & quæſt.
3. dicentis, non eſſe peccatum tali tempore
reddere. D. Thom. diſcipuli interpretantur
communiter petitionem eſſe veniale pecca
tum. Palud. quæſt. 2. Soto quæſt. vnica, art.
2. D. Antoni. 3. par. tit. 1. cap. 20. §. 5. Caiet.
2. 2. quæſt. 154. artic. 1. & in ſumma, verbo,
matrimonium, c. de uſu coniugij. Victor. &
Cano, in additionibus ad 3. partem. q. 64.
Quocirca maxime falſus eſt, Nauarrus in
Enchiridio. cap. 16. num. 32. imponens D.
Tho. ſententiam oppoſitam, videlicet, quod
ſit mortale peccatum, & petere & reddere.
Alii authores D. Th. antiquiores ſenſerūt,
eſſe peccatum, & petere & reddere. Idem
D. Thom. quæſt. 3. allegata, quem dicendi
modum reputat probabiliorem. D. Bonau.
diſtinctione trigeſimaſecunda, articulo ter-
tio, quæſtione prima in corp. quamuis in eā
dem quæſtione poſt reſponſionem ad argu
mēta dicat modum quem retulimus ex D.
Thom. eſſe ſecuriorem. Scotus eadem diſt.
quæſt unica, inquit, & petere & reddere eſ-
ſe peccatum mortale, quem ſequuntur ali-
qui Theologi & Iuriſperiti in allegato ca-
none, ad eius. Inter has ſententias eſt quæ-
dam media aſſerens eſſe peccatum mortale
petere; reddere autem nullum. In hac eſt
Tho. de Argentina diſt. 32. quæſt. unica, art.
1. Sylueſt. vero, verbo, debitum cōiugale, q.
6. inquit, ex parte fœminæ in uniuerſum eſ-
ſe peccatum mortale petere, ex parte uero
viri aliquando eſſe veniale, ſ. tunc quando
imminet illi periculum incontinentiæ, nec
poteſt aliter facile ſibi prouidere. Cæterum
reſponſio huius quæſtionis videtur facilis
ex concluſione præcedenti, quæ commu-
nis eſt.

¶ Secunda cōcluſio. Officium virtutis, &
iuſtitiæ eſt mēſtrui regularis tempore, red-
dere debitum petenti coniugi, ac ſubinde
peccatum mortale erit non reddere tali tē-
pore coniugi inſtanter petenti. Dico inſtan-
ter petenti, quoniam ſi uxor poſſet mari-
tum maximè ignorantem, quod illa men-
ſtruum patiatur, ſi occaſionibus & preci-
bus auerteret a petendo debito, tenetur
id facere, quamuis non teneatur indicare
illi illū morbum, niſi nimium fidat de ma-
riti prudentia & amore, ut docet D. Tho-
mas in allegata quæſtione tertia. Conclu-
ſio ſic explicata, probatur primò. Vſus con-
iugij eſt debitus ex iuſtitia coniugi peten-
ti, at periculum prolis inficiendæ non eſt
circunſtantia intrinſecè mala, uitians neceſ-
ſario

ſario actum, ut patet ex præcedenti concluſione, ergo.

¶ Tertia concluſio. Non eſt mortale peccatum petere debitum tali tempore. Probatur concluſio. Accedere ad fęminã mẽſtrui regularis tempore, non eſt intrinſecè malũ etiam ſi periculum timeatur proli generãdæ, ſed ex menſtruo regulari nulla circunſtantia adiungitur aggrauans in infinitum, vt trãsferat actũ in mortale peccatũ, ergo.

¶ Quarto cõcluſio eſt. Peccatum veniale eſt tempore mẽſtrui regularis petere debitum. Hanc concluſionem concędimus teſtimoniis Leuit. 18. & 20. teſtimoniis etiã Sanctorum quos allegauimus in vltimo argumẽto. Probatur aperta ratione. Tali tempore eſt praua diſpoſitio, & maligna ex parte fœninæ ad ueneratíonis actũ, ergo peccatum eſt veniale. Deinde probatur, quia non poteſt non eſſe aliqua inconuenientia non præſtolari tempus aptius ad generationem, maxime in breui affuturam.

¶ Ad primum argumẽtum reſpondetur negando conſequentiam, quoniam nemo obligatur propriæ ſalutis debitum reddere & proli generandæ nulla fit iniuria, per talem coitum, ſed maximum beneficium, ut diximus, & inde patet ſolutio ad ſecundã confirmationem.

¶ Ad tertium reſpondetur præceptum illud Leuit. 20. continere aliquod morale, aliquod iudiciale, aliquod denique ceremoniale, cæremoniale quidẽ eſt, qua parte prohibebat illum coitum propter immũditiã & horrorem, & efficiebat irregularẽ, & immundum coeuntem, ita vt non poſſet ſacra tangere. Iudiciale vero, qua parte inferebat pęnam mortis tranſgreſſoribus, mortale vero, & naturale qua parte prohibebat acceſſum illum ratione indiſpoſitæ materiæ, & damni quod ſequi poteſt in prole. Et quidẽ cæremonialia omnia & iudicialia iam ceſſarunt ceſſante lege ueteri, manet autem hoc præceptum in Euãgelica lege, qua ratione eſt morale. Verum tamen intelligẽdum eſt quando coniux voluntariè petit, non exactus reddit, quod ſignificant illa uerba, reuelauerit, ex parte viri, aperuerit, ex parte fœminæ. Sed hoc etiam dato eſt tantum ueniale peccatum, ut in tertia oſtendebamus concluſione.

¶ Quarta difficultas. Quid ſi timeatur proli tam genitæ in uita, uel ſalute pericu- A lum ex debiti redditione. Exempla ſunt, ſi fœmina ſit grauida, & timeatur aborſus ex debiti redditione, uel ſi iam natũ filium lactet, & propter paupertatem uel alias cauſas, nõ habeat nutricem quæ poſſit infantẽ lactare, ex redditione autem debiti ſequitur fœcundatio uxoris, lac autem fœminæ grauidæ eſt maxime pernicioſum, & noxium infantibus, & quandoque nullũ prorſus lac habent fœminæ grauidæ, quid fiet?

¶ Huic quæſtioni facile reſpondetur, quod manifeſtum eſt tũc ſufficere illud ad excuſandum coniugem a debiti redditione B penſatis tamen hinc inde periculis aborſus & ingrauidationis, & ſi quæ ſunt incontinentiæ in altero coniuge. Hanc concluſionem probant argumenta facta in principio quæſtionis præcedentis, & eſt manifeſta, quoniam talis concubitus eſt contra bonũ prolis, quod eſt maxime intentum per matrimonium.

¶ Ad argumentum vero quod fieri põt ex doctrina præcedentis quæſtionis. Reſpondetur, negando conſequentiam, quoniam cum proles nondum eſt genita, beneficium maximum accipit a parentibus per C generationem, etiam ſi generetur morbida & læſa. At quãdo iam ſemel eſt genita, ſummum incommodum accipit per talem concubitum. Hactenus dictũ ſit de cauſis quæ deſumuntur ex bonis naturæ.

¶ Quinta difficultas de cauſis deſumptis ex fortunæ bonis. V.g. vitandi detrimenti, ĩ bonis fortunæ, ſiue famæ, ſiue pecuniarũ, excuſetur coniux a debiti redditione. Exẽpla ſunt in liberorum multitudine, an iſta excuſet præſertim ſi paupertas premat parentes. Ita in rei familiaris iactura, aut alicuius infamiæ nota, ꝓ quib. vitandis opus D eſt domo peregrè proficiſci etiam inuita & repugnante vxore. Videtur vera pars affirmatiua. Primò. Diuiniſſimum eſt obligari hominem ad alendam numeroſam ſobolẽ ad ferendam paupertatem, & illius incommoda, vt reddat debitum, ergo nõ tenetur. Antecedens probatur. Quoniam duriſſimum eſt, & idcirco non obligatorium præceptum de reſtituendo cum tanto detrimento.

¶ Secundo arguitur. In præcedẽti quæſtione diffiniuimus, quod ſi ex concubitu timeatur periculum, proli iam genitæ, non tenetur coniux reddere debitum, ſed quan-

do eſt multitudo nimia liberorum, & ex cõcubitu ſperat matris grauidatio, ſimiliter timeri poteſt periculũ in educatione liberorum qui iam ſunt geniti præſertim quando paupertas premit coniuges, ergo.

¶ Tertio arguitur. Propter negotia rei domeſticæ peragenda licet viro abeſſe a domo etiam repugnante vxore, quod patet ex communi vſu omnium hominũ etiam proborum qui pergunt ad ſua negotia peragenda etiam ſi mulier repugnet, ergo.

¶ Quarto arguitur. Licitum eſt uiro ſeipſum in mancipium vendere, maxime ſi pecunia indigeat ad alendos liberos, & familiam, & id quidem recuſante, & repugnante vxore: haud dubium, quin mancipium non poſſit ita facile debitum reddere impeditus heri negotiis, ergo.

¶ Vltimò arguitur. Licet marito religionem militarem profiteri, in qua tamẽ emittitur votum de caſtitate coniugali, & id etiam contradicente vxore, at religioſus militaris non ita poteſt libere rei vxoriæ vacarẽ, ergo. Maior uidetur certa. Minor eſt manifeſta, quoniam religioſus tenetur obedire ſuis prælatis, & ſæpe domo diſcedere, & militare quando alii non tenẽtur, ergo.

¶ In hac quæſtione Magiſter Sotus in 4. diſtinctione, 32. quæſtione vnica, articulo 1. inquit, quod ſi coniuges longa liberorum propagine abundent, dubium eſt, an coniux poſcenti coniugi licitè debitum denegare valeat. Sed nihilominus ſi periculum alterius pollutionis in petente non timeatur, non eſſet condemnanda negatio alterius, præſertim dum paupertate premuntur, ut tandem alere non poſſint. Tunc enim ſolutionem debiti recuſans, non eſſe ſaltem de mortali culpandus. Idẽ author articulo 3. inquit, iuſſu Regis poſſe maritum inuita, & relicta vxore militare, & ad alia negotia peregrè proficiſci ſponte.

¶ Prima concluſio. Manifeſtum eſt liberorum multitudinem non eſſe cauſam ſufficientem ad denegandum debitum, et ſi ex concubitu ſperetur fœcunditas matrimonii: quin potius talis fœcunditas eſt cauſa obligans, quam excuſans.

¶ Probatur primo. Prolis procreatio eſt primus matrimonii finis. & unum bonum honeſtans matrimonium: & illius vſum, A ergo exinde magis naſcitur obligatio ad reddendum, quam excuſatio.

¶ Secundò probatur. Matrimonii uinculum obligat coniuges ad coniugalem vſum in ordine ad multiplicationem, & propagationem ſpeciei, ergo. Sed dicet quiſpiam eſſe interdũ numeroſiorem prolem, quam ſolet eſſe inter coniuges. Reſpondetur matrimonii naturam eſſe, vt ſit inter duos tantum coniuges liberi autem qui ſuſcipi poſſunt, ex matrimonio inter duos coniuges, non excedunt matrimonii terminos, ac ſubinde talis proles honeſtat matrimonium.

B ¶ Secunda concluſio. Gratia euitandi detrimenti notabilis, aut comparandi inſignis commodi in fortunæ bonis, maxime in fama poterit ſe coniux excuſare à debiti redditione. Quod autem ſit detrimentum aut commodum inſigne coniectabit vir prudens, attenta etiam longitudine, & breuitate temporis in quo coniux debitum denegat: attentis etiam omnibus circunſtantiis, quæ ad bonam domus gubernationem pertinent: attendet rurſus eũ qui petit eſſe creditorem, cum vero qui negat eſſe debitorem, ac proinde in caſu du- C bio declinandum eſt in fauorem petentis. In exemplo primo de liberorum multitudine, nunquam concederem copiam ad denegandum, ſi modo ſuppeteret cẽſus ad liberos educandos, & inſtituendos: quamuis bonis parentum inter tot liberos diuiſis poſt parentum obitum, minus eſſet in ſingulis, & non ſufficeret ad ſingulorum vitam ſuſtinendam. Probatur concluſio. Primò. Coniuges in matrimonij contractu pollicentur ſibi inuicem mutuum obſequium, & operarum communionem quan- D tum ad œconomiam, & propriæ domus gubernationem pertinet: ergo quoties viri prudentis arbitrio ad familiæ gubernationem pertinet denegare debitum: id poterit licitè coniux facere. Hanc etiam concluſionem concedimus argmentis in oppoſitum, ita vt ſeipſum in mancipium maritus vendere, & religionem militarem profiteri, etiam inuita vxore, ſi rei familiaris neceſſitas poſcat, & viri prudentis arbitrio licitè poſſit.

AR-

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum vir teneatur reddere debitum vxori non petenti.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q̃ non teneatur vir debitum reddere vxori non petenti. Præceptum enim affirmatiuum non obligat niſi ad tempus determinatum: ſed tempus determinatum ſolutionis debiti non poteſt eſſe niſi quando petitur, ergo aliàs ſolue re non tenetur.

¶ 2 Præterea. De quolibet debemus præſumere meliora: ſed melius etiam eſt coniugibus continere quam matrimonio vti, ergo niſi expreſſe debitum petat, debet vir præſumere quod ei placeat continere, & ſic non tenetur debitum ei reddere.

¶ 3 Præterea. Sicut vxor habet poteſtatem in virum, ita dominus in ſeruum: ſed domino non tenetur ſeruus ſeruire, niſi quando ſibi ab ipſo imperatur: nec ergo uir tenetur uxori reddere debitum, niſi quando ab eo exigitur.

¶ 4 Præterea. Vir poteſt aliquando vxorem exigentem precibus auertere ne exigat, ergo multo magis poteſt non reddere ſi non exigat.

SED contra. In redditione debiti medicamentum præſtatur contra vxoris concupiſcentiam: ſed medicus cui infirmus eſt commiſſus tenetur morbo eius ſubuenire etiam ſi ipſe non petat, ergo vir vxori non petenti tenetur debitum reddere.

¶ Præterea. Prælatus tenetur correctionis remedium circa peccata ſubditorum adhibere, etiam eis contradicentibus: ſed redditio debiti eſt in A *uiro ordinata contra peccata uxoris, ergo tenetur uir debitum reddere quandoque etiam non petenti.*

RESPONDEO dicendum, quod petere debitum eſt dupliciter. Vno modo expreſſe, vt quando uerbis inuicem petunt. Alio modo eſt petitio debiti interpretatiua, quando ſcilicet, vir percipit per aliqua ſigna quod uxor vellet ſibi debitum reddi, ſed propter verecundiam tacet: & ita etiam ſi non expreſſe petat ver B *bis debitum, tamen uir tenetur reddere, quando expreſſa ſigna in vxore apparent voluntatis reddendi debiti.*

AD primum ergo dicendum, quòd tempus determinatum non eſt quando petitur, ſed quando timetur ex aliquibus ſignis periculum, ad quod uitandum ordinatur debiti redditio, niſi tũc reddatur.

AD ſecundum dicendum, quod vir poteſt talem præſumptionem ha- C *bere de uxore quando in ea contraria ſigna non videt, ſed quando videt eſſet ſtulta præſumptio.*

AD tertium dicendum, quod Dominus non ita verecundatur à ſeruo petere debitum ſeruitutis, ſicut vxor à viro debitum coniugii. Si tamen dominus non peteret, vel propter ignorantiam, vel alia de cauſa, nihilominus ſeruus tenetur implere ſi periculum immineret: hoc enim eſt non ad oculum ſeruire, quod D *Apoſtolus ſeruis mandat.*

AD quartum dicendum, quod non debet vir vxorem auertere ne petat debitum, niſi propter aliquam rationabilem cauſam, & tunc etiam non debet cum magna inſtantia auerti propter pericula imminentia. Gloſ. 3.

SVM-

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio ſit. Quomodocunque vxor petat debitum ſiue formaliter, ſiue interpretatiue, vir tenetur reddere debitum. Ratio huius concluſionis deſumitur ex articulo præcedenti.

¶ Circa reſolutionē huius articuli in corpore, notandum primo, quod uir non tantū tenetur reddere debitū vxori quādo formaliter & expreſſe petierit, ſed etiā quādo interpretatiue, videlicet, qñ vir videt in vxore ſigna quib. iudicat cuper, eqđ ſibi reddat debitū. Rō eſt, nam vir tenetur reddere debitū petenti vxori, uxor vero pp uerecundiam non ſemper petit expreſſe & formaliter, ſed interpretatiue.

¶ Secundo notandum circa ſolutionem ad vltimum, quod non ſolum eſt peccatum negare debitum quando alter petit formaliter uel interpretatiue: ſed etiam quādo uir auertit vxorem ſine rationabili cauſa ne petat debitum: quia illa auerſio tenet locum negationis. Vnde Paulus dicit, Nolite fraudare inuicem. Dixi ſine rationabili cauſa, nam cum uir ſit caput mulieris, & illi incumbit correctio vxoris, poteſt hac de cauſa interim debitum ſubtrahere ſi ſecundum prudentiam neceſſarium fuerit. Et ex alia parte debet uir cautus eſſe ne petētem vxorem repellat confuſam ſi quidem, exponetur periculo incontinentiæ, vide plura de hoc ſupra quæſt. 46.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum vir & mulier ſint in actu matrimoniali æquales.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod vir & mulier non ſint in actu matrimonij æquales. Agens enim eſt nobilius patiente: vt Auguſtinus dicit 12. ſuper Geneſ. ad literam: ſed in actu coniugali uir ſe habet vt agens, & fœ- Ar. 1. & 2. huius quæſt.

A *mina ut patiens, ergo non ſunt in actu illo æquales.*

¶ 2 Præterea. Vxor non tenetur viro debitum reddere niſi petat: uir autem tenetur, vt dictum eſt, ergo non ſunt pares in actu matrimonij.

¶ 3 Præterea. In matrimonio mulier propter virum facta eſt: vt patet Geneſis 2. Faciamus ei adiutorium ſimile illi: ſed illud propter quod eſt alterum, ſemper eſt principale, ergo, &c.

¶ 4 Præterea. Matrimonium prin
B *cipaliter ordinatur ad actum coniugalem; ſed in matrimonio uir eſt caput mulieris, ut patet prima Corinthiorum 7. ergo non ſunt æquales in actu prædicto.*

SED contra eſt quod dicitur 1. Corinthiorum 7. Vir non habet poteſtatem ſui corporis, & ſimiliter dicit de uxore, ergo ſunt æquales in actu matrimonij.

¶ Præterea. Matrimonium eſt relatio æquiparantiæ cum ſit coniunctio, Quæſt.
ut dictum eſt, ergo uir & uxor ſunt 44. ar. 1.
C *æquales in actu matrimonij.* & 3.

RESPONDEO dicendum, quod duplex eſt æqualitas, ſcilicet, quantitatis & proportionis. Aequalitas quidem quantitatis eiuſdem menſuræ, ſicut bicubiti in bicubitum. Sed æqualitas proportionis eſt qua attenditur inter duas proportiones eiuſdem ſpeciei, ſicut dupli ad duplum. Loquendo ergo de prima æqualitate vir & vxor non æquales in matri-
D *monio, neque ad actum coniugalem in quo id quod nobilius eſt uiro debetur, neque quantum ad diſpenſationem domus in qua uxor regitur & vir regit: ſed quantum ad ſecundam æqualitatem ſunt æquales in vtroque, quia ſicut tenetur vir vxori in actu coniugali & diſpenſatione domus ad id quod viri eſt, ita uxor viro ad id quod vxoris eſt, & ſecundum hoc dicitur in litera quod ſunt æquales in reddendo debitum.*

AD

AD primum ergo dicendum, quod quamuis agere ſit nobilius quam pati, tamen eadem eſt proportio patientis ad patiendum, & agentis ad agendum, & ſecundum hoc eſt ibi æqualitas proportionis.

In 4 d. 32.

AD ſecundum dicendum, quod hoc eſt per accidens. Vir enim qui nobiliorem partem habet in actu coniugali, naturaliter habet ꝙ non ita erubeſcat petere debitum ſicut vxor: & inde eſt ꝙ non ita vxor tenetur reddere debitum non petenti viro, ſicut vir vxori.

AD tertium dicendum, quod ex hoc oſtenditur quòd non ſunt æquales abſolute: non autem quod non ſint æquales ſecundum proportionem.

AD quartum dicendum, quod quamuis caput ſit principalius membrum, tamen ſicut membrum tenetur capiti in officio ſuo, ita caput membris, & ſic eſt ibi æqualitas proportionis.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. ſit. Vir & vxor ſunt æquales in reddendo debitum æqualitate proportionis.

¶ Secunda concluſio ad ſecundum. Non ita uxor tenetur reddere debitum non petenti viro: ſicut uir vxori, nam uir nou ita erubeſcit petere debitum ſicut vxor.

¶ Circa iſtum articulum notandũ, quòd æquale ius habent uir & uxor in exigendo debito coniugali: quòd verum habet ſiue inter virum & vxorem ſit iuſtum ſimpliciter, ſiue non. De quo in 2. 2. quæſtione 58. Certum eſt tamen, quod ex contractu matrimonii orta eſt mutua obligatio maior, quam ex quocunque contractu iuſtitiæ. Et ſicut grauior eſt iniuria, quę fit patri quam uis non ſit ſimpliciter iuſtitia. ita grauior eſt iniuria quæ fit vxori in hac parte. Verum eſt quod uir ratione naturalis cõditionis caput eſt vxoris, atque vt docet Apoſtolus ſæpe mulier tenetur ſubdita eſſe: tamen ex contractu matrimonii, & ſocialis vitæ æqualem habent ius, ſalua tamen di-

A gnitate viri. Et quoniam ut docet Diuus Thomas, æqualitas hæc non eſt quantitatis ſed proportionis: ideo ius habet mulier petendi debitum, ſicut uir: ſed quoniam viro incũbit correctio uxoris, ut diximus articulo præcedenti, poteſt hac de cauſa interim debitum ſubtrahere.

ARTICVLVS IIII.

B ¶ Vtrum uir & vxor poſſint emittere uotum contra debitũ matrimonij ſine mutuo conſenſu.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd vir & vxor poſſint votum ꝑmittere contra debitum matrimonii ſine mutuo conſenſu. Vir enim & vxor æqualiter obligantur ad debiti ſolutio-
C *nem, vt dictum eſt, ſed licitum eſt uiro etiam vxore prohibente accipere crucem in ſubſidium terræ ſanctæ, ergo et hoc licitum eſt vxori: & ideo cum per uotum redditio debiti impediatur, poteſt alter coniugum ſine conſenſu alterius uotum prædictum emittere.*

¶ 2 *Præterea. Non eſt expectandum in aliquo voto conſenſus alicuius qui non poteſt ſine peccato diſſentire, quin alter coniugum continentiã voueat uel ſimpliciter vel ad tempus: quia impedi-*
D *re profectum ſpiritualem eſt peccatum in Spiritum ſanctum, ergo vnus poteſt votum continentiæ ſimpliciter vel ad tempus ſine conſenſu alterius vouere.*

¶ 3 *Præterea. Sicut in actu matrimoniali requiritur debiti redditio, ita debiti petitio: ſed vnus non poteſt ſine conſenſu alterius uouere quod debitum non petet, cum in hoc ſit ſuæ poteſtatis: ergo pari ratione quod debitum non reddet.*

¶ 4 *Præterea. Nullus poteſt ex præcepto ſuperioris cogi ad id quod non liceret*

liceret ſibi ſimpliciter vouere & facere, quia in illicitis non eſt obediendũ: ſed prælatus ſuperior poſſet præcipere viro, & vxori ad tempus debitum nõ reddere, occupando eum in aliquo ſeruitio, ergo hoc etiam ipſe poſſet facere & vouere per quod ad debiti redditionem impediretur.

SED contra eſt quod dicitur 1. Corinth. 7. Ne fraudetis vos inuicem niſi ex communi conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi.

Præterea. Nullus poteſt facere uotum de alieno: ſed vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vxor: ergo ſine eius conſenſu non poteſt votum continentiæ facere, uel uouere ſimpliciter uel ad tempus.

RESPONDEO dicendum, quod uouere uoluntatis eſt ut iam ipſum nomen oſtendit: unde de illis tantum bonis poteſt eſſe uotum quæ noſtræ ſubiacent uoluntati, qualia non ſunt ea in quibus unus alteri tenetur: & ideò in talibus non poteſt aliquis uotum emittere ſine conſenſu eius cui tenetur: unde cum coniuges ſibi inuicem teneantur in redditione debiti, per quam continentia impeditur, non poteſt unus abſque conſenſu alterius continentiam uouere & ſi uouerit peccat, & non debet ſeruare uotum, ſed agere pœnitentiam de uoto malè facto.

AD primum ergo dicendum, quod ſatis probabile eſt, quòd uxor debeat uelle continere ad tempus ſubueniendo neceſſitati eccleſiæ generalis: & ideo in fauorem negotii pro quo crux ſibi datur inſtitutum eſt quòd uir poſſit abſque conſenſu uxoris crucem accipere: ſicut etiam poſſet domino ſuo terreno, à quo feudum tenet, abſque eius conſenſu militare, nec tamen omnino ſubtrahitur uxori ius ſuum, quia vxor poteſt eum ſequi, nec eſt ſimile de uxore ad uirum, quia cum uir debet regere uxorem, & non èconuerſo, magis tenetur uxor ſequi uirum quam èconuerſo: & præterea uxor cum maiori periculo caA ſtitatis diſcurreret per terras quam uir, & cum minori eccleſiæ utilitate: et ideò uxor non poteſt hoc uotum facere ſine uiri conſenſu.

AD ſecundum dicendum, quòd alter coniugum diſſentiens uoto continentiæ alterius non peccat: quia non diſſentit ut bonum illius impediat, ſed ne ſibi præiudicium generetur.

AD tertium dicendum, quod circa hoc eſt duplex opinio: quidam enim dicunt quod unus abſque conſenſu alteB rius poteſt uouere, quod non petat debitum: non autem quod non reddat: quia in primo uterque eſt ſui iuris, ſed non in ſecundo. Sed quia ſi alter nunquam peteret debitum, ex hoc alteri matrimonium oneroſum redderetur, dũ oporteret unum onus ſemper debitum petẽdi ſubire. Et ideo alij probabilius dicũt quod neutrum poteſt unus ſine conſenſu alterius uouere.

AD quartum dicendum, quòd ſicut mulier accipit poteſtatem in corpoC re uiri ſaluo hoc in quo uir tenetur corpori ſuo, ita etiam ſaluo hoc in quo tenetur alii domino: et ideo ſicut uxor nõ poteſt debitum petere à uiro contra ſalutem ſui corporis, ita nec ad impediendum hoc in quo domino tenetur ſed præter hoc non poteſt dominus prohibere quin debitum reddat.

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio eſt negatiua. Imò vouens ſine conſenſu alterius peccat mortaD liter, & uotum non obligat & ratio eſt, quia uotum debet eſſe de his quæ ſunt in poteſtate vouentis, at uero non reddere debitũ non eſt in poteſtate coniugati.

CIrca iſtum articulum eſt prima difficultas, an uotum caſtitatis emiſſum à coniuge ſit ualidum. Pro huius difficultatis explicatione præmittendum eſt, uota hæc caſtitatis poſt conſummatum matrimoniũ quandoque fieri ab uno coniuge abſque alterius copia & conſenſu, quandoque vero habita copia alterius.

¶Prima concluſio. Solenne uotũ religionis uel ſacri ordinis abſq; alterius cõjugis licentia

centia ab altero coniuge emiſſum, obligat tantum quantum ad non petendum debitum. Hanc concluſionem quantum ad religionis votum, docent expreſſe Alexand. III. in cap. quidam, & Celeſtinus III in c. placet, de conuerſione coniugatorum. Reddunt autem hanc rationem, quoniam non petere debitum eſt in poteſtate coniugis vouentis: at non reddere petẽti, eſt in clauſtro manere, idq; non eſt in ipſius uouentis poteſtate ſed alterius coniugis. Hãc etiam partem docet tota ſchola in 4. diſtinct. 38. Quantum uero ad uotum ſolenne in ſacri ordinis ſuſceptione emiſſum, docet eandem concluſionem Ioan. 22 in extrauagan. antiquæ concertationi debito inter eius extrauagantes, imo fit regularis talis coniux in pœnam delicti. Docet hoc ipſum ſcholaſt. in 4. diſtinctione 37. Sed contra hanc concluſionem arguitur. Votum ſolenne quodcunque includit caſtitatem omnimodam tam non petendi quam non reddendi debitum, ergo uota hæc ſolennia, de quibus modo, uel ſunt irrita & caſſa quantum ad vtrumque uel valida quantum ad vtrũque. Reſpondebit quiſpiam negando conſequentiam, quia quamuis non in ratione voti ſolennis valeant hæc uota, tamen in rõne uoti ſimplicis, obligarunt coniuges in his in quib. ſe obligare potuerunt. Cõtra hanc ſolutionem arguitur. Votum ſolenne religionis ante 16. nullam inducit obligationem et in ratione uoti ſimplicis, quantum ad non petendum vt docet Trident. Synodus Seſſione 25. Decreto de regularibus cap. 15. Item matrimoniũ abſque parocho & teſtib. contractum nullam inducit obligationem etiam ſponſaliorum, ut diffinit eadem Synodus Seſſion. 24. Decreto de reformatione matrimonii capitu. 1. Reſpondetur ad hanc inſtantiam, eccleſiam poſſe pro arbitrio aut acceptare aut repudiare ſolenne votum, & quoad totum, & quoad partem. Vota puerorum ante 16. annum abiecit in fauorem pderorum, at cõiugatorum uota in odium illorum, voluit eſſe firma, quantum ad partem, quam ipſi uouere poterant, quantum ad animi deliberationem per uotum ſimplex abſq; alterius iniuria. Sed de hac re dicuntur plura 2. 2. q. 88. articulo 9.

c. quidã c. placet de conuer. coniug.

Extrau. antiquę concertationi.

Concil. Triden. Seſ. 10. decreto de regularib. c. 15.

Concil. Tri. Seſ. 24. c. 1. de reforma.

¶ Secunda concluſio. Votum ſimplex de non reddendo debitum ab vno coniuge ſine alterius conſenſu emiſſum, non eſt obligatorium. Hæc concluſio eſt Auguſtin. Pſalm. 149. & Epiſtola 45. & 199. referuntur à Gratia. 33. quæſt. 5. can. ſi dicat, can. vna ſola, can. ſecundum verba: refert etiam & ſequitur Auguſtin. Magiſter in 4. diſtin. 32. & in his locis vtraque ſchola Ratio eſt aperta. Nam de alieno liberales eſſe uetamur ueteri prouerbio, neque talis donatio aut promiſſio facta, valet aut tenet. Hæc concluſio manifeſtè ſequitur ex præcedenti.

33. q. 5. cano. ſi dicat. cã. una ſola can. ſecũdum uerba.

¶ Tertia concluſio. Votum ſimplex de non petendo debito ab uno coniuge facto abſque alterius conſenſu, ualidum eſt. Hæc concluſio quantum mihi uidetur, eſt D. Thom. in 4. diſtinctione 37. quæſtione 1. articu. 2. ad primum. & diſtinct. 38. quæſtione 1. articu. 3. quæſtiuncula 2. ad quartum. & Durand. diſtinct. 32. quæſt. 2. artic. 1. & Palud. eadem diſtinctione. & Caiet. in opuſc. 17. reſponſionum, reſponſione 4. quæſtione 4. & Cani in additionibus ad tertiam partem quæſtione 64. Hæc autem concluſio videtur ſequi ex prima apertè. Tum ex diffinitione, tum etiam ex Pontificum ratione in allegatis capitibus, quædam, & placet. Colligitur etiam ex Diuo Thoma in allegata ſolutione ad quartum. Ratio pro cõcluſione eſt. Per matrimonii uinculum non oblgabatur coniux ad petendum debitum, ergo poteſt quilibet coniux diſponere circa debiti petitionem tanquam circa rem propriam. Verum contra hanc concluſionem eſt argumentum ex doctrina Diui Thomæ diſtinctione 32. quæſtione unica, articulo 4. ad tertium, ubi relata opinione noſtra ſubiecit. Sed quia ſi alter nunquam peteret debitum, eo hoc alteri matrimonium oneroſum redderetur, dum oporteret unum ſemper confuſionem debiti petendi ſubire. Ideo alii probabilius dicunt, quod non poteſt unus abſque alterius conſenſu uouere, aut quod non per, aut quod non reddet. En D. Thom. authoritas, & ratio ſimul uidentur contraire. Item Sotus uidetur eſſe huius ſententiæ libro 6. de iuſtitia, quæſtione 3. articulo 1. inquiens, non longe ab ſcopo ab erraret, qui diceret mariti uotum de non petendo debito abſque uxoris conſenſu emiſſum, non tenere. Idem uidetur ſignificare diſtinctione 32. quæſt. vnica,

vnica, art. 3. Idipſum ſentiunt aliqui D. Thom. interpretes.

¶Verum pro D. Thom. intelligentia, & huius rei, ſit quarta concluſio. Vt plurimũ peccat coniux votũ de non petendo debito emittẽdo abſq; uxoris cõſenſu. Dico ut plurimum quoniã ſi coniuges ſunt iam ſenes & prouectæ ætatis, & nulla ſit incontinentiæ ſuſpicio, imo neque tentationum in altero coniuge: certè nullum erit peccatum ſic vouere. Verum vt res habet, communiter peccatum eſt. Hæc concluſio eſt contra Richar. de media villa diſtinctione 32. diſtinct. ſua 1 quæſtione 2. aſſeritur tamen à D. Thom. in allegato loco. Et eius ratio comprobat eam apertè: & quoniam magis moleſtum eſt & graue vxori petere ſemper debitum quam uiro: idcirco maius peccatum eſt in uiro tale uotum emittere quam in uxore. Igitur Richar. ſententia extrema eſt: ſimiliter ſententia illa quæ dicit uotum hoc non eſſe ualidum, nec vero quæ aſſerit uotum eſſe ualidum. Cæterum non eſſe conſilium illud facere, ſed peccatum potius. Media quædam eſt acutiſſima ſententia. Hactenus ſit dictum de uotis ad caſtitatem pertinentibus, quæ unus coniux abſque alterius conſenſu emittunt. Reliquum eſt ut de his dicamus, quæ habita copia mittunt.

¶Sit ergo quinta concluſio. Ex communi conſenſu vtriuſque, licet illis & alteri tantum vouere continentiam abſolutam, & non petendi & non reddendi. Hæc eſt D. Auguſt. epiſtola 199 & refertur à Gratiano canon. quod Deo pari. 33. quæſtione 5. & Diui Gregorii libro 9. epiſtolarum epiſtola 39. & refertur in canon. ſunt qui dicunt 27. quæſtione 2. refertur etiam à multis Pontificibus, in titulo de conuerſione coniugatorum. Ratio eſt manifeſta. Quoniam continentia abſoluta excellentior eſt & dignior, quam coniugalis caſtitas, ac rurſus nemini coniugi ſit iniuria cum vterq; conſentiat, ergo. Verum aduertendum eſt vota hæc fieri poſſe tribus modis. Primo, ſi ambo coniuges, in ſæculo maneant non mutando ſtatum. Secundo. Si ambo religionem profiteantur: & in his caſibus nulla prorſus eſt difficultas. Tertio uero modo ſi unus in ſæculo maneat, & alter ſtatum mutet. Et pro huius tertii modi intelligentia adhibentur concluſiones iſtæ.

c. quod Deo pari. 33. q. 5. c. ſũt qui dicũt. 27. q. 2.

A ¶Sexta concluſio. Si maritus in epiſcopum promoueatur adhibita vxoris copia, & conſenſu, tenetur vxor religionem profiteri. Hæc concluſio diffinita eſt in cap. ſanè de conuerſione coniugatorum. & eſt peculiaris caſus & rarus propter decorem & reuerentiam dignitatis epiſcopalis.

ca. ſane, de conuer. coniug.

¶Septima concluſio. Quando maritus ad ordines ſacros promouet ex vxoris cõſenſu, ſi uxor iuuenis eſt, aut de continentia ſuſpecta, cogitur religionem profiteri, ſi verò nec iuuenis ſit, nec de continentia ſuſpecta, ſat eſt ſi in ſæculo continentiam uoueat. Hæc concluſio diffinitur in capitulo B coniugatus. de conuerſione coniugatorum & eſt communis ſententia cunctis & Theologis, & Iuriſperitis.

c. coniugatus. de conuer. coniug.

¶Vltima concluſio. Si unus coniugum ſit de continentia ſuſpectus, non poteſt alter etiam ex illius conſenſu religionẽ profiteri: ſed aut ambo ſimul, aut certe is qui ſuſpectus eſt: ſi autem neuter ſit ſuſpectus poteſt alter religionem profiteri altero in ſæculo manente, modo tamen, is qui in ſæculo manet, continentiam voueat. Hæc concluſio diffinita eſt in capit. cum ſis. cap. C vxoratus. capit. ex parte Abbatis. capit. ad Apoſtolicam. de conuerſione coniugatorum & in canon. Agatoſa 37. quæſtione 2. & eſt communis ſententia Theologorũ diſtinct. 32. & Iuriſperitorũ in allegatis locis. Sed contra hanc concluſionem uidentur facere duo tex. in allegato titulo de cõuerſione coniugatorum. primus eſt c. conſtitutus, vbi cum quidam coniux profeſſionem feciſſet & eius coniux alteri nupſiſſet, præcipitur vxori, ut nõ maritũ inquietet: & illi conceditur, vt in clauſtro maneret. D Item in capit. veniens, quædam vxor inuoluntaria conceſſit marito facultatẽ ut profiteretur religionem ſolenniter, & ipſa nixit incontinenter: poſtea repetit maritum à Summo Pontifice, qui tamen denegat illi maritum.

c. cũ ſis. c. uxoratus. c. ex parte abbatis. c. ad apoſtolicã. eod. tit. c. agatoſa. 37. q: 2. c. conſtitutus, de conuer. coniug. c. ueniens. eod. tit.

¶Reſpondetur in his quidem caſibus commiſſum fuiſſe peccatum à principio: & in primo eſt manifeſtum, quando quidem vxor nupſit alteri. In ſecundo item, quoniam inuoluntaria uxor dedit copiam: licentia uero talis per vim, metum, aut dolum extorta, nulla eſt, vt diffinitur in capit. accedẽs. & in aliis capitibus eodem titulo, & compertum eſt ratione naturali. Etenim

ca. accedẽs. eo. titulo.

nim nihil eſt quod æquè expoſcat uoluntarium,atque hæc licentia: voluntarium autem tollitur per vim,metum, aut dolum. Sed nihilo ſecius in caſibus ſupra poſitis non erant reddendi mariti vxoribus: quoniam ipſæ per adulteriũ quod interim patrauerant dignæ erãt quæ a maritis dimitterẽtur quãtum quãtum ad thorum & cohabitationem: ac ſubinde liberũ erat maritis manere in clauſtro: imo clauſtrum tunc adire inuitis vxoribus.Si tamen iſtæ uxores fuiſſent continentes, interim iuſte poterant maritos repetere,& mariti tunc eſſent illis reddendi.

¶ Secunda difficultas eſt,quis nam poſſit diſpenſare, aut irrita & nulla facere huiuſmodi uota.

¶ Prima concluſio. Vir non poteſt irritum facere vxoris votum, de non petendo debitum, aut uotum caſtitatis, neque uotum de non reddendo ex ipſius uiri conſenſu emiſſo: bene tamen poteſt quæcunque alia uota irrita facere, etiam de rebus neceſſariis ad ſalutem. Prima pars explicatur. Neuter coniugum poteſt emittere votum caſtitatis abſolutum de non petendo neque reddendo debitum, niſi ex conſenſu alterius coniugis. Cæterum uotum de non petendo quilibet poteſt emittere: quoniam redditio debiti neceſſaria eſt ex iuſtitia,petitio uero libera eſt cuique coniugum. Dico igitur quod iſta uota ualida pertinentia ad caſtitatem, non poteſt maritus irritare. Iſta pars ſic explicata eſt contra Magiſtr. Sot. in dicto articulo 1. & in 4.diſtinctione 27. quæſtione. 1. articulo 4. ubi habet,uirum poſſe irritare uxoris uotum de non petendo debitum, imo & uotum de non reddendo, ex conſenſu illius emiſſum, niſi ambo ſimul ex mutuo conſenſu uotum tale emiſerint.Cæterum noſtra concluſio uidetur eſſe Cœleſtini III. in capit.placet. de conuerſione coniugatorum. ubi uotum ſolenne religionis, quod emiſerat quędam fœmina,exiſtimans mortuum maritum,cum tamẽ re uera uiueret, dicitur eſſe obligatorium quantum ad nõ petẽdum debitum,ex eo quod exigere carnis debitum erat in poteſtate ipſius fœminæ. Cæterum dicitur non eſſe obligatorium illud uotum quantum ad alia omnia quãrum ad hoc uidelicet quod permaneat in clauſtro quoniam redire ad ſæculũ uel

c.placet, de conuerſ.coniug.

A non redire,non eſt in poteſtate ipſius fœminæ,ſed in poteſtate uiri.

¶Deinde hæc pars eſt expreſsè definita à Diuo Auguſtino, quæſtione 59. ſuper Numeros,libro 4.vbi mouet hoc dubium, & diffinit noſtram ſententiam.Ratio Auguſtini hæc eſt. Vir & uxor quantum ad coniugii actum,pares ſunt & ſocii, ergo non poteſt uir uota uxoris de actu coniugii irrita facere. Antecedens docet Diuus Paulus 1.ad Cor.c. 7. Conſequentia uero probatur.Quoniam poteſtas caſſandi uota eſt poteſtas ſuperioris,& dominatiua,non pa-

B ris. 1. Cor. 7.

¶ Denique probatur hæc pars ex uſu Eccleſiæ, qui habet quod talium uotorum diſpenſatio petatur a prælato eccleſiaſtico. Ita conſulunt Theologi. Secunda pars huius concluſionis quantum ad id quod habet, quòd poſsit irritare uota de rebus neceſſariis ad ſalutem,eſt contra Caietan. in 2. 2. quæſtione 88. articulo 8. & quidem uerisimilior adhuc eſt iſta ſententia Caietan. in uxorum uotis, quam in religioſorum: maior enim traditio eſt in religioſis reſpectu prælatorum, quam in

C uxoribus reſpectu uirorum. Cæterum adhuc noſtra ſententia eſt uerisimilior,quam ſententia Caietani. Hæc eadem pars quantum ad aliqua alia uota, eſt contra Syluestrũ uerbo, uotum 5. §. 1. qui cenſet, ꝙ nulla uota uxoris etiam de rebus ad ſalutem non neceſſariis non poſſit irritare. Cæterum hæc opinio Sylueſtri eſt omnino contra Diuũ Thomam in 2.2.quæſtione 68. articulo 8. ad tertium, & contra D.Auguſt.loco allegato, & contra omnes Doctores imo contra ipſum text. Numer. cap.30.

D ¶Probatur autem iſta pars ratione,quãtum ad omnia uota. Vxor ſubdita eſt uiro,quantum ad omnes ſuas actiones, præterquam in matrimoniali actu, ergo uir poteſt omnia uxoris uota irrita facere,quę non pertinent ad coniugii actum. Antecedẽs patet, quoniam uir caput eſt mulieris, capiti autem ſubiiciuntur cæteræ actiones corporis,ergo.

¶Deinde probatur ratione ſecunda,quã formauimus pro prima concluſione, oſtendendo ꝙ uota de neceſſariis ad ſalutẽ in religioſis poſſit irritare ꝑlatus. Et.n. illa rõ militat & in uxoribus reſpectu uirorum.

¶Sed

¶ Sed contra eſt argumentum ex vſu, vſus ſiquidem habet quod petatur diſpēſatio in votis de rebus ad ſalutē neceſſar ijs. Reſpondetur hunc vſum non eſſe vniuerſalem, ſed aut hominum ſapientum, qui opinantur opinionem cōtrariam uerisimilem aut certè ignorant virum poſſe irritare vxoris vota.

¶ Secunda concluſio. Vxor non poteſt irritum facere viri votum aliquod. Hęc cōcluſio eſt contra aliquos authores ſapientes, qui aſſerunt vxorem irritare poſſe, viri vota de non petendo debitum, & aliqua alia, quæ redundarent in detrimentū vxoris, vt peregrinationem longinquam.

¶ Probatur concluſio ex vſu vniuerſali totius Eccleſiæ petitur ſiquidem diſpenſatio huiuſmodi votorum a prælatis, quando valida ſunt vota.

¶ Tertia difficultas, an poſtquam valida ſunt impediant ius illud taliter quòd obligent quando nō ſunt diſpenſata. De his tamen diximus aliqua ſupra quæſt. 47. art. 5. & dicitur in. 2. 2. quæſt. 88. art. 8. vide Syluestrum, verbo, votum. 5. vbi ad longum diſputat de votis coniugum.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum in diebus ſacris impediatur petitio debiti.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quod temporib. ſacris non debeat aliquis impediri quin debitum petat. Tunc enim eſt ſubueniendum morbo quando inualeſcit: ſed poſſibile eſt quod in die feſto innaleſcat concupiſcentia: ergo tunc debet ei ſubueniri per debiti redditionem.

¶ *2 Præterea. Non eſt alia ratio quare non ſit petendum debitum in diebus feſtiuis, niſi quia ſunt orationi deputati: ſed in illis diebus ſunt horæ determinatæ orationi: ergo alijs horis licerei debitum petere.*

SED contra. Sicut aliqua loca ſunt ſacra, quia deputata ſunt ſacris, ita aliqua tempora ſunt ſacra propter eandem rationem: ſed in loco ſacro non licet petere debitum: ergo nec in tempore ſacro.

RESPONDEO dicendum, quod actus matrimonialis quamuis culpa careat, tamen quia ratione deprimit propter carnalem delectationem hominem reddit ineptum ad ſpiritualia: & ideo in diebus, in quibus ſpiritualibus præcipue eſt uacandum non licet petere debitum.

AD primum ergo dicendum, quod tempore illo poſſunt alia adhiberi ad concupiſcentiam reprimendam, ſicut oratio & multa huiuſmodi, quæ adhibentur etiam illis, qui perpetuo continent.

AD ſecundum dicendum, quòd quamuis non teneatur omnibus horis orare, tamen tenetur tota die ſe conſeruare idoneum ad orandum.

ARTICVLVS PRIMVS.

C CONcluſio eſt affirmatiua. Ratio huius eſt. Nam actus coniugalis rationem deprimit & reddit ineptum ad ſpiritualia, quibus uacādum eſt in diebus ſacris.

ARTICVLVS. VI.

¶ Vtrum petens debitum in tempore ſacro, mortaliter peccat.

D *AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quod petens in tempore ſacro mortaliter peccat. Gregor. enim dicit in primo Dialog. quod mulier quæ in nocte cognita eſt a uiro, mane ad proceſſionem ueniens a diabolo eſt arrepta: ſed hoc non eſſet niſi mortaliter peccaſſet, ergo &c.*

¶ *2 Præterea. Quicunque facit contra præceptum diuinum mortaliter peccat: ſed Dominus præcipit Exod. 19. Nolite appropinquare vxoribus veſtris: quando, ſcilicet, erant legem accepturi:*

pturi: ergo multo magis peccant mortaliter ſi tempore quo ſacris noua legis intendendum eſt cum vxoribus viri cō miſceantur.

SED contra. Nulla circunſtantia aggrauat in infinitum: ſed indebitum tempus eſt circunſtantia quadam: ergo non aggrauat in infinitum vt faciat mortale quod alias eſſet veniale.

RESPONDEO dicendum, quod debitum petere in die feſtiuo non eſt circunſtantia trahens in aliam ſpeciem peccati: vnde non poteſt in infinitum aggrauare: & ideo non peccat mortaliter vxor vel vir ſi in die feſto debitum petat, ſed tamen grauius eſt peccatum ſi ſola deldelationis cauſa petatur, quā ſi propter timorem quo quis ſibi cauet de lubrico carnis, debitum petit.

AD primum ergo dicendum, quod non fuit punita mulier illa propter hoc quod debitum reddidit, ſed quia poſtmodum ſe temere ad diuina ingeſſit contra conſcientiam.

AD ſecundum dicendum, quod ex authoritate illa non poteſt probari quod eſſet peccatum mortale: ſed quod ſit incongruum. Multa enim ad munditiam carnis pertinentia exigebantur de neceſſitate præcepti in veteri lege qua carnalibus dabatur, quæ in noua lege non exiguntur, quæ eſt lex Spiritus.

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio eſt negatiua. Ratio huius eſt. Nam debitum petere in die feſtiuo non eſt circunſtantia trahens ad aliam ſpeciem peccati, & ita non poteſt in infinitum aggrauare, ac ſubinde non eſt peccatum.

A R-

A ## ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum vnus coniux teneatur alteri debitum reddere in tempore feſtiuo.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quod etiam non tenetur tempore feſtiuo reddere. Quia peccantes & conſentientes pariter puniuntur: vt patet Rom. 1 ſed ille qui reddit debitum conſenſit petenti qui peccat: ergo & ipſe peccat.

¶ 2 Præterea. Ex præcepto affirmatiuo obligamur ad orandum, & ita ad aliquod tempus determinatum: ergo pro tempore illo in quo quis orare tenetur, reddere debitum non debet ſicut nec eo tempore quo tenetur temporali domino ad ſpeciale obſequium.

SED contra eſt quod dicitur 1. Corinth. 7 Nolite fraudari inuicem niſi communi conſenſu ad tempus, &c. ergo quando petit reddendum eſt ei.

RESPONDEO dicendum, quod cum mulier habeat poteſtatem in corpus viri quantum ad actum generationis ſpectat, tenetur vnus alteri & debitum reddere quocunque tempore, & quacunque hora ſalua debita honeſtate, quā in talibus exigitur: quia non oportet quod ſtatim in publico reddat debitum.

AD primum ergo dicendum, quod iſte quantum in ſe eſt, non conſentit, ſed ad in quod ab eo exigitur inuitus et cum dolore reddit: & ideo non peccat, Hoc enim eſt propter lubricum carnis diuinitus ordinatum, vt ſemper petenti debitum reddatur, ne aliqua occaſio peccati detur.

AD ſecundum dicendum, quod nō eſt aliqua hora determinata ad orandum, quin poſſit recompenſari in alijs horis: & ideo obiectio non cogit.

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio. Vnus coniux tenetur alteri debitum reddere quocunque tem-

tempore, & quæcunque hora. Ratio huius eſt, nam vnus coniux ſemper habet poteſtatem ſuper corpus alterius. Aduertit tamen D. Thom. quod illud debet fieri ſalua debita honeſtate, quæ in talibus exigitur, non enim oportet quod ſtatim in publico reddat debitum. A

¶ Circa iſtos articulos notãdum primo, quod concluſio D. Tho. in art. 5. communiter intelligitur de peccato ueniali, & nihilominus Soto videtur dura, vnde eam reſtringit ad aliquas præcipuas feſtiuitates. Nos dicimus etiam in quocunque die feſtiuiſſimo nullum eſſe peccatum in actu petendi, B quia de reddendo omnes cõcedunt, ſi non ſit nimietas in illo. Probatur, quia licet quis non contempletur actu illis diebus nõ peccat, uidelicet, quia nullum eſt præceptum quod illum obliget, ergo actus quo impeditur quodammodo a contemplatione, nec erit peccatum ueniale.

¶ Secundo notãdum circa omnes ſimul, quod qui petit debitum tempore communionis, peccat uenialiter, quia redditur quodammodo inhabilis ad ſacramentum, tamẽ qui reddit quocũque tẽpore petatur, non peccat, quia præcepto naturali & diuino tenetur reddere. C Vnde Apoſtolus tantũ dat facultatem vxoratis continendi ex mutua licentia.

¶ Dubitatur, an locus ſacer impediat redditionẽ debiti uel petitionẽ, uidetur quod ſic. Primo, locus publicus impedit propter indecentiã, ergo ſacer, quia eſt indecẽtia maior. Secundo uiolare locum ſacrum eſt ſacrilegium, ſed reddere eſt uiolare, ergo. ¶ In oppoſitum, quia de hoc non meminit Diuus Thom. ergo. Caietanus in Sũma, verbo, debitum coniugale, tenet eſſe malum & illicitum, licet multo tẽpore illic maneãt. Syluester verbo, conſecratio. 2. § unico. dicit aliquos Canoniſtas tenere cum Caiet. D

¶ Notãdum primo, quod de iure naturali & diuino loco ſacro ad orandum deputato, debetur reuerentia, determinare in quibus ſint cauenda in illis locis, eſt iuris humani.

¶ Prima cõcluſio. Sine magna neceſſitate qui in loco ſacro petit debitum, peccat mortaliter. Probatur primo cõcluſio Quia quæcunque fuſio ſeminis humani eſt contra ſanctitatem loci, ſed facere contra illam ſanctitatem, eſt ſacrilegium, ergo. Maior habetur, cap. ſi eccleſia, de conſecr. eccleſiæ, uel altaris Idem habetur, de conſec. diſ. 1. cap. eccleſia. ubi habetur quod per ſeminis effuſionem uiolatur locus ſacer. Hæc tamẽ intelliguntur de ipſa eccleſia, nam ſi eſt domus circa eccleſiam, ubi ſunt coniugati, non incurrunt hanc pœnam. Vnde habetur quod in eccleſia non licet reddere, quoniã pœna eſt iuſta.

c. ſi ec cleſia. & conſec. ec. cl. uel altaris. de

cõſ. diſt. 1. cap. eccleſia.

¶ Secunda concluſio. Si cõiugati ſunt in eccleſia ſicut in domo propter neceſſitatẽ, non eſt illicitũ petere uel reddere, ut dicit Syluest. uerbo coniug. 3. & uide ſupra Primo. Quia præceptum iuris humani nõ obligat, quando eſt magna neceſſitas. ſed ſi pateretur incontinentiæ periculũ eſſet neceſſitas magna, ergo. Secundo ſi rex eſſet in eccleſia cum ſuis, & eſſet neceſſariũ occidere malefactorem, licet illi facere, ſed utrũque prohibetur ſimul & effuſio ſeminis & ſanguinis, ergo Tertio, Sacris uaſis debetur reuerẽtia, ſed in caſu grauis neceſſitatis licet bibere in illis, ergo à ſimili. Minor eſt Caietã. in materia de uoto.

¶ Ad primum dicitur, quod locus publicus eſt indecẽs propter honeſtẽ humanam, quia animalia in quibus uiget aliquãtulum ratio uel cognitio, exhorrent publica loca. Vnde cum eſſent infames homines, qui in publico commiſcerentur, cum tali iactura nõ licet reddere, ſecus eſt in eccleſia uel in loco ſacro ratione neceſſitatis.

Ad ſecundum dicitur, quod etiam ſi uioletur locus ſacer, non ideo alius peccat mortaliter, ſicuti occidũt homines ad eccleſiam fugiẽtes nõ peccat occidẽs. Secũdo dicitur, quod in tali caſu non uiolatur locus ſacer, quia aliter nõ poteſt fieri, quia obſeſſi ſunt ab hoſtib. & illud ſequitur per accidẽs.

QVAESTIO LXV. De Bigamia.

DEinde conſiderãdum eſt de pluralitate uxorum. Circa quod quæruntur quinque. Primo, vtrum habere plures vxores ſit contra legem naturæ. Secundo, vtrum aliquando fuerit licitum, Tertio, vtrum habere concubinas

cubinas

cubinas ſit contra legem naturæ. Quatto; vtrum accedere ad concubinam ſit peccatum mortale. Quinto, vtrum aliquando licitum fuerit habere concubinã.

DE hac materia agunt Doctores cum Magiſtro in quarto, d. 33. & alii Doctores in locis citatis in q. 63.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum habere plures vxores ſit contra legem naturæ.

Th. 4. d. 33. q. 1. art. 2. & & ſeq.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod habere plures vxores non ſit contra legem naturæ. Conſuetudo enim legi naturali non præiudicat: ſed habere plures vxores peccatum non erat quando mos erat, vt ab Auguſt. habetur in litera: ergo habere plures vxores non eſt contra legem naturæ.

libr. de bono cõiugali. c. 15. li. 4. ſentẽ. d. 33. loco immediate citato.

¶ 2 Præterea. Quicunque facit cõtra legem naturæ facit contra præceptum: quia ſicut lex ſcripta habet ſua præcepta, ita & lex naturæ: ſed Augu. dicit ꝙ habere plures vxores non erat contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum: ergo habere plures uxores non eſt dontra legem gaturæ.

¶ 3 Præterea. Matrimonium principaliter ordinatur ad prolis procreationem: ſed unus poteſt ex pluribus prolem accipere plures fœcundando: ergo non eſt contra legem naturæ habere plares vxores.

¶ 2 Præterea. Ius naturale eſt quod natura omnia animalia docuit ut in principio Digeſtorum dicitur: ſed natura non docuit hoc omnia animalia ꝙ ſit una vnius, cum unus mas in multi animalibus pluribus fœminis coniũgatur: eago non eſt contra legem naturæ habere plures uxores.

In dig. vere. li. 1. tit. 1.

cap. 4.

¶ 5 Præterea. Secundum Philoſ. A *15 de animalibus, in generatione prolis mas ſe habet ad fœminam, ſicut agens ad patiens & artifex ad materiã, ſed non eſt contra ordinem naturæ ꝙ vnũ agens in plura patientia agat, aut artifex ex diuerſis materijs operetur: ergo nec eſt contra legem naturæ, quod unus mas plures uxores habeat.*

SED contra. Illud præcipuè videtur eſſe de iure naturali quod homini in ſua inſtitutione inditum eſt: ſed ꝙ ſit una unius in ipſa inſtitutione hu- B *manæ naturæ eſt ei inditum, ut patet Gen. 2. Erunt duo in carne una, ergo eſt de lege naturæ.*

¶ Præterea Contra legem naturæ eſt ꝙ homo ſe ad impoſſibile obliget, & ut quod uni datum eſt alteri detur: ſed homo contrahens cum una uxore ſui corporis poteſtatem ſibi tradidit: ut neceſſe ſit reddere debitum cum petierit, ergo contra legem eſt ſi poſtea alteri potetem ſui corporis tradat, quia nemo poſſet ſimul vtriq; reddere debitum ſi C *ſimul peterent.*

¶ Præterea. De lege naturæ eſt, quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris: ſed uir nullo modo uellet quod uxor alium uirum haberet, ergo contra legem faceret naturæ ſi uxorem aliam ſuperduceret.

¶ Præterea. Quicquid eſt contra naturale deſiderium eſt contra legem naturæ ſed zelus uir ad uxorem, & uxoris ad uirum naturalis eſt, quia in omnib. inuenitur, ergo cum zelus ſit amor D *non patiens conſortium in amato, uidetur ꝙ contra legem naturæ ſit ꝙ plures uxores habeant unum uirum.*

RESPONDEO dicendum, quod omnibus rebus naturalibus inſunt quædam principia quibus non ſolum operationes proprias efficere poſſunt, ſed quibus etiam eas conuenientes fini ſuo reddant. ſiue ſint actiones quæ conſequantur rem aliquam ex natura generis, ſiue conſequantur rem aliquam ex natura ſpeciei, ut magneti competit ferri deorſum ex natura ſui generis, tra-

here ferrum ex natura ſuæ ſpeciei. Si- A cut autem in rebus agentibus ex neceſſitate naturæ ſunt principia actionum ipſæ formæ a quibus operationes propriæ prodeunt conuenientes fini, ita in his quæ cognitionem participant, principia ſunt agendi cognitio & appetitus: vnde oportet quòd in vi cognitiua ſit naturalis conceptio, & in vi appetitiua naturalis inclinatio, quibus operatio conueniens generi ſiue ſpeciei reddatur competens fini. Sed quia homo inter cætera animalia rationem finis co- B gnoſcit et proportionē operationis ad finem: ideo naturalis conceptio ei indita qua dirigitur ad operandū conueniēter lex naturalis vel ius naturale dicitur: in cæteris aūt æſtimatio naturalis vocatur. Bruta enim ex vi naturæ impelluntur ad agendum conuenientes actiones magis quā regulētur quaſi proprio arbitrio agentia. Lex enim naturalis nihil aliud eſt quā conceptio homini naturaliter indita qua dirigitur ad cōuenienter agendum in actionibus proprijs C ſiue competant ei ex natura generis, ut generare, comedere, & huiuſmodi: ſiue ex natura ſpeciei vt ratiocinari, & huiuſmodi. Omne aūt illud quod actionē inconuenientem reddit fini quem natura ex opere aliquo intendit, contra legem naturæ eſſe dicitur: poteſt aūt actio eſſe nō conueniens fini vel principali uel ſecundario, & ſiue ſic, ſiue ſic, hoc contingit dupliciter. Vno modo ex aliquo quod omnino impedit finem, ut nimia ſuperfluitas, aut defectus comeſtionis D impedit ſalutem corporis, quaſi principalem finem comeſtionis & bonam habitudinem in negotijs exercendis, qui eſt finis ſecundarius. Alio modo ex aliquo quod facit difficilem aut minus decentem peruentionē ad finē principalē vel ſecundarium ſicut inordinata comeſtio, quantum ad tēpus indebitum. Si ergo actio ſit inconueniēs fini, quaſi omnino prohibens finē principalem directè per legem naturæ prohibetur primis præceptis legis naturæ quæ ſunt in operabilibus ſicut communes conceptiones in ſpeculatiuis. Si autem ſit incompetēs fini ſecundario quocunque modo, aut et principali vt faciens difficilem vel minus congruam peruentionem ad ipſum, prohibetur non quidem primis præceptis legis naturæ ſed ſecundis quæ ex primis deriuantur: ſicut concluſiones in ſpeculatiuis ex principijs per ſe notis fidem habent, & ſic dicta actio contra legem naturæ eſſe dicitur. Matrimonium ergo habet pro fine principali prolis procreationem & educationem, qui quidem finis competit homini ſecundum aaturam ſui generis: vnde & alijs animalibus eſt conueniens, vt dicitur in 8. Eth. (cap. 12.) & ſic bonum matrimonij aſſignatur proles, ſed pro fine ſecundario, vt dicit Philoſophus, habet in hominibus ſolum communicationē operum quæ ſunt neceſſaria in uita, & ſecundum hoc fidem ſibi inuicem debent, quæ eſt unum de bonis matrimonij. Habet vlterius alium finem, inquātum in fidelibus eſt, ſcilicet ſignificationem Chriſti & eccleſiæ, & ſic bonum matrimonij dicitur ſacramentum. Vnde primus finis reſpondet matrimonio hominis, inquantū eſt animal, ſecūdus inquantū eſt hō, tertius, inquantum eſt fidelis. Pluralitas ergo vxorum, neq; totaliter tollit, neq; aliqualiter impedit primum finem, cum vnus vir ſufficiat pluribus vxoribus fœcundandis et educandis filijs ex ei natis. Sed ſecundum finem etſi non totaliter tollit, tamen multum impedit, eo ꝙ non facile poteſt eſſe pax in familia, ubi vni uiro plures uxores iunguntur, cū non poſſit unus vir ſufficere ad ſatisfaciendum pluribus uxoribus ad uotum: quia communicatio plurium in vno officio cauſat litem, ſicut figuli corrixantur adinuicem, & ſimiliter plures vxores vnius viri. Tertium autem finem totaliter tollit, eo quod ſicut Chriſtus eſt vnus, ita & eccleſia vna: ideo patet ex dictis, quod pluralitas vxorum, quodammodo eſt contra legem natu-

naturæ: & quodammodo non.

AD primum ergo dicendum, quod conſuetudo non præiudicat legi naturæ quantum ad prima præcepta quæ ſunt ipſius quaſi communes animi conceptiones in ſpeculatiuis, ſed ea quæ ex iſtis trahuntur, vt concluſiones, conſuetudo auget: ut Tullius dicit in tertio Rhetoricorũ, & ſimiliter minuit, & huiuſmodi eſt præceptum legis naturæ de vnitate vxoris.

lib. 2. de inuētione.

AD ſecundum dicendum, quòd ſicut Tullius dicit res à natura perfectas & à cõſuetudine approbatas, legum uirtus & religio ſanxit: unde patet ꝙ illa quæ lex naturalis dictat quaſi ex primis principijs legis naturæ deriuata, non habent uim coactiuam per modum præcepti abſolute, niſi poſt quam lege diuina & humana ſancita ſunt: & hoc eſt quod dicit Aug. ꝙ non faciebant contra legis præcepta, quia nulla lege erat prohibitum.

lib. de bono cõiugali. c. 15. in corp. articuli.

AD tertium patet ſolutio ex dictis.

AD quartum dicendum, quod ius naturale multipliciter accipitur. Primò enim aliqđ ius dicitur naturale ex principio, quia à natura eſt inditũ, & ſic definit Tullius in 2. Rhetori. dicens, Ius naturale eſt, quod non opinio genuit ſed quod lex quædam innata inſeruit. Et quia in rebus naturalibus dicuntur aliqui motus naturales, non quia ſint ex principio extrinſeco, ſed quia ſunt à principio ſuperiori manente: ſicut motus qui ſunt in elementis ex impreſſione corporum cœleſtium naturales dicũtur, ut Commentator dicit in tertio de Cę. & Mund. ideo ea quæ ſunt de iure diuino, dicũtur eſſe de iure naturali, cũ ſint ex impreſſione, & infuſione, ſuperioris principij, ſcilicet, Dei: & ſic accipitur ab Iſidoro, qui dicit ꝙ ius naturale eſt quod in lege & in Euangelio continetur. Tertio, Dicitur ius naturale non ſolum à principio, ſed à natura, quia de naturalib. eſt. & quia natura contra rationem diuiditur à qua homo eſt homo, ideo ſtrictiſſimo mõ accipiendo, Ius na-

li. 5. Etimo. c. 3.

A *turale eſt illud, quod ad homines tantũ pertinet, & ſi ſit de dictamine naturalis rationis, non dicitur eſſe de iure naturali, ſed illa tantum quæ naturalis ratio dictat de his quæ ſunt homini alijſque communia: & ſic datur dicta definitio, ſcilicet, Ius naturale eſt qđ natura omnia animalia docuit. Pluralitas ergo uxorum quamuis non ſit contra ius naturale tertio modo acceptum, eſt tamē contra ius naturale ſecundo modo acceptum, quia iure diuino prohibetur: &* B *etiam contra ius naturale primo modo acceptum, vt ex dictis patet: quia natura dictat hoc cuilibet animali ſecundũ modũ conuenientem ſpeciei ſuæ. Vnde etiam quædam animalia in quibus ad educationem prolis requiritur ſolicitudo utriuſq; ſcilicet maris & fęminę, naturali inſtinctu ſeruãt cõiũctionē unius ad unũ, ſicut patet in turture, & colũba.*

SED quia rationes inductæ in contrariũ uidentur oſtendere qđ pluralitas uxorum ſit contra prima principia le- C *gis naturæ: ideo ad eas reſpondeo, & dico ad quintum, qđ natura humana abſque omni defectu inſtituta eſt: & ideo non ſolum ſunt indita ei illa ſine quibus matrimonij finis principalis eſſe non poteſt, ſed etiam illa ſine quibus ſecundarius finis matrimonij ſine difficultate haberi non poſſet, & hoc modo homini in ipſa ſui inſtitutione habere unam uxorem ſufficit.*

AD ſextum dicendum, quod vir propter matrimonium non dat ſui cor- D *poris poteſtatem uxori quantũ ad omnia, ſed ſolum ad illa quæ matrimoniũ requirit: non autem requirit matrimonium, ut quolibet tempore vxori petenti uir debitũ reddat, niſi ad id ad quod matrimonium principaliter eſt inſtitutum, ſcilicet bonũ prolis, & hoc eſt quãtum ſufficit ad impregnationem. Requirit autem hoc matrimonium, inquãtum eſt ad remedium inſtitutũ quod eſt ſecũdarius ipſius finis, ut quolibet tempore debitum petenti reddatur, & ſic patet qđ accipiens uxorē non ſe obligat*

ad impoſſibile, conſiderato principali fine matrimonij: & ideo pluralitas uxorũ non eſt contra precepta legis naturę.

AD ſeptimum dicendum, ꝙ illud preceptum legis naturæ. Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris: debet intelligi eadẽ proportione ſeruata. Nõ enim ſi prælatus non vult ſibi reſiſti à ſubdito ipſe ſubdito reſiſtere non debet. Et iõ non oportet qđ ex vi illius præcepti, ꝙ ſicut vir non vult ꝙ vxor ſua habeat plures uiros, uel alium uirũ quod ipſe non habeat aliam vxorem: quia unũ uirum habere plures non eſt contra prima præcepta legis naturæ: vt dictũ eſt, ſed unã uxorem habere plures viros eſt contra præcepta prima legis naturę, eo quod per hoc quantũ ad aliquid totaliter tollitur, & quantum ad aliquid impeditur bonum prolis quod eſt principalis matrimonij finis. In bono enim ꝓlis intelligitur non ſolũ procreatio, ſed etiam educatio. Ipſa enim procreatio prolis, etſi non totaliter tollatur, quia contingit, poſt impragnationem primã iterum mulierem impragnari: ut dicitur in 9. de animalibus: tamen multũ impeditur, quia vix põt accidere quin corruptio accidat, quantum ad utrũq; fœtum uel quantum ad alterum: ſed educatio totaliter tollitur, quia ex hoc qđ una mulier plures maritos haberet, ſequeretur incertitudo ꝓlis reſpectu patris cuius cura neceſſaria eſt in educando: & ideo nulla lege vel conſuetudine eſt permiſſum vnam mulierem habere plures viros ſicut econuerſo.

cap. 4.

AD octauum dicendum, quod naturalis inclinatio in appetitiua ſequitur naturalẽ cognitionem in cognitione, & quia non ita eſt contra conceptionem naturalem, qđ uir habeat plures uxores, ſicut qđ vxor habeat plures uiros: ideo affectus vxoris non tantum refugit conſortium in viro, ſicut econuerſo: & ideo tam in hominibus quam in alijs animalibus inuenitur maior zelus maris ad fœminam quam econuerſo.

SVMMA ARTICVLI.

A Concluſio eſt. Pluralitas vxoris quodammodo eſt contra legem naturæ, & quodammodo non. Videnda eſt litera D. Thom. quæ eſt optima: cæterum quoniam longiſſima eſt, non poteſt ita facile in compendium redigi.

¶ Circa illum articulum eſt difficultas. Vtrum attẽto tantũ iure naturæ ante omnem legem, tam veterem quam euãgelicã, B poſſit vnus vir ſiue maritus ſimul in matrimonio plures habere vxores, & videt̃ vera pars affirmatiua. ¶ Primo Nõ modo apud barbaras gentes, verum apud Romanos Iulius Cæſ. vt autor eſt Suetonius in eius vita cap. 52. legẽ tulit qua liceret viris quot vellent vxores habere, liberorum procreandorum cauſa. Imo Valentinianus Catholicus Imperator, edita leg. cõceſſit duas vxores, cuicũq; viro, vt refertur in hiſtoria Tripartita lib. 8. cap. 11. quin etiã D. Ambroſius lib. 1. de Abrahã cap. 4. & refertur 32. quæſt. 4. can. dixit Sara, inquit, Abraham, C vxorem duxit Agar ancillam ſuam, nõ peccaſſe contra naturæ legem, quia non erat prohibitum per naturam. Idem expreſſius docet, can. obiiciuntur, eadem cauſa, & queſtione. Cæterũ hunc text. falſo tribuit Gratianus, Ambroſio, habetur tamẽ apud Auguſt. libr. 22. contra Fauſtum Manichæum cap. 47. vbi inquit. Obijciuntur Iacob, quatuor vxores, quod quando mos erat, crimẽ nõ erat. Etenim D. Auguſt. docet nõ fuiſſe peccatũ antiquis iuſtis, & patribus, & vſos fuiſſe fœminis, quoniã neque cõtra naturã id faciebant, neque contra morem, neq; cõ D tra præceptũ. quia nulla lege erat prohibitum. Idem dicit lib. 16. de ciuitate Dei cap. 38. & libro de bono coniugali. ca. 13. & 15. D. Gregor. magnus in epiſt. ad Auguſt. Cãtuarienſem Epiſcopum quę nõ habetur in eius operib. ſed inter eius decreta. in ſecũdo tomo Conciliorum, & Gregorius III. in can quo propoſuiſti. 32. quæſt. 7. videntur idipſum docere.

can. obiiciuntur, eadem cauſa, & quæſt.

¶ Secundo arguitur exemplis, tum Philoſophorum moralium, tum Catholicorũ, tum maximè Sanctorũ, Socrates duas habuit vxores, ſimul. Valentinus etiã Imperator Catholicus poſtquam filios ſuſceperat ex Seuera ſeu Serena, vxore illa viuẽte

duxit

duxit uxorem Iuſtinam, & refertur in alle gato capit. Tripartitæ hiſtoriæ. Lotharius item Imperator ex conſenſu Archiepiſcoporum Treuirenſis,& Colonienſis duas ſimul habuit uxores. Theuergam, & Gualdradam.ut refertur. 11. quæſt. 13. can.Teu-
31. q6. 13.cano. Teugal dum, & can þci pue. galdum. & 4. can. præcipue. Famoſa ſunt etiam exempla Abrahæ, & Iacob. Imo & Abimelech rex qui Deum timebat,refertur Geneſ. 20. uxorem concupiuit ducere, Saram, etiam ſi aliam haberet ſuperſtitem uxorem. Eſther item ſancta fœmina nupſit
Gen. 18 Aſſuero,q plures alias habebat uxores, ut docet hiſtoria lib. Eſther, ſed reſpondebit quiſpiam Deum deſponſaſſe cum Abrahã & aliis iuſtis. Sed ut demus talem diſpẽſationem fieri poſſe,ut infra dicetur, non tamen uſque legimus talem diſpenſationem,
Gen. 19 ſed Abraham rogatu Saræ ſuſcepit Agar, ut dicitur Gene. 18. Iacob. item deceptus a ſocero,duxit Rachel & Liam, poſtea utriuſ que ſuaſu,duxit alias duas ancillas.

¶ Tertio arguitur. Non eſt æqualitas inter traditionem corporis uirilis & fęminei, ita ut unum pro altero adæquate tradi debeant, ſed uiri corpus eſt multo excellẽtius & dignius, ergo non debet pro vnica tantũ vxore adæquate dari, ſed ꝑ multis. Antecedens probatur. Vnus uir ſufficere poteſt,ad multas uxores fœcundandas,ergo.

¶ Quarto arguitur. Ducere ſecundam uxorem uiuente priore, eſt factũ in iniuriã primæ uxoris, ſed uxor prima poteſt cedere iuri ſuo,ergo ſaltem ex illius cõſenſu,poterit uir plures uxores habere. Maior probatur, quoniam iſta pluralitas uxorum nõ eſt contra primum finem matrimonii, qui eſt prolis procreatio, ſed contra ſecundum tantum vt plurimum, qui eſt pacificus cõ uictus inter virum & vxorem,ergo.

¶ Quinto arguitur. Monogamia quę eſt vnius tantum vxoris vinculum, non ſequitur ex principiis naturalibus per euidentẽ conſequentiã, ſed probabilem tantũ, & topicã,ergo non pertinet ad ius naturæ. Cõſequentia eſt manifeſta, quoniã idcirco diuiſio rerum,eſt de iure poſitiuo quoniam non ſequitur per euidentẽ cõſequentiã,ſed per probabilem tantum,quamuis maximè probabilis, & certa ſit, ex hoc principio, pax eſt retinenda in rebuſpublicis, ſequitur diuiſio rerũ eſt faciẽda. Ita ex hoc principio, pax eſt retinenda in domus admini-

A ſtratione,ſequitur, vna tantum eſt habenda vxor, & ſic videtur etiam probatum antecedens. Etenim ſi cũ vna fœmina litigioſa poteſt haberi pax,certè cum duabus retineri poteſt ſi modeſtæ ſunt. Probatur item antecedens,quoniam ſi ſequeretur,per euidẽtem cõſequentiam pertineret ad prima præcepta legis naturæ. ¶ In hac quæſtione libet in primis ſtatuere vnicam concluſionem tanquam certiſſimam.

¶ Prima cõcluſio Matrimonium ex Dei inſtitutione in paradiſo ante euãgelium & legem eſt inter vnum,& vnam. Hæc cõclu
B ſio eſt adeo certa quod in ſententia ſit error illã negare. Primo ex hiſtoria quæ habetur Gen. 1.& 2.ca & refertur à Chriſto Gen.c.1
Domino Matth. 19.& Marci 10. Non legi & 2. Ma
ſtis inquit Chriſtus,quoniam qui fecit ho th. 19.
minem ab initio maſculum & fœminã,fe- Marci
cit eos, & dixit ꝑpter hoc derelinquet ho 10.
mo patrem & matrem & adhærebit &c. & erunt duo in carne vna. Quib. uerbis relatis ſubiecit cõtinuo Chriſtus de ſuo. Itaq; iam non ſunt duo,ſed una caro. Quo loco aperte ſignificauit Chriſtus, inſtitutionẽ ſacramẽti in paradiſo fuiſſe, vt vnus vni tã
C tum copuletur, & coniũgatur matrimonii vinculo: & exinde præparauit Chriſtus Dñs ad quæſtionẽ ſibi a Phariſæis propoſitam,qui idcirco repudiare uolebant, quacunque ex cauſa uxorem, vt aliam ſuperinducerẽt. Chriſtus autem oſtendens nõ eſſe licitum vxorũ pluralitatem, ſatiſfactũ voluit eſſe quæſtioni de non repudiãda priore uxore. Et hoc ipſum intellexere Phariſæi dum continuo obiecerunt. Quid ergo Moyſes mandauit dari? & tandem hæc omnia reuocauit Chriſtus,ad primam in paradiſo matrimonii iuſtitutionem inquiẽs, ab
D initio autem non fuit ſic. En primam eorũ quæ circa matrimonium, & dicta & geſta ſunt. In paradiſo interpretem Chriſtum ſignificantem expreſsè in paradiſo inſtituiſſe fuiſſe, ut vnus uir vnam tantũ haberet uxorem, non plures ſimul. Ad eundum modũ Chriſtum Dominũ ſequentes interpretantur hæc geſta & verba D. Hieron. in epiſt. ad Gerontiam viduã de monogamia, quæ incipit, In veterem,& li. 1. contra Iouinia. & ſuper Matth. cap. 19. D. Chryſoſt. ſuper eũdem locum Chriſti, Theophilactus Euthymius & cũcti alii interpretes, tã Latini quam Græci ibidẽ,qui animaduertũt, unã

Adæ coſtam formatam fuiſſe in vnã Euã A ipſius primi parentis coniugem, Deũ maſculum,& fœminam feciſſe,at nõ fœminas. Rurſus dictum eſſe propter hoc, ſiue oſtendatur initio hos,ſiue certe matrimonii nõ. ꝓpter hęc ſiue oſſa ſiue matrimonia. Deinde expendunt dictũ fuiſſe: adhærebit vxori ſuæ,nõ vxoribus ſuis, & tandem erunt duo, &c. Ad eundem modũ ¶ interpretatur hæc dicta & facta diligentiſſimè fusè & copiosè

cap. gaudemus. d. diuortiis. in cap. gaudemus,de diuortijs. Et tandem Tridētina Synodus ſeſſ. 24. doctrina de ſacramento matrimonii,afferēs allegata uerba tanquã à primo parente diuini ſpiritus

Conci. Tri. ſeſſ. 24. doctrina d. ſacram. matrimonii. inſtinctu pronunciata ſubiecit. Hoc autem uinculo duos tantum modo copulari,& cõiungi apertius docuit Chriſtus,cum poſtrema illa uerba tanquã à Deo prolata profeſens,dixit. Itaque iã non ſunt duo, ſed una caro. Hæc ſynodus. Quo loco animaduertẽ, quod cum ſynodus nec uerbũ quidem amplius de hac re fecerit,tamē hæc doctrina fuit uiſa ſynodo ſufficiens ad ſtatuendũ

Can. 2. Concil. Trid. canonem, ſecundum,in hęc uerba. Si quis dixerit,licere Chriſtianis plures ſimul uxores habere,& hoc nulla lege diuina eſſe ꝓhibitum anathema ſit. Vbi ſignificat in allegatis uerbis apud Matth. contineri legem hoc prohibentem. Hanc itaque eſſe optimã conditionem,& inſtitutionem matrimonii, in felici illo innocentiæ ſtatu fides eſt, de qua nemo dubitare debet. Sed multi ſunt qui negant uxorum pluralitatē eſſe cõtra ipſius matrimonii legem, & naturam. Ita Durand. qui refert alios idipſum ſentiētes in 4. diſt. 32. quæſt. 1. Ioannes Gerſon. ſecũda parte ſuorũ operum, in regulis moralibus cap. de matrimonio. Alphab. 25. litera pri. Caiet. Gene. 4. ſed fuſius Gene. 16. & Matth. 19. quæſt. 30. 33. & 34. author Speculi coniug. part. 2. art. 18.

¶ Sit nihilominus ſecũda cõcluſio. Vxorũ pluralitas eſt cõtra naturæ legē. Probat primo,ex his, quæ afferebamus pro cõcluſione prima. Deus in paradiſo nullũ præceptum poſitiuum ſuperaddidit naturæ matrimonii per inſtitutionē ipſius matrimonii, ſed uxorum pluralitas, ut oſtendimus prima concluſione, eſt cõtra inſtitutionem Dei in paradiſo,ergo cõt. naturã matrimonii. Maior probatur ex cõi Theologorũ cõſenſione,aſſerētium,nullum prorſus poſitiuum præceptũ impoſitum fuiſſe primis parentibus, præter illud unicum de nõ edendo de fructu arboris uetito. Confirmatur: Chriſtus in euangelio ex geſtis & dictis in ſtatu illo proceſſit ad reformandum matrimonium,quod iam degeneraret à ſuo primæuo decore,quantum ad duo,repudium, ſcilicet, & poligamiam,reſtituens illud priſtinæ dignitati. Inquiens,ab initio non fuit ſic. Confirmatur ſecundo,ex communi ſententia totius ſcholæ,aſſerentis in euãgelio nullum eſſe morale præceptum impoſitũ quod antea non fuiſſet lege naturæ inditum: at hoc præceptum de una tantum u-

B. xore habenda,morale præceptum eſt, ergo. Secundo probatur concluſio. Si uxorum multitudo licita eſſet naturę iure,nullo tempore magis liceret, quam continuo à principio orbis conditi, quando propagari cœpit genus humanum: & continuo poſt diluuium quando reparari cœpit: at his temporibus nihil tale factum legimus, ergo. Maior eſt manifeſta: minor probatur Quoniã ante diluuium, ſolus Lamech dicitur habuiſſe plures uxores, qui tamen hac de cauſa reprehēditur à ſanctis, maximè à Hierony. locis allegatis ad Feroniã & cõ-

C tra Iouinianum. Noe uero & eius filii citra dubium ſecundum fidem contenti fuerunt ſingulis uxoribus. Octo ſiquidem animæ reſeruatæ ſũt in arca Noe, ſcilicet,tres filii ſimul cũ uxoribus ſuis. Imo Gen. 15. Gen. 15. legimus Abraham ſolicitum, & anxiũ nimis eo quod non haberet filiũ hęredem in Sara uxore ſua: ſi autē liceret plures habere uxores nõ eſſet cur ipſe anxiaret de re hac,ſed facile illi eſſet aliam ducere uxorē ex qua prolem ſuſciperet,ergo. Tertio probatur. Contra naturæ legem eſt quod res uni tradita & ab illo legitimè poſſeſſa,alte-

D ri tradatur: ſed maritus in matrimonio ſuũ corpus tradidit uxori quantum ad coniugii actum,ergo cõtra naturã eſt alteri tradere. Maior probatur,quoniam idcirco furtum eſt contra naturam. Vltimo probatur. Pluralitas uxorum eſt contra ſecundũ finē matrimonii, ſcilicet,cõtra mutuũ obſequiũ ſocietatem, & communicationem operum inter utrũque coniugem, ergo. Antecedēs patet,tum quoniã per ſe loquendo, ex tali matrimonio, ſequerētur ꝑpetua iurgia, & rixæ inter uxores, quia contenderēt de uiri quem ſuum per matrimonium acceperunt uſu: tum etiam per ſe loquēdo nõ po-

tera

terat eſſe amicitia qualis debet eſſe īter cō iuges per unū uirum,& multas uxores, ſed eſſet amicitia ad ancillas potius quā ad æquales,& cōpares. Et amicitia remiſſa ī plures diuiſa,nō in unā intenta,eſſet minor ad ſingulas, cum etiam quoniam talis pluralitas eſſet contra fidem, quod eſt unū matrimonii bonum, quo obligatur homo uxori petenti debitum, illud reddere: non poſſet autē pluribus petētibus ad uotū ſatisfacere. Ac denique quoniam per tale matrimonium non eſſet prouiſum ſufficienter uxori in remedium concupiſcentiæ. Hec concluſio certiſſima eſſe debet, & aſſeritur ab Innocent. III in cap. gaudemus. & ab omnibus Doctoribus Scholaſticis, illis paucis exceptis ſupra memoratis, & exinde licet inferre continuo, tertiam concluſionem.

c. gaudemus. de diuortiis.

¶ Tertia concluſio. Matrimonium inter unum uirum,& plures uxores attēto iure naturæ eſt irritum,& nullum, Itaque non tantū peccabit uir, qui plures ſimul habet uxores, uerum non ualet contractus inter ipſum,& aliam ſecundam, quam attentauit ducere, ſed illa cōcubina eſt, nō uxor. Hæc concluſio eſt tam certa quam præcedēs. Et probatur eiſdem teſtimoniis, & rationibus, lege maximè Innoc. ubi ſupra. Verum reſtat in hac eadē quæſtione quærere, utrū huiuſmodi matrimonium ſit cōtra primū matrimonii finem. Omnes tamē Doctores ſcholaſtici negant eſſe contra talē finē in locis citatis.

¶ Sit nihilominus quarta cōcluſio. Vxorum pluralitas eſt contra primū matrimonii finē, hoc eſt cōtra debitam prolis generationē,educationē,inſtitutionē. Cōcluſio hæc mea ſententia,eſt D. Tho. 3. cōtra gen. ca. 124. vbi probat uxores plures nō poſſe habere unum maritū,ex eo quod in omni animalium ſpecie,in qua pater ſolicitus eſt de prole unus mas non habet niſi unā fœminā,inter omnia uero animalia maximè cura eſt de prole mari in ſpecie humana,ergo. Maior probat̄ exemplo in auibus quæ ſimul nutriunt pullos,& ratione: quoniam alias nō ſufficeret unus mas p̄ſtare in educatione prolis pluribus fœminis. En Diuus Thom. oſtendit noſtram concluſionem ex cura, & prolis neceſſitate procreādæ, & ita habemus pro nobis eius authoritatē, & rationem. Imo diuus Thom. aſſerit hac ratione p̄bari quod nulla ratione una fœmina A poſſit habere ſimul plures maritos. Et rationes quæ ad hoc probandum adduci ſolent ex primo matrimonii fine deſumuntur, ergo.

¶ Secundo probatur cōcluſio explicādo hanc rationem D. Tho. Impoſſibile eſt moraliter loquendo, unum patrem prouidere in educatione,& inſtitutione filiis, qui ex pluribus uxoribus haberi poſſunt, ergo eſt contra primum finem. Cōſequentia eſt nota,& antecedens probatur. Matrimonium inter unum uirum,& plures uxores, per ſe loquendo, non habet terminum in uxori- B bus, itaque ſi nō terminatur ad unā ex natura ſua, non terminatur magis ad duas ducēdas per ſe quam ad unam, ſed ſi quis terminus inueniretur, id eſſet per accidens, ex uoluntate,& libidine uiri, aut ex facultate, & exceſſu, quæ omnia per accidēs ſe habēt ad matrimoniū: impoſſibile eſt autē quod unus pater poſſit commode educare aut inſtituere filios ex innumeris uxoribus ſuſceptos, ergo.

¶ Tertio probatur. Tot poſſet maritus per ſe, & ſtando in natura rei uxores accipere, quod illas fœcundare non poſſet ne- C que ex eis prolē ſuſcipere, ergo talis multiplicatio eſt contra prolis generationem. Cōnfirmatur, nā licet tot vxores poſſet uir fœcundare, tamen debiliſſimam,& firmam prolem ſuſciperet, quod eſſet detrimentū humanæ naturæ,& ipſius prolis.

¶ Vltimo probatur. Secundarius finis matrimonii, ſcilicet, communicatio operum inter coniuges deſtinatur ad primum finem matrimonii, qui eſt prolis educatio, & inſtitutio: ſed uxorum pluralitas impedit ſecundarium finem, ergo primarium. Patet conſequentia, quia licet in intentione primarius finis matrimonii antecellat ſecundarium, & ab illo ſecunda rius pendeat, tamen in executione è cōtrares habet: primarius finis pendet à ſecūdario, quia ſine illo nō poteſt haberi. Sed q. ad D. Thom. qui diſt. 33. queſt. 1. art. 1. huius oppoſitum docet, reſpondetur primo, in ſumma cōtra gent. ubi ſupra mutaſſe ſētentiam,& id putamus facturum ſi ſummā Theologiæ perfeciſſet. Secundo reſpondetur ibi loquutum fuiſſe, ut patet expreſsè in litera, de prolis creatione, qua ratione cōpetit homini ſecundū rationem generationis,& ut ſic non habet peculiarem rationē de edu-

A de educãdis filiis. Eiuſdmodi ſũt multa alia animalia, ut equi, canes, &c. In ſumma uero contra gent. loquitur ſpeciatim de educatione prolis hominis, ſecundum rationem ſpecificam, ſed plura argumenta proponentur cõtra hanc concluſionem artic. ſequen. ubi aſſumetur hæc concluſio contra diffinienda ibi.

¶ Ad primum argumentum reſpõdetur. Legislatores illos tam proliticos, quã barbaros, erraſſe ſimpliciter in principiis naturæ, quãuis forte poterint excuſari per ignorantiã, cum noſtris tẽporib. fuerint Doctores ſcholaſtici id ignorantes. Eodẽ prorſus modo, reſpõdetur ad exempla philoſophorum & Abimelech quæ afferebantur in ſecũdo argumento. Ad teſtimonia uero Ambroſij, & Aug. reſpondetur, eos ſanctos loqui ſuppoſita reuelatione diuina & diſpenſatione, propter quam licuit ſanctis patribus, quorum exempla afferebamus inſecundo argumento plures ſimul habere vxores. De qua diſpenſatione dicetur artic. ſequenti copioſius. Teſtimonia uero Gregor. & quorundam Catholicorum Cæſarum magis pertinent ad quæſtionem de uxorũ pluralitate in matrimonium iam quando ſacramentum eſt euangelicum.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, mouiſſe illud Scotum diſt. 31. quæſt. 1. ut diceret contractũ matrimonii non eſſe æqualem ex natura rei, inter corpus viri, & corpus vxoris quantum ad primum ſaltem matrimonii finem: quem ſequuntur Almay, Guillelmus de rubione, Gerſon vbi ſupra, & ſupplementum Gabrielis ibidem. Cæterum iam oſtendimus etiam hac ex parte eſſe æqualem contractum, uide dicta in 4. concluſione.

¶ Ad tertium, quo videt vſu Diuus Auguſt. contra aduerſarium legis & prophetarum cap. 9. & in lib. 16. de ciuit, ca. 39. Reſpondetur primo, fœminam non poſſe cedere iuri ſuo in hac parte quoniã talẽ ceſſionem, prohibet bonum publicum matrimonii: ſicut quandoquẽ lex humana prohibet ne quis cedat bonis propriis, & transferat dominium in alium. Secundo reſpondetur fœminam non poſſe cedere iuri prolis, quod læditur, vt diximus in quarta cõcluſione per uxorum pluralitatem: Diuus Auguſtinus loquitur, vt diximus ſuppoſita diſpenſatione diuina.

¶ Ad quintum reſpondetur concluſionē noſtram ſequi ex principiis naturalib. per euidentem conſequentiam moraliter, neq; eſt ſimile id, quod affertur ex rerũ diuiſione, quoniam per matrimonium applicatur vxori, & traditur tanquã propriũ viri corpus: ac ſubinde ſi pluribus vxoribus traderetur contenderent, & decertarent de vſu rei propriæ cuique vxori. At ſi non eſſet facta rerũ diuiſio nõ eſſet decertatio de rei vſu appropriatæ, ſed tantum cõmunis, & ideo ex tali matrimonio per ſe ſequeretur perturbatio domus, & œconomię, quæ tamen
B non ſequitur ex vnius vxoris quantũuis rixoſæ, & ſeditioſæ matrimonio. Neq; tamē adhuc pertinet iſta concluſio ad prima legis naturæ præcepta. Ad confirmationem infra dicetur articulo ſequēti. Atque hactenus de iſto articulo, alias differentias pertinentes ad iſtum articulum declarabimus articulo ſequenti.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum aliquando licitum fuerit habere plures uxores.

C *AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod habere plures uxores nõ potuerit eſſe aliquando licitum. Quia ſecũdum Philoſophum in 2. Ethi. c. 7. Ius naturale ſemper, & ubiq; habet naturalem potentiam eandem: ſed iure naturali prohibetur pluralitas uxorum, ut ex dictis patet, ergo ſicut modo non licet, ita nunquam licuit.* cap. 7. art. præceden.

D ¶ 2 *Præterea. Si aliquando licuit hoc non fuit, niſi quia per ſe licitum erat, uel per aliquam diſpenſationem licebat. Si primo modo, ſic etiam nunc licitum eſſet. Si autẽ ſecundo modo, hoc eſſe non poteſt: quia ſecundum Auguſtinum, Deus cum ſit naturæ cõditor non fecit aliquid contra rationes quas naturæ inſeruit: cum ergo naturæ noſtræ Deus inſeruerit quod ſit una unius, uidetur quod ipſe cõtra hoc nũquã diſpẽſauerit.* li. 26. cõtra Fauſtũ. c. 3.

¶ 3 *Præterea. Si aliquid eſt licitum ex di-*

ex diſpenſatione, hoc non licet niſi illis in quibus diſpenſatio fit: non autem legitur aliqua diſpenſatio communis in lege cum omnibus facta: cum ergo omnes communiter qui uolebãt plures vxores accipere ut in ueteri Teſtamento, nec ex hoc reprehendebantur à lege vel à prophetis, non uidetur quod fuerit ex diſpenſatione licitum.

¶ 4 Præterea. Vbi eſt eadem cauſa diſpenſationis debet eadem diſpoſitio fieri, ſed cauſa diſpenſationis non poteſt alia poni, niſi multiplicatio prolis ad cultum Dei, quæ etiam nunc neceſſaria eſt, ergo adhuc dicta diſpenſatio duraret, ꝑcipuè cũ non legatur reuocata.

¶ 5 Præterea. In diſpenſatione non debet prætermitti maius bonũ propter minus bonum ſed fides & ſacramentũ quæ nõ videtur poſſe ſeruari in matrimonio quo vnus pluribus vxoribus cõiũgitur ſunt meliora quam prolis multiplicatio: ergo intuitu huius multiplicationis diſpenſatio prędicta fieri non debuiſſet.

SED contra Galat. 3. dicitur, ꝙ lex propter præuaricatores poſita eſt: vt ſcilicet, eos prohiberet: ſed lex vetus fecit mentionem de pluralitate vxorum ſine aliqua eius ꝓhibitione: vt patet Deute. 20. Si habuerit homo duas vxores &c. ergo habendo duas uxores nõ erãt præuaricato, & ita erat licitum.

¶ Præterea, hoc idem uidetur exemplũ ex ſanctis Patribus, qui plures leguntur habuiſſe uxores cum Deo eſſent acceptiſſimi, ſicut Iacob, & Dauid. & plures alij, ergo aliquando fuit licitum.

RESPONDEO dicendum quod ſicut ex dictis patet, pluralitas uxorum eſſe dicitur contra legẽ naturæ, non quãtũ ad prima præcepta eius, ſed quantum ad ſecunda quæ quaſi concluſiones à primis præceptis deriuãtur. Sed qa & actus humanos variari oportet ſecundum diuerſas conditiones perſonarum & temporum, & aliarum circunſtantiarum: ideo concluſiones prædictę à primis legis naturæ præceptis non procedũt vt ſemper efficaciam habentes, ſed in maiori parte: talis eſt enim tota materia moralis, vt patet per Philoſophum in libro Ethicorum, & ideo vbi eorum efficacia deficit licitè ea prætermitti poſſunt. Sed quia non eſt facile determinare huiuſmodi varietates, iõ illi ex cuius authoritate lex efficaciam habet, reſeruantur: vt licentiã præbeat legem prætermittẽdi in illis caſibus ad quos legis efficacia nõ extendere ſe dẽt, & talis licentia diſpenſatio dicitur: lex autem de vnitate vxoris non eſt humanitus, ſed diuinitus inſtituta, nec unquã uerbis aut literis tradita, ſed cordi impreſſa, ſicut & alia quæ ad legẽ naturæ qualitercunq; pertinẽt: & iõ in hoc à ſolo Deo diſpẽſatio fieri potuit per inſpirationem internã quæ quidem principaliter Patribus ſanctis facta eſt, & per eorum exemplũ ad alios deriuata eſt eo tẽpore quo oportebat prædictũ naturæ præceptum prætermitti, vt maior eſſet multiplicatio prolis ad cultum Dei educunda. Semper enim principalior finis magis obſeruandus eſt quam ſecundarius. Vnde cum bonum prolis ſit principalis matrimonij finis, ubi prolis multiplicatio neceſſaria erat, debet negligi ad tempus impedimentum qđ poſſet in ſecundarijs finibus euenire, ad quod remouendum præceptum prohibens pluralitatem uxorum ordinatur, vt ex dictis patet.

AD primum ergo dicendum quod ius naturale ſemper & ubique quantũ eſt de ſe, habet eandem potentiam, ſed per accidens propter aliquod impedimentum quãdoq; & alicubi põt uariari, ſicut ibi Philoſophus exemplum ponit de alijs rebus naturalibus. Semper enim & ubiq; dextra eſt melior quam ſiniſtra ſecundũ naturam: ſed per aliquod accidens contingit aliquem eſſe ambidextrum, quia natura noſtra uariabilis eſt & ſimiliter etiam de naturali iuſto ut ibidem Philoſophus dicit.

AD ſecundũ dicendũ, ꝙ in Decre.

qua-

ar. præce. ad 7. & 8.

li. 1. c. 3. & c. 7.

ar. præc. in corpo.

libr. 5. Eth. c. 7.

li 4.titu. 19.c.gaudemus.

quadam de diuortijs dicitur, quod nunquam licuit plures habere vxores ſine diſpenſatione per diuinam inſpirationem habita, nec tamen talis diſpenſatio datur contra rationes quas Deus naturæ inſeruit, ſed præter eas: quia rationes illæ non ſunt ordinatæ ad ſemper, vt in pluribus, vt dictum eſt, ſicut etiam non eſt contra naturam quãdo aliqua accidunt in rebus naturalib. miraculoſe præter ea quæ frequenter ſolent euenire.

In corp. articuli.

AD tertium dicendum, quod qualis eſt lex, talis debet eſſe diſpenſatio legis, & quia lex naturæ eſt cordibus impreſſa, non oportuit diſpenſationem eorum quæ ad legem naturæ pertinent, lege ſcripta dari, ſed per internam diſpẽſationem fieri.

AD quartum dicendum, quod ueniente Chriſto fuit tempus plenitudinis gratiæ Chriſti per quam cultus Dei in omnes gentes ſpirituali propagatione diffuſus eſt, & ideo non eſt eadem ratio diſpenſationis quæ erat ante Chriſti aduentum, quando cultus carnali propagatione multiplicabatur.

AD quintum dicendum, ꝙ proles ſecundum quod eſt bonũ matrimonij, includit fidẽ ad Deum ſeruandam, quia ſecundũ ꝙ proles expectatur ad cultum Dei educanda, ponitur matrimonij bonum. Fides aũt ad Deum ſeruanda, eſt potior quam fides uxori, quæ ponitur bonum matrimonij & quam ſignificatio quæ pertinet ad ſacramentũ, quia ſignificatio ad fidei cognitionẽ ordinatur: et ideo non eſt inconueniens ſi propter bonum prolis aliquid detrahitur alijs duobus bonis, nec tamen omnino tolluntur, quia & fides manet ad plures, & ſacramentũ aliquo modo: quia quãuis nõ ſignificaretur coniunctio Chriſti ad eccleſiam in quãtũ eſt una, ſignificatur tamẽ diſtinctio graduũ in eccleſia per pluralitatem uxorum, quæ quidem nõn ſolũ eſt in eccleſia militante, ſed etiã triumphãte. Et ideo illorum matrimonia aliquo modo ſignificant coniunctionẽ Chriſti A *ad eccleſiam non ſolũ militantem, ut quidam dicunt, ſed etiam triũphãtem, in qua ſunt diuerſæ manſiones.*

SVMMA ARTICVLI

PRima concluſio. Habere plures vxores non eſt adeo intrinſece malum, vt non poſſit aliquando bene fieri.

¶ Secunda cõcluſio. Solũ diuina authoritate licitũ fuit habere plures vxores, nã lex de vnitate vxoris non eſt humanitus, ſed diuinitus inſtituta, & cordi impreſſa. B

¶ Tertia concluſio. Hæc reuelatio Sanctis patribus facta eſt, & illorum exemplo fuit in alios deducta, uide literam D.Tho. quæ optima eſt.

EST dubium. Vtrum vxorum pluralitas licita fuerit aliquando ex aliqua cauſa, imo licita eſſe poſſit. Videtur uera pars negatiua.

¶ Primo nos oſtendebamus præcedenti art. & in dubio ibi poſito, in probatione ſecundæ concluſionis, non fuiſſe licitam quando propagari cœpit genus humanum, tum C ab orbe condito, tum ſtatim a diluuio: at ſi aliqua ex cauſa poſſet eſſe licita vxorũ pluralitas, certe propter humani generis propagationem licita eſſet, ergo.

¶ Secundò arguitur. Ea quæ ſunt contra ius diuinum naturale, non poſſunt licite fieri: at uxorum pluralitas vt oſtendimus ibidem, eſt contra ius diuinum naturale, ergo. Reſpondebit quiſpiã Deum diſpenſare poſſe ſupra ius diuinum naturale, contra hanc reſponſionem arguitur tertio.

¶ In his quæ ſunt contra prima præcepta legis naturæ, non poteſt eſſe diſpenſatio, etiam diuina, ſed uxorum pluralitas eſt con- D tra prima præcepta legis naturæ, ergo. Maior ſupponitur, minor probatur. Oſtendimus nos præcedenti ar. concluſione quarta. Vxorum pluralitatem: eſſe contra primariũ matrimonii finem naturalem, ergo contra primaria præcepta legis naturæ. Probatur conſequentia, quoniam de primario fi. naturali eſt primum præceptum naturale in vnoquoque genere.

¶ Quarto arguitur. De eſſentia matrimonii eſt, ꝙ ſit coniunctio maritalis & perfecta traditio mutua corporum inter vnum & vnam, ſed rei eſſentia per nullam potentiã etiam ſupernaturalem mutari poteſt, ergo.

Maior

Maior patet ex matrimonii diffinitione, in qua dicitur, quod eſt coniunctio maritalis inter legitimas perſonas, vt patet ex dictis præcedenti quæſtione, plures vxores non ſunt legitimæ perſonæ, ſed illegitimæ contra legem naturæ, ergo. Denique per nullam potentiam fieri poteſt, quod una vxor habeat, ſimul plures viros, ergo nec econtra.

¶ In oppoſitum eſt primo Abraham, Iacob, Dauid, & alii viri Sancti plures ſimul habuerunt vxores, & cum illis vſq; ad mortem perſeuerauerunt, at fides eſt hos viros ſanctos regnum cęlorum modo poſſidere, vt patet ex Catalogo, & Sāctorū martyrologio quem texuit Paulus, & Sapiēs, ergo licitum fuit. Confirmatur: nam non modo coniugia horum Sanctorum a ſanctis laudantur, verum etiam comparantur virginitati Ioannis Baptiſtæ. Itaq; volūt ſancti tantū meruiſſe Abrahā in ducendis multis vxoribus quātum Baptiſta in ſeruanda virginitate legatur D. Hierony. lib. 2. cōtra Ionn. & refertur a Gratia. 32. quæſt. 4. can qs ignoret. Aug. de bono cōiugali ca. 20. & 22. & in locis ſuperius allegatis, & Magiſter, & ibi tota ſchola diſtin. 53.

31. q. 4. canone. quis ignoret.

¶ Secūdo arguitur. Deuter. 17. inter alia præcepta, quæ regi imponuntur, vnum eſt, non habebit vxores plurimas, quo loco omnes interpretes Bibliorum tam poſt Aug. in Deutero. quæſt. quinta, poſita in loco hoc animaduertit, dictum fuiſſe, non habebit uxores plurimas, nō plures. Itaque plures licebat habere, & inde inferunt Dauidē contra hoc præceptum non peccaſſe. Salomonem autē peccaſſe. Rurſus cap. 21. eiuſdem libri dicitur: Si homo habuerit duas vxores, ubi ſupponit, quod liceat habere duas uxores

Deut. c. 17.

Deut. c. 17.

¶ Tertio arguitur. Innoc. III. in ca. gaudemus, de diuortiis, ait, nec ulli vnquam omnium licuit plures habere vxores, niſi cui fuit diuina reuelatione conceſſum, & vſque ad illud, ſicut Iacob ā mendacio, Iſraelitæ a furto, Sāpſon ab homicidio, ſic & Patriarchæ & alii viri iuſti q plures ſimul leguntur habere vxores ab adulterio excuſantur. Sed ex hac comparatione colligitur quartum argumentum.

c. gaudemus, de diuortiis.

¶ Quarto arguitur. Contendendo, quod licet facta fuerit, hæc diſpenſatio, vtcumq; fuerit, tamen illa impropria diſpēſatio. Et enim impropriè diſpenſatum eſt cū Iacob in mendacio, cū Iſraelitis in furto, cū Sāpſone in homicidio, at Innocentius comparat diſpenſationem ſuper vxorum pluralitate cum his diſpenſationibus, ergo impropria diſpēſatio eſt. Maior patet ex D. Tho. doctrina 1. 2. quæſt. 100. art. 8. aſſerentis pręcepta decalogi eſſe omnino indiſpenſabilia quacunq; authoritate: at mendaciū, furtū, homicidiū, ſunt contra decalogi præcepta, ergo. Et legatur D. Tho. ibidem ad tertiū. Deniq; in tali diſpēſatione, Deus procedit vt rerū dominus, vtens abſoluta poteſtate, non vt legiſlator, ergo. Probatur antecedens, ſicut qn donauit vaſa Aegyptiorum filiis Iſrael, proceſſit vt dominus, non vt legiſlator, ita quando diſpenſat ſuper vxorū pluralitate, procedit vt dominus, donando viri corpus uxori, quod erat traditum vxori primæ.

¶ In hac quæſtione exordiamur a concluſione certiſſima, ſecundum fidem aſſerenda.

¶ Prima cōcluſio. Abrahā, Iacob, Dauid & alios viros ſanctos in ſacris literis cōmēdatos, qui ante Moſaycam legē, & poſt, plures ſimul habuere vxores, non peccaſſe illas habendo. Hæc concluſio eſt contra Manichæos, qui condemnabant tāquā adulteria hæc coniugia: ſed probatur ſecundum fidem argumentis, primo, & tertio, in oppoſitum, & habetur ex communi eccleſiæ conſenſione. & legatur Augu. locis allegatis in præcedenti art. & poſt eum Magiſt. & toto ſchola. diſt. 33.

¶ Secūda cōcluſio. Ante Moſaycam legē peculiaris fiebat cuique viro reuelatio ſup habendis ſimul multis vxoribus. Explicatur cōcluſio, non cōtinuo poſt factam Abrahæ reuelationē, ſuper hac re, facta eſt continuo eius ſucceſſoribus uiris iuſtis diſpēſatio ſuper vxorū pluralitate: ſed cū Iacob eſt diſpenſatū in particulari. Hæc cōcluſio eſt cōtra Scotum diſt. 33. aſſerētē, quod cum primū facta fuit diſpēſatio cū Abraham facta fuit cōſequēter diſpenſatio cū his, q ſucceſſere in Dei cultu vero, & cōtra Mag. Soto, q non mō ad eius ſucceſſores, in vero Dei cultu, verum ad Iſmaelem, & eius poſteros vult deriuari eius diſpenſationē, & ad Eſau & eius poſteros in allegata diſt. q. 1. arti. 2. Probatur tamē cōcluſio. Primo. Quāuis facta fuerit Abrahæ reuelatio, & diſpenſatio de re-

de repudiāda Agar vxore,vt ſupra oſtendimus,tamen non continuo diſpenſatum eſt cum eius poſteris,vt repudiare poſſent vxores,ergo ſimiliter. Quia probatur,quoniā ſicut diſſolutio matrimonii per repudium eſt contra naturæ legem, & indiget diſpenſatione diuina,ut licite fiat, ita vxorū pluralitas. Secundo probatur. Irrationabile eſt excipere aliquid à cōmunibus naturæ & fidei regulis, ſine idoneo teſtimonio diuino, & reuelatione,ſed uxorum pluralitas eſt contra naturæ regulas comunes,contra Dei inſtitutionem in paradiſo factam,vt ſupra diximus, ergo contra rationem eſt excipere inde aliquid ſine reuelatione.

¶ Tertio arguitur. Sanctorum exempla docent nos, id quod in ſacris literis eſt obſcurum, quæ regula eſt D. Aug.lib.de mēdacio ad Cſentium, & D. Gregor. homil.10.ſuper Ezech. Et Iſaac, Abrahæ filius non habuit ſimul plures vxores, neque pronepotes. Abrahæ autem poſteri fideles ante Moyſen ſimul plures habuere vxores,excepto Iacob: ergo iſti non habuerunt talem diſpenſationem.

¶ Tertia concluſio. Poſt legem Moſaicam conceſſa eſt hæc diſpenſatio toti Iudæorum populo. Hæc concluſio eſt item contra Scotum eadem quæſtione prima in reſponſione ad vltimum, qui ait,diſpenſatum fuiſſe cum patribus, & aliis viris iuſtis & regibus:non autem cum aliis plebeiis.Sequuntur Scotum aliqui Theologi, veruntamen cōcluſio noſtra probatur argumēto ſecundo in oppoſitum, & eſt exemplū præterquam in patriarchis & regib. & tribuū capitibus, in Helcana Samuelis patre qui duas habuit vxores,Annam,& Phenenā,vt

1.Reg. 1 legitur in 1.Reg 1. Neque mirum hanc diſpenſationem factam,cum tota Iudæorum republica, quando quidem maior diſpenſatio ſuper matrimonii indiſſolubilitate illis erat etiam conceſſa,ut oſtendimus. Rationes autem & congruentiæ propter quas facta eſt hæc diſpenſatio ſunt inter alias duæ, una quidem ad mūltiplicandū fidelem populum ex quo naſciturus erat Chriſtus. Vltima ad ſignificandum Chriſtum dominum reducturum in vnā eccleſiam ſuam,& in unum corpus ſynagogam & gentiū multitudinem longe inter ſe diſtantes.

¶ Quarta concluſio.Hæc cōceſſio,& diſpenſatio,ſuper lege naturali de non haben

A dis multis vxoribus, eſt propria diſpenſatio. Hæc eſt contra quoſdam Diui Thomæ interpretes doctiſſimos.Probatur concluſio. Primo:Proprie fit diſpenſatio autoritate diuina in aliis præceptis quæ in decalogo non continentur, ſed præceptum de vxoris vnitate non continetur in decalogo,ergo.

¶ Secundo arguitur:Infra dicemus,de inſolubilitate matrimonii,vt eſt in officiū naturæ;Deum diſpenſare proprie ſuper indiſſolubilitate matrimonii,ſed indiſſolubilitas magis eſt de neceſſitate matrimonii, quam vxoris vnitas;ergo.Minor patet, quoniam diſſolutio matrimonii deſtruit matrimonium: at vxorum pluralitas non deſtruit matrimonium,ergo.

¶ Vltimo arguitur. Quamuis vnitas vxoris pertineat ad primum matrimonii finem & aduerſetur illi illarum pluralitas, adhuc pertinet tamen ad ſecūdarium matrimonii præceptum naturale, non ad primariū,ſed in ſecundariis præceptis naturæ maxime proprie cadit diſpenſatio authoritate diuina, ergo.Maior probatur,cū quoniam matrimonii indiſſolubilitas, licet ad-

C uerſetur magis primario fini quam uxorū pluralitas,pertinet tamen ad præcepta ſecūdaria,ut infra dicemus: tum quia primum præceptum matrimonii cōtinens ordinem iuſtitiæ ſeruādæ inter coniuges cum prole eſt ne quis accedat ad alienam, ſed tātū ad propriam,at quod propria ſit vna tantū,eſt quidē peculiaris modus huius primarii præcepti;qui proinde diſpenſationē patit.Hæc concluſio ſimul cum duabus præcedentibus, eſt contra Palud. allegata diſt. 33. q. 1. artic. 3. circa finem. Vbi aſſerit, non diſpenſaſſe Deum, neque poſſe, in

D hoc quod quis habeat duas uxores ſimul: ſed tantum in hoc quod licite poſſit quiſpiam illis vti ac ſi eſſent vxores. Idipſum ſentit Aureol.apud Capreol.diſt.allegata, quæſt.vnica.art.2.& 3.

¶ Quinta concluſio. Sola diuina diſpenſatione poteſt licita eſſe vxorum pluralitas. Dictio,ſola,excludit non tantum cuiuſque alterius diſpenſantem authoritatem, uerum etiam quamlibet aliam cauſam, etiam urgentiſſimam, & extremam totius orbis neceſſitatem, ſi non ad ſit ſimul diſpenſatio diuina. Hæc concluſio eſt Innocentio III. in cap. gaudemus,

demus, citato & retulimus illius verba argumento 3. in oppoſitum. Probatur ſecundo ex diffinitis præcedéti articulo. Vnitas vxoris eſt in præcepto, tum ex diuina inſtitutione in paradiſo, tum etiam ex naturæ lege: at in diuinis inſtitutionibus, & naturæ legibus ſolus Deus diſpenſare poteſt: ergo. A

¶ Tertio probatur. Nulla cauſa fuit, vnquam ſufficiens ad diſpenſandum ſuper matrimonii indiſſolubilitate, niſi intereſſet ſimul Dei diſpenſantis placitum, ut oſtendemus: ergo ita hic.

¶ Denique. Si aliqua naturalis cauſa ſufficeret, ſine diuina diſpenſatione iam per naturam eſſet licita vxorum pluralitas, at oſtendimus eſſe contra naturam: ergo. Sed de hac re rurſus redibit ſermo, cū agemus de matrimonij ſacramento. Ex hac concluſione patet ad primum argumentū in prin. quæſtionis. B

¶ Ad ſecundum vero reſponſum eſt ibidem.

¶ Ad tertium reſpondetur, negando minorem, ad probationē reſpon. negando conſequentiam. Itaque non bene ſequitur, ſeu colligitur vxorum pluralitatem eſſe contra finem primum matrimonii: ergo contra prima præcepta naturæ legis, ſeu iuris in materia matrimonii, inſtantia eſt aperta in matrimonii diſſolubilitate. C

¶ Ad quartum negatur minor. Ad probationem reſpondetur, dato quod ordo ad perſonas legitimas ſit de eſſentia matrimonii, tamen ſufficeret eas eſſe legitimas hoc eſt ad matrimonium aptas, & habiles ſiue ex lege dictante ſiue ex diſpenſatione.

¶ Ad quintum reſpondebitur dubio ſequenti. Ad argumenta in oppoſitum, ad tria iam eſt reſponſum per concluſiones. D

¶ Ad quartum reſpondetur, comparationem Innoc. procedere in hoc, quod omnibus illis eſt neceſſaria diuina reuelatio, nō curando, quod in aliis propria diſpenſatio fuerit, in aliis vero impropria.

¶ Ad quintum reſpondetur. Deum quidem rationem Domini ſubire, & induere, cum corpus uiri primæ uxori traditum, donat etiam ſecundæ. Verum rationem etiam legiſlatoris referre & ſubire, cum hanc ſecūdam vxorem matrimonio copulat ei, qui priorem habet, non obſtante lege naturali, de non habendis ſimul multis &c.

Secunda difficultas. Vtrum quæ dicta ſunt in his dubitationibus, pari iure defendenda ſint de maritorum pluralitate, ita ut maritorum pluralitas ſit contra naturæ legem, nihiloſecius tamen poſſit diuina authoritate fieri diſpenſatio ſuper tali multitudine; uidetur eſſe par ius utriuſque, viri & uxoris in hac parte.

¶ Primo Innocent. III. in cap. gaudemus, allegato, ait, ſi uxore dimiſſā duci alia de iure non poteſt, fortius & ipſa retenta. Per quod euidenter apparet, pluralitatem in utroque ſexu cum non ad imparia iudicentur circa matrimonium reprobanda. En Innoc. teſtimonium ſimul & argum. ad hāc partem comprobandam. c. gaudemus, citato.

¶ Secundò arguitur. Nos oſtendimus vxorum pluralitatem eſſe contra finem primum matrimonii, nihilo minus tamen poſſe cadere diſpenſationem ſuper illam: ergo poteſt cadere ſuper maritorum pluralitate: Probatur cōſequentia, quoniam ſi quid obſtaret, id eſſet, quoniam pluralitas maritorum, eſt contra primarium matrimonii finem.

¶ In oppoſitum eſt tota ſchola in diſtinctione allegata, quæ aſſerit maritorum pluralitatem eſſe magis contra naturam, ac ſubinde ſuper illa ratione poſſe concedi diſpenſationem.

¶ Omittimus in præſentia communionem vxorum eſſe illicitam prorſus, immo ferinam magis quam barbaram, neque in animum meum induxi vnquam Socratem, & Platonem inſtituiſſe talem politiam vnquam, quod etiam docet expreſsè Diuus Thomas opuſc. vigeſimo, de regimine principum, libro quarto, capitulo quarto, ſed tantum uoluere Socrates & Plato, omnes fœminas eſſe a uiris amandas, tāquam proprias uxores. Omnes iuniores a ſenioribus tanquam filios a parentibus, & contra, omnes ſeniores a iunioribus tanquam patres a filiis. Verum eſt, quod hæreticis placuit hæc ferina Reſpublica ita dicunt hiſtorici placuiſſe Nicolao Diacono ab Apoſtolis electo, & Carpocrati hæretico, vt author eſt Clemens Alexandrinus libro tertio, Stromatum, paulò poſt principium, & tandem hæreticis noſtri temporis, qui uocati ſunt Libertini ex Anabaptiſtarū ſecta, vt author eſt Lindanus ī dial. 2. ſui Dubitātii, & Prateolus in libro de uitis hæreticorū.

¶ His

¶ His dimiſſis ſit prima concluſio. Multo magis eſt contra naturam, maritorum quam vxorum pluralitas: Tum quia multo magis perturbat conuictum pacificum inter coniuges, maritorum qui dominantur & principantur, quam vxorum, quæ ſub ditæ eſſe debent pluralitas, ut late proſequitur D. Auguſt. de nuptiis & concupiſcētia, cap. 9. & 10. & de bono coniugali, c. 18. & ſequentibus: tum etiam, quoniam prolis procreatio, multo magis læditur per maritorum pluralitatem cum vna fœmina, quam è contra: tum denique, quoniam ex maritorum multitudine, ſequitur manifeſtè prolis incertitudo, quæ non ſequitur ex uxorum pluralitate.

¶ Secunda concluſio. Non apparet cur per abſolutam Dei potentiam non fieri poſſit diſpenſatio ſuper maritorum pluralitate. Itaque per talem potentiam fieri poteſt quod una uxor plures ſimul habeat maritos. Probatur concluſio. Præſtantior eſt hæc ſententia, & religioſior, quæ hoc concedit Dei potentiæ abſolutæ, cui nihil denegari debet, niſi quòd manifeſtam implicat contradictionem: at certè non implicat cōtradictionem hanc apertam, quod maritorum pluralitas ſit licita: ergo. Secundò probatur ex propriis concluſio. In matrimonii præceptis ordo iuſtitiæ ſeruandæ inter coniuges parentes ex vna parte, & prolem ex una parte, & prolem ex alia, in prima legiſlatoris intentio poſita eſt in hoc principio, quod parentes ſint uinculo quodam naturali deuincti, & aſtricti ad generandam, educandam, & inſtituendam prolem, quod aūt hi qui alligantur illo vinculo ſint tantum duo, unus & una, ac maxime quod ſit unus tantum eſt quidam modus peculiaris naturæ deſtinatus ad ſeruandum ordinem iuſtitiæ, & primam legiſlatoris intentionem: at in tali modo per diſpenſationem, & potentiam Dei abſolutam, Deus diſpēſare poteſt, vt ait D. Thom. 1. 2. quæſt. 100. art. 8 ergo. Maior probatur, & ſit ſimul tertia ratio. Matrimonii eſſentia poſita eſt in vinculo illo & coniunctione qua ligantur coniuges ad prolem gignendam, vt patet ex matrimonii diffinitione: at numerus eorum qui hoc vinculo obligantur, quod ſcilicet ſit vnus & vna, ac maxime vnus tantum, conſiſtit quidem magna ex parte ad ipſius vinculi conſiſtentiam, vſque adeo quod p̄ na-

A turam aliter coniunctio conſiſtere non poſſit, ergo. Cœterum confert ſolum vt propria paſſio, & modus illius coniunctionis, at Deus diſpenſare poteſt, in huiuſmodi propriis paſſionibus, & modis per ſuam potentiam abſolutam, ergo. Probatur denique explicaturque illa maior ſecundi argumenti. Ad primum matrimonii finem pertinet maritalis coniunctio per quam coniuges fiunt viciſſim domini ſuorum corporum: ad eundē item finem pertinet, quod ſint tantum duo, & maxime mariti vnitas, ſed coniunctio pertinet non ſolum ad primum finem, ſed ad

B ſecundam legiſlatoris intentionem, circa eundem finem: mariti uero vnitas pertinet quidem ad primum finem, non tamen ad primam legiſlatoris intentionem, circa finem primum, ſed ad ſecundariam intentionem circa primum finem, qui eſt modus peculiaris, circa primum finem: & idcirco de hac mariti unitate eſt tantum præceptum ſecundarium matrimoniale non primariū. Eſt ſimile. Natura primo & per ſe primaria intentione intendit ſpeciem, paſſiones uero illius, quæ ordinātur ad ipſius ſpeciei

C conſeruationem tanquam modi quidā, intendit ſecundario congenerando, & comproducendo illas ad generationem, & conſeruationem ſpeciei. Cæterum contra hāc concluſionem procedunt argumenta facta pro præcedenti.

¶ Primum facile ſoluitur, quoniam illa tota maior perturbatio aduerſatur ſecundario fini matrimonii. Secundum uero ac maxime tertium vrgent acriter: quoniam idcirco fornicatio per nullam potentiam, poteſt eſſe licita quia cum fornicatione, nō poteſt ſtare prolis certitudo, vt aſſerunt cū-

D cti fere autores ac maxime D. Tho. q. 154. art. 2. Huic argumento reſpondetur, ex doctrina eiuſdem Doct. ſancti, in eodem loco, primam ac fundamentalem rationem, propter quam fornicatio eſt illicita, non eſſe prolis incertitudinem, ſed vinculi naturalis quo obligantur parentes ad prolem generandam, educandam, & inſtituendam, incertitudinem prolis eſſe tantum propriam paſſionem, & ſignum ſeu effectum deficientiæ vinculi naturalis, & vagi concubitus. Significat autem D. Tho. art. illo primo poſtquam aſſeruerat vagum concubitum eſſe contra naturam hominis, & oportere, quod

ſit

fit maris ad determinatam fœminam cum qua permanet per totam vitam. Inquit D. Th. Et inde eſt, quod naturaliter eſt maribus in ſpecie humana ſolicitudo, de certitudine prolis, quia eis imminet prolis educatio: ex obligatione uero ad educandā prolem, quæ eſt ipſa maritalis coniunctio, & vinculo colligit noſter Doctor ſolicitudinē de certitudine prolis, ergo illa eſt prima ratio. Et hæc eſt effectus illius. Hunc locum aīaduerterat. Caiet. in illius articuli com. in rńſione ad ſecundum argm. & Martini de Magiſt. Secundus locus, in quo ſignificat apud D. Tho. ibidem eſt in illis uerbis, iſta coniunctio maris ac fœminæ, quæ matrimonii dicitur, lege aliqua determinatur. Qualiter aūt apud nos ſit determinata, ī 3. parte huius operis dicetur cū de matrimonii ſacramento tractabitur. Quibus uerbis apertè docet eſſentiā matrimonii eſſe coniunctionē maris ad fęminā, cui ex prima intētione legiſlatoris aduerſatur vagus cōcubitus. Determinationē vero inter vnum, & vnā includit, inter qualitates explicādas in tertia parte. Sed qm̄ ille immatura morte arreptus promiſſionē implere non potuit, reſpondetur ad argumentū negando conſequentiā. Ad argumentū vero reſpondetur in ſimili materia. Quoniā D. Tho. docet 3. cōtra gen. c. 123. ratione tertia, negatur, qđ & nos dicemus infra de matrimonii indiſſolubilitate: incertitudinē prolis ſequi ex matrimonii diſſolutione. Nihilominus tamen Deus diſpēſare pōt diſſoluēdo matrimoniū: ergo ad eundē modum in præſentia. Etenim ſicut ſi intra paucos dies fœmina multis viris nuberet repudiatis uiris ſequeretur incertitudo prolis ſup quā Deus diſpēſare pōt, ita, in præſentia quādo ſimul haberet plures viros. ¶ Secūdo reſpōdetur prolis incertitudinē ſequi poſſe primo quidem ex uago concubitu qui eſt acceſſus ad alienā: ſecundo ex acceſſu quidem ad propriam deficiente tamen uinculo coniugali, & obligatione ad nutriendam prolē. Exemplum eſt, ſi Deus faceret copiam multis viris ſimul, & accederent ad vnam, ſicut fecit facultatem vni Oſeæ, ut accederet ad fornicariam, ſine vinculo coniugali, ut opinātur fere omnes ſancti, tamen in tali caſu eſſet acceſſus ad propriam: quoniā dominus donaret multis uiris corpus illius fœminæ, ſicut donauit. Tertio poteſt ſequi prolis in-

A certitudo exiſtēte iam matrimonio, & vinculo coniugali ex matrimonii diſſolubilitate. Quarto tandem ex maritorum multitudine. Dicimus ergo, quod in primo modo nulla prorſus ratione, nec potentia fieri poteſt diſpenſatio ſuper prolis incertitudine, magis quam ſuper fornicatione. In ſecundo uero modo, & cæteris poteſt fieri diſpenſatio; ſed differunt. Etenim in ſecundo modo non fit diſpēſatio ſup aliqua matrimonii lege, ſed fit diſpēſatio impropria ſup ſextum præceptum; quoniam tūc in tali diſpenſatione Deus non procedit ut legiſla-
B tor diſpēſando in lege aliqua quā ipſe tulerit, nulla ſiquidem in tali caſu extat lex matrimonialis, ſuper quam propriē diſpenſare poſſit: ſed procedit in tali caſu, vt dominus abſolutus, utēs abſoluta poteſtate dominii, concedendo multis viris dominium corporis vnius fœminæ quantum ad concubitū, quæ eſt impropria diſpenſatio ſuper ſextū præceptum. In tertio vero & quarto modo eſt propria diſpenſatio ac legitima ſuper ſecundariis præceptis matrimonii inuiolato primario præcepto, de naturali uinculo ad generandam, & educandam prolem: quoniā
C certitudo prolis paſſio eſt matrimonii ſequens eius eſſentiam, ſuper qua Deus diſpenſare poteſt manente eius eſſentia, ſcilicet, matrimonii. Sed quid dicendum eſt ad D. Tho. Mutaſſe ſententiam, ut patet ex dictis, & allegato art. 2.

¶ Ad argumentum in oppoſitum reſpondetur ſecundo, Diuum Thomam, & totam ſcholam diſtin. 33. cuius authoritatem offerebamus in oppoſitum, argumētum loqui de potētia ordinaria Dei. Etenim vxorum pluralitas conceſſa eſt a Deo iuxta ordinariam potentiam, in Abraham, & Iacob, &
D in tota Iudæorum republica. Cæterū maritorum pluralitas: nunquam aut conceſſa eſt, aut concedenda a Deo. Cæterum nos aſſerimus de potentia abſoluta concedi poſſe maritorum pluralitatem, quoniam non manifeſtè implicat.

¶ Ad argumētum uero primum in principio quæſtionis reſpondetur, ſolum probare vtrāque pluralitatem, tam uxorū quam maritorum eſſe contra naturam, & hoc tātum voluit Innoc. Secundo etiā argumentum probāt vtramq; pluralitatem eſſe contra primum finem matrimonii, veruntamen neutrum iſtorū argumētorum probat non

 aduerſari

aduerſari magis naturæ, & primo fini matrimonii maritorum pluralitatem quam uxorum.

¶ Ex dictis ſequitur, quod ſicut cōtra naturæ legem eſt geminā ſimul habere vxorē aut maritum. Ita certe geminū ſpōſum, vel ſpōſam habere, ac quemadmodum matrimonium primo in loco contractum validum eſt: poſterius vero contractum inualidum, ita priora ſponſalia valida ſunt: poſteriora inualida, etiam ſi poſteriora iuramento firmentur. Rurſus quemadmodū Deus diſpēſare poteſt ſuper naturam in lege matrimonii de vnitate mariti & uxoris, ita in ſponſaliorum lege de unitate ſpōſi & ſponſæ. At denique quemadmodum unus uir ſucceſſiuè multas uxores, & una uxor multos uiros in matrimonio habere pōt, idq; teſtatum eſt ſecundum fidem: ita & ſecundum fidem ſucceſſiuè unus ſponſus multas ſponſas, & e contra habere poteſt. Ratio huius comparationis inter ſpōſalia & matrimonium ea eſt. Quoniam ſponſalia reſe-rūtur ad matrimonium ſicut promiſſio ad rem promiſſam, ergo ſi matrimonium eſſe non poteſt inter plures quam duos, multo fortiori ratione id poterit in ſponſalibus. Ac deniq; ſi ſucceſſu temporis poteſt quis ſuum corpus tradere diuerſis, multo magis promittere per ſponſalia.

Tertia difficultas. Vtrum poligamia ſit prohibita lege diuina in matrimonio inquantum ſacramentum. Itaque dubium eſt, an ſit fides quod in tali matrimonio ſit prohibita iure poligamia, uidetur uera pars negatiua.

¶ Primo exemplis Valentiniani, & Lotharii Cæſarum Catholicorum, qui ambo ſimul duas habuere uxores, Valentinianus, Seueram, & Iuſtinam, Lotharius, Teuergam & Gualdradam. Imo Valentinianus legem tulit qua copiā fecit cuiq; uiro de habendis ſimul duabus uxoribus, retulimus loca ubi hæc habentur ſupra artic. 1. in tractatu de hoc numero in matrimonio, ut eſt naturæ officium. Sed quoniam triplex ius tantum ſingi poteſt, quo prohibita ſit poligamia in matrimonii ſacramento. Primū ex inſtitutione diuina in paradiſo facta: ſecundū ex iure naturæ, tertiū ex lege euāgelica contendemus ſigillatim nullo iure illorum ueritatem. ¶ Sit ergo ſecundum argumentū, quod non ſit vetita ex diuina inA ſtitutione in paradiſo. Tum quoniam in paradiſo, vt ſupra oſtendimus, matrimonium non eſt inſtitutum ſacramentum: tum quoniam non eſt error dicere, quod Abraham ſine peculiari Dei diſpenſatione duxerit Saram & Agar, at iam præceſſerat Dei inſtitutio in paradiſo: ergo. Maior probatur, quoniam ita aſſerunt multi Doctores Catholici quos referebamus in allegato artic. 1. quib. erroris notam inurere non eſt conſilium; ergo.

¶ Tertio arguitur. Contendendo nō eſſe contra fidem dicere, poligamiam non eſ-
B ſe vetitam iure naturali. Tum quoniam naturæ ius nihil vetat, aut diſponit circa matrimonii ſacramētum. Tum quia non eſt error dicere. quod in matrimonio, vt eſt naturæ, nō eſt vetita poligamia iure naturæ.

¶ Denique probatur, non eſſe contra fidem dicere nō eſſe vetitam poligamiam in matrimonii ſacramēto euangelico iure. Tū quia Diuus Thom. in quarto diſt. 35. quæſtio. 1. artic. 2. inquit, legem de vnitate vxoris, non eſſe humanitus, ſed diuinitus inſtitutam, nec vnquam verbo, aut literis traditam, ſed cordi impreſſam, at euangelica præ-
C cepta verbo, aut literis tradita ſunt. Tum etiam quoniā quę Chriſtus Dominus docuit Matthæi 19. & Marci 10. de matrimonio, omnia pertinebant ad reformandum matrimonium, & reſtituendum illud priſtinæ dignitati, quam habebat ex diuina inſtitutione in paradiſo, & ex naturę iure at iā oſtēdimus, neq; ex diuina inſtitutione, neq; ex naturæ iure haberi talē poligamiæ prohibitionem ſecundum fidem: ergo. Confirmatur: In euangelica lege nullum continetur morale præceptum, quod idem non ſit naturale, at præceptum hoc de vnitate
D vxoris aut mariti quod maxime morale eſt, negari poteſt citra errorem eſſe naturale, ergo negari poteſt citra cōtrouerſiam eſſe euangelicum.

Mat. 19.
Mar. 10.

¶ In hac quæſtione nemo Catholicus eſt, qui aſſerat poſt euangeliū eſſe licitā poligamiam, ſed hæretici impudenter id aſſerunt. Nam vt omittamus eos qui affirmabant licitam eſſe vxorum communitatem, quorum ſupra meminimus, Valentinianus Imperator prim⁹, quē ego legerim, hæreſim hanc tenuit, poſt Annū Dñi 350. Sed hanc hæreſim libēter amplexus eſt Lutherus, vt docēt noſtri tēporis ſcriptores. Legatur

gatur Oſius Cardinalis in cõfeſſione fidei Cathol ca. 5 6. & in confeſſionis cõfutatione prolegomenon Brentij libro 2. Legitur etiam Laurentius Surius in hiſtoriis noſtri temporis, Anno Domini 1526. & 27. Prateolus in libro de uitis hæreticorum li. 11. in Mahometem. Allegat iſte author etiam Staphium, & Stephanum, & in poligamiſtis. Quibus in locis referunt hi authores, Lutherum pro cõcione dixiſſe, licitum eſſe viris dicere, ſi non vult vxor, veniat ancilla. Referũt etiam multa exempla Lutheranorum, qui plures ſimul habuere uxores. Imo Surius inquit Lutherũ dixiſſe, ſi mulier a uiro ſuo cõcipere nequeat ad aliũ ſe transferat, a quo poſſit fœcundari, & prolem inde natã maritus alere teneatur. Itidemq; vir faciat. Quo loco videtur approbare, & vxorum & maritorum pluralitatem. Martinus Buzerus commendauit item polygamiam, ut refert Prateolus in Mahometem ex Epiſcopo VVintonenſe. Neque mirum, quoniam hic magis Iudaizabat, quam Lutherizabat. Imo magis ad Sarracenorum ſectam pertinebat, quam Lutheranorum. Denique Anabaptiſtæ hanc hæreſim ſectantur, ut author eſt Prateolus lib. 14. in polygamiſtis, & Caſtro lib. de hæreſib: verbo, nuptiæ, hæreſi 4. Catholici vero omnes fatentur poſt euangelium eſſe illicitam polygamiam. Verum fuere quidam olim aſſerentes non eſſe prohibitam lege aliqua diuina, ſed poſitiua tantum eccleſiæ. Hãc ſententiam tacito authoris nomine re[illegible] int Durandus in quarto diſtinctione 33. quæſtione prima. artic. ſecundo. Palud. ibidem quæſt. prima. Abulenſ. ſuper Matthæum capit. 19. quæſtione 36. In hac fuit etiam Caiet. ſuper illud Matth. capit. 19. ubi explicans illa uerba. Quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliã duxerit, mœchatur, inquit. Aduerte quod hinc Innocent. III. extra de diuortiis, capitulo gaudemus, accepit quod non licet habere plures uxores: nam ſi liceret, qui dimiſſa non fornicaria duceret aliam, nõ mœcharetur, ſed coniugio cum ſecunda vteretur, iuſtè autem dicitur quod mœchatur: & niſi Marcus appoſuiſſet, in eam, ſcrupulo careret argumentum Innocen. hæc Caietan. Quam ſententiam proſequens ſuper Marcum capitulo 10. vbi Chriſtus non dixit tantum mœchari, ſed in eam mœchatur,

c. gaudemus. de diuor.

A inquit, Marcum addidiſſe ſuper eam, ne cogamur intelligere, quod mœchatur abſolutè, ſed quod mœchatur in illam dimiſſam. Multum enim refert mœchari, uel mœchari in illam: mœchatur enim abſolutè, qui fornicationem committit, mœchatur autẽ in illam, qui fornicationem committit in illius iniuriam, hoc eſt loco illius cognoſcens aliam. Hinc apparet planus literę ſenſus, quem ideo exactè explicauerim, ut intelligatur verum eſſe quod Theologi dicunt legem, de vnitate vxoris nullibi in canonicis libris eſſe ſcriptam. hactenus Caiet.

B ¶ Prima cõcluſio. Manifeſta hæreſis eſt aſſerere polygamiã nõ eſſe Chriſtianis prohibitam lege diuina. Dicimus Chriſtianis, vt excludamus infideles etiam poſt euangelij prędicationem, comprehendamus vero matrimonium quodcunque inter fideles baptizatos, quod ratum eſt, licet non ſit interdum ſacramentum. Dicimus ſecundo lege diuina, abſtrahendo a lege diuina in paradiſo inſtituta in ſtatu innocentiæ a lege naturæ, a lege euangelica.

¶ Concluſio ſic explicata probatur primo. Ex actis & dictis ĩ ſtatu innocẽtię, quę

C referũtur Gen. 1. & 2. Et explicãtur, & confirmantur a Chriſto Domino Matth. 19. & Marci 10. quorum omnium expoſitionem fuſe ſequuti ſumus ſupra de matrimonio, vt eſt officium naturæ concluſione prima in hoc tractatu de monogamia, quę omnia deſeruiunt præſenti inſtituto. Tum quoniã probant hanc legem eſſe inſtitutam a Deo in paradiſo, tum etiam quoniam probant confirmatam a Chriſto in euangelio. Probatur deinde ex lege quam ſubiecit continuo Chriſtus in euangelio. Quicunque dimiſerit uxorem ſuam &c. Nam Caie. ſubti-

Mat. 19. & Mar. 10.

art. 1. diſficul. 1.

D litates facile reijciunt. Etenim hallucinatur planè dũ inquit, non omnẽ quĩ mœchatur mechari in vxorẽ, & mechari abſolutè. Manifeſtũ ſiquidem eſt illam rationem in illã, non eſſe contractionem diminuentem mœchiã: ſed potius exinde ſumitur verá forma & ratio mœchiæ, quæ poſita eſt in hoc qđ ſit contra coniugem. Quare vniuerſa, quæ ad hoc propoſitũ affert Caiet. indigna ſũt, quæ a tanto viro adducantur, & a nobis refellantur, & refutẽtur. Certè mœchatur abſolute omnis qui mœchatur: verum quĩ dimiſſa uxore mœchatur, ſuper mœchiam aliam peculiarem addit iniuſtitiam, diſceſſum

ſum, ſcilicet, ab vxore quæ maior iniuria eſt quam mœchia. Rurſus addit adhuc aliam maiorem illa, ſi aliam ducat affectu vxorio tractando alteram fœminam ſuperſtite vera & legitima vxore. Et has omnes iniurias ſignificat illud additum in eam. Verum hæ poſteriores iniuriæ non diminuunt, ſed grauāt mœchiam. Conſonat Chriſti legi Apo-

1. Cor. 7.

ſtolus 1. Corinth. 7. hanc ſtabiliens propter fornicationē autem vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat, & vnaquæq; ſuum habeat virum. Animaduertendum tamē eſt in hac lege, Paulum ad paria loqui de uiro & de vxore, manifeſtum eſt, aut lege diuina eſſe prohibitam vxori maritorum pluralitatē. Rurſus notandum eſt pronomen ſuum, & ſuam, quod ſignificant proprium uirum, & vxorem non communem. Secundo probatur cōcluſio, ex traditione Apoſtolica quæ habetur ex eccleſię vſu, ante omne decretū & Conciliorum, cenſentis matrimoniū irritum contractū priore viuente vxore, & patet titulis multis lib. 4. decre. extra, & in 6. & potiſſime in tit. de ſponſa. duorum. Sed ſpeciatim licet referre teſtimonia Nicolai Pontif. Primi, qui ut habetur 11. quæſt. 3. can. Teugualdum, in ſynodo quadam depoſuit Archiepiſcopatu, Archiepiſcopos Treuerenſem, & Colonienſem, eo quod fauiſſent Lothario, in matrimonio cum duabus ſimul vxoribus. Legatur idem Nicol. in canone, an non diſtricta, 24. quæſt. 3. Innoc. etiam III. in capit. gaudemus, allegato, ubi multis probat, abſonum eſſe, & inimicum fidei Chriſtianę, plures ſimul habere vxores. Et diffinit quod ſi infidelis qui plures ſimul habet vxores ad fidem cōuertatur, primam tantum retinere poſſit, illam cohabitare cōſentiat pacifice cum viro: & affert inter alia illam Chriſti legem, quicunq; dimiſerit, & ſubſumēs ſi uxore dimiſſa alia duci de iure non poteſt, fortius & ipſa retenta. Per quod & tandem hæc cōcluſio diffinita eſt in Tridē. ſynodo in allegata doctrina de matrimonio, can. 2. Si quis dixerit licere Chriſtianis ſimul habere plures vxores, & hoc nulla diuina lege eſſe prohibitum, anathema ſit.

Libr. 4. decr. & in 6. tit. etiā de ſponſa duorū. 11. q. 3. cā. Teugualdū.

Can. an nō diſtricta. 22. q. 3. cap. gaudemus citato.

Concil. Tri. Seſ. 24. can. 2.

¶Ratio peculiaris huic inſtituto deſerniēs eſt. Matrimonium eſt à Chriſto inſtitutum ſacramentū ſignificans coniunctionē ipſius cum eccleſia: at hæc ſignificatio tollit ur per polygamiā, ergo &c. Maior eſt de fide. Minor probatur. Quoniam ſecundum fidem Chri-

A ſtus Dominus eſt vnicus, vnicæ eccleſiæ, ſibi deſponſatæ uxoris vir. Confirmatur ex arctiſſima, & indiſſolubili Chriſti cum eccleſia coniunctione. Sumitur ratio indiſſolubilitatis in matrimonii ſacramento, ut ſupra oſtenſum eſt, ergo ex vnitate tam viri quam uxoris in eadem ineffabili Chriſti cum eccleſia coniunctione, ſumitur vnitas tam uiri quam uxoris in matrimonii ſacramento.

¶Secunda concluſio. Non eſt hæreſis dicere polygamiam, non eſſe vetitam iure naturali neque iure diuino ex Dei inſtitutio-

B ne in paradiſo, neque euangelico iure. Explicatur concluſio. Qui ſemel conceſſerit poligamiam vetitam iure diuino, quamuis neget vetitam eſſe iure aliquo illorum trium, imo omnib. iuribus illorum trium, quamuis non ſint plura iura diuina: non eſt ob id cēſendus hæreticus. Eſt ſimile. Qui ſemel conceſſerit matrimonii ſacramentū habere materiā & formam, quāuis neget has omnes formas quæ in opinione Theologorū circunferūtur, non eſt cōtinuo cenſendus hæreticus, imo nulla eſt in ſpecie matrimonii ſecundum fidem. Ad eundem modū

C hæreſis eſt negare legem diuinā in genere prohibentem polygamiam, non eſſet tamē hæreſis negare quamcunq; ſpeciem legis diuinæ prohibentem polygamiam. Probatur concluſio. Primo. Sacra ſynodus poſt habitā de re hac longam concertationem, ſolum notauit hæreſi eos qui negarent polygamiā prohibitā Chriſtianis lege diuina, ergo nos audacter & temerarie faciemus vltra procedendo, & notando hæreſi eos qui negarent in ſpecie. Confirmatur. Propria hæreticorū noſtris temporis doctrina eſt polygamiam, non eſſe prohibitam Chri-

D ſtianis lege aliqua diuina, imo non poſſe prohiberi lege eccleſiaſtica, ergo hæc hæreſis ſpeciatim damnanda eſt. Secundo probatur concluſio argumentis 2. & 3. & 4. factis in principio quæſtionis. Imo confirmamus illa argumenta proſequendo inductionem illam legum diuinarū. Nam quod ad inſtitutionē in paradiſo factam attinet, reſponderi poteſt circa errorem in fide, illam fuiſſe optimam matrimonii conditionem & inſtitutionem non tamen fuiſſe præceptionem & legem. Quod uero ad legē naturalem attinet, reſpōderi poteſt citra errorem, nec verbum quidē fieri de tali lege in

locis allegatis pro prima concluſione, ſed eſſe ſermonem de inſtitutione in paradiſo naturæ legi ſuperaddita, aut certè de inſtitutione a Chriſto Domino in Euangelio facta eidem naturæ ſuperadiecta. Quod ui detur ad Euangelicam legem pertinere, citra hæreſim reſponderi poteſt, Chriſtum tantum uoluiſſe in Euangelio reſtituere matrimonium ſuæ priſtinæ dignitati Reſpo nderi rurſus poteſt, legem ſignificare manifeſtum præceptum diſſertis, & conceptis uerbis expreſſum, & in Euangelio non eſt talis lex aut præceptum pro hibes, diſſertis uerbis non eſſe licitam uxorum pluralitatem.

¶ Tertia concluſio. Errori ꝓx imũ (imo error mihi uidetur) negare in Euangelica lege contineri legẽ ſeu præceptum ſaltem implicitum,quo interdicatur uxorum pluralitas:ſiue talis lex ſeu pręceptũ pertineat ad legem naturæ,ſiue ad materiã ſacramenti matrimonii.Hæc concluſio probatur expendendo locum Matth. 19. quantum ad ſingula quæ ibidem habentur.Primò expendendo quæſtionem Chiſto propoſitam a Phariſæis fuiſſe quæſtione de præcepto & lege matrimonii,nõ de optima illius cõditione, & ratione quæ fierunt Phariſæi dimittere uxorem,non ſi expedit aut eſt minus bonum,Chriſtus ergo in tali reſponſione de præcepto loquitur. Expendo rurſus in eadem reſponſione,quod fides eſt manifeſta,Chriſtum loqui de præcepto, & lege matrimonii quantum ad diſſolubilitatem, ut infra oſtendemus,ergo. Itidem quãtum ad uxoris unitatem expendo deinde Chriſtum in eadem reſpõſione manifeſte inter præceptum,& rem minus bonã diſtinxiſſe. Nam cum obiicerent Phariſæi, quid ergo Moyſes mandauit libellum repudii, & dimitti:Chriſtus illorum allegationem corrigens inquit,Moyſes ad duritiam cordis ueſtri permiſit, &c.Expendo item modũ quo Chriſtus pronũciauit præceptum hoc quo modo contendimus fuiſſe ibidem latum. Modus fuit,Dico autem uobis, quicunq; dimiſerit uxorem ſuam & alienam duxerit:at hic modus præmittendo, dico autem uobis,eſt modus peculiaris Chriſti ad ferẽ das leges,ut patet Matthæi.5.& alias ſæpe. Matth. 5.
Expendo amplius illud uerum, mœchatur.poſitum in iſta lege Euangelica a Chriſto,quod uerbum ſignificat tranſgreſſioné

A præcepti,& legis matrimonialis,& non tantum deteriorem ſtatum matrimonii. Ac deníque animaduerte, quod ex hac reſponſione Chriſti collegerunt diſcipuli dicentes.Si ita eſt cauſa hominis cum vxore,non expedit nubere, quaſi dicerent diſcipuli, ſi talibus præceptis & legibus obligantur uir & uxor in matrimonio,non expedit ducere.Certe ſignificarunt per dictionem cauſa, cauſam quæ agi poterat ex iuſtitiia in diuino ſaltẽ foro,imo & in humano. Vocabulũ etenim cauſa, ſignificat id ex quo per neceſſariam conſequẽtiam phiſicam ſequitur

B effectus,ita vt non ſit liberum ſequi aut nõ ſequi effectum.Secundo probatur. Tum ex interpretatione ſanctorum omnium quos ſuperius allegauimus tum maximè ex interpretatione ſacræ Synodi Tridentinæ in allegata doctrina, ſtatim à principio dicentis. Hoc autem uinculo tantummodo duos copulari & coniungi, Chriſtus Dominus apertius docuit. Et aduertendum eſt adieciſſe illam particulam tantummodo, qua ſignificatur, non ſolum optima ratione & conditione matrimonii duos copulari tantum,ſed non poſſe plures quam duos copu

C lari. Idipſum ſignificat canone 2. allegato; docens Chriſtianis peculiari quodam iure & lege diuina interdictam poligamiam : at ius diuinum ſiue naturale,ſiue ex inſtitutione in paradiſo commune eſt cunctis prorſus hominibus, tam Chriſtianis quam non Chriſtianis,ergo. Intelligendum eſt Euangelica lege, quæ non quoad omnia obligat cunctos homines, ſed baptizatis tantum interdicit poligamiam. Denique probatur. Fides manifeſta eſt ut oſtendimus concluſione prima.Poligamiam eſſe Chriſtianis lege diuina prohibitam;ſed omnes leges diui

D næ, quibus poterat poligamia Chriſtianis prohiberi, continentur manifeſte in Euangelio loco allegato, Matth. 19 ergo. Minor probatur inductione. Etenim manifeſtum eſt in allegato loco contineri diuinam in paradiſo inſtitutioné de vxoris vnitate. Rurſus manifeſtum eſt,verba à Chriſto Domino ibi prolata, congruenter ſignificare ſaltem implicite legem naturalem, de uxoris vnitate, & legem ſi qua eſt poſitiua diuina de eiuſdem unitate.

¶ Quarta concluſio. Contrahens matrimonium ſecundum,nondum ſoluto priori, uariis pœnis punitur modo. Primum,om-

nium quod grauiſſimum eſt, incurrit hæreſis ſuſpicionem, quoniam uidetur male ſentire de uenerabili matrimonii ſacramento, & concedere poligamiam. Ita ſentiunt Dominicus Francus, Ioãnes Lupo de Palacios Rubios, Gonſalicus de Villadiego quos refert Couar. in epitome ſup. 4. Decret. par. 2. cap. 7 § 3. nu. 6. Et propter hanc cauſam iudices fidei procedunt contra hos poligamos. Secundo incurrit pœnam infamiæ. Ita habetur in cap. nuper, de bigamis. & in lege eum qui duas. cap. de adulteris. Denique legibus Hiſpanienſibus multæ pœnæ impoſitæ ſunt, contra huiuſmodi poligamos: ſed omnes illæ pœnæ commutatæ ſunt, etiam ea quæ ſtigmatica ſeu characterica erat. *Por que les herrauam antiguamente en la frẽte*, a Philippo noſtro. II. in pœnam infamiæ publicæ anno Domini 1566. in pœnam triremis per decennium, ita habetur. l. 8. tit. 20. lib. 8. Recopilationis nouæ, ſub Philippo.

c. nup. de bigamis. L. cũ q duas. C. de adulteriis.

L. 8. tit. 20. li. 8. Recopil.

¶ Quinta concluſio. Temerarium eſt & errori proximum negare poſt Euangelicã prædicationem poligamiam interdictam eſſe paganis, & matrimonia cum ſecunda uxore ab illis contracta eſſe irrita. Itaque quamuis excuſari poſſint infideles propter ignorantiam, tamẽ illorum matrimonia ſecunda ſic contracta nulla ſunt prorſus. Probatur concluſio primo ex communi ſententia omnium Theologorum, diſt. 33. cui contradicere in hac parte temerarium eſt. Secundo, in allegato cap. gaudemus. ubi ex profeſſo diffinit talia mattimonia eſſe irrita: Tertiò ex doctrina Tridentini Concilii, in illis uerbis, hoc autẽ vinculo duos tantũ modo copulari, &c. Expendendum eſt uerbum, duos, comprehendens quoſcunque homines ſiue fideles, ſiue infideles. Denique probatur. Poſt Euangelium multo minus permittitur uxorum pluralitas, quam matrimonii diſſolutio & repudium, at repudium eſt a Deo damnatum in Eccleſia ſeu Euangelica lege, ut nullum ſit ipſum repudium, ſed irritum, ergo ſimiliter uxorum pluralitas eſt irrita Maior patet. Quoniam diſſolutio matrimonii licita eſt in Euangelio in duobus caſibus, uxorum pluralitas in nullo prorſus. Minor oſtendetur infra.

¶ Ad primum argumentum reſpondetur, Valentinianũ ut hiſtorici referunt fuiſſe Arrianum, & ideo non mirum uideri ſi fuerit poligamiſta: Lotharium ex ſententia duorum Archiepiſcoporum eſſe poligamum, & ideo excuſari a lege ab hæreſi: fortaſſe tñ ipſi Archiepiſcopi non excuſantur ab hæreſi.

¶ Reliquis argumentis concedimus ſecũdum concluſionem. Sed reſtat reſpondere ad ea quæ ultimo loco propoſita ſunt, quibus contendebatur, non eſſe errorem inficiari, Poligamiam eſſe uetitam in Euangelica lege contra tertiam concluſionem.

¶ Ad D. Thom. reſpondetur, illum loqui ante Euangelium, quod patet. Tũ quoniam diſputabat, quomodo olim fuerit licita poligamia Sanctis patribus: tum ex uerbis quæ continuo ſubiecit, ſcilicet, ſicut & alia quæ ad legem naturæ qualitercunque pertinent. At manifeſtum eſt in Euangelica lege contineri innumera præcepta quæ ad legem naturæ pertinent. Tum quoniam exinde infert diſpenſationem factam Sanctis patribus, in poligamia per inſpirationẽ internam, ſicut prohibitio erat etiam interna. Secundo reſpondetur D. Tho. velle non fuiſſe uerbis expreſſis & conceptis prohibitam poligamiam, & latam legem de unitate uxoris.

¶ Ad rationem reſpondetur Chriſtum reſtituiſſe, quidem in allegato loco matrimonium dignitati priſtinæ, quam habebat, tum ex natura ſua, tum ex inſtitutione diuina: ac certè ex natura ſua competebat eſſe præceptum iſtud, de unitate uxoris, uerum hoc erat occultum, & a Chriſto manifeſtatum eſt in eo loco. Imo quando non competeret ei præceptum, tale ex natura ſua domini eſt, ſecundum fidem eſſe ſuperadditum illi a Chriſto in Euangelio. Ad cõfirmationem reſpondetur, multo certius eſſe præceptum de unitate uxoris euangelicum quam naturale: tum quoniam licet uerum aſſeramus ex communi Theologorum ſententia, omnia præcepta moralia Euangelica eſſe naturalia, tamen non eſt hoc ſecundum fidem certum. (quod patet in p̃ceptis prohibentibus fornicationem & uſuram quæ Euangelica ſunt) tamen nonnulli Theologi arbitrantur non eſſe naturalia, cũ tamen ſint maxime moralia: tum etiã quoniam præceptum de uxoris unitate pertinet ad ſacramentorum materiam, atque adeo magis certum eſt eſſe Euangelicum, quam naturale.

EST

EST quarta difficultas, Vtrum Summus Pontifex poſſit diſpenſare in vnitate matrimonii, ita vt in aliquo caſu ſit licita pluralitas vxorum in ſacramento matrimonii. Et videtur quod ſic. Primò. Summus Pontifex poteſt diſpēſare in uoto ſimplici licet votum ſimplex obligat ſecundū ius naturale: ergo in pluralitate uxorū pót diſpenſare licet oppoſitum ſit de iure naturæ. Confirmatur. Quia opinio eſt aliquorum, quod Pōtifex poteſt diſpenſare in voto ſolenni in quo ſit traditio Deo ſicut in matrimonio ſit traditio vxori: ergo.

¶ Secūdò. Opinio eſt, quod Papa poteſt etiam diſpēſare ſuper indiſſolubilitate matrimonii rati: ergo ſuper vnitate uxoris. Probatur conſequentia. Nam magis aduerſatur matrimonio diſſolutio vinculi quā pluralitas uxoris, vt iam ſupra diffinitum eſt, & dicetur infra.

¶ Tertiò. Nam lex Euangelica quæ prohibet ducere ſecundam vxorem, viuente priore, ſolū loquitur, in caſu quando prior fuerit dimiſſa, & quando ducitur ſecunda contra voluntatem prioris: ergo cum voluntate prioris uxoris non dimiſſæ, poterit aliam ducere. Antecedens probatur ex illa lege ſæpe citata. Quicunque dimiſerit vxorem, &c. vbi aduertendum verbum, dimiſerit.

¶ Quartò. Sit caſus quo genus humanū periclitetur, & ſuperſit vnus uir qui habet vxorem ſterilem, & ſunt aliæ fœcundæ in mundo, tunc licitum eſt ſecundum ducere viuente priori: ergo. Antecedens probatur. Nam potiſſimus finis matrimonii eſt multiplicatio & propagatio generis humani, & ad hunc finem cuncta præcepta de matrimonio ordinari debent: ergo. Cōfirmatur. Nam ſecundum probabilem ſententiam religioſus tunc ex præcepto tenetur ducere vxorem: ergo etiam coniugatus.

¶ In hac difficultate eſt communis ſententia Theologorum diſt. 33. citata, quod Summus Pontifex non poteſt diſpēſare in hoc præcepto de unitate vxoris. Aliqui tamen authores contradicunt huic ſententiæ, quos refert Duran. Palud. Abulenſ locis citatis. Aduertendum tamen, quod inter illos Doctores, qui dicunt quod Pontifex non poteſt diſpēſare in hoc præcepto, ſunt aliqui diſcipuli D. Thom. qui dicunt, quod in caſu vltimo argumēti licita eſt uxorum

A pluralitas. Ita tenet Sot. diſtin. 33. quæſt. 1. artic. 2.

¶ Prima concluſio. In Euangelica lege non poteſt eſſe licita vxorum pluralitas, etiam ex diſpenſatione Pontif. & oppoſitum nihil habet probabilitatis. Probatur primo ex communi conſenſu omnium Theologorum. Secundò probatur. Nam urgentiſſimus caſus ad diſpenſandum uidetur eſſe conuerſio hominis infidelis, ad fidem, uidelicet, ut manere poſſit cū multis uxoribus quas habuerant in infidelitate: ſed in illo caſu non poteſt diſpenſare Summus Pontifex, ergo Maior patet. Nam tunc diſpenſatio

B videbatur cedere in fauorem fidei, ne infidelis detineretur in infidelitate propter multas vxores. Minor patet ex capit. gaudemus. c. gaudemus.

¶ Tertiò. Si Pontifex poſſet diſpenſare, poſſet etiam repugnante vxore prima: at hoc eſt contra authoritates prioris ſententiæ: ergo. Maior probatur. Nam ſi Pōtifex id poſſet, poſſet diuina authoritate, & non humana, ſed authoritas diuina non requirit conſenſum prioris vxoris. ergo.

¶ Vltimò. Nam ſupra dictum eſt, quod matrimonium iure diuino Euangelico eſt

C inter duos ſolum, ſed in iure diuino Euangelico ſummus Pontifex diſpenſare non poteſt, maxime in iure Euangelico, quod pertinet ad paſſiones ſacramentorum, & proprietates. ergo.

¶ Secunda concluſio. In Euangelica lege nullo modo eſt licitum habere plures vxores etiam in extrema neceſſitate. Hæc concluſio probatur ex ſupradictis. Nam contra ius naturæ eſt pluralitas uxoris. Et confirmatur. Nam matrimonium prout eſt ſacramentum ſignificat coniunctionem

D vnius Chriſti cum vna Eccleſia ſponſa ſua: ergo,

¶ Ad primum argumentum reſpondetur, quod poteſtas ad diſpēſandum in uotis habet ex diuina authoritate, vt patet ex traditione Apoſtolica: poteſtas vero ad diſpēſandum in unitate uxoris, non eſt in Eccleſia, ut patet ex vſu Eccleſiæ. Nam Eccleſia nunquam vſa eſt tali poteſtate. Item, nam obligatio uoti immediatè pēdet ex uouentis uoluntate, lex uero de unitate uxoris obligat cōiuges etiam inuitos, & eſt immediatè a Deo. Ad confirmationem negatur cōſequentia. Et ratio deſumi poteſt ex di-

ctis. Item quia votum ſolenne, per quod fit Deo traditio, pertinet ad res eccleſiaſticas, & ſimiliter ipſum corpus Deo cōſecratum per votum ſolenne: res autem eccleſiæ magis ſubiiciuntur diſpenſationi Sūmi Pontificis quam res ciuiles, vt ſupra diximus. Et denique quoniam iſte cōtractus alias naturalis, & ciuilis, ſubiicitur rationi ſacramenti tanquam materia formæ: circa leges autem ſacramentorū nō licet Pontifici diſpēſare.

¶ Ad ſecūdum etiam ſi admitteretur antecedens (quod tamen non eſſe admittendū diximus ſupra) negatur cōſequentia, nā vt patet, Chriſtus Dominus oſtendit quod magis eſt diſpenſabile illud quod pertinet ad indiſſolubilitatem matrimonii, quam illud quod pertinet ad vnitatē. Vnitas enim in nullo caſu eſt diſpenſabilis, indiſſolubilitas uero in duobus caſibus. Hoc conſtat etiā ex vſu eccleſiæ, quia nullus Pontifex diſpēſauit ſupra vnitatem vxoris, aliqui vero diſpenſauerunt ſuper indiſſolubilitate. De qua infra.

¶ Ad tertium reſpondetur primo. Quod lex de unitate uxoris cōtinetur in illis verbis. Non legiſtis, vſq; iam nō ſunt duo, ſed una caro, quibus verbis nulla fit mentio de C diuiſſione uxoris. Secundo reſpondetur, quod in illis uerbis, Quicūque dimiſerit, à fortiori continetur lex de nō ducēdo alteram vxorem, viuente priori, & adhuc retenta, & non dimiſſa, vt acutè docet Innoc. III. cap. gaudemus citato. Tertio reſpondetur, quod vt iam ſupra diximus, vxor non poteſt cedere iuri ſuo quantū ad hoc quod illa uiuente altera ducatur. Quarto reſpondetur, quod ſi inuita vxore dimiſſa etiā legitime, uir non poteſt aliam ducere, quod ſignificauit Chriſtus in Euangelio multo minus uolente coniuge innocente, poterit D aliam ducere.

¶ Ad vltimum reſpondetur negando antecedens. Ad pobationem negatur conſequentia, quoniam nō licet contra naturam facere, propter quamcūq; cauſam, ducere autē ſecundam vxorē uiuente prima eſt cōtra naturam, etiā in eo caſu. Eſſet autē argumentū clarum, quod author naturæ uellet in illo caſu, quod natura finiretur: & ſi id non uellet ipſe per reuelationem diſpēſaret in illo caſu. Ad confirmationem dictū eſt ſupra, quod tunc non poſſet religioſus ducere uxorem, quod ſi illud eſt proba- A bile, tunc non eſt eadem ratio atque de noſtro caſu. Quoniam religioſus non potuit per uotum ſolenne apponere impedimentum multiplicationi generis humani, & ſe à naturali præcepto eximere: at uero econtra ſe res habet in noſtro caſu: nam præceptum naturale eſt de non ducenda ſecunda uxore ſimul, à quo non eximuntur in tali caſu.

VLtima difficultas, Vtrum per abſolutam Dei potentiam poſſit fieri quod per ſacramentum matrimonii copulentur plures coniuges quam duo, non obſtante ratione ſacramenti. Videtur uera pars affirmatiua. Prima D. Tho. 4. diſt. 33. q. 1. ar. 2. ad 5. ubi docet, in matrimonio ubi eſt uxorum pluralitas manet ratio ſacramenti, quia licet non ſignificetur cōiunctio Chriſti ad eccleſiam, ut una, ſignificatur tamen diſtinctio graduū eccleſiæ militātis. Et diſt. 42. q. 3. art. 2. ad. 2. dicit, in ſecundis nuptiis ex parte uiri tantum, quando uirgo nubit ſaluatur ſignificatio ſacramenti in ordine ad primas nuptias, nam licet Chriſtus vnā ſponſam eccleſiam habeat: habet tamen plures perſonas deſponſatas in una eccleſia. Quod ſi quis dicat, quod argumentum probat quod unus uir poteſt copulari multis uxoribus, non tamen multæ uxores uni uiro.

¶ Secundo arguitur cōtra hoc. Nam, ſecundæ nuptiæ ſi per ſe conſideretur, perfectam retinent rationem ſacramenti & ſignificationem non minus perfectam, & plenam quam primæ, tam reſpectu uiri quam uxoris ad ſignificandam unitatem, tā Chriſti quam eccleſiæ: ſed alias Deus poteſt de potentia abſoluta diſpenſare ſuper pluralitate uxorum, ergo etiam in ſacramento in ratione ſacramenti. Maior patet in aliis ſacramētis iterabilibus, in quib. ſecundum ſacramentum non minus perfectam habet rationem ſacramēti, quam primum. Illud docet D. Tho. diſt. 42. q. vlt. art. 2. ad tertium. Confirmatur. Per ſecundum matrimoniū ſignificatur perfecta unitas Chriſti & eccleſiæ, ergo non impedit rationē ſacramēti. Antecedēs probatur. Per ſecundū matrimoniū tam ſi copulantur duo cōiuges, & unus uir cū una & ſimiliter per 3. & 4. Quod ſi quis dicat adhuc, quod non eſt contra rationē ſacramentis, quod per duo uel plura diuerſa matrimonia coniūgātur plures coniu-

ges,

ges, tam viri quam vxores, ita vt vna fœmina poſſit habere ſimul plures viros.

¶Tertio contra hoc arguitur contendendo quod poteſt fieri per vnum & idem ſacramentum. Deus de potentia abſoluta poteſt diſpenſare ſuper ſecundariis præceptis gratiæ & ſacramentorum, ſicut poteſt diſpenſare in ſecundariis præceptis naturæ, & poteſt diſpenſare in paſſionibus ſacramentorum, ſicut in paſſionibus naturæ: ſed ſignificare vnitatem Chriſti & Eccleſiæ per ſacramentum matrimonii eſt præceptum quoddam ſecundarium ſacramenti, & paſſio illius, ergo. Minor probatur. Significare coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ per ſacramentum matrimonii, eſt prima intentio Chriſti ferentis legem huius ſacramenti: ſignificare vero vnitatem, eſt quidam modus ſpiritualis diſtinctus ad ſignificandam coniunctionem, ergo. Confirmatur. Nam contractus matrimonialis ratione ſui ordinatur ad ſignificandã coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, ratione verò unitatis uiri & vxoris deriuatur ad ſignificandam Chriſti unitatem & Eccleſiæ: ſed per abſolutam potentiam poteſt manere uinculum illud naturale ſine connaturali unitate, ut ſupra dictum eſt, ergo.

¶Vltimò. Non minus ſignificatur per ſacramentum matrimonii indiſſolubilitas cõiunctionis inter Chriſtum & Eccleſiam, quam vnitas Chriſti & Eccleſiæ: ſed ſuper indiſſolubilitate, & poteſt fieri diſpenſatio etiam in ratione ſacramenti per abſolutam Dei potentiam, imo iam de facto facta eſt in matrimonio rato non conſummato, ergo. Confirmatur. Nam indiſſolubilitas eſt prima proprietas matrimonii, unitas vero uxoris eſt ſecunda, ut iam dictum eſt, ergo ſi poteſt eſſe diſpenſatio in prima, etiam in ſecunda.

¶In oppoſitum eſt. Nam D. Tho. 4. diſt. 33. quæſt. 1. ar. 1. inquit, quod uxorum pluralitas totaliter tollit tertium finem matrimonii, qui eſt ſignificatio Chriſti & Eccleſiæ, eo quod ſicut Chriſtus eſt unus, ita Eccleſia eſt una. Idem docet 4. contra. cap. 78.

¶Secundo. Sacramentum matrimonii in ratione ſacramenti, eſſentialiter ſignificat coniunctionem unius Chriſti cum una Eccleſia, ut patet ex illo ad Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia: ſed hæc ſignificatio

Ad Ephe. 5.

A manifeſte tollitur in ſacramento matrimonii, quando plures quam duo coniuges iunguntur, ergo implicat contradictionem quod tale matrimonium ſit ſacramentum.

¶Tertiò. Sacramentum hoc matrimonii de potentia Dei abſoluta non poteſt ſaluari ſine expreſſione ſenſibili conſenſuum, & ſine ſigno ſenſibili quod eſt genus, ergo nec poterit ſaluari ratio huius ſacramenti ſine ſignificatione illius vnitatis quæ eſt ratio differentiæ.

¶Quartò. Primum præceptum huius ſacramenti continet nequis taliter illud ſuſci B piat, quod non ſignificet hanc vnitatẽ Chriſti & Eccleſiæ: ſed in primo præcepto non poteſt eſſe diſpenſatio ergo.

¶In hac difficultate Magiſt. Soto diſtin. 33. quæſt. 1. artic. 1. concluſione 3. expreſsè dicit, quod commixtio vnius viri cum multis fœminis vel vxoribus apertè aduerſatur ſignificationi ſacramentali. ita ut prorſus illam tollat. Verum eſt, quod idem author diſt. 42. quæſt. 3. art. vnico, ad ſecundum, ait, eſſe accidentarium ſacramento matrimonii ſignificare vnionẽ Chriſti & Eccleſiæ. Supponendum eſt quod hæc quęſtio dupliciter C poteſt intelligi. Primo modo ut plures coniuges ſimul copulentur matrimonio, non tamen per vnum ſacramentum, ſed per plura. Alio modo, vt per vnum & idem ſacramentum plures coniungantur.

¶Quo poſito ſit prima cõcluſio. Per diſpenſationem diuinã poteſt fieri de potẽtia Dei abſoluta, quod vnus vir habeat plures vxores, & ècontra, vna vxor plures habeat viros per plura ſacramenta matrimonii: ita vt in ſingulis ſacramentis tantum, ſint duo coniuges. Hæc concluſio probatur argumẽtis pro parte affirmatiua primo & ſecundo. D Quæ confirmatur primo. Nam in tali caſu Deus ſolum diſpenſaret in lege de non iterando ſacramento matrimonii, quandiu primum non eſt diſſolutum, ſed in hoc manifeſtè Deus poteſt diſpenſare (manet enim integra ſignificatio quæ eſt de eſſentia ſacramenti) & lex de non iterando, eſt ſecundarium præceptum, quod non pertinet ad primam intentionem legiſlatoris, ſed eſt modus quidam, ergo. Secundò confirmatur. In ſecundis nuptiis quæ modo legitimè fiunt diſſolutis prioribus reperitur perfecta ratio ſacramenti ſi ſecundum ſe conſiderentur, ut ſupra diffinitum eſt, ſed per abſolutam

tam Dei potentiam, ſecundæ nuptiæ poſſunt eſſe legitimæ prioribus nondum ſolutis, vt iam diffinitum eſt, ergo in illis reperitur perfecta ratio ſacramenti.

¶ Secunda cõcluſio. Non poteſt fieri per potentiam Dei abſolutam quod vnico ſacramento matrimonii eiuſdem rationis cũ eo quod Chriſtus inſtituit coniungantur ſimul duo viri cum vnica vxore. Hæc concluſio probatur argumentis pro parte negatiua. Quæ omnia confirmãtur. Nã in ſacramento matrimonii ex Chriſti inſtitutione ſignificatur ipſe Chriſtus, vt docet Paulus Epheſ. 3. ſed Chriſtus eſt tantum vnicus, & in Chriſto non eſt multiplex diſtinctio graduum, ergo duo viri in hoc ſacraméto ſignificarẽt duos Chriſtos, quod eſt cõtra primam legiſlatoris intentionem.

¶ Tertia cõcluſio. Multo minus fieri poteſt, quod vno eodemque ſacramento duo viri coniungantur cũ duabus vxoribus ſinguli cum ſingulis. Hanc concluſionem à fortiori probant argumenta pro præcedẽti cõcluſione. Nam in tali matrimonio ſignificaretur pluralitas non tantum ex parte viri Chriſti & ex parte maritorum. Verumetiã ex parte vxorum. Confirmatur primo. Iuxta communem ſententiam, ipſi contrahẽtes ſunt miniſtri huius ſacramẽti, qui ſignificãt Chriſtum autorem, & inſtitutoré ſacramẽti; ſed in tali caſu plures viri ſignificarẽt plures Chriſtos, imo fœminæ ea ratio. qua miniſtri ſunt ſignificarent plures Chriſtos, ergo. Secundo confirmatur. Iuxta cõmunem ſententiam. Verba vtriuſque coniugis ſunt materia, & forma huius ſacramẽti, ſed in tali caſu multiplicarentur totales formę, & totales materiæ, ergo.

¶ Vltima concluſio. Problema ſit, an de potẽtia Dei abſoluta, poſſint copulari vno & eodem ſacramento matrimonii eiuſdem rationis cum eo quod modo eſt, duę vxores vni viro. Hanc concluſionem probant argumenta facta pro vtraque parte, & qui voluerit tenere partem affirmatiuam, debet reſpõdere ad argumenta facta pro parte negatiua: quod de ratione ſacramenti matrimonii tantum eſt ſignificare vnitatem eccleſię ſaltem collectiuam cum diſtinctione perſonarum, & graduum. Et hæc vnitas collectiua diſtincta per gradus optime ſignificari poteſt per ſacramentum, in quo copulantur, vnus vir cum pluribus vxoribus, ſignificari

A vero vnitaté eccleſiæ abſolute non eſt de ratione ſacramenti matrimonii, ſed propria paſſio illius, ac ſubinde non pertinet ad primarium præceptum, nec ad primam legiſlatoris intentionem, ſed ad ſecundarium tantum, in quo Deus diſpenſare poteſt. Qui vero voluerit tenere partem negatiuam, debet reſpondere ad argumẽta pro parte affirmatiua hoc modo.

¶ Ad primũ quod D. Tho. loquitur quãdo per plura matrimonia vnus vir ducit multas vxores.

B ¶ Ad ſecundum vero, quod quidem cũ omnibus aliis procedit contra ſecundam, & tertiam concluſionem, reſpondetur, quod illud probat noſtram primã cõcluſionẽ, vt ibidem dicebamus, nõ tamẽ impugnat alias.

¶ Ad tertium negatur minor. Ad probationem dicendum eſt, quod ſacramentũ matrimonii ſignificat eſſentialiter illum modũ matrimonii qui eſt vnitas vtriuſque coniugis, & ideo licet unitas ipſa non ſit primariũ præceptum legis naturæ, pertinens ad matrimonium, tamen ſignificare vnitaté Chriſti eſt prima intentio & primum præceptũ

C Chriſti inſtituentis hoc ſacramentum. Eſt ſimile: potentia lauandi & abluendi non eſt de eſſentia aquæ neque potentia nutriendi de eſſentia panis, ſed tantum proprietas, tamen baptiſmus in aqua miniſtratus eſſentialiter ſignificat ſpiritualem ablutionem animæ, & Euchariſtia ſpiritualem nutritionẽ. Ad confirmationem reſpondetur ex dictis quod ſicut per potentiam Dei abſolutam aqua & panis poſſunt manere, ſine ſignificationibus harum proprietatũ: ita contractus matrimonialis per abſolutam Dei potentiã manere poteſt ſine vnitate vxoris & viri. Sacramentũ vero matrimonii eſſe non poteſt

D ſine ſignificatione huius vnitatis.

¶ Ad vltimum eſt difficultas, Virũ ſignificatio indiſſolubilitatis inter Chriſtum & Eccleſiam ſit de ratione huius ſacramẽti, & de prima intẽtione legiſlatoris. Et licet de hoc dicendum eſſet vbi diſputabimus de indiſſolubilitate, cõmodius tamen dicitur hic, poſtquam iam omnia explicata ſunt: quæ pertinent ad vnitatem vxoris, vel viri.

¶ Prima concluſio. Sacramentum matrimonii eſſentialiter includit, tanquã primã legiſlatoris intẽtionem, quod ſignificet matrimonium ſpirituale. Chriſti cũ ſponſa ſua quæcũq; illa ſit: quod ex ratione ſua eſt indiſſo-

diſſolubile. Probatur. Nam ſacramentum matrimonij fit per conſenſum animorum qui declaratur ſignis externis, & ſignificat ꝙ Chriſtus coniungitur ſponſæ ſuæ, quæcunq; illa ſit, & coniungitur per gratiam & charitatem per quā anima fidelis fit vnus ſpiritus cum Deo: gratia vero & charitas ex habere ſuo eſt indiſſolubilis vt diffinitur.in art.q.24.artic.11.

¶Secunda concluſio. Sacramentum matrimonij ſcd̄m ſe, non ſignificat eſſentialiter coniunctionem Chriſti cum ſponſa ſua eſſe vndequaque indiſſolubilem, ſed quod admittit diſſolutionē ex parte ſponſæ per mortem ſpiritualē illius. Probatur primo. Vinculum matrimonij licet ſit ſecūdum ſe indiſſolubile, admittit tamē diſſolutionem ex parte coniugis propter mortem temporalē, ergo ſimiliter matrimoniū ſpirituale Chriſti quod ſignificatur per ſacramentum matrimonii admittit diſſolutionē per mortem ſpiritualem ſponſæ quæ Chriſto copulatur. Secundo. Nam Chriſtus Dominus hoc ſignificauit quando diſpenſauit in ſacramento matrimonij, ratum propter ingreſſum religionis, ante conſummationem quæ non eſt de eſſentia, nam ſicut ſacramentum matrimonij ex lege euangelica ſecundum ſe eſt indiſſolubile, tamen ex diſpenſatione cauſa religionis diſſoluitur: ita ſignificat matrimonium ſpirituale Chriſti eſſe indiſſolubile ex lege & natura ſua, tamen præter legem & naturam ſuam diſſoluitur aliquando.

¶Tertia cōcluſio. Sacramentum matrimonij ſecundum quandam perfectionē accidentariam, ſcilicet, qua rōne conſummatum eſt, ſignificat indiſſolubilitatem omnimodam coniunctionis Chriſti cum eccleſia & cum humanitate. Probatur ſimul cū ſecunda concluſione ex Innocen.3.cap. debitum, de bigamis, vbi dicit, ꝙ cum duo ſunt in coniugio ſcilicet conſenſus animorum, & commixtio corporum quorū alter ſignificat charitatem quæ conſiſtit in ſpiritu inter Deum & animā iuſtam, ad quod pertinet illud Paul.1.Cor.7. Qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt cum eo, reliquū vero ſignificat conformitatem quæ conſiſtit in carne inter Chriſtum & eccleſiam, ad quod pertinet illud, Verbum caro factū eſt. Profecto coniugium illud quod non ex commixtione corporū conſummatur, non pertinet ad illud coniugium ſignificandum quod inter Chriſtum & eccleſiā per incarnationis myſterium eſt contractum. Item dicit D. Th. 4.diſt.27.quæſt.1.ar.3. quæſtiuncula 2.ad primum & tertium, & diſt.35.quæſt.2.art.2.quæſtiuncula 1. in corpore, & ad argumenta.

[Margin: c.debitū de bigamis. — 1.Cor.7. — A, B, C, D]

¶Explicatur concluſio ratione: Nam matrimonium ſpirituale inter Chriſtū & eccleſiam ideo eſt aliquando diſſolubile, quoniam non ſe extendit ad actum perfectiſſimum viſionis Dei: erit autem indiſſolubile omnino cum ſe extēderit ad talem actum vt dicit D.Tho. 2.2. loco citato. Vnde confirmatio matrimonii carnalis ſignificat cōfirmationē matrimonii ſpiritualis Chriſti.

¶Ad argumentum quartum dubii præcedentis negatur maior, ut patet ex dictis & rationem reddemus. Et ad confirmationem reſpondetur, negando cōſequentiam. Ratio differentiæ, quoniam licet indiſſolubilitas ſit prior paſſio, quam unitas, non ſolum perfectione verumetiam cauſalitate (nam vt patet ex rationib. ſuprafacti, ſvnitas coniugum ſequitur ex indiſſolubilitate) cæterum in ratione ſignificationis ſacramentali præferenda eſt unitas indiſſolubilitati. Sicut itaque à parte rei unitas Chriſti Domini, quæ eſt vnitas in duabus naturis & perfectior eſt omnibus vnitatibus, & rebus, excepta vnitate diuinæ eſſentiæ in tribus perſonis, & excedit indiſſolubilitatem & firmitatem matrimonij inter ipſum & eccleſiam, imo cauſat illam à priori in genere cauſæ efficientis, & finalis: ſic in ſignificatione per hoc ſacramentum, prius intendit Chriſtus ſignificare vnitatem & poſterius firmitatem matrimonii. Hæc de hac difficultate.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum habere concubinam ſit contra legem naturæ.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod habere cōcubinam non ſit contra legem naturæ. Legis enim ceremonialia non ſunt de lege naturæ; ſed fornicatio prohibetur Actuum. 15. inter

inter alia cerimonialia legis qua ad tempus credentibus ex gentibus imponebantur: ergo fornicatio ſimplex qua eſt acceſſus ad concubinam non eſt contra legem natura.

Lib. 2. de ſenten. ¶ 2 Praterea. Ius poſitiuum à naturali iure profectum eſt, ut Iulius dicit: ſed ſecundum ius poſitiuum fornicatio ſimplex non prohibebatur, imo potius in pœnam ſecundum antiquas leges mulieres lupanaribus tradenda cō demnabantur: ergo habere cōcubinam non eſt contra legem natura.

¶ 3 Praterea. Naturalis lex non prohibet quin illud quod datur ſimpliciter poſſit dari ad tempus, & ſecūdum quid: ſed una mulier ſoluta poteſt dare uiro ſoluto in perpetuum ſui corporis poteſtatem, ut ea utatur licite cum uoluerit: ergo non eſſet contra legem natura ſi dederit ei poteſtatem ſui corporis ad horam.

¶ 4 Praterea. Quicunque re ſua utitur ut vult, nemini facit iniuriam: ſed ancilla eſt res domini: ergo ſi dominus ea vtitur ad libitum nulli facit iniuriam, & ita habere concubinam non eſt contra legem natura.

¶ 5 Praterea. Quilibet poteſt alteri dare quod ſuum eſt: ſed vxor habet poteſtatem in corpore viri, ut patet. 1. Corinth. 7 ergo ſi vxor velit, uir poteſt alteri mulieri coniugi ſine peccato.

SED contra. Secundū omnes leges filij qui de concubina naſcuntur ſunt uituperabiles: ſed hoc non eſſet niſi concubitus ex quo oriuntur eſſet naturaliter turpis: ergo habere concubinam eſt contra legem natura.

¶ Praterea Matrimonium eſt naturale: ſed hoc non eſſet ſi ſine praiudicio legis natura homo poſſet coniungi mulieri prater matrimonium ergo contra, legem natura, eſt concubinam habere.

RESPONDEO dicendum, quod illa actio uidetur eſſe contra legem natura qua non eſt conueniens fini debito, ſiue quia non ordinatur in ipſum per actionem agentis. ſiue quia de ſe eſt improportionata illi fini: finis autem quē natura ex tali concubitu intendit, eſt proles procreanda & educanda, & ut hoc bonum quarer etur poſuit delectationem in concubitu ut Conſtantino dicit, quicunq; ergo cōcubitū vtitur propter delectationē qua in ipſo eſt, non referendo in finem à natura intentum contra naturam facit: & ſimiliter etiam niſi ſit talis concubitus, qui ad illum finem conuenienter ordinari poſſit: & quia res à fine plurimum nominatur tanquam ab optimo. ſicut coniunctio matrimonij à prolis bono nomen accepit quod per matrimonium principaliter quaeritur ita concubina nomen illam coniunctionem exprimit, qua ſolus concubitus propter ſeipſum quaritur. Et ſi etiam aliquis quandoque, ex tali concubitu prolem quarat, non tamen eſt conueniēs ad prolis bonum, in quo non ſolum intelligitur ipſius procreatio per quam proles eſſe accipit: ſed etiam educatio, & inſtructio, per quam accipit nutrimentum & diſciplinam à parentibus, in quibus tribus parentes proli tenētur. ſecundum Philoſophum. 8. Ethico. Cum autem educatio, & inſtructio proli a parentibus debeantur, per longum tempus exigit lex natura ut pater, & mater commaneant ad ſubueniendum proli. Vnde aues qua communiter pullos nutriunt, ante completam nutritionem non ſeparantur à natura ſocietate, qua incipit a concubitu uel in concūbendo. Hac autem obligatio ad commanendum fœminam marito matrimonium facit: & ideo patet quod accedere ad mulierem non iunctam ſibi matrimonio, qua concubina uocatur, eſt contra legem natura. ca. 12. & 25.

AD primum ergo dicendum, quod in gentibus quantum ad multa lex natura offuſcata erat. Vnde accedere ad concubinam malum non reputabant, ſed paſſim fornicatione quaſi re licita utebantur: ſicut & alijs qua erant contra cerimonias Iudaorum, quamuis nō

eſſent

eſſent contra legẽ naturæ. Et ideo Apoſtoli immiſcuerunt prohibitionem fornicationis cerimonialib. propter diſcretionem, quæ erat in vtroque inter Iudæos & Gentiles.

AD ſecundum dicendum, quòd ex prædicta obſcuritate, ſ. in quam ceciderunt Gentiles Deo debitam gloriã non reddentes, vt dicitur Rom. 1. Lex illa proceſſit, & non ex inſtinctu legis naturæ: vnde prævalente Chriſtiana religione, lex illa exſtirpata eſt.

AD tertium dicendum, quòd in aliquibus ſicut nihil inconueniens ſequitur ſi rem aliquam quã quis in poteſtate habet alteri ſimpliciter tradat, ita etiam nec ſi tradat ad tempus, & ſic neutrum eſt contra legem naturæ, non eſt autem ita in propoſito: & ideo ratio non ſequitur.

AD quartum dicendum, quòd iniuria iuſtitiæ opponitur: lex autem naturalis nõ ſolum prohibet iniuſtitiam, ſed etiam oppoſita omnium virtutum. Sicut contra legem naturæ eſt, vt aliquis immoderate comedat, quamuis talis rebus vtens ſuis, nulli iniuriam faciat: & præterea ancilla quamuis ſit res domini ad obſequium, non eſt tamen res ſua ad concubitum, & multum intereſt qualiter quiſque re ſua vtatur. Facit enim talis iniuriam proli procreandæ, ad cuius bonum non ſufficienter talis coniunctio ordinatur, vt dictum eſt.

AD quintum dicendum. quòd mulier habet poteſtatem in corpus viri, non ſimpliciter, quantum ad omnia, ſed ſolum quantum ad matrimonium: & ideo non poteſt contra bonum matrimonij corpus viri alteri tradere.

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio. Habere concubinam eſt contra legem naturæ.

A

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum accedere ad concubinam ſit peccatum mortale.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quod accedere ad concubinam non ſit peccatum mortale. Maius enim peccatum eſt mendacium quam fornicatio ſimplex, quod patet ex hoc, quod Iu- B *das qui fornicationem nõ horruit cum Thamar committere, recuſauit mendacium, dicens. Certè mendacio arguere nos poterit: ſed mendacium non eſt ſemper peccatum mortale: ergo neque fornicatio ſimplex.*

¶ 2 Præterea. Peccatum mortale morte puniri debet: ſed lex vetus non puniebat concubitum concubinæ morte, niſi in aliquo caſu, vt patet Deuteron. 24. ergo non eſt peccatum mortale.

C *¶ 3 Præterea. Peccata mortalia carnalia ſunt minoris culpæ quam ſpiritualia; ſed non omnis ſuperbia, aut auaritia eſt peccatum mortale, quæ ſunt ſpiritualia peccata: ergo non omnis fornicatio, quæ eſt peccatum carnale eſt mortale.*

¶ 4 Præterea. Vbi eſt maius incitamentum ibi eſt minus peccatum: quia magis peccat qui minori tẽtatione vincitur: ſed concupiſcentia maxime inſtigat ad venerem: ergo cum actus gu- D *le non ſemper ſit peccatum mortale, nec fornicatio ſimplex erit mortale.*

SED contra. Nihil excludit a regno Dei niſi peccatum mortale: ſed fornicatores excluduntur a regno Dei, vt patet 1. Cor. 6. ergo fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale.

¶ Præterea. Sola peccata mortalia crimina dicuntur, ſed fornicatio dicitur crimen, vt patet Thobiæ 4. Attẽde tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nũquam patiaris crimen conſcientiæ.

RE-

2. 2. q. 154. & in 2. diſtin. 42. q. 1. art. 3.

RESPONDEO dicendum, quod ſicut in ſecunda parte dictum eſt: Illi actus ex ſuo genere ſunt peccata mortalia per quos fœdus amicitiæ hominis ad Deum, & hominis ad hominem violatur, hæc enim ſunt contra duo præcepta charitatis quæ eſt anima vitæ: & ideo cum concubitus fornicarius tollat debitam ordinationem parentis ad prolem, quam natura ex concubitu intendit, nō eſt dubium quod fornicatio ſimplex de ſui ratione eſt peccatum mortale, etiam ſi lex ſcripta non eſſet.

AD primum ergo dicendum, quod frequenter homo qui, non vitat peccatum mortale, vitat aliquod peccatum veniale, ad quod non habet incitamentum: & ita etiam Iudas mendacium vitauit, fornicationem nō vitans, quāuis illud mendacium pernicioſum fuiſſet iniuriam habens annexum ſi promiſſum non reddidiſſet.

AD ſecundum dicendum, ꝙ peccatum non dicitur mortale, quia morte temporali puniatur, ſed quia punitur æterna: vnde etiam furtum, quod eſt peccatum mortale, interdum non punitur per leges temporali morte, & ſimiliter etiam eſt de fornicatione.

AD tertium dicendum, quod ſicut non quilibet motus ſuperbiæ eſt peccatum mortale, ita nec quilibet motus luxuriæ, & huiuſmodi ſunt peccata venialia, & concubitus matrimonialis: interdum tamen aliqui luxuriæ actus ſunt peccata mortalia, aliquibus motibus ſuperbiæ venialibus exiſtentibus, quia in verbis Gregor. inductis intelligitur comparatio vitiorum ſecundum genus, non quantum ad ſingulos actus.

AD quartum dicendum, quod illa circunſtātia ad efficacior eſt aggrauandum, quæ magis appropinquat ad ſpeciem peccati. Vnde quamuis fornicatio ex magnitudine incitamenti diminuatur, tamen ex materia circa quam eſt, grauitatem habet maiorem quam inordinata comeſtio, cum ſit circa ea, quæ pertinent ad fouendum fœdus ſocietatis humanæ: & ideo ratio non ſequitur.

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio. Accedere ad concubinam eſt peccatum mortale: nam concubitus fornicarius, tollit debitam ordinationem parentis ad prolem, quam natura ex concubitu intendit.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum aliquando licitum fuerit concubinam habere.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ aliquādo licitum fuerit concubinā habere. Sicut enim habere vnam vxorem eſt de lege naturæ, ita non habere concubinam: ſed aliquando licuit plures vxores habere: ergo & habere concubinam.

¶ 2 Præterea. Non poteſt aliqua ſimul eſſe ancilla & uxor, vnde ſecundū legem ex hoc ipſo quod ancilla in matrimonium ducebatur libera reddebatur: ſed aliqui amiciſſimi Deo leguntur ad ſuas acceſſiſſe ancillas, ſicut Abraham et Iacob: ergo non illæ erant vxores, & ſic aliquando licuit concubinas habere.

¶ 3 Præterea. Illa quæ in matrimonium ducitur non poteſt eijci, & filius eius debet eſſe hæreditatis particeps: ſed Abraham eiecit Agar & filius eius non fuit hæres: ergo non fuit vxor Abrahæ.

SED contra. Ea quæ ſunt contra præcepta Decalogi nunquam licuerūt: ſed habere concubinam eſt contra præceptum Decalogi, ſcilicet; Non mœchaberis: ergo nunquam fuit licitum. Cap. 4.

¶ Præterea. Ambroſius dicit in libro de Patriarchis. Viro non licet quod mulieri non licet: ſed nunquā licuit mulieri

lieri

fieri ad alium virum accedere dimiſſo viro proprio, ergo nec viro vnquam licuit concubinam habere. A

RESPONDEO dicendum, quod
Ge. 38. Rabbi Moyſes dicit, quod ante tēpus legis fornicatio nō erat peccatum. quod probat ex hoc quod Iudas cū Thamar
Gen. 37 concubuit. Sed iſta ratio non cogit. Non enim neceſſe eſt filios Iacob a peccato excuſari, cum accuſati fuerunt apud patrem crimine peſſimo, & in Ioſeph necem, & venditionem conſenſerunt. Et ideo dicendum eſt, quod habere concubinam non matrimonio iunctam ſit contra legem naturæ: & nullo tempore ſecūdum ſe licitum fuit, nec etiam ex di- B
Arti. 3. huius quæſt. ſpenſatione. Sicut enim ex dictis patet, concubitus cum ea, quæ non eſt matrimonio iuncta, nō eſt cōueniens actus ad bonum prolis, quod eſt principalis finis matrimonij: & ideo eſt contra præcepta legis naturæ, quæ diſpenſationem non recipiunt: vnde vbicunque legitur in veteri Teſtamento aliquos concubinas habuiſſe, quos neceſſe ſit a peccato excuſari oportet eas eſſe in matrimonio iunctas: & tamen concubinas dici, quia aliquid habebant de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ: ſecundū enim quod matrimonium ordinatur ad ſuum principalem finem qui eſt bonum prolis, vxor viro coniungitur inſolubili coniunctione, vel ſaltem diuturna, vt ex dictis patet: & circa hoc non C
Arti. 3. cor. eſt aliqua diſpenſatio, ſed quantum ad finem qui eſt diſpēſatio familiæ, & communicatio operum, vxor coniungitur viro, vt ſocia. ſed hoc deerat in his, quæ concubinæ nominabantur. In hoc enim poterat eſſe diſpenſatio cum ſit ſecundarius matrimonij finis, et ex hac etiam parte habebant aliquid ſimile concubinis, ratione cuius concubinæ nominabantur. D

AD primum ergo dicendum, quod habere plures vxores non eſt contra prima præcepta legis naturæ, ſicut habere concubinam: & ideo ratio non ſequitur.

A AD ſecundum dicendum, quod antiqui Patres ea diſpēſatione qua plures habebant ad ancillas accedebant vxorio affectu, ſed non erant vxores, quantum ad illam coniunctionem, quæ reſpicit ſecundarium finem, cui conditio ſeruitutis opponitur, cum non poſſit ſimul eſſe ſocia, & ancilla.

AD tertium dicendum, quod ſicut in lege Moyſi per diſpenſationem licebat dare libellum repudij ac euitandū vxoricidium, vt dictum eſt: ita ex eadem
B diſpenſatione licuit Abrahæ eijcere Agar ad ſignificandum myſterium quod q. 67. artic. 6.
Apoſtolus explicat. Gal. 4. quod ēt ille filius hæres non fuerit ad myſterium pertinet, & quod Eſau filius liberæ hæres non fuit, vt patet. Rom. 9. Similiter ēt propter myſterium factum fuit, vt filij Iacob ex ancillis, & liberis nati hæredes eſſent, vt Aug. dicit: quia Chriſto Tra. 11. in Ioan.
naſcuntur in baptiſmo filij, tam per bonos quos libera ſignificat, quam per malos miniſtros, qui per ancillas ſignificantur. C

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio ſit. Habere concubinam nō matrimonio iunctam eſt contra legem naturæ, & nullo tempore ſecundum ſe licitum fuit, nec etiam ex diſpenſatione.

¶ De iſtis tribus articulis diſputare non pertinet ad noſtram materiam de matrimonio, de illis enim diſputatur 2. 2. q. 154.
D præcipuè art. 1. & 2. Vide quæ ibi dicūtur a D. Tho. & Caietan.

QVAESTIO LXVI.

De bigamia & irregularitate ex ea contracta.

Deinde conſiderandum eſt de bigamia, & irregularitate ex ea contracta. Et circa hoc quæruntur Tho. 4. d. 27. q. 3. art. 1. & ſeq.

runtur quinque. Primò, vtrum illi bigamiæ, quæ eſt ex hoc quod aliquis duas vxores ſucceſſiue habuerit, ſit irregularitas annexa. Secundò, vtrum irregularitatem contrahat, qui ſimul vel ſucceſſiue duas vxores habuit. Tertiò, vtrum irregularitas contrahatur ex hoc quod quis vxorem virginem non accipit. Quartò, vtrum bigamia per baptiſmum ſoluatur. Quintò, vtrum cum bigamo liceat diſpenſare.

De hac materia diſputant Doctores cum Magiſtro. in 4. diſtinctione vigeſimaſeptima 29. Iuriſperiti cum Gratiano. diſtinctione 26. 33. 34. & 28. quæſtione tertia. & in titulo de bigamis non ordinandis in Decretalibus. & in 6. Syluester verbo bigamia. Nauarro capite 27. in Manuali. numero 195.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum bigamiæ irregularitas ſit annexa.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod illi bigamiæ, quæ eſt ex hoc quod aliquis duas vxores ſucceſſiue habuit non ſit irregularitas annexa: quia multitudo, & vnitas conſequũtur ens: ergo ens, & non ens non faciunt multitudinem aliquã, ſed ille qui habet ſucceſſiuè duas vxores, tũc vna eſt in eſſe: alia in non eſſe: ergo ex hoc non efficitur vir non vnius vxoris, qui ſecundum Apoſtolum ab epiſcopatu prohibetur. 1. Tim. 3

¶ 2 Præterea. Maius ſignum incontinentiæ apparet in eo qui plures fornicariè cognoſcit, quam qui plures vxores ſucceſſiuè habet: ſed ex primo non A *efficitur aliquis irregularis: ergo nec ex ſecundo.*

¶ 3 Præter. Si bigamia irregularitatem cauſat, aut hoc facit ratione ſacramenti, aut ratione carnalis copulæ: ſed non ratione primi, quia ſic ſi aliquis cũ vna contraxiſſet per uerba de præſenti, & ea mortua ante carnalem copulam ſubſecutam duceret aliam, efficeretur irregularis, quod eſt contra Decretal. Innocent. 3. (In Decret. lib. 1. ti. 21. ca. debitum.) *Nec iterum ratione ſecundi, quia ſecundum hoc etiam qui plu-* B *res fornicario concubitu cognoſceret irregularis eſſet, quod falſum eſt: ergo nullo modo bigamia irregularitatem cauſat.*

RESPONDEO dicendum, quod aliquis per ſacramentum ordinis miniſter ſacramentorum conſtituitur, & ille qui alijs ſacramenta miniſtrare debet, nullum defectum in ſacramentis pati debet. Defectus autẽ in ſacramento eſt, quando ſacramenti ſignificatio integra nõ inuenitur, ſacramentum au- C *tem matrimonij ſignificat coniunctionẽ Chriſti ad Eccleſiam, quæ eſt vnius ad vnam. Et ideo requiritur ad perfectam ſignificationem ſacramenti quod uir ſit tantum vnius vir, & vxor ſit tantum vnius uxor: & ideo bigamia, quæ hoc tollit, irregularitatem inducit. Et ſunt quatuor modi bigamiæ. Primus eſt, cũ quis plures habet vxores de iure ſucceſſiuè. Secundus, cum ſimul habet plures, vnam de iure, aliam de facto. Tertius, cum hẽt plures ſucceſſiuè, vnam de iu-* D *re aliã de facto. Quartus, quando viduã ducit uxorẽ, & in omnib. his eſt irregularitas adiuncta. Alia aũt cauſa conſequens aſſignatur, quia in illis, qui accipiunt ſacramentum ordinis maxima ſpiritualitas debet apparere, tum quia ſpiritualia miniſtrãt, ſ. ſacramenta, tum quia ſpiritualia docent, & in ſpiritualibus occupari debent. Vnde cũ concupiſcentia maxime ſpiritualitati repugnet, per quam totus homo caro efficitur, non debet aliquod ſignum concupiſcentiæ permanentis in eis apparere,*

A vere quod quidem apparet in bigamis, qui vna vxore contenti eſſe noluerunt: tamen prima ratio eſt melior.

AD primum, ergo dicendum quod multitudo plurium vxorum ſimul exiſtentium eſt multitudo ſimpliciter: & ideo talis multitudo totaliter ſignificationi ſacramenti repugnat, & propter hoc totaliter ſacramento. Sed multitudo vxorum ſucceſſiue eſt multitudo ſecundum quid: & ideo non tollit ſignificationem ſacramenti totaliter, nec ſacramentum euacuat quantum ad ſui eſſentiam, ſed quantum ad ſui perfectionem quæ requiritur in illis qui ſunt ſacramentorum diſpenſatores.

AD ſecundum dicẽdum, quod quãuis ſit in fornicarijs maioris concupiſcentiæ ſignificatio, non tamen concupiſcentiæ ita adhærentis, quia per fornicationem vnius alteri non in perpetuo obligatur, & iterum non eſt defectus ſacramenti.

In corp. & ad ſecundũ. *AD tertium dicendum, quod ſicut dictum eſt, bigamia cauſat irregularitatem, inquantum tollit perfectam ſignificationem ſacramenti, quæ quidem conſiſtit & in coniunctione animorum: quæ fit per conſenſum, & in coniunctione corporum: & ideo ratione vtriuſque ſimul oportet eſſe bigamiã quæ irregularitatem faciat. Vnde per Decret. Inno. 3. obuiatur ei quod magiſter in litera dicit: ſcilicet quod ſolus conſenſus per verba de præſenti ſufficit ad irregularitatem inducendam.*

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio ſit. Ad perfectam rationem ſacramenti requiritur quod vir ſit tantum vnius vir, & uxor ſit tantum vnius vxor, & ideo bigamia, quæ hoc tollit irregularitatem inducit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum irregularitas ſit annexa bigamiæ, quæ cõtingit ex hoc quod homo habet duas uxores, unã de iure & alteram de facto.

B AD SECVNDVM ſic proceditur. *Videtur* ꝙ *irregularitas non ſit annexa bigamiæ, quæ contingit ex hoc quod homo habet duas vxores, vnam de iure, aliã de facto. Quia vbi nullum eſt ſacramẽtum non poteſt eſſe defectus ſacramenti: ſed quando aliquis contrahit de facto cum aliqua et non de iure. non eſt ibi aliquod ſacramentũ, quia talis coniunctio non ſignificat coniunctionẽ Chriſti ad eccleſiam: ergo cũ irregularitas non conſequatur bigamiã niſi propter defe-*C*ctum ſacramenti, videtur* ꝙ *talem bigamiã irregularitas non conſequatur.*

¶ 2 *Præterea. Aliquis accedens ad illam, cum qua contrahit de facto & non de iure, committit fornicationem, ſi non habeat aliquam vxorem legitimam, vel adulterium ſi habeat aliam: ſed diuidere carnem ſuam per plures per fornicationem vel adulterium, nõ cauſat irregularitatem, ergo nec dictus bigamiæ modus.*

D ¶ 3 *Præterea. Contingit* ꝙ *aliquis antequã cognoſcat carnaliter illam, cũ qua de iure cõtraxit, cum alia contrahit de facto non de iure, & eam carnaliter cognoſcit ſiue prima mortua, ſiue viuente: talis contraxit cum pluribus vel de iure vel de facto, & tamen non eſt irregularis, quia carnem ſuam non diuiſit in plures: ergo ex prædicto modo bigamiæ non contrahitur irregularitas.*

RESPONDEO dicendum, quod in duobus ſecundis modis bigamia contrahi-

trahitur irregularitas: quia quamuis in altero non ſit ſacramentum, eſt tamẽ quædam ſacramenti ſimilitudo. Vnde iſti duo modi ſunt ſecundarij, & primus eſt principalis in irregularitate cauſanda.

AD primum ergo dicendum, quod quamuis ibi non ſit ſacramentum, eſt tamen ibi aliqua ſimilitudo ſacramenti quæ non eſt in fornicatione vel adulterino concubitu, & ideo non eſt ſimile. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

AD tertium dicendum, quod in tali caſu non reputatur bigamus quia primum matrimonium non habuit perfectam ſignificationem ſuam, tamẽ ſi per iudicium eccleſiæ compellatur ad primam redire, & eam cognoſcere. ſtatim efficitur irregularis: quia irregularitatem non facit peccatum, ſed imperfectio ſignificationis.

SVMMA ARTICVLI.

COncluſio eſt affirmatiua. Ratio eſt. Nam quamuis in altero matrimonio non ſit ſacramentum, eſt tamen quædam ſacramenti ſimilitudo.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum contrahatur irregularitas ex hoc quod aliquis ducit vxorem non virginem.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod non contrahatur irregularitas ex hoc quod aliquis ducit vxorem non virginem. Quia plus impeditur aliquis defectu proprio quam alieno: ſed ſi ipſe contrahens non ſit virgo non ſit irregularis: ergo multo minus ſi vxor eius virgo non ſit.

¶ 2 Præterea. Poteſt eſſe quod aliquis deflorauit aliquam et poſtea ducat eam in vxorem, talis non videtur eſſe irregularis, quia non diuiſit carnem in plu- A *res, nec etiam vxor eius. ſed tamen ducit corruptã in vxorem: ergo talis modus bigamiæ non cauſat irregularitatẽ.*

¶ 3 Præterea. Nullus poteſt contrahere irregularitatem niſi voluntarius: ſed aliquis quandoque ducit vxorem non virginem inuoluntarius, ut quando credit eam virginem eſſe, & poſtea inuenit eam corruptã fuiſſe, cognoſcens eam: ergo talis modus non cauſat irregularitatem.

¶ 4 Præterea. Corruptio ſequens ma- B *trimonium eſt vituperabilior, quam præcedens: ſed ſi vxor poſtquam eſt cõſummatum matrimonium, ab aliquo cognoſcatur non efficitur vir irregularis: alias puniretur pro peccato vxoris, & poteſt etiam eſſe poſtquam hoc ſciat, quod reddat ei debitum poſcenti antequam de adulterio cõdemnetur accuſata: ergo videtur quod ille modus bigamiæ non cauſet irregularitatem.*

SED contra eſt quod Gregor. dicit: Præcipimus ne unquam illicitas ordina- C *tiones facias, ne bigamum, aut qui virginem non eſt ſortitus in vxorem, aut ignorantem literas, aut habentem quãlibet partem corporis vitiatam, vel pœnitentiæ vel curiæ aut cuilibet conditioni obnoxium, ad ſacros ordines permittas accedere.*

In regiſtro li. 2 c. 35. refert. 34. c. præcipimus.

RESPONDEO dicendum, quod in coniunctione Chriſti & eccleſiæ veritas ex vtraq; parte inuenitur. Et ideo ſiue diuiſio carnis inueniatur ex parte viri, ſiue ex parte vxoris, eſt defectus D *ſacramenti. Sed tamen diuerſimode: quia ex parte viri requiritur, ꝙ aliam duxerit in uxorem, non ꝙ ſit virgo: ſed ex parte uxoris requiritur ꝙ ẽt ſit virgo, cuius ratio à decretiſtis aſſignatur. Quia epiſcopus ſignificat eccleſiã militantẽ cuius curã gerit in qua ſunt multæ corruptiones. ſed ſpõſa ſignificat Chriſtum qui virgo fuit: & iõ ex parte ſpõſæ requiritur virginitas, ſed non ex parte ſponſi ad hoc ꝙ aliquis epiſcopus fieri poſſit. Sed hæc rõ eſt expreſſe cõtra Apoſtolum Ephe. 5. Viri diligite vxores ve-*

ſtras

ſtras ſicut & Chriſtus eccleſiã. Ex quo apparet quod vxor ſignificat eccleſiam & ſponſus Chriſtũ: & iterum: quia uir eſt caput mulieris, ſicut Chriſtus eccleſiæ. Et ideo aliqui dicunt ꝙ per ſponſum ſignificatur Chriſtus, per ſponſam Eccleſia triumphans in qua non eſt aliqua macula. Chriſtus autem habuit primo ſynagogam quaſi concubinam, & ſic nõ tollitur aliquid de perfectione ſignificationis ſacramenti, ſi prius habuit ſponſum. Sed hoc eſt ualde abſurdum, quia ſicut eſt una fides antiquorum & modernorum, ita vna eccleſia. Vnde illi qui tempore ſynagogæ Deo ſeruiebant, ad veritatẽ eccleſiæ in qua Deo ſeruimus pertinebant. Et præterea hoc eſt expreſſe contra illud quod habetur Ezech. 16 & Oſeæ. 2. ubi expreſſe fit mentio de deſponſatione ſynagogæ: vnde non fuit ſicut concubina, ſed ſicut vxor. Et præterea ſecundum hoc fornicatio eſſet ſacramentum illius coniunctionis, quod eſt abſurdum: & ideo gentilitas priuſquam deſpõſaretur à Chriſto in fide eccleſiæ, corrupta fuit à diabolo per idolatriam. Et ideo aliter dicendum, quod defectus in ipſo ſacramento cauſat irregularitatem, corruptio autem extra matrimonium contingens quæ præceſſit matrimonium nullum defectum facit in ſacramento ex parte illius, in quo eſt corruptio, ſed facit defectũ ex parte alterius: quia actus cõtrahẽtis matrimoniũ non cadit ſupra ſeipſum, ſed ſupra alterum: & ideo ex termino ſpecificatur quod eſt reſ. actu illius etiam quaſi materia ſacramenti. Vnde ſi mulier eſſet ordinis ſuſceptiua, ſicut efficitur vir irregularis ex hoc quod ducit vxorem corruptam, non autem ex hoc quod corruptus contrahit: ita fieret mulier irregularis ſi contraheret cum corrupto, nõ autem ſi contraheret corrupta, niſi in alio matrimonio prius corrupta fuiſſet. Et per hoc patet ſolutio ad primum.

AD ſecundum dicendum, quod in tali caſu ſunt diuerſæ opiniones, tamen A probabilius eſt quod non ſit irregularis: quia carnem ſuam non diuiſit in plures.

AD tertium dicendum, quod irregularitas non eſt pœna inflicta, ſed defectus quidam ſacramentorum: & ideo non oportet quod ſemper ſit voluntaria bigamia ad hoc quod irregularitatem cauſet: & ideo ille qui vxorẽ ducit corruptam, quam virginem credit, irregularis eſt eam cognoſciens.

B AD quartum dicendum, quod ſi mulier fornicetur poſt matrimonium contractum non efficitur ex hoc vir irregularis niſi poſt corruptionem adulteriȷ eam iterato cognoſcat, quia aliàs corruptio vxoris nullo modo cadit ſub actu matrimoniali viri: ſed ſi etiam per ius compellatur ei reddere debitũ ante condemnationem adulteriȷ irregularis efficitur, quamuis de hoc ſint opiniones, ſed hoc quod dictum eſt, eſt probabilius: quia hic non requiritur quod ſit peccatum, ſed ſignificatio tantum. C

SVMMA ARTICVLI

CONCLVSIO eſt. Vir efficitur irregularis ex eo quod ducit vxorem ab alio corruptam, non autem ex eo quod corruptus contrahit. Vide literam D. Tho. quæ optima eſt.

¶ Circa iſtos articulos dicendum eſt, de bigamiæ irregularitate quæ per ſtatuta eccleſiaſtica coniuncta eſt cum bigamia. D

¶ Prima concluſio: Explicando bigamiæ (quę irregularitas eſt) quidditatem. Bigamiæ irregularitas eſt irregularitas ex defectu ſacramenti conſummati matrimonii cõtracta. In hac definitione genus eſt irregularitas, quæ ſignificat impedimẽtũ quoddam eccleſiaſticum poſitiuum ad hoc: ut promoueri quiſpiam poſſit ad ſacros ordines, aut in iam ſuſceptis ordinibus miniſtrare. Hoc autẽ eſt bigamiæ irregularitas ex humana inſtitutione nõ diuina: nã licet Apoſtoli vt infra dicetur, ſtatuerint hoc impedimentũ: tamen id fecere autoritate tantum humana, qua ratione erant eccleſiaſti-

ci paſtores, & principes præfecti reipublicæ Chriſtianæ; non qua ratione erant ſcriptores canonici bibliorum, & inſtrumenta tantum diuina Spiritus ſancti dictantis, iuxta illud, lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Exemplum eſt in præceptis quæ tulerunt Apoſtoli de abſtinendis à ſuffocato, & ſanguine, quod extat in libris diuinis, & in præcepto de ieiunio quadrageſimali, quod refertur à grauiſſimis doctoribus ad ipſa tempora Apoſtolica, & in præcepto de trina merſione in baptiſmo.

Differentia eſt illud quod ſequitur; quæ ex defectu, &c. quæ diſtinguit hanc irregularitatem ab aliis. Etenim inter alias quædam cõtrahuntur propter delicta, quædam certe citra delictum, tamen ex defectu aliquo ſiue corporis ſiue animi, ſiue perfectæ lenitatis: hæc autem ſola incurritur propter defectum ſacramẽti matrimonii, quem defectum ſuperiori quæſtione explicuimus.

¶ Secunda concluſio quæ ex ſupradictis colligitur. Potiſſima cauſa quæ mouit Põtifices ad hanc irregularitatem ſtatuendam eſt, quoniam non eſt decens, conſecrari ſacerdotem imo vniuerſis miniſtris ſacramẽtis initiari eum, qui in ſacramento quocun que defectum publice commiſerit, ſed bigamus defectum in ſacramento matrimonii admiſit, ergo. Maior probatur. Quoniam miniſter eccleſiaſticus miniſtrare debet in ſacramentorum collatione, ſacerdos ipſe eſt ſacrorum miniſter, cui alii deſeruire debent. Minor probatur. Defectus eſt in matrimonii ſacramento quando illius ſignificatio nõ inueniaſ plena, & integra ſignificatio, ut ſupra oſtẽdimus ergo.

¶ Tertia concluſio. Quantum ad antiquitatem huius ſanctificationis ab Apoſtolis ipſis introducta eſt, & inuecta in eccleſiam hæc conſtitutio de bigamiæ irregularitate. Probatur Paul. 1. ad Timotheum. 3. Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe unius uxoris uirum, id eſt, non bigamum: Et paulò inferius: Diaconi ſint unius uxoris uiri, & ad Titum. 1. reliqui te Cretæ, ut conſtituas per ciuitates preſbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi: ſi quis ſine crimine eſt, unius uxoris uirum. Ad hunc modum interpretantur hæc loca cũcti doctores ſacramenti, Hierony. Ambroſius: Auguſtinus, Chryſoſtomus, & in canonibus item Apoſtolorum. canone. 17. 18. & 19. ſtatuitur hæc irregularitas. D. etiam Ambro. in epiſtola. 81. ad Vercellenſem Eccleſiam, & refertur canone co gnoſcamus. diſt. 34. inquit, patres in Cõcilio Niceno addidiſſe ſupra Apoſtolorum, neminem qui duo coniugia ſit ſortitus eſſe debere clericum. Tandem in omnibus fere Conciliis, & Pontificum decretis, uſque ad Synodum Tridentinam, quæ ſeſſio. 23. decreto de reformatione cap. 17. præcipit miniſteriis quatuor minorum ordinum exercẽdis, ubi clerici cælibes præſto non erunt, ſufficere coniugatos clericos ad ea munia obeunda, modo tamen non ſint bigami.

1. Tim. 3.

Ad Tit. 1.

In cano

nibus Apoſtolorum ca. 17. 18. 19.

c. cognoſcamus. diſt. 34.

Conc. Tri. ſeſſio. 23. Decreto de reformatione. c. 17.

¶ Quarta concluſio. Bigamiæ irregularitas incurritur, tantũ in caſibus ipſo iure expreſſis, & declaratis. Hæc concluſio eſt Bonifacii VIII. in cap his qui, de ſententia excommunicationis in 6. diffinientis hanc cõcluſionẽ, in omni in uniuerſum irregularitate. Ratio eſt aperta. Quoniam irregularitas eſt odium, & impedimentum quoddam ad miniſteria ſacra, ergo reſtringi debet ad caſus expreſſos, & non ampliari. Tum quoniam impedimentum eſt poſitiuum iure humano ſtatutum pro Pontificũ, & Cõciliorum arbitrio, ergo vbi ipſum ius non declarauerit non incurritur.

¶ Quinta concluſio. Nunquã incurritur hæc bigamiæ irregularitas per ſolius matrimonii rati defectum; ſed ex defectu cõſummati matrimonii Itaque ſi quis duas ducat uxores per matrimonium ratum imo plures niſi cum duabus conſumauerit, non eſt bigamus. Similiter, ſi quis ducat viduã nõ cognitã carnaliter à viro priori, nõ eſt irregularis. Hæc cõcluſio diffinita eſt ab Innocentino III. in cap. debitum. de bigamis. & eſt communis ſententia omnium Theologorum, & Iuriſperitorum, in locis allegatis contra Magiſtrũ ſententiarum, diſt. 27. qui aſſerit, quod per ſolos conſenſus de præſenti in duo matrimonia efficitur quiſpiam bigamus. Ratio autem Innocentii congruentiſſima, ꝓ hac cõcluſione eſt, Bigamiæ irregularitas incurritur propter defectũ ſacramenti matrimonii, at hic defectus non eſt quando matrimonium non eſt conſummatum per carnalem copulam, ergo. Minor probatur. Matrimonium ante conſummationem ſignificat per ſolum conſenſum charitatem,

ca. his q de ſentẽtia excõmunicationis in 9.

c. debit de bigamis.

ritatem & coniunctionem ſpiritualem inter Chriſtum & eccleſiam, per conſummationem vero carnalem, ſignificat cõiunctionem Chriſti cum eccleſia, per incarnationis myſterium, ergo vbi deeſt commiſtio carnalis non eſt defectus ſacramenti. Confirmatur & explicatur amplius minor. Defectus ſacramenti de quo modo agimus, in hoc cõſiſtit quod qui ducit duas uxores, non eſt vir unius vxoris, ſicut Chriſtus unius eccleſiæ tantum, qui uero ducit uiduam, vel corruptam non ducit unicam vnius viri ſicut eccleſia unica eſt unius Chriſti: at ante matrimonii conſummationem neque vir qui ſucceſſiue duas uxores duxit, neque uidua ſuam carnem, in plures diuiſerunt, ergo ibi nullus eſt defectus ſacramenti matrimonii. In his duabus concluſionibus ſequuntur duo corollaria. Ex priori quidem nũquam ualere argumentum ad probandam irregularitatem ſed textualem demõſtrationem. Ex poſteriori uero aptiſſime debet collocari, in definitione huius irregularitatis (conſummari.)

¶ Sexta concluſio quæ explicat multiplicitatem bigamiæ & eius partes. Triplex eſt bigamiæ irregularitas, vna quidem quæ dicitur vera à Doctoribus, mea vero ſẽtẽtia dicitur commodius non tãtum vera ſed formalis & expreſſa. Secunda interpretatiua & virtualis. Tertia ſimilitudinaria & apparens: & hæc poſtrema non eſt vera, ſed præſumpta & fictitia. Cæterum interpretatiua vera, etiam formalis & expreſſa bigamia eſt eius, qui legitime contraxit matrimonium cum duabus, & cõſummauit, & hæc dicitur formalis & expreſſa bigamia, quia in ea reperiũtur duæ vxores, duo matrimonia, duæ copulæ carnales & ſic manifeſte & formaliter apparet defectus matrimonii cõſummati. Hanc irregularitatem clamant vniuerſa iura & allegata, & allegãda impedimẽtum eſſe, ad ordinum & ſuſceptionem & vſum. Interpretatiua & virtualis bigamia eſt illa in qua reperitur defectus matrimonii ſacramenti, etiam ſine ſecũdis nuptiis ſaltem ex parte eius qui bigamus dicitur. Prima particula diſtinguit interpretatiuam à ſimilitudinaria. Secunda vero particula etiam ſine ſecundis, &c. diſtinguit interpretatiuam a formali & expreſſa. Exempla ſunt tria. Primum eſt in bigamia quæ incurritur per matrimonium primum cum vidua a priori

A viro cognita, contractum & conſummatũ. Secundũ exemplũ eſt in ea, quæ incurritur pp matrimonium primũ cum quacũq; fœmina, ab alio viro prius cognita, cõtractũ & cõſummatũ. Tertiũ exẽplum eſt in bigamia quæ incurritur à viro, qui propriam vxorem, quam duxit virginem, ſed adulteram poſt matrimonium, cognouerit poſt adulterium. Primum exemplum expreſſum eſt in canone Apoſtolorum 18. & refertur in canone ſi quis viduam. 2. diſt. 34. expreſſum eſt in epiſtola prima Siritii Summi Pontif. cap. 15. & epiſtol. 4. ad Concil. Telenſe. capite 5. quæ lecta eſt in eodem Concilio expreſſum eſt in Concilio Toleta. 1. cap. 3. & in epiſtola 2 Innocen. 1. capit. 5. refertur in canone ſi quis viduã. in allegata diſtinctione, & in epiſt. 4. cap. 2. & in epiſtola 24. ad Toletanam Synodum cap. 5. & lib. de eccleſiaſticis dogmatibus qui circunfertur Auguſt. nomine, capit. 72. & refertur canone maritum diſt. 33. in Concil. Lateranenſi 3. ca. 2. in hynodo Romana ſub Hilario. ca. 2. & in Concil. Aurelianenſi quod refertur capite. 1. de bigamis. in Concil. Hiſpalenſi. 2. cap. 4. a Celeſti 3. cap. de bigamis. & Innoc. 3. cap. debitum & cap. ultimo de bigamis. Animaduerto tamen Cæleſtinum, & Innocent. maximè in hoc cap. ultimo dicere eſſe contra doctrinam Apoſtoli, viduæ maritũ ad ſacros ordines promoueri, ex eo quod licet Apoſtolus ſolum docuerit epiſcopos presbyteros & diaconos eſſe debere, unius uxoris viros, tamẽ uidua ex eo quod carnẽ in plures diuiſerit, non iã vna vxor ſed plures cenſetur. Exemplum ſecũdum habetur in multis locis ex allegatis pro præcedenti. Certe Apoſtolorum canon loquitur etiam de eiecta & meretrice, vt autẽ D. Hiero. eſt autor in epiſtola ad Fabiolam, vidua dicitur cuius maritus mortuus eſt, eiecta, quæ à marito uiuente eijcitur, meretrix quæ multorum libidini patuit. Synodi autem Arelatenſis, & Aurelianenſis loquuntur ſimul de repudiata. Item Synodus Romana ſub Hilario, & Toletana 4. cap. 18. quæ refertur 51. diſt. canone, qui in aliquo, loquuntur de corrupta quacumque. Innocentius item primus in epiſtola 4. & 14. Leo I. ut refertur canone ſeriatim. diſt. 32. & Gregorius primus in epiſt. 25. lib. 2. epiſtolarum, & refertur canone præcipimus 34. diſt. decernunt, eſſe debere virginem eam, quã du-

[Marginal notes: Can. Apoſtolorũ. 18. ca ſi qs uiduam. 2 diſt. 34. Can. ſi qs viduam. — c. maritum. d. 33. — ca. debi gamiis. & ca. vltim eo. titul. — 51. di. c. q in aliquo. ca. ſeriatim d. 32. Can. pcipimus diſt. 34.]

eit laicus vxorem, ne fiat irregularis bigamus. Affert Innocen. in huius rei confirmationem illud præceptum quod impoſitum erat ſacerdotibus in lege veteri. Leuit. 21. de non ducenda, vxore vidua, repudiata, ſordida, aut meretrice ſed virgine.

Leui. 21

¶ Sed circa hoc exemplum aduertendũ eſt, quod ſi quis ducat vxorem quam ante matrimonium ipſemet corrupit: & non alius; non incurrit irregularitatem bigamiæ. Eſt communis Theologorum, & Iuriſperitorum ſententia, quamuis aliqui cõtradicant, quoniam talis fœmina licet corrupta tempore matrimonii, non tamen diuiſit carnem ſuam in plures. Tertium verò exemplum habetur in Concil. Neocæſarienſi, cap. 8. & refertur, diſt. 34. canone ſi cuius, & in Decretis Martini Papæ, & refertur canone ſi laici, eadem diſtinctione. Ratio autem propter quam incurritur hęc irregularitas, in dictis exemplis eſt. Quoniã in omnibus illis vera vxor per verum matrimonii conſummati ſacramentum accepta, quamuis vna numero tantum ſit, tamẽ carnem ſuam diuiſit in plures: & idcirco non eſt vnius vna, ſed plurimum, ac ſubinde eſt minus plena ſignificatio in ſacramento quę eſt cauſa irregularitatis contrahendæ: non tamen incurritur formalis bigamia, ſed interpretatiua tantum, quia nõ reperiuntur in his caſibus duæ vxores, & duo formaliter diſtincta matrimonia, quod requiritur ad formalem bigamiam.

Diſt. 34 cano. ſi cuius. cano. ſi laici. eadẽ diſt.

¶ Si quis autem roget, quam ob cauſam incurritur bigamia in ſecundo exemplo, & tertio, non tamen quando laicus corruptus duxit vxorem, aut ipſe poſt adulterium à ſe commiſſum accedit ad propriam: ratio eſt in promptu. Quoniam tametſi ex parte viri requiratur vnitas in ſacramento matrimonii ad ſignificandam Chriſti vnitatem: tamen ſatis eſt quod vir, vnum tantũ duxerit matrimonium, & non eſt opus quod ſit virgo. At ex parte fœminæ requiritur etiam virginitas ad ſignificandam eccleſiæ vnitatem quoniã motus ſpecificatur ꝭ termino: actus vero viri contrahẽtis aut accedentis ad propriam, terminatur ad vxorẽ, & idcirco, ſi illa carnẽ in plures diuiſit, tollitur ſignificatio ſacramenti non autem continuo ſi vir diuiſerit (modo autem nõ diuiſerit ꝑ duo matrimonia.) Hęc eſt ratio D. Thom. diſtin. 27. quæſtione 3. articulo 1.

A quæſt 3. vbi reijcit alias Decretiſtarum (vt ipſe ait) rationes. Tamẽ fatendum eſt ingenuè, in prima, & formali bigamia reperiri magis explicitè, & expreſſe hunc ſacramenti defectum, quam in ſecunda, & interpretatiua. Imo in duobus exemplis ſecundæ bigamiæ. 2 & 3. non reperitur tam explicitus hic defectus, quam in primo, vbi fœmina cum duobus contraxit matrimonium. Imo in ſecundo exemplo reperitur magis explicata ſignificatio quã in tertio: quoniam in ſecundo exemplo erat corrupta fœmina, tempore quo ſuſcepiũ eſt ſa- B cramentum. In tertio vero minime ſed poſtea Atque hactenus de interpretatiua bigamia.

¶ Similitudinaria bigamia eſt, quæ conatur imitari veram bigamiam; quocirca nihil aliud eſt quam imago quędã bigamiæ. Et in ea non reperitur defectus ſacramẽti, licet eoſdem producat effectus iure poſitiuo quos bigamia Exempla ſunt tria in eo, qui duas ſimul vxores habet, alteram iure alteram facto, vel vtramque de facto. Itaq; attentauit, vel ſemel, vel bis matrimonium quod propter aliquod impedimentum fuit C nullum. Secundũ exemplum eſt in eo qui ſucceſſiuè duas ſimul duxit vxores, alteram iure, alteram de facto, vel vtramque de facto. Tertium in eo qui poſt votum ſolenne, ſiue in ſacri ordinis ſuſceptione, ſiue in religionis profeſſione emiſſum, attentauit cõtrahere, & conſummare matrimoniũ. Exẽplum primæ, & ſecundæ habentur in capit. nuptiæ de bigamis, exemplũ tertiũ quantum ad ordinis ſuſceptionem habetur cap. vlti. eodem titulo. quantũ vero ad profeſſionem religionis habetur in Cõcil. Ancirano, quod approbatum eſt in prima Synodo D generali Nicæna, & refertur canone quotquot. 23. q. 1. quotquot virginitatem pollicitam præuaricati ſunt, &c & etiam canone 19 illius Concilii Subiiciam vero canonis verba eo quod indigent explicatione. Quotquot virginitatem pollicitã præuaricati ſunt profeſſione contempta, inter bigamos Ideſt qui ad ſecundas nuptias tranſierunt haberi &c in quo canone nulla fit mẽtio de matrimonio attentato, ſed quoniam odioſus eſt, & irregularitas incurri non poteſt ſine ordine ad matrimonium verſũ, vel attentatũ, reſtringunt Doctores hũc canonem ad eum tãtum religioſum qui matri-

Capit. nuptiæ, de bigamis.
Cap. vlti. eodẽ tit.
Cã. quotquot 32 quæſt. 1.
Can. 19. illius cõcilij.

monium

monium attentauit, quoniam is maximè præuaricator dicendus eſt, ſiue cenſendus, hoc eſt in contrariis cauſis uarie poſitus. Contrariæ autem cauſæ ſunt traditio Deo facta per profeſſionem ſolennem vſque ad mortem, & traditio facta fœminæ vſque ad mortem, & hic ipſe ſtatus maximus eſt profeſſionis contemptus.

EST dubium circa exempla interpretatiuæ bigamiæ. Vtrum qui ex ignorātia inuincibili duxit uiduam, aut ab alio corruptam, uel acceſſit ad propriam uxorem poſt uxoris adulterium, incidat in bigamiæ irregularitatem. Supponimus in hoc dubio, eum qui fecerit ſcienter etiam ſi iure cogatur à iudice talem vxorem du cere, uel poſtquam ſemel eam duxerit adulteram acceſſerit, quia non poteſt forni cationem uel adulterium iure probare: ſup ponimus inquam, hos cadere in irregularitatem. Quod docet maior pars Theologorum & Iuriſperitorum D. Tho. in 4. diſt. 27. quæſt. 3. artic. 1. quæſtiuncula 3. ad tertium & quartum, quamuis opinentur oppoſitum probabiliter: ſaltem in caſu propriæ vxoris adulteræ: ut docet D. Tho. ad quartum imo ſupponimus quod ſi id ignoret vir ex ignorantia vincibili, eſt irregularis. Tota difficultas eſt quando ignorat inuincibiliter Videtur vera pars affirmatiua. Primo ex D Th. in allegata reſponſione ad tertium. vbi ait. Ille qui vxorem ducit corruptam quam virginem credit, irregularis eſt eam cognoſcens. Secundo arguitur ratione D. Thom Ibi non eſt neceſſarium quod bigamia ſit voluntaria ad hoc, vt irregularitatem cauſet, ergo ignorantia inuincibilis ad hoc vt tollat voluntarium, non tollit irregularitatem. Antecedens probatur. irregularitas iſta non eſt pęna inflicta propter culpam, ſed ex defectu ſacramenti, ergo.

¶ Reſpondetur ad dubium vnica concluſione negatiua. Probatur primo. Irregularitas hæc odium quoddam eſt & inhabilitas ſed odia non ſunt amplianda ad extraordinarios & non humanos caſus, ſed intelligēda ſaltem de moralibus & humanis euenti bus: at in caſu noſtri dubii non eſt voluntarium aut humanum aliquod neque directe nec indirecte, ergo. Maior eſt quoddam iuris principium. Minor item eſt Phyſicum principium. Ignorantia tollit voluntarium. Confirmatur. Nam odia non ſolum ex iu-

A ris principio non ſunt amplianda uerum ſunt reſtringenda.

¶ Secundo probatur. Quamuis irregularitas quæ contrahitur ex hominis occiſione iuſta omnino ſit pœna propter culpam inflicta, nunquam tamen afficit quempiam niſi ſit volūtaria hominis occiſio, ergo ſimi liter iſta irregularitas nō incurritur, niſi ſit voluntaria ipſa bigamia. Probatur conſequentia, quoniam tam iſta irregularitas, quam illa incurritur citra culpam propter defectum ſignificationis, iſta ſacramenti cō iunctionis Chriſti cum Eccleſia, illa perfectæ lenitatis Chriſti. Confirmatur text. de

B irregularitate quæ incurritur ex occiſione intelliguntur de volūtaria, ergo text. de irregularitate quę incurritur ex bigamia, intelliguntur de voluntaria. ¶ Tertio probatur, ad bigamiæ irregularitatem requiritur actio humana hoc ē hominis, vt homo eſt, ergo volūtaria. Probatur antecedēs odium hoc irregularitatis quæ incurritur ex bigamia, impoſitū eſt homini, vt homo eſt, imo ſecundum quod eleuatur per gratiā ad eccleſiæ myſteria, ergo. ¶ Denique probatur. Significatio hominis, vt homo eſt, ex arbitrio propoſito rationi, & beneplacito pro-

C cedit, ergo vbi non eſt arbitrium, &c. nulla eſt hominis ſignificatio proprie loquendo.

¶ Ad diuum Thom. reſpondetur. Loqui de illo qui non adhibuit diligentiā moralem, quæ in his rebus acquirendis adhiberi ſolet, ac proinde loquitur de volūtario formali vt directo, non indirecto. Itaque nōn eſt neceſſarium, quod bigamia ſit volita for maliter ad hoc vt irregularitatē cauſet, ſed ſufficit quod ſit volita reductiue, & ſic reſpondetur ad ſecundum. Imo in ſolutione

D ad quartum Diuus Thomas multum fauet huic noſtræ ſententiæ, &c.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum bigamia ſoluatur per baptiſmum.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quod bigamia per baptiſmum ſoluatur. Dicit enim Hyeroni. in epiſtola ad Titum, quod ſi quis ante baptiſmum plures vxores habuit, uel unam

 ante

nute & aliam poſt,non eſt bigamus: ergo bigamus per baptiſmum ſoluitur. A

¶ 2 *Præterea. Qui facit quod maius eſt,facit quod minus eſt:ſed baptiſmus tollit omne peccatum quod eſt grauius quam irregularitas:ergo tollit bigamiæ irregularitatem.*

¶3 *Præterea. Baptiſmus tollit omnem pœnam ex actu prouenientem: ſed irregularitas eſt huiuſmodi, ergo &c.*

¶ 4 *Præterea. Bigamus eſt irregularis, inquantum deficit à repræſentatione Chriſti:ſed per baptiſmum plenè Chriſto conformamur,ergo ſoluitur irregularitas.* B

¶ 5 *Præterea.Sacramenta nouæ legis ſunt magis efficacia, quam ſacramenta veteris legis, ſed ſacramenta veteris legis ſoluebant irregularitates ut in primo libro dictum eſt à Magiſtro,ergo & baptiſmus qui eſt efficaciſſimum ſacramentum in noua lege ſoluit irregularitatem ex bigamia contractam.*

De bono coniug.cap. 18. *SED contra eſt,quod Auguſt.dicit: Acutius intelligunt qui nec eum, qui catechumenus aut Paganus habuit alteram,ordinandum cenſuerunt,quia de ſacramento agitur,non de peccato.* C

¶ *Præterea.Sicut idem dicit: Fœmina ſi catechumena vel pagana vitiata eſt,non poteſt inter Dei virgines uel poſt baptiſmum velari: ergo eadem ratione,nec bigamus ante baptiſmum ordinari.*

RESPONDEO dicendum, quod baptiſmus ſoluit culpas & non ſoluit coniugia,unde cum ex ipſo coniugio ſequatur irregularitas per baptiſmũ tolli non poteſt,ut Auguſtinus dicit. D

AD primum ergo dicendum,quod in caſu iſto non tenetur Hieronym opinio, niſi forte velimus eum exponere quòd loquitur ad ſanctiorem diſpenſationem.

AD ſecundum dicendum.quòd non oportet quod illud quod facit maius faciat minus niſi ſit ad illud ordinatum. & hoc deficit in propoſito; quia baptiſmus ad irregularitatem tollendam nõ ordinatur. A

AD tertium dicendum, quod hoc intelligendum eſt de pœnis quæ conſequuntur ex actuali peccato quaſi inflictæ,non infligendæ,non enim aliquis per baptiſmum virginitatem recuperat, nec ſimiliter carnis indiuiſionem.

AD quartum dicendum, quod baptiſmus conformatur Chriſto quantum ad virtutem mentis,ſed non quantum ad ſtatum carnis, qui conſiaeratur in virginitate vel indiuiſione carnis. B

AD quintum dicendum, quòd illæ irregularitates ex leuibus cauſis non perpetuis erant contractæ, & ideo etiã per illa ſacramenta auferri poterant, & iterum erant ad hoc ordinata, non autem baptiſmus ad hoc ordinatur.

SVMMA ARTICVLI.

C Concluſio eſt negatiua. Nam baptiſmus ſoluit culpas,& non diſſoluit cõiugia.¶ Circa iſtum articulum eſt dubium Vtrum per baptiſmum ſoluatur irregularitas, ita vt qui ante baptiſmum irregularis fuit promoueri poſſit poſt baptiſmũ ad ſacros ordines. Videtur vera pars affirmatiua. ¶ Primo, cedere uidetur in ſcandalum catechumenorum, quod ſtupra, adulteria, inceſtus ante baptiſmum commiſſa, non eos impediunt a ſacri ordinis ſuſceptione: legitima autem coniugia eos impediant, ergo. ¶ Secundo. Irregularitas eſt impedimentum quoddam iure canonico, introductum, at infideles non tractantur conſtitutionibus canonicis,ut docet Innoc. I I I: in cap.gaudemus,de diuortiis. 1.Ad Corinthios. 5.ergo. ¶ Tertio.Bigamiæ irregularitas contrahitur ex ſacramenti defectu ſed inter infideles matrimonium non eſt ſacramentum,ergo. ¶ In hac quæſtione Diuus Hierony. lib. comment. ſupra epiſt.ad Titum,ca.3.& refertur a Gratiano 24. quæſt. 4.can.1. & in epiſt. ad Oceanum. & refertur diſt.26.can.1.irridens eos qui dicunt tales eſſe bigamos maximè propter argumẽtum primo loco propoſitum.Cui ſententię D

c. gaudemus citato 1. Cor. 5.

Ad Titũ ca. 3.

24.q.4. cano. 1. diſt. 26. can. 1.

fauet

A fuiet Eraſmus in annota. 1. Timoth. 3. & inter ſcholaſticos Maior in 4. diſt. 27. quæſt. vltima, dubio vltimo. ¶ Oppoſitam ſententiā tenent grauiſſimi authores, Ambroſius lib. de officiis cap. vltimo, refertur diſt. 26. can. vna tātum, & Auguſtinus lib. de bono coniugali, cap. 18. refertur can. acutins, diſtinct. allegata, & cauſa, & quæſt. allegata.

26. diſt. can. una tantum can. acutius. d. citata.

¶ Reſpondetur igitur ad quæſtionem, inter has ſententias ea quæ eſt Hierony. eſt vſq; adeo rationi conſentanea, quod niſi obſtaret ex aduerſo declaratio Conciliorū, & Pontificum, & conſenſus omnium Doctorum ea eſſet merito præferenda, at iam B nunc temporis non eſt fas eam ſequi ſine temeritate. Primam partem concluſionis concedimus grauiſſimæ Hieronimi authoritati, & argumentis factis.

¶ Secunda vero pars probatur primo. Concilium Valentinum Galliæ celebratum ſub Damaſo primo tēpore Diui Hierony. diffinit tales eſſe cenſendos irregulares in can. 1. Innocent. I. coætaneus, & Auguſt. in epiſt. 2. ca. 5. refertur can. ſi quis viduam. in diſt. 34. & epiſt. 32. cap. 2. refertur diſt. 26. can. deinde. & epiſt. 24. ad Synodum Toletanam, cap. 6. vſque adeo grauiter, & acriter rem hanc diſputat, & diffinit C vt nunc dicat oppoſitam ſententiā eſſe cōtra Apoſtoli doctrinam, nunc eſſe prauum errorem, ac tandem in allegato capit. 6. inquit, Nemini liceat, aliter interpretari diuinas ſcripturas. Hæc itē eſt omnium Theologorum, & Iuriſperitorum cōcors ſententia vbi ſupra, congruentiæ pro re offerri poſſunt, quia per baptiſmum crimina tantum diluuntur, vxorū numerus non abſoluitur. Et quoniam matrimonium ante baptiſmum licet non ſit ſignum ſacramenti, eſt tamen ſignum ad ſignādā Chriſti cum eccleſia, ex gētibus cōgregatā coniunctionē.

cano. ſi quis viduam. d. 32. Diſ. 26. can. deinde.

D ¶ Ad primum argumentū reſpondetur. ceſſare prorſus omne catechumenorū ſcandalum cū audiant non haberi culpæ alicuius rationem, quo ad præſens attinet, ſed ſignificationis tantum.

¶ Ad ſecundum reſpondetur. Conſtitutiones canonicas nō imponere præceptum, aliquod aut pœnam, infidelibus, verū non ſignanter excludunt ſi qua eſt in ipſis infidelibus. Ad tertium reſpondetur. Matrimonia infidelium eſſe ſigna, vt dicebamus: qualiacunq; licet non ſacramenta, ex Chri-

A ſti inſtitutione: & hæc ſignorum ſignificatio, viſa eſt ſufficiens pontificibus ad irregularitatem.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum cum bigamo liceat diſpenſare.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quod cum bigamo non liceat diſpenſare. Quia extra, de bigamis dicitur: Cum B *clericis, qui inquantum in ipſis fuit ſecundas ſibi mulieres cōiunxerunt matrimonialiter, tanquam cum bigamis non licet diſpenſare.* cap. 4.

¶ 2 Præterea. Contra ius diuinum non licet diſpenſare: ſed omnia quæ in Canone dicuntur ad ius diuinum pertinent, cum ergo Apoſtolus in ſcriptura Canonica dicat, oportet epiſcopū unius vxoris uirum eſſe, videtur quod in hoc non poſſit diſpenſari. 1. Ad Timotheſ. 3.

¶ 3 Præterea Nullus poteſt diſpenſare in his, quæ ſunt de neceſſitate ſacra- C *menti: ſed non eſſe irregularem eſt de neceſſitate ſacramenti ordinis, cum ſignificatio quæ eſt ſacramento eſſentialis deſit: ergo non pōt in hoc diſpenſari.*

¶ 4 Præterea. Hoc quod rationabiliter factum eſt, non poteſt irrationabiliter mutari: ſi ergo poteſt rationabiliter diſpenſari cum bigamo, irrationabiliter eſt ei adiuncta irregularitas, quod eſt inconueniens.

SED contra eſt, quod Lucius papa diſpenſauit cum Epiſcopo Panormita- D *no qui erat bigamus.*

Ita refert glo. d. 34. c. lectorre. fertur. ibid.

¶ Præterea. Martinus papa dicit, lector ſi viduā vxorē accipiat in lectoratu permaneat, aut ſi neceſſitas fuerit, ſubdiaconus fiat, nihil aūt ſup ſimiliter ſi bigamus fuerit: ergo ad minus vſq; ad ſubdiaconatum cū eo diſpēſari pōt.

RESPONDEO dicendum, quod bigamiæ non eſt adiuncta irregularitas de iure naturali, ſed de iure poſitiuo: nec iterum eſt de eſſentialibus ordinis,

quod

quod non ſit bigamus, quod patet ex hoc quod ſi aliquis bigamus ad ordines accedit characterẽ accipit. Et ideo Papa poteſt diſpenſare in tali irregularita te totaliter, ſed epiſcopus quantum ad minores ordines. Et quidam dicunt q̃d etiam quantum ad maiores, in illis qui uolunt Deo in religione ſeruire propter uitandum religioſorum diſcurſum.

AD primum, ergo dicendum quod per illam Decret. oſtenditur eadem eſſe difficultas diſpenſandi in illis qui de facto cum pluribus contraxerunt, ac ſi de iure contraxiſſent, non quod ſubtrahatur ſimpliciter poteſtas Papæ diſpenſandi in talibus

AD ſecundum dicẽdum, quod hoc eſt uerum quantum ad ea quæ ſunt de iure naturali, & quantum ad ea quæ ſunt de neceſſitate ſacramentorum, & fidei: ſed in alijs quæ ſunt de inſtitutione Apoſtolorum cũ eccleſia habeat nũc eandem poteſtatem ſtatuendi & deſtituẽdi q̃ tunc habuerit, poteſt per eũ qui primatum tenet in eccleſia diſpenſari.

AD tertium dicendum, quod nõ quelibet ſignificatio eſt de eſſentia ſacramenti, ſed tantum illa quæ pertinet ad officium ſacramenti, & talis non tollitur per irregularitatem.

AD quartum dicendum, quod in particularibus non poteſt inueniri ratio quæ omnibus cõpetat æqualiter propter eorum diuerſitatem: & ideò quod uniuerſaliter ſtatutum eſt rationabiliter conſideratis his, quæ in pluribus accidunt, poteſt etiam per diſpenſationem rationabiliter remoueri in aliquo caſu determinato.

SVMMA ARTICVLI.

Concluſio. Papa poteſt diſpenſare in tali irregularitate totaliter, nam non eſt de iure naturali, ſed de iure poſitiuo.

¶ Circa iſtum articulum eſt dubium, vtrum ſummus Pontifex diſpenſare poſſit ſupra bigamiæ irregularitatem.

A ¶ Prima cõcluſio. Pontifex poteſt diſpenſare citra dubium, quamuis aliqui Iuriſperiti contradicant. Ratio eſt ex dictis aperta, quoniam hæc irregularitas eſt impedimentum iure poſitiuo introductum, poteſt autem Summus Pontifex ſuper omni poſitiuo iure diſpenſare ſi adſit cauſa, imo ſi deſit cauſa diſpenſatio facta tenebit.

¶ Secunda concluſio Solus Summus Põtifex diſpenſare poteſt cum bigamo formali uel interpretatiuo, ut promoueri poſſit ad ſacros ordines, & in ſuſceptis miniſtrare B Hæc eſt communis ſententia omniũ Theologorum & Iuriſperitorum locis allegatis, imo & in caſibus fere omnibus ſimilitudinariæ bigamiæ Dico autem fere omnib. propter exceptionem, quam adhibemus in tertia concluſione.

¶ Tertia cõcluſio. Epiſcopus diſpenſare poteſt cum bigamio quocunque, ut in minoribus ordinibus miniſtrare poſſit, ſi illos iam ſuſceperit, imo, ut ad illos promoueri poſſit. Prima pars quãuis negetur à quibuſdam Iuriſperitis tamẽ eſt cõmunis multis illorum cum Diuo Thom. diſtinctione C allegata, quæſt. 3. art. 3. Secunda uero pars negatur à Nauarro in Manuali ca. 25. nu. 197. uerum D. Thom. in allegato loco, & Syluest. uerbo, bigamiæ. quæſt. 6. & Rotæ in deciſione 447. & hæc ſententia eſt multo probabilior, & ſine ſcrupulo ſuſtineri poteſt.

¶ Quarta concluſio. Cum eo qui initiatus ſacris ordinibus matrimonium attentauit cõtrahere cum uirgine, diſpẽſare poteſt epiſcopus, tã vt miniſtret in ſuſceptis, q̃ ut promoueatur ad ſuperiores. Hæc cõcluſio diffinitur ab Alexandro III. in capit. 1. D qui clerici uel qui uouentes, quo loco omnes Iuriſperiti hoc aſſerũt, & Nauar. ubi ſupra. Verum eſt q̃ Põtifex nihil dicit, in eo capite de virgine uel corrupta. Sed iuriſperiti hoc addũt, & actenus de irregularitate.

QVAESTIO LXVII.

De libello repudij.

DEinde conſiderãdum eſt de libello repudij. Circa quod

quærun-

quæruntur ſeptem. Primo, vtrũ inſeparabilitas matrimonii ſit de lege naturæ. Secundo, vtrum repudiare vxorem poſſit eſſe licitum per diſpenſationẽ. Tertio, vtrum ſub lege Moyſi fuerit licitum. Quarto, vtrum liceat uxori repudiatę alium virum accipere. Quinto, utrum liceat uiro repudiatã a ſe iterum ducere. Sexto, vtrum cauſa repudii fuerit odiũ vxoris. Septimo, vtrum cauſæ repudij deberent in libello ſcribi.

DE hac materia diſputant Doctores in quartò diſtinctione 33.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum inſeparabilitas vxoris ſit de lege naturæ.

Tho. 4. diſti. 33 q. 2. ar. 1. & ſequẽ.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod inſeparabilitas uxoris non ſit de lege naturæ. Lex enim naturæ communis eſt apud omnes: ſed nulla lege præter legẽ Chriſti fuit prohibitum vxorem dimittere: ergo inſeparabilitas uxoris non eſt de lege naturæ.

¶ 2 Præterea. Sacramenta non ſunt de lege naturæ: ſed inſeparabilitas matrimonij ad ſacramenti bonum pertinet: ergo non eſt de lege naturæ.

¶ 3 Præterea Coniunctio viri & fœminæ in matrimonio ordinantur principaliter ad prolis generationem & educationem, & inſtructionem: ſed hæc omnia aliquo certo tempore conſummantur, ergo poſt illud tempus licet vxorem dimittere ſine aliquo præiudicio legis naturæ.

¶ 4 Præterea. Ex matrimonio principaliter quæritur bonum prolis:
A *ſed inſeparabilitas eſt contra bonum prolis, quia, vt dicunt philoſophi, aliquis vir non poteſt ex aliqua fœmina prolem accipere, quæ tamen ex alia accipere poſſet: & quæ etiam ab alio uiro impregnaretur, ergo inſeparabilitas matrimonij magis eſt contra legem naturæ quam de lege naturæ.*

SED contra. Illud præcipuè eſt de lege naturæ quod natura bene inſtituta accepit in ſui principio: ſed inſepa-
B *rabilitas matrimonij eſt huiuſmodi, vt patet Matt. 19. ergo eſt de lege naturæ.*

¶ Præterea. De lege naturæ eſt, quod homo Deo non contrarietur: ſed homo quodammodo contrarius eſſet Deo, ſi ſepararet quos Deus coniunxit, cum ergo ex hoc inſtituta ſit inſeparabilitas matrimonij, Matth. 19. uidetur quod ſit de lege naturæ.

RESPONDEO dicendum, quod matrimonium ex intentione naturæ ordinatur ad educationem prolis, non
C *ſolum ad aliquod tempus, ſed per totam vitam prolis. Vnde de lege naturæ eſt, quod parentes filijs theſaurizent, & filij parentum hæredes ſint. Et ideo cum proles ſit commune bonum viri, & vxoris, oportet eorum ſocietatem perpetuo permanere indiuiſam ſecundum legis naturæ dictamen: & ſic inſeparabilitas matrimonij eſt de lege naturæ.*

AD primum ergo dicendum, quod ſola lex Chriſti ad perfectum huma-
D *nũ genus adduxit: reducens in ſtatum nouitatis naturæ. Vnde & in lege Moyſi, & in legibus humanis non potuit totum auferri, quod contra legem naturæ erat, hoc enim ſoli legi ſpiritus, & uitæ reſeruatum eſt.*

AD ſecundum dicendum ꝙ inſeparabilitas competit matrimonio ſecundum ꝙ eſt ſignum perpetuæ coniunctionis Chriſti & eccleſiæ, & ſecundum ꝙ eſt in officiũ naturæ ad bonũ prolis ordinatum ut dictum eſt: ſed quia ſeparatio matrimonij magis directe repugnat In corp. articuli.

ſignifi-

ſignificationi quam prolis bono, cui con ſequenter repugnat, vt dictum eſt: inſeparabilitas matrimonij magis in bono ſacramenti intelligitur quam in bono prolis, quamuis in vtroq; intelligi poſſit, & ſecundum ꝙ pertinet ad bonum prolis, eſſet de lege naturæ, non autem ſecũdum quod pertinet ad bonum ſacramenti.

AD tertium patet ſolutio ex dictis.

In ar. & ad primum.

AD quartum dicendum, ꝙ matrimonium principaliter ordinatur ad bonum commune, ratione principalis finis, qui eſt bonum prolis, quamuis etiã ratione finis ſecundarij ordinetur ad bonum, matrimonium contrahentis, prout per ſe eſt in remediũ concupiſcentię. Et ideo in legibus matrimonij magis attenditur quod omnibus expediat quã quod vni competere poſſit: quamuis ergo matrimonij inſeparabilitas impediat bonum in aliquo homine, tamen non eſt conueniens ad bonum prolis ſimpliciter, & propter hoc ratio non ſequitur.

SVMMA ARTICVLI

PRima concluſio eſt affirmatiua. Ratio huius concluſionis eſt, nam matrimonium ex intentione naturæ ordinatur ad ad prolis educationem non ſolum ad tempus determinatũ, ſed per totam vitam prolis, & ita debet eſſe vinculum perpetuum,

¶ Secunda concluſio ad ſecundũ. Inſeparabilitas conuenit matrimonio, ſecundum quod eſt ſignificatiuũ perpetuæ cõiunctionis Chriſti, & eccleſiæ, & ſecundum quod eſt in officium naturæ ad bonum prolis ordinatum.

¶ In hac quæſtione, & præcipuè in hoc articulo diſputat Diuus Thomas de quadam proprietate, & qualitate matrimonii, quæ eſt indiſſolubilitas, quæ quidem proprietas potiſſimũ locum obtinet inter proprietates matrimonii, & vt illam explicemus ſũt duo dubia: primum circa primam concluſionem, ſecundum circa ſecundam.

PRimum dubium eſt. Vtrum matrimoniũ atteto iure tãtũ naturæ, ſit in diſ-

A indiſſolubile. Videtur uera pars negatiua.

¶ Primò. Omnes reſpublicæ quantũlibet ciuiliter bonis moribus inſtitutæ, permittebant repudium, at non eſt credendum omnes reſpublicas errare in his quę ad naturę lumen & cognitionem pertinent, ergo. Maior probatur ex omnibus hiſtoriographis. Ita aſſerit Plutarchus in problematis Romanorum, cap. 15. & in uita Romuli, Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. & liar. 6. capit. 3. Dionyſius Alicarnaſeus lib. 2. Gellius lib. 4. cap. 3. & lib. 13. vel 17. ca. 21. Alexander ab Alexandro lib. 4 dierum genialium, ca.

B 8. Lodouicus Cælius lib. 15. lectionum antiquarum, cap. 16. imo Iuriſconſultos. in l. nullum. ff. de diuortiis. permittit repudiũ, id eſt, quod vir dimittat vxorem & aliam ducat, quin etiam Iuſtinianus Cęſar catholicus in ſuo. C. titu. de repudij s. in l. conſenſu. permittit etiam repudia multis de cauſis, nec mirum uidetur, quoniam & dominus Deuter. 24. familiæ Iudæorum permiſit etiam repudium.

L. nullũ ff. de diuortiis.

C. ti. de repudiis l. conſenſu.

Deute. 24.

¶ Secundo arguitur. Authoritate primũ, deinde ratione Diui Thomæ in 4. diſt. 23. quæſt. 2. art. 2. quæſtiũ 1. vbi rogat, utrum

C vxorem dimittere poſſit eſſe licitum per diſpenſationem: relatis etiam duobus modis quibus naturalis curſus mutari poteſt & diſpenſatio fieri in præceptis legis naturalis. Vno quidẽ modo per cauſas naturales quæ alias naturales impedire poſſunt, alio modo per cauſam ſupernaturalem, ait D. Th. matrimonii inſeparabilitatem poſſe mutari & cadere ſub diſpẽſationẽ ex aliqua cauſa naturali. Adhibet D. Th. exemplũm in pluralitate vxorum ſuper qua facta eſt diſpenſatio ex naturali cauſa, ut docet ipſe eadem diſt. q. 1. artic. 2. Item in allegata, quæſtiun-

D cula ad tertium ait. Inſeparabilitas quamuis ſit de ſecunda intentione matrimonii, prout eſt in officium naturæ, tamen eſt dę prima intentione in quantum eſt ſacramentum eccleſiæ: & ideo ex quo inſtitutum eſt vt ſit eccleſiæ ſacramentum manẽte tali inſtitutione non poteſt ſub diſpenſationẽ cadere, niſi forte ſecundo modo. Quin etiam cum D. Thom. in allegato artic. 2. dixerat ſuper vxorum pluralitate diſpenſationem fieri poſſe à Deo, in quæſtiuncula tamẽ allegata abſolute concludit per cãs ſecundas poſſe diſpenſari ſuper inſeparabilitate matrimonij. Atque hactenus de authoritate

D. Thom.

D. Thom. Suffragatur tamen eius ratio in eadem queſtiuncula, ea eſt. Matrimonij inſeparabilitas non continetur in primis naturæ legis præceptis, ſed in ſecundarijs tantũ: at in ſecundarijs naturæ legis præceptis cadit diſpenſatio per cauſas naturales, ergo. Maior probatur. Inſeparabilitas matrimonij non ordinatur ad prolis generandæ bonũ, qui eſt finis principalis matrimonij, niſi quantum ad hoc quod parentes prouideăt filijs neceſſaria per totă vitam, & theſaurizent illis: ſed appropriatio rerum quæ ad tranſigendam vitam neceſſariæ ſunt, non eſt de prima intentione naturæ ſecundum quam omnia potius ſunt communia, non propria, ſed introducta eſt iure gentium, ergo.

¶ Tertio arguitur. Teſtimonijs ſacrarum literarum. Primum ſit illud quod habetur 1. Corinth. 7. vbi Paulus differens de coniugiis infidelium docet quod ſi vnus coniux infidelis conuertatur ad fidem altero manente in infidelitate, eo nolente cohabitare cum fideli conuerſo: poteſt fidelis conuerſus aliud matrimonium inire. Dicit enim. Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat: non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in huiuſmodi. Vbi ex ſubiecta ratione naturali, ne, ſcilicet, frater conuerſus maneret ſubiectus ſeruituti alterius colligit Paulus matrimonium diſſolui, ergo per cauſas naturales ſine vlla diſpenſatione matrimonii vinculum diſſolui poteſt. Rurſus duo ſunt loca potiſſima in ſacris literis, quibus videtur maxime probari matrimonii indiſſolubilitas; prior locus habetur Geneſ. 2. vbi Adam diuino excitatus ſpiritu dixit, quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuę, & erunt duo in carne vna: poſterior locus habetur Matth. 19. vbi interrogatus Chriſtus à Phariſæis, an liceret homini dimittere vxorem quacunque ex cauſa: referẽs Chriſtus Adæ verba paulo ante allegata, tanquam à Deo dicta, ſuperaddidit: itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro, quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Inſtătibus adhuc Phariſæis, quid ergo Moyſes mandauit dari libellum repudii &c. Reſpŏdit Chriſtus. Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, quicunque dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit mœchatur. At hæc loca videntur infirma ſatis ad probădum in vniuerſum matrimonii indiſſolubilitatem in iure naturæ: tũ quia in vtroque loco ſermo eſt de matrimonio cŏſummato tantum, quădo quidem in vtroque habent. illa verba, & erunt duo in carne vna, coniuges autem non ſunt vna caro niſi per carnalem copulam. Quo circa Pontifex Maximus in cap. ex publico. de conuerſione coniugatorum. Et vniuerſalis eccleſia colligit exinde, quod per religionis ingreſſum diſſoluitur matrimonium nondum conſummatum, conſummatum vero minime. Tum etiam quoniam in poſteriori loco apertius hoc ipſum videtur: quando quidem Chriſtus reſpondet ad quæſtionẽ ſibi propoſitam de matrimonio iam conſummato, an diſſolueretur ꝑ repudii libellum. Tum denique quoniam aperte videtur fauere Chriſtus Dominus in hoc poſteriori loco matrimonii diſſolubilitati, illis verbis, Quicunque dimiſerit vxorẽ ſuam niſi ob fornicationem, mœchatur. Inſinuans planè, fornicationem eſſe ſufficientem cauſam ad diſſoluendum matrimonii vinculum.

1. Cor. 6

Gen. 3.

Matth. 19.

ca. ex publico. de cŏuerſione cŏiugatorũ.

¶ Quartò. Matrimonium deſtinatur potiſſimum ad prolem procreandum tăquam ad vltimũ, & primarium finem, at ſatisfuerit ad ſufficienter procreandam prolem, & educandam, & inſtituendă quod matrimonium non diſſoluatur quouſque proles attingat ætatem perfectam, & ſit ſufficienter inſtituta, ergo.

¶ Quinto arguitur ex regula iuris famoſa, omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur: ſed matrimonii vinculum naſcitur ex mutuo conſenſu contrahentium tanquam ex propriis cauſis, ergo per eundem conſenſum mutuum diſſoluitur. Minor manifeſta eſt, explicatur vero modo oſtendendo diſcrimen inter præcepta, & obligationes naturales: quarum aliæ aſtringunt, & diuinciunt nos etiam inuitos, & repugnantes: cuiuſmodi ſunt omnia præcepta legi naturæ, de faciendo bono, de recedendo à malo: & cuncta Decalogi præcepta, imo, & præcepta diuina ſupernaturalia de fide, & ſacramentis. Alia vero præcepta & obligationes ſunt quæ tantum ligăt nos præcedente prius placito, & arbitrio noſtro,

Regula iuris.

ſtro,cuiuſmodi eſt præceptum de iuramen
tis de votis reddendis: & inter hæc poſte-
riora præcepta connumerandum eſt præ-
ceptum & vinculum matrimonii. Nam ſi-
cut nemo tenetur vouere, ſed voluntariè
& liberè vouet, at poſtquam liberè vouit
tenetur neceſſario reddere vota: ita certè
nemo tenetur matrimonium contrahere,
at poſtquã liberè contraxerit tenetur ne-
ceſſario ſtare contractui. Confirmatur.
Alij contractus omnes etiam iurati reſcin
duntur per uoluntatem, vtriuſque con-
trahentium, ut habetur. §. fin. Inſt. qui-
bus modis tollitur obligatio, ergo, & hic
§.fi.Inſt. quibus modis tollitur obliga-tio. contractus.

¶ Sexto arguitur. Matrimonium,& ſpõ
ſalia de futuro ſunt eiuſdẽ ſpeciei: vterque
enim contractus pertinet ad iuſtitiam cõ-
mutatiuam.: ſed ſponſalia de futuro ſunt
diſſolubilia ex natura ſua, ut ſupra di-
ctum eſt, ergo & matrimonium.

¶ Vltimò arguitur. In matrimonio po-
teſt diſpenſare Deus, ut eſt author naturæ
ergo non eſt indiſſolubile ex natura ſua.
Conſequentia probatur. Nam intra ordi-
nem naturæ habet cauſam ſuæ diſſolutio-
nis, ergo ex natura ſua non eſt indiſſolubi
le: Antecedens probatur, quia omnis legiſ-
lator põt diſpenſare in propria lege: ſed
Deus vt eſt autor naturæ eſt legiſlator in
diſſolubilitatis matrimonii, ergo.

¶ Tres ſententiæ circumferuntur de re
hac inter Doctores etiã catholicos. Prima
eſt, matrimonium eſſe natura ſua omnino
diſſolubile: exiſtimant enim hi autores ſo-
lum pertinere ad ius naturale, quod matri
monium ordinetur ad propagandũ & mul
tiplicandum genus humanum debito mo-
do, & non per fornicationem: reliqua uero
omnia dicunt quod pertinent ad ius poſiti
uum, vt quod perpetuum vinculum, uel
temporale, quod ſit unius cum vna. Huic
ſententiæ libẽter ſubſcribunt omnes hære
tici noſtri temporis. ¶ Secunda ſententia
eſt, matrimoniũ conſummatum iure natu
ræ eſſe perpetuum, & indiſſolubile, nondũ
uerò conſummatum eſſe diſſolubile. ¶ Ter
tia ſententia eſt, omne matrimonium eſſe
natura ſua indiſſolubile. Authores qui in
has opiniones diuiduntur referẽtur com-
modius infra.

¶ Prima concluſio, Omne matrimoniũ,
maxime conſummatum, eſt natura ſua in-
A diſſolubile. Probatur ex principiis natu ræ
ſecluſa omni reuelatione. Primo. Diſſolu-
tio matrimonii magis eſt cõtra leges natu
rales de matrimonio quã multitudo vxo-
rum, at vxorũ multitudo, & pluralitas, ut
infra oſtendetur in hac eadẽ parte, eſt con
tra naturales leges de matrimonio, ergo
etiam diſſolutio. Maior probatur ex termi
nis ipſis, diſſoluere matrimonium apertiſſi
mè eſt demoliri matrimonium, ergo totũ
matrimonii bonum. At ſuperinducere ſe-
cundam uxorem primæ, non eſt demoliri
B matrimonium, ergo. Secũdò probatur ma
ior. Quoniã pluralitas vxorum eſt tãtum
contra ſecundarium finem, qui eſt cohabi-
tatio viri cum fœmina, at diſſolutio matri-
monii eſt cõtra finem primariũ: finis enim
ſecundarius eſt quod ſimul cohabitent cui
repugnat pluralitas vxorum, primarius ve
ro eſt inſtitutio prolis cui repugnat diſſo-
lutio matrimonii, ergo. ¶ Secũdo probatur
concluſio. Matrimonium ex prima naturę
inſtitutione deſtinatur ad propagandum
debito modo genus humanum, ſed ad hunc
finem conſequendum neceſſaria eſt matri
C monij indiſſolubilitas, ergo. Maior patet
ex ſupradictis: minor manifeſta eſt, ſi non
præſcribatur tempus aliquod certum quo
teneantur coniuges ſimul cohabitare, ſed
poſſint quãdo uelint diuortium facere. Et
enim tunc manifeſtè ſequitur incertitudo
prolis ex matrimonio ſicut ex vago, & for
nicario concubitu. Fingamus ſiquidẽ quoſ
dam cõtrahere per menſem tantum, & co-
pulari adinuicem carnaliter: tranſacto ue
ro mẽſe diuortiũ facere, & tranſire ad alia
matrimonia, & cõmiſceri item carnaliter,
apertum eſt enim in tali caſu prolem eſſe
incertam ſi nono menſe fœmina pariat, ma
D ximè ſi talis fœmina intra nouem menſes
nouem viris nupſerit. Si vero pſcribatur
tempus certum vſque ad debitam prolis
procreationem, & educationem, vt diceba-
tur argumento. 4. oſtẽdimus eadem minor.
Hæc debita inſtitutio requirit in prole ęta
tem. 25. annorũ, rurſus intra hoc tempus
25. annorum tenentur coniuges ex præce
pto matrimonij ad reddendũ debitum pe Gen. 2.
tenti coniugi, & fœmina poterit concipere Matth. 19.
& parere, ergo ad iſtã prolem quæ illo me
dio tempore cõcipitur requiritur ad inſti-
tuendam, & educandam tota humana vita.
Probatur eadem minor argumẽtis quę du
cunt

cunt ad impoſſibile. ¶ Sequitur primo ex oppoſito quod ſimul atq; compertum eſſet quod uxor eſſet ſterilis, poſſet dimitti. Secũdo ſequitur, quod ſi in primo acceſſu viri ad fœminam non fieret fœmina graui da, poſſet continuo dimitti. Tertio ſequitur, quod ſi dimittenda eſſet vxor poſt perfectam prolis inſtitutionem: quod non poſſent coniuges vacare generationi, & procreationi filiorum interim dum proles gignitur, & inſtituitur perfecte; at hoc eſt in commodum maximum ad multiplicandum genus humanum.

A

¶Hæc argumẽta poſita maxime probãt in matrimonio conſummato. Verum tñ exinde ſequitur, & illud quod nudum eſt conſummatum eſſe omnino indiſſolubile natura ſua. Tum quoniam conſummatio per copulam ſolum eſt accidentalis perfectio matrimonii, ſicut operatio eſt perfectio potentiæ, at indiſſolubilitas matrimonii, uel eſt de eſſentia matrimonii, aut (qđ ego verius opinor) propria illius paſſio. Tũ etiã qm̃ indiſſolubilitas matrimonii vel cõtinetur in definitione matrimonij, in illis verbis, indiuiduam uitæ cõſuetudinem retinens: aut certè ex illis ſequitur: at definitio matrimonii, & quæ ex illa ſequuntur uniuocè dicuntur de matrimonio tam conſummato, quam non conſummato. Tum denique, quia matrimonium ratum, ex natura ſua ordinatur ad conſummationẽ. Deniq; probatur concluſio. Si matrimoniũ quodcunq; non eſſet natura ſua indiſſolubile, ſed diſſolubile, diſſolui poſſet certè per mutuum cõtrahentiũ cõſenſum, Conſequens eſt manifeſtũ contra oẽm naturæ rõnem, ergo & antecedens. Probatur ſequela. Oĩs contractus humanus quia natura ſua diſſolui põt, certè diſſoluitur per voluntatem vtriuſq; contrahentium, ergo & hic contractus, ſi natura ſua diſſolui põt.

B

C

D

¶Secunda concluſio. Temerariũ eſt imo accedit ad errorem noſtrorũ tpm, imo eſt error ſapiens hæreſim nſorum tpm aſſerere matrimoniũ maximè conſummatũ eſſe natura ſua diſſolubile. Probatur concluſio
Gen. 2. Matth. 19. ex locis allegatis Gen. 2. & Matth. 19. colligitur ſcđm fidem matrimonii vinculũ eſſe indiſſolubile: tñ illa loca intelligenda ſunt neceſſario de matrimonii maximè cõſummati natura, ergo Maior probatur. Illa loca afferuntur a Conciliis, a Sanctis Patrib. & a Põtificib. & à Doctorib. ſcholaſticis ad probandam matrimonii indiſſolubilitatem: a Conc. Trid. Seſſ. 24. doctrina de ſacramẽto matrimonii, cuius initiũ eſt, Matrimonii perpetuũ indiſſolubilemq; nexum primus humani generis parens, &c. & idem Conciliũ dicit, ꝙ Chriſtus in illis verbis citatis idẽ ſignificauit. Item Innocentius III. c. gaudemus de diuortiis. probat ex eiſdem locis ꝙ paganus nõ põt ſimul duas uxores habere, nec põt dimittere vxorem ſi unam habet: ꝙ ſi forte illã dimiſerit in paganiſmo, & poſtea baptizetur, tenetur ſi illa velit ſimul cohabitare, & non põt aliam ducere. Bonifacius. VIII. ca. 1. de voto & voti redẽptione. in 6. eãdem indiſſolubilitatẽ probat ex iſtis locis, & oẽs ſcholaſtici in 4. d. 33. & interpretes ſacræ Scripturæ ſuper illa loca adducta.

Concil. Tri. Seſſ. 24. doctrina đ ſacramẽto matrimonij.

c. gaudemus. de diuortiis.

Minor uero principalis argumenti probat. Tum qm̃ innocentiæ ſtatu nullum fuit præceptum poſitum præter illud de non edendo de arbore vetito, ergo. Item in eo ſtatu nullum fuit ſacramentũ, & qm̃ fuiſſet aliqđ non eſſet ab Adamo inſtitutum, ſed a Deo. Tum ẽt quoniam ex illis Chriſti verbis, ab initio non fuit ſic, colligitur aperte Chriſtũ reſtituiſſe matrimonium priſtinæ dignitati naturali, quando naturæ ratio integra erat: & reuocaſſe matrimonium ad primam inſtitutionem in paradiſo factam. Tum etiam quoniam in illis verbis relinquet homo patrem, &c. comparantur iſta duo vincula naturalia, patrum, ſcilicet, & vxorum, & ſignificatur arctius & ſtrictius eſſe uxoris quadamtenus ratione, quandoquidem in communibus neceſſitatibus prouidere debet potius vir vxori & familiæ quam patribus, &. theſaurizare debet potius filijs quam patribus: vinculum autem patrum maximè naturale eſt, vxorium ergo quod illi comparatur naturale erit. Tum denique quoniam alias perperam Innocentius loco allegato, argumentaretur de matrimonio paganorũ, qui non tenentur legibus ſupernaturalibus matrimonii. ¶ Contra hanc concluſionem ſunt duo argumenta. Primum eſt. Tridentina Synodus loco allegato, ut uel ex titulo ipſo conſtat, loquitur de matrimonii ſacramento, ergo non rectè nos inde colligimus perpetuitatem matrimonij, vt eſt in officiũ naturæ. Secundum argumentum eſt contra minorem propoſitionem. Omnia argumenta allegata ad probandã minorem argumenti facti

ca. 1. de voto & voti redẽptione in 6.

ti facti pro concluſione præcedenti, non cogunt nos aut ſecundum euidentiam naturalem,vel certo ſecũdum fidem, ad dicẽdum loca illa Gen.2.& Matt. 10.intelligi neceſſario de natura matrimonii: ſed ſatisfit omnib. illis ſi dicamus intelligi de aliquo accidẽti ſupperaddito ipſi matrimonio,& illius naturæ ex Dei inſtitutione in paradiſo eleuantis illud ad eſſe ſacramenti: quod aſſerere licet falſum ſit,non tamen eſt temerariũ nec multo minus error,ut oſtẽdimus ſupra Satis etiam videtur fieri eiſdem argumẽtis ſi dicamus loca illa intelligenda de ratione ſacramenti nouæ legis,quam accepit matrimonium ex Chriſti inſtitutione,Matth. 16 iuxta veriſimilium ſententiam.

¶ Propter hæc argumenta ſit tertia concluſio , quæ explicat præcedentem. Si quis dixerit matrimonii uinculum fuiſſe diſſolubile in ſtatu innocentiæ & legis naturæ, antequam à Chriſto inſtitueretur nouæ legis ſacramentum,errat in fide:qui uero dixerit matrimonium accepiſſe firmitatem & indiſſolubilitatem ſuam ex Dei inſtitutione & placito ſuperadditam naturæ matrimonii in paradiſo,loquetur mea ſententia improbabiliter,nihil tamen dicit cõtra fidem. Prima pars probatur argumentis pro præcedenti concluſione. Secunda probatur argumentis factis contra præcedentem.

¶ Sed ad primũ ut procedit contra primã huius tertię concluſionis partẽ,reſpõdetur,Cõcilium manifeſte loqui de matrimonii vinculo quantum ad id quod habuit in ſtatu innocentiæ, antequam inſtitueretur a Chriſto ſacramentum:quandoquidem aſſeritur primum parentem hunc nexum indiſſolubilem pronuntiaſſe,Chriſtum uero huius nexus firmitatem confirmaſſe.Et quanuis inſerebatur doctrina de ſacramẽto matrimonii,in priori illius doctrinæ parte,loquebatur de matrimonio vt eſt in officium naturæ:vt ſic ſe præparet ad tractandum in poſteriori parte, de ſacramento ipſo , quæ incipit in illis verbis,Gratiam uero &c.

¶ Ad ſecundum,quantum ad primam illius partem iam cõceſſimus quod uolebat in ſecunda parte noſtræ concluſionis, quantum ad ſecundam partem manifeſtum eſt eam ſolutionem nullam eſſe : quod vel ex illis uerbis patet,ab initio autẽ non fuit ſic. Sermo igitur erat ibi de indiſſolubilitate & firmitate matrimonii in ſtatu ſaltem inno-

A centiæ & legis naturæ.

¶ Ad argumenta in principio ad primũ & ſecundum reſpondebitur artic. ſequenti.

¶ Ad tertium & ad authoritatem Pauli quæ affertur primo loco,reſpondetur,illis verbis non contineri legem communem & ordinariam:quoniam ſecũdum talem legẽ; ad dimittendum uxorem infidelem, expectandum eſſet ſaltem tempus neceſſarium ad prolis educationem, & inſtructionem ſi qua eſſet ; quocirca non poſſet grauida dimitti,ſed cõtinetur reuera diſpenſatio diuina,de qua infra.¶Ad confirmationem loco B rum Gen.& Math.reſpondetur. Ad primã & ſecundam concedendo his locis potiſſimum fieri ſermonem de matrimonio conſummato , quod eſt vndequaque perfectũ: at vt oſtendebamus eadem omnino ratio eſt perſiſtendo in rerum natura,& principiis de nondum conſummato matrimonio cum eadẽ ſit utriuſque eſſentia & proprietas. Manifeſtè vero Chriſtus propoſitæ ſibi quæſtionis deciſionẽ de conſummato matrimonio,extẽdit & ampliauit ad illud matrimonium, quod nondum eſt conſummatum in illis verbis,ab initio autem non fuit C ſic : quibus vt dicebamus reuocare voluit matrimonii reformationem ad eam,quam habuit in paradiſo ex Dei inſtitutione,antequam cõſummatum eſſet.Verba uero illa, Et erunt duo in carne una,conuenire poſſunt matrimonio etiam ante conſummationem,iuxta duplicem ſenſum quem illis uerbis ſacri authores tribuũt . Primus eſt, eſſe duos cõiuges in carne una, aut ut alii legũt in carnem unam,ideſt,ordinari ad vnã prolis carnem generandam, educandam, inſtituendam.In quo ſenſu manifeſtum eſt conuenire hæc verba matrimonio nondum cõ D ſummato , quod deſtinatũ ex natuta ſua ad prolis generationem,educationem,procreationem,& inſtitutionem. Secundus ſenſus quem uidetur Chriſtus intẽdere illis uerbis continuo ſubiectis,itaque iam non ſunt duo , ſed vna caro, vt intelligatur coniuges fieri viciſſim alter alterius carnẽ, ideſt,carnem cuiuſque cõniugis poſſidere pro indiuiſo(vt dicemus)ab ambobus,& eſſe communem alteri coniugi:& ita fit vna caro ex duabus poteſtate & dominio. Quem ſenſum etiam explicuit Paulus 1. Corinth.7. 1.Cor.7 Mulier ſui corporis,&c. In quo ſenſu apertum eſt,illa uerba conuenire matrimonio

ante copulam, poſt expreſſum conſenſum de præſenti. Pontifex vero in cap. ex publico. non interpretatur hæc verba, Et erunt duo &c. ſede illa, quę ſequūtur poſtea apud Matth. qui dimiſerit uxorem &c. quæ intelligenda ſunt de conſummato matrimonio quantum ad effectum ingrediendi religionem: de quo loquebatur Pontifex. Conſummatum ſiquidem diſſolui non poteſt hac ratione, nondum vero conſūmmatum diſſolui poteſt: de quo infra.

¶ Ad quartum patet ex dictis in probatione primæ concluſionis, & plura dicentur articulo ſequenti.

¶ Ad quintum, & eius confirmationem reſpondetur, alios contractus eſſe natura ſua diſſolubiles, quoniam ſic pertinebat ad illorum finem conſequendū, id eſt, ad uſum & vtilitatem illorum qui contrahebant. & ideo per eorum voluntatem diſſolui poſſe: at matrimonium vt oſtendimus eſt natura ſua indiſſolubile, quoniam ita pertinet ad conſequendum illius finem qui eſt prolis generatio, & inſtitutio: & ideo non potuit per contrahentium voluntatem dirimi. Secundò reſpondetur, quod illa regula habet verum quādo res eſt diſſolubilis, matrimonium vero eſt indiſſolubile ex natura ſua. Eſt optimum ſimile. Anima rationalis nunquam producitur niſi cum aliqua depēdentia ab agente naturali, à quo poſtea corrūpi non poteſt, quoniam anima eſt incorruptibilis ex natura ſua: ita matrimonium quantum ad conſtitutionem dependet à contrahentibus, non tamen poteſt diſſolui per eorū voluntatem quoniam eſt indiſſolubile ex natura ſua.

¶ Ad ſextum dictum eſt in materia de ſponſalibus, quod licet ſint contractus eiuſdem ſpeciei, differunt tamen materialiter, & ita ex parte materiæ poſſunt habere diſtinctas proprietates, & vnus contractus poteſt eſſe ex natura ſua diſſolubilis, alius vero minime. ¶ Ad vltimum reſpondetur articulo ſequenti.

¶ Secundò diſſerendum eſt de indiſſolubilitate matrimonij in ratione ſacramenti, imo qua ratione matrimoniū eſt inter baptizatos fideles, licet nondum habeat rationem ſacramenti. In cuius expoſitionem aduertendum, quod matrimonium inter fideles poteſt eſſe tripliciter. Aliud eſt ratum, conſummatū, & ſacramentum, ratum

A dicitur quia inter fideles baptizatos, conſummatum vero propter copulam carnalem, ſacramentum vero propter rationem ſupradictam. Aliud matrimonium eſſe poteſt inter fideles baptizatos ratum, & ſacramentum, non tamen conſummatum, quale eſt matrimonium quod eſt inter Chriſtianos iuxta ritum Eccleſiæ ante copulā carnalem. Tertiū eſſe poteſt inter baptizatos ratum, & conſummatum non tamen ſacramentum, & quale eſt matrimonium cōtractum, & cōſummatum ab infidelibus, ſi poſtea baptizentur, antequam denuo contra-

B hant. Et ſecundum probabilem ſententiam matrimonium contractum per procuratores cum conditionibus Concilii Trinentini, eſt ratum, & cōſummatum, ſi accedat copula carnalis, non tamen eſt ſacramentum niſi in præſentia de nouo contrahant.

EST igitur ſecundum dubium circa ſecundam concluſionem, Vtrum matrimonium inter Chriſtianos, & baptizatos ſit indiſſolubile ex lege gratiæ? Pars affirmatiua probatur primò. Ex lege Euangelica habetur, quod matrimonium diſſoluitur propter fornicationem alte-

C rius coniugis quantum ad uinculum, ergo. Antecedens probat. Nam Chriſtus Dominus Matth. 19. dicit, Dico vobis quicunque dimiſerit vxorem, & aliam duxerit, niſi ob fornicationem, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit mœchatur. Vbi Chriſtus Dominus videtur ſignificare quod eſt licitum propter fornicationem, dimittere propriam vxorem, & aliam ducere.

¶ Secundò arguitur. Matrimonium ratum, & quod veram habet rationem ſacramenti, ſi nondum ſit conſummatum, diſſol-

D uitur, ſi vnus cōiux profiteatur religionem ſolenniter, vt diffinitum eſt à Pontificibus, & uſus eccleſiæ probat: ſed tale matrimonium eſt uerum, & eiuſdē prorſus cōſiderationis in ratione ſcilicet uinculi, & ſacramēti cum matrimonio conſummato, ergo.

¶ Tertiò arguitur. Sūmus Pontifex diſpenſare poteſt, & diſſoluere quantum ad uinculum matrimonium ratum nondum conſummatum, ergo non eſt indiſſolubile ſecundum legem Euangelicam. Antecedēs probatur. Quoniam de facto ſæpius, ut infra oſtendemus Pontifices conceſſerunt diſpenſationes.

¶ Quartò arguitur, Matrimoniũ infidelium ſi alter illorum ad fidem conuertatur diſſoluitur, etiamſi conſummatum ſit, ſaltem per ſecundum matrimonium quod fidelis contrahit, quando alter infidelis non vult ſimul cohabitare citra contumeliam creatoris, ergo ex lege Euãgelica matrimonium non habet indiſſolubilitatem. A

¶ De hac re fuere olim, & ſtant nunc téporis variæ hæreſes. Montanus hæreticus circa annum Domini 181. nulla habita ratione ſacramenti neque euangelii, aſſeruit matrimonium diſſolui poſſe pro cõiugum arbitrio. Ita referunt Euſebius libr. 5. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 18. Nicephorus lib. 4. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 22. Prateolos lib. 11. de vitis hæreticorum loquẽdo de Montaniſtis, Caſtro de hæreſibus cap. 11. verbo, nuptiæ, hæreſi. 5. Idem error annumeratur inter Græcorum, & Armenorum errores à Guidone Carmelita. in lib. de hæreſibus à Prateolo lib. de vitis hæreticorum in Græcis, & à Caſtro vbi ſupra. Hæretici pſeudoapoſtoli dixerũt, matrimonia diſſolui poſſe pro ſuſpecta ſuſcipienda, vt refert Caſtro ſupra. Noſtris temporibus Martinus Buccerus in commentariis ſuper Matthæ. cap. 19. ait, matrimonium poſſe diſſolui modo quacunque ex cauſa per magiſtratum ſæcularem, ſi vir diſplice at vxori, vel è contra: & modo in Euangelio habere vim, repudii legem, quam olim tulit Moſes, vt refert Decanus Louan. artic. 18 contra hæreticos, ſeu errores noſtri temporis. Denique Lutherus in lib. de captiuitate Babilonica tres ſtatuit cauſas diuortii propter quas liceat maxime authoritate magiſtratus aliã ducere vxorem. Primam, ait, eſſe ſterilitatem, ſecundam adulterium, tertiam quando denegatur debitum legitimi conuictus aut fugiendo, aut coniugem relinquendo. Hanc hæreſim ſequuntur omnes noſtri téporis hæretici, cui videtur initium dediſſe Eraſmus in annotationibus ſuper Matth. cap. 16. & ſuper 1. ad Corin. cap. 7. & in paraphraſio. ſuper vtrumque locum. Iſte ſiquidem noſtra ætate, & maiorũ noſtrorũ, primus hoc in dubium vertit, nec tamen audet ipſe quicquam diffinire.

¶ Sit tamen de re hac prima concluſio. Manifeſta fides eſt matrimoniũ inter fideles baptizatos eſſe indiſſolubile ex Euangelica lege. Hæc concluſio manifeſtiſſima eſt in matrimonio cõſummato, & quod eſt ſacramẽtum reuera. Cæterum manifeſta eſt mea ſententia in quocunque matrimonio inter baptizatos ſiue ſit matrimonium ratum, & ſacramentum nondum conſummatum ſiue ſit matrimonium ratum, & nõ ſacramentum. Concluſio ſic explicata probatur primo ex ſacris literis. Nã Chriſtus Dominus Matth. 19. indiſſolubilitatem, & firmitatem huius vinculi confirmauit quãdo dixit: Quod Deus coniunxit homo non ſeparet: & Marci. 10. Quicunque ergo dimiſerit vxorem ſuam, & alteram duxerit, adulterium committit, & ſi uxor dimiſerit uirum ſuum, & alteri nupſerit, mœchatur. Idem habetur Lucæ. 16. At uero non eſſet adulterium, nec eſſet adulteram ducere, ſi uinculum matrimonii diſſolueretur per repudium, ergo Et 1. Corinthiorum cap. 7. inquit Paulus. His autem qui matrimonio iuncti ſunt præcipio, non ego, ſed Dominus: uxorem à uiro non diſcedere, quod ſi diſceſſerit manere innuptã, aut uiro ſuo reconciliari, & uir non uxorem dimittat: ubi Apoſtolus docet hoc eſſe præceptum, & legem Chriſti Domini. . .

Matth. 19. Marci. 10. Lucæ. 16. 1. Cor. 7.

¶ Secundò probatur concluſio teſtimoniis Apoſtolorum, Pontificum, & Conciliorum. In canone 48. inter Apoſtolicos ſic diffinitur. Si quis laicus uxorem propriam pellens, alteram, uel ab alio dimiſſam duxerit, communione priuetur. Idem diffinit Innocentius Primus, epiſtola 3. capit. 6. & Alexander Tertius, & Innocentius Tertius in multis capitibus in titulo de conuerſione coniugatorum, & in titulo de diuortiis. Concilium Mileuitanum canone 17. & refertur 32. quæſtione 2. capit. placuit. idem diffinitur in Concilio Tribunenſi cap. 36. & 46. in multis aliis Conciliis præcipuè in Florentino, decreto, ſuper unione Armenorum, ubi dicitur, tertiũ matrimonii bonum eſt indiſſolubilitas matrimonii, quia ſignificat coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ: licet autem ex cauſa fornicationis liceat thori ſeparationem facere, nõ tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, ut matrimonii uinculum legitime contracti perpetuum ſit. Idẽ diffinitur in Cõcilio Tridentino Seſſione 24. doctrina de ſacramẽto matrimonii ſtatim ĩ primis uerbis: & canone 5. eadem ſynodus inquit, Si quis dixerit propter hęreſim aut moleſtam cohabi-

Can. 48. Apoſtolorum. In ti. de conuer. coniug. & de diuortiis ĩ multis ca. c. placuit 32. q. 2. Cõcil. Flo. decreto de vnione Armen. Concil. Triden. Seſſ. 24. doctrina de ſacra

mento matri- monii, & cano. 5.& can. 7. cohabitationem aut affectatam abſentiam diſſolui poſſe matrimonii vinculum, anathema ſit. Et canone 7. idem dicit de adulterio. Et certe ſi aliquæ eſſent cauſæ diſſolutionis matrimonii, illę eſſent.

¶ Præterea probatur concluſio teſtimoniis ſanctorum Patrum & ſcholaſticorum, Hoc tenet Origenes tract. 7. ſuper Matth. Diuus Ambroſius ſuper ca. 16. Lucæ, & ad Romanos. 7. Diuus Hieronymus in epitaphio Fabiolæ ad Oceanum, & in epiſtola ad Amādum. Diuus Auguſtinus multis in locis, libro 9. de Geneſi ad literam, capit. 7. & libro de bono coniugali cap. 6. 15. 18. & 24. lib. 50. homiliarum, homil. 49. lib. de fide & operibus, cap. 7. lib. de nuptiis & concupiſcentia, capit. 20. & 21. & in tribus libris de adulterinis coniugiis ad Polentium Idem tenent omnes Sancti & Doctores ſacræ Scripturæ in locis allegatis: & Scholaſtici in 4. diſtin. 31. & 33. & hic eſt uniuerſalis conſenſus omnium fidelium & totius eccleſiæ.

¶ Vltimo probatur concluſio. Nam fides eſt, quod Chriſtus in Euāgelio reformauit ſtatum matrimonii, qui iā degenerauerat à primæua inſtitutionē, confirmando matrimonii uinculum, & addēdo firmitatem: ſed error eſt, ut diximus ſupra, negare matrimonium ex inſtitutione in paradiſo habere firmitatem & indiſſolubilitatem, ergo multo maior error erit, negare eſſe indiſſolubile ex Euangelica lege. Maior patet Matthæi. 19. & Marci. 10. vbi Chriſtus recitauit & confirmauit quæ Dominus in paradiſo inſtituerat circa indiſſolubilitatem matrimonii.

Matth. 19. Marci. 10.

¶ Secunda concluſio Potiſſima huius firmitatis & indiſſolubilitatis cauſa eſt ratio ſacramenti. Hoc eſt coniunctio arctiſſima inter uirum & vxorem tota deſtinata eſt & ordinata vt eſſet aptum & ſacrum ſignum ad deſignandam Chriſti ſponſi & uiri, & eccleſiæ ſponſæ & vxoris coniunctionem ſanctiſſimam & firmiſſimam. & ex hac ratione ſignata accedit ipſi coniunctioni maritali maxima indiſſolubilitas. Huius rei locupletiſſimus teſtis eſt Diuus Auguſtinus in omnibus fere locis paulo ante allegatis: ſed libet ſubſcribere uerba ex libro de nuptiis & concupiſcentia, cap. 10. Huius proculdubio ſacramenti res eſt, ut mas & fœmina connubio copulati, quādiu uiuunt inſe-

A parabiliter perſeuerent. Hoc enim cuſtoditur in Chriſto & eccleſia vt viuens cum uēte in æternum nullo diuortio ſeparentur. Et in ſumma Diuus Auguſtinus cōparat vinculum matrimoniale characteri baptiſmali quantum ad hoc quod viuente coniuge non poteſt diſſolui vinculum magis quam character deleri: quia ſignificat coniunctionem Chriſti cum eccleſia Hugo de Sancto Victore libro 2. de ſacramentis, parte 11. cap. 7. Magiſter cum tota ſchola in 4. diſtinctione 31. & 33. Iuriſperiti cum Gratiano 27. quæſtione 2. & Diuus

B Thomas in 4. diſtinctione, 33. quæſtione 2. articulo 2. quæſtiuncula 1. ad tertium, dicit, Inſeparabilitas licet ſit de ſecunda intentione matrimonii prout eſt in officium naturæ: tamen eſt de prima intentione ipſius prout eſt ſacramētum eccleſiæ: & ideo ex quo inſtitutum eſt ut ſit eccleſiæ ſacramentum, manēte tali inſtitutione non poteſt ſub diſpenſationē cadere, niſi forte ſecundo modo diſpenſationis. Secundus autem modus diſpenſationis eſt modus quo diſpenſauit cum Abraham ut occideret filium ſuum Iſaac, ut patet ex corpore quæ-

C ſtiunculæ citatæ.

¶ Liber autem in præſentia explicare nuptias iſtas inter Chriſtum & eccleſiam, per matrimoniū ſignificatas. Deus pater Chriſto quem regenerationis humanæ parentem eſſe uoluit, nuptias præordinauit quas in Adæ & Euæ matrimonio in paradiſo expreſſit: & velut deſponſatione & promiſſione inchoauit. Harum nuptiarum Salomon poſtea in epithalamio in Canticis Canticorum meminit: & idcirco nuptias appetentem ſponſam introducit, & exordientem his uerbis: Oſculetur me oſculo oris

D ſui. Oſeas vero cap. 2. introducit ſponſum iam ſpondentem & promittentem nuptias & dicentem, Deſponſabo te mihi in ſempiternum, &c. Poſtea vero poſtquam venit huius plenitudo temporis, Baptiſta huius coniugii ſacerrimus paranimphus teſtatur iam celebratas nuptias in Chriſti incarnatione, inquiens Ioannis 3. Qui habet ſponſam ſponſus eſt, amicus autem ſponſi qui ſtat & audit, cum gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Tandem matrimonium hoc conſummatum eſt in cruciſ thalamo, quando ex Chriſti iam dormientis & demortui latere vxorem eccleſiam indiſſolubili vin-

Oſeæ. 2.

Ioan. 3.

culo veluti vnam cum eo carnem perpetuo adhæſuram Deus pater formauit & copulauit, quod & Ioannes Euãgeliſta ſignificauit capit. 10. inquiens, Sciens Ieſus quia omnia conſummata ſunt dixit, Sitio: Paucis interiectis verbis dixit Chriſtus, Conſummatum eſt, & inclinato capite, tradidit ſpiritum. Et paulò poſt. Ad Ieſum autem cum veniſſent: quocirca idem Euãgeliſta Apocaly. capit. 19. non iam futurarum vt Salomon, ſed præſentiarum nuptiarum decantat epithalamium inquiens. Gaudeamus & exultemus & demus gloriam Deo, quia uenerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe: & datum eſt ſibi vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. Hanc itaque coniunctionem ſignificauit olim Deus in paradiſo per matrimonium primorum parentum, tanquam per ſignum ſpeculatiuum, & Chriſtus in Euangelio tanquam per ſignum religioſum & practicum, per matrimonii ſacramentum.

Ioã. 19.

Apo. 19

¶ Vltimo probatur concluſio. Chriſtus Dominus in Euangelio nullum ſuperaddidit præceptum legi naturali præter præceptum fidei ſacramentorum, ut ſæpe dictum eſt: ſed matrimonium in Euangelico eſt magis indiſſolubile, quam antea eſſet, aut ex lege naturæ aut ex inſtitutione Dei in paradiſo, vt dictum eſt in præcedenti cõcluſione, ergo hæc inſeparabilitas maior quæ eſt in Euangelio pertinet ad rationem ſacramenti. Itaque ex ratione ſacramenti habet maiorem firmitatem & indiſſolubilitatem.

¶ Aduertendum tamen eſt, quod gratia non deſtruit naturam, ſed perficit illam, vt eſt commune proloquium Theologorum: & ita indiſſolubilitas naturalis quæ eſt in matrimonio in lege gratiæ, & per legem gratiæ perficitur. Et ſicut dicere ſolemus, quod inferiora ex coniunctione ad ſuperiora maxime perficiuntur in ſe ipſis, vt phantaſia in homine perficitur maxime ex coniunctione ad intellectum. ſic lex naturalis de indiſſolubilitate matrimonii ex coniunctione ad legem gratiæ & ad rationem ſacramenti, maxime perficitur. Et ita ſicut hæc propoſitio, Deus eſt, ex natura ſua habet aliquam certitudinem naturalẽ, ex fide vero hæc certitudo maxime confirmatur, & perficitur, & ita in homine

A Chriſtiano hæc propoſitio habet maiorem certitudinem quam naturalem, ita matrimonium ex natura ſua habet indiſſolubilitatem, ex lege vero gratiæ hæc indiſſolubilitas maxime confirmatur: Et ita inter baptizatos matrimonium habet maiorem indiſſolubilitatem quam inter alios. Itaque matrimonium in lege gratiæ ueluti habet duplicem indiſſolubilitatem, aliam quidem pertinentem ad ordinem naturæ, aliã uero magis eleuatam ſpectantem ad ordinem eleuatum gratiæ conuenientem ratione ſacramenti. & ſignificationis illius.

B Vel poſſumus dicere quod habet indiſſolubilitatem veluti duplicis rationis & ordinis: ſicut quando concurrunt duæ cauſæ diuerſæ rationis ad effectũ, ut in exemplo poſito ad certitudinem & firmitatem illius propoſitionis, Deus eſt. in philoſopho Chriſtiano concurrunt lumen naturale & lumen fidei, quæ ſunt cauſæ diuerſæ rationis.

¶ Ad primum argumentum reſpondetur, quod vt conſtat ex dictis in quæſtione 62. articulo quinto, matrimonium non diſſoluitur propter fornicationem alterius coniugis quantum ad uinculum: &
C ita negatur antecedens. Ad probationem vero antecedentis ex illo loco Chriſti Domini, iam conſtat quid dicendum ſit ex eodem loco.

Quæſt. 65. ar. 5.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod matrimonium ratum quod nondum eſt conſummatum, diſſoluitur quantum ad vinculum per ſolennem profeſſionem religionis, ut dictum eſt ſupra quæſtione 61. articulo 2. diſſoluitur tamen ex diſpenſatione Chriſti, vt dictum eſt ibidem: & ita non ſequitur quod matrimo-
D nium ex natura ſua ſit diſſolubile, uel ex lege gratiæ.

¶ Ad tertium argumentum dubium eſt an Summus Pontifex poſſit diſſoluere matrimonium quantum ad uinculum. De hoc tamen dicetur in articulo ſequenti.

¶ Ad quartum argumentum dictum eſt ſupra quæſtione 59. quod matrimonium in illo caſu diſſoluitur quantum ad uinculum per diſpenſationem Chriſti diſpenſantis in lege de indiſſolubilitate matrimonii: & ita matrimonium ex lege naturæ & ex lege gratiæ non habet quod ſit diſſolubile.

A R-

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum potuerit eſſe licitum per diſpenſationem uxorem dimittere.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod vxorem dimittere per diſpenſationem eſſe licitum non potuerit. Illud enim quod eſt in matrimonio contra bonum prolis, eſt contra præcepta legis naturæ quæ indiſſolubilia ſunt: ſed dimiſſio uxoris eſt huiuſmodi, vt ex dictis patet, ergo, &c.

¶ 2 Præterea. Concubina differt ab vxore præcipuè in hoc quod non eſt inſeparabiliter iuncta: ſed habere concubinas fuit indiſpenſabile: ergo & dimittere vxorem.

¶ 3 Præterea Homines ita ſunt modo receptibiles diſpenſationis, ſicut fuerunt olim: ſed modo non poteſt diſpenſari cum aliquo, vt vxorem dimittat: ergo nec olim.

SED contra. Agar. cognita eſt ab Abraham vxorio affectu, vt dictũ eſt: ſed ipſe eam præcepto diuino eiecit & non peccauit: ergo potuit per diſpenſationem fieri licitum quod homo vxorem dimitteret.

Quæſt. 65. ar. 5.

RESPONDEO dicendum, quod diſpenſatio in præceptis præcipue quæ ſunt aliquo modo legis naturæ, eſt ſicut mutatio curſus naturalis rei, qui quidem mutari dupliciter poteſt. Vno mõ ex aliqua cauſa naturali per quã alia cauſa naturalis impeditur à curſu ſuo ſicut eſt in omnibus quæ in minori parte caſualiter accidunt in natura: ſed per hunc motum non variatur curſus rerum naturalium quæ ſunt ſemper, ſed quæ ſunt frequenter. Alio modo per cauſam penitus ſupernaturalem, ſicut in miraculis accidit. Sed hoc modo poteſt mutari curſus naturalis non ſolum qui eſt ordinatus, ut ſit frequenter, ſed qui eſt ordinatus etiam vt ſit ſemper: vt

A *patet in ſtatione ſolis tempore Ioſue: & reditu eius tempore Ezechiæ & de eclipſi miraculoſa tempore paſſionis Chriſti. Hæc etiam eſt ratio diſpenſationis in præceptis legis naturæ. quando eſt in cauſis inferioribus: & ſic diſpenſatio cadere poteſt ſupra ſecunda præcepta legis naturæ, non autem ſupra prima, quia illa ſunt quaſi ſemper exiſtentia, vt dictum eſt de pluralitate vxorum, & huiuſmodi. Aliquando autem eſt tantum in cauſis ſuperioribus. & tunc*
B *poteſt diſpenſatio eſſe diuinitus, etiam contra prima præcepta legis naturæ, ratione alicuius myſterij diuini ſignificandi vel oſtendendi: ſicut patet de diſpenſato præcepto Abrahæ facto de occiſione filij innocentis: tales autem diſpenſationes non fiunt communiter ad omnes, ſed ad aliquas ſingulares perſonas: ſicut &̃ et in miraculis accidit. Si ergo inſeparabilitas matrimonij inter prima præcepta legis naturæ contineatur, ſolum hoc ſecundo modo ſub diſpenſationẽ cadere*
C *potuit. Si autem ſit inter ſecunda præcepta legis naturę etiam primo modo cadere potuit ſub diſpenſationẽ. Videtur autem magis inter ſecundá præcepta legis naturę contineri. Inſeparabilitas. n. matrimonij non ordinatur ad prolis bonũ quod eſt principalis matrimonij finis, niſi quantum ad hoc quod per parentes filijs prouideri debet in totam vitam per debitam præparationem eorum quę ſunt neceſſaria in vita, huiuſmodi autem præparatio nõ eſt de pri*
D *ma intentione naturę, ſecundum quam omnia ſunt communia. Et ideo non videtur eſſe contra primam intentionem naturę dimiſſio uxoris, & per conſequens nec contra prima pręcepta, ſed contra ſecunda legis naturę: vnde etiam primo modo ſub diſpenſationẽ videtur poſſe cadere.*

AD primum ergo dicendum, quod in bono prolis ſecundum quod eſt de prima intentione naturæ, intelligitur procreatio. & nutritio, quouſque proles ad perfectam ætatem ducatur: ſed

quod ei prouideatur in poſterum per hareditatis & aliorum bonorum dimiſſionem, videtur pertinere ad ſecundum legis natura praceptum.

AD ſecundum dicendum, quod habere concubinam eſt contra bonum prolis, quantum ad id quod natura in eo in prima intentione intendit: ſcilicet educationem & inſtructionem, qua requirit diuturnam commanſionem parentum, quod non eſt in concubina que ad tempus aſſumitur, & ideo non eſt ſimile, tamen quantum ad ſecundam intentionem etiam habere concubinam ſub diſpenſatione cadere poteſt: ut patet. Oſea 1.

AD tertium dicendum, quod inſeparabilitas, quamuis ſit de ſecunda intetione matrimonij, prout eſt in officium natura, eſt tamen de prima intentione ipſius prout eſt ſacramentum eccleſia: & ideo ex quo inſtitutum eſt, ni ſit eccleſia ſacramentum manente tali inſtitutione, non poteſt ſub tali diſpenſatione cadere, niſi forte ſecundo modo diſpenſationis.

SVMMA ARTICVLI.

SVppouit D. Tho. quòd diſpenſatio in præceptis legis naturæ eſt ſicut mutatio curſus naturalis; qui quidem curſus dupliciter mutari poteſt. Primo modo per aliam cauſam naturalem vt accidit in his quæ ut plurimum contingunt: alio modo per cauſam penitus ſupernaturalem, vt contingit in miraculis.

¶Prima concluſio. Si inſeparabilitas matrimonij inter prima præcepta legis naturæ contineatur, ſolum ſecundo modo ſub diſpenſatione cadere potuit: ſi autem ſit inter ſecunda præcepta legis naturæ, etiam primo modo cadere potuit ſub diſpenſatione.

¶Secunda concluſio. Magis videtur inter ſecunda præcepta legis naturæ contineri: nam inſeparabilitas matrimonii pertinet non ad bonum prolis, niſi quantum ad hoc quod per parentes filijs prouideri dēt per debitam præparationem eorum quæ ſunt

A neceſſaria in uita: quæ quidem præparatio non eſt de prima intentione naturæ, unde etiam primo modo ſub diſpenſatione uidetur poſſe cadere.

PRimum dubium in hoc articulo eſt. Vtrum Summus Pontifex poſſit diſpenſare in matrimonio. Quæ quæſtio poteſt diſputari de rato, & conſummato, & in præſenti diſputanda eſt de matrimonio rato, & per ea quæ dicta fuerint de rato, dicemus etiam de matrimonio conſummato.

¶Pro parte affirmatiua arguitur primo,
B ex ratione ſacramenti & euangelicæ legis.
Nam Chriſtus Dominus Matthæi 19. nō Matth.
prius dixit quod Deus coniunxit homo 19. Ad
non ſeparet, & ad Ephesios 5. Apoſtolus Eph. 5.
non prius dixit matrimonium eſſe ſacramentum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ quam præmiſiſſent Chriſtus & Apoſtolus, erunt duo in carne una, ubi ſignatur matrimonium conſummatum, ergo non obſtante ratione ſacramēti & euāgelica lege, homo poteſt diſpenſare ſuper matrimonio rato. Confirmatur: Alexander III.
in capitulo ex publico, de conuerſione con c. ex pu
C iugatorum, docet, illud teſtimonium quod blico. de
Deus coniunxit homo non ſeparet, debere conuer-
intelligi de matrimonio conſummato, er- ſione cō
go matrimonium ratum non conſumma- iugato-
tum ſeparari poteſt per hominem & per rum.
Summum Pontificem, & Leo Papa ut re- c. cū ſo-
fertur capitulo cum ſocietas, 27. quæſtione cietas. d.
ſecunda ſic ait. Societas nuptialis ſic eſt à 27. q. 2.
principio inſtituta, ut præter commiſſionem ſexuum non habeant in ſe nuptiæ coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum: ergo matrimonium ratum non conſummatum non eſt ſignum coniunctionis
D Chriſti & Eccleſiæ. Et Diuus Thomas in 4. diſtinctione vigeſima ſeptima quæſtione ſecunda, articulo 3. ad primum & tertium uidetur hoc ſignificare cum dicit, quod matrimonium ratum eſt ſolubile per ingreſſum religionis quia ſignificat coniunctionem ſpiritualem Chriſti cum anima, quæ diſſolui poteſt. Quod ſi quis dicat quod matrimonium ratum eſt indiſſolubile quia ſignificat cōiunctionem Chriſti cum Eccleſia, quæ diſſolubilis eſt, contra.

¶Secundo arguitur. Matrimonium ratum non conſummatum non ſignificat coniunctionem Chriſti cum Eccleſia, ergo ex

hac parte non habet indiſſolubilitatem. Conſequentia patet. Antecedens probatur. Nam ratio bigamiæ poſita eſt in hoc quod ſacramentum coniunctionis Chriſti cum Eccleſia iteratur: at ſi quis etiã iteret matrimonium ratum non conſummatum non incurrit bigamiam, ergo. Maior probabitur infra, minor vero diffinita eſt, in capitulo debitum. de bigamis non ordinandis.

¶ Tertio arguitur ex vſu eccleſiæ Romanæ. Nam Papa ſæpe diſpenſauit in matrimonio rato nondum conſummato, vſus vero eccleſiæ fundatur in veritate. Quod vero Papa diſpenſauerit referunt aliqui authores. Diuus Antoninus dicit ſe vidiſſe diſpenſationes factas à Martino Quinto, & Eugenio IIII. de matrimonio rato non conſummato, & Caietanus dicit quod iſtæ diſpenſationes factæ ſunt ſuo tempore, & Nauarro ait quod ad ſui petitionem factæ ſunt pluſquam quatuor diſpẽſationes, ergo.

¶ Quarto arguitur. Papa poteſt diſpenſare in voto ſolenni religionis, ergo à fortiori poteſt diſpenſare in matrimonio rato & non conſummato. Conſequentia patet, nã vinculum voti ſolennis fortius eſt quã vinculum matrimonii rati nondum conſummati, ſiquidem matrimonium ratum nondum conſummatum diſſoluitur per votum ſolenne religionis. Antecedens probatur, tum ex vſu, quoniam ſummus Pontifex diſpenſauit aliquando in voto ſolenni religionis, & eſt probabilis ſententia multorum Theologorum quod Papa poteſt diſpenſare in tali voto. Et hæc argumenta à fortiori, probant quòd Papa poteſt diſpenſare in matrimonio inter fideles quod non eſt ſacramentum, ſi aliquod eſt ſaltem ſecundum probabilem ſententiam: imo videntur probare quòd Papa poteſt diſpenſare in matrimonio rato, & conſummato. Nam matrimonium ratum, & conſummatum ſunt eiuſdem ſpeciei, & ſolum differunt penes perfectionem accidentalem: indiſſolubilitas vero ſaltem eſt propria paſſio matrimonii, vt ſupra diximus, & ita ſequitur naturam ſpeciei, ergo.

¶ In oppoſitum eſt. Nam ſuprà diffinitum eſt matrimonium eſſe indiſſolubile ex natura ſua, etiam ante euangelium, & multo magis poſt: at vero ſi matrimoniũ

A poſſet diſſolui authoritate Papæ, non eſſet indiſſolubile ex natura rei, nec ex lege euãgelica: ſiquidem Papa non poteſt diſpenſare in lege naturali, nec in lege euangelica, ergo.

¶ Prima ſententia eſt extrema quod Papa poteſt diſpenſare in matrimonio rato, & conſummato. Hoc tenent quidam Iuriſperiti quos refert Couarruuias 4. Decretalium parte ſecunda, capite ſeptimo, numero 15.

¶ Secunda ſententia eſt extrema, quod Papa in nullo poteſt diſpenſare matrimonio, neque conſummato neque rato tantũ,
B & hęc eſt communis inter Theologos cum Magiſtro in 4. diſtinctione 27. Syluestro verbo diuortium, quæſtione 4. D. Antoni. 3. parte titulo, 1. capite 21. §. 3. Turrecremat. Canone ſunt qui 27. quæſtione 2. Soto libro 7. de iuſtitia & iure. quæſt. 3. art. 5. Couarru. loco citato.

¶ Tertia ſententia eſt media, quod Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio rato & conſummato (in qua parte conueniunt omnes Theologi, & Iuriſperiti) poteſt tamen diſpenſare in rato, & non conſummato: & in hoc conueniunt Iuriſperiti, gloſſ.
C in cap. ex publico, vbi fere omnes Iuriſperiti. Nauarro in Enchiridion. cap. 2. numero 21. inter Theologos Caietanus in Opuſculo 27. quæſtionum. quæſtione 25. & in Reſponſione ad articulos Pariſienſes, Ambroſius Catherinus lib. 6. contra Caietan. c. 3. imo Caietanus locis citatis dicit, quòd ad diſpenſandum in matrimonio rato eſt ſufficiens cauſa diſcordia inter coniuges ſine ſpe remedii cum conſenſu coniugum. Item in Additionibus ad tertiam partem, quæſito primo de ſacramento matrimonii
D inquit Caietanus, facilius diſſolui poſſe authoritate Apoſtolica de conſenſu partium matrimonium per procuratores contractum, quam per coniuges: quoniam illud matrimonium non habet rationem ſacramenti.

¶ Prima concluſio. Error eſt in fide, dicere quod Papa poteſt diſpenſare in matrimonio rato, & conſummato. Hanc concluſionem probant argumenta in oppoſitum & ea quæ adducta ſunt ad probandam indiſſolubilitatem matrimonii, vt aliquid de fide. Ex quibus ſic arguitur. Matrimonium ſecundum fidem eſt indiſſolubile ex lege

Euangelica, ſed excipere à lege, & regula Euangelica aliquem caſum ſine reuelatione, vel ſufficienti teſtimonio eſt error in fide, ergo. Probatur conſequentia, quia non eſt authoritas aliqua neque ſufficiens teſtimonium ad excipiendum hunc caſum: imo authoritas omnium Pontificum eſt in oppoſitum in vſu, quoniam hactenus nũquã diſpenſauerunt in tali matrimonio, & diffinitiones Pontificum ſupra adductæ ſunt pro nobis.

¶ Secunda concluſio. Summus Pontifex non poteſt diſpenſare in matrimonio rato etiam non conſummato. Hæc concluſio ꝓbatur primo argumento pro prima concluſione. Nam matrimonium conſummatum & matrimonium ratum tantum, ſunt eiuſdem naturæ & ſpeciei, ergo argumẽta quæ probant quod Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio conſummato, probãt, quod neque in rato tantum. Secundo probatur. Nam vſque ad tempora Martini, nũquam audita eſt talis diſpenſatio, cum tamen in præteritis temporibus fuerint multa matrimonia maxime odioſa. Imo poſt tempora Martini.V. multi Pontifices ſanctiſſimi nõ ſunt auſi diſpenſare in matrimonio rato: & ita Innocẽtius VIII. Reſpõdit cuidã Principi non poſſe diſpenſare in matrimonio rato, vt refert Panor. in cap. ex publico. & Adrianus VI. Vir doctiſſimus, noluit concedere talem diſpenſationem, dicens ſe non poſſe. & ſimiliter Pius V. Tertio, Summus Pontifex non poteſt diſpenſare in uoto ſolenni religionis, vt diffinitur à Thomiſtis. 2.2. quæſtione. 88. articulo. 11. ergo nec in matrimonio rato. Probatur conſequentia. Nam ſicut in uoto ſolenni fit traditio Deo ſic in matrimonio rato fit traditio coniugi. Quod ſi quis dicat quod eſt magna differẽtia, quoniam altera eſt traditio facta Deo, altero vero homini. Nihilominus probatur fortiſſimè conſequentia. Nam per uotum ſolenne religioſus conſecratur Deo, & fit quædam res eccleſiaſtica & ſacrata, Papa uero cũ ſit Dei vicarius in terra poteſt circa res Deo ſacratas diſpẽſare: traditio uero quæ fit in matrimonio eſt quædam res naturalis, facta alteri homini, ergo Papa non poteſt tam facile diſpenſare in matrimonio ſicut in uoto: ſicut non poteſt res laicas & facultates laicorum ita facile diſpenſare ſicut res eccleſiaſticorum: Et ita certius vide

A tur conſequens quã antecedens licet, vtrũque ſit certum.

¶ Quarto. Summus Pontifex non poteſt diſpenſare in poligamia, neque ante matrimonium conſummatum neque poſt, ut omnes Doctores cõcedunt, ergo multo minus poterit diſpenſare in indiſſolubilitate matrimonii. Probatur conſequentia. Quia diſſolutio matrimonij quãtum ad uinculum, maiorem repugnantiam habet cum natura & fine matrimonii ut ſupra diffinitum eſt quam poligamia: item magis repugnat cũ ratione ſacramenti quam poligamia, ergo.

B ¶ Vltimo. Summus Pontifex non poteſt diſſoluere tale matrimonium authoritate humana neque diuina, ergo nullo modo. Prima pars probatur. Quoniam aliàs, princeps ſecularis poſſet diſſoluere matrimonia rata nondum conſummata. Quod non authoritate diuina, probatur, quia alias ſine conſenſu partium poſſet Papa diſſoluere matrimonium, nam fit authoritate diuina, ſicut authoritate diuina diſſoluitur matrimonium per ingreſſum religionis ſine conſenſu partium.

C ¶ Tertia cõncluſio. Summus Pontifex non poteſt diſpenſare in matrimonio rato & non conſummato etiam ſi non habeat rationem ſacramenti. v. g. non poteſt diſpenſare in matrimonio contracto per procuratores etiam ſi non habet rationem ſacramenti. ſecundum probabilem ſententiam. Probatur concluſio primo argumentis pro ſecunda concluſione Secundo. Nam hoc matrimonium etiam ſi non ſit ſacramẽtum, eſt ratum, nam matrimonium habet quod ſit ratum ex eo tantũ quod eſt inter fideles baptizatos: quod patet, nam ſi infideles conuertantur ad fidem & baptizentur, eo ipſo matrimonium ipſorum fit ratum, ſed in matrimonio rato non poteſt Papa diſpenſare, ergo.

D ¶ Aduertendum tamẽ eſt circa ſecundam & tertiam concluſionẽ, quod oppoſitum illarum non eſt error aut temeritas, eſt tamen aliquid improbabile, vt patet, nam dicitur ſine ratione. Quod nõ ſit error nec temeritas, patet, nã loca ſacræ Scripturæ quæ adducuntur pro indiſſolubilitate matrimonii intelligi poſſunt de con ſummato tantum, quantum ad omnẽ modum indiſſolubilitatis: de non conſummato uero per cauſas naturales, vt per fornicationem, per moleſtam cohabitationem, per hæreſim,

hæreſim, &c. Cæterum per cauſas naturales, & præcipuè authoritate diuina, per quam Papa diſpenſat, diſſolui poteſt matrimonium. A

¶ Ad primum argumentum reſpondetur ut iam ſupra diximus, quòd illud teſtimonium Matthæi 19. Quod Deus, &c. intelligitur non ſolum de conſummato, uerum etiam de matrimonio rato tantum: & etiam de matrimonio in ratione ſacramenti. Ad teſtimonium Alexand. reſpondetur, quod licet Cano. libro 3. de locis capit. 4. & Soto in 4. diſtinctione 27. quæſtione 1. articulo 4. afferant illud teſtimonium B ut à nobis citatum eſt, tamen reuera non explicat Alexand. niſi illud Matth. 5. Omnis qui dimiſerit uxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, mœchatur: quod dicit eſſe intelligendum de matrimonio rato & conſummato, nam quod non eſt conſummatum, per ingreſſum religionis dirimitur. Ad Leonem reſpondetur quod citatur male à Gratiano, ut patet ex epiſtola 90. eiuſdem, unde deſumitur textus ille, ubi aperte fauet noſtræ ſententiæ. Ad Diuum Thomam reſpondetur, illam eſſe bonam congruentiam ad propoſitum, de quo dice- C mus infra. Nam inter omnes coniunctiones uerbi quæ per hoc ſacramentum ſignantur ſola cõiunctio uerbi cum anima fideli diſſoluitur: tamen hæc coniunctio ſi ſecundum propriam rationem conſideretur, non eſt minus indiſſolubilis quam coniunctio animæ cum corpore. Nam ſicut illa unio non diſſoluitur niſi per mortem corporalem, ita hęc non diſſoluitur niſi per mortem ſpiritualem: ad aſſerendam uero indiſſolubilitatem matrimonii ſimpliciter loquẽdo, ſufficit quod matrimonium non diſſoluatur D niſi per mortem corporalem.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quod bigamia introducta eſt iure poſitiuo tantum & ita licet vtrumque matrimonium conſummatum, non conſummatum, ſignificet coniunctionem Chriſti cum Eccleſia: potuit tamen Eccleſia ſtatuere quod ille qui conſummaret matrimonium, eſſet bigamus irregularis: non uero qui non conſummauit matrimonium. Huius rei poteſt eſſe congruentia, quia matrimonium ratum nondum conſummatum non habet tam perfectam ſignificationem illius coniunctionis.

¶ Ad tertium reſpondetur primo, quod multo plures fuerunt Pontifices qui non ſunt auſi concedere tales diſpenſationes. Secundo reſpondetur, quod ex facto Pontificum in aliquibus caſibus particularibus non ſumitur efficax argumentum.

¶ Ad ultimum reſpondetur, primo negando antecedens. Secundo reſpondetur, negando conſequentiam, propter rationem adductam in ſecundo argumento pro ſecunda concluſione. Et ad probationem reſpondetur, quod quando uincula ſunt eiuſdem rationis, qui poteſt in fortius poteſt in minus forte: in præſentia uero uincula non ſunt eiuſdem rationis, quia uinculũ uoti pertinet ad res eccleſiaſticas, uinculum uero matrimonii pertinet ad politiam ſæcularem. Ad confirmationem negatur antecedens, de quo dicemus inf.

SEcundum dubium in hoc articulo eſt, Vtrum matrimonium vt eſt in officium naturæ, quòd diximus eſſe indiſſolubile ex natura ſua, diſſolui poſſit aliqua de cauſa? Pro parte negatiua arguitur primò. Vinculum matrimonii eſt indiſſolubile ex natura ſua, id autem quod eſt indiſſolubile ex natura ſua nulla de cauſa poteſt diſſolui, ergo. Si dicas quòd licet vinculum matrimonii ſit indiſſolubile ex natura rei, poteſt tamen diſſolui à Deo etiam vt authore naturæ, ſicut quilibet alius legiſlator poteſt diſſoluere vinculum ſuarum legum. Contra. Indiſſolubilitas matrimonij continet in ſuo genere intentionem primariam naturæ, & etiam legiſlatoris: ſed in præceptis quæ continent talem intentionem non poteſt eſſe diſpenſatio, ergo. Maior patet. Nam prima intentio matrimonii eſt, quod non fiat iniuria proli, nam primarius finis matrimonij eſt debita prolis generatio, & procreatio: hæc autem intentio eſt prima reſpectu legiſlatoris & naturæ. Minor uero eſt expreſſa Diui Thomæ Prima Secundæ, quæſtio. 100. articulo 8. & conſtat in illis uniuerſaliſſimis præceptis, bonum eſt faciendum, malum eſt fugiendum, nulli facienda eſt iniuria, in quibus non poteſt eſſe diſpenſatio etiam à Deo. Quod ſi dicas cum Diuo Thoma in 4. diſtinctione 33. quæſtione 2. articulo 2. quæſtiuncula 1. in corpore, & ad primum, quòd debita prolis inſtitutio vſque ad ætatem perfectam,

fectam, pertinet ad primariam naturæ intentionem: cæterũ quòd prouideatur proli in poſterum theſaurizando illi, & prouidendo de hæreditate pertinet ad ſecundariam intentionem naturæ: ac ſubinde poteſt eſſe diſpenſatio in vinculo indiſſolubili matrimonii. Contra. Saltem ſequitur ex hoc, quòd Deus non poſſit diſpenſare ſuper indiſſolubilitate matrimonii ante quam proles perfectè inſtituatur. Conſequens eſt falſum: ergo. Sequela probatur. Nam tunc pertinet ad ſecundariam intentionem naturæ. Minor vero patet. Nam matrimonium etiam conſummatum infidelium diſſoluitur per conuerſionem alterius ad fidem, quando alter non vult cohabitare ſine contumelia creatoris: imo multi dicunt, quòd per libellum repudij quòd conceſſit Moſes diſſoluebatur matrimonium quantum ad vinculum quocunque tempore concedebatur.

¶ Secundò. Fornicatio nulla ratione et diuina authoritate poteſt fieri licita, eo quòd aduerſatur educationi, & inſtitutioni prolis, qui eſt primarius finis matrimonii: ſed diſſolutio matrimonii etiam aduerſatur debitæ inſtitutioni, & educationi prolis: ergo etiam eſt indiſpenſabile. Maior diffinita eſt in principio huius tituli. Minor vero conſtat ex diffinitis quæſtione præcedenti.

¶ Tertiò. Si matrimonium authoritate aliqua aut ratione diſſolui poſſet, maxime ex uoluntate contrahentium, vel ex voluntate principis, & legiſlatoris, ſed ex voluntate horum non poteſt diſſolui: ergo. Minor patet ex ſupra dictis, nam iſte contractus ordinatur ad bonum naturæ, non ad bonum contrahẽtium. Maior vero patet. Omnis contractus qui aliqua authoritate diſſolui poteſt, diſſoluitur ex aliqua cauſa iſtarum, vt patet: ergo.

¶ Vltimò arguitur ad probandum quod Deus, ut author naturæ, & propter cauſam naturalem non poſſit diſpenſare in indiſſolubilitate matrimonii. Quia aliàs ſequitur, quòd matrimonium ex natura ſit diſſolubile. Conſequens eſt falſum: ergo. Sequela probatur. Nam matrimonium ſtando intra ordinem naturę, habet cauſam ſuę diſſolutionis: ergo ſtando inter ordinem naturæ non eſt indiſſolubile: nam ſi anima rationalis uel Angelus intra ordinem naturæ haberent cauſam ſuæ corruptionis, non eſſent incorruptibiles ex natura rei.

¶ In oppoſitum eſt primò Iuriſconſultorum authoritas, titulo de diuortiis, quæ authoritas vſu, & conſuetudine omnium gentium approbata eſt. Item authoritas Iuſtiniani Cæſaris in C. titulo de repudiis.

¶ Secundò. Nam Abraham Geneſis 22. dimiſit Agar vxorem ſuam, non ſolum quantum ad cohabitationem, ſed etiam quantum ad vinculum, vt dicit Diuus Thomas queſtiuncula citata in argumẽto. Sed contra, & ita communiter tenent Scholaſtici. Imo aliqui dicunt, quòd Moyſes repudiauit vxorem ſuam Aethiopiſſam. Et denique Deuteronomii 24. Moyſes tulit legem de repudiis, pro toto populo Iudęorum, & Diuus Thomas in 4. diſtinctione 23. quæſtione ſecunda, articulo 2. quæſtiuncula 1. dicit, matrimonium diſſolui poſſe etiam quantum ad vinculum per cauſas naturales. Gen. 22

¶ In hac difficultate ſunt uariæ ſententiæ inter Doctores. Quidam aſſerũt, quòd matrimonium ex natura ſua eſt diſſolubile: & ita facile admittunt quòd per cauſas naturales diſſolui poteſt. Iſti ſunt Iuriſperiti citati, & reſpublicæ, quæ ſubduntur legibus horum Iuriſperitorum: imo aliqui dicebant Summum Pontificem poſſe diſpenſare in matrimonio etiam conſummato, ꝙ falſum eſt, vt infra dicemus.

¶ Alij vero authores dicunt, quòd matrimonium, vt eſt in officium naturæ eſt diſſolubile ex natura ſua. Ita tenet Burgenſis Deuteronomii 24 additione 2. & Matthæi 19. additione 1. Caietanus opuſc. 27. quæſtionum, quæſtione 25. Et hanc ſententiã ſequuti ſunt multi hæretici tempore Montani qui aſſeruerũt, quod matrimonium poteſt diſſolui per voluntatem contrahentium, ſicut & quilibet alius contractus.

¶ Secunda ſententia eſt aliquorum modernorum aſſerentium, ꝙ matrimoniũ non eſt indiſſolubile ex natura ſua, ſed ex Chriſti ordinatione, quæ ordinatio habet Matthæi 19. cum Chriſtus dicit: Quod Deus coniunxit, &c. Et ita conſequenter aſſerũt, ꝙ ante legem Euangelicam matrimonium poterat diſſolui per cauſas naturales, & per voluntatem principum, & legiſlatorum: cæterum poſt legem Euangelicam matri-

monia

monia etiam infidelium dicunt eſſe indiſſolubilia. Itaque ſi aliquis infidelis ante Euangelium repudiaret uxorē iuxta leges datas de repudiis, matrimonium diſſolueretur etiam quantum ad vinculum: poſt Euangelium vero minime. Hanc ſententiam tenet Abulenſis Matth. 19. queſt. 47. & quidam alij.

¶ Tertia ſententia communis eſt, ꝙ matrimonium ex natura ſua eſt indiſſolubile: poteſt tamen diſſolui a Deo. De qua re vide interpretes ſacræ Scripturæ Deut. 24. & Matth. 19. & Scholaſticos in 4. diſt. 33. aliqui vero ex his authorib. videntur dicere, quod matrimonium non poteſt diſſolui, nec ab ipſo Deo.

¶ Prima concluſio. Certum eſt ſecundū fidem quod matrimonium poteſt diſſolui a Deo quantum ad vinculum propter cauſas ſupernaturales, ſcilicet, propter bonum fidei Chriſtianę, aut propter bonum religionis, & propter bonum perfectionis Euangelicæ. Itaque ſecundum illam rationem Deus, vt eſt author ſupernaturalium, poteſt diſſoluere matrimonium ſupra naturam, non contra naturam: ſicut quando reſuſcitat mortuum facit ſupra naturā, & non contra. Hæc concluſio probatur primo argumentis factis in oppoſitum, quæ deſumuntur ex facto Abrahæ & Moyſi, qui dimiſerunt vxores ſuas authoritate diuina: & illud factum eſt ad ſignificandum, quod Deus deberet repudiare ſynagogam. Et ita illa ſententia, quæ dicit quod Agar dimiſſa eſt quātum ad uinculum, ſatis probabilis eſt: ergo.

¶ Secundo probatur concluſio. Fides eſt, quod ſi infidelis coniux conuertatur ad fidem, & alter nolit cohabitare cum illo ſine contumelia creatoris: diſſoluitur matrimonium authoritate diuina quantum ad uinculum, propter bonum fidei Chriſtianæ quod eſt ſupernaturale, ut dicit Auguſtinus de fide & operibus, capitulo 16. & refertur in capitulo vxor legitima 28. q. prima, idem dicit Ambroſius 1. Corinthiorum 7. cuius verba referuntur ſub nomine Greg. cap. ſi infidelis. 28. quæſt. 2. & idē dicit Innocen. III. in cap. quanto. & cap. gaudemus. de diuortiis; ergo. Confirmatur ex vſu vniuerſali totius eccleſiæ; ita enim tenet vniuerſalis Eccleſia, & ita facit: ergo.

ca. vxor legiti- ma. 28. q. 1. c. ſi infi delis. 28. q. 2.

A ¶ Tertio probatur concluſio. Matrimonium ratum nondū conſummatum, etiam ſi ſit ſacramentum, ſecundum fidem dirimitur per ſolennem profeſſionem religionis alterius coniugis, vt eſt certum in Eccleſia, & id diffinitur expreſſè in Concilio Tridentino Seſſione 24. de ſacramento matrimonij, capitulo 5. ergo multo magis matrimonium, ut eſt in officium naturæ diſſolui poteſt per cauſas ſupernaturales. Probatur conſequentia. Nam vt infra dicemus, matrimonium in ratione ſacramenti aliquam maiorem firmitatem, & in-B diſſolubilitatem habet, quam in officium naturæ. Quod ſi dicas quod hæc argumenta conuincunt de matrimonio rato non vero de conſummato. Contra arguitur. Nam ſecundum argumentum factum pro cōcluſione de vtroque matrimonio procedit. Et confirmatur. Nam matrimonium ante conſummationem, & poſt conſummationem eſt eiuſdem ſpeciei, & eiuſdem naturæ: ergo ſi ante poteſt diſſolui a Deo, poterit etiam poſt conſummationem: præcipuè propter finem ſupernaturalē, ad quem omnia naturalia tanquam ad finem ordi-C nantur.

Concil. Trid. ſeſſio. 24. ca- pit. 5.

¶ Secunda concluſio. Matrimonium diſſolui poteſt a Deo etiam propter cauſas naturales. Hæc concluſio probatur primo. Probabilis ſententia Theologorum eſt, quod per repudium quod concedebatur Iudæis diſſoluebatur matrimonium quoad vinculum, ita vt liceret vxori dimiſſæ nubere ſecundo alteri; ſed talis diſſolutio matrimonij fiebat propter cauſam naturalem; quia ſolum fiebat ne Iudæi interficerent uxores repudiatas quas exoſas habebant.

D ¶ Secundo probatur concluſio a priori. Deus poteſt diſpenſare in ſecundariis pręceptis legis naturæ, tam propter cauſas naturales, quam ſupernaturales: ſed præceptum de indiſſolubilitate matrimonii pertinet ad ſecundaria præcepta legis naturalis; ergo. Conſequentia eſt bona, maior eſt Diui Thomæ Prima Secundæ, quæſtione 100. articulo 8. Minor probatur. Nam præceptum de indiſſolubilitate matrimonii nō continet ipſam rationem iuſtitiæ, & ordinem iuſtitiæ: ſed potius eſt ſecundarium præceptum natura ſua ordinatum ad primarium pręceptum de ſeruanda iuſtitia

prolis,

Prolis, vt quidam modus particularis, & Præceptum quoddam particulare, quòd non continet rationem iuſtitiæ: ergo. Quod amplius explicabitur in ſolutione ad primum.

¶ Tertia concluſio. Nemo alius a Deo poteſt matrimonium diſſoluere. H ec concluſio colligitur apertè ex diffinitis quæſtione præcedenti, vbi diffinitum eſt, quod matrimonium iure naturali, & ex natura ſua eſt indiſſolubile, ſed in iure naturali nullus poteſt diſpenſare, niſi ſolus Deus, qui eſt author naturæ: ergo. Secundo. In pluralitate vxorum non poteſt alius a Deo diſpenſare, vt infra dicemus: ergo multo minus in indiſſolubilitate matrimonii. Probatur conſequentia. Quia magis aduerſatur matrimonio diſſolubilitas quam pluralitas vxorum, vt dictum eſt. Et ita ſerrauit Abulenſis, dicens, quod per repudia diſſoluebantur matrimonia inter Ethnicos ante Chriſtum, non uero poſt Chriſtum. Nam ſi ante aduentum Chriſti diſſoluebantur, etiam poſt aduentum Chriſti. Ratio eſt. Nam lex Euangelica nullum præceptum addit legi naturæ. Si dicas, quòd in lege Euangelica ſuperaddita ſunt præcepta ſacramentorum poſitiua, inter quæ vnum eſt de indiſſolubilitate matrimonii: dicendum eſt, quòd nulla indiſſolubilitas addita eſt matrimonio in lege Euangelica, niſi in ratione ſacramenti: inter Ethnicos vero non habet matrimonium rationem ſacramenti: & præcepta de ſacramentis non obligant, niſi illos qui baptizati ſunt. Cæterum quoniam D. Thomas in loco citato in argumento in oppoſitum uidetur procedere contra tertiam concluſionem, dicendum eſt, quod ibi Diuus Thomas tanquam certus præſupponit ex articulo præcedenti, quod indiſſolubilitas mãtrimonii eſt numeranda inter ea, quæ ſemper fiunt: ac ſubinde non poſſe mutari niſi a Deo, quod patebit legenti Diuum Thomam.

¶ Adhuc tamen dubium eſt, Vtrũ Deus, vt author naturæ poſſit diſpenſare ſuper indiſſolubilitate matrimonii.

¶ Quarta concluſio. Probabile eſt quod Deus, vt author naturæ poteſt diſpenſare ſuper indiſſolubilitate matrimonii; probabilius tamen eſt oppoſitum. Prima pars probatur. Quia ut author naturę eſt legiſlator; ergo ut author naturæ poteſt diſpenſare. Confirmatur. Quia vt dictum eſt in ſecunda concluſione, propter cauſas naturales Deus poteſt diſpenſare in indiſſolubilitate matrimonii: ergo ut author naturę. Aduertendum tamen eſt circa iſtam partem, quod ex hoc non colligitur quod matrimonium ſit diſſolubile ex natura ſua, quia diſpenſatio eſt extra legem naturæ, & extra curſum naturalem; & ita ad hoc quòd matrimonium ſit indiſſolubile ex natura ſua, ſufficit quod ſecundum legem, & ordinem naturæ ſit indiſſolubile, licet fiat diſpenſatio in caſu particulari. Secunda vero pars probatur authoritate Diui Thomę loco citato in argumento in oppoſitum, & in articulo præcedente illum articulum; vbi Diuus Thomas enumerat indiſſolubilitatem matrimonii inter ea, quæ ſemper fiunt, & mutari non poſſunt niſi per cauſam ſupernaturalem. Secundo probatur argumento quarto facto in principio. Et aduertendum eſt, quod licet Deus propter cauſas naturales poſſit diſpenſare in indiſſolubilitate matrimonii, id tamen facit ſupernaturaliter, & ut author ſupernaturalium; ſicut poteſt tollere riſibilitatem ab homine ſupernaturaliter. Nec valet conſequentia, eſt legislator ut author naturæ; ergo poteſt diſpenſare, ut author naturæ. Nam vt author naturæ eſt legiſlator præceptorum primæ tabulæ, tamen in illis non poteſt diſpenſare: & ad hoc quod verificetur quod legislator poteſt diſpenſare in ſuis legibus, ſufficit quod poſſit ſupernaturaliter, non ut author naturæ; nã idem eſt legislator.

¶ Circa omnia dicta aduertendum eſt, quod licet indiſſolubilitas ſit paſſio matrimonii, vt aliqui dicunt, non tamen poteſt ſeparari a matrimonio manente matrimonio: quia non omnis propria paſſio poteſt ſeparari a ſubiecto manente ſubiecto, ſed ſolum illa, quæ ordinatur ad actum accidentalem, ut diffinit Soto quæſt. 2. de proprio. Corruptibilitas enim eſt paſſio hominis, & incorruptibilitas paſſio Angeli, tamen nõ poſſunt ſeparari a ſubiecto manente ſubiecto. Sic indiſſolubilitas non poteſt ſeparari a matrimonio eodem manente, quoniam uel eſt de eſſentia matrimonii, uel propria paſſio non ordinata ad actum accidentalem.

¶ Ad.

¶ Ad primũ & ſecundum argumentum vt reſpondeamus, explicandum eſt quomodo præceptum de indiſſolubilitate matrimonii, pertineat ad ſecundaria præcepta legis naturalis. Quæ difficultas multipliciter explicatur a Doctoribus. Primus modus dicendi eſt Diui Thomæ loco citato in primo argumento in ultima inſtantia, qui communis eſt interpretib. Diui Thomæ, & eum ſequitur Abulenſis loco citato & alii authores. Soto uero in 4. diſtinctione 33. quæſtione 2. articulo 1. impugnat iſtum modum dicendi, & ait, quod ſi Diuus Thomas perfeciſſet tertiã partem reuocaſſet illum: & ipſe apponit alium modum dicendi ſuppoſito fundamento quod ſupponendum eſt hic ex Diuo Thoma Prima Secundæ quæſtio. 100. articulo 8. ſcilicet, quod quando forma uerborum legis expreſſe continet bonum commune aut ordinem iuſtitiæ, lex illa non eſt diſpenſabilis: qualia ſunt Decalogi præcepta, & illa dicuntur in primo gradu legis naturæ. Cæterum quando lex dicit de aliquo medio ad ſeruandam iuſtitiam, tale præceptum continetur in ſecundo gradu iuris naturæ, & eſt diſpenſabile. Verbi gratia. Eſt præceptum hoc, nemo ciuitatem hoſti prodat, non patitur aliquam diſpenſationem: at uero præceptũ hoc, ſinguli ciues vigilent ad cuſtodiendam ciuitatem, patitur diſpenſationem, nam primum continet bonum commune, & primam legislatoris intentionem: ſecundum vero datur de medio ordinato ad bonum commune. Ad propoſitum dicit Soto quòd alimentatio, & educatio filiorum ætate minorum, eſt de primo ordine iuris naturalis, quæ alimentatio nullam patitur diſpenſationem: medium uero ad illum finem eſt coniunctio indiſſolubilis parentum, & ideo poteſt Deus diſpenſare ſuper hoc, nam poteſt Deus aliter proſpicere filiis.

¶ Hic modus dicendi non ſatisfacit difficultati nec uidetur bonus. Primo, quoniam ſi in alimẽtatione filiorum ætate minorum Deus diſpenſare non poteſt per potentiam etiam diuinam, ergo matrimonium eſt indiſſolubile etiam authoritate diuina, toto tempore quo filii fuerint ætate minores. Secundo. Soto concedit quod Deus poteſt diſpenſare ſuper indiſſolubili-

A tate matrimonii, quia põt aliter proſpicere educandis filiis, ergo poterit diſpenſare in alimẽtatione filiorum ætate minorum, & ita uidetur implicatio in dictis Magiſtri Soto. Tertio, Quãdo Soto ait quod in alimentatione filiorum ætate minorum nulla põteſt dari diſpenſatio, uel intelligit ita quod filii ætatæ minores a nemine alãtur, aut quod a parentibus non alantur. Si primo modo intelligat non pertinet ad finem matrimonii nec ad præceptum illius. ſed ad præceptum charitatis, uel miſericordiæ, uel iuſtitiæ legalis. Neque hoc

B mõ poteſt proprie intelligi dictum Magiſtri Soto: nã filius ſolũ refertur ad patrem. Si autem intelligat ſecundo modo, certum eſt quod talis alimentatio pertinet ad præceptum matrimonii: ſed tunc implicatio eſt in dictis ipſius, ut patet. Itẽ quia ſi hæc implicatio eſſet litima, poſſet princeps ſęcularis legibus latis de coniunctione indiſſolubili matrimonii diſpenſare: nam poſſet ſuis legibus prouidere quomodo filii alantur & non a ſuis parentibus.

¶ Igitur legitime explicatio ex ſupradicta D. Thom. 1. 2. & accomodando illam

C ad præſens inſtitutum dicendum eſt, quod in præcepto matrimonii continetur, prima legislatoris intentio, & iuſtitiæ ordo quantum ad hoc quod explicatum eſt in ſexto, & nono præcepto decalogi. ne, ſcilicet, quis aut cõcupiſcat aut accedat ad alienam. Hoc enim præceptum continet ordinem iuſtitiæ ſeruandæ erga prolem, vt ſcilicet, non fiãt ei iniuria, nam ex acceſſu ad alienã irrogatur iniuria proli generandæ. Et ita implicat cõtradictionem quod acceſſus ad alienã ſit licitus, etiã per potentiam Dei, ſicut implicat quòd odium Dei ſit li-

D citum. Præceptum uero de indiſſolubilitate ex natura ſua ordinat ad hoc. Primum præceptum de iuſtitia proli ſeruanda, tanquam modus quidam particularis, & præceptum ſecundarium non continens primã legislatoris intẽtionẽ, neque ordinem iuſtitiæ: ſed quoddam medium ad ſeruãdum ordinẽ iuſtitiæ, & ideo cadit ſupra hoc pręceptum diſpenſatio per potentiam Dei abſolutam, inquantum per diſſolutionẽ matrimonii quoad uinculũ nõ fit iniuria primo præcepto. Explicatur hic modus amplius. In matrimonio reperitur in primis, ut eſsẽtia, uinculum inter coniuges, per

quod

A quod adhærent ſibi inuicem, & fiunt una caro, communicantes ſibi dominium ſuorum corporum. Item eſt in matrimonio qualitas quædam, quæ eſt indiſſolubilitas, & impoſsibile eſt quod matrimonium conſiſtat, aut intelligatur ſine coniunctione, & indiſſolubilitate; nam licet indiſſolubilitas eſſet propria paſsio, non diſtinguitur, vt diximus. Vinculum vero quo adhærent adinuicem coniuges, eſt vſque adeo neceſſarium ad propagandum genus humanum debito modo, qui eſt primarius finis matrimonii, quod per nullam potentiam poſ
B ſit fieri debita propagatio generis humani, ſine tali vinculo, per quod efficitur caro viri, caro fœminæ ad producendam unam carnem. Cæterum quod tale uinculum ſit indiſſolubile confert multum ad debitam propagationem generis humani, ut modus particularis, non tamen, ut ſubſtantia, & eſſentia, & ideo ſuper hac indiſſolubilitate poteſt fieri diſpenſatio per potentiam Dei abſolutam, & in rigore hæc non eſt diſpenſatio in præceptis, ſed mutatio materiæ.

¶ Vnde ad argumentum primum, & ſe-
C cundum reſpondetur, quod indiſſolubilitas matrimonii pertinet ad ſecundarium præceptum. Et ad illud quod dicitur de fornicatione; Reſpondetur, quod fornicatio aduerſatur ordini iuſtitiæ, & ſubſtantiæ matrimonii in prole generanda, diſſolubilitas vero aduerſatur modo ſpeciali, & qualitati neceſſariæ ad prolem generandi; & ideo licet ambæ aduerſentur primo modo fini matrimonii, & non ſecundo, tamen fornicatio aduerſatur præcepto matrimonii circa finem primarium; diſsolutio vero ſecundario præcepto circa eundem finem. Vnde
D acceſsus ad alienam eſt intrinſecè malus, & indiſpenſabilis etiam a Deo, acceſsus vero ad propriam licet repudiandam non eſt intrinſecè malus, ſed diſpenſari poteſt a Deo.

¶ Ad tertium reſpondetur, quod hic contractus authoritate diuina diſſolui poſſit, eſt ſupra naturam contractus, ac ſubinde nemo alius etiam princeps poteſt diſſoluere talem contractum, qui indiſsolubilis eſt ex natura ſua.

¶ Ad quartum reſpondetur ex dictis in vltima concluſione.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum ſub lege Moyſi licitum fuerit uxorem dimittere.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod ſub lege Moyſi fuerit licitum vxorem dimittere. Vnus. n. modus cõſentiendi eſt non prohibere cum poſſit, conſentire autem illicito eſt illicitum: cum ergo Moyſes nõ prohibuerit vxoris repudium nec peccauerit, quia lex ſancta eſt, ut dicitur Rom. 7. videtur quòd repudium fuerit aliquando licitum.

¶ 2 Preterea. Prophetę locuti ſunt Spiritu ſancto inſpirati, vt patet 2. Petri 1. ſed Malach. 3. dicitur, Si odio habueris eam dimitte eam: ergo cum illud quod Spiritus ſanctus inſpirat non ſit illicitum, videtur quòd repudium vxoris non ſemper fuerit illicitum.

¶ 3 Preterea. Chryſoſtom. dicit, quod ſicut Apoſtoli permiſerunt ſecundas nuptias, ita Moyſes permiſit libellum repudij: ſed ſecundæ nuptiæ non ſunt peccatum: ergo nec repudium uxoris ſub lege Moyſi. Homil. 32. in Matt. in imperf.

SED contra, quod Dominus dicit, quod libellus repudij datus eſt Iudæis propter duritiã cordis eorum: ſed duritia cordis eorum non excuſabat eos a peccato, ergo nec lex de libello repudij. Mat. 19.

¶ Preterea. Chryſ. dicit ſuper Matth. 2. quod Moyſes dando libellum repudij non iuſtitiam Dei monſtrauit, ut quaſi per legem agentibus peccatum non videatur eſſe peccatum. In eadẽ homil.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc eſt duplex opinio. Quidam dicunt, quòd illi qui ſub lege vxorem dato libello repudij dimittebant, nõ excuſabantur a peccato quamuis excuſarentur à pœna ſecundum legem infligenda, & per hoc dicitur Moyſes libellum repudij permiſiſſe: & ſic ponunt quatuor modos permiſſionis. Vnum per priua-

priuationem praeceptionis, vt quando maius bonum non praecipitur, minus bonum permitti dicitur, ſicut Apoſtolus non praecipiendo virginitatem, matrimonium permiſit. 1. Cor. 7. Secundum per priuationem prohibitionis, ſicut venialia dicuntur permiſſa, quia non ſunt prohibita. Tertiũ per priuationem cohibitionis, & ſic peccata omnia dicuntur permitti a Deo inquantum non impedit, cum impedire poſſit. Quartum per priuationẽ punitionis, & ſic libellus repudij in lege permiſſus fuit, non quidem propter aliquod maius bonum conſequendum, B *ſicut fuit diſpenſatio de pluribus vxoribus habendis, ſed propter malum cohibendum, ſ. vxoricidium, ad quod Iudei proni erãt propter corruptionem iraſcibilis: ſicut permiſſum eſt eis extraneis fœnerari propter corruptionem aliquam in concupiſcibili, nè ſ. fratribus fœnerarentur, & ſic propter corruptionem ſuſpicionis in rationali fuit permiſſum ſacrificium zelotypiae, nè ſola ſuſpicio apud eos iudicium corrumperet. Sed quia lex vetus quamuis gratiam non conferret,* C *tamen ad hoc data erat, vt peccatum oſtenderet, vt communiter ſancti dicunt. Ideo alijs videtur ꝙ ſi repudiando vxorem peccaſſent, hoc ſaltem eis per legem ac prophetas indicari debuiſſet. Iſaia 58. Annuncia populo meo ſcelera eorum. Alias viderentur nimis eſſe neglecti, ſi ea quae neceſſaria ſunt ad ſalutem, quae non cognoſcebant, nunquam eis nuntiata fuiſſent, quod non* D *poteſt dici, cum iuſtitia legis tempore ſuo obſeruata vitam mereretur aeternam. Et propter hoc dicunt quòd quãuis repudiare vxorem per ſe ſit malũ, tamen ex permiſſione diuina licitum fiebat: & hoc confirmant authoritate* Ibidem. *Chryſoſt. qui dicit quòd a peccato abſtulit culpam legiſlator quando permiſit repudium, & quamuis hoc probabiliter dicatur, tamen primum communius ſuſtinetur, ideo ad vtraſque rationes reſpondendum eſt.*

AD primum dicendum, quod aliquis qui poteſt prohibere non peccat ſi a prohibitione abſtineat, non ſperans correctionem: ſed maius malum aeſtimãs ex tali prohibitione occaſionem ſumere, & ſic accidit Moyſi: vnde diuina authoritate fretus libellum repudij non prohibuit.

AD ſecundum dicẽdum, ꝙ prophetae Spiritu ſancto inſpirati non dicebãt dimittendam eſſe uxorem quaſi Spiritus ſancti praeceptum ſit, ſed quaſi permiſſum, nè aliqua peiora fierent. B

AD primum ergo dicendum, ꝙ illa permiſſionis ſimilitudo nõ eſt intelligẽda quantũ ad oĩa, ſed ſolum quantũ ad cauſam eandem: quia vtraque permiſſio ad vitandam turpitudinem facta eſt.

AD quartum dicendum, ꝙ quãuis duritia cordis nõ excuſaret a peccato, tamen permiſſio ex duritie facta excuſat. Quaedam enim prohibentur ſanis, quę non prohibentur infirmis corporaliter, C *nec tamen infirmi peccant permiſſione ſibi facta vtentes.*

AD quintum dicendum, quòd aliquod bonum poteſt intermitti dupliciter. Vno modo propter aliquod maius bonum, conſequendum, & tunc intermiſſio illius boni ex ordine ad maius bonum accipit honeſtatem: ſicut intermittebatur ſingularitas vxoris honeſta a Iacob propter bonum prolis. Alio modo bonum aliquod intermittitur D *ad vitandum maius malum: & tunc ſi authoritate eius qui diſpenſare poteſt hoc fiat, reatum talis boni intermiſſio non habet, ſed hohoneſtatem aliam non acquirit: & ſic indiuiſibilitas matrimonij in lege Moyſi intermittebatur propter malum maius vitandum, ſcilicet uxoricidium. Et ideo Chryſoſtom. dicit,* In eadẽ homil. *quod à peccato abſtulit culpam, quamuis enim inordinatio maneret in repudio, ex quo peccatum dicitur, tamen*

reatum

reatum pœnę non habebat, neque temporalis, neque perpetuę, inquantum diuina diſpenſatione fiebat, & ſic erat ab eo copula ablata, & ideo etiam ipſe ibidem dicit, quòd permiſſum eſt repudium non malum quidem, tamē licitum, quod quidem illi qui ſunt de prima opinione, referunt ad hoc tantùm quod non habebat reatum temporalis pœnæ.

SVMMA ARTICVLI.

IN hoc articulo refert D.Tho. duas ſentētias. Prima eſt, quòd illi qui ſub lege vxorem dimittebant dato libello repudii non excuſabantur a peccato, quamuis excuſarentur à pœna ſecundum legem infligenda: & per hoc dicitur Moyſes libellum repudii permiſiſſe. Secunda opinio eſt. Quod repudiando uxorem nō peccabant, nam quāuis repudiare vxorem per ſe ſit malum, tamen ex diuina permiſſione licitum fiebat. Quod confirmant authoritate Chryſoſt. qui dicit, quòd a peccato abſtulit culpam legislator quando permiſit repudium. Concluſio D.Thomæ eſt. Hoc ſecundum probabiliter dicitur. Primū tamen communius ſuſtinetur.

DVbium eſt circa iſtum articulū. Vtrū Deus de facto uſus fuerit hac poteſtate diſpenſandi. Et in ſpeciali, Vtrum Deus diſpenſauit cum populo Iudęorū ſuper indiſſolubilitate matrimonii, concedēdo illis libellum repudii, ſeu diuortium q̃tum ad uinculum? Et circa hanc difficultatem ſupponendum eſt, ꝙ lex data eſt per Moyſen Deuteron. 24. in qua permittebatur Hebræis repudiare vxores, concedendo illis libellum repudii. Diſputatio ergo
Deu. 24 eſt, an ſine aliqua culpa liceret Hebræis diſſoluere matrimonium etiam quantum ad uinculum, ita vt liceret vxori repudiatæ nubere alteri uiro?

¶ Prò parte negatiua arguitur primo. Nam Chriſtus Matth. 19. Explicans hanc legem dicit, Moyſes ad duritiam cordis veſtri, conceſſit uobis dimittere vxores ue
Matt. 19. ſtras, ab initio autem non fuit ſic: uerbum

A uero conceſſit uel permiſit ſignificat tolerantiam rei minus malæ ad uitandum maius malum. Item illud uerbum, ad duritiam, ſignificat Deum ut plurimum toleraſſe talem actum impunitum. quia procedebat ex duritia cordis, ubi ſignificat culpā eſſe, & illud uerbum abinitio, non fuit ſic, inſinuat legitimam, & naturalem inſtitutionem matrimonii qualis fuit a principio in paradiſo quæ non permitebat repudium ut licitum.

¶ Secundo. Nā Deutero. 24. repudiata Deu. 24
B quæ alteri viro nuberet, non permittebatur defuncto ſecundo uiro, uel repudiata a ſecundo uiro redire ad primum, & adhibetur ratio, eo quod polluta eſſet: at ſi diſſolueretur vinculum prioris matrimonii, & eſſet uerum uinculum in ſecundo, nulla ratione poſſet dici polluta, ergo dicitur polluta ratione adulterii commiſſi cum ſecundo.

¶ Tertio. Nemo ſanctorum Patrum vſus eſt facultate illa concedendo repudium vxori vt patet ex hiſtoriis diuinis, & profanis, ergo ſignum eſt nō fuiſſe licitum. Hęc ſunt argumenta communia.

C ¶ Quarto arguitur probando non fuiſſe propriè diſpenſationem ſuper indiſſolubilitate matrimonii. Concedendo libellū repudii Deus fœminam repudiatam faciebat alienam dimittenti, & propriam ei cui ſecundo nubebat, at hæc nō eſt proprie diſpenſatio ſuper indiſſolubilitate matrimonii, ergo. Maior patet, minor probatur. Nam non diſpenſauit Deus proprie cum Oſeæ prophetæ conceſſit corpus fœminæ fornicariæ ut illo tanquam proprio vteretur, ergo.

D IN hac difficultate prima ſententia eſt, quæ aſſerit eſſe peccatū mortale Iudęis dimittere vxores, & quod per libellū repudii nō diſſolueretur matrimoniū quoad vinculum, ac proinde mulieres dimiſſæ peccabant mortaliter attentando contrahere ſecundū matrimonium. Hācſententiam tenet D.Hiero. lib. 1. comment. Matth. 5. & li. 3 cap. 19. gloſſa ordinaria, & interlinearis. Lyra, Dionyſius Cartuſianus, Hugo, & alii interpres Bibliæ. Deut. 24. & Matth. Deu. 24
19. Eandem tenet Guillermus Pariſienſis, Matt. 19.
titulo de ſacramento matrimonii, capitulo vltimo, Scholaſtici in quarto diſtinctione

ne

ne. 33. ubi ferè omnes dicunt, hanc eſſe
communem ſententiam. Eam defendit,
ut probabiliorem D. Bonauent. & Soto, &
Iuriſperiti, Gratiannus in c. priuilegia. diſt.
3. Panor. in cap. gaudemus, de diuortiis. &
Couar. in 4. Decretal. 2. par. capit. 7. §. 4.
Secunda ſententia, eſt quod ſine aliquo
prorſus peccato diſſoluitur matrimonium
etiam quoad vinculum. Hanc tenet Chry
ſoſtomus ſuper Matthæū, homilia. 34. D.
Thomas, Matthæi 19. Burgenſis, Deu-
teron. 24. & Matth. 19. Abulenſis.
Matth. 19. à quæſtione 47. Caietan Deu-
teronom. 24. Scholaſtici in 4. diſtin-
ctione trigeſimatertia, Paludan. quæſtione
prima, articulo ſecundo. Maior quæſtione
ſecunda. Albertus magnus, articulo vigeſi-
moquinto. Verum eſt quod Abulenſis pu
tat, quod in tali repudio diſpenſauit Deus
in primis præceptis legis naturæ: quoniā
repudium concedebatur etiam ante educa
tionem prolis perfectam. Tertia ſententia
eſt, quod dimittere uxorem erat peccatum
ueniale, non tamen mortale. Hanc tenent
aliqui autores, & Caietan. Matthæi 19. ubi
dicit, non eſſe omnino licitum ſed non eſſe
peccatum mortale.

¶Prima concluſio. Duæ primæ ſentētię
ſunt maxime probabiles, affirmatiua tamē
eſt lōge probabilior. Tertia vero parū aut
nihil probabilitatis habet. Prima pars pro
batur authoritate D. Tho. Scoti, Richardi
de media Villa, Duran. diſtin. 33. citata: qui
reſpondent ad argumentum vtriuſq; par-
tis. D. Antoni. 1. p. tit. 14. §. 3. c. 6. tenet par
tem negatiuam, & 3. par. tit. 14. cap. 10. §.
3. tenet partem affirmatiuam. Secundo ꝓ-
batur argumentis factis in principio quæ-
ſtionis, & autoritate Doctorum qui te-
nent partem negatiuam. Secunda vero
pars probatur primo. Nam pars affirma-
tiua iam eſt communior inter ſcholaſti-
cos, & D. Thom. 1. 2. q. 102. ar. 5. ad ter-
tium eā clare uidetur aſſerere. Ait enim,
In ueteri lege matrimonium non fuit ſa-
cramentū coniunctionis Chriſti & eccle-
ſiæ quæ nondum erat facta. Vnde in uete
ri lege dabatur libellus repudii quod eſt
contra rationem ſacramenti. Vnde colligi
tur quod D. Tho. uoluit ſignificare quod
in lege ueteri diſſoluitur matrimonium
quantum ad uinculum. Colligitur autem
hoc modo. Quia ſola diſſolutio quantum

A ad vinculum eſt contra rationem ſacramē
ti, quia in lege euangelica diſſoluitur ma
trimonium quantum ad habitationem, &
thorum, tamen non eſt contra rationem
ſacramenti. Et licet D. Tho. in 4. defende-
rit utramque opinionē, id fecit propter au
toritatem Magiſtri, in quem cōmentaba-
tur. Secundo probatur. Nam peccata quæ
permittebantur in lege veteri ſine punitio
ne, ſæpe reprehēdebātur a prophetis quo-
rū officium erat annūciare ſcelera populi,
vt dicitur Iſai. 58. ſed nunquā legimus ꝙ Iſai. 58.
repudiū ſit reprehēſum a prophetis, ergo.
B Maior patet de vſuris, quæ permittebātur
Iudæis circa alienos, tamē reprehendūtur
ab Ezechiele c. 18. & a Dauid Pſal. 14. Mi Ezech.
nor patet ex tota ſacra ſcriptura. Imo hoc 18.
videtur approbari Malachiæ 2. cū dicitur, Pſal. 14.
cum odio habueris dimitte, &c. & ut patet Malach.
ex contextu, loquebatur de vxore repudiā 2.
da propter odium. Tertio. Fœmina nō per
mittebatur in lege nubere duob. viris, ſed
Deut. 24. mulieri repudiatæ concedebatur Deu. 24
ut nuberet alteri uiro, ergo matrimonium
diſſoluebatur quoad vinculū. Vltimo Lex
erat Leuitici 20. quod mulier adultera la- Leui. 20
C pidaretur, ſed mulier repudiata quæ alteri
uiro nubebat nō lapidabatur, ergo nō erat
adultera, ac ſubinde primum matrimoniū
diſſoluebatur quātum ad uinculū. Tertia
pars ꝓbatur, quia dimittere vxorē eſt pec
catum ſecūdum iſtos, ſi uero peccatū eſt,
eſt peccatū iniuſtitiæ, & in re graui, pec-
catum aūt iniuſtitiæ in re graui eſt mor-
tale, ergo hæc tertia ſententia fere nihil
habet probabilitatis.

¶Secunda concluſio. Propriè loquendo.
Deus diſpēſabat ſuper indiſſolubilitate ma
trimonii quādo Iudæi repudiabāt vxores
D dato libello repudii. Probatur primo. Di-
ſpēſare proprie nihil aliud eſt, quā relaxa-
re obligationē legis in particulari, manen-
te in vniuerſali vi legis: ſed Deus ꝑ legem
repudiis relaxauit obligationē legis natu-
ralis de indiſſolubilitate matrimonii circa
ipſos Iudæos, manēte vigore legis circa to
tū orbē, ergo fuit propria diſpenſatio. Ma-
ior patet, minor probatur. Nā matrimoniū
quod erat indiſſolubile ex natura ſua, factū
eſt diuina potentia eo tempore diſſolubile.
Secūdo. Quādo actus eſt illicitus, & cōtra
legem, & autoritate ſuperioris fit licitus eā
dem lege perſeuerāte, proprie fit in illa le-

Bbb ge

ge diſpenſatio, ſed matrimonii diſſolutio A
quantum ad vinculum eſt illicita ſm ſe,
& contra legem naturalem, & autoritate
diuina eadẽ lege perſeuerante fit licita, er-
go proprie eſt diſpenſatio. Cõfirmatur. Põ
tifex proprie diſpẽſat in impẽdimento cõ-
ſanguinitatis quando concedit facultatem
contrahendi intra quartũ gradum, quoniã
ille actus eſt illicitus, & contra legem eccle
ſiæ, & autoritate Papæ fit licitus, perſeue
rante eadem lege de conſanguinitate, ſed
matrimonium manet modo diſſolubile, &
antea erat indiſſolubile, & illicitum ſem-
per diſſoluere illud, & ſolum pro Iu- B
dæis, & pro illo tempore fuit licitum,
ergo.

¶ Ad primum argumentum reſponde
tur. Quod illud manifeſte probat quod li
bellus repudii eſt conceſſio rei minus bo-
næ conceſſa imperfectis hominibus, & pro
pter imperfectionem illorum: & ita matri
monium pro illo ſtatu degenerabat a pri-
mæua inſtitutione matrimonii facta in pa
radiſo pro integris & perfectis homini-
bus: inde tamen non ſequitur quod ſit
peccatum, ſicut ſupra dictum eſt, quod D.
Paulus conceſſit matrimonium ſecundum C
indulgentiam, non quia matrimonium eſt
peccatum, ſed quia eſt ſtatus hominum
imperfectorum.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd fœ-
mina repudiata dr̃ polluta non propter
peccatum adulterii, quod committebat nu
bendo alteri, ſed quia recipiebat ſemen al-
terius, & ita fiebat illa mulier illegitima ex
decreto legis ad contrahẽdum iterum ma
trimonium cum priori viro.

¶ Ad tertium reſpondetur, quod ſancti
viri & perfecti, nunquam ſunt vſi hac per-
miſſione, & indulgentia licet licita eſſet, D
quia erat minus bona.

¶ Ad quartum dicẽdum eſt, quod bene
poteſt fieri quod una mutatio per compa-
rationẽ ad primarium præceptum habeat
rationem impropriæ diſpenſationis, per or
dinẽ uero ad ſecundarium habeat rationẽ
propriæ diſpenſationis. V.g. In illo caſu in
quo Deus cõceſſit corpus meretricis Oſeę
illa mutatio in ordine ad pręceptum forni
cationis fuit impropria, quia non eſt facta
licita fornicatio, ſed eſt mutata materia ab
aliena in propriam: & præceptum fornica
tionis mutatum eſt non quantum ad ratio

nem iuſtitiæ, quàm continet, ſed quantum
ad applicationem ad ſingularem actum, q
actus eſſet fornicatio niſi mutata eſſet ma-
teria: cæterum eadẽ mutatio fuit proprie
diſpẽſatio in ꝑcepto ſecundario matrimo-
nii, ſcilicet, ne qs accedat ad eam quæ pro
prio conſenſu corpus ſuum non conceſſit,
tamen acceſſus ad illam quæ proprio con-
ſenſu corpus ſuum non conceſſit factus eſt
licitus qui antea erat illicitus, & contra le
gẽ. Et hoc prouenit ex eo quod Deus mu
tauit rem illã. Sic in propoſito, in libello
repudii, dum alienabatur a uiro dimitten-
te vxorem, & nubebat ſecundo, fiebat lici-
ta dimiſſio uxoris authoritate diuina,
quæ antea erat contra legem.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum liceat uxori repudiatę alium utrum habere.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ liceret vxori repudiatæ alium virum habere. Quia in repudio magis erat iniquitas viri repudiantis quam vxoris repudiatæ: ſed vir poterat ſine peccato aliam ducere vxorem: ergo vxor ſine peccato alium uirum ducere poterat.

¶ 2 *Præterea. Aug. dicit quod de duabus vxoribus (quando mos erat) peccatum non erat, ſed tempore legis veteris erat talis conſuetudo: quod repudiata alium virum ducebat, ut patet Deute. 24 Cum egreſſa virum alterum, &c. ergo non peccabat alteri viro ſe iungendo.* De bono coniug. c. 4.

¶ 3 *Preterea. Matt. 5. Dominus iuſtitiam noui teſtamenti oſtendit ſuperabundantem eſſe reſpectu iuſtitiæ veteris teſtamenti: hoc autem dicit ad iuſtitiæ noui teſtamenti ſuperabundantiam pertinere, quod uxor repudiata non ducit alterum virum: ergo in ueteri lege licebat.*

SED

SED contra eſt quod dicitur Matt. A
5. Qui dimiſſam duxerit mœchatur:
ſed mœchia nunquam fuit in ueteri le
ge licita: ergo uxori repudiatæ non li-
cuit alium uirum habere.

¶ Præterea. Deute. 24. dicitur, quod
mulier repudiata quæ alium uirum
duceret polluta erat, & abominabilis
facta coram Domino: ergo peccabat a-
lium virum ducendo.

RESPONDEO dicendum, quod
ſecundum primā opinionem poſt repu
dium uxor peccat alteri uiro coniun- B
cta, quia adhuc primum matrimoniū
non erat ſolutum: Mulier enim quan-
to tempore uiuit, alligata eſt legi uiri:
ut patet Rom. 7. non autem poterat ſi-
mul plures uiros habere. Secundum a-
liam opinionem ſicut licebat ex diſpen
ſatione diuina uiro vxorem repudia-
re, ita uxori alium uirum ducere:
quia inſeparabilitas matrimonij ex
cauſa diuinæ diſpenſationis tolleba-
tur, quia inſeparabilitate manente in-
telligitur uerbum Apoſtoli Vt ergo ad C
utraſque rationes reſpondeamus.

AD primum dicendum, quod ui-
ro licebat plures vxores ſimul habere
ſecundū diſpenſationē diuinam: & iō
una dimiſſa in matrimonio non ſoluto
poterat aliam ducere, ſed nunquam
uxori licuit habere plures uiros: &
ideo non eſt ſimile.

AD ſecundum dicendum, ꝙ in illo
uerbo Aug. non ponitur pro cōſuetudi-
ne, ſed pro actu honeſto, ſecūdum quod
à more dicitur aliquis morigeratur, D
quia eſt bonum morum: & ſic à more
philoſophia moralis nominatur.

AD tertium dicendum, quod Do-
minus Matth. 5. oſtendit nouam legē
abundare per conſilia ad ueterem, non
ſolum ad ea, quæ lex vetus licita facie
bat, ſed etiam quantum ad ea, quæ in
ueteri lege illicita erāt: ſed à multis li
cita putabantur per non rectam præce
ptorum expoſitionē, ſicut patet de odio
inimici, & ita eſt etiam de repudio.

AD quartum dicendum, ꝙ verbū
A *Domini intelligitur quantum ad tem*
pus nouæ legis in quo recta permiſſio eſt
ſublata: & ſic etiam intelligitur quod-
dam uerbum Chryſo. qui dicit quod q̃
ſecundum legem dimitti vxorem qua Homi.
tuor facit iniquitates: q̃a quoad Deū 11. i Ma-
exiſtit homicida, inquantum habet p- th. i im
poſitum occidendi uxorem, niſi eam di perf.
mitteret, & quia dimitti t non fornicā
tem in quo caſu lex euangelij uxorem
dimittere permittit: & ſimiliter q̃a fa
cit eā adulterā, & illū cui copulatur.

B *AD quintum dicendū, ꝙ quedam*
gl. interlinearis dicit, polluta eſt et abo-
minabilis: ſed illius iudicio q̃ quaſi pol-
lutam eā prius dimiſit & ſic non opor-
tet quod ſit polluta ſimpliciter Vbi dici
tur polluta eo modo quo immundus di-
cebatur qui mortuum tangebat vel le
proſum, non immunditia culpæ, ſed
cuiuſdam irregularitatis legalis: unde
& ſacerdoti non licebat uiduam aut re
pudiatam ducere in uxorem.

C
SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio. Secundum primam opinionem poſt repudium peccat vxor ſi alteri viro coniungatur. Ratio eſt, quia adhuc primum matrimoium nō erat ſolutum, & non licebat ſimul plures viros habere.

¶ Secunda concluſio. Secundum aliā opinionem licitum erat vxori alteri uiro nubere, nā inſeparabilitas matrimonii ex diui
na diſpenſatione tollebatur: & ita primum
D matrimonium erat diſſolutum, vt conſtat
ex iam dictis artic. 3. quæ uidenda ſunt ad explicationem huius articuli.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum liceat uiro repudiatā à ſe accipere.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quod licebat uiro repudiatam à ſe accipere. Licet enim corrigere ꝙ malefactū

eſt: ſed male factum erat quod uir uxorem repudiabat: ergo licebat hoc corrigere reducendo uxorem ad ſe.

¶ 2. *Præterea. Semper licuit peccati indulgere, cum ſit morale præceptum: quod in omni lege manet: ſed vir accipiendo repudiatam ei peccanti indulgebat: & hoc licitum erat.*

¶ 3 *Præterea Deute. 24. ponitur pro cauſa quare non poſſit accipi iterum, quia polluta eſt: ſed repudiata non polluitur niſi alterum uirum ducendo: ergo ſaltem ante quam alium uirum duceret licebat eam accipere.*

SED contra eſt quod dicitur Deuter: 24. quod nõ poterat prior maritus accipere eam, &c.

RESPONDEO dicendum, quod in lege de libello repudij duo erant permiſſa, ſcilicet, dimittere vxorẽ, & dimiſſam alteri iungi, & duo precepta, ſcilicet, ſcriptura libelli repudij, & quod iterum maritus repudians eam accipere non poſſit, quod quidem ſecundum eos qui primam opinionem tenent factum fuit in pœnam mulieris quæ alteri nupſit, & in hoc peccato polluta eſt. Sed ſecundum alios ut uir non de facili uxorem repudiaret, quam poſtea nullo modo recuperare poſſet.

AD primum, ergo dicendum quod ad illius mali impedimentum, quod cõmittebat aliquis repudiando uxorem, ordinatur quod uir uxorem repudiatã aſſumere iterato non poſſet, ut patet ex dictis: & ideo diuinitus ordinatũ fuit.

AD ſecundum dicẽdum, quod ſemper licuit indulgere peccati, quantum ad rancorem cordis: ſed non quantum ad pœnam diuinitus taxatam.

AD tertium dicendum, quod in hoc duplex eſt opinio: Quidam enim dicunt quod licuit repudiatam viro reconciliari, niſi in matrimonio alteri viro eſſet iuncta. Tunc enim propter adulterium cui ſe mulier voluntariè ſubdit, in pœnam dabatur ei quod ad priorem uirum non rediret, ſed quia lex uniuerſaliter prohibet: & iõ

A *dicunt alij quod etiam antequam alteri nuberet non poterat reuocari, ex quo repudiata erat: quia pollutio non intelligitur quantum ad culpam ſecundum quod dictum eſt.*

SVMMA ARTICVLI.

ar. pce. ad quim tum.

Concluſio eſt negatiua. Ratio eſt: quoniam in lege de libello repudii duo erant permiſſa, ſcilicet, dimittere uxorem,
B & vxorem dimiſſam alteri coniungi, & duo præcepta, ſcilicet, ſcriptura libelli repudii, & quod maritus repudians eam accipere non poſſit: quod quidem ſecundum eos qui tenent primam ſententiam factum fuit in pœnam mulieris, ſed ſecundum alios illud factum eſt vt vir non de facili uxorem repudiaret quam poſtea nullo modo recuperare poſſet.

ARTICVLVS VI.

C

¶ Vtrum cauſa repudij ſit odiũ uxoris.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quod cauſa repudij fuerit odium uxoris, ſecundum hoc quod dicitur Mala: 3. Si odio habueris eam dimitte illam.

¶ 2. *Præterea. Deute. 24. dicitur. Cum non inuenerit gratiam in oculis*
D *eius propter aliquam fœditatem, &c. ergo idem quod prius.*

SED contra: Sterilitas & fornicatio magis contrariantur matrimonio quam odium, ergo illa potius debuerunt eſſe cauſa repudij, quam odium.

¶ *Præterea. Odium poteſt cauſari ex virtute eius qui odio habetur, ſi ergo odium eſt ſufficiens cauſa, tunc mulier poſſet repudiari propter uirtutem eius, quod eſt abſurdum.*

¶ *Præterea: Deutero. 21. dicitur. Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & poſtea odio*

odio habuerit, & obiecerit ei ſtuprum ante coniugium, ſi in probatione defecerit verberabitur, & centum ſiclis argenti condemnabitur, & non poterit eam dimittere omni tempore uitæ ſuæ: ergo odium non eſt ſufficiens cauſa repudij.

RESPONDEO dicendum, quod cauſa permiſſionis repudiandi uxorem fuit uitatio vxoricidij, vt ſancti communiter dicunt. Proxima autem cauſa homicidij eſt odium: & ideo proxima cauſa repudij eſt odium, ſed odium ex alia cauſa cauſatur, ſicut & amor: & ideo oportet etiam aliquas cauſas repudij ponere remotas, quæ erant cauſa odij. Dicit autem Auguſt. in glo. Deuteronomii 24. Multæ erant in lege cauſæ dimittendi uxorem, ſolam Chriſtus fornicationem excipit, cæteras moleſtias iubet pro fide, & caſtitate coniugij ſuſtinere. Hæ autem cauſæ intelliguntur fœditates in corpore: puta infirmitas uel aliqua notabilis macula, vel in anima ſicut fornicatio, uel aliqua huiuſmodi, quod in moribus inhoneſtatem facit. Sed quidam has cauſas magis coarctant ſatis probabiliter dicentes, quod non licebat repudiare niſi propter aliquam cauſam poſt matrimonium ſuperuenientem, nec propter quamlibet talem, ſed propter illas ſolum quæ poſſunt bonum prolis impedire: vel in corpore, ut ſterilitas, aut lepra, aut aliquid huiuſmodi: uel in anima, vt ſi eſſet malorum morum, quos filij ex conuerſatione ad ipſam imitarentur. Sed quædam glo. ſuper illud Deute. 22. Cum nō inuenerit gratiam &c. videtur magis arctare, ſcilicet ad peccatum, cum dicit ibi per fœditatem peccatum intelligitur. ſed peccatum glo. nominat non ſolum in moribus animæ, ſed etiam in natura corporis. Sic ergo prima duo concedimus.

(lib. 1. de ſermo. Domini in monte. c. 25.)

(Interlinearis.)

AD tertium dicendum, quod ſterilitas et alia huiuſmodi ſūt cauſæ odii, & ſic ſunt cauſæ remotæ.

AD quartum dicendum, quod propter virtutem non eſt aliquis odibilis perſe loquendo, quia bonitas eſt cauſa amoris: & ideo ratio non tenet.

A

AD quintum dicendum, quod dabatur in pœnam uiri quod non poſſet in perpetuum repudiare vxorem in caſu illo, ſi ut etiā in alio caſu quando puellam deflorauit.

SVMMA ARTICVLI.

B

PRima cōcluſio. Proxima cauſa repudij eſt odium. Ratio eſt. Nam proxima cauſa homicidii eſt odium.

¶Secunda concluſio. Multæ erant in lege cauſæ remotæ dimittendi uxorem ut fœditates in corpore, uel aliqua notabilis macula.

ARTICVLVS VII.

¶Vtrum cauſæ repudii debebāt in libello ſcribi.

C

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quod cauſæ repudii debebant in libello ſcribi. Quia per libellum repudii ſcriptum à pœna legis abſoluebatur, ſed hoc omnino videtur iniuſtum niſi cauſis ſufficientibus repudii aſſignatis: ergo oportebat illas ſcribere in libello.

D

¶ 2 Præterea. Ad nihil aliud illa ſcriptura ualere uidebatur, niſi vt cauſæ repudii oſtenderentur: ergo ſi non inſcribebantur, fruſtra libellus ille tradebatur ſibi. Præterea. Hoc Magiſter dicit in litera.

(li. 4. ſentē. d. 33.)

SED contra. Quia cauſæ repudii aut erant ſufficientes, aut non: ſi ſufficientes, præcludebatur mulieri uia ad ſecundas nuptias quæ ei ſecundum legem concedebantur. Si inſufficientes, oſtendebatur iniuſtum repudium, & ſic repudium fieri non poterat: ergo nullo modo cauſæ repudii ibi in ſpeciali inſcribebantur.

A *RESPONDEO dicendum, quod cauſæ repudij ibi in ſpeciali non ſcribebantur in libello, ſed in generali ut oſtẽderetur iuſtum repudium: ſed ſecundum Ioſephum ut mulier habens libellum conſcriptum de repudio alteri nubere poſſet, aliàs enim ei traditum non fuiſſet. Vnde ſecundum eũ erat ſcriptura talis: præmitto tibi quod nunquam tecum conueniam: ſed ſecũdum Aug. ideo libellus ſcribebatur ut mora interueniente, & conſilio ſcribarum diſſuadente, uir à propoſito repudiandi deſiſteret. Et propter hoc patet ſolutio ad obiecta.* B

li.4. antiq. c.6.

li.19.cõtra Fauſtũ.c.26.

SVMMA ARTICVLI.

CONcluſio. Cauſæ repudii in ſpeciali non ſcribebantur in libello ſed in generali, ut oſtenderetur iuſtum repudium, & ſecundum Ioſephum ut mulier habens libellum conſcriptum de repudio alteri nubere poſſet, aliàs enim ei traditũ non fuiſſet.

¶Circa hos articulos poſſet eſſe diſputatio, an quacunque de cauſa liceret dare libellum repudii: uidete interpretes ſacræ Scripturæ Deuteronomii 24. & Matt.19. & Scholaſticos in 4.diſtin. 33. verior ſententia uidetur quod quodcunque odium ſiue legitimum ſiue illegitimum ex quacunque cauſa ortum ſi nulla eſſet ſpes recõciliationis: erat ſufficiens cauſa repudii. Ratio eſt, quia repudium conceſſum eſt ad vitandum uxoricidum: odium uero quodcumque erat ſufficiens cauſa vxoricidii. Videnda etiam ſunt circa iſtos articulos. dicta in articulo 3.

QVAESTIO LXVIII.

Tho. 4. diſt. 41. q.unica. artic. 3. quæſt.1. et ſequẽ.

De filijs illegitimè natis.

DEinde conſiderãdum eſt de filijs illegitimè natis. Et circa hoc quæruntur tria. Primo, utrum qui naſcuntur extra verũ matrimonium ſint illegitimi. Secundò, utrum illegitimi filij debeant ex hoc damnum reportare. Tertio, utrum poſſint legitimari.

DE hac materia Doctores cum Magiſtro in 4.diſtin. 41. Magiſter Sotus ibid.quæſt.1.ar.4.Sylueſt.verb. de filijs legitimis, & illegitimis. Couar.ſuper 4.Decretal.par.2.c.8.§.1. 2.& 3. cum ſequentibus: qui quidem omnino uidendus eſt in hac materia, quoniam magis pertinet ad Iuriſperitos quam ad Theologos.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum filij qui naſcuntur extra verum matrimonium ſint legitimi.

C *AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod filij qui naſcuntur extra uerum matrimonium ſint legitimi. Quia ſecundum legem natus legitimus filius dicitur: ſed quilibet naſcitur ſecundum legem ad minus naturæ quæ fortiſſima eſt: ergo quilibet filius dicitur legitimus.*

¶ 2 Præterea, Communiter dicitur quod legitimus filius eſt de legitimo matrimonio, vel de eo quod in facie eccleſiæ legitimum reputatur: ſed contingit quandoque quod aliquod matri- D *monium legitimum reputatur in facie eccleſiæ quod habet impedimentum ne ſit uerum matrimonium, & tamen à contrahentibus in facie eccleſiæ ſcitur: & ſi occulte nubant, & impedimẽtum neſciant, legitimum uidetur in facie eccleſiæ, ex quo per eccleſiam non prohibetur: ergo filij extra verum matrimonium nati nõ ſunt illegitimi.*

SED contra, Illegitimum dicitur quod eſt contra legem: ſed illi qui naſcuntur

ſcuntur extra matrimonium, naſcuntur contra legem: ergo ſunt illegitimi.

RESPONDEO dicendum, quod quadruplex ſtatus eſt filiorum. Quidam enim ſunt naturales, & legitimi. ſicut illi qui naſcuntur ex vero, & legitimo matrimonio. Quidam naturales, & non legitimi, vt filij qui naſcuntur de ſimplici fornicatione. Quidam legitimi, & non naturales, ſicut filij adoptiui. Quidam nec legitimi nec naturales, ſicut ſpurij nati de adulterio, & de ſtupro. Tales enim naſcuntur, & contra legem poſitiuam, & contra legem naturæ expreſsè.

AD primum ergo dicendum, quod quãuis illi q naſcuntur ex illicito coitu, naſcuntur ſecundum naturam, quę communis eſt homini, & omnibus animalibus, tamen naſcuntur contra legem naturæ quæ eſt propria hominibus, quia fornicatio, & adulterium & huiuſmodi, ſunt contra legem naturæ, & ideo tales ſecundum nullam legem ſunt legitimi.

AD ſecundum dicendũ, quod ignorantia excuſat illicitum coitum à peccato niſi ſit affectata. Vnde illi qui conueniũt bona fide in facie eccleſiæ quamuis ſit impedimentum, dumtamen ignorent, non peccant, nec filij ſunt illegitimi. Si autem ſciãt quamuis eccleſia ſuſtineat, quæ ignorat impedimentum, non excuſantur à peccato, nec filij ab illegitimitate. Si autem neſciant, & in occulto contrahant, non excuſantur, quia talis ignorãtia uidetur affectata.

A ¶Tertia concluſio ad ſecundum, Qui cõueniunt bona fide in facie eccleſiæ, quãuis ſit impedimentum, dum tamen ignorent, non peccant, nec filij ſunt illegitimi.

¶ Pro explicatione huius notãdũ primo, ꝙ vt proles humana cenſeat̃ legitima, non eſt ſatis ꝙ ſecundum communẽ naturæ legẽ ex mare & fœmina eiuſdem ſpeciei naſcatur, ſed oportet qđ originem ducat ſecundum leges matrimonij generi humano diuinitus cõceſſas. Sufficit aũt ꝙ matrimoniũ ſm rẽ ſit legitimũ, aut ſaltem ſecundum eccleſiæ æſtimationem. Vnde ſe- B quitur quod illegitimus concubitus non ſufficit vt proles illegitima cenſeatur, puta ſi eſt illicitus propter votum coniugum. Si enim coniuges poſt matrimonium conſummatum profiterẽtur profeſſionem, & iterum ſuſciperent filios, quãuis congreſſus ille eſſet ſacrilegus, filii cenſerẽtur legitimi: quia adhuc perſeuerat uinculũ matrimonii ut bene ait Palud. quæſt. 3. articul. 1. Secundo notandũ, ꝙ filii illegitimi ex iure naturali indecentiam quãdam habent, ut vſus omnium gẽtiũ probat, & tanto maiorem quanto cõgreſſus parentũ fuerit uitio- C ſior nam peior congreſſus eſt adulterium, quã ſimplex fornicatio, & idem eſt de ſacrilegio. leges autem humanæ eiuſmodi filios a publicis officiis & honorib. excludunt, & excluſerũt, atq; adeo quanto cõgreſſus eſt turpior, tanto leges grauiùs decernunt. Vñ filii qui naſcuntur ex ſimplici fornicatione dicuntur naturales, dũmodo non ſit fœmina meretrix: cæteri vero illegitimi dicũtur ſpurii, aut nothi. Ratio autẽ legis humanæ fuit duplex. Prima ne in publicis miniſtris eſſet macula nataliũ ratione cuius deſpicerẽtur. Secũda, ut uel hoc frẽno cohiberet̃ D parentiũ incõtinentia, cũ ſcirent futurã prolem publicis honoribus indignam eſſe.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio eſt affirmatiua. Quoniam tales filii ſunt contra legem.

¶ Secunda concluſio ad primum. Quãuis illi qui naſcuntur ex illicito coitu naſcãtur ſecundum naturam, quæ communis eſt homini & omnibus animalibus, tamen naſcuntur cõtra legẽ naturæ quæ eſt propria hominibus: & ideo tales nõ ſunt legitimi.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum filij illegitimi debeant aliquod damnum reportare.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod illegitimi filij nõ debeant aliquod damnum reportare. Quia filius non

debet puniri pro peccato patris, ut patet per ſententiam Domini. Ezechiel. 18 ſed quod iſte naſcatur ex illicito coitu non eſt peccatum proprium, ſed peccatum patris: ergo ex hoc non debet aliquod damnum incurrere.

¶ 2 Præterea. Iuſtitia humana eſt extracta à diuina, ſed Deus æqualiter largitur bona naturalia legitimis, & illegitimis filijs: ergo, & ſecundũ iura humana filij illegitimi debẽt legitimis æquiparari.

SED contra eſt quod dicitur Gen. 22. quod Abraham dedit omnia bona Iſaac, & filijs concubinarum largitus eſt munera, & tamen illi non erant ex illicito coitu nati: ergo multo magis debent illi qui ex illicito coitu naſcuntur hoc damnum reportare, quod non ſuccedant in bonis paternis.

RESPONDEO dicendum, quod aliquis dicitur damnum ex aliquo incurrere dupliciter. Vno modo per hoc quod ei ſubtrahitur quod erat ei debitũ, & ſic filius illegitimus nullum damnum incurrit, alio modo per hoc quod ei aliquid non eſt debitum, quod aliàs poterat eſſe ei debitum: & ſic filius illegitimus damnũ incurrit duplex, unũ quia nõ admittitur ad actus legitimos ſicut ad officia & dignitates: quæ requirunt aliquam honeſtatem in illis qui hoc exercent: aliud damnum incurrit quia non ſuccedit in hæreditate paterna. Sed naturales filij ſuccedere poſſunt in ſeptima parte tantũ ſpurij autem in nulla parte, quamuis ex iure naturali parentes eis in neceſſarijs prouidere teneãtur. Vnde pertinet ad ſolicitudinem epiſcopi, ut utrumque parentem cogat ad hoc quod eis prouideant.

AD primum ergo dicendum, quod incurrere damnum hoc ſecundo modo non eſt pœna, & ideo nõ dicimus quod ſit pœna quod aliquis non ſuccedit in regno aliquo per hoc quod non eſt filius regis: & ſimiliter non ex pœna quod alicui qui non eſt legitimus non debeantur ea quæ ſunt legitimorum filiorum.

A *AD ſecundum dicendum, quod cõmuniter illegitimus non eſt contra legem in quantum eſt actus generatiuæ uirtutis, ſed inquantum ex praua uoluntate procedit: & ideo filius illegitimus nõ incurrit dãnum in his quæ per uoluntatem fiunt uel poſſidentur.*

SVMMA ARTICVLI.

B PRima concluſio. Filius illegitimus nullum damnum incurrit taliter quod ſubtrahatur quod erat ei debitum.

¶ Secunda concluſio. Filius illegitimus damnum incurrit per hoc quod ſubtrahitur quod non erat debitum.

¶ Circa iſtum articulũ eſt dubiũ morale. Vtrũ filii illegitimi teneantur in cõſciẽtia ſubire leges quæ cõtra eos decernunt ante iudicis declarationẽ? Videtur qđ non. Sap 3. Primo leges illæ ſunt pœnales, ſed ad legẽ pœnalem non tenetur quis ante condemnationem particularem, ergo. Secũdo. Fieri poteſt quod filius illegitimus non poſ-
C ſet eas leges ſeruare ſine magno detrimento proprio, & infamia matris, ut patet ſi iã eſt in poſſeſſione hæreditatis quando ſcit defectum: ſed lex humana nõ obligat cum tam graui diſcrimine, ergo. Tertio. Si omnes leges teneretur in conſcientia ſubire, ſequitur quod non ſufficeret diſpenſatio Papæ, vt poſſit adire hæreditatem tuta cõſcientia. Patet ſequela, quia Summus Pont. non diſpenſat in lege ciuili, conſequens autem videtur eſſe contra determinationem c. venerabilem, tit. qui filii ſunt legitimi, ergo.

D ¶ In contrarium eſt qđ leges illæ Iuris canonici, & ciuilis ſunt iuſtæ: omnes autẽ leges iuſtæ obligant in conſcientia, ergo. ca. uenerabilẽ. ti tu. qui fil. ſint legitimi.

¶ Prima concluſio. Nulla lege humana fieri põt quominus parẽtes teneãtur filijs illegitimis neceſſaria ſubminiſtrare. Hæc cõcluſio probatur. Nulla lex humana põt derogare legi naturæ cũ ex ea ortum habeant, ſed ex lege naturali impoſita eſt parẽtib. obligatio prouidendi filijs, ergo per nullã legẽ humanã poteſt reuocari. Omnia iſta patent. Vnde notãdum eſt qđ licet humanæ leges maiorẽ obligationem imponãt matri quã patri circa huiuſmodi filios

eo

eo quod eſt certitudo matris: regulariter tamen ſtando in lege naturali ſi patri moraliter conſtat hunc eſſe filium ſuum, ut ſępe conſtare poteſt, tenetur eodem iure illi prouidere, & adhuc magis quã mater, quãto principalius concurrit ad eius generationem. Nec ſatis eſt quomodocunq; illi prouidere ad uitam, ſed oportet etiam quantum ad inſtitutionem ſuis natalibus conuenientem. Secundo nota, quod hæc inſtitutio regulariter eſt adhibenda per ipſos parentes, & in communi domo: ſed quando ex manifeſtatione parentum ipſis oriretur infamia non ferenda, ſatisfaciunt naturali obligationi ſi dant operam quod per alios educentur, & inſtituantur: quanquam hoc fit cũ aliquali detrimento prolis adulterinæ. Et hæc eſt alia cauſa propter quã filii adulterini in legibus ſunt iuuiſi; quia regulariter non poſſunt bene inſtrui, unde Sap. 3. ab iniquo thoro ſemen exterminabitur.

Sapien. 3.

¶ Secunda concluſio. Omnes leges humanæ, tam canonicæ, quam ciuiles obligãt in conſcientia filios illegitimos ante iudicis ſententiam. Ad cuius expoſitionem notandum quod duplicia ſunt quæ debentur ciuibus alicuius reipublicæ: quædam ex rigore iuſtitiæ, nempe illa quæ ſunt neceſſaria ad ducendam uitam: alia uero debentur potius ex benignitate legis, nempe illa quibus aut priuilegium aut fauor admiſcetur. Hoc ſuppoſito probatur concluſio. Lex canonica excludit illegitimos ab ordinibus, & beneficiis eccleſiaſticis, nam iure diſtribuẽda publica officia potuit inter alias conditiones exhibere honeſtatem natalium, maxime cum habere plura officia non ſit omnibus ſimpliciter neceſſarium: & ideo in conſcientia tenentur filii illegitimi abſtinere eo quod non habent qualitates de iure requiſitas. Per ius autem ciuile excludũtur illegitimi, & à paterna nobilitate, & à iure percipiendi hæreditatem, cæterum quantum hæc benignitate, & fauore legũ obueniunt abſq; iniuria, potuit ergo lex iuſtis de cauſis excludere illegitimos. Et quantum ius ciuile potuit impedire dominii translationem, filii illegitimi tenentur in conſcientia non adire hæreditatem, & ſi adepti fuerint reſtituere.

¶ Ad argumenta in oppoſitum reſpondetur. Ad primum diſtinguitur maior, A ſicut in materia de lege pœnali, lex autem pœnalis quæ conſiſtit in priuatione abſq; declaratione iudicis ſortitur effectum, ut lex de excommunicatione, & ſuſpenſione, tales autem ſunt iſtæ contra illegitimos latæ. Et ſi arguas. Vbi non eſt culpa, non debet eſſe pęna: ſed in illegitimis nulla fuit culpa, ergo. Reſpondetur, quod cum filius ſit aliquid patris, ipſe pater propter incontinentiam punitur in filio excluſo à publicis honoribus, quemadmodum per crimen maieſtatis aut hæreſis filii notantur infamia, quamquam non ſint nati. Secundo reſpondetur, B quod illæ leges propriè loquendo non ſunt pœnales, ſed optimæ conſtitutiones ad publicam honeſtatem: ſicut lex antiqua quæ prohibebat conſtitui ſacerdotes, in quibus eſſet macula.

¶ Ad ſecundum reſpondetur breuiter, quod ſemper poterit inueniri medium iuxta regulam prudentiæ ut filius illegitimus reſtituat hæreditatem quam accepit, ſi ipſe efficaciter uelit quærere; ſi autem tales incidant caſus, quòd ſine detrimento maioris boni non poſſit fieri reſtitutio, nihilominus eſt abſoluẽdus, ſi paratus ſit habita opportunitate reſtituere. C Exemplum eſt in c. officii, de pœn. & remiſſ. ubi mulierem quæ adulterinum filium coniunxerat legitimis, & tantum propter metum uiri non audebat indicare præcipit abſolui.

¶ Ad tertium reſpondetur, quod diſpẽſatio Papæ ubiq; terrarum ſufficit ad reddendum habilem quantum ad ſpiritualia non autem quantum ad ciuilia, propterea quod ciuilis poteſtas diſtincta eſt genere ab ſpirituali, ut dicemus in tract. de clauib. c. autem illud per venerabilem, intelligitur habere locum in terris quæ ſubduntur dominio temporali Romanę eccleſiæ. D Hoc autem ſolatium habere debent filii illegitimi, quòd ſi a muneribus reipublicæ temporalis excluduntur, non tamen à participiatione cęleſtium donorum. Cuius ratio eſt illa Ioan. 3. quòd natum eſt ex carne, caro eſt, & quòd natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Ioan. 3. Secunda ergo natiuitas, quæ eſt per Spiritum ſanctum, reddit hominem idoneum participationi ſpiritualium bonorum.

EST tamen adhuc dubium magis in particulari de legibus quæ impediũt trãslationem dominii in filios illegitimos.

Pro quo notandũ, filiorum illegitimorum multa eſſe genera, poſſunt tamẽ reduci ad duas claſſes. In prima cõtinentur oẽs illi, q̃ geniti ſunt ex concubitu illegitimo uel carnali copula, quæ accedente conſenſu amborum poterat eſſe coniugalis nullo obſtante impedimento legis. v. g. qui geniti ſunt ex ſoluto & ſoluta, nec conſanguineis, nec affinibus. In ſecunda claſse continentur omnes illi qui geniti ſunt ex concubitu qui non poterat eſſe coniugalis, etiam accedente cõſenſu fornicantium ob aliquod impedimẽtum matrimonium impediens, religionis, ordinis, conſanguinitatis aut affinitatis. Primæ claſſis filii dicuntur naturales. Secundę vero claſſis dicuntur à nobis nunc geniti ex damnato concubitu uel ſimplici uocabulo ſpurij, licet nomina hæc ſpurius, nothus, manzer, uarias habeant in iure acceptiones quas in præſenti omittimus. De primæ claſſis filiis non curamus in præſenti: tota controuerſia eſt de ſpuriis aut genitis ex damnato concubitu. ¶ Eſt ergo quæſtio, utrum leges quæ ſanciunt non eſſe transferendum dominium in tales filios, ſic adeo impediant translationem dominii, vt ſi de facto translatio fiat contra legem, translatio facta non teneat, nec ipſi filii comparent dominium. Videtur quod talis translatio teneat.

¶ Primo leges pœnales non obligant in conſcientia nec impediunt dominii translationem ſic, ut facta non teneat ante iudicis condemnationem, ſed leges quæ in hac materia decernunt contra filios illegitimos ſunt pœnales, punientes crimen incontinentiæ ſeu impudicitię in parentibus. ergo.

¶ Secundo. Leges quæ prohibent translationem dominij per contractus, quibus defuit ſolennitas eſſentialis iuris, non impediunt translationem dominii ſic, adeo ut facta non teneat: ſed multo vrgentius & ſignificantius prohibent iſtæ leges translationem domini per tales contractus, quã leges quæ decernunt circa filios illegitimos, ergo. Maior oſtendetur infra tanquam probabilior ſententia. Minor patet ex tenore legum: ſiquidem illæ leges tales contractus dicunt nullos & habendos pro infectis. Cæterum leges quæ prohibent donationes faciendas filiis illegitimis non cõtinent tam odioſa uerba nec dicunt tales donationes eſſe nullas nec habendas pro infectis, ergo.

¶ Tertio. Leges ſaltem illæ quæ loquuntur circa filios ſæcularium illegitimos tantum prohibent eſſe parentum hæredes, ergo parentes eorum poſſunt extra teſtamẽtũ ſine vllo peccato donare filiis ſuis ſiue per donationem inter uiuos, ſiue cum moriuntur bona ſua. Rurſus, ergo ſi de facto per teſtamentum illis aliquid donent, donatio facta tenebit. Antecedens continetur in toto iure communi: non enim reperitur aliqua prohibitio translationis dominij extra teſtamentum, imo uero nec in iure regio Hiſpanienſi, nam in tal iure nihil arctius inuenitur diffinitum quam q̃ habetur parti. 4. titulo 15. l. 3. videlicet, *No podrian heredar los bienes de los padres, ni de los abuelos, ni de los otros parientes que deſcendieren dellos.* Et in lib. 3. Fori regalis, tit. 6. *de las herencias.* l. 1. ubi dicitur. *Todo ome que vuiere fijos, o nietos, o dende ayuſo de muger de bendicion no puedan heredar con ellos otros algunos que aya de barragana, mas del quinto de ſu auer mueble, o de ray; pueda les dar lo que quiſiere.* Vbi ſolum habetur quòd non poſſint tales filii iure hæreditario ſuccedere in bonis parentum.

Parti. 4. tit. 15. l. 3. Li. ſt. fori regalis, ti. 6. de las herẽcias l. 1.

¶ Quarto ſequitur ex oppoſita ſententia quod ſi parens inſtituerit hæredem bonorum ſuorum amicum aliquem ciuium qui præſtiterit parenti fidem de reſtituenda hæreditate filio ſpurio, teneatur talis hæres ante iudicis condemnationem reddere fiſco illa bona. Conſequens uidetur durum, ergo probatur ſequela. Tale fideicommiſſum dirigitur omnino in filium ſpurium inhabilem & incapacem omnino iuxta oppoſitam ſententiam, ergo is cuius fideicommiſſa eſt talis hæreditas tenebitur reddere illam fiſco, & non filio ſpurio.

¶ Prima ſententia eſt aliquorum, qui propter duo argumenta prima dicunt, q̃ omnino talis donatio ſiue per teſtamentum, ſiue extra teſtamentum fiat licet ſit contra leges, facta tamen teneat.

¶ Secunda ſententia eſt aliorum dicentium, quòd talis donatio etiam facta non teneat.

¶ Tertia ſententia eſt media diſtinguunt enim inter filios illegitimos ſæcularium ſpurios, & filios illegitimos clericorum & religioſorum: & in filijs ſpuriis ſæculariũ con-

concedunt propter tertium argumentum factū concluſionem vtramque illius argumenti:in filijs autem clericorum & religioſorum dicunt, quòd talis donatio non tenet,quomodocunq; fiat.Diſcipuli D. Tho. ſecantur in has tres partes, Sotus quem alij ſequuntur tenet mediam ſententiam, ſcilicet 3.4.de iuſt.q.5.art.1.ad 4.

¶ Prima concluſio. Parentes & poſſunt & debent alere filios etiam ſpurios quantũuis ſcelestus fuerit concubitus, & ad hoc tenentur iure diuino.Probatur primo, ex ca. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium eam quam polluit per adulteriũ: ubi Clemens III. præcepit.quòd parentes neceſſaria ſubminiſtrent filiis ex damnato coitu genitis ſecundum quod eis ſuppetunt facultates.Item regia lex Hiſpanenſis 10. inter Taurenſes permittit parentibus alimentorum titulo, donare filijs illis illegitimis quintam partem bonorum ſuorum. Et licet Conſtantinus Imperator, & Iuſtinianus Cæſar, legibus editis dixerint tales filios non eſſe alendos, vt patet in authentica ex complexu. C. de inceſtis nuptiis. tit. 5. l. 6. ſi quis inceſti. & §. fi. l. unica. in authentica quib. modis efficiantur naturales. tit. 25. Tamen re uera iſtæ leges ſeueriſſimæ ſunt, & minus piæ,& ideo merito reuocatæ, tum per ius Pontificium, tum per ius Hiſpanum. Ratione probatur. Pater tam communicat naturam filiis illegitimis ſicut legitimis, ſed educare filios, & conſeruare in illis naturam communicatam,eſt iuris diuini naturalis, ergo impiiſſimæ ſunt leges oppoſitum ſtatuentes.Concluſio hæc ſic intelligenda eſt, ut parentes quidem faciant ſatis obligationi iuris naturalis ſi talibus filiis ea præſtent alimenta quæ neceſſaria ſunt in huius uitæ ſubſidiũ. Ceterum poſſunt multo ampliora alimenta ſi uelint præſtare attenta facultate cenſus patris, & qualitate filiorum: ut ſi filius uir probus euaſerit, & dederit operam literis inſigniriq; cupiat inſigniis Doctorum aut Licentiati, aut ſi militiæ dederit operam ſit centurio, uel dux &c. Et quidem in ſæcularium filiis hanc ſummam uidetur taxaſſe prædicta lex regia Taurenſis,ita tamen ut ſi ea quinta pars bonorum non ſufficiat pro alimentis quæ requiruntur ad uitam hanc cõſeruandam, ſuperaddendum ſit aliquid iure naturæ ſupra quintam par-

L. Hiſpaniéſis. 10.inter Taurenſes.

C.de iceſtuoſis nuptiis. ti.5. l.6. ſi quis inceſt.& §.l. vnica. in authentico.

A tem. Si uero quinta pars uſq; adeo ſit ampla, ut excedat qualitatem filiorum,& neceſſitatem,nullo modo minuenda eſt. Dixi tamen in ſæcularium filiis:quoniam lex Taurenſis 9. licet concedat matri, quòd ex teſtamento deſignet filio ex damnato cõcubito progenito,quintam bonorum partem, exceptat tamen inde filios clericorum, & religioſorum: in quibus uult ſeruari legem editam Numantiæ, ideſt, en Soria à Rege Ioan. I. qui ſtrictè nimium odioſeque loquitur de his filiis. In eiuſmodi itaque filijs poterunt parẽtes preſtare alimenta pro
B qualitate filiorum. Si autem quinta pars excedat qualitatem filiorum, non poterunt illam præſtare.

¶ Secunda concluſio. Iure Cæſareo,& iure regio Hiſpanienſi antiquo, filius ex damnato concubitu ſuſceptus inhabilis, & incapax eſt ad ſuſcipiendum aliquid à parentibus ſiue ex teſtamento, ſiue per donationem quamlibet aliam inter uiuos, & contractum quemcunq;.Probatur primo, iure Cæſareo in authentica quibus modis naturales efficiantur ſui. §.fin. ſic habetur. Omnis qui ex complexibus aut uefariis
C aut inceſtuoſis, aut dãnatis proceſſerit,nec naturalis nominatur, nec alendus eſt à parentibus, nec aliquod habeat ad præſentẽ legem participium. Similia fere verba habentur in authentica ex cõplexu.C.de inceſtuoſis nuptiis. ubi dicitur. Ex cõplexu nefario, aut inceſtu, aut damnato liberi nec naturales nominandi ſunt,omnis ſubſtantiæ paternæ beneficio indigni, vt nec à patre alantur. Item in authentica licet.C. de naturalib. liberis,in vltimis verbis dicitur:ſed qui ex damnatos sũt coitu,oĩ prorſus beneficio excludantur. Item iure re-
D gio Hiſpaniæ. l. 10. lib. 13. parti. 6.in vniuerſum prohibetur patri ne aliquam donationem eiuſmodi filiis ſpuriis faciat: & cõcedit filiis legitimis, aut fratribus, patribus,aut auis ipſius, vt intra duos menſes eam donationem poſſint reuocare ſibi:illis autem non exiſtentibus, vel negligentibus applicatã fiſco Regio, id quòd donatũ erat. Item lex 1. titul. 6. *de las herencias.* lib. 3. Fori,prohibet ne filii ſpurii,de quibus modo, hereditario iure ſuccedere poſſint patri.Et lex 3. titul. 15. part. 4. prohibet ne patri, vel matri, ne auis, ne deniq; conſanguineis ex eiſdem deſcendẽtibus ſuccedere

L.10.li. 13.par. 6.

li.3. fori. l.1.tit.6 d las herencias. Lex. 3. ti.14.pa 4. lib. 1. fori re-

gii.titu. 3.l.22. & lib.5. 3.l.2.

dere poſſint eodem iure hæreditario: ſpeciatim tamen de clericorum filiis decernitur.lib.1.Fori regii.tit.3.l.21.& lib.5.titul.3.l.2.quæ lex edita eſt à Ioan. I. Numantiæ. In quibus decernitur ne filii clericorum habeant bona,aut parentum,aut conſanguineorum, nec per teſtamentum, nec per donationem, aut venditionem. Quam legem Ioanna Regina Caroli Cæſaris mater, extẽdit ad filios religioſorũ & monialium.¶ Secundo probatur. Iuriſperiti quorum in hac parte nõ ẽ mediocris autoritas intendunt in legibus ſupra allegatis,huiuſmodi filios ſpurios fieri omnino inhabiles ad comparandum dominium bonorum parentum ſuorum,ſiue per teſtamentum,ſiue extra teſtamentum, ergo ita intelligendæ ſunt leges.Antecedens probatur allegando vnum noſtri temporis doctiſſimũ Iuriſperitum Couar.in epito.ſuper 4.Decret.par.2.capit.8.conclu.1.nu.3.cum ſeq. maximè nu.7.& 8.¶ Tertio probatur concluſio, arguendo contra ſententiam illam mediam. Illa opinio ait,quod clericorum & religioſorum filii ſunt omnino inhabiles,eo quod in ordinationibus Regiis dicitur,*ni ayan,ni puedam auer*,ſed multo ſignificãtiora uerba ſũt uerba allegata a nobis ex iure Cæſareo ad inhabilitãdum filios illegitimos ſpurios etiam ſecularium,ergo:Minor probatur ex illis verbis, omnis ſubſtantiæ paternæ beneficio indigni,&c.& alia quę citauim⁹. Hinc ſequitur corollarium,Inter illas duas ſentẽtias,quas non ſequimur in præſentia vero ſimiliorẽ eſſe extremam quæ ait, filios ſpurios etiã clericorũ eſſe habiles, & capaces: ita ſaltem ut translatio domini facta teneat quam illa media. Patet ex argumẽto paulo ante facto. Et licet Sotus ſequutus fuerit mediam illam ſententiam,non ſolum in allegato loco, ſed etiam in 4. diſt. 41. q. vnica,arti. 4. non mirum eſt, quòd in re quæ pertinebat ad ius Cæſareũ & Regiũ, erraret non cõſulens Iuriſperitos, & ius ipſum.Secundo ſequitur manifeſtũ eſſe peccare mortaliter,tã parentes quã filios, qui contra legũ tenorem, quæ in hac materia decernunt,aliquid donant & ſuſcipiũt.Hoc corollariũ habet uerum in omni ſententia, quoniã agere contra leges ſanctas in materia graui .eſt mortale: *iſtæ* vero leges ſanctiſſimæ ſunt,nã ſunt in odiũ auaritiæ fœminarum,& incontinentiæ hominum, &c.

A ¶ Tertia concluſio.Iure nouo regio Hiſpanienſi filius ex damnato coitu ſuſceptus poteſt matri ſuccedere etiam ex teſtamẽto ſine ullo peccato, modo tamen mater propter concubitum illum non incurrerit pœnam mortis,aut non ſuſceperit illum ex clerico uel religioſo.v.g.Si mater ſoluta ſuſceperit filium ex uiro coniugato,poteſt illum inſtituere hæredem bonorũ ſuorum. Hæc concluſio ſancitur a Ioanna Regina in allegata lege noua Taurẽſi,& eſt exceptio quędam & moderatio præcedentis cõcluſiõnis, & ob hanc cauſam in præcedenti concluſio B ne poſuimus illud uerbum,in antiquo iure

¶ Quarta concluſio. Ante iudicis ſententiam filius ſpurius, qui contra tenorem legum, de quibus hactenus ſuſceperit quippiam,tenetur illud reſtituere donatori, aut ſi is defunctus fuerit, heredibus illius, ſiue abinteſtato,ſiue per teſtamentum ſuccedentibus: poſt iudicis vero ſententiam tenetur illud reſtituere fiſco.Prima pars probatur. Spurius filius cum inhabilis ſit & incapax ad ea bona ſuſcipienda,tenetur ante iudicis ſentẽtiam reſtituere, ſed uerus dominus illorum eſt aut donator ipſe,& illo de- C functo hæredes illius quocunq; pacto ſuccedant, ergo. Minor patet:quoniam donator non ſit inhabilis per donationem ad dominium illorum bonorum quæ donantur:ſed tantum punitur per legem pœnalem,ut priuetur a iudice dominio illorum bonorum. Item hæredes illius ſi ipſe iam deceſſerit non fiunt inhabiles per ullam legem, ſed ſimiliter propter peccatum defuncti cui ſucceſſerunt punientur a iudice hæreditate,ergo ante iudicis ſententiam,&c. Secunda pars cõcluſionis probatur. Leges ciuiles iuſtè & ſanctè potuerunt punire eum, qui D talia bona donauit, ut priuaretur hærede qui ei aliàs ſecundum leges debetur, aut ſi viueret priuaretur dominio bonorum quæ donauit: ſed lex pœnalis iuſta poſt iudicis ſententiam obligat in conſcientia,ergo Maior explicatur, qui donauit talia bona filio ſpurio, commiſit crimen inobedientiæ contra legem quæ prohibuit talem donationem,ergo.

¶ Quinta cõcluſio. Princeps ſęcularis poteſt legitimos efficere filios ſpurios etiã clericorum,quantum ad ſucceſſionem hæreditariam,& donationem aliam quãcunq;, in bonis paternis ſiue patrimonialibus ſiue ex

redditi-

reddit ibus eccleſiaſticis acquiſitis. Probatur ex ueris principiis. Res per quas naſcitur cauſa per eaſdē diſſoluitur, & ceſſante cauſa ceſſat & effectus. Tūc arguitur. Impedimentum, ſeu inhabilitas filii ſpurii ad bona paterna, tota naſcitur & oritur ex principis ſæcularis placito, ergo ex placito eiuſdē poterit diſſolui. ¶ Secūdo. Omnis princeps poteſt in ſuis legibus diſpenſare: ſed leges quæ inhabiles faciunt filios ſpurios ad ſuccedendum in bonis paternis, ſunt leges ciuiles ſæcularium principum, & nulla eſt lex pontificia, ergo.

¶ Ad primum in oppoſitum reſpōdetur Leges iſtas inhabiles & incapaces facere filios ſpurios, & ideo obligāt ante iudicis ſententiam. ¶ Ad ſecundum reſpondetur, pro nunc negando conſequentiā. Nam leges de quibus in argumento, nō faciunt inhabiles eos in quorum fauorem fiunt cōtractus minus ſolennes. ¶ Ad tertium reſpōdetur. Antecedēs eſſe maxime falſum, ut oſtendimus copioſe in legibus allegatis pro ſecunda cōcluſione. ¶ In quarto argumento. Inſinuatur grauiſſima quæſtio huius appendicis. Vtrum hæres inſtitutus contra tenorem legum iſtarum, præſtita fide de reddenda hæreditate filio ſpurio, ſit verus hæres; & comparet & acquirat dominium illorum bonorum, & teneatur in conſcientia reddere illa bona hæreditaria filio ſpurio. Et eadē quæſtio eſt de donatario extra teſtamentū, qui data fide de reddendis bonis donatis filio ſpurio, accepit ea bona contra tenorem legum quæ in hac re decernunt. Nec dubitamus quin iſti oēs peccēt mortaliter, ſed quod quæritur eſt, vtrum tales cōparēt dominiū licet peccauerint mortaliter: & teneantur filiis ſpuriis donare illa bona quę ſuæ fidei commiſſa ſunt. Pro parte negatiua arguitur primo ex legibus ciuilibus, in l. prędonis. ff de petit. hæredit. dicitur, quod iſte talis cenſendus eſt loco prædonis, & priuatur proinde hæreditate quæ applicatur fiſco: qua etiam priuatur in l. ita fidei, ff. de iure fiſci. & in l. in tacitis. & l. Lucius, §. fi. ff de legat. 1. Secundo. Sequitur, quod ſi talis fideicōmiſſarius eſſet verus hæres, poſſet ſibi retinere hæreditatem & nō teneretur ante iudicis ſententiam alicui reddere, cōſequēs eſt falſum, ergo. Minor probatur. Ille licet fingatur uerus hæres & dominus, nihilominus non comparat dominium abſolutū, ſed

l. prædonis. ff. de petit. hæredi.

A ſub fide tātum reddendi filio ſpurio, ergo. Sequela probatur. citra dubiū ante iudicis ſententiam non tenetur reddere fiſco. Rurſus iuxta oppoſitam ſententiam non tenetur reddere hæredibus ab inteſtato, ſiquidē hæres verus eſt ipſe ex teſtamēto ſuſcepto ſuccedens: probatur, quod non teneatur reddere filio ſpurio, quod eſt difficillimū: Primo probatur. Ille tantum tenetur ſi qua ratione tenetur ratione fidei & promiſſionis datæ: ſed omnis promiſſio facta cōtra leges non obligat, ergo. Cōſequentia patet, quoniam illa promiſſio facta fuit contra leges, imo in fraudem legum. ¶ Secundo probatur. B. Tale fideicommiſſum dirigitur in filium tanquam incapacem & inhabilem, ut oſtendimus dubio præcedenti, ergo non tenetur reddere filio ſpurio, ſi quidem eſt incapax.

¶ Prima ſententia ait, hunc non eſſe verū hæredem, & non tātum nō teneri, imo nec poſſe reddere illa bona filio ſpurio. ¶ Secunda ſententia, dicit hunc eſſe verum hæredē & dominum: ſed hoc ſuppoſito, autores huius ſententiæ uariant circa obligationem ad reddendam hæreditatem filio. Quidā enim dicunt non teneri ad reddendam hæreditatem C. ſpurio, alii vero dicunt teneri, ſed tamen hoc tantum ex fidelitate non ex iuſtitia, alii uero aiūt teneri ex iuſtitia. ¶ Tertia ſententia eſt media, diſtinguens inter filios ſæculariū ſpurios ex una parte, & filios clericorum & religioſorum ex altera: & concedit quod filiis ſæcularium ſpuriis poteſt ſine peccato pſtari fides de reſtituenda hæreditate illius, & teneri iure naturæ hæredē ſic inſtitutum ad ſeruandam fidem: in filiis vero clericorum, &c. eſſe peccatum graue id efficere, & nec hæredem eſſe uerum D. dominum, nec poſſe illā reddere filio ſpurio. Hæc ſententia eſt Soti 4. de iuſtitia, quęſt. 5. & in 4. ſententiarum locis citatis.

¶ Prima concluſio. Hæres inſtitutus a parentibus non præſtita fide de reddēda hæreditate filio ſpurio, licet parentes certam fiduciā conceperint, quod redderet, & alias non inſtituerent eum hæredem, & ob hanc cauſam quæſierunt amicum fidelem: ille talis eſt uerus dominus & hæres illorum bonorum, nec tenetur in conſcientia reddere illa bona filio ſpurio. Prima pars concluſionis probatur. Iuxta leges talis amicus poteſt ſcribi hæres non minus quam aliquis

ignotus,

gnotus, quod vero teſtator ſperet certe, ꝙ amicus benefaciet filijs ſpurijs illius, nō ad uerſatur alicui legi, imo eſt maxime conſonum iuri naturæ quod ille ſperet, & quod ob hanc cauſam inſtituat illum hæredem, ergo. Secunda pars probatur. Talis hæres eſt legitimus & abſolutus dominus illorum bonorum nulla omnino præſtita fide nec appoſita conditione, ſed legitimus & abſolutus hæres non tenetur donare bona hæreditaria, ergo.

¶Secunda concluſio. Nihilominus hæres iſte tenetur ex iuſtitia alere filios ſpurios teſtatoris, imo ex gratitudine tenetur alia multa beneficia, & obſequia illis præſtare aliquando, etiam ſub pœna peccati mortalis. Prima pars probatur. Omnis obligatio ex iuſtitia teſtatoris ſimul cum hæreditariis bonis deſcendit ad hæredem, ſed parentes ex iuſtitia, imo ex pietate tenentur alere filios ſpurios, ergo & hæres. ¶Secunda pars probatur. Is qui ſuſcipit beneficium tenetur ex gratitudine ad rependendū beneficiū, quod ſuſcepit, & aliqñ omiſſio huius rei eſt peccatum mortale, ſed talis hæres citra dubium recepit beneficium à teſtatore, ergo. Maior explicatur, quoniam ad gratitudinem pertinet cum fœnore etiam remetiri beneficia: imo ordo charitatis expoſcit ſub peccato mortali, ut beneficus anteponatur ei à quo nullum ſuſcepit beneficium: imo uix poteſt omnino iſte hæres teſtatoris filiis ſpuriis vllum impendere beneficium abſque eo, quod paruipendat & deſpiciat in animo ſuo beneficum teſtatorem, & beneficium illius, ꝙ eſt peccatum mortale ingratitudinis.

¶ Vt reſpondeamus ergo ad quæſtionē ſit tertia concluſio. Hæres qui præſtitit fidem de donanda hæreditate filio ſpurio eſt uerus hæres & dominus illorum bonorū. Probatur: nulla eſt omnino lex inter eas quas retulimus, in hac materia aliquid diffinientes, quæ talem hæredem inhabilem faciat ad ſuſcipiendum dominium hæreditatis; ſed tantum in pœnam præſtitæ fidei in fraudem legis priuant illum hæreditate & mulctant: at leges pœnales priuantes & condemnantes non obligant ante iudicis ſententiam in conſcientia, ergo ille eſt uerus dominus quouſq; per iudicis ſententiam ſpolietur dominio. Simile eſt in legibus quæ prohibent taxillorum vſum quæ tamen non tollunt quin per talem ludum transferatur dominium licet in pœnam criminis commiſſi contra legem concedant ei qui amiſit pecuniam, repetitionem illius intra certum tempus.

¶Quarta concluſio. Talis hæres tenetur reddere hæreditatem filio ſpurio ex iuſtitia & fidelitate etiam ante iudicis ſententiam. Prima pars probatur. Talis hæres ſine vllo peccato poteſt donare bona illa filio ſpurio, ſed dedit fidem de reddendis illis bonis, ergo tenetur ſeruare illa. Maior patet. Ille eſt verus dominus, ut oſtendimus tertia concluſione, nec eſt lex qua prohibeatur donare illa bona ſpurio, ergo tenetur, & poteſt. Secunda pars probatur primo argumento ad hominem, contra eos qui dicunt teneri illum ſub mortali ex fidelitate tantum. Virtus fidelitatis in materia quantumuis graui nunquam obligat ſub mortali niſi admiſceatur tranſgreſſio alicuius alterius uirtutis, ergo ſi talis hæres ſolum tenetur ex fidelitate, non tenetur ſub mortali. Antecedens probatur, quoniam uirtus quæ ex genere ſuo tantum obligat ſub peccato ueniali in quacunque materia obligat tantum ſub ueniali, ſed fidelitas ex genere ſuo tantum obligat ſub ueniali, ergo. Confirmatur. Mendacium quantumlibet grande ſiue iocoſum, ſiue officioſum, niſi pernicioſum ſimul ſit & contra iuſtitiā nunquam mortale eſt, ſed ueniale tantum. ergo nec infidelitas tantum, peccatum mortale eſt.

¶Secundo probatur hæc pars. Promiſſio ſecundum probabiliorem ſententiam etiam ſi ſimplex & liberalis ſit, obligat ex iuſtitia, imo promiſſio quæ non eſt ſimplex nec liberalis, ſed conditionata tantum, in pretium alicuius rei factæ, citra omne dubiū obligat ex iuſtitia: at hæres iſte promittit promiſſione non ſimplici nec liberali, ſed in pretium inſtitutionis hæreditariæ, ergo tenetur ex iuſtitia. Ex quo ſequitur, quod ſi iſte hæres non reddat bona illa ſpurio filio, hæredes qui illi ſuccedunt, tenentur ex iuſtitia reddere, ꝙ patet ſi quidem obligatio ex iuſtitia, ſimul tranſit ad hæredes cum bonis hæreditarijs.

¶Ad primum reſpondetur. Eas leges omnes eſſe pœnales, ac ſic inde non obligant ante iudicis ſententiam.

¶Ad ſecundum, quo conuincitur Epiſcopus

ſcopus Segouienſis loco cit. nu. 9. reſpondetur primo, ꝙ ſi hæres iſte non teneretur ad reddenda illa bona filio ſpurio eo, quòd promiſſio fuit facta contra leges, certe teneretur ad non reddendum & non donandum: nam quo caſu promiſſio facta contra leges non obligat eodem lex contra quam facta eſt promiſſio obligat, ut non fiat, & ſic talis hæres non poſſet ſine peccato donare illa bona filio ſpurio, ꝙ eſt falſum etiã ſecundum Epiſcopum Segouienſem. Quo circa ſecundo reſpondetur, ꝙ promiſſio facta contra leges dupliciter intelligi poteſt. Primo, quando materia ſeu res promiſſa eſt contra legem & talis promiſſio citra dubium non obligat, imo lex obligat ut illa promiſſio non adimpleatur, ut ſi quis promittat mentiri. Secundo modo dicitur promiſſio facta contra leges, quia ipſe actus promittendi eſt contra legem, & tunc talis promiſſio obligat, ſiue Deo fiat, ſiue homini. Vt ſi quis ex inani gloria promittat religionem, aut ſi quis ſcorto in pretium corporis promittat pecuniam, tenetur illam dare. Et ſic ad ſecundum reſpondetur negando conſequentiam, & dicimus, ꝙ tenetur reſtituere filio ſpurio, nec obſtat primum argumentum factum cõtra hanc ſententiã.

¶Ad tertium reſpondetur. Filium ſpurium eſſe inhabilem ad ſuſcipienda bona paterna ex donatione patris, non tamen ad ſuſcipienda illa ex donatione hæredis cuius fideicommiſit pater bona ſua.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum filius illegitimus poſſit legitimari.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod filius illegitimus non poſſit legitimari. Quantũ enim diſtat legitimus ab illegitimo, tãtũ è conuerſo illegitimus à legitimo: ſed legitimus in regno nunquam fit illegitimus, ergo illegitimus nunquam fit legitimus

A *¶ 2 Præterea. Coitus illegitimus creat illegitimum filium ſit coitus illegitimus nunquam, ſit legitimus, ergo nec filius illegitimus legitimari poteſt.*

SED contra eſt. Quod per legem inducitur per legem reuocari poteſt, ſed illegitimitas filiorum eſt per legem poſitiuam inducta, ergo poteſt filius illegitimus illegitimari ab eo qui habet authoritatem legis.

RESPONDEO dicendum, quod B *filius illegitimus poteſt legitimari, non vt fiat de legitimo coitu natus, quia coitus ille tranſiuit, & nunquam poteſt fieri legitimus, ex quo ſemel fuit illegitimus. Sed dicitur legitimari, inquantum damna quæ illegitimus filius incurrit ſubtrahuntur per legis authoritatem. Et ſunt ſex modi legitimandi. Duo ſecundum Canones, ſcilicet cum quis ducit vxorem illam ex qua filium illegitimum generauit, ſi non fuit adulterium, &* C *per ſpecialem indulgentiam, & diſpenſationem domini Papæ. Quatuor autem modi ſunt ſecundum leges. Primus eſt ſi pater filium naturalem curiæ Imperatoris offerat, ex hoc enim ipſo legitimatur propter curiæ honeſtatem. Secundus ſi pater in teſtamento nominet eum legitimum hæredem, & filius poſtmodum teſtamentum Imperatori offerat. Tertius eſt ſi filius nullus ſit legitimus, & ipſemet filius ſe principi offerat. Quar-* D *tus ſi pater in publico inſtrumento, vel cum trium teſtium ſubſcriptione eum legitimum nominet, nec adijciat naturalem.*

In decret. lib. 3. tit. 17. c. 1. & 6

AD primum ergo dicendum, quod alicui poteſt ſine iniuſtitia gratia fieri, ſed non poteſt aliquis damnari niſi pro culpa: & ideo magis poteſt illegitimus fieri legitimus, quam è conuerſo. Et ſi eſt legitimus aliquando hæreditate priuatur pro culpa, nõ tamen dicitur illegitimus filius, quia generationem legitimam habuit.

AD

AD ſecundum dicendum, quod actus illegitimus habet defectum intra ſe inſeparabilem, quo legi opponitur: & ideo non poteſt fieri legitimus, nec eſt ſimile de filio legitimo, qui non habet huiuſmodi defectum.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio eſt. Filius illegitimus poteſt legitimari inquantum damna quæ illegitimus filius incurrit ſubtrahuntur per legis autoritatem.

¶Circa iſtum articulum aduertendū eſt, quod ſolum tres modi legitimandi ſunt in vſu. Primus, quando parentes filiorum illegitimorum contrahunt matrimonium, & tunc filii ſunt legitimi. Et hoc intelligitur, quando tempore quo fuerunt generati pa-
A rentes poterant contrahere: aliàs ſi ſunt ſpurii etiam ſi contrahant, nō ſunt legitimi, ut habetur in cap. tanta. titul. qui filii ſunt legitimi. Secundus modus eſt, per expreſſam diſpenſationē Papæ. Et talis diſpēſatio quantū ad ſpiritualia ualet ubiq; terrarū, quātum ad hæreditatem uero capiēdam, ualet in terra ſubiecta Pontifici, ut habetur in ca. per venerabilem, qui filii ſunt legitimi. In terris uero ſubiectis aliis dominis temporalibus eſt dubiū an valeat legitimatio Papæ ad hæreditatem capiendam. De quo uidendi ſunt Iuriſperiti, & ſtandum eſt conſuetu-
B dini interpretandi leges. Tertius modus eſt per diſpenſationem Imperatoris vel domini, qui non cognoſcit ſuperiorem, & talis legitimatio valet quātum ad dignitatem, & hæreditatem temporalem, non tamen quātum ad tollendam irregularitatem: Epiſcopus tamen quantum ad minores ordines poteſt legitimare.

c. per venerabilē qui fil. ſint legitimi.

Finis huius materiæ de Matrimonio.

1.005.429